68
2 F
6

Digitized by Google

Ex Biblioteca Calceatorum S.te Trin.s Hispalensis.

DIONYSII HALICARN.

Antiquitatum Rom. Libri XI.

AB AEMILIO PORTO RECENS
& poſt aliorum interpretationes Latinè redditi,
& notis illuſtrati.

Cum indice locupletiſſimo, & Henrici Glareani Chronologia.

EIVSD. DIONYSII QVAEDAM
DE LEGATIONIBVS, GR. ET LAT.
ex interpretatione Henr. Stephani, & aliorum.

HENR. STEPH. Operæ variæ in Dionyſii Antiquitatum libros, &
IS. CASAVBONI Animaduerſiones in eoſdem.

De la libreria de S. Phelipe urbano del Castillo año 1685

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



EXCVDEBAT
Euſtathius Vignon ſibi & Henrico Stephano.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Digitized by Google

682 F 6

ARGVMENTVM RERVM, QVÆ IN *vniuerſa Dionyſij hiſtoria continentur.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VT certam antiquitatum Romanarum à Dionyſio ſcriptarum notitiam habeamus, Dionyſium ipſum de ſe verba facientem audiamus. Poſtquam enim hiſtoriæ laudes vniuerſè celebrauit, & P. R. res, imperium, dominatus, amplitudinem, magnificentiam, ac diuturnitatem cum cæterarum gentium rebus, & principatu collatam nominatim explicauit, poſtquam etiam paucis aperuit qua de cauſa, quóue conſilio ad huius hiſtoriæ ſcriptionem animum appulerit, hæc tandẽ ex ipſius hiſtoria collecta ſunt.

Ego in Italiam nauigio profectus, ſtatim poſt ciuile bellum ab Auguſto Cæſare confectum circiter CLXXXVII. Olympiadem iam mediam, & ab illo tempore ad hanc vſque diẽ annos XXII. Romæ cõmoratus, linguã Romanã didici, & illius regionis literarum cognitionem adeptus, hoc toto temporis ſpatio res, quæ ad opus à me ſuſceptum faciebant, accuratè mihi parare non ceſſaui. Has autem partim à celeberrimis, doctiſſimiſque viris, in quorum congreſſúm, colloquiúmque veni, edoctus accepi. Partim verò ex commentariis collegi, quos ab ipſis indigenis laudati ſcriptores Romani conſcripſerunt, quo in numero ſunt Porcius Cato, Fabius Maximus, Valerius Antiâs, Licinius Macer, AElij, Gellii, & Calphurnii, aliíque multi præter iſtos viri non ignobiles. Horum igitur commentariis vſus (ſunt autem Græcis chronographiis ſimiles) ita demum ad hanc hiſtoriam ſcribendam ſum aggreſſus. Atque hæc quidem de me ipſo dixi. Nunc verò mihi reliquum eſt, vt & de ipſa hiſtoria præmoneam, ac declarẽ à quibus temporibus initium ſcribendi faciam, quas res narrem, & qualem operi dem formam. Hiſtoriam igitur ordior ab antiquiſſimis fabulis, quas ſilentio prætererunt ſcriptores, qui antè me vixerunt, quòd non ſine magno negotio inueniri poſſent. Narrationem autem deduco vſque ad primi belli Punici principium, quod incidit in annum tertium CXXVIII. Olympiadis. Narro autem tum omnia P. R. externa bella, quæ temporibus illis geſſit, tum etiam omnes ciuiles ſeditiones, quibus laborauit, & quibus de cauſis fuerint exortæ, & quibus rationibus, verbiſque fuerint ſedatæ, omnéſque reipublicæ adminiſtrandæ formas recenſeo, quibus vſus eſt P.R. dum regio dominatu gubernaretur, & poſt regiæ dominationis abrogationem: quin etiam declaro quænam eſſet vniuſcuiuſque formæ diſciplina, & ciuitatis regendæ ratio. Ipſius etiam mores præſtantiſſimos, & præcipuas leges narro, & in ſumma totam P.R. priſcam viuendi rationem demonſtro. Formam autem operi do, nec qualem bellorum ſcriptores ſuis hiſtoriis dederunt, nec qualem ſuis ſcriptis dederunt, qui ſingulas reſpub. ſeparatim deſcripſerunt, nec annalibus ſimilem, quos in lucem ediderunt, qui res Atticas ſcripſerunt. Nam hæ formæ ſunt vnius generis, ac ſimplices, & auditores ſatietate, faſtidióque celeriter afficiunt. Sed formam operi do ex quolibet genere mixtam, tam ex eo, quod res geſtas continet, quàm ex eo, quod in ſola rerum contemplatione verſatur, vt ſatiſ-

» facere poſſit & iis, qui rerum ciuilium ſtudiis operam nauant, & iis, qui philoſophicis
» contemplationibus animos ſuos oblectant, & ſi quibus eſt opus tranquillo vitæ genere, vt hiſtoriarum lectioni vacent.

Hæc ſunt quæ Dionyſius de Romanis antiquitatibus memoriæ prodidit. Nunc tamen XI. tantùm eius libros habemus, qui res omnes memoratu dignas comprehendunt, quas P. R. tam pacis quàm belli tempore, tam domi quàm foris, ab V.C. ad tyrannidis Decemuiralis euerſionem vſque ſub variis magiſtratibus geſſit.

ALIVD ARGVMENTVM.

ANTIQVITATVM Romanarum libri XI. è XX. quos vſque ad primum bellum Punicum pertexuit, ſoli ſuperſtites. *Eam hiſtoriam in duas partes ſecuit. Priori exponit* τὸ Ῥωμαίων γένος *(474. 12.) Romanæ gentis originem, à Græcis, non à Barbaris populis, Oenotris ſcilicet, (qui poſt Aborigines dicti ſunt) Pelaſgis, Palantinis, Arcadibus, Euandri ductum ſequutis, Herculis ſociis, ac demum Troianis cum Ænea in Italiam profectis. Altera hiſtoriæ parte tractat* περὶ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας, *(76, 37.) De republica Romana. Eam primò tradit fuiſſe* μοναρχίαν, *ſub* VII. *regibus, per annos ab vrbe condita* CCXLIIII. *Deinde, quum vltimus rex Tarquinius ſuperbia & licentia nimia regnum vertiſſet in tyrannidem, regium imperium in* ἀριστοκρατίαν *fuiſſe tranſmutatum, certiſque legibus & certo temporis ſpatio limitatum, ac pro regibus ad reipublicæ adminiſtrationem aſſumptos eſſe conſules annuos, regia poteſtate præditos: & horum ductu primùm Tarquinij diuturnas ac varias machinationes planè fractas eſſe: deinde è finitimis gentibus Latinos & Hernicos prorſus deuictos, & tandem in ſocietatis fidem receptos, Auruncos in totum profligatos, Sabinos verò, Volſcos, Æquos, Etruſcos, etſi non planè ſubiugatos, ita tamen poſt multiplices conatus identidem retuſos, vt populi Romani vires illis oppugnandis magis ac magis creuerint. Tum per quietem ab externis bellis, partim optimatium quorundam inſolentia, partim vulgi malitia exortis domi turbis, iiſque nec raris nec leuibus: ſemper eas fraternis animis fuiſſe compoſitas: ac poſt conceſſos plebi è ſuo corpore magiſtratus annuos, quum tribunorum ædiliúmque collegium perpetuò id agerent, vt & plebis potentiam augerent, & patriciorum vires eneruarent, patres nunc lenitate, nunc ſeueritate vſos, ita plebeiis nonnunquam ceſſiſſe, vt interim priſtinam ſui ordinis autoritatem aſſeruerint: ac ſi vel externa vel domeſtica ſeuerius imperium requirerent, dictatorem cum abſoluta rerum gerendarum poteſtate ad ſemeſtre dixiſſe. Quúmque plebeij tandem etiam iuris & honorum æqualitatem affectarent, anno vrbis* CCCIII. *pro conſulibus creatos eſſe decemuiros, & leges ab illis tum de publico ac priuato iure, tum etiam de iure ſacrorum conſcriptas: qui quum poſterioribus duobus annis licentiùs dominarentur, iterum è patriciis creatos eſſe conſules. Tandem quum etiam conſulatum plebeij appetiſſent, patres ſuſpenſa conſulari poteſtate, ad tribunatus militaris conſortium eos admiſiſſe, anno vrbis* CCCXI. *quem magiſtratum quum ſigna diuinitus edita improbarent, eo ipſo anno rurſum conſules ex ordine patricio ad rerum gubernacula fuiſſe adhibitos. Hæc* XI. *librorum qui ſuperſunt, ſumma eſt,* CCC, *&* XII. *annorum hiſtoriam complectẽs. Cæteri nouem qui ad primum bellum Punicum, ſeu ad annum vrbis* CCCCLXXXVIII. *ſunt deducti, temporum & hominum iniuria perierunt.*

AVTORES QVI A DIONYSIO IN ANTIQ. Rom. citantur.

GRAECI.

Ariſtoteles.
Anaxilaus.
Antigonus, *vel potius* Antiochus Syracuſanus.
AEſchylus.
Arithus.
Agathyllus.
Aratinus, *vel potius* Arctinus.
Argiuarum ſacerdotum, & rerum ſub cuiuſque ſacerdotio geſtarum ſcriptor.
Calliſtratus.
Cephalo Gergithius.
Callias, qui res Agathoclis ſcripſit.
Damaſtes Sigenſis.
Demagoras.
Dionyſius Chalcidenſis.
Eratoſthenis Chronographia.
Euxenus poeta, *vel potius* Ennius.
Hegeſippus.
Hieronymus Cardianus.
Homerus.
Herodotus.
Hellanicus Leſbius.
Myrſilus Leſbius.
Menecrates Xanthius.
Polybius Megalopolitanus.
Pherecydes Athenienſis.
Philiſtus Syracuſanus.
Phanodemus.
Silenus.
Sophocles trag.
Satyrus.
Theophraſtus.
Theopompus.
Thucydides.
Timæus Siculus.
Xanthus Lydius.
Xenagoras.
Zenodotus Trœzenius.

LATINI.

Q. AElius Tubero.
C. Aquilius.
L. Calpurnius Piſo.
L. Cincius.
Ennius.
Q. Fabius Pictor.
Cn. Gellius.
Licinius Macer.
M. Porcius Cato.
C. Sempronius.
M. Terentius Varro.
Valerius Antias.
Venonius.
Cenſoriæ tabulæ.
Pontificum tabulæ.

Quibus verò quiſque locis citetur, ex indice cognoſces.

AVTORES QVI CITANTVR IN LIB. De Origine gentis Romanæ.

Acilii Piſonis Epitoma.
Alexander Epheſius de bello Marſico.
Annales pontificum.
Aufidii Epitomæ.
Caſſius.
Catonis Origines.
L. Cincius.
Domitius.
Egnatius.
Ennius.
Fabius Pictor.
Sex. Gellius de Origine gentis Romanæ.
C. Iulius Cæſar, ſeu Cæſaris Pontificalium libri.
Licinius Macer.
Liuius.
Lucatius, *vel* Lutatius, *vel potius* Vulcatius.
A. Poſtumius de aduentu AEneæ.
Plautus.
Salluſtius.
Sempronius.
Tubero.
Valerius Antias.
Venonius.
Vulcatius.
Virgilius.

EX SVIDA, DE DIONYSIO.

Διονύσιος Ἀλεξάνδρου Ἁλικαρνασσεὺς, ῥήτωρ, καὶ παντοῖος λόγιος· γέγονεν ἐπὶ Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ, πρόγονος τοῦ ἐπὶ Ἀδριανοῦ γεγονότος Ἀττικιστοῦ. *Id eſt*, Dionyſius Alexandri filius Halicarnaſſenſis, rhetor, & in omni literarum genere præclarè verſatus, fuit ſub Cæſare Auguſto, progenitor (*ſeu auus*) eius qui ſub Adriano floruit Atticiſtæ.

Digitized by Google

TYPOGRAPHVS LECTORI.

NOVA hæc interpretatio librorum Dionyſii De antiquitatibus Romanis, tibi, lector, eo nomine gratior (vt ſpero) quàm præcedentes futura eſt, quòd Latina cum Græcis conferre volens, ſingula propemodum verba ſingulis reſpondere comperturus ſis, quantum tamen Latinæ linguæ natura patitur. Contrà enim, Gelenium nequaquam hoc præſtitiſſe, ſed pleriſque in locis duas tréſve periodos in vnam coarctaſſe: Lapum autem, qui prius eoſdem libros verterat, minus quidem liberè quàm Gelenium, ſed minus etiam fideliter interpretatum eſſe, nemo eſt qui inficiari poſſit.

Sed quum tibi alia etiam in re gratificari ſtatuiſſem, adiiciendo nimirum his Dionyſii libris inſignes quoſdam eius de Romanorum legationibus locos, ab Henrico Stephano aliiſque Latinè redditos: accidit vt tantis temporis anguſtiis premerer vt illarum editionem in proximas nundinas autumnales differre neceſſe haberem.

At nunc, non ſolùm inſignes illos de Romanorum legationibus locos Græcè pariter & Latinè legendos tibi exhibeo, ab Henrico Stephano duobúſque aliis interpretatos, eiúſq; necnon alterius illorum duorum annotationibus illuſtratos: ſed varias etiam Operas eiuſdem Stephani in Antiquitatum huius ſcriptoris libros: in quibus variis Operis egregiam Dionyſio nauaſſe illum operam comperies, partim multa obſeruatione digniſſima ante oculos ponendo, partim multa in quibus librarii, nec pauciora in quibus interpretes peccarant, emendando.

Inſuper & Iſaaci Caſauboni in eoſdem Antiquitatum libros Animaduerſiones (quarum tibi ſpem feceram) exhibeo.

Ad illam verò quod attinet quę itidem à me tibi promiſſa eſt, AVTORVM HISTORIAE ROMANAE luculentam editionem (in qua primum Dionyſius locum iure ſibi vendicat) huius quoque promiſſi me & alios qui non minus quàm ego in illam editionem animati ſunt, haud immemores (deo fauente) comperies. Vale.

[a] DIONYSII ALEXANDRI F. [b] HALICARNASSEI,

ROMANARVM [c] ANTIQVITATVM LIBER PRIMVS.

[d] PROOEMIVM.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

RATIONES quæ in hiſtoriarũ procemiis reddi ſolent, *licet* minimè velim, *tamẽ de me*[e] præfari cogor: ſed nec in propriis laudibus, quas auditoribus moleſtas eſſe ſcio, diutius immorari, nec in alios [f] ſcriptores inuehi (quemadmodum [g] Anaxilaus & Theopompus in ſuæ hiſtoriæ procemiis fecerunt) at mea conſilia aperire decreui, quibus impulſus fui [h], quum animum ad iſtud opus componendum appuli, & rationem reddere facultatum per quas rerum ſcribẽdarum cognitionem ſum adeptus. [i] Perſuaſum enim habeo, iis qui volunt ſui ingenij monumenta poſteritati relinquere, quæ vnâ cum ſuis corporibus à vetuſtate minimè deleantur, præcipuè verò iis qui ſcribunt hiſtorias, in quibus [k] veritatem, prudentiæ & ſapientiæ initium, reconditam omnes exiſtimamus, primùm eligenda eſſe argumenta præclara & magnifica, & quæ magnam vtilitatem lectoribus afferant: deinde cum magna diligentia & induſtria idonea ſubſidia ad argumentum ſcribendum paranda. Qui enim de rebus obſcuris, aut prauis, aut nullius momenti, hiſtorias conſcribendas ſuſcipiunt, ſiue quòd cupiant innoteſcere, & qualecunque nomen adipiſci, ſiue quòd copiam & vim in dicendo oſtentare velint, eos ob hanc cognitionem poſteri neque æmulantur, neque ob eloquentiam laudant: quia in animis eorum qui hiſtorias ipſorum legendas ſuſcipiunt, opinionem relinquunt, ſe tale vitæ genus ſequutos, qualia ſunt ſcripta quæ in lucem ediderunt. Fermè enim omnes orationem, animi vniuſcuiuſque imaginem eſſe exiſtimant. At illi qui præſtantiſſima argumenta eligunt, ſed temerè ac negligenter ea ex quibuſlibet rumoribus componunt, ex tali propoſito nullam laudem referunt. Indignum enim cenſemus, ſi, qui de claris ciuitatibus & viris ampla potentia præditis hiſtorias conſcribunt, ſint inconſiderati aut ſocordes. Quũ igitur hiſtoricis hæc neceſſaria & in primis ſpectanda exiſtimarem, magnáque diligentia *in his præceptis obſeruandis* vſus eſſem, ea neq; ſilentio præterire, neque in alio quopiam loco potius quàm in ipſo operis procemio collocare volui. [l] ¶ QVÒD igitur præclarum & magnificum multíſque vtile argumentum ſumpſerim, haud lõga oratione (credo) probandum erit, iis ſaltem qui hiſtoriæ communis non ſunt penitus imperiti. Siquis enim animum aduertens ad populorum gentiúmque imperia, quæ à ſuperioribus vſque ſeculis memoriæ ſunt prodita, & ſeparatim vnũquodque conſiderans, & inter ſe collata examinans, velit dignoſcere quónam ex iis maximum dominatum quæſierit, & pace bellóque res clariſſimas geſſerit: [m] is cõperiet quomodo imperium Romanum cætera omnia quæ ante ipſum memorantur, longè ſuperarit, non ſolùm imperij magnitudine & rerum geſtarum ſplendore, quas nulladum oratio pro earum dignitate ornauit: ſed etiam longitudine temporis, quod ipſum ad noſtram vſque ætatem propagauit. [n] Nam peruetuſtum illud Aſſyriorum imperium, & quod ad fabuloſa vſque tempora reuocatur, exiguam quandam Aſiæ partem obtinuit. [o] Medicũ [p] verò imperium, euerſo Aſſyrio, & parta maiore poten-

a *Vide in fine huius præfationis*, Autor verò eius *hiſtoriæ* ſum ego DIONYSIVS, ALEXANDRI F. Halicarnaſſeus.
b *Vel*, Halicarnaſſenſis.
c *Vel*, Originum, *loquendo more Romano*.
d *Hæc quæ ſuæ hiſtoriæ præfigit, & præfationis appellatione vocari poſſunt*, PROOEMIVM OPERIS *ipſemet nominat in fine huius paginæ*.
e *Intellige*, De meipſo reddere, in iis quæ præfabor huic operi. *Quidam interpr.* De me afferre in hac præfatione.
f *Vel potius*, hiſtoricos. *ad eos enim hic* ſcriptorum *nomen reſtringi videtur*.
g Anaxilaus & Theopompus in ſuarum hiſtoriarũ procemiis in alios ſcriptores inuecti.
h *Vel*, quũ animum ad harũ rerum tractationẽ appuli.
i Hiſtoriã ſcripturo quæ ſpectanda ſint.
k *Quid. interpr.* in quib. veritatẽ ac prud. ſapientiæque principia recõdita oẽs credimus, *de hiſtoria dicunt quod Dionyſius de veritate*.
l Romana hiſtoria, quàm laudabile ſit argumentum.
m Romanum imperium omnibus ſuperioribus maius.
n Aſſyriorum imperium.
o Medicũ imperium.
p *Altera hæc interpretatio*, Deinde in Medos tranſlatum & auctum etiam opibus, *minus fideliter Græca verba reddit*.

tia, *eam* diu nõ retinuit, ſed quatta [a] ætate euerſum eſt. [b] At Perſæ qui Medos debellarunt, tota fere Aſia tandem ſunt potiri, ſed Europæas etiam gentes aggreſſi, paucas ſibi adiunxerunt, imperiúmque non multò amplius quàm ducentis annos retinuerũt. [c] Imperium verò Macedonicum, fractis Perſarum opibus, imperij amplitudine omnia quotquot antè fuerant, ſuperauit: ſed ne ipſum quidem diu fluruit, at poſt Alexãdri obitum in peius cœpit ruere. Statim enim in multos principes à ſucceſſoribus diſtractum, & poſt illos ad ſecundam vſque tertiámve ætatem progreſſum, ipſum per ſe debilitatum eſt, tandémque à Romanis deletũ. Verùm, ne ipſum quidem omnes terras omniáque maria in ſuam ditionem redegit. neque enim Africæ, quæ latè patet, niſi partis Ægypto proximæ, potitum eſt: neque totam Europã ſubegit, [d] ſed ab eius ſeptentrionalibus partibus ad Thraciam vſque proceſſit, ab occidentalibus verò vſque ad Adriaticum mare deſcẽdit. Superiora igitur imperia, quæ clariſſima fuerunt, vt ex hiſtoria accepimus, tantum incrementum tantúmque robur adepta, euerſa ſunt. [e] nam Græcorum opes nequaquam cum his ſunt conferendæ: quia neque tantã imperij amplitudinẽ, neque tam diuturnum ſplendorẽ habuerũt. [f] Athenienſes enim annos duodeſeptuaginta ipſi tantùm oræ maritimæ, atq; ne huic quidẽ toti, ſed ei quæ eſt intra Euxinum mare & Pamphyliũ pelagus, quo tẽpore maximũ maris imperiũ habuerunt, imperarũt. [g] Lacedæmonij verò, quũ Peloponeſi & reliquæ Græciæ eſſent domini, ad Macedoniã vſq; imperiũ propagarũt: ſed à Thebanis eo ſpoliati fuerunt, quum ne triginta quidẽ integros annos id retinuiſſent. [h] At reſp. Romana totius terræ, [i] quæ non eſt deſerta, ſed ab hominibus incolitur, imperium habet: & totius maris eſt domina, non ſolùm eius quod eſt intra columnas Herculis, ſed & Oceani quacunque nauigari poteſt, primáque & ſola poſt hominum memoriam ortu & occaſu fines imperij ſui terminauit: eiúſque potentia non ad exiguum tempus durauit, ſed quantum nulli alij vel reip. vel regno contigit. Statim enim ab initio poſt vrbem conditam finitimas gentes, quæ multę & bellicoſæ erant, ſibi adiunxit, omnéſque aduerſarios ſemper ſubigendo progreſſus fecit. Ab his autem rebus vſque ad Cl. Neronem iterum & Calpurnium Piſonem coſſ. qui CXCIII Olympiade creati fuerunt, iam ſunt ſeptingenti quadraginta quinque anni. Ex quo autem [k] totam Italiam ſubegit, & totius orbis terræ imperium affectare eſt auſa, exturbatis è mari Carthaginenſibus qui opibus naualibus plurimum pollebant, & Macedonia in ſuam poteſtatem redacta, quæ eo tempore terreſtribus copiis plurimum poſſe exiſtimabatur, nullum amplius habenş aduerſarium, aut barbaram gentem aut Græcam, ſeptimam [l] iam ætatem ad meam vſque omnium locorum domina permanet. Nec vlla gens eſt (vt ita dicam) [m] quæ de vniuerſi orbis principatu cum ea contendat, aut eius imperium detrectet. Sedenim, quod neque leuiſſimum argumentum (vt dictum eſt) delegerim, neque in rebus futilibus & obſcuris immorari ſtatuerim, verùm de ciuitate maximè illuſtri ſcribam, & de rebus geſtis, quibus ſplendidiores à nullo oſtendi poſſent, non video cur prolixiore oratione ſit probãdum. [n]

¶ QVOD autem non ſine conſilio & matura prouidentia ad narrandum priſcas de ea hiſtorias animum aduerterim, ſed mei conſilij probabiles rationes habeam, quas reddam, pauca præfari volo: ne qui eorum, qui in omnibus rebus ad criminandum ſunt propenſi, nondum auditis iis quæ ſum declaraturus, mihi ſuccenſeãt, quòd ciuitatis noſtra ætate celeberrimæ, ab initiis valde obſcuris & humilibus, atque indignis quæ hiſtoriæ mandentur, profectæ, nec multis antè ſeculis ſplendorẽ & gloriam adeptæ, (ex quo Macedonicum imperium euertit, & bella Punica feliciter confecit) quum illuſtre aliquod argumentum mihi ſuſcipere liceret, ad antiquitates parum illuſtres ſcribendum declinarim. Adhuc enim omnibus ferè Græcis vetus Romanæ ciuitatis hiſtoria eſt ignota, & quædam opiniones nõ veræ, ſed ex quibuſlibet ac vanis rumoribus natæ multos deceperunt, quoſdam ſine laribus, & errones ac barbaros, eóſque minimè liberos, eius conditores fuiſſe: ipſam verò non pietate & iuſtitia, cæteríſque virtutibus ad omnium imperium temporis progreſſu prouectam: ſed caſu quodam & iniquitate fortunæ, quæ maxima bona hominibus maximè indignis temerè largitur. [o] atque homines maligni fortunam apertè incuſare ſolent, quòd nequiſſimis barbaris bona Græcorum dederit. Sed quid opus eſt alios memorare? quando etiam [p] ſcriptores nonnulli auſi ſunt hæc in ſuis hiſtoriis ſcripta relinquere barbaris regibus, qui imperium oderant, quibus ipſi perpetuò inſeruientes, & ad voluntatem loquentes, hiſtorias, neque iuſtas neque veras in eorum gratiã compoſuerunt.

a *Sic in ſequētibus ætas pro Græca voce* γενεὰ *quam annos triginta complecti, alij paulò plus, alij paulò minus volunt.*
b Perſarũ imperium.
c Macedonicũ imperium.
d *Vel ita,* Sed à Septentrione ad Thraciam vſque proceſſit, ab occidēte, mari Adriatico finitũ eſt.
e *Vel potius ita,* Nã Græcorum imperia neque cũ his ſunt conferenda, quoniam neque tantam ditionis amplit. *vel,* magnitudinem neque tam diut. *&c.*
f Athenienſiũ imperium.
g Lacedæmoniorum imperium.
h Romanæ reſp. potẽtia, atque imperij amplitudo.
i *Ad verbum,* Quæ non eſt inacceſſa.
k *Vel,* totam Ital. tenuit, atque ad totius orbis imperiũ auſa eſt progredi, exturb.
l Aetas *prout Gr.* γενεὰ, *de qua vide annot. ſuprà.*
m *Quidã interpr.* Quæ non agnoſcãt vniuerſorum dominam. *Ad verbum,* Quæ de communi principatu cũ ea contendat. *vel,* de communi imperio.
n Se certo cõſilio argumẽtum hoc tractandum ſuſcepiſſe oſtendit.
o *Vel potius,* & qui *inter illos* ſunt maligniores. *Vel,* & qui *cæteris* ſunt malignantes.
p *Vel potius* hiſtorici nonnulli, *nam altera vox nimis latè patet. Sunt autem qui Hieronymum Cardianum & Timæũ Siculum notari putant, qui Pyrrho Epirotæ in ſua hiſtoria gratificari voluerunt.*

compoſuerunt. Quum igitur has falſas opiniones (vt dixi) ex animis meorum ciuium velim euellere, & veras in earum locum inſerere, de vrbis conditoribus, quínam fuerint, & quibus ſinguli temporibus conuenerint, & quibus acti caſibus patrias ſedes reliquerint, in hoc libro declarabo: in quo polliceor me demōſtraturum eos & Græcos fuiſſe, & ex gentibus non minimis aut viliſſimis conueniſſe. Res verò quas ſtatim ab vrbe condita geſſerunt, & † ſtudia quibus eorum poſteri ad tantam imperij amplitudinem progreſſi ſunt, facto initio † ab inſequenti libro narrabo: nihil, quantum in me erit, omittens eorum quæ digna ſunt quæ hiſtoriæ mandentur: vt hominibus tūc demum veritate cognita, in mētem veniat quæ decet etiam de hac ciuitate ſentire, niſi animo penitus ſæuo & hoſtili in eam ſint: neque iuſtam ſeruitutem moleſtè ferre: (hæc enim lex naturæ apud omnes gentes eſt recepta, quam nullum tempus delebit, vt ſuperiores inferioribus imperent) neque fortunam incuſare, † quaſi indignæ ciuitati tantum imperium & tam diuturnum gratis dederit, hoc ſaltem ex ipſa hiſtoria edoctis, quòd *hac vrbs* ſimulatque primùm eſt cōdita protulit † ſexcentas virtutes virorum, quibus nec pietate, nec iuſtitia, nec perpetua per omnem vitam temperantia præſtantiores, ac ne rebus quidem bellicis certatores excellentiores vlla vnquā ciuitas aut Græca aut barbara tulit: ſin minus, ab oratione abſit inuidia: pollicitationem enim rerum quæ omnem penè fidem ſuperant, & quæ ſunt admirandę, neſcio quid eiuſmodi comitatur. neque omnes qui eam ad tantam imperij amplitudinem prouexerunt, à Græcis ignorantur quòd hiſtoricum celebrem nacti non fuerint. Nulla enim de iis Græca hiſtoria accuratè ſcripta ad noſtra vſque tempora in lucem prodiit, præter quædam compendia in ſummam redacta, eáque perbreuia. Ac primùm quidem Hieronymi Cardiani hiſtorici, qui Romanas antiquitates in hiſtoria de Epigonis breuiter perſtringit: deinde Timæi Siculi, qui res quidē priſcas vniuerſali hiſtoria complexus narrauit, at bellis cum Pyrrho Epirota geſtis propriū volumen ſeparatim dicauit. his adde Antigoni, Polybij, Sileni, & † ſexcētorum aliorum qui res eaſdem, ſed diuerſa ratione, ſunt aggreſſi. Quorum vnuſquiſque exiguū opus, ac ne id quidē debita cura & diligentia, ſed ex quibuſlibet vanis rumoribus cōpoſitum ſcriptis mandauit. His autem ſimiles, & nulla in re diſcrepantes hiſtorias in lucem ediderunt Romani homines quotquot res priſcas ſuæ ciuitatis ſermone Græco ſcripſerunt: quorum vetuſtiſſimi ſunt, Q. Fabius, L. Cincius, qui ambo bellis Punicis floruerunt. Horum virorū vterque res quibus ipſe interfuit, vtpotè probè ſibi notas, diligenter ſcriptis mandauit: res verò priſcas, quæ poſt vrbem conditā geſtæ ſunt, ſummatim percurrit. Has igitur ob cauſas præclaram hiſtoriam ſuperioribus intactam viſum eſt mihi ſilentio non præterire: ex qua accuratè ſcripta hæc duo, quæ ſunt & optima & æquiſſima, eueniunt: vt viri fortes qui fatum ſuū implerunt, gloriam immortalem adipiſcantur, & à poſteris laudentur (quæ faciunt vt mortalis natura ad diuinam proximè accedat, nec rerum geſtarum memoria vnà cū ipſo corpore pereat) vtque diuinorum illorum virorum & præſens & futura progenies nō iucundiſſimum & facillimum, ſed generoſiſſimum & † laborioſiſſimum vitæ genus ſequatur: dum ſecum reputat debere eos qui generis præclara primordia ceperunt, magnificè de ſe ſentire, & nulli rei maiorum inſtitutis indignæ operam dare. Ego verò, qui non aſſentationis cauſa ad hoc opus animum appuli, ſed veritatis & æquitatis ſtudio, (qui præcipuus debet eſſe omnis hiſtoriæ ſcopus,) primùm quidem vt conſilium meum omnibus viris bonis, & honeſtarum magnarúmque rerum cognoſcendarum cupidis fructuoſum eſſe demonſtrem: deinde verò gratiam quā poſſum referam ciuitati, memor educationis, & aliorum commodorum quibus in ea degenti mihi frui contigit. QVVM autem conſilij mei rationem *iam* reddiderim, volo adhuc verba facere de adiumentis quæ habui quum hoc opus ſcribendum aggreſſurus eſſem. Fortaſſe enim qui priùs legerunt Hieronymum, aut Timæum, aut Polybium, aut aliquem ex aliis † ſcriptoribus, de quibus paulò antè mentionem feci, quòd ſua ſcripta in ſummam redegerunt, breuitérque perſtrinxerunt, quum multa quæ à me ſcribuntur apud illos non inuenerint, hæc à me fingi ſuſpicabuntur, & vnde ego hanc rerum cognitionem adeptus fuerim ſcire volent. Ne quis igitur talē de me opinionem concipiat, præſtat vt quibus rationibus impulſus, & quibus commentariis adiutus fuerim explicem. Ego quum in Italiam nauigaſſem, ſtatim poſt finem bello ciuili ab Auguſto Cæſare impoſitum, circa mediam Olympiadem centeſimam octogeſimam ſeptimam, & ab illo tempore ad hanc vſque diem annos vi-

Dionyſii propoſitum

Vel, inſtituta. *Vel potius*, Ab ea quæ hanc ſequitur ſcriptione. *Hanc autem de iſta præfatione ſiue de iſto proœmio intelligere videtur.*

Vel, quaſi minime idoneæ ciuitati tant. *vt intell. imparem illam tanti imperij adminiſtrationi fuiſſe. Intell. Latino more* ſexcentas *pro innumeris.*

Romanæ vrbis variis in rebus excellētia.

Græci quidā hiſtoriam Romanam ſcripſerunt.

Hic quoque ſexcentorum ex Lat. ſermonis conſuetudine, pro innumeris.

Romani quidam hiſtoriā Græco ſermone ſcripſerūt.

Hiſtoriæ priſcæ Rom. cognitio duplicē fructum afferre poteſt.

Laborioſiſſ. *vt legatur φιλοπονώτατον, non φιλοπραγμονέστατον.*

De adiumentis, ſeu adminiculis, quæ habuit quum hāc hiſtoriam ſcribere aggreſſus eſt.

Vel potius, hiſtoricis *vt & in duobus præced. locis admonui.*

Quæ ſint ſcripta quibus ad hanc hiſtoriā eſt adiutus.

ginti & duos Romæ manſiſſem, & ſermonem Romanum edidiciſſem, literarúmque illius regionis cognitionem adeptus fuiſſem, toto hoc tempore in curam eorum, quæ ad huius mei operis argumentum ſpectabant, perpetuò incubui. & quum alia à doctiſſimis viris, in quorum conſuetudinem me inſinuaram, edoctus accepiſſem, alia ex hiſtoriis decerpſiſſem, quas Romani *autores* ab ipſis laudati compoſuerunt, Porcius Cato, Fabius Maximus, Valerius Antias, Licinius Macer, Ælij, Gellij, Calpurnij, & præter iſtos multi alij viri non ignobiles, quorum commentariis vſus (ſunt autem Græcis annalibus ſimiles) tunc demum hanc hiſtoriam ſum aggreſſus. Atque hæc de me ipſo diſſerui.

Quæ tempora & quas res narraturus ſit, & quam formam huic ſuo operi daturus.

¶RELIQVVM eſt vt & de ipſa hiſtoria illud præmoneam, quæ tempora & quas res ſim narraturus, & quam formam operi daturus. Hiſtoriam autem ordiar ab antiquiſſimis fabulis, quas ſuperiores ſcriptores prætermiſerunt, quòd non ſine difficultate & magno negotio reperiri poſſent. deducam autem narrationem vſque ad initium primi belli Punici, quod fuit anno tertio octuageſimæ octauæ ſupra centeſimam Olympiadem. narrabo autem & omnia bella externa, quæ P.R. illis temporibus geſſit, & inteſtinas ſeditiones quibus laborauit, quibúſque ex cauſis ortæ fuerint, quibúſve modis & rationibus ſedatæ. Perſequar etiam omnia genera ſtatus ciuitatis, quibus eſt vſus & ſub regibus & poſt exactos reges, & quis ordo ac diſciplina eorum vniuſcuiuſque eſſet: mores etiam optimos & leges clariſſimas narrabo, & in ſumma, totam illius populi priſcam viuendi rationem demonſtrabo. Operi verò formam dabo, nec qualem bellorum ſcriptores ſuis hiſtoriis dederunt, nec qualem qui rerumpublicarum ſtatus ſeparatim narrarunt, neque annalibus ſimilem, quos ediderunt qui res Atticas ſcripſerunt. (illi enim ſunt ſimplices, & auditores citò offendunt) ſed mixtam ex quolibet genere rerum cùm earum quæ in ipſa actione, tum earum quæ in ſola contemplatione verſantur, vt ſatisfiat, & iis qui ciuilibus negotiis vacant, & iis qui philoſophicæ contemplationi dant operã, & ſiquibus quieta oblectatione in hiſtoriarum lectione opus erit. Mea igitur hiſtoria de hiſce rebus aget, & talem formam ſortietur. Autor verò eius ſum ego, DIONYSIVS ALEXANDRI F. Halicarnaſſeus. Atque hinc exordior.

Romæ priſci habitatores, iidémque primi. Siculi. *Quidam interpr. principem, potius quam dominam.* Aborigines. Pelaſgi.

VRBEM terræ mariſque totius dominam, quam nunc Romani incolunt, primi omnium qui memoriç ſunt proditi, feruntur tenuiſſe barbari Siculi, gẽs indigena. antè verò alióſne colonos habuerit, an inculta fuerit, nemo poteſt certò dicere. ſed poſtea eam longo bello antiquis dominis ereptam occuparunt Aborigines, qui antè in montibus ſine mœnibus vicatim & paſſim habitabant. Sed poſtquã Pelaſgi & alij quidam Græci admixti eos iuuerunt in bello contra finitimos populos, Sicula gente inde expulſa, multas vrbes mœnibus cinxerunt, & in ſuam poteſtatem redegerunt totum illum agrum, quem amnes duo, Liris & Tiberis, terminant, qui ſuos habent fontes ad radices Apẽninorum montium, à quibus tota Italia bifariam in longitudinem diuiditur: & DCCC fermè ſtadiorum inter vtriuſque oſtia interſtitio in mare Tyrrhenum erumpunt. atque à ſeptentrione Tiberis prope vrbem Oſtiam ſe exonerat: à meridionali plaga Liris Minturnam alluit. Ambæ autem hæ ciuitates ſunt Romanorum coloniæ: atque iidem homines, mutatis tantùm appellationibus, in iiſdem ſedibus à nullis aliis amplius expulſi, perpetuò remanſerunt, vetúſque Aboriginum nomen vſque ad bellum Troianum adhuc ſeruarunt. & à Latino rege, qui belli Troiani temporibus regnauit, Latini dici cœperunt. Quum autem Romulus ſextadecima ætate poſt bellum Troianum vrbem ſibi cognominem condidiſſet, nomine quod nunc habent ſumpto, temporis progreſſu in gentem maximam ex minima, & ex obſcuriſſima in clariſſimam euaſerunt: dum larium egenos apud ſe comiter recipiunt, & viris fortibus bello deuictis ciuitatem impertiuntur, & ſuis libertis ius ciuium concedunt, & nullam hominum conditionem, quæ remp. iuuare poſſet, aſpernantur: ſed præcipuè pulcherrimis reip. adminiſtrandæ inſtitutis, quæ variis caſibus cladibúſque, ex qualibet occaſione aliquam vtilitatem capientes, conſtituerũt. Cæterùm, Aborigines Romani generis autores, alij indigenas Italiæ, gentem ipſam ex ſe oriundam aſſerunt, (Italiam autem voco totam illam oram quam Ionius & Tyrrhenicus ſinus, & Alpes tertiæ à continente ambiunt) noménque primùm illis inditum, quòd poſteris ſuis generis autores fuiſſent, quemadmodum nos Græci diceremus γενάρχας aut πρωτογόνους. Alij verò aiunt quoſdam ſine laribus, & errones, qui ex variis locis conuenerant, forte fortuna

Oſtia. Minturna.

Latini à Latino rege dicti. *Sed ea lectio quam habemus ſonat,* Latini regis tempore. *vel,* ætate.

De Aboriginibus, variæ variorum opiniones. Italiæ appellatio quam latè pateat.

tu na ſibi in uicem occurriſſe,& ſedes in locis munitis poſuiſſe,& latrocinio ac re pecuaria vixiſſe. Horum autem nomen detorquent in id quod caſibus ipſorum magis conuenit, † Aberrigines appellantes, vt errones eos fuiſſe demonſtrent. Quamobrem ſecundu m iſtos nullum ferè diſcrimē erit inter Aboriginum gentem,& eos qui à veteribus *Leleges* appellabãtur. Illi enim hominum generi quod laribus carebat, quódque ex mixta variarum gentium colluuie conſtabat, & quod nullas certas ſedes vt patriam habebat, hoc nomen ſæpe imponebant. Alij verò fabulantur eos fuiſſe colonos Ligurum,qui Vmbris ſunt finitimi. Ligures enim multas Italiæ partes habitant,Galliç etiam quaſdam incolunt. Vtra autem ſit eorum patria,incertum eſt(nihil enim certi de iis præterea dicitur.)ſed doctiſſimi Romanorũ † ſcriptorum, inter quos eſt Porcius Cato,qui Italicarum vrbium origines accuratiſſimè collegit, & C.Sempronius,& multi alij, aiunt eos eſſe ex iis Græcis qui quondam in Achaia habitarant,& multis ante bellum Troianum ætatibus inde migrarant. Verumtamen verbis diſertis non ſcribunt aut ex qua Græca natione fuerint, aut ex qua vrbe migrarint,aut quo tempore, aut quo coloniæ duce, aut quibus acti caſibus antiquam patriam reliquerint:&,fabulam Græcam ſequuti, *hoc* nullius autoris Græci teſtimonio confirmarunt. Rei igitur veritas quomodo ſe habeat incertum eſt. Quòd ſi iſtorum ſermo eſt ſanus *ac verus*,nõ poſſunt coloni eſſe vllius alterius generis quàm Arcadici. Nam hi primi Græcorum,duce OEnotro Lycaonis filio, Ionico ſinu traiecto,Italiam habitarunt. hic autē quintus erat à Pelaſgo & Phoroneo,qui primi in Peloponneſo regnarunt. Ex Phoroneo enim Niobe:ex hac & Ioue(vt fertur) Pelaſgus natus. Pelaſgi verò filius Lycaon:huius filia Deianira:ex Deianira & Pelaſgo,Lycaõ alter genitus:ex hoc,OEnotrus, ſeptemdecim ætatibus ante Troianam expeditionem. Hoc igitur eſt tempus quo colonia à Græcis in Italiam miſſa fuit. OEnotrus autem è Græcia migrauit *ſui patrimonij* portione non contentus. Quum enim XXII filij Lycaoni eſſent, in totidem partes agrum Arcadicum diuidi oportebat. Hanc igitur ob cauſam OEnotrus,relicta Peloponneſo,claſſéque parata,Ionium mare traiecit,vnáque Peucetius,vnus è fratrum numero:multíque populares eos ſunt ſequuti:(hæc enim gens olim frequentiſſima fuiſſe fertur) & ex aliis Græcis quotquot agrum habebant minorem quàm ſatis eſſet. Peucetius igitur ad quam Italiæ partem primùm appulit, ſupra Iapygiæ promontorium ſuis expoſitis, ibi conſedit, & ab eo horum locorum incolæ Peucetij ſunt appellati. OEnotrus verò cum maiore exercitus parte ad alium ſinum appulit, ab occidente Italiæ latus alluentem, qui tunc Auſonius ab accolis Auſonibus dicebatur. ſed poſtquam Tyrrheni imperio maris ſunt potiti,nomen mutauit in illud quod nunc retinet. Nactus autem amplam regionem paſcuis,amplam arationi aptam,ſed maximà ex parte deſertam, ac ne illã quidem quæ incolebatur,magno hominum numero frequentatam, quadam eius parte à barbaris purgata,vrbes paruas & crebras in montibus condidit:qui mos condendi veteribus familiaris fuit. Tota autem illa ampla regio quam tenuit,OEnotria vocata eſt, omnéſque quibus imperauit,tertio hoc nomine aſſumpto, OEnotri ſunt appellati. Pelaſgo enim regnante,Pelaſgi appellabantur:ſed quum Lycaon imperium à patre ſibi relictum accepiſſet,ab illo rurſus Lycaones ſunt dicti:quum autem OEnotrus eos in Italiam tranſportaſſet, OEnotri aliquandiu vocati ſunt. Meæ autem orationi Sophocles tragicus in Triptolemo fidem facit. In illa enim fabula inducitur ab eo Ceres, docens Triptolemum quantum terrarum ſeminandis à ſe acceptis frugibus peragrare neceſſe habeat:primùm facta mentione orientalis Italiæ,quæ ab Iapygiæ promontorio vſque ad fretum Siculum extenditur:deinde Siciliæ oppoſitæ facta leuiter mentione,ad occidentalem Italiam redit,& gentes maximas,quæ oram iſtam incolunt,recenſet, initio ab OEnotrorum ſedibus facto. Satis autem erit hos ſolos iambicos verſus afferre,in quibus ait, *A tergo ad dextram OEnotria omnis, & Tyrrhenicus Sinus,& Liguria te excipiet.* Antiochus autem Syracuſanus, antiquiſſimus hiſtoricus,vbi de Italia condita agit, veteres colonos recenſens, & quam eius partem ſinguli occuparint,ait OEnotros primos poſt hominum memoriam in ea habitaſſe:ſic autem ille, *Antiochus Xenophanis F. hæc de Italia ſcripſit,ex veterum monumentis ea quæ maximè probabilia & certiſſima erant* [*excerpens.*] *Hanc regionem quæ nunc Italia vocatur,olim tenuerunt OEnotri.* Deinde, poſtquã commemorauit reipub. formam qua vtebantur,& Italum ad tempus regem eorum fuiſſe, à quo,mutato nomine,dicti ſunt Itali:huic autem Morgetem ſucceſſiſſe, à quo Morgetes appellati:&

Quaſi Aberrigines dicti ſunt ab aberrando.

Hic quoque συγγραφεῖς ad hiſtoricos potius reſtringuntur.

Arcadici generis coloni, Italiam primi habitarunt.

OEnotrus ex Peloponneſo in Italiam migrauit.

Peucetius,à quo Peucetij.

Auſonius ſinus, olim de nomine Auſonum accolarum dictus.

OEnotria & OEnotri, ab OEnotro

Qui Pelaſgi, iidem & Lycaones poſteà vocati.

Antiochi Syracuſani, hiſtorici antiquiſſimi, duo loci.

Siculum à Morgete hoſpitio exceptum, dum proprium ſibi imperium ſtruit, gentem diuiſiſſe: hæc ſubiicit, *Ita igitur Siculi, & Morgetes, &* [a] *Itali fuerunt, qui erant OEnotri.* Sed age, & quantum eſſet [b] OEnotrorum genus demonſtremus, allato ex priſcis ſcriptoribus alius viri teſtimonio, [c] Pherecydis inquam, qui nulli Athenienſium in ſcribendis genealogiis ſecundus fuit. Ille enim de regibus Arcadiæ ſic loquitur, *Ex Pelaſgo & Deianira natus eſt Lycaon. hic duxit vxorem Cyllenen, Naidem nympham, à qua mons Cyllene dictus.* Deinde poſtquam recenſuit eorum liberos, & quænam loca eorum vnuſquiſque habitarit, OEnotri & Peucetij meminit his verbis, *Et OEnotrus, à quo OEnotri nominantur qui in Italia habitant: & Peucety, qui in ſinu Ionio.* Quæ igitur ab antiquis poëtis & fabularum ſcriptoribus de ſedibus & genere OEnotrorũ ſcriptis ſunt prodita, hæc ſunt: quæ ego ſequutus, ſi verè Aboriginum gens Græca fuit (vt Cato & Semptonius, multique alij dixerunt) horum OEnotrorum progeniem eam fuiſſe credo. Pelaſgos enim & Cretenſes, alióſque qui in Italia habitarunt, poſterioribus temporibus *eò* veniſſe comperio. Claſſem autem hac antiquiorem, quæ in occiduas Europæ partes ex Græcia migrarit, nullam reperire queo. Arbitror autem ipſos OEnotros cùm multa alia Italiæ loca occupaſſe, quæ partim deſerta partim malè culta nacti fuerant, tum etiam agri partem aliquam Vmbris ademiſſe: Aborigines autem vocatos quòd in montibus habitarent (Arcadicum enim eſt montiũ habitatione delectari) vt ij qui Athenis [d] Hyperacrij & Parhalij *vocabãtur.* Quòd ſi qui natura comparatum habent vt ad ea quæ de rebus priſcis dicuntur, temerè admittendum, non ſint faciles, illi etiam ne faciles ſint ad credendum eos aut Ligures, aut Vmbros, aut alios quoſpiam barbaros fuiſſe: ſed vbi expectarint donec & cætera cognorint, tunc demum id quod omniũ maximè probabile fuerit, iudicent. [e] Oppida autem in quibus Aborigines habitarunt, pauca ſupererãt ætate mea, maxima verò eorum pars bellis aliiſque peſtiferis calamitatibus oppreſſa, deſolata eſt. Erant autem in Reatino agro, non longè ab [f] Apenninis montibus, (vt Terentius Varro in ſuis Antiquitatibus ſcribit,) aberántq; à Roma, quæ minimum, iter vnius diei. quorum præcipua ego (vt ille prodidit) narrabo. Palatiũ, quod XXV ſtadia diſtat à Reate, vrbe à Romanis, meis etiam temporibus, habitata, prope viam Quintiam: Trebula, (*quæ Tribola*) ab eadem vrbe circiter LX ſtadia diſtat, in modico colle ſita: Veſbola, quæ eodem interuallo à Trebula abeſt, prope Ceraunios montes. Ab ea autem quadraginta ſtadia, [g] Suna, vrbs inſignis, vbi eſt templũ Martis peruetuſtum. [h] Mephyla verò triginta circiter ſtadia longè à Suna: cuius ruinæ & murorum veſtigia extant. Quadrageſimo autem ſtadio à Mephyla [i] Orujniũ vrbs, ſiqua alia, in eo tractu inſignis & magna. Apparent enim & fundamenta eius murorum, & monumenta quædam quæ veterem magnificentiam retinẽt, & ambitus ſepulchrorũ per celſos aggeres porrectorum. Hîc etiam eſt vetuſtum Mineruæ templum, in arce extructum. Octogeſimo autem à Reate ſtadio, euntibus Iuria via, iuxta Corcrum montẽ, Curſula, nuper diruta. Oſtenditur & quædã inſula, cui nomen [k] Iſſa, palude cincta, quam abſque munitione manu facta *incolæ*, cœnoſis ac paluſtribus aquis freti, tanquam mœnibus, habitaſſe ferũtur. Iſſæ proximum eſt [l] Marunium, in intimo eiuſdẽ paludis receſſu ſitum, diſtans quadrageſimo ſtadio à [m] Septẽ aquis, quæ ita vocãtur. Rurſus à Reate verſus Latinam viam euntibus occurrit Varia, ad trigeſimum ſtadium: Tiora verò, quæ & Matiera vocatur, ad trecenteſimũ inde ſtadium. [n] In hac antiquiſſimum Martis oraculum fuiſſe fertur, non abſimile illi (vt aiunt) quod [o] Dodonæ quondam fuiſſe fabulis proditur: niſi quòd illic columbam in ſacra quercu ſedentem oracula reddere ſolitam dicunt: at apud Aborigines auis diuinitus miſſa, quam ipſi picum, Græci *δρυοκολάπτην* vocant, ſupra columnam ligneam apparens idem faciebat. Ab vrbe autem antè dicta aberat XXIIII ſtadia [p] Liſta, metropolis Aboriginum, quam olim Sabini noctu ex Amiterna vrbe profecti ex improuiſo ceperunt: qui verò capta vrbe euaſerunt, à Reatinis recepti, quum ſæpius eam recuperare tentaſſent, nec tamen potuiſſent, agrum eorum, quaſi adhuc eſſet ſuus, dijs conſecrarunt, diris deuouentes eos qui fructus in poſterum ex eo caperent. Septuageſimo à Reate ſtadio clara vrbs [q] Curilia, monti adiacens: & ab ea nõ longè lacus, cuius amplitudo eſt quatuor iugerum, aquarum natiuarum ſemper fluentium plenus, immenſæ, vt fertur, profunditatis. Hunc autem, quòd neſcio quid diuini habeat, indigenæ ſacrũ [r] Victoriæ putant, eúmque coronis cinctum, ne quis ad latices accedat, inacceſſum ſeruant: niſi quibuſdam anniuerſariis temporibus, quibus ſacra

ritu ſuo

a Italietes, ſequendo ſcripturam Græcã.
b OEnotrorũ generis magnitudo.
c Pherecydis loci duo in genealogiis.
d Hyperacrii, quòd ſumma montium iuga incolerent: Parhalii, quòd mare accolerent.
e De Aboriginum oppidis.
f Ex Terentio Varrone, præcipua Aboriginum oppida.
g Suna, vrbs inſignis.
h Mephyla.
i Oruinium.
k Iſſa inſula.
l Maruuium Iſſæ inſulæ proximum.
m Septem aquæ.
n Oraculum Martis.
o Oraculum Dodonæum.
p Liſta, Aboriginum metropolis.
q Curilia.
r Victoriæ ſacer lacus.

ritu ſuo faciunt, aſcendentes inſulam eius quibus eſt fas. Illa autẽ diametrum habet fermè quinquaginta pedum, nec plus quàm pedem ex aquis eminet. Eſt autem inſtabilis, & in varias partes fluitat, ventò eam modò huc modò illuc impellente. In ea verò herba quædam naſcitur butomo ſimilis, & frutices quidam non magni, res quæ ſuperat captum eorum qui vim naturæ non ſunt contemplati, & nullo mitaculo inferior. In his igitur locis Aborigines, expulſis inde Vmbris, primas ſedes ferũtur poſuiſſe.[a] ¶HINC autem excurrentes, tum cum aliis barbaris, tum verò præcipuè cum Siculis confinibus armis de agro decertabant.[b] ac primùm quidem ſacra quædam iuuentus egreſſa exiguo numero, victus quærendi cauſa à parentibus ſuis emiſſa; more priſco, quem apud multos & barbaros & Græcos receptum ſcio. Quoties enim vulgi multitudo in aliquibus ciuitatibus ita creuiſſet vt domeſtica alimenta omnibus ſufficere non poſſent, aut aeris intemperie terra læſa fruges ſolito pauciores protuliſſet, aut aliquis alius huiuſmodi caſus, ſiue bonus, ſiue malus, ciuitatibus multitudinis minuendæ neceſſitatem impoſuiſſet, deò cuipiam conſecrantes annuam hominum progeniem, ex ſuis finibus armis inſtructam emittebant. Et, ſi pro felici hominum prouentu aut victoria in bello parta gratias diis agerent, peractis antè ſacris ſolennibus, fauſtis ominationibus colonias proſequebantur: ſin iratis diis præſentium malorum finem poſcerent, idem ferè faciebant, ſed mœſti, & veniam petentes ab iis qui expellebantur. Illi verò inde migrantes, patria in poſterum carituri, niſi aliam quæ ſe reciperet, pararẽt, quam vel gratia vel armis quæſiſſent, eam patriæ loco habebant: deúſque, cui dicati fuiſſent ij qui abigebantur, eos plerunque adiuuare coloniáſque eorum præter omnem hominum opinionem fortunate videbatur.[c] Illũ igitur morem ſequuti tũ quoque Aboriginum quidam, regione viris florente (nullos enim filios volebant necare, quia id longè omnium grauiſſimum piaculum putabant) deo cuipiam cõſecrata annua progenie, filios, vbi virilem ætatem attigiſſent, colonos aliò miſerũt: qui ſimulatque patrium ſolum reliquerunt, res Siculorum agere ac ferre non deſtiterunt. Vt verò ſemel hi quibuſdam hoſtilis agri locis potiti ſunt, tutiùs iam & reliqui Aborigines, agrorum inopes, ſuos quiſque vicinos aggreſſi ſunt: vrbéſque condiderunt cùm alias, tum eas quæ ad hanc vſque ætatem incoluntur,[d] Antemnas, Tellenen, Ficulneam, ſitam prope montes qui Corniculi vocantur, & Tibur, vbi ad hoc vſque tempus pars quædam vrbis Siculetum vocatur: nec vllam aliam finitimam gentem magis quàm Siculam infeſtabant. Ex iſtis autem controuerſiis bellum inter gentes integras exortum eſt, quantum nullum aliud ſuperiorum in Italia geſtorum: quod & maximè diuturnum fuit.[e] deinde Pelaſgi quidam, ex iis qui habitabant in ea quæ Theſſalia vocatur, ſuas ſedes relinquere coacti, in partem ſedium recepti ſunt ab Aboriginibus, opibúſque communibus bellum contra Siculos geſſerunt. Aborigines autem, fortaſſe auxilij ſpe, ſed (vt ego arbitror) potiſſimũ ob cognationem eos receperunt.[f] Pelaſgorũ enim gens Græca erat antiquitus ex Peloponneſo oriunda: fortunam autem aduerſam experta eſt cùm multis aliis in rebus, tum præcipuè in eo quod variis acta erroribus fuerit, nulláſque certas ſedes habuerit. Primùm enim circa Achaicum Argos, quod ita nunc vocatur, quum eſſent indigenæ (vt multi aiunt) habitarunt.[g] hoc autem nomen à rege Pelaſgo antiquitus acceperunt. Pelaſgus autem filius erat Iouis (vt fertur) & Niobes, Phoronei filiæ: cum qua prima muliere mortali Iupiter rem habuit, vt fabulis proditur. Sextáque poſt ætate Peloponneſo relicta, in[h] Hæmoniam, quæ tunc ita appellabatur, nunc verò Theſſalia vocatur, migrarunt. Coloniæ autem duces erant, Achæus, Phthius & Pelaſgus, Lariſſæ & Neptuni filij: qui in Hæmoniam profecti, barbaros eius incolas expulerunt, & agrum trifariam diuiſerunt: eáſque partes, à coloniæ ducibus, Phthiotidem, Achaiam & Pelaſgiam denominarunt.[i] Quum autem quinque ætates ibi manſiſſent, quibus ad maximam felicitatem ſunt prouecti, fructus ex præſtantiſſimis Theſſaliæ campis percipientes, circa ſextam ætatem eos inde expulerũt[k] Curetes & Leleges, qui nũc Ætoli & Locri vocãtur, aliíque multi Parnaſſi accolæ, ductu Deucalionis filij Promethei, & Clymenes Oceani filiæ. Quum autem in ipſa fuga diſſipati fuiſſent, alij eorum in Cretam abierunt: alij quaſdam inſulas Cycladas occuparunt: alij circa Olympum & Oſſam in ea quæ Heſtiotis vocatur, ſedes poſuerunt: alij in Bœotiam, Phocidem & Eubœam delati ſunt: alij, quum in Aſiam traieciſſent, circa Helleſpontum multa maritima loca occuparunt, & ex inſulis adia-

a Secunda habitatio Aboriginum.

b Priſcus demigrantium mos, apud multos & Græcos & barbaros receptus.

c Aboriginum quidam quem morem in emittenda iuuentute ſequuti.

d Antemnæ, Tellene, Ficulnea, vrbes quas Aborigines condiderunt: ſiue (ſequẽdo Græca nomina) Antemnates, Tellenẽſes Ficulnenſes.

e Aborigines Pelaſgos ex Theſſalia venientes recipiunt.

f Pelaſgorum gens Græca, ex Peloponneſo oriunda.

g Pelaſgus, à quo Pelaſgi.

h Hæmonia, quæ poſtea dicta eſt Theſſalia.

i Pelaſgi ex Theſſalia expulſi, alii aliò commigrant.

k Curetes & Leleges, qui poſtea Ætoli & Locri ſunt vocati.

centibus cùm multas alias, tum eam quæ nunc Leſbos vocatur, mixti Græcis, qui primam coloniam ductu Macaris Criaſij Filij, eò deducebant. Sed quum maxima eorum pars per loca mediterranea ſe contuliſſet ad Dodonæos ſuos cognatos,(quibus,vt ſacris,nemo bellum inferre volebat)modicum quoddam tempus ibi ſunt cōmorati:ſed vbi eos à ſe grauari ſenſerunt,quòd terra omnibus alendis nō ſufficeret, eam regionem reliquerunt, ſequuti oraculum quo iubebantur in Italiam nauigare,

Pelaſgi In Italiam, quæ tunc Saturnia dicebatur, contendunt, ex oraculo.

Spinetum, vnum ex Padi oſtiis.

quæ tunc Saturnia vocabatur. Quare paratis multis nauibus mare Ionium traiecerunt, oram Italiæ proximam attingere contendentes: ſed flante auſtro, & locorum ignari, in altum delati, ad vnum Padi oſtium, Spinetum appellatum, appulerunt, nauéſque in hoc ipſo loco reliquerunt, & turbam laboribus ferendis imparem,collocato ibi præſidio,vt,niſi res ſibi ſuccederent, refugium haberent. Qui verò in eo loco remanſerunt,caſtra muris cinxerūt, & res ad victum neceſſarias nauibus abundè importarunt:atque quum res ex animi ſententia ſibi ſuccedere exiſtimarunt,vrbem oſtio fluminis cognominem condiderunt: & fortunatiſſimi fuerunt omnium maris Ionij accolarum, diu maris imperio potiti: & decimas ex maritimis prouentibus,ſiqui alij,ſplendidiſſimas Delphos deo mittebant. Poſtea tamen,quum barbari accolæ magna manu bellum illis intuliſſent,vrbem deſeruerūt: barbari verò tandē poſtea à Romanis inde fuerūt pulſi.atque Pelaſgorū genus, quod ad oſtiū Spineticū fuerat relictū,ita interiit Qui verò ad mediterranea ſe conuerterāt, ſuperatis Italię locis montanis,in Vmbrorū Aboriginibus finitimorū regionē peruenerunt.nā

Vmbri.

Lapus πόλεις Matias legens, pro πολισμάτια vertit, vrbémque Vmbrorum quandam Matiam ceperunt.

& multa alia Italiæ loca Vmbri incolebāt,atque hæc gens erat cum primis ampla, & antiqua.Initio igitur Pelaſgi agros occuparūt,in quibus primū ſedes fixerunt,& quędā Vmbrorum † oppidula ceperunt.Sed quū ingens exercitus cōtra eos conueniſſet, hoſtium multitudine territi, diſceſſerunt, & in Aboriginum regionem ſe contulerunt. atque Aborigines eos vt hoſtes tractandos cenſuerant, & celeriter ex proximis locis in vnum confluxerant, vt eos inde pellerent. At Pelaſgi (tunc enim forte

Pelaſgi, in Aboriginum regionem cōfugiunt.

fortuna ad Cotylen,Aboriginum vrbem,iuxta ſacrum lacum,diuerterant) poſtquā animaduerterunt paruam inſulam,quæ in eo *lacu* agitabatur, & ex captiuis,quos in agris interceperant,audiuerunt nomen eorum qui regionem illam incolebant, oraculum ſibi redditum ad finem ſuum perductum crediderunt. nam oraculum,quod ipſis Dodonæ redditum fuerat(quod L.Mamius,vir non obſcurus, ſe vidiſſe dicit in quodam tripode,qui in Iouis templo ſacratus erat,literis antiquis inſculptum)ſic habebat,

Vel potius, In quodam eorū, qui ſunt in Iouis delubro, tripodum.

Oraculūm Pelaſgis apud Dodonā redditum.

Ite quærentes Siculorum Saturniam terram,
Et Aboriginum Cotylen,vbi inſula vehitur [aquis]:
Quibus [Aboriginibus] permixti, decimas mittite Phœbo,
Et capita Ioui,& patri [ipſius] mittite virum.

Pelaſgi Aboriginibus cū magno exercitu venientibus,cum ramis oleæ occurrunt.

Aduentantibus autem cū magno exercitu Aboriginibus,occurrerunt Pelaſgi, ſupplices ac inermes,oleæ ramos prætendentes: expoſitíſq; ſuis caſibus,eos orarunt vt ſe,nequaquā graues ipſis futuros,in amicitiā partémque ſedium reciperent. Et oraculū interpretati, ſe in illā ſolam regionem *ſibi reliquam* dei monitu delatos dixerūt. Quum autem Aborigines hæc intellexiſſent, exiſtimarunt oraculo parendum, & Græcam ſocietatem contra barbaros ſibi infenſos aſſumendam, quia bello grauiter

Cum Pelaſgis fœdus ineunt Aborigines.

premebantur, quod contra Siculos gerebant. Itaque cum Pelaſgis fœdus ineunt, & ſuorum agrorum partem ipſis aſſignant,quæ erat circa ſacrum lacum: quorū magna pars erat paluſtris,& quæ more priſcæ linguæ Velia vocatur: nam priſci Græci

Velia.

Priſcorum Græcorum vſu ſyllaba ου.

nominibus à vocali incipientibus ſyllabā ου vnico ſcriptā charactere,plerumque pręponere ſolebant.Hic autem erat vt duplex Γ.*quod formabatur* duabus lineis obliquis ad vnam rectam adiunctis,vt Fελένη,& Fάναξ,& Fοῖκος,& Fανὴρ,& multa *alia* huiuſmodi.Deinde horum non minima pars,quia ager *ille* omnibus non ſufficiebat, Aboriginibus perſuaſerunt vt ſecum ad bellicam expeditionem proficiſcerentur, & bel-

Pelaſgi & Aborigines Crotonem Vmbrorum vrbē capiunt.

lum Vmbris intulerunt,atque Crotonē vrbem ipſorum fortunatam & amplam,incurſu repentino ceperunt:qua pro arce ac munitione contra Vmbros vtebantur, quòd *ita* eſſet extructa, vt ſatis firmum belli munimentum *contra hoſtes* eſſe poſſet, quódque agrum circumcirca fertilē, & paſcuis aptum haberet. Alia quoque multa

Aborigines Siculos ſuis ſedibus, Pelaſgorum auxilio,expellūt.

loca in ſuam poteſtatem redegerunt, & Aborigines in bello, quod contra Siculos adhuc gerebant, magna animi alacritate conſtanter adiuuerunt, donec eos ex ſuis ſedibus expulerunt.Et multas vrbes partim & antè à Siculis habitatas,partim etiam à ſe ædificatas incolebant Pelaſgi vnà cum Aboriginibus: quo in numero eſt & Cæretanorum

retanorum vrbs, quæ tunc Agylla vocabatur, & Piſa, & Saturnia, & Alſium, & aliæ quædam, quas ipſis tandem temporis progreſſu Thuſci eripuerunt. Phalerium verò & Phaſcenium adhuc ætate mea à Romanis incolebantur, & paruas quaſdam generis Pelaſgici ſcintillas ſeruabant, quamuis olim Siculorũ fuiſſent. In his *vrbibus* multa priſca inſtituta, quibus Græci quondam ſunt vſi, diutiſſimè permanſerunt, vt bellicorum armorum ornatus, clypei Argolici, & haſtæ. Et quoties bellum alijs illaturi, aut illatum propulſaturi copias vltra agri ſui fines emittebant, feciales, *qui erant*, viri quidam ſacri, ſine armis alios præcedebant, & templorum ædificandorum ratio, & deorum ſacella, & expiationes, & ſacrificia, & multa alia huiuſcemodi. Sed manifeſtiſſimum omnium monumentum, vnde apparet homines illos, qui Siculos expulerunt, olim Argis habitaſſe, eſt Iunonis templum, quod Phalerij ad illius Argiui ſimilitudinem eſt extructum. Vbi & ſacrorum ritus erant ſimiles, & ſacræ mulieres, quæ templi curam gerebant, & puella, quæ Caniſtrifera vocabatur, caſta, & nuptiarũ expers, quæ ſacra auſpicari ſolebat: præterea chori virginum, quæ patrios hymnos in illius deæ laudẽ canebant. Hi quoque quandam camporum, qui Campani vocantur, aſpectu amœniſſimorum, & paſcuis aptiſſimorum partẽ non minimam, Auruncis, gente barbara, inde pulſis, tenuerunt. Et cùm alias vrbes, tum etiam Lariſſam ibi condiderunt, cui à ſua metropoli Peloponneſiaca nomen indiderũt. Cæterarum igitur vrbium, quæ in hoc numero erant, nonnullæ vel ad meam vſque ætatem mutatis ſæpe habitatoribus ſtabant. Sed Lariſſa iam pridem deſerta manet, ita vt priſtinæ habitationis nullum veſtigium noſtri ſeculi hominibus manifeſtum habeat præter ipſum nomen, & ne hoc quidem multis eſt notum. Aberat autem nõ procul à Foro quod Popilium appellatur. Alia quoque multa loca tam maritima, quàm mediterranea Siculis erepta tenuerunt. Siculi verò (neque enim amplius malis reſiſtere poterant, quòd ſimul Pelaſgorum, ac Aboriginum armis, belloque premerentur) cum liberis & vxoribus diſceſſerunt, & pecunijs, omníque auro ac argento conuaſatis, toto agro ipſis ceſſerunt. Et per montana loca ad meridiem verſi, & tota inferiori Italia peragrata, cùm vndique pellerentur, ratibus tandem ad fretũ paratis, & obſeruato ſecundo *maris* æſtu, ex Italia in proximam inſulam traiecerũt. Eam verò Sicani, gens Hiſpana, tenebant, qui à Liguribus fugati, non multò antè ſuas ſedes ibi poſuerant. Atque hi fecerunt vt de ſuo nomine inſula iſta vocaretur, quæ prius à forma triangula Trinacria nominabatur. Quamuis autem hæc eſſet ampla, in ea tamen non multi erant incolæ, ſed maxima agri pars iacebat deſerta, *&* *inculta*. Siculi igitur in hanc inſulam delati, primùm quidẽ in occiduis partibus habitarunt, deinde etiam in multis alijs locis, atque inſula *mutato nomine* dum iſti in ea degerẽt, Sicilia vocari cœpit. Genus igitur Siculum Italiam ſic reliquit, (vt refert Hellanicus Leſbius) tribus ætatibus ante bellum Troianum, anno XXVI ſacerdotij, quod Alcyone Argis exercebat. Duas enim claſſes Italicas in Siciliam traieciſſe tradit: priorem, Elymorum, quos ab Oenotris pulſos dicit: poſteriorem verò Auſonum Iapygas fugientium, quæ quinto poſt anno *eò* traiecit. Horum autem regem Siculum fuiſſe dicit, à quo tam ipſi genti, quàm inſulæ nomen inditum. Sed, vt Philiſtius Syracuſanus ſcripſit, tempus, quo iſti *in inſulam* traiecerunt, fuit anno octogeſimo ante bellum Troianum. Gentem verò, quæ ex Italia *eò* tranſuecta fuit, neque Siculorum, neque Auſonum, neque Elymorum, ſed Ligurum fuiſſe dicit, quos Siculus ducebat. Hunc verò Itali filium fuiſſe dicit, atque hoc regnante homines, *qui eius imperio parebant*, Siculos appellatos. Ligures autem ab Vmbris, & Pelaſgis agro ſuo pulſos. At Antiochus Syracuſanus nullum quidem tempus declarat, quo claſſis in inſulam traiecerit, ſed Siculos fuiſſe dicit, qui coloniæ ducem ſibi præfecerint, & ſedibus mutatis eò migrarint, ab OEnotrorum, & Opicorum copijs per vim exacti. ſed Thocydides eos, qui migrarunt Siculos appellat: Opicos verò, qui eos exegerunt, at ipſum tempus multis annis poſt bellum Troianum fuiſſe dicit. Hæc igitur ſunt quæ viri celebres, ac fide digni tradunt de Siculis, qui ex Italia in Siciliam habitandi cauſa ſe contulerunt. ¶ AT Pelaſgi, poſtquam amplum ac feracem agrum armis ſibi pepererunt, vrbes quoque præterea ceperunt, & alias ipſi condiderũt, atq; *ita* intra paucos annos opibus, viribus, fortunis, & cæteris felicitatis *humanæ* partibus valde ſunt aucti, vnde fructus non diu perceperunt. Sed quum maximè rebus omnibus florere viderentur, quadam diuini numinis ira exagitati, partim cladibus diuinitus immiſſis, partim à vicinis barbaris deleti, perierunt. Maxima

Priſca Græcorum inſtituta in quibuſdam veterum Rom. vrbibus ſeruata.
Gr. vox *σπονδοφόροι*, q. d. *fœdiferi*, *id eſt*, *fœderum latores*.

Lariſſa, Peloponneſiacæ cognominis, deſerta, & nullum priſtinæ habitationis veſtigium ſeruans.

Sicanis inſula, quę prius Trinacria, à Siculis in eam delatis habitata, & Sicilia nominata.

Italicæ claſſes duæ quę in Siciliam traiecerunt.

Pelaſgorum res felices.

Pelaſgorum res mutatæ & infelices.

tamẽ ipſorum pars per Græciæ ac barbarorum regiones rurſus eſt diſperſa. De quibus ſi rem accuratè ſcribere vellem, longum eſſet. At Aboriginum prouidentia, *&* *opera* pauci in Italia manſerunt.

Mala diuerſa, ex quibus Pelaſgorum vrbes fuerunt deſolatæ

Malorum igitur, quæ familias integras deſolabant, ac perdebant, præcipua cauſa vrbibus *illis* fuiſſe videbatur ipſa ſterilitas, quæ agros vaſtarat, quòd nec in arboribus vlli fructus vſque ad iuſtã maturitatem permanerẽt: ſed immaturi deciderẽt, nec vlla ſemina, quæ germen emiſiſſent, florerent, donec legitimũ tempus implerẽt, & ad iuſtum ſpicarum vigorem, ac maturitatem peruenirẽt: nec pecori ſufficeret pabulũ, quod terra producebat. quin etiam quòd aquę partim nõ amplius ad bibendum eſſent bonæ, partim æſtiuis horis deficerent, partim etiam cũ ſuis fontibus penitus exareſcerent.† Idẽ etiam pecoris & mulierũ fœtibus accidebat.

Ad verbum, Similia autem his fiebãt circa pecoris & mulierũ fœtus.

Nã aut abortiui fœtus eiiciebantur, aut in ipſo partu corrumpebantur, *ac interibant*: nonnulli etiam vno, eodémque tempore matres, à quibus in vtero ferebantur, grauiter afflictas necabãnt. Quod ſi quid partus dolores ac periculum vitaſſet, mutilum ac imperfectum, naſcebatur, aut ob aliquem aliuṁ caſum, *ac infortunium*, erat vitioſum, & inutile, ac indignum quod aleretur. Deinde & reliqua multitudo hominum ætate florentiſſimorum variis ac inuſitatis morborum, mortiſone generibus afflictabatur.

Pelaſgi oraculum conſulunt de ſuorũ malorum cauſa.

Quum autem oraculum conſuluiſſent, *vt ſcirent* ob cuius dei aut dæmonis offenſi irã hæc mala ſibi acciderent, & quibus rationibus ac remediis horum malorum atrocitatem à ſe ſedari poſſe ſperandum eſſet, deus reſpondit,

Pelaſgi dant pœnas quod non perſoluerint quæ vouerunt

Eus voti compotes factos non perſoluiſſe quæ vouerant, ſed res longè pretioſiſſimas *diis* adhuc debere. Quum enim Pelaſgi in agro ſuo ſterilitate, rerúmque omnium penuria laborarent, Ioui, Apollini, & Cabiris ſe rerum omnium quæ in poſterum naſcerentur decimas oblaturos vouerunt. Sed quum voti fuiſſent compotes facti, frugum omnium, & pecoris omnis portionem exemerunt, & diis obtulerunt,†quaſi pro ſolis hiſce rebus vota diis feciſſent.

Alÿ interpr. Quaſi hæc ſola vouiſſent.

Myrſilus autem Leſbius hæc, (iiſdem fere verbis, quibus ego nunc, vſus) in hiſtoria ſua tradit: niſi quòd homines iſtos, non Pelaſgos, at Tyrrhenos appellat. Cauſam verò paulò pòſt declarabo. Quum autẽ oraculum relatum audiſſent, conicere non poterant quid ſibi vellent ea quæ dicebantur.

Oraculi Pelaſgis redditi expoſitio.

Sed illis hæſitantibus, quidã de ſenioribus, oraculo per cõiecturas intellecto, eos toto cælo errare dixit, ſi deos de ipſis iniuriâ conqueri putarẽt: *Cæterarum* enim rerum omnes primitias ipſis rectè & iure redditas: ſed prolis humanæ portionem, rẽ diis omnium longè chariſſimam *adhuc* deberi. Quòd ſi huius quoque prolis humanæ partem iuſtam accepiſſent, oraculo ſatis factum iri dicebat. Hæc igitur aliis quidẽ rectè dici, aliis verò hæc oratio ex inſidiis compoſita videbatur. Sed quum quidam ſua ſententia autor illis fuiſſet vt deum interrogarent an ei gratum eſſet hominum decimas accipere, vates ad ipſum denuo miſerunt, deúſque reſpondit vt ita facerent.

Quum ad ſatisfaciendum oraculo decimandi homines eſſent, orta de hac decimatione cõtrouerſia, magnos tumultus excitat.

Vel, legẽdo. [illegible], & [illegible],

Spreta autẽ omni diſciplina ac modeſtia, alii contra alios ſurgebãt, alii aliis vim faciebãt, œſtro quodam ac furiis & furore diuinitus immiſſo agitati, P.

Poſtea inter eos exorta eſt ſeditio, propter decimationis faciendæ modum. Atque primùm ipſi ciuitatum gubernatores inter ſe tunc ſunt turbati: deinde & reliqua plebs magiſtratus ſuſpectos habere cœpit: atque nulla diſciplina *nulláque modeſtia* ſeruata: ſed (vt eſt veriſimile) œſtro quodam, ac furore diuinitus immiſſo *vrbium incolæ* agitati tunc *inde* migrabant, & multæ domus integræ deſertæ ſunt, quòd pars ipſorum aliò ſedes ſuas tranſtuliſſet. Qui enim neceſſitudinis vinculo coniuncti erãt cũ illis, qui diſcedebant, à chariſſimis deſeri, & inter inimiciſſimos remanere nolebant. Atque hi primi, poſtquam ex Italia migrarunt, per varias Græciæ & barbararũ regionum partes ſunt vagati. Sed poſt hoſce primos idem aliis accidit, atque hoc quotannis conſtanter fiebat. Nam ciuitatum principes iuuentutis adultæ primitias ſemper deligere non deſinebant, tum quia diis iuſta miniſteria præſtare, *& res debitas perſoluerè* volebant, tum etiam quia metuebant ne *contrariæ factionis homines, qui in vrbibus deliteſcebant*, ſeditiones excitarẽt. Multi etiam per ſimulatam honeſtæ cauſæ ſpeciem ab aduerſariis inimico animo pellebãtur. Itaque multæ migrationes fiebant, & genus Pelaſgicum in varias terrarum partes diſperſum eſt.

Pelaſgica gens bellicoſa.

Quòd autem vitam inter bellicoſas gentes periculis exercitam egiſſent, rerum bellicarum pręſtantia multos *alios populos* ſuperabant, maximam quoque naualis diſciplinæ notitiam habebant, quòd cum Tyrrhenis habitaſſent: atque neceſſitas, quæ hominibus quotidiani victus inopia laborantibus audaciam facilè præbere poteſt, in omnibus periculis dux, & magiſtra ipſis fuit: quamobrem quocumque delati fuiſſent, victoriam non ægrè reportabant.

Pelaſgi vocati etiã Tyrrheni.

Ab aliis autem hominibus tum ob nomẽ regionis, vnde pulſi fuerant, tum etiam ob generis antiqui memoriam, iidem & Tyrrheni & Pelaſgi vocabantur.

bantur. Quarum rerum ego mentionem feci, ne quis miretur, quum à poëtis aut hiſtoricis eos & Pelaſgos & Tyrrhenos appellari audit, quomodo iidẽ homines vtrunque nomen habuerint. nam & Thucydides de ipſis mentionem facit in Acte Thraciæ, & vbi de vrbibus in ea ſitis agit, quas homines bilingues incolunt. De Pelaſgico autem genere ita loquitur. Sunt ibi & nonnulli Chalcidenſes: ſed maxima pars eſt gens Pelaſgica, ex illis Tyrrhenis qui Lemnum & Athenas olim incoluerunt. Sophocles quoque in fabula Inacho chorum hos anapæſtos canentem inducit,

Thucydidis de Pelaſgis & Tyrrhenis mẽtio.

Sophoclis de Pelaſgis Tyrrhenis mẽtio.

Inache pater, fili fontium patris Oceani,
Qui magno cum honore praes, & Arginis agris, & Iunonis pagis,
Et Tyrrhenis Pelaſgis.

Illo igitur tempore Tyrrheniæ nomẽ per Græciam erat *celebre*, & tota Italiæ pars, quæ occidentem ſpectat, *cæteris omnibus aliarum* nationum nominibus depoſitis, hãc etiam appellationem ſuſcepit, quòd cum aliis multis Græciæ regionibus accidit, tum etiam illi, quæ nunc Peloponneſus vocatur. Ab vna enim inhabitantium gentium, Achaica ſcilicet, tota peninſula, in qua & Arcadica, & Ionica, & multæ aliæ gentes inſunt, Achaia nominatur. Tempus autem quo gens Pelaſga vexari cœpit, fuit ferè duabus ætatibus ante bellum Troianum. Hæc tamen natio durauit etiam propemodum vſque ad ipſum belli Troiani finem, donec in minimum hominum, *& vrbium* numerum eſt contracta. Nam præter Crotonem Vmbriæ ciuitatem memoratu dignam, & ſiquam aliam vrbem Aborigines condiderunt, cæteræ Pelaſgorum vrbes perierunt. At Croto, quum diu priſcam formam ſeruaſſet, non multò antè noſtram ætatem & nomen & incolas mutauit, & nunc Romanorum eſt colonia, & Corbotuia vocatur. Qui verò agros vrbéſque à Pelaſgis derelictas occupauerunt, fuerũt cum multi alij, prout quique ſedes illis finitimas habebant, tũ verò præcipuè Tyrrheni, qui plurimas, ac optimas *eorum vrbes* occuparunt. Tyrrhenos verò quidam Indigenas Italiæ: alij, aduenas fuiſſe dicunt. Et qui hanc gentem indigenam faciunt, hoc nomen ipſis inditum aiunt ab ædificiis munitis, quæ ab ipſis *omnium eorũ* qui in his regionibus habitarunt, primis fuerũt extructa. Nam vt apud Græcos, ſic & apud Tyrrhenos, ædificia quę in *vrbiũ*, mœnibus ædificãtur, & quæ ſunt tecta, τύρσεις. i. turres appellantur. Hoc igitur nomẽ ipſis caſu, à re, *id eſt à turribus, quas habitabant* impoſitũ putant, vt & Moſynœcis, qui ſunt in Aſia. Nam & iſti in ædificiis ligneis, munitis, & turriũ inſtar excelſis habitãt, quæ Moſynas appellant. Sed qui fabuloſè dicunt eos alienigenas eſſe, qui aliunde eò migrarint, aiunt Tyrrhenũ coloniæ ducem fuiſſe, gentique nomen à ſe impoſuiſſe. Hunc verò genere Lydũ fuiſſe tradunt, & iampridem ex ea regione migraſſe, quæ olim Mæonia vocabatur, & quintũ à Ioue fuiſſe. Nã ex Ioue & Terra Maſnen, qui primus in illa regione regnauit, genitum aiunt. Ex hoc verò, & Callirhoe, Oceani filia, procreatum Cotyn: Coryi verò, qui vxorẽ duxerat filiam Tulli terrigenæ, Halien, duos fuiſſe filios, Adien & Atyn. Ex Aty & Callithea, Choræi filia Lydum, & Tyrrhenum natos. Atque Lydum quidem, qui ibi remanſerat, paternum regnum accepiſſe, & ab ipſo regionem illam Lydiam appellatam. Tyrrhenum verò coloniæ ducem, magnam Italiæ partem in ſuam poteſtatem redegiſſe ſuæque profectionis ſociis hoc *Tyrrhenorum* nomen impoſuiſſe. Herodotus verò ait Tyrrhenum fuiſſe filium Atyos, hunc verò Maſnæ filium, & Mæonas in Italiam non ſponte migraſſe. Ait enim, Aty regnante ſterilitatem ac frugum inopiam in agro Mæonum fuiſſe. Homines verò, quòd illius regionis amore tenerentur, aliquandiu quidem varia remedia cõtra calamitatem illam excogitaſſe, altero die modicis cibis vtentes, altero famem conſtanter tolerãtes: ſed quũ hoc graue malum diutius duraret, vniuerſum populum in duas partes diuiſiſſe, ſortique rem cõmiſiſſe, vt altera pars ex agro diſcederet, altera in eo remaneret, atque alterum Atyos filium ibi remanſiſſe, alterum verò diſceſſiſſe. Facta autẽ ſortitione parti, quæ Lydum ſequebatur, meliorem fortunam obueniſſe: alteram verò partem ſua pecuniarum portione ſortitò accepta ad occidentales Italiæ partes appuliſſe, vbi tunc Vmbri habitabant, & ibi remanſiſſe, vrbéſque condidiſſe, quę ad ſuam vſque ætatem ſtabant. Scio autem & multos alios ſcriptores in ſuis hiſtoriis de Tyrrhenorũ genere hæc ipſa ſcripſiſſe, & alios quidẽ eodem modo, *& iiſdem verbis, quibus ego ſum vſus*, alios verò & coloniæ ducem, & tempus ipſum mutaſſe. Quidam enim dixerũt Tyrrhenum Herculis fuiſſe filium, ex Omphale Lyda prognatum. Hũc verò in Italiam profectũ, Pelaſgos ex vrbibus, nõ

Croto, Vmbriæ vrbs, & incolas & nomen mutauit. dicta Cothornia, *Vel potius Cortonia: vt ſcribatur Κορτώνη.*

Tyrrhenis & Moſynœcis vnde impoſita ſint nomina.

Herodoti locus de Tyrrheno, de quo Tyrrheni.

Tyrrhenum, (à quibuſdam filius Herculis exiſtimatus) Pelaſgos ex nonnullis Italiæ vrbibus eiceiſſe fertur.

omnibus,ſed iis tantùm,quæ trans Tiberin erant, & quæ ad ſeptentriones ſpectabant, eieciſſe. Alij verò Tyrrhenum Telephi filium fuiſſe tradunt, & poſt Troiam captam in Italiam veniſſe. At Xanthus Lydius (qui priſcæ hiſtoriæ, ſiquis alius, eſt peritus, quique patriæ hiſtoriæ auctor nullo alio habitus eſt inferior) in ſuis ſcriptis nullo modo Tyrrhenum, Lydorum principem nominat, neque vllam Mæonum coloniam in Italiam appuliſſe ſcit, neque vllam Tyrrheniæ, tanquam Lydorum coloniæ mentionem facit, quamuis alia *multa* ignobiliora *, ac leuiora* memoret. Lydum verò & Torybum Atyos filios fuiſſe dicit. Hos verò ambos regno paterno inter ſe diuiſo in Aſia remanſiſſe, gentibúſque, quibus imperarunt, nomen ab illis inditum fuiſſe dicit. atque hæc ſunt eius verba, *A Lydo Lydi, à Torybo Torybi fuerunt appellati. Horum lingua parum ab altera differt, & nunc quoque alteri alterorum non pauca vocabula vſurpant, quemadmodum Iones, & Dorienſes.*

Tyrrhenum quidam Telephi filium perhibuerunt.

Xanthus Lydius priſcæ hiſtoriæ peritus ſiquis alius.

Hellanici Lesbii de Tyrrhenis mentio.

At verò Hellanicus Leſbius dicit, Tyrrhenos, qui antè vocabantur Pelaſgi, poſtquam in Italia cœperunt habitare, nomen id aſſumpſiſſe quod nunc habent. In opuſculo autem quod Phoronidem inſcripſit, ita loquitur, *Ex Pelaſgo ipſorum rege & ex Menippe Penei filia natus eſt Phraſtor: ex hoc, Amyntor: ex Amyntore, Teutamides: ex Teutamide, Nanas. Hoc regnante Pelaſgi à Græcis ex ſuis ſedibus pulſi fuerunt, & nauibus ad Spinetem fluuium in Ionico ſinu relictis, vrbem Crotonem in locis mediterraneis ſitam ceperunt, atque hac belli ſede vſi eam, quæ nunc Tyrrhenia vocatur condiderunt.*

Myrſilus de Tyrrhenis ab Hellanico diſſentiens.

At Myrſilus, ab Hellanico diſſentiens, ait Tyrrhenos poſt patriam relictam in ipſis ſuæ profectionis erroribus, mutato nomine, Pelargos appellatos ob quandam ſimilitudinem auium, quæ pelargoi, *id eſt ciconiæ*, vocantur: quòd gregatim errarent tam per Græciam, quàm barbaras regiones: atque murum, quo Athenarum arx cingitur, quique Pelaſgicus appellatur, ab his extructum dicit.

Eos qui Tyrrhenicam & Pelaſgicam gentem pro eadem habẽt, errare.

Omnes tamen qui Tyrrhenicam & Pelaſgicam gentem, vnam eandémque credunt eſſe, mihi videntur errare. Non enim mirum eſſet ſi olim alteri alterorum nomen habuiſſent: ſi quidem & nonnullis aliis gentibus partim Græcis, partim etiam barbaris idem accidit, vt Troianis & Phrygibus inter ſe vicinis. Multi tamen has duas gentes vnam eandémque gẽtem fuiſſe putarunt, quæ nomine, non etiam natura, *ac genere* differret. Italicis quoque gentibus idem accidit æquè atque aliis populis, qui vſquam terrarum nominum communicatione permixti in vnum coaluerũt.

Tyrrhenorũ appellatio, multis aliis Italiæ populis à Græcis olim data.

Fuit enim tempus quo Latini, Vmbri, Auſones, & multi alij, Tyrrheni à Græcis vocabantur, quia longinquæ gentium iſtarum ſedes obſcuram *ac incognitam* rerum remotarum accuratam cognitionem reddebant. Multique hiſtorici Romam ipſam, Tyrrhenicam vrbem eſſe putauerunt.

Roma exiſtimata fuit à multis hiſtoricis Græcis vrbs Tyrrhenica.

Nomina igitur hiſce gentibus mutata credo: ſiquidem & vitæ genus mutatum. Ambabus tamen genus commune fuiſſe non credo, quod cùm ex multis aliis rebus conijcio, tum verò præcipuè ex ipſarum lingua, quę eſt diuerſa, nec vllam altera alterius ſimilitudinem ſeruat. Nam (vt ait Herodotus) *neque Crotoniatæ, neque Placiani cum vllis alijs populis vicinis linguam habent communem: ſed propriam habent linguam, qua inter ſe vtuntur. Satis autem demonſtrant ſe accuratè ſeruare illam ipſam linguæ formam, quam ſecum attulerunt quum in has regiones migrarunt.* Sed miretur quis quomodo Crotoniatæ habuerint linguam illi ſimilem qua Placiani vtebãtur, qui circa Helleſpontum habitabant, quandoquidem vtrique ſunt à Pelaſgis oriundi, Tyrrhenis verò proximè habitantibus nullo modo ſimilem habuerint. Si enim generis communitas exiſtimanda eſt cauſa huius in lingua ſimilitudinis, profectò eius contrarium eſt cauſa diſſimilitudinis. Neque enim idem, harum duarum rerum *quæ ſunt contrariæ*, cauſam putare licet. Nam alterum quidem, ſi fieret, aliquam haberet rationẽ, ſi eiuſdem gentis homines, quòd ſedes alteri ab alteris remotas habeant, eandem linguæ formam non amplius ſeruarent, propter vicinorum commercia: ſed hoc eſt abſurdiſſimum, dicere, eos qui in iiſdem locis habitant, & qui eiuſdem ſunt generis, nullo modo in linguæ ſimilitudine inter ſe cõſentire. Hoc igitur argumẽto vſus, Pelaſgos à Tyrrhenis diuerſos fuiſſe credo.

Tyrrhenos Lydorum non fuiſſe colonos.

Sed nec Lydorum colonos fuiſſe Tyrrhenos puto. neque enim linguã cum illis cõmunem habent. Neque etiam licet dicere, eos quidẽ non amplius vti ſimili lingua: ſed tamẽ alia quædã antiquæ patriæ indicia ſeruare. Nec enim eoſdẽ deos, quos Lydi, colunt, nec legibus, nec vitæ ſtudiis ſimilibus vtũtur, ſed in hiſce rebus ſaltem plus à Lydis, quàm à Pelaſgis differunt. Quare qui gẽtem iſtam, non aduenam ſed indigenam fuiſſe dicunt, propemodum videntur dicere quæ ad veritatem propius accedunt. Quandoquidem eam peruetuſtam eſſe, &

cum

cum nulla alia gente, aut linguam aut mores communes habere conſtat. Nihil au-
tem eſt quod vetet hanc gentem à Græcis hoc nomine appellatam, partim quòd in
turribus habitaret, partim etiam à *ſui* principis nomine. Romani tamen aliis etiam
nominibus eam appellant: nam ipſos à regione, in qua olim habitarunt, quę Etruria
vocatur, Etruſcos appellant. Et ob peritiam ſacrorum miniſteriorum, & diuini cul-
tus, qua in re cæteris ſunt excellentiores, nunc quidem nomine obſcuriori *Thuſcos*,
olim verò rẽ ipſam nomine accuratiùs exprimentes Thyoſcóous, vt Græci, vocabãt.
Ipſi verò à quodam duce Raſena ſe eodem modo, quo ille, nominant. Sed quas
vrbes Tyrrheni incoluerint, quam reipub. ac diſciplinæ formam in illis conſtitue-
A rint, quantam potentiam vniuerſi habuerint, & ſi qua facinora memoratu digna fe-
cerint, & quàm variis caſibus acti fuerint, alio loco declarabitur. Quotquot igitur
de gente Pelaſgica non perierunt, nec in diuerſas colonias diſtracti fuerunt, & qui
ex magno numero in exiguum redacti manſerunt ſuperſtites, in his locis relicti fue-
runt, & cum Aboriginibus in eadem repub. vixerunt, vbi temporis progreſſu ipſorũ
poſteri cum aliis Romam condiderunt. Atque hæc ſunt quæ de gente Pelaſga fabu-
lis produntur. ¶ SED non multo poſt alia claſſis Græcorum ad hæc Italiæ loca ap-
pulit, LX ferme annis ante bellum Troianum quemadmodum ipſi Romani tradunt,
quæ ex Palantio, vrbe Arcadica, venit. Coloniæ autem dux erat Euander, filius Mer-
curij & nymphæ cuiuſdam Arcadicæ, quam Græci Themin appellant, & numine di
uino afflari ac agitari dicunt. Sed antiquitatum Romanarum ſcriptores eam patrio
B ſermone Carmentam appellant. Quod nymphæ nomen Græca lingua Θεσπιῳδὸς,
id eſt, fatidica, diceretur. Nã ᾠδὰς Romani carmina vocant. Hanc autẽ mulierem di-
uino ſpiritu afflatam, res futuras populo carmine prædicere omnes vno conſenſu
fatentur. Hæc autem claſſis non de communi omnium ſententia miſſa fuit: ſed orta
in populo ſeditione, factio inferior ſua ſponte *inde* migrauit. Tunc autẽ apud Abori-
gines regnum à maioribus acceptum tenebat Faunus, à Marte, vt aiunt, oriundus:
vir non ſolùm ad res gerendas promptus, ſed etiam prudens: ipſúmque Romani ſa-
crificiis & carminibus vt vnum de diis patriis honorant. Hic verò Arcadas, quorum
numerus erat exiguus, magna cum humanitate excepit, ipſiſque de ſuo agro dedit
quantũ voluerũt. Arcades verò, vt Themis furore diuino correpta ipſos monuerat,
C collem à Tiberi non longè diſtantẽ delegerunt, qui nunc fere in ipſo vrbis Roma-
næ meditullio eſt ſitus. Atque iuxta collem iſtum ædificarunt paruum pagum, qui
tot homines capere poterat, quot erant in duabus nauibus plenis, quibus ex Græcia
eò migrarant. Quem temporis progreſſu ad tantam magnitudinem fata prouectura
erant, quantam nulla alia vrbs aut Græca, aut barbara eſſet adeptura, ſiue ſediũ am-
plitudinem, ſiue maieſtatẽ imperij, cæteráſque felicitatis humanæ partes ſpectemus,
in fatis etiam erat vt tandiu duraret, quamdiu mortale genus hominum eſt duraturum, & nominis celebritate cæteras omnes vrbes ſuperaret. Huic autem oppidulo
nomen Palantium impoſuerunt in memoriam ſuæ veteris patriæ, quæ in Arca-
dia erat. Nunc tamen Palatium à Romanis vocatur, quia temporis diuturni-
D tas accuratam huius vocis ſcribendæ rationem confudit *& corrupit*: quod multis
abſurdarum etymologiarum occaſionem præbet. Sed, vt nonnulli ſcriptis pro-
diderunt, inter quos eſt & Polybius Megalopolitanus, *hoc oppidulum appellarunt*
de nomine cuiuſdam adoleſcentis Palantis, qui ibi obiit. Hunc verò Herculis
& Dynæ, Euandri filiæ, filium fuiſſe tradunt. Quum autem auus maternus in
eo colle ſepulcrum ipſi extruxiſſet, de adoleſcentis illius nomine locum ipſum
Palantium appellaſſe *ferunt*. Ego tamen nec vllum Palantis ſepulcrum Romæ
vidi, nec vllas inferias ei fieri audiui, nec aliud quicquam huiuſmodi animaduertere
potui. Quãuis hæc domus non ſit neglecta ac obliuioni tradita, quamuis etiam non
ſit expers honorum, quibus diuinum genus ab hominibus colitur. Etenim Euan-
E dro & Carmentæ, quemadmodum cæteris heroibus ac dæmonibus, ſacrificia quo-
tannis publicis impenſis fieri vidi. Vidi etiam aras erectas, alteram Carmẽtæ, ad por-
tam Carmentalem, ſub eo colle qui Capitolinus vocatur: alteram Euandro, ad al-
terum collem qui Auentinus vocatur, non procul à porta Trigemina. At Pa-
lanti nihil ab his fieri animaduerti. Arcades igitur, qui ſedes coniunctas ſub
colle poſuerant, cùm alia multa ædificia egregia more patrio extruxerunt, tum
etiam templa fundarunt ac erexerunt. Primùm quidem Pani Lycæo, monitu

Etruſci, & poſtea Thuſci à Romanis dicti qui Tyrrheni vocabantur.

De claſſe Græcorum quæ ex Palantio Arcadica vrbe in Italiam appulit, Euandro duce.

Carmẽta (quæ Græcis Themis) Euandri mater.

Faunus à Marte oriundus, Aboriginum rex.

Palãtiũ (quod poſtea Palatium) vnde dictum ſit.

Ab Arcadibus conſtructa tẽpla, & primũ Pani Lycæo vnum.

Themidis, (Pan enim apud Arcadas deorum antiquiſſimus habetur, eſtque in
ſummo *apud illos* honore) inuento loco ad *hoc ipſum* apto, quem Romani Luper-
cal appellant, nos verò *Græci* Lycæum diceremus. Nunc tamen antiquam hu-
ius loci naturam coniecturis agnoſcere non facilè queas: quia loca quæ templum
illud circundabant, ædificiis inter ſe coniunctis ſunt occupata. Olim autem (vt
fertur) erat ingens ſpelunca ſub illo colle ſita, quam denſa ſylua tegebat, &
ſub rupibus *erant* fonticuli profundi, ſolúmque rupibus contiguum ob frequen-
tes ac proceras arbores *erat* opacum. Quum *igitur Arcades* aram huic deo hic
erexiſſent, ſacrificium more patrio fecerunt, quòd & noſtra ætate Romani men-
ſe Februario, poſt hybernum ſolſtitium, nihil de priſtino ritu mutantes, fa- A
ciunt. Huius verò ſacrificij faciendi modus poſtea dicetur. At in ſummo col-

Victoriæ templum ab Arcadibus exſtructum.

lis vertice Victoriæ templum in loco antè delecto exſtruxerunt, & ſacrificia huic
quoque *deæ* anniuerſaria inſtituerunt, quæ ad meam vſque ætatem Romani fa-
ciebant. Arcades verò hanc Palantis Lycaone prognati filiam fuiſſe fabuloſè di-
cunt, atque honores quibus homines eam nunc honorant, Mineruæ volunta-
te conſequutam, quòd cum hac dea educata fuiſſet. A Ioue enim Mineruam re-
cens natam Palanti commendatam, & apud ipſum educatam donec adoleuiſ-

Cereri templum ab Arcadibus exſtructum

Neptuno Hippio (id eſt equeſtri) templum Arcades aſſignarunt.

Quare Romanis Cõſualia ab Arcadibus Hippocratia vocata.

ſet. Cereri quoque templum exſtruxerunt, ipſiſque per fœminas ſacerdotes ſa-
cra abſtemia fecerunt, more Græco, in quorum ritu ætas noſtra nihil mutauit.
Quinetiam Neptuno Hippio, *id eſt, equeſtri*, templum aſſignarunt, & diem fe- B
ſtum in eius honorem conſtituerunt, quem Arcades Hippocratia, Romani Con-
ſualia vocant: quo die apud Romanos equi & muli, de more, ſunt operum im-
munes, eorúmque capita floribus coronantur. Multa quoque alia fana, & aras,
& ſimulacra deorum conſecrarunt, expiationéſque & ſacrificia patria inſtitue-
runt, quæ vſque ad meam ætatem eodem modo, *quo olim* fiebant. Nec mirarer
ſiqua, ob nimiam temporis longitudinem ac vetuſtatem, poſterorum memo-
riam fugiſſent, ac propter obliuionem neglecta fuiſſent: ſed tamen ea quæ nunc
quoque fiunt, priſcorum rituum Arcadicorum ſunt argumenta ſatis manifeſta:

Quæ Arcades in Italiam præter certas quaſdam ceremonias intulerint.

Sunt qui hæc eſſe putant muſica inſtrumenta a Lydis inuenta: ſunt qui dicunt reponendum exiſtimant. id eſt, tibias.

de quibus aliàs fuſiùs agetur. Arcades etiam dicuntur Græcarum literarum
vſum in Italiam primi tranſtuliſſe, qui recens ipſis apparuerat, *& quem nuper di-* C
dicerant. Inſtrumenta quoque muſica, quæ † lyra, & trigona, & lydi vocantur,
quum priorum ſeculorum homines tantum fiſtulis paſtoralibus, nec vllo alio in-
ſtrumento muſico vterentur. *Dicuntur* etiam leges tuliſſe, & vitæ genus, quod
antè maxima ex parte ferinum erat, ad manſuetudinem traduxiſſe: & artes, &
inſtituta, & multas alias res commodas in communẽ *hominum* vſum contuliſſe: ac
propterea apud ſuos hoſpites valde gratioſi fuiſſe. Hæc ſecunda gens Græca, poſt
Pelaſgos, in Italiam delata, ſedes cum Aboriginibus communes habuit, quas in

De Græcorum claſſe quæ poſt Arcadum aduentum in Italiam duce Hercule venit.

præſtantiſſimo vrbis Romanæ loco poſuit. ¶ P A V C I S verò annis elapſis poſt
aduentum Arcadum, alia Græcorum claſſis in Italiam venit, ductu Herculis qui
Hiſpaniam & quicquid terrarum vſque ad ſolem occidentem extenditur, in ſuam D
poteſtatem redegerat. Horum quidam Herculem rogarunt vt ſe militiæ labori-
bus liberaret, *& miſſione impetrata* circa hæc loca remanſerunt, & nacti collem *ædi-*
ficiis exſtruendis aptum, qui trium ferme ſtadiorum longitudine à Palantio diſta-
bat, qui nunc quidem Capitolinus appellatur, ſed ab illius ſeculi hominibus Sa-

Capitolinus collis, qui antea dictus Saturnius Græcè autem Cronius diceretur.

turnius appellabatur, (quem Græco ſermone Cronium diceremus) in eo oppidu-
lum condiderunt. Qui verò *illic* fuerunt relicti, plerique erant Peloponneſij,
Pheneatæ, & Epei Elidenſes, qui nullo domum redeundi deſiderio amplius tene-
bantur, quòd ipſorum patria in bello contra Herculem geſto fuiſſet direpta ac va-
ſtata. His autem erant admixti nonnulli etiam Troiani, de illorum numero qui
Laomedonte regnante ex Ilio captiui abducti fuerant, quum Hercules vrbem per
vim cepit. Cæteri quoque de reliquo exercitu, ſiqui laboribus defatigati erant, E
aut qui ceterorum faſtidio premebantur, miſſione petita, in hoc loco remanſiſſe mihi

Epei colle Saturnio maximè delectati, ob memoriam Cronij collis qui eſt in Elide.

Forſaſſis, Ennius, vide annot.

videntur. Huius autem collis nomen nonnulli antiquum eſſe putant, & Epeos iſto
colle maximè delectatos, ob memoriam Cronij collis qui eſt in Elide vrbe, in agro
Piſano, prope fluuium Alpheum: Elei verò eum Saturno ſacrum putantes, ſacrifi-
ciis & aliis honoribus *eo* ſtatis tẽporibus conuenientes honorant. Sed † Euxenus poë-
ta vetus, & alij quidã Italici fabularũ ſcriptores huic loco nomẽ iſtud ab ipſis Piſatis,
propter

propter ſimilitudinem Cronij collis qui eſt in ipſorum agro, impoſitum putant, & Epeos vnà cum Hercule Saturno aram ſtatuiſſe, quæ nunc etiam durat, ſita ad collis radices, iuxta viam qua ex foro in Capitolium aſcenditur. Et ſacrificium, quod mea etiam ætate Romani ritibus Græcis obſeruatis faciebant, ab illis inſtitutum ferunt. Sed, quantum ego coniecturis comperio, vel antequam Hercules in Italiam veniret, hîc locus Saturno ſacer erat, & ab ipſis incolis Saturnius appellabatur. Quin etiam tota reliqua ora, quæ nunc Italia vocatur, huic deo erat ſacra, & ab incolis Saturnia vocabatur: quod facilè reperias tam in quibuſdam carminibus Sibyllinis, quàm in aliis oraculis quæ dij reddiderunt, in quibus hoc declaratum.

Italia vocacata fuit olim Saturnia: cuius appellationis & ſuprà facta mentio fuit.

A Et in multis huius regionis locis ſunt templa huic deo dicata: ſunt etiam quædam vrbes, quæ ita nominantur vt vniuerſa *Italia* ora tunc vocabatur. Multa etiam loca huius dei nomen habent, & præcipuè ſcopuli, & colles excelſi. Poſtea tamen temporis progreſſu Italia vocata eſt, ſub viro præpotente; cui nomen erat Italus. Antiochus autem Syracuſanus ait hunc fuiſſe virum probum ac ſapientem, qui populos vicinos partim verbis induxit, partim vi *coegit*, *&* ſibi adiunxit: atque ita in ſuam poteſtatem redegit totam illam regionem, quæ eſt inter ſinûs Napetinum & Scyletinum: atque hanc primam, Itáli temporibus, Italiam fuiſſe appellatam. Quum autem huius imperio potitus fuiſſet, & multos populos ſubditos haberet, ſtatim dominationem in gentes finitimas affectaſſe, & multas ciuitates in vnum coactas ſuæ ditioni ſubieciſſe *dicit*. hunc autem genere

B OEnotrum fuiſſe. At Hellanicus Leſbius ait Herculem, dum Geryonis boues Argos abigeret, quoniam quidam ipſius vitulus, quum in Italia iam eſſet, ab armento reſiliens fugerat, & vniuerſam illam oram peragrarat, & freto tranato in Siciliam peruenerat, quærentem ſemper ex illius regionis hominibus, in quoſcunque incidiſſet, perſequens ſuum vitulum, ſicubi quis eorum qui regionem illam incolebant, ipſum vidiſſet: quia illi pauca linguæ Græcæ vocabula intelligebant, ſed patrio ſermone ex illius animalis indiciis, *& ſignis, quæ Hercules ipſis dabat*, vitulum appellabant, vt nunc etiam appellatur, *quod Græci vocant* damalin, vniuerſam oram, quam vitulus ille peragrarat ab eo animali Vitaliam *quaſi Vituliam*

Hellanici Leſbii teſtimonium de Italia ita dicta, quaſi Vitalia de vituli nomine.

De Hercule Geryonis boues Argos abigente.

C nominaſſe. Quòd autem temporis progreſſu nomen iſtud in eam formam, quam nunc habet, mutatum fuerit, non eſt mirandum: quia multis etiam Græcis nominibus idem accidit. Verumtamen ſiue, vt Antiochus ait, à duce (quod etiam fortaſſe veriſimilius fuerit) ſiue, vt putat Hellanicus, à vitulo nomen hoc acceperit, illud certè ex amborum autoritate conſtat, Herculis ætate, aut paulo ante ita nominatam. Antè verò eam Græci Heſperiam & Auſoniam vocabant. At ipſi indigenæ Saturniam, vt ſuprà dixi. Eſt etiam alia fabula inter illius regionis incolas vulgata, Saturnum, ante Iouis regnum, in hiſce terris regnaſſe, & decantantum illud vitæ genus rebus omnibus abundans, quas quatuor anni tempora producunt, apud nullos alios magis quàm apud ipſos floruiſſe. Quòd ſiquis

Nominum multorū Græcorum mutatio.

Heſperia & Auſonia fuit appellata, quæ poſtea Italia.

Saturnus in Italia regnaſſe dictus

Italiæ præſtantia, ſi cum alia quauis regione conferatur.

D alius, fabulis ex hac opinione ſublatis, bonitatem huius regionis perpendere volit, ex qua genus humanum, ſimulatque natum eſt, plurimas commoditates magnæ voluptatis plenas percepit, ſiue ex terra, (vt priſca fert opinio) ſiue etiam quauis alia ratione, nullam aliam hac regione commodiorem, *& ad res iſtas ferundum aptiorem* reperiet. Si enim vnam regionem cum altera conferas, quæ ſit eiuſdem magnitudinis, Italia, meo iudicio, non ſolùm Europam, ſed & quamlibet aliam totius orbis regionem ſua præſtantia longè ſuperat. Quanquam non me latet fore vt multis res incredibiles dicere videar, conſiderantibus Ægyptum, & Africam, ac Babyloniam, & ſi quæ aliæ regiones ob ſuæ fertilitatis felicitatem celebrantur. Sed ego terræ opes non in vna ſola frugum ſpecie pono: nec me ſubit deſiderium habitandi in ea regione, in qua ſunt tantùm arua

Ægypti & Africæ & Babyloniæ celebris fertilitas.

E pinguia, cæterarum verò rerum, aut nulla prorſus aut perexigua vtilitas percipitur: ſed eam regionem optimam eſſe puto, quæ facilè magnam rerum ad vitam neceſſariarum copiam *hominibus* ſemper ſuppeditare poteſt, & quæ plerunque bonis aliunde in ipſam importatis minimùm indiget. Italiæ verò hanc rerum omnium fertilitatem, copiam, ac variam vtilitatem præter cæteras regiones, quæcumque illæ ſint quæ cum iſta conferantur, præcipuè conceſſam credo. Nec enim arua quidem bona, & multa habet: ſed arboribus caret, vt terra frumentifera. Neque etiam contrà ad omnigenas quidem plantas alen-

Quæ regio iudicanda ſit optima.

Italia rerum omnium fertilitatem habet.

dum eſt idonea: ſed ad ſementem excipiendam inepta, vt agri arboribus conſiti; & ſi ſeratur paucas fruges profert. neque largiter quidem hæc vtraque ſuppeditare poteſt: ſed pecori alendo parum eſt apta. Nullus etiam dixerit eam frugibus quidem, & paſcuis abundare: ſed locum eſſe ad habitandum hominibus iniucundũ: verùm, vt ita loquar, omnis voluptatis ac vtilitatis eſt plena. Cui enim frumentiferæ terræ cedunt campi qui vocantur Campani? qui non fluuiis, ſed aquis cæleſtibus rigantur? in quibus ego vidi arua vel trifera, ſementem æſtiuam poſt hybernam, & autumnalem poſt æſtiuam enutrientia. Et agri, quos Meſapij, Daunij, Sabini, & multi alij colunt, cui oliuiferæ cedunt? Cui vitiferæ cedunt Etruſcus, Albanus, ac Falernus agri vitibus mirum in modum amici, qui plurimos ſimul & optimos fructus minimo cum labore facile ferunt? Et præter terram, quæ colitur, multam etiam in ipſa *Italia* reperias ouium, caprarúmque gregibus paſcendis deſtinatam. Sed multò ampliorem, ac admirabiliorem agrum inuenias ad equorum, ac boum armenta paſcenda aptum. nam paluſtris ac pratenſis herba, cuius magna eſt copia, & terræ cultæ herba roſcida & irrigua, quæ eſt infinita, & qua pecus æſtate veſcitur, greges, & armenta pecoris valde florentia perpetuò reddit. Sed imprimis admiratione maxima digni ſunt ſaltus, qui ſunt circa prærupta, & nemoroſa loca, & circa colles incultos, ex quibus *Italiæ incolæ* magnam, ac egregiam materiæ copiam ad naues ædificandũ, multam etiam ad alia opera faciendum aptam petunt. Atque horum nihil eſt vel paratu difficile, vel ab humanis vſibus remotum: ſed hæc omnia facilè parari, & conuecta facilè haberi poſſunt, propter multitudinem fluuiorum, qui totam illam oram fluentes permeant, quique magnam *ei* commoditatem afferunt, tam in importandis, quàm permutandis rebus, quas terra producit. Hæc eadem regio habet etiam aquarum calidarum multis in locis inuentas ſcaturigines, quæ balnea iucundiſſima præbent, & ad morbos diuturnos ſanandum ſunt præſtantiſſimæ. Habet etiam omnis generis metalla, & copioſas ferarum venationes, mariſque naturam, quæ varia animalium, rerúmque genera profert, & alia innumera, quæ partim vtilitati ſeruiunt, partim miraculis *homines* delectant. Sed, quod pulchritudine cæteras res omnes ſuperat, *habet* aëris clementiam, pro varietate quatuor anni temporum, moderatè temperatam, quæ nullo modo aut nimio frigore, aut nimio calore frugum generationem, aut animalium procreationem lædere poteſt. Non igitur mirum, ſi homines antiqui regionem iſtam Saturno ſacram putarint, quòd hunc deum, omnis felicitatis humanæ donatorem ac perfectorem exiſtimarent, ſiue is Chronos, *id eſt, Tempus*, vt Græci volunt, ſiue Cronos, *id eſt, Saturnus* eſt appellandus, vt placet Romanis: qui vniuerſam mundi naturam complectitur, vtrocunque modo eum nomines. *Non mirum, inquam,* ſi quum illi viderent iſtam regionem omni opulentia & gratia refertam, cuius ſtudioſum eſt genus humanum: quúmque cenſerent, diuino & mortali generi conuenientiſſima quæque loca eſſe maxima commoda, atque grata: montes & nemora, Pani: prata, & loca virentia, nymphis: littora, & inſulas, numinibus marinis *ſacras putarint:* ſicque cæteris in rebus *idem ſenſerint, & ſacrum duxerint* vni cuique deo aut dæmoni, quicquid *ipſi* familiare *conueniens, gratúmque* eſſet. Aiunt etiam, priſcos illos homines Saturno victimas humanas immolare ſolitos fuiſſe, quemadmodum Catthagine fiebat, quandiu ea vrbs ſtetit: quemadmodum etiam nunc quoque fit apud Gallos, & nõnullas alias occidentales gentes. Herculem verò, quum iſtum ſacrorum morem abolere vellet, & aram fundaſſe in Saturnio colle, & autorem fuiſſe vt hoſtiæ ſanctæ puris ignibus adolerentur. Vt autem † nihil in hominum animis remaneret quod eos turbaret, quaſi patria ſacra neglexiſſent, illius regionis incolas docuiſſe, ad irã huius dei placandam, pro hominibus, quos pedibus manibúſque vinctos in Tiberis profluentem iaciebant, ſimulacra ad humanæ figuræ ſimilitudinem efficta, & eodem quo homines habitu ornata in fluuium proiicere, vt quicquid religionis in omnium animis vnquam reſediſſet euelleretur, quòd priſci ritus imago adhuc ſeruaretur. Hoc autem vel vſque ad meam ætatem Romani conſtanter faciebant paulò pòſt vernum æquinoctiũ, menſis Maij idibus, vt vocantur, quo die lunã ſemiplenam eſſe, *menſémque in duas fere æquales partes diuiſum* dicunt. Hoc die illi qui pontifices vocantur, qui ſummum inter ſacerdotes locum tenent, & cum illis virgines, quæ perpetuum ignem ſeruant, & prætores, cæteríque ciues, quos

ſacris

Campani dicti cãpi, quàm ſint frumenti fertiles.

Quos Italia agros præ cæteris oliuiferos habeat, & quos vitiferos.

A

B

C

Saturnus felicitatis omnis donator, ideóque Italiã illi ſacram eſſe olim crediderunt.

Loca alia aliis diis grata.

D

Ab Hercule aboletur mos offerendi Saturno victimas humanas & ſimulacra humana in earũ locũ ſubſtituuntur.

Quidam interpr. Ne quã pœnam timerent, quaſi ob neglecta ſacra patria: *ſed vna voce ἀδείμονες melius hic exprimitur.*

E

ſacris intereſſe fas erat, ſacrificio ritè peracto ſimulacra ad humanæ formæ ſimi-
litudinem facta, numero x x x, de ſacro ponte in Tiberis profluentem iaciunt;
quæ Argeos appellant. Verùm, de ſacrificiis, & aliis ſacris ceremoniis, quas popu-
lus Romanus Græco patrióque more diligenter obſeruat, aliâs agemus. ¶ N A M
præſens tempus poſcere videtur vt hîc gradum ſiſtentes, de Herculis etiam aduen-
tu in Italiam plura verba faciamus, nec ſilentio prætereamus ſi quod facinus me-
moria dignum ibi patrarit. Quæ autem de hoc deo traduntur, partim ad fabulas,
partim ad veritatem propius accedunt. Fabula igitur de eius *in Italiam* aduentu
ſic habet. Hercules, *vt aiunt*, præter cæteros labores, quos Euryſthei iuſſu ſuſce-

De Hercule boues Geryonis ex Erythea Argos abigente, & in Cacum furem incidente.

A pit, Geryonis etiam boues ex Erythea Argos abigere iuſſus eſt. Quo certaminis la-
bore ad ſuum finem perducto, dum rediret domum, cùm in multas alias Italiæ par-
tes iniit, tum etiam in Aboriginum agrum Palantio proximum: quum autem in eo
magnam boni pabuli copiam ad boum armenta paſcenda inueniſſet, boues in paſcua
dimiſit, at ipſe laboris onere grauatus decubuit, ſomnóque ſe dedit. Interea verò
quidam illius regionis latro, nomine Cacus, incidit in boues quæ ſine cuſtodia pa-
ſcebantur, earúmque amore captus eſt. Et quũ Herculem ſopitum animaduertiſ-
ſet, exiſtimauit totum armentum à ſe clam abigi non poſſe, ſimul etiam rem factu
difficilem eſſe vidit. Sed paucas aliquot de ipſis in antrum proximum, vbi vitam de-
gebat, abdidit: eáſque ſingulas per caudam eò traxerat auerſas, contra naturam in-
B ceſſus huiuſmodi animalium. Hoc enim modo furti indicium celatum iri ſperabat,
quòd pedum veſtigia *quærentem* in contrariam partem manifeſtè ductura eſſent.
Hercules verò paulo poſt ſomno excitatus, quũ numerum boum recenſuiſſet, & co
gnouiſſet quot armento deeſſent, aliquandiu quidem dubitauit quónam iuiſſent, &
quaſi à paſcuis aberraſſent, per eam regionem eas quærebat. Sed quũ eas nõ inueni-
ret, ad ſpeluncam perrexit, & quamuis ipſum veſtigia ſuſpenſum ac incertum diſ-
tinerent, nihilominus tamen locum illum ſibi perſcrutandum eſſe duxit. Ve-
rùm, quia Cacus pro foribus ſtabat, & roganti ſe *eas* vidiſſe negabat, eíque ſpelun-
cæ perſcrutandæ poteſtatem petenti permittere nolebat: ſed vicinorum fidem
& auxilium implorabat, quaſi grauem iniuriam ab hoſpite acciperet, Herculi
C conſilij inopia laboranti, & quomodo in ea re ſe gerere deberet neſcienti, *tan-
dem* in mentem venit cæteras boues ad ſpeluncam agere. Quum autem, quæ in-
cluſæ erant, vocem & odorem conſuetum ſenſiſſent, illis, quæ extra erant, mu-
gitu reſponderunt, ipſarúmque vox furtum indicauit. At Cacus, in manifeſto
maleficio deprehenſus, ad vim propulſandam ſe conuertit, & cæteros paſtores
ſocios ſuos conuocare cœpit: ſed Hercules illum claua percuſſum interfecit, & bo-
ues eduxit: &, quia locum illum valde commodum latronum receptaculum vi-
debat eſſe, ſpeluncam ſuo pede diruit. Quúmque cædem aqua fluminis expiaſſet,
prope locum eum aram Ioui Inuentori ſtatuit, quæ Romæ eſt ad portam Trigemi-
nam. Vtque deo gratias ageret ob inuentas boues, iuuencum vnum ei mactauit. Hoc

Ab Hercule ara Ioui Inuentori ſtatuitur.

D ſacrificiũ vel vſque ad meam ætatem populus Romanus faciebat, & in eo Græcos
omnes ritus obſeruabat, prout ille inſtituerat. Aborigines verò & Arcades, qui
collem Palatinum incolebant, poſtquam Caci mortem cognouerunt & Herculem
viderunt, illum quidem propter rapinas grauiter oderant, huius verò ſpeciem ac
præſentiam magno cum ſtupore admirabantur, & diuinum quiddam ſe videre pu-
tabant, atque latronis illius iacturam *cædémque* magnæ ſuæ felicitati tribuebant.

Herculẽ, poſt Caci cædem, quomodo Aborigines & Arcades exceperint.

Qui verò de ipſis pauperes erant, decerptis lauri ramis, cuius in eo loco magna erat
copia, illum & ſe coronarunt. Ipſorum quoque reges venerunt, & Herculem ad
hoſpitium inuitarunt. Quũ autem & nomen, & genus, & res geſtas ipſo narrante
cognouiſſent, ſuam regionem & ſeipſos in eius fidem ac amicitiam dediderunt.
At Euander, qui multo ante ex ipſius Themidis narrantis ore audierat, in fatis
E eſſe vt Hercules, Ioue & Alcumena prognatus, propter ſuam virtutem naturam
mortalẽ cum immortali cõmutaret, ſtatim, ſimulatq; intellexit quis ille eſſet, quòd
cęteros omnes homines anteuertere cuperet, primus Herculem diuinis honoribus
placauit: arámque præ nimia feſtinatione ex tempore factam ipſi erexit, & ſupra
hanc iuuencum indomitum ei mactauit, vbi priùs oraculum ipſi narraſſet: eúmque
rogauit vt ſacra auſpicaretur. Hercules verò, gẽtis illius hoſpitalitatem admiratus,
epulo populũ excepit, mactatis aliquot bobus, & decimis ex reliqua præda exẽptis.
At reges amplo Ligurũ & aliorũ finitimorũ agro donauit, cuius imperiũ vehemẽter

Herculi ara ab Euandro erigitur.

Ab Hercule donati amplo Ligurum & aliorum finitimorum agro reges Aboriginum.

optabant, improbis quibuſdã hominibus prius inde pulſis. Ferunt præterea regionis illius incolas ab eo rogatos, vt, quando ipſum primi deum putarãt, honores iſtos immortales ipſi perpetuò ſeruarent, & quotannis iuuencum indomitum mactarent, ritúque Græco ſacra peragerent. Vt autem ipſi ſacrificia grata ſemper ab illis fierẽt, duas nobiles familias ab eo delectas, & ſacrorum ritus ab eodem edoctas. Illos verò, qui Græcam ſacrorum diſciplinã didicerunt, fuiſſe Potitios & Pinarios, penes quas familias curam ſacrorum, vt ille inſtituerat, diu manſiſſe. Potitios autem ſacris præfuiſſe, & ſacrificia auſpicari, atque victimarum igne crematarum primitias habere ſolitos fuiſſe. ſed Pinarios à viſcerum communicatione, *ac dape* repulſos, & cæteris in rebus, quas communi vtrorumque miniſterio fieri oportebat, ſecundum honorẽ habuiſſe. Hanc verò ignominiæ notam propter aduentus tarditatem illis inuſtam fuiſſe: quòd, quum illis imperatum fuiſſet vt manè præſtò adeſſent, extis iam adeſis *ad cæteram dapem* veniſſent. Nunc tamen horum ſacrorum cura non eſt amplius penes illorum cognatos *ac poſteros*, ſed ſerui ære publico empti hæc ſacra faciunt. Quibus verò de cauſis mos iſte fuerit mutatus, & quomodo deus iſte manifeſtè apparuerit vt ſacerdotes, qui hæc ſacra faciebant, mutarentur, quum ad hanc hiſtoriæ meæ partem peruenero, fuſiùs aperiam. Ara verò, ſupra quam Hercules decimas obtulit, à Romanis Maxima vocatur, éſtque prope forum quod Boarium appellatur, quam regionis illius incolæ, ſi quam aliam, venerantur. Qui enim aliquid firmi ac validi tranſigere volunt, ad hanc aram & iuſiurandum, & pacta faciunt: hîc etiam ſuarum facultatum decimas ex voto ſæpe offerunt. Ipſius tamen apparatus hominum opinioni parum reſpondet. In multis etiam aliis Italiæ locis templa huic deo ſunt ſacrata, & in vrbibus, ac in ipſis viis aræ ſunt erectæ: nec facilè reperias vllum in Italia locum, vbi deus iſte non colatur. Hæc igitur ſunt quæ fabulis de iſto *deo* produntur. ¶ AT † opinio vulgata quæ ad veritatem propius accedit, quam habuerunt multi qui res ab eo geſtas hiſtorico ſtilo ſunt perſequuti, hæc eſt. Hercules, quum omnium ſuæ ætatis imperatorum eſſet pręſtantiſſimus, magnáſque copias ductaret, peragrauit quicquid terrarum Oceanus cingit, euertens omnẽ tyrannidem, ſi qua populis ſubiectis grauis ac moleſta eſſet, aut ſi quæ ciuitas ſuis cõtumeliis, ac iniuriis vicinos principatus infeſtaret, immanis vitæ genere, & nefariis hoſpitum cædibus gaudens. Et regna legitima, & moderatas reſpub. conſtituit, & mores humanos ac ſociabiles in vitam induxit. Præterea verſatus eſt cum Græcis & barbaris, cum maritimis & mediterraneis hominibus, qui ad id vſque tempus, propter diffidentiam, *ac perfidiam mutuam*, nullum amicum commercium inter ſe habebant. Et in locis deſertis vrbes condidit, & fluuios auertit, qui campos innundabãt, & in montibus, ad quos nullus patebat aditus, rupes ſecuit, vt viatoribus iter aperiret: & cætera molitus eſt, vt omnis terra & mare omnibus commune eſſet, omniúmque vſibus inſeruiret. In Italiam autem non ſolus venit, nec vllum boum armentum ſecum egit. Nam per hanc regionem via non eſt trita illis, qui ex Hiſpania Argos ire coguntur, nec propter hanc regionem peragratam tanto honore dignus habitus fuiſſet: ſed Hiſpania iam ſubacta, cum magno exercitu *venit in Italiam*, vt eius incolas ſubigeret, & imperio ſuo ſubiiceret. Sed hîc diutius morari coactus eſt, tum propter claſſis abſentiam, quę tempeſtatibus hybernis diſtinebatur, tum etiam quia non omnes Italicæ gentes ſe vltro ei adiunxerant, vt ipſius imperio parerent. Nam præter cæteros barbaros, Ligurum gens magna ac bellicoſa, quæ in ipſo Alpium tranſitu ſedes habet, eum ab Italiæ ingreſſione prohibere eſt conata, hîc acerrimum certamen à Græcis eſt commiſſum, in quo, dum pugnarent, omnia tela eos defecerunt. Æſchylus verò, antiquus poëta, hoc bellum in Promethei ſoluti fabula declarat. Inducit enim *ibi* Prometheum Herculi prædicentem cùm alia, prout ſingula ipſi erant euentura in expeditione contra Geryonem ſuſcepta, tum etiam narrantem varias belli Liguſtici difficultates in prælio ſubeundas. Hæc autem ſunt eius poëtæ carmina,

Ad ſacrificãdum Herculi, electi Potitii & Pinarii.

Aram ſuprà quam Hercules decimas obtulit, Maximam dictam, quanta veneratione proſequantur.

De Hercule alia, quæ ad veritatem propius accedũt. Cæterum hiſce potius videtur interpretandũ narratio quàm opinio.

Hercules variis modis bene meritus de variis gentibus.

Apud Æſchylum Prometheus Herculi Liguſticũ bellum prædicit.

Venies etiam ad Ligurum intrepidum exercitum,
Hic, ſat ſcio, licet ſis bellicoſus, prælium, [*manúſque pugnaces ipſorum*]
Non vituperabis. nam in fatis eſt vt vel ipſa tela te deficiant.

Sed poſtquam his ſubactis tranſitum ſibi per vim patefecit, alij quidem vrbes ſuas ipſi ſponte dediderunt, præcipuè verò quotquot Græci generis erant, aut qui non ſatis firmas copias habebant, quas ipſius viribus opponerent. ſed

plerique

pleriquebello & obſidione coacti deditionem fecerunt. Inter eos igitur qui bello
domiti fuerunt,& illum Cacum Romanis fabulis celebrem fuiſſe, (qui princeps val-
de barbarus erat, quique hominibus immanibus imperabat) & Herculi reſtitiſſe,
quòd in locis natura munitis ſedes haberet, & propterea populis finitimis grauem,
ac infeſtum fuiſſe tradunt. Hic poſtquam animaduertit Herculem in proxima plani-
tie caſtrametatum, more latronum inſtructus impreſſionem in eum derepẽte fecit,
& dormiẽte exercitu quicquid prædæ incuſtoditum eſt nactus in ſuam poteſtatem
redegit, ac abegit. Sed quum poſtea Græci eum vndique circumdediſſent, & obſi-
dione preſſiſſent, eiúſque caſtella per vim cepiſſent, quia & ipſe *cum cæteris ſuis ſociis*
A *Herculi* reſiſtere voluit, in pugna cecidit. Ipſius verò caſtellis ſolo æquatis agros cir-
cũmiacentes *ſibi ab Hercule datos* acceperunt cùm alij *milites*, qui ſeorſum *à cæteris*
Græcis ad opem Herculi ferendam conuenerant, tum etiam Arcades Euandri comi-
tes: & Faunus rex Aboriginum. Coniiciat autem quis eos de Græcis, qui remanſerũt
ibi, fuiſſe Epeos, & Arcadas ex vrbe Pheneo profectos, & Troianos, qui regionis il-
lius præſidio fuerant relicti. Nam inter imperatorias Herculis artes hæc quoque po-
nenda, atque non minus quàm cæteræ res geſtæ admiratione eſt digna, quòd viros
ab vrbibus deuictis abſtractos ſecum ad militiam per aliquod temporis ſpatium du-
ceret, & poſt fidelem operam in bellis cõficiendis alacriter ſibi nauatam in agro ar-
mis parto eos collocaret, & alienas opes ipſis ſuppeditaret, ac largiretur. Propterea
B igitur Herculis nomen & gloriam in Italia maximam fuiſſe ferunt, non autem pro-
pter eius tranſitum, in quo nihil veneratione dignum inerat. Non nulli etiam di-
cunt ipſum in his locis, quę nunc à Romanis incoluntur, filios ex duabus mulieribus
ſuſceptos reliquiſſe. Palantem quidem, ex Euandri filia, cui Lauinæ nomen fuiſſe fe-
runt. Latinum verò ex quadam Hyperborea puella, quam obſidem à patre acceptam
ſecum duxerat, & ipſam aliquãdiu quidem innuptam caſtè ſeruarat, ſed quũ in Ita-
liam nauigaret, eius amore captus, eam ſuo compreſſu grauidam fecit. Quumque iã
Argos eſſet abiturus, eam Fauno Regi Aboriginum in matrimonium dedit. Quam
ob cauſam *aiunt* Latinum huius, non autem Herculis filium à multis exiſtimari. At-
que Palantem quidem, antequam ad pubertatem perueniret, obiiſſe ferunt: Latinũ
C verò, quũ in ętatem virilem ingreſſus fuiſſet, Aboriginum regno potitum fuiſſe. Sed
quũ iſte ſine liberis maribus obiiſſet, in prælio contra finitimos Rutulos commiſſo,
regnum ad Æneam Anchiſæ filium, ipſius Latini generum deuolutum tradunt. Sed
hæc aliis temporibus ſunt facta. Hercules autẽ omnibus Italicis rebus ex animi ſen-
tentia compoſitis, quũ & naualis exercitus incolumis ex Hiſpania veniſſet, decimas
prædæ facto ſacrificio diis obtulit, & ibi, vbi claſſis ipſius ſtatiua habebat, oppidulũ
de ſuo nomine condidit, quod nunc quoque à Romanis incolitur, & inter Põpeios,
ac Neapolim eſt ſitum, & portus omni tẽpore tutos habet. Quúmque gloriam exẽ-
plo poſteris futuram, honoréſque diuinos apud omnes Italiæ incolas adeptus fuiſ-
ſet, in Siciliam traiecit. Illi verò, qui ab eo in Italia fuerãt relicti vt ei præſidio eſſent,
D qui circa Saturnium collem ſedes fixerant, aliquandiu propriam Rempub. habue-
runt. Sed non multò poſt vitæ genus, Leges, & ſacra ſua cum Aboriginibus coniun-
xerunt, quemadmodum Arcades, & multò antè Pelaſgi fecerant: & eandem ciuita-
tem cum Aboriginibus communem habentes in vnum conuenerunt, & ita coalue-
runt vt vna eadémque gens eſſe putaretur. Atque hæc de Herculis expeditione, &
de Peloponneſiis, qui in Italia remanſerunt, ſint dicta. ¶SED poſt Herculis diſceſ-
ſum ætate ſecunda, circiter quinquageſimum & quintum annũ, vt ipſi Romani tra-
dunt, rex Aboriginum erat Latinus Fauni filius, ac Herculis ſemen, qui regnum iam
per quadraginta & quinque annos obtinebat. Tunc autem Troiani, qui poſt captum
Ilium cum Ænea ex vrbe profugerãt, appulerunt Laurentum, quod in littore Abo-
E riginum ad mare Tyrrhenum, non procul à Tiberis oſtio ſitum erat. Quúmque ab
Aboriginibus accepiſſent agrum ad habitandum, & quicquid petierant, oppidum
in colle quodam non longè à mari condiderunt, cui Lauinij nomen impoſuerunt.
Sed non multò poſt antiquo nomine mutato, vnâ cum Aboriginibus, ab illius agri
rege Latini fuerunt appellari. Et relicto Lauinio vnâ cum ipſis indigenis maiorem
vrbem muris cinctam condiderunt, quam Albam appellarunt. Ex qua profecti alias
quoque multas vrbes condiderunt, quæ priſcorum Latinorum vocantur, quarum
maxima pars ad meam vſque ætatem adhuc incolebatur. Deinde ſexdecim ętatibus
poſt Ilium captum elapſis, coloniam miſerunt in Palantium, & Saturniam, vbi Pelo-

Caci latronis in Herculis exercitũ impreſſio.

Cacus in pugna cadit.

Herculis imperatoriæ artes.

Herculis filii traduntur à nõnullis fuiſſe Palas & Latinus.

Poſt Herculis diſceſſum quæ in Italia contigerunt.

De Troianis qui Laurentũ appulerunt, & tandem Latini appellari fuerunt.

pōneſij & Arcades ſuas primas ſedes poſuerant,& eorum quoque temporibus quædam generis antiqui veſtigia reliqua extabant,atque in his locis ædificia exſtruxerūt, Palantio muris cincto, vt tunc primùm vrbis formam acceperit. Vrbi autem conditæ nomen impoſuerunt à Romulo,cuius ductu colonia miſſa fuerat, qui genere ab Ænea decimus ſeptimus erat.

De Æneæ in Italiam aduētu.

¶ Volo autem & de Æneę in Italiam aduetu verba facere: quando ſcriptores eum partim ignorarunt, partim etiam propter inuidiam ſilentio texerunt. Verùm,de eo non negligenter nec obiter agam, ſed pluribus, & accuratè, tam Græcorum quàm Romanorum hiſtorias fide maxima dignas ſequutus. Quæ autem de eo tradūtur,hæc ſunt. Ilio ab Achæis capto,ſiue equi lignei fraude,vt canit Homerus,ſiue Antenoridarum proditione,ſiue aliquo alio modo,cætera A quidem multitudo tam ciuium Troianorum quàm ſociorum, qui in vrbe erant, iſ cubilibus adhuc deprehenſa cæſa eſt. Hoc enim atrox malum eos cuſtodiis præſidióque nudatos præter omnem expectationem noctu videtur oppreſſiſſe.

Ilium alii equi lignei fraude, alii Antenoridarum proditione captum tradunt.

Sed Æneas,cæterique Troiani, qui ex vrbe Dardano & Ophrynio ad opem Ilienſibus ferendam conuenerant, & quotquot de aliis, dum inferior vrbis pars caperetur, calamitatis atrocitatem maturè ſenſerunt, in munitiſſima Pergami loca cōfugerunt, arcémque proprio muro cinctam ac munitam occuparunt,in qua Troianorum ſacra patria repoſita erant, & maxima vis opum,vt eſt veriſimile, quòd is locus eſſet firmus ac munitus,vbi etiam erat pręſtantiſſima totius exercitus pars. Hic ſubſiſtentes,propulſabant eos qui in arcem aſcendere conabantur: quúmque angiportorum B bonam notitiam haberent,per occultas vias currebant, & multitudinem ex vrbe capta diffugientem recipiebant: atque maior fuit eorum numerus qui euaſerūt, quàm eorum qui fuerunt intercepti. Æneas igitur his artibus & commentis repreſſit primum illum ac repentinum hoſtium impetum,quo ad vniuerſam ciuitatem delendā ferebantur, atque hoc modo effecit ne primo hoſtium incurſu tota vrbs caperetur. Sed quum veriſimilibus rationibus adductus de futuro coniecturam prudenter faceret, & animaduerteret nullo modo fieri poſſe vt vrbs ea ſeruaretur,cuius maximam partem hoſtes in ſuam poteſtatem iam redegiſſent, arce hoſtibus cedere, at ipſa hominum corpora,& ſacra patria,& quicquid pecuniæ ſecum ferre poſſet, ſeruare ſtatuit.

Æneas dum inferior Ilii pars caperetur, in munitiſſima Pergami loca confugit.

Quod cōſilium quum ei placuiſſet, liberos,vxores,ſenes, & cæteros o- C mnes,quibus lenta fuga opus erat, ex vrbe egreſſos præmiſit, & iter, quod ad Idam ferebat, petere iuſſit,dum Achæi in arcis oppugnationem intenti, de perſequenda multitudine quæ ex vrbe diffugiebat,nihil cogitarent. Exercitus etiam partem illis qui ex vrbe exibant,præſidio eſſe iuſſit,vt ipſorum fuga pro præſenti rerum ſtatu, *ac pro viribus* tuta & moleſtiarum expers eſſet. His autem mandatum fuerat vt munitiſſima Idæ loca occuparent. Ipſe verò cum reliqua militum manu, quæ lectiſſima erat,intra muros arcis remanſit, atque ſuis ex vrbe præmiſſis fugam minus laborioſam reddidit, quòd hoſtes in arcis oppugnationem eſſent intenti.

Æneæ opera multi ex Ilio euadunt.

Vel potius, pueros, mulieres, & ſenes *Ad verbum*, ſenilia corpora.

Sed quum Neoptolemus cum ſociis in quandam arcis partem aſcendiſſet,& vniuerſi Græci ad opē ipſis ferendam accurriſſent,arcem deſeruit: & aperta porta, per quam reliqui fuge- D rant,diſceſſit,& reliquos milites acie inſtructa ſecum duxit, & patrem, deos patrios, vxorem,liberos,& cæteras res,ſi quæ maximi pretij eſſet, ſiue hominum corpora, ſiue pecuniæ eſſent,præſtantiſſimis bigis vehens abduxit. Interea verò vrbem Græci per vim ceperunt, & in rapinas intenti magnam fugientibus tutò euadendi facultatem prębuerūt.

Æneas & ipſe ex Ilio euadit.

At Æneas eiúſque ſocij ſuos in itinere aſſequuti,vno agmine facto, munitiſſima Idæ loca occuparunt. Ad ipſos autem venerunt qui tunc vrbem Dardanum incolebant,quam noctu deſeruerunt,conſpecta ingenti flamma quæ præter morem ex Ilio emicabat. *Ad ipſos inquam omnes iſti venerunt*, exceptis iis qui cum Elymo & Ægeſto,aliquot nauibus furtim paratis,antè ex vrbe ocius exierant. *Ad eos* etiā *venit* ex Ophrynio totus populus, & ex aliis vrbibus Troianis, quotquot libertatis tuendæ ſtudio tenebantur. Quare breuiſſimo temporis ſpatio iſtę Troianorum E copiæ maximè creuerunt. Qui igitur cum Ænea ex vrbe capta ſuperſtites euaſerāt, in his locis remanentes,in patrias ſedes ſe breui poſt hoſtiū diſceſſumredituros ſperabāt. Sed Gręci quū vrbē & loca vicina in ſuā poteſtatē redegiſſent,& ipſos incolas in ſeruitutē abſtraxiſſent,& caſtella vaſtaſſent,ſe ad illorū qui in montibus erāt, oppugnationē parabant,vt illos quoq; in ſuā poteſtatē redigerēt. Sed quū illi caduceatores ad ipſos miſiſſent, ac rogarēt ne ſe ad belli gerēdi neceſſitatē adigerent,in cōcionem conuenerunt,& pacē hiſce cōditionibus cū ipſis fecerūt: Vt Æneas, eiúſq; ſocij,

Æneas & qui cum eo ex Ilio euaſerant munitiſſima Idæ loca occupant.

ſocij, cum rebus omnibus, quas in ipſa fuga ſeruatas abſportarant, intra çertum ac ſtatutum tempus ex agro Troiano abirent, Græciſque caſtella prius dederent. Greci verò ipſis ex omni agro, marique cuius imperium habebant, tutò diſcedendi copiam ex pacto facerent. Æneas igitur his conditionibus acceptis, quas pro præſenti rerum ſtatu optimas eſſe iudicabat, Aſcanium filiorum natu maximum cum quadam ſociorum parte, quæ ex Phrygibus fere tota conſtabat, in agrum qui Daſcyliticus vocatur, (vbi eſt lacus Aſcanius) ab illius regionis incolis ad regni adminiſtratiónem accitum miſit. Atque Aſcanius ibi non diu manſit: ſed quum Scamandrij, & cæteri Hectoridæ à Neoptolemo ex Græcia dimiſſi ad ipſum veniſſent, eos in paternum regnum deducens Troiam rediit. Atque hæc tantùm de Aſcanio traduntur.

Æneæ filiorum natu maximus Aſcanius in agrum Daſcyliticum abeo miſſus.

A Æneas verò cum reliquis liberis, & patre, & deorum ſimulacris claſſe iam parata, Helleſpontum traiecit, & in proximam peninſulam nauigauit, quæ in mare procurrens ante Europam iacet, & Pallene vocatur. Hæc autem Thraciam gẽtem ſociam habebat, quæ Cruſæa vocabatur, quæ operam omnium ſociorum in bello gerendo fideliſſimam maxima animi alacritate ipſis nauarat. † Opinio igitur de Æneæ fuga maximè credibilis, quam Hellanicus antiquus ſcriptor in rebus Troianis deſcribẽdis eſt ſequutus, hæc eſt. Nonnulli etiam alij de rebus iiſdem nõ eodem modo, *ſed variè* verba fecerunt, quæ minus, quàm iſtam opinionem, probabilia puto. Vnus quiſque tamen eorum, qui hæc audiunt, *& legunt*, ex animi ſententia *de his* iudicet. Sophocles, poëta tragicus, in fabula Laocoonte, quum vrbs mox eſſet capiẽda, inducit

Æneas Helleſponto traiecto in Pallenem peninſulam appellit.

† Vel potius, Narratio igitur: ſicut ſuprà λόγοι narrationem potius interpretandum dixi quàm opinionem. Sed & ἐν λόγοις intelligendum peculiariter de hiſtorico, vt alijs in locis de quibus antea monui.

B Æneam cum rebus ſuis conuaſatis ſecedẽtem in Idam, iuſſu patris Anchiſę: qui memor mandatorum à Venere acceptorum, & adductus ſignis prodigiorum, quæ Laocoontidis recens acciderant, imminens vrbi excidium coniecerat. Eius autem iambici, qui ab alia perſona pronuntiantur, ita ſe habent:

Sophoclis verſus de Ænea in Idam ſecedente.

Nunc ad portam AEneas deæ filius
Adeſt, humeris patrem ferens, qui propter fulmine afflatum
Dorſum ſtillis [cruoris ex vulnere manantis] irrigat byſſinam veſtem.
Circumdat autem [ipſum] tota domeſticorum multitudo.
Comitatur verò [ipſum] turba non quanta videtur
Tibi, ſed [quanta placuit] Phrygibus coloniæ deducendæ cupidis.

C At Menecrates Xanthius vrbem Græcis ab ipſo proditam affirmat, propter ſimultates quas cum Alexandro gerebat: atque ob iſtud beneficium Græcos ipſi permiſiſſe vt ſuam domum ſeruaret. Is autem ſuam hiſtoriam ab Achillis funere auſpicatus, in hunc modum ſcribit, *Græcos autem mæſtitia tenebat, & exercitus capite ſe priuatos exiſtimabant. Ei tamen extructo ſepulcro [& iuſtis eius funeri perſolutis,] totum agrum [Troianum] bello premere perrexerunt, donec AEneæ proditione captum eſt Ilium. AEneas enim, quòd in nullo pretio apud Alexandrum eſſet, & ab omnibus ſacerdotij honoribus arceretur, Priami res euertit. His autem perpetratis, ciuis Græcorum eſt factus.* Alij verò quidam ad nauium Troianarum ſtationem eum commorantem tunc fuiſſe dicunt. Alij verò cum copiis eum in Phrygiam militaris cuiuſdam negotij cauſa miſſum à Priamo

Menecratis Xanthij locus in quo Ilium Æneæ proditione captum tradit.

D mo tradunt. Sunt etiam qui eius ex Ilio diſceſſum fabuloſiorem faciunt: vnicuique tamen liberum ſit iudicium. Sed quæ poſt eius diſceſſum ſunt ſequuta, pleriſque dubitationem longè maiorem afferunt. Quidam enim eum in Thraciam vſque deducunt, & ibi vitam finiſſe dicunt: quo in numero ſunt, Cephalo Gergithius, & Hegeſippus, qui res Pallenes ſcripſit, ſcriptores antiqui, celebres, ac fide digni. Alij verò ipſum ex Thracia diſcedentem faciunt, & in Arcadiam vſque deducunt, eúmque dicunt habitaſſe in Orchomeno Arcadico, & in ea, quę, licet ſit mediterranea, tamẽ ob loca cœnoſa, & flumen, Νῆσος, *id eſt, inſula*, vocatur. Quinetiam eam quæ † Capua nominatur, ab Ænea cæteriſque Troianis conditam, & à † Capy Troiano Capuam appellatam tradunt. Hæc autem cùm ab aliis, tum etiam ab Ariſtho rerum Arcadi-

De iis quæ Æneæ ex Ilio diſceſſum ſequuta ſunt dubitatur.

† Dionyſius pluralem numerum habet, Καπύας. † Intellige nomine à Capy Troiano deducto, ſiue, appellatione ex Capyi Troiani nomine deflexa.

E catum ſcriptore dicuntur. Sunt etiam qui Æneam & huc perueniſſe fabuloſè dicunt: eum tamen non in his locis, ſed in Italia mortem obiiſſe aiũt: quemadmodum cùm alij multi manifeſtè teſtantur, tum etiam Agathyllus, poëta Arcadicus, in quodam elegiaco verſu, ita canens,

Venit & in Arcadiam, & in Neſo depoſuit filias
Duas, ex Codones, & Anthemones congreſſu ſuſceptas:
Ipſe verò in Heſperium agrum properauit, genuitque Romulum.

Quòd autem Æneas & Troiani venerint in Italiam omnes Romani confirmãt,

& quæ in ſacrificiis & feſtis diebus fiunt ad ipſis, *idem* indicant, & Sibyllini libri, &
oracula Pythica, & multa alia *hoc ipſum teſtantur*. Quæ nullus, tanquam ad ſpeciem,
& decori cauſa ab ipſis conficta, neglexerit. Quinetiam apud Græcos multa, eáque
manifeſta huius rei indicia ad hanc vſque diem extant, portus *ſcilicet*, ad quos appu-
lerunt, & in quibus propter aduerſam nauigationem diutius ſunt morati. Quę (licet
eorum magnus ſit numerus) ego quàm potero breuiſſimè recenſebo. Primùm qui-
dem in Thraciam venerunt, & ad peninſulam, quæ Pallene vocatur, appulerunt.
Ipſam autem incolebant (vt dixi) barbari quidam, nomine Cruſæi, ipſíque tutum
hoſpitium præbuerunt. Quum autem ibi totam hyemen manſiſſent, Veneri tem-
plum exſtruxerunt, in vno è promontoriis, & oppidum Æneam condiderunt, in A
quo eos qui propter laborum moleſtias ac faſtidium, nauigationis incommoda diu-
tius pati non poterant, & quotquot ibi manere voluerant, tanquam in patrio ſolo
poſthac habitaturos, reliquerunt. Hoc oppidum durauit vſque ad imperium Mace-
donum, quod Alexandri ſucceſſores habuerunt. Sed Caſſandro regnante euerſa eſt,
quo tempore vrbs Theſſalonice condebatur: & Æneatæ cum multis aliis in hanc
vrbem recens conditam migrarunt. Quum autem Troiani ex Pallene diſceſſiſſent,
in *inſulam* Delum venerunt, quum Anius in ea regnaret: atque in hac inſula dum
res eius florerent, & ædificia ſtarent, multa indicia viſebantur, quæ Æneæ & Tro-
ianorum in eam aduentum teſtabantur. Deinde in aliam inſulam Cythera, quæ
ante Peloponneſum eſt ſita, venerunt templúmque Veneri condiderunt. Quum B
autem ex Cytheris ſoluiſſent, non longè à Peloponneſo nauigatuut, & quendam
Æneæ ſocium nomine Cinæthium in quodam promontorio ſepeliuerunt, quod ab
eo Cinæthum vocatur. Et cognationis fœdere cum Arcadibus renouato, (de quo
poſtea dicemus) nec diu in his locis commorati, atque aliquot de ſuis hîc relictis, Za-
cynthum venerunt. Quum autem Zacynthij propter iura cognationis eos amicè
recepiſſent: † Dardanum enim, Iouis & Electræ Atlantidis filium, duos ex Batea fi-
lios ſuſcepiſſe tradunt, Zacynthum, & Erichthonium. Quorum alter ex Æneæ ma-
ioribus erat: Zacynthus verò, inſulæ conditor. Ob hâc igitur priſcæ cognationis re-
cordationem, & ob indigenarum humanitatem, ibi temporis aliquod ſpatium com
motati, ſimul etiam aduerſa nauigatione impediti, Veneri in templo, quod ibi C
exſtruxerunt, ſacrificiū fecerunt, quod ad hoc vſque tempus Zacynthij publicè fa-
ciunt, & cùm aliarum exercitationum, tum etiam curſus certamina iunioribus pro-
ponunt. Qui verò primus in hoc templum ingreditur, victoriæ præmium accipit.
Hic autem curſus, Æneę & Veneris appellatur, & horum amborum ſtatuæ ſtāt ere-
ctæ. Inde verò per altum nauigantes ad Leucadem appulerūt, quem locum Acar-
nanes adhuc tenebant. Atque hîc quoque Veneri templum id exſtruxerunt, quod
nunc eſt in parua inſula, quę eſt inter Dioryctum, & vrbem ipſam: & Veneris Ænea-
dis *templum* vocatur. Quum autem hinc diſceſſiſſent & ad Actium appuliſſent, ad ſi-
nus Ambracij promontorium ſtationem habuerūt. Inde in vrbem Abraciam vene-
runt, in qua regnabat Ambrax Dexameni filius, Herculis nepos. & vtroque in loco D
huius aduentus veſtigia remanent: apud Actium quidem, Veneris Æneadis tem-
plum, & prope hoc, *alterum* Magnorum deorum: quæ nunc etiam ætate mea extant:
Ambraciæ verò, eiuſdē deæ templum, & Æneæ ſacellum, prope paruum theatrum,
in quo etiam eſt parua operis antiqui ſtatua, quæ dicitur Æneæ, eámque *ſacerdotes*,
quas ipſi vocant amphipolos, ſacrificiis colebant. Ex Ambracia autē, Anchiſes qui-
dem cum nauibus oram legendo, Buthrotū Epiri portū petiit. At Æneas, & cū ipſo
lectiſſimi quique totius exercitus milites, confecto duorum dierum itinere Dodo-
nam peruenerūt, oraculum à deo petitur: atque ibi Troianos cum Heleno inuene-
runt. Et poſt acceptum de colonia deducenda reſponſum, deo dona Troiana dica-
runt cùm alia, tum etiam crateres æneos, quorum nonnulli adhuc ſuperſunt literis E
antiquiſſimis inſcripti, quæ donorum dicatorum autores teſtantur, & quatuor fer-
me dierum itinere confecto ad claſſem redierunt. A Buthroto ſecundùm oram ve-
cti, vſque ad portum, qui tūc quidem Anchiſæ vocabatur, nunc verò nomen obſcu-
rius, *ac minus notum* habet, hîc quoque templum Veneri fundatum dicarunt. Poſtea
Ionium mare traiecerunt, ſequuti quoſdam nauigationis duces, qui ſe comites ipſis
vltro addiderunt, quíque Patronem Thurium cum ſociis ſecum duxerunt. Horum
plerique, poſtquam exercitus in Italiā incolumis peruenit, domum redierunt. Sed
Patron Æneæ verbis ad coloniæ ſocietatem adductus, & cum ipſo quidam amici in
ea claſſe

De locis ad quæ Æneas & Troiani appulerunt in Italiam venientes.

Ad Pallenē peninſulam (quæ eſt in Thracia) primum appellunt.

Veneri templū exſtruūt.

Ænea oppidum ab Ænea & Troianis conditum.

Æneatæ in Theſſalonicē commigrant.

Troiani ex Pallene in Delum veniunt.

Ex Delo in Inſulam Cytheræ venēre, & ibi Veneri templum condunt.

Troiani Zacynthum veniunt.

Hæc tanquam per parentheſin ponuntur: quāuis non cōtinuetur oratio quæ ſuſpenſa relicta eſt.

Troiani Veneri apud Zacynthum in templo à ſe condito ſacrificant.

Ex Zacyntho Leucadē veniunt, & ibi quoque templum Veneri exſtruūt, quod Veneris Æneadis vocatū eſt.

Ex Actio in Ambraciam veniunt.

Apud Actiū & Ambraciā à Troianis exſtructa templa.

Ex Ambracia Anchiſes Buthrotū Epiri promontorium, Æneas Dodonam petit.

Anchiſę portus, vbi etiam exſtructum à Troianis Veneri templum.

ea claſſe manſerunt, quos nonnulli in Aluntio Siciliæ oppido habitaſſe dicunt. Ob
huius beneficij memoriam, Romani Leucadē & Anactorium Corinthiis ademptū,
poſtea gratis dederūt Acarnanibus: ipſiſq; OEniadas in priſtinas ſedes reducere vo
lentibus permiſerūt hoc facere: quinetiā vt ex Echinadibus inſulis fructus cū Æto-
lis cōmunes perciperent conceſſerunt. At Æneas, eiúſq; ſocij, non vno loco exſcen-
ſum è nauibus in Italiam fecerunt: ſed cum maiori nauium parte ad Iapygiæ pro-
montorium appulerunt, quod tunc Salentinum vocabatur. Cum reliquis verò ad id
quod Athenæum appellabatur, quâ & ipſe Æneas in Italiā deſcenderat. Hic autem
locus eſt promontorium, & in eo portus eſt æſtiuus qui ab illo tēpore Veneris por-

Æneæ eiúſque ſociorum in diuerſas Italiæ partes exſcenſus.

A rus appellatur: atque ad fretum vſque præternauigarunt, ad alteram manum Ita-
liam habentes, & in his quoque locis ſui aduentus veſtigia reliquerūt cùm alia, tum
etiam phialā æreā in templo Iunonis, literis antiquis Æneæ nomen, qui ipſam *dea*
donarat, declarantem. Quum autem perueniſſent ad mare quod Siciliam alluit, ſiue
ea mente vt eò appellerent, ac ibi ſtationem haberēt, ſiue etiam vi tempeſtatum acti,
quibus hoc mare ſolet agitari, ad eam inſulæ partem, quæ Drepana vocatur, appule-
runt. Hic forte fortuna inciderunt in Elymi & Ægeſti ſocios, qui ante ipſos ex vrbe
Troia profugerant, & fortunam ac ventos ſecundos nacti, ſimul etiam non multis
impedimentis grauati, breui temporis ſpatio in Siciliam peruenerānt, & circa fluuiū
Crimiſum ſedes poſuerant in agro Sicanorum, à quibus agri partem amicè accepe-

Ad Drepana Siciliæ Troiani appellunt.

B rant, propter Ægeſti cognationem, qui huiuſmodi quodam caſu in Sicilia natus &
educatus fuerat. Quidam de ipſius maioribus vir illuſtris, genere Troianus, in Lao-
medontis odium incidit, ipſumque rex neſcio qua de cauſa correptum interfecit, &
vniuerſam ipſius marem ſtirpem præ metu ſuſtulit, ne quid cladis ab ipſis acciperet.
Filias verò, quæ adhuc erant virgines, occidere indecorum putauit: &, ſi eas cum
Troianis matrimonio coniunctas habitare pateretur, hoc minimè tutum fore iudi-
cauit. Quare ipſas dedit mercatoribus, quibus imperauit vt eas in remotiſſimas re-
giones abducerent. Cum his abeuntibus nobilis quidam adoleſcens nauigauit: alte-
rius amore captus, & puellam delatam in Siciliam duxit vxorem: &, dum inter Si-
culos degerent, natus eſt ipſis filius, nomine Ægeſtus. Qui quum mores & Linguā
C illius regionis incolarum didiciſſet, poſt ſuorum parentum mortem, quo tempore
Priamus Troiæ regnabat, *ab eo* reditum *in veterem patriam per amicos* impetrauit.

Ægeſtus in Sicilia quo patre & qua matre natus.

Quúmque bellum contra Græcos geſtum cum ſuis ſociis toleraſſet, dum vrbs cape-
retur, in Siciliā rediit, vnâ cum Elymo fugiēs cum tribus nauibus, quas Achilles ha-
bebat dum Troianas vrbes popularetur, ſed ſaxis in mari latentibus hærentes ami-
ſerat. Quum igitur Æneas in viros à me nominatos incidiſſet, eos comiter excepit,
& vrbes ipſis condidit Ægeſtam & Elyma: quinetiam quandam ſuarum copiarum
partem in his vrbibus reliquit. Quod, quantum ego coniecturis aſſequi poſſum, ſua
ſponte fecit, vt illis qui laboribus grauabantur, aut etiam qui aliquo alio modo ma-
ritimæ nauigationis moleſtias iniquo animo ferebant, eſſet quieſcēdi locus & ſedes,

Ægeſta & Elyma, vrbes ab Ænea Ægeſto & Elymo conditæ.

D in quibus tutò degerēt. Sed, vt quidam ſcribunt, *Æneas hoc fecit* ob ſuæ claſſis de-
trimentum, quòd mulieres quædam propter diuturnum errorum tædium aliquot
naues incendiſſent. Quare turbam, quæ propter incenſas naues cum reliquis naui-
gare non poterat, neceſſitate coactus *hic* reliquit. Sunt autem prætereà multa alia
Æneæ & Troianorum ad Siculos aduentus indicia: ſed manifeſtiſſima, Veneris Æ-
neadis ara in montis Erycis vertice fundata, & Æneæ templum Ægeſtæ conditum
atque aram quidem Æneas matri erexit. Templum verò, qui à claſſe fuerant reli-
cti, in ſui ſeruatoris memoriam condiderunt, eíque dicarunt. Troiani igitur qui cum
Elymo & Ægeſto profugerāt in his locis remanſerunt, & *ab eo tempore vniuerſi* per-
petuò Elymi ſunt appellati. Elymus enim quòd genere regio natus eſſet, dignitate

Æneæ & Troianorum ad Siculos aduentus, cùm alia ſunt indicia, tū Veneris Æneadis ara.

præſtabat, & ab eo vniuerſi nomen acceperunt. Qui verò cum Ænea nauiga-
E bant, ex Sicilia per mare Tyrrhenum profecti, primùm quidem appulerunt ad Italię
portum Palinurum, qui à quodam Æneæ gubernatore ibi defuncto nomen hoc
accepiſſe fertur. Deinde ad *quandam* inſulam appulerunt, cui Leucaſiæ nomen im-
poſuerunt, à quadam AEneæ conſobrina, quæ in hoc loco obierat. Illinc verò dela-
ti, in pulcrum ac profundum in Opicis portū, extincto ibi quoque Miſeno quodam
viro nobili, ab eo portum *Miſenum* denominarūt. Quúmque ad inſulam Prochytam
& ad promontorium Epityches appuliſſent, eodem modo nomē his locis impoſue-
runt, quòd mulierum defunctarum in his locis monumenta ſeruari vellent. Hatum

Æneas & ſocij ad portum Palinurū, inde ad Leucadiam inſulā, ex qua ad portum Miſenum veniunt.

verò alteram. Æneæ cognatam fuiſſe ferunt, alteram nutricem. Tandem ad Ita-
Æneæ & ſociis errorum finis.
liæ Laurētum peruenerunt. Hîc inuento errorum fine, caſtra vallo munita poſue-
Troia dictus locus in quo caſtrametati ſunt Æneas & ſocij, errorũ finē nacti.
runt. Et locus in quo *tunc* caſtrametati ſunt, ab eo tempore Troia vocatur, & à ma-
ri diſtat circiter quatuor ſtadia. Hæc autem ſcripſi, atque hac digreſſione ſum vſus,
neceſſitatis vi coactus: quia ſcriptores partim negant Æneã cum Troianis in Italiã
veniſſe, partim etiã alium Æneã non autem Anchiſæ Venerîſque filium *eò veniſſe*
Æneam cũ Troianis in Italiam veniſſe quidam negant, quidam alium Æneã fuiſſe tradunt.
dicunt. Quidam etiam Aſcaniũ Æneæ filium, alij alios quoſdam fuiſſe putant. Sunt
etiam qui AEneam, Veneris filium, manu ſuorum in Italiam deducta & rebus ibi
compoſitis domum rediiſſe, & Troiæ regnaſſe tradunt. Quum autem moreretur,
Aſcanio filio regnum reliquiſſe, eiúſque progeniem regnum diutiſſimè retinuiſſe. A
Quod crediderunt (vt ego coniicio) decepti Homeri carminibus non rectè intelle-
ctis. Nam in Iliade Neptunus ſplendorem, quem Æneas eiúſque poſteri, fatis ita vo-
lentibus, erant adepturi, in hanc ſententiam ab ipſo prædicens inducitur:

Homeri de Ænea verſus ex quibus malè intellectis quidam ſunt decepti.

Vis igitur AEneæ Troianis imperabit,
Et nati natorum, & qui poſt hos naſcentur.

Quoniam igitur exiſtimarunt Homerum ſciuiſſe hos viros in Phrygia regnaſſe,
quaſi Troianis imperare non potuiſſent licet in Italia manerent, hunc Æneæ redi-
tum ſunt commenti. Sed nónne fieri poterat vt *AEneas* imperaret Troianis, quos ſe-
cum duxerat, quamuis in alia regione viuerent, & propriam Rempub. haberēt? Hu-
ius tamen erroris, *ac opinionis falſæ* alias etiam cauſas afferre quis poſſet. Sed ſi quos B
Vnde fiat vt Æneæ ſepulcra multis in locis monſtrētur.
turbat quòd multis in locis Æneæ ſepulcra narrentur ac monſtrentur, quum tamē
nullo modo fieri poſſit vt vnus & idem pluribus in locis ſit ſepultus, cogitent iſti,
hanc dubitationem communem ac vulgarem eſſe de multis, præcipuè verò de viris
qui fortunæ beneficio illuſtres quidem fuerunt: ſed tamen vitam inſtabilem & va-
gam egerunt: & ſciant, vnum quidem ſolum fuiſſe locum qui corpus ipſorũ exce-
perit, ſed apud multos eorum monumēta erecta eſſe, propter beneuolentiam illorũ,
qui vtilitatem aliquam ipſorum opera perceperunt, præcipuè verò ſi quæ generis i-
pſorum reliquiæ *inter eos* ſupereſſent, aut vrbs aliqua ab ipſis condita, aut ſicubi diu-
tius habitaſſent, & cum indigenis comiter verſati fuiſſent. Qualia ſunt quæ de hoc C
etiam heroe fabulis prodita ſcimus. Quoniam enim hic effecit ne Ilium captũ fun-
ditus deleretur, quoniam etiam effecit vt ſociorum auxilia, in eam quę Bebrycia vo-
catur, ſalua reuerterentur, & in Phrygia filium Aſcanium regem reliquit, & in ſuæ
profectionis erroribus vrbem de ſuo nomine condidit, & in Arcadia filiam nuptum
collocauit, & in Sicilia partem exercitus ſui reliquit, quoniam etiam multis aliis in
locis cum hominibus humaniter verſatus videbatur: voluntariam ipſorum beneuo-
lentiam ſibi conciliauit, ob quam, poſtquam cum mortalibus viuere deſiit, ſupulcris
& monumentis ornatus eſt, quæ variis in locis ad perpetuam ipſius memoriam ſunt
extructa. Nam age, quas alias cauſas monumentorum ipſius in Italia factorum affer-
re poſſes? Sed de his aliâs etiam agetur, prout rerum ſingularum occaſio declaratio- D
nem flagitabit. Cæterùm, ne in vlteriores *ac remotiores* Europæ partes claſſis Tro-
iana nauigarit, in cauſa fuerunt tam oracula quæ ad ſuum finem in his locis ſunt
perducta, quàm deus ipſe qui ſuam voluntatem variis modis patefecit. Quum enim
Quum Æneas cum ſociis Laurentũ appuliſſet, latices ſuauiſſimi fontis tũc primùm è terra proſilierunt.
Laurētum appulliſſent, eo portu ſunt vſi, & tentoria circa littus fixerunt: ac primùm
quidem hominibus ſiti grauiter laborantibus, quòd is locus nullas haberet aquas,
(dico autē quæ ab ipſis indigenis accepi) latices ſuauiſſimi fontis ex terra ſua ſpon-
te proſilientes ſunt viſi, vnde & totus exercitus eſt aquatus, & locus ille factus eſt ir-
riguus, fontiũ aquis vſque ad mare deſcēdentibus. Nunc tamen fontes iſti non ſunt
adeò aquarum pleni, vt aliquid inde profluat ac redundet: ſed eſt exigua aqua, quæ
in loco concauo continetur, quam eius regionis incolæ Soli ſacram eſſe dicunt. Et E
iuxta ipſam aræ duæ monſtrantur, quarum altera ſolem orientem ſpectat, altera oc-
cidentem: & ambas Troiani fundarunt, ſupra quas fabuloſè tradunt Æneam pri-
mum ſacrificium deo feciſſe, vt ei gratias ageret pro aquis oblatis. Deinde verò ipſis
prandium humi ſumentibus multi *cibis* apium ſubſtrauerunt, hócque menſæ loco
cibos ſuſtinebat. Sed (vt alij dicunt) cruſta panis triticei munditiæ cauſa cibis ſubie-
cerāt. Sed quum cibi appoſiti iam abſumpti fuiſſent, & apium, ſiue panis cruſta ipſis
ſuppoſita vnus atque mox alter comediſſet, tunc quidam ſiue de Æneæ filiis, vt fer-
tur, ſiue de contubernalium numero, exclamans hæc protulit, At nos vel ipſam mē-
ſam iam abſumpſimus. Quum autem hoc audiſſent, omnes tumultuari cœperunt,

quòd

quòd tunc primùm oraculum ipſis redditum ad finem ſuum fuiſſet perductum. Nã, *De oraculis Æneę cuiuſque ſociis redditis.*
vt quidam aiũt,ipſis quoddam oraculum Dodonæ fuerat redditum, ſed(vt alij ſcri-
bunt) *hoc oraculum acceperant* in Erythris Idæ viculo,vbi habitabat Sibylla, illius loci
nympha fatidica,quæ ipſos iuſſerat occidentem verſus nauigare,donec in eum locũ
peruenirent in quo menſas comederent. Vbi verò hoc animaduertiſſent factũ,qua-
drupedẽ ducẽ ſequerentur,& vbi id animal defatigatum procubuiſſet,vrbẽ ibi con-
derent.Hoc igitur oraculo in memoriam reuocato,alij deorũ ſimulacra Æneę iuſſu
in locum indicatũ ex nauibus extulerunt: alij verò baſes & aras ipſis extructas cre-
xerunt.Et mulieres cũ vlulatu & choreis ſacra proſequebantur. At Æneas, eiúſque
A ſocij rebus omnibus ad ſacrificium paratis,coronati circum aram ſteterunt. Interea
verò dum iſti vota faciunt,porca quã erant immolaturi, quæ grauida erat & partui
vicina, quũ ſacerdotes in ipſam manibus iniectis ſacrificiũ iam auſpicari vellẽt, vin-
culis excuſſis ex eorũ manibus,à quibus vincta detinebatur,ſe proripuit,& loca me-
diterranea curſu petere cœpit. Æneas verò quũ animaduertiſſet hanc eſſe quadru-
pedem illã viæ ducem ab oraculo ſibi ſignificatam, cum paucis eam ex interuallo ſe-
quebatur,veritus ne propter perſequentiũ tumultũ à fatali via auerteretur. At illa
ferme viginti & quatuor ſtadiis à mari digreſſa,collem quendã curſu cõſcendit, vbi
labore fatigata conquieuit.Quum autem Æneas(oraculum enim ad finẽ videbatur
perductum)cerneret locum illum in agro parum cõmodo & procul à mari ſitũ eſſe,
& ne hoc quidem vllos cõmodos portus habere,in magnam animi anxietatẽ,& con-
B ſilij inopiã incidit,vtrum oraculo parendum,atque ſedes ibi figendæ eſſent, vbi vitã
dolorum ac ærumnarum plenã perpetuò degerent,& nullius boni participes eſſent
futuri:an vlterius ad meliores ſedes quærendas eundũ eſſet. Sed quũ ille has res ani-
mo agitaret,& deos incuſaret,vox quædã ex nemore(non apparẽte qui loquebatur)
ad eius aures derepente delata eſt,iubens ipſum ibi manere,& vrbẽ celeriter cõde-
re,nec pręſentis opinionis dubitationi nimiũ indulgere,quod in agro fertili ſedes ad
vitam agendã non eſſet poſiturus,& futurã,atque adeò propemodũ iam præſentem
felicitatẽ reiicere.In fatis enim eſſe vt ex hoc inopi & exiguo domicilio primũ profe-
cti,amplũ bonúmque agrum tandẽ ſibi pararent,& ipſius liberi ac poſteri maximum
C imperiũ,& ad plurima ſecula duraturũ haberent. Troianos igitur in præſentia ſedi-
bus iſtis vſuros *dicebat*.Sed poſt totidẽ annos,quot porcellos ſus peperiſſet,alterã vr-
bem fortunatam & amplam ab eius poſteris conditũ iri. Æneã verò,quũ hoc intel-
lexiſſet,eámque diuinã vocẽ eſſe iudicaſſet,dei imperata feciſſe *ferunt*. Alij verò dicũt
huic viro vehemẽter ſolicito,& præ dolore *ac mœrore* corpus languidũ habẽti,& ne-
que in caſtra deſcendenti,neque cibos vllos ſumẽti:ſed illic ita vt fortè erat noctẽ il-
lam cubanti,magnum quoddã,ac admirandum ſpectrum forma cuiuſdam dei patrij
aſſumpta in ſomnis aſtitiſſe,& de rebus paulò ante memoratis cũ monuiſſe.Sed vtrũ
ad veritatem propius accedat,deus nouit.Poſtridiè verò ſus triginta porcellos pepe-
riſſe fertur.Et poſt totidem annos vrbem,de qua ſuo loco verba faciã,ſecundum vo-
D cem illam fatidicam ab aliis Troianis conditã tradunt. Æneas verò ſuis fœtum vnà
cum matre diis penatibus immolauit in eo ipſo loco, in quo nunc eſt quoddã ſacel-
lum,quod Lauiniatæ ſacrum putant, & ita ſeruãt,vt cęteris nullus ad ipſum aditus
pateat.Quúmque Troianis imperaſſet vt in collem caſtra mouerent,in præſtantiſſi-
ma collis parte deorũ ſimulacra collocauit, & maxima animi alacritate confeſtim
vrbem ædificare cœpit. Atque decurrens *inde* quicquid ad vrbis condendæ vſus fa-
ciebat,præcipuè verò ferrum,ligna,& inſtrumenta ruſtica, quorum priuatio grauiſ-
ſimum dolorem dominis erat allatura,ex locis circum circa iacentibus petebat.Tunc
autem Latinus *eius regionis* rex erat, & contra finitimam gentem, qui Rutu-
li vocantur, bellum gerebat,& aliquoties parum feliciter pugnarat. Interea verò
E nuntius maximi terroris plenus ad eum affertur, totam oram maritimam ab exer-
citu extero vaſtari,&,niſi celeriter eius excurſiones reprimeret, bellum quod cum
vicinis populis gerebat,ipſi fore grauius. His autem auditis virum metus ſubiit, & *Latinus rex cum magnis copiis aduerſus Troianos tendit, ſed iis viſis deterretur.*
confeſtim intermiſſo præſenti bello, cum magnis copiis contra Troianos iuit.
Sed quum eos more Græco armatos, & acie egregiè inſtructa prælij graue peri-
culum intrepidè expectantes videret, deterritus eſt ab impetu præſenti, quo ad
belli fortunam ſubitò periclitandam ferebatur,quòd eos in ſuam poteſtatem incur-
ſu primo non amplius redactũ iri putaret, quemadmodũ domo diſcedẽs ſperauerat.
Sed caſtris in colle quodã poſitis,primùm quidẽ copias ſuas ex pręſenti labore refi-

ciendas duxit, quem ob longum iter, & magnam *hoſtes* perſequendi contentionem tulerãt. Quum autem ibi pernoctaſſet, ſimulatque dies illuxiſſet, cum hoſtibus confligere decreuit. Sed poſt hoc conſilium ab eo captum, quidam illius regionis dæmon in ſomnis aſtans ipſum monuit, vt Græcos in agri partem reciperet. Ipſorum enim aduentum magnam Latinis vtilitatem allaturum, & vniuerſæ Aboriginum genti bono futurum. At Æneæ dij patrij eadẽ nocte in ſomnis apparuerunt, eúmque ſunt hortati Latino perſuaderet, vt ſibi ſedes ſponte daret in quo loco vellẽt, & Græcorum copiis ſociis potius, quàm hoſtibus vteretur. Hoc autem ſomnium ambos à faciendo prę lij initio deterruit. Quum autem dies illuxiſſet, & exercitus inſtructa acie ad pugnam committendam eſſent parati, caduceatores vtrinque ad ipſorum duces A venerunt, qui poſtularũt vt ad colloquium *ambo* conuenirent. atque hoc ita factum eſt. Ac prior Latinus queſtus de repentino & nõ denuntiato bello, rogauit Æneam vt diceret quiſnam eſſet, & qua mente, *quámue ob cauſam* ageret, & ferret ſuæ regionis res, præſertim quum à ſe nullam iniuriam antè accepiſſet, quúmque probè ſciret belli autores ab omnibus, qui iniuria ſunt laceſſiti, propulſari. *Queſtus eſt* etiam quòd quum ipſi quidlibet, ſiquid moderati petiiſſet, à ſuæ regionis incolis volentibus & amicè impetrare licuiſſet, † tamen omnium gentium iure violato, turpius quàm honeſtius hæc ipſa per vim capere maluiſſet.

Latinus Æneã compellat.

Græca verba videntur ſonare, Tamen eũ morẽ prætergreſſus, quem omnes homines iuſtum eſſe cenſent. Sic nihilominus & alij interpr. violato iure gentium. &c.

Ab Ænea datum Latino regi reſponſum.

His autem ab eo dictis Æneas in hũc modum reſpondit, Nos genere Troiani ſumus, & ex vrbe inter Græcos non obſcu- B riſſima venimus, quam Græci bello decennali expugnatam nobis eripuerunt, & errabundi vagamur, quòd nullam vrbem ac agrum habeamus, in quo poſthac habitemus, & deorum mandatis parentes huc peruenimus. Et hic ſolus ager, vt oracula ſignificarunt, noſtrorum errorũ portus *nobis* relinquitur. Res verò nobis neceſſarias ex hoc agro nobis paramus, miſeriarũ noſtrarũ, quàm honeſtatis ac decôri maiorem rationem habentes: quod certè, quia huc recens venimus, factum nollemus. Sed has iniurias multis magníſque beneficiis ac officiis compenſabimus, præbentes vobis & corpora & animas egregiè in periculis ſubeundis exercitatas, vt ipſis pro veſtro arbitrio quibuſlibet in rebus vtamini: agrúmque veſtrum nullis maleficiis vaſtatum ſeruabimus, & in hoſtium agro parando vos alacriter iuuabimus. Vóſque ſuppliciter oramus ne in malam partem accipiatis quæ fecimus, néue propterea iraſcami- C ni: cogitantes non iniuriæ faciendæ cauſa, ſed ab ipſa neceſſitate coactos nos hæc feciſſe. Omne autem peccatum non voluntarium venia dignum. Quare æquum eſt vt nihil grauius in nos ſtatuatis, qui manus ſupplices vobis tendimus. Alioqui deos ac dæmones huius regionis incolas & cuſtodes præcabimur, vt nobis dent veniam facinorum quæ coacti facimus, atque vos initium belli facientes propulſare conabimur. Hoc enim bellum, quod mox geremus, nec primum, nec maximum erit eorum quæ iam ſumus experti.

Latini ad Æneæ reſpõſum verba.

Quũ autem Latinus hęc audiſſet ei reſpondit, EQVIDEM beneuolentiam habeo erga omne genus Græcorum, & fatalibus hominum caſibus vehementer angor: veſtrámque ſalutem plurimi facerem, ſi mihi compertum eſſet vos propter ſedium inopiam huc aduenisse, agríque portione fore contentos, & D animo amico accepturos quæ *vobis* dabuntur, nec meum principatum mihi per vim erepturos. Sed ſi vera ſunt quæ dicitis: peto vt pro his ipſis rebus fides vltro citróque detur & accipiatur, quæ fœdus noſtrum ſine dolo malo factum tueatur.

Fœderis inter Latinum regẽ & Æneã icti conditiones.

Quum autem Æneas Latini ſententiam probaſſet, fœdus inter eos iureiurando cõfirmatum, his conditionibus eſt ictum: vt Aborigines tantum agri Troianis darent, quantum peterẽt, à colle quoquouerſus euntibus ſtadia circiter quadraginta. Troiani verò & in eo bello quod tunc gerebatur, Aborigines iuuarent, & cum ipſis militarent ad quancunque aliam expeditionem vocarentur, & vtrique viciſſim tam manu quàm conſilio facerent quicquid ad communem vtilitatem maximè ſpectaret. Hęc inter ſe pacti, ad fœderis fidẽ confirmandã filios obſides vltro citróque dederũt, & acceperunt, & communẽ expeditionẽ contra Rutulorũ vrbes fecerunt. E Quum autẽ breui temporis ſpatio, omnes illorum res in ſuã poteſtatẽ redegiſſent, ad ſemiperfectũ Troianorum oppidũ redierunt, omnéſque pari alacritate vſi, id conditum muniuerunt.

Oppidum Lauinium vnde ab Ænea ſit dictum.

Huic autẽ oppido iã abſoluto Æneas nomen Lauiniũ impoſuit: quod (vt Romani dicunt) à Latini filia, quæ (vt aiũt) Lauinia vocabatur, inditũ ei fuit. Sed, vt alij quidã Græci fabulatũ ſcriptores tradunt, ab Anij Delioru̇ regis filia, cui quoque idem nomen erat. Quòd autem morbo fuiſſet extincta dum prior vrbs conderetur, & in eo ipſo loco fuiſſet ſepulta in quo laborarat, hoc nomen in eius memoriam

vrbi ferunt

vbi ferunt impoſitum. Hanc autem cum Troianis nauigaſſe, ipſiúſque patrem Æ-
neæ roganti, quòd vates eáque ſapiens eſſet, eam dediſſe dicunt. Dum autem vrbs
Lauinium conderetur, hæc prodigia Troianis oblata tradunt. Quum ignis in ne-
more ſua ſponte accenſus fuiſſet, aiunt lupum ore materiam aridam tuliſſe, & in
ignem conieciſſe: aquilam verò eò aduolaſſe, & alarum agitatione flammam exci-
taſſe: ſed vulpem horum conatibus magno ſtudio ſe oppoſuiſſe; & cauda in flu-
men intincta operam dediſſe vt ignem, qui ab aliis accendebatur, extingueret.
Et modò eos qui ignem accendebant, victores fuiſſe, modò etiam eam, quæ flam-
mam extinguere volebat: tandem verò duos illos viciſſe, hanc verò; quum con-
A tra illos nihil amplius moliri potuiſſet, irrito conatu diſceſſiſſe. Æneam autem hac
re animaduerſa dixiſſe ferunt, coloniam iſtam fore illam quidem illuſtrem, & admi-
rabilem, noménque celeberrimum adepturam: ſed eius incrementa populis fini-
timis inuidioſa & moleſta fore: tamen eius aduerſarios ab ipſa ſuperatum iri,
quòd fortunæ beneficio numinis diuini fauorem humanis inimicitiis ac inuidia lon-
gè potentiorem eſſet habitura. Hæc igitur tam manifeſta prodigia *Troianis oblata
dicuntur*, quæ futuram vrbis fortunam indicarunt. atque horum monumenta in
Lauinienſium foro extant, horum animalium æreæ ſtatuæ, quæ ibi longiſſimo
tempore diligenter ſeruantur. Vrbe autem à Troianis abſoluta, vtrinque omnium
animos cupiditas inuaſit ſocios mutuis officiis viciſſim demerendi. Atque reges
B ipſorum huius rei initium fecerunt, qui indigenarum & aduenarum dignitatem
connubiis mixtam æquarunt. Nam rex Latinus Lauiniam filiam Æneæ dedit
vxorem. Deinde cæteri, regum exemplo, & ipſi eadem cupiditate flagrantes,
& breuiſſimo temporis ſpatio moribus, legibus, & deorum ſacris in vnum col-
latis, & genere per connubia inter ſe communicato, communicato etiam ciui-
tatis iure, rempub. ex vtraque gente mixtam conſtituerunt, & appellatione à rege
Aboriginum ſumpta ſe Latinos vocarunt: & pactis adeò conſtanter manſerunt,
vt nullum tempus alteros ab alteris adhuc ſepararit. Gentes igitur quæ in vnum
conuenerunt, & quæ rempub. inter ſe communicarunt, ex quibus genus Roma-
num manauit, ante vrbem conditam quam nunc incolunt, hæ ſunt. Primùm
quidem Aborigines, qui Siculos ex his locis expulerunt, quum ipſi genere Græci
C eſſent, à Peloponneſiis oriundi, & (vt ego credo) ex numero eorum, qui cum
OEnotro, ex ea quæ nunc Arcadia vocatur, ſedes *in has regiones* tranſtulerunt.
Deinde Pelaſgi qui migrarunt ex ea, quæ tunc Hæmonia, nunc verò Theſſalia.
vocatur. Tertij verò fuerunt qui ex oppido Palantio in Italiam cum Euandro
venerunt. Poſt hos è Peloponneſiis, qui cum Hercule militabant, Epei, & Phe-
neatæ, quibus & aliquot Troiani erant admixti. Poſtremi verò fuerunt Troia-
ni, qui ex Ilio, Dardano, cæteriſque Troianis vrbibus incolumes cum Ænea eua-
ſerant. Quòd autem Troianorum gens cumprimis Græca eſſet, ex Peloponne-
ſo quondam profecta, iam pridem & ab aliis quibuſdam eſt dictum, tamen & à
me quoque paucis dicetur. Hæc autẽ ſunt quæ de ipſis traduntur. In ea quæ nunc Ar
D cadia vocatur, primus regnauit Atlas. Habitabat autem circa montem qui Cauca-
ſus appellatur. Huic ſeptem filiæ fuerunt, quæ nunc inter ſidera cœleſtia relatæ
dicuntur, cognomine Pleiades. Harum vnam, Electram, Iupiter vxorem duxit, &
ex ipſa Iaſum & Dardanum filios ſuſcepit. At Iaſus cælebs manſit: Dardanus verò
Chryſen Palantis filiã vxorem duxit, ex qua filios Idæum & Dimantem habuit, qui
quum Atlantis regnum iure hæreditario accepiſſent, in Arcadia aliquandiu re-
gnarunt. Deinde verò quum ingens diluuium in Arcadia accidiſſet, aquis ſta-
gnantibus campi fuerunt tecti, & diu nullo modo coli potuerunt. Sed homines
(nam in montibus habitabant) quòd alimenta parcè haberent, quum animad-
uertiſſent reliquum agrum omnibus victum ſuppeditare non poſſe, totum populum
E omnium vno conſenſu in duas partes diuiſerunt. Horum altera in Arcadia remanſit
& Dimantem Dardani filium ſibi ducem pręfecit: reliqui verò cum magna claſſe ex
Pelopõneſo migrarunt. Et ſecundũ Europę litora nauigantes, ad Melanem ſinũ, qui
ſic vocatur, & caſu ad quandã Thraciæ inſulã appulerunt, quæ vtrũ prius habitare-
tur, an verò deſerta eſſet, affirmare nõ poſſem: cui Samothraciã nomẽ ex viro & loco
compoſitũ impoſuerũt. Is enim locus eſt in Thracia: ſed eius cõditor fuit Samõ filius
Mercurij & nymphę Cyllenidis, quæ Rhene vocabatur. Ibi nõ diu commorati, quòd
victũ ſibi nõ facilè parare poſſent, quódque cum agro ſterili, marique fero pugnare

Prodigia Troianis oblata dum vrbs Lauinium conderetur.

Latinus rex Lauiniam filiam Æneæ dat vxorem.

Latini de nomine regis Aboriginum dicti.

Gentium enumeratio ex quibus genus Romanum, ante vrbem conditam, manauit.

Troianorum gens ex Peloponneſo profecta.

Atlantis regis Arcadiæ ſeptẽ filiæ.

Iaſus & Dardanus Iouis ex Electra filii.

Samothracia, Thraciæ inſula, vnde dicta.

cogerentur, paucis quibuſdam in inſula relictis, plerique Dardanum coloniæ du-
Iaſus cur fulmine ictus.
cem ſequuti, rurſus in Aſiam migrarunt. Iaſus enim in inſula fulmine ictus periit;
quòd Cereris concubitum concupiſſet. Quum autem exſcenſionem feciſſent in eo
qui nunc Helleſpõtus vocatur, habitare cœperunt in ea regione quæ poſtea vocata
Idæus Dardani filius, à cuius nomine Idæi montes ſunt appellati.
fuit Phrygia. Idæus igitur Dardani filius cum exercitus parte in montibus, qui nunc
Idæi ab eo nominãtur, ſuas ſedes poſuit: vbi Matri deorum templum extruxit, eíque
ſacra & myſteria inſtituit, quæ ad hoc vſque tempus per vniuerſam Phrygiam du-
rant. Dardanus verò in ea quæ nunc Troas appellatur, vrbem ſui nominis condidit,
Teucris regio de nomine Teucri regis dicta.
agris ipſi à rege Teucro datis, à quo regio illa Teucris eſt dicta. Hunc autem cùm
alij multi, tum etiam Phanodemus, Atticarum antiquitatum ſcriptor, ex Attica in A
Aſiam migraſſe, & Potami pagi principem fuiſſe tradunt. Multíſque argumentis
ſuorum verborum fidem faciunt. Quum igitur agrum amplum & bonum ſibi quæ-
ſiſſet, qui paruum indigenarum numerum habebat, aiunt eũ lubenter vidiſſe Dar-
danum, cæteróſque Græcos qui cum eo venerant, tum vt in bellis contra barbaros
gerendis eorũ ſocietate vteretur, tum etiã ne *ſnus* ager maneret deſertus. ¶NVNC
autẽ poſtulat locus vt & de Æneæ maioribus agamus: ſed hoc quoque paucis decla-
De Æneæ maioribus. Dardanus. Erichthonius, Dardani filius. Tros, à quo gens nomen habet. Aſſaracus. Capys. Anchiſes. Æneas. De tempore quo Lauinium eſt conditum.
rabo. Dardanus poſt obitum Chryſes Palantis filiæ, ex qua primos liberos ſuſcepe-
rat, Bateã Teucri filiã duxit vxorẽ: eiq; *ex iſta muliere* natus eſt filius Erichthonius,
qui omniũ mortaliũ fortunatiſſimus fuiſſe fertur, quòd & patris & aui materni prin-
cipatũ hæreditario iure habuiſſet. Ex Erichthonio & Callirhoe Scamandri filia, na- B
tus eſt Tros, à quo gẽs nomen ſumptũ habet. Ex Troe & Acalide Eumedis filia, Aſſa-
racus eſt procreatus. Ex hoc & Clytodora Laomedõtis filia, Capys: ex Capy & nym-
pha quæ Naïs dicebatur, Anchiſes: ex Anchiſe & Venere, Æneas. Quòd igitur etiã
Troiana gens à Græcis eſſet oriũda manifeſtè declaraui. ¶SED de tẽpore quo La-
uiniũ eſt conditũ, ſcriptores inter ſe non conſentiunt. Qui tamen duobus annis poſt
diſceſſum ex Troia conditum ferunt; ea mihi videntur dicere quæ ad veritatẽ pro-
pius accedunt. Ilium enim captum æſtate iam vergente, XVII diebus ante ſolſtitium
æſtiuum, octauo die menſis Thargelionis deficientis, quemadmodũ Athenienſes tẽ-
pora cõputant. Sed poſt Solſtitium ſupererant XX dies, qui annum illũ complebãt.
Itaque intra XXXVII dies, qui vrbis expugnationẽ ſunt ſequuti, exiſtimo Græcos C
res vrbanas compoſuiſſe, & legatos ab illis, qui ſeceſſerant, recepiſſe: fœdúſque cum
ipſis feciſſe. Sequenti autem anno, qui primus erat ab vrbe capta, circa æquinoctium
autumnale Troiani à terra ſoluentes Helleſpontum traiecerunt: & in Thraciã de-
lati ibi totam hyemem exegerunt, excipientes eos qui ex fuga adhuc conueniebãt,
& res ad nauigationem neceſſarias parantes. Quum autem ex Thracia veris initio
diſceſſiſſent, mare, quod erat interiectum, in Siciliã vſque nauibus traiecerũt. Et quũ
eò appuliſſent, ibi vſque ad eius anni finem manſerunt, & alterã hyemem tranſege-
Troiani Elymos in vrbibus in Sicilia condendis iuuant.
runt, Elymos in vrbibus in Sicilia condendis iuuantes. Nactique commodã nauigan-
di facultatem, ab inſula ſoluentes mare Tyrrhenũ traiiciunt, tandémque Laurentũ
ad Aboriginũ litus æſtate media perueniũt. Quum autẽ agrum *ab incolis datum* acce- D
piſſent, anno ſecundo poſt Ilium captum expleto, Lauiniũ in eo condiderunt. Atque
opinionẽ quam de rebus iſtis habebã, apertè declaraui. Cęterùm Æneas, poſtquã
templis & alijs ornamentis hoc oppidum ſatis inſtruxit, quorũ pleraque vel ad hanc
vſque meam ætatem durarunt, anno ſequenti, qui poſt ipſius diſceſſum tertius erat,
Æneas Latino mortuo regno eius potitur.
ſolis Troianis imperauit. ¶SED quum anno quarto Latinus obiiſſet, eius etiam
regno potitus eſt, tum propter affinitatis neceſſitudinem, quæ ipſi cum eo interce-
debat, quòd poſt Latini mortem vniuerſa defuncti bona ad Lauiniam hæreditario
iure pertinerent: tum etiam vt dux eſſet in bello contra populos finitimos gerendo.
Rutuli à Latino iterum deficiunt, idque Turni ductu.
Rutuli enim à Latino rurſus defecerant, ductu cuiuſdam tranſſugæ, qui erat con-
ſobrinus Amatæ, Latini vxoris, & Turnus vocabatur. Hic verò propter *Laui-* E
niæ nuptias *Latinum, quem cupiebat ſibi* ſocerum, incuſans quòd præteritis cognatis
generum peregrinum ſibi aſciuiſſet, Amata quoque inſtigante, & nonnullis aliis ei
In bello contra Rutulos Latinus & Turnus moriuntur. Æneas quarto poſt Latini obitum anno in bello cadit.
fauentibus, cum militum copiis, quibus ipſe præerat, ſe Rutulis adiunxit. His
igitur de cauſis bello exorto, & acri prælio commiſſo, Latinus, Turnus, & alij
multi *in eo* ceciderunt: Æneas tamen, eiúſque ſocij victoriam ſunt adepti. Poſt-
ea verò Æneas ſoceri regnum ad ſe deuolutum accepit. Quum autem poſt La-
tini obitum tres annos regnaſſet, quarto cecidit in bello: nam & vniuerſi Ru-
tuli ex vrbibus ſuis in vnum congregati expeditionem contra ipſum fecerunt, &

cum

cum ipſis Mezentius rex Tyrrhenorum militauit,ſuæ ditioni timens. Nam ægrè ferebat quòd Græcorum potentiam magis ac magis creſcentem animaduerteret. Quum igitur acre prælium non procul à Lauinio commiſſum fuiſſet, multis vtrinque deſideratis,noctis interuentu exercitus dirempti ſunt. At Æneæ corpus quum nuſquam terrarum amplius apparuiſſet,alij eũ ad deos migraſſe,alij in flumine,iuxta quod pugna fuerat commiſſa,necarum coniectabant. Atque Latini * ſacellũ ipſi hac inſcriptione ornatum dicarunt, Patri Deo Indigeti, Qvi Nvmici Amnis Vndas Temperat. Sunt tamen qui dicunt hoc ipſum ſacellũ Anchiſæ ab Ænea extructum, *& dicatum fuiſſe*, qui vno ante hoc bellum anno mortem obierat. Eſt autem tumulus non magnus,& circum circa ſunt arbores in ordinem digeſtæ, ſpectatu dignæ.

rex Tyrrhenorum Rutulis militat

Inſcriptio ſacello Æneæ ſuperpoſita.

Græca vox de ſacello dicitur quod locus eu... piam, aut ... piam, tanquam heros datur.

A ¶ Qvvm autem Æneas ex hac mortali vita ad ſuperos migraſſet, anno fermè ſeptimo poſt Ilium captum, Euryleon qui in exilio Aſcanius mutato nomine fuerat appellatus, Latinorum regno eſt potitus. Tunc autem Troiani obſidebantur,& hoſtium copiæ ſemper creſcebant: ſed Latinorum copiæ illis qui Lauinij obſidebantur nullum auxilium ferre poterãt. Primùm igitur Aſcanius ad amicitiam & conditiones æquas hoſtes inuitauit: ſed quum illi ad ipſius poſtulata animum non aduerterent, eáque contemnerent,coactus eſt illorum arbitrio permittere, vt quibus vellent conditionibus bello depoſito pacem facerent. Verùm, quia rex Tuſcorum cùm alia multa intoleranda tãquam hominibus

Euryleon, qui Aſcanius fuerat appellatus, Latinorum regno potitur.

B in ſeruitutem iam redactis imperabat, tum etiam hoc, vt quicquid vini Latinus ager ferret,id in Etruriam quotannis importarent,rem intolerabilem *ac indignam* rati,vitis omnem fructum ex Aſcanij ſententia publico decreto Ioui ſacrum eſſe iuſſerunt. Ipſi verò inter ſe cohortati ad rem fortiter gerendam, & deos precati vt in præſenti periculo ſibi fauerẽt,eruptionẽ ex vrbe fecerunt,obſeruata nocte obſcura,qua nullũ Lunæ lumen apparebat:& confeſtim hoſtiũ vallum ſunt aggreſſi,quod proximè vrbem ſitum erat, ſuáque munitione cæteras copias tutabatur, quòd in loco naturâ munito factum eſſet, & lectiſſimam Etruſcorum iuuentutem contineret, cui præerat Mezentij filius, nomine Lauſus, & quum ipſorum repentinum aduentum nullus præſenſiſſet, munimentum incurſu primo per vim fortiter ceperunt. Inter-

Tuſcorũ rex intoleranda quædam imperans.

In Tuſcos ſeu Etruſcos eruptio Latinorum.

Lauſus, Mezentij filius.

C ea verò dum vallum iſtud caperetur, qui in planitie caſtrametati fuerant, lumen intempeſtiuum cernentes, & morientium clamorem audientes, campeſtria loca deſeruerunt, & in montes fuga ſe receperunt. Sed interea magna trepidatio, magnúſque tumultus eſt exortus, quemadmodum ſolet accidere quoties exercitus noctu turbatur, quòd hoſtes moxmox in ſuos milites, qui nullam militarem diſciplinam, nullos ordines ſeruabant, impreſſionem facturos putarent. Latini verò, poſtquam vi repentina munitionem ac præſidium illud ceperunt, & reliquum exercitum perturbatum animaduerterunt, ipſorum tergo inſtabant,eóſque fugientes cædebant,& perſequebantur. Tantum autem abeſt vt quiſquam ipſorum ad vim fortiter propulſandam conuertere ſe auderet, vt ne videre quidem

D poſſet in quantis malis verſaretur: ſed præ tumultu, & inopia conſilij, partim per prærupta montium loca præcipites acti peribant, partim in cauernas, quæ nullum habebant exitum, delapſi in hoſtium poteſtatem veniebant. Sed plerique, quòd alteri alteros propter noctis tenebras agnoſcere non poſſent, ſe tanquam hoſtes mutuis vulneribus confecerunt, atque propriis manibus, & mutua cæde maximam ſuarum copiarum ſtragem ediderunt. At Mezentius, poſtquam filij mortem audiuit, & *intellexit* quantus ſuarum copiarum numerus interiiſſet, & quem in locum ſe ipſe incluſiſſet, collem quendam cum paucis occupauit, & inopia conſilij laborans, caduceatores de pace acturos Lauinium miſit. Quum autem Aſcanius Latinis ſuaſiſſet * vt fortuna moderatè vterentur, *& in ſecundis rebus ſe modeſtè gererent*, *Mezentius* impetrata fide publica, & fœdere

Mezentius caduceatores Lauinium mittit.

Græca verba ſonant, Fortunæ diſpenſarent, q. d. Aliquid ex ea in aliud tempus reſeruarent.

E cum ipſis facto, diſceſſit cum copiis quas habebat, & ab eo tempore depoſitis omnibus ſimultatibus, quas cum Latinis gerebat, in ipſorum amicitia conſtanter manſit. ¶ Sed anno trigeſimo poſt cõditum Lauinium Aſcanius, Æneæ filius, ex oraculo quod Æneæ datum fuerat, alteram vrbem condidit: & ex Laurentinis & cæteris Latinis, quotquot meliores ſedes habere cupiebant, traduxit in vrbem recens conditam:eíque nomen Albam impoſuit,quam Albam Græci ſua lingua Leucen appellarent. Vt autẽ melius nomẽ ipſius declararetur,& ab altera vrbe,quæ nomẽ idem habebat,diſcerneretur,ad eius figurã indicandã,longę cognomen addidit,

Aſcanius vrbi alteri à ſe conditæ nomen imponit Albæ longam.

quod nomen nunc eſt tanquam ex duobus compoſitum, Alba-longa: quod à Grecis *Ἀλβα-μακρὰ* diceretur. Hæc tamen nunc eſt deſerta. nam quum Tullus Hoſtilius Romæ regnaret, ſolo fuit æquata, quòd contra ſuam coloniam de principatu contendere viſa eſſet. Eiúſque ciuium & incolarum multitudinem vrbs Roma recepit, vbi prius ſuam veterem patriam euertiſſet. Sed hæc poſtea acciderunt. Quum autẽ conderetur, ædificata fuit iuxta montem & lacum, ita vt horum medium ſpatium occuparet: atque hæc ipſi vrbi murorum loco erant, eámque difficilem expugnatu reddebant. Nam & mons cumprimis natura munitus eſt & excelſus, & lacus profundus & magnus: eúmque planities excipit per clauſtra, quæ aperiuntur ab *illius regionis* incolis, qui aquam arbitratu ſuo diſpenſant. Vrbs autem ſpectat in ſubiectos campos, qui ſunt amœnitatis admirandæ, quique maximam omnis generis frugum copiam ferunt, nec vlli alij Italiæ agro cedunt: præcipuè verò quia producunt vinũ quod Albanum vocatur, ſuaue & pulchri coloris: quod, excepto Falerno, cætera omnia vina bonitate longè ſuperat. A

Alba-longæ ſitus.

Dum autem vrbs conderetur magnum prodigium accidiſſe ferũt. Quum enim templum cum † adyto conditum fuiſſet ſimulacris deorum, quos AEneas ex agro Troiano ſecum vexerat, & Lauinij collocarat, quúmque ſtatuæ ex templo Lauinienſi in hæc penetralia tranſlatæ fuiſſent, ſequenti nocte foribus, tunc potiſſimum optimè clauſis, & parietibus tectíſque prorſus intactis, ſimulacra, mutatis ſedibus, in iiſdem baſibus inuenta tradunt in quibus antè fuerant collocata. Quamuis autem cum ſupplicationibus & ſacrificiis pacificis eò B rurſus fuiſſent tranſportata, tamen in eundem locum vt antè rediiſſe. Homines verò aliquandiu quid facto opus eſſet dubitaſſe, quia neque ſine diis patriis eſſe, neque in ſedes à ſe derelictas reuerti volebant. Tandem verò conſilium ab ipſis initũ, quod vtrique rei ſatisfacere poterat. Decreuerunt enim ſimulacra in eodem loco ſinere, & viros, qui cultus ipſorum curam gererent, ex vrbe Alba Lauinium rurſus traducere, vt ibi habitarent. Atque miſſi fuerunt ſexcenti ſacrorũ curatores, qui cum integris familiis eò migrarunt. AEgeſtus autẽ ipſis dux fuit præfectus. Hos verò deos Romani quidẽ Penates vocant: ſed qui vocabulũ iſtud græco ſermone volũt interpretari, partim *Πατρῴους*, partim *Γενεθλίους* appellãt. ſunt etiã qui *Κτησίους*, alij *Μυχίους*, alij *Ἑρκίους* vocant. Horum verò vnuſquiſque, qui nominibus his vtuntur, ob aliquod iſtorũ C deorum officium, hoc nomẽ ipſis videtur impoſuiſſe. Omnes autẽ, quamuis non eodem modo rem exprimant, idem tamen aliquatenus propemodum dicunt. De ipſorum verò habitu & forma Timæus hiſtoricus in hunc modum ſcribit. Sacra, quæ in adyto templi Lauinienſis ſint recondita, eſſe caducea, ferrea, & ærea, & † Troianum vas fictile. Hæc autem ex ipſis regionis incolis ſe audiſſe dicit. Ego verò, quicquid omnibus videre, aut ab iis qui viderunt audire nefas eſt, ne ſcriptis quidem prodendũ cenſeo. Quinetiam aliis ſuccenſeo, qui curioſius quærere aut cognoſcere volũt plura quàm legibus eſt conceſſum. Sed quæ ego ipſe vidi, & ſcio, & à quibus declarandis nulla religio me deterret, hæc ſunt: Romæ templum monſtratur non procul à foro D ſitum (in eo viæ compendio quod fert ad Carinas) non magnum, & propter ædificia circumcirca extructa valde obſcurum: & propria regionis illius lingua locus is Subuliuis vocatur. In hoc autem loco poſitæ ſunt Troianorum deorum imagines, quas quiuis cernere poteſt, cum inſcriptione DENATES, quæ Penates ſignificat. Priſci enim homines, quum P nondum eſſet inuentum, huius literæ vim per literam D mihi videntur expreſſiſſe. Sunt autem duo iuuenes ſedentes cum haſtis, quas ſeorſum alter ab altero tenet, artificij antiqui opus. Multas etiam alias horum deorum imagines in antiquis templis conſpeximus: & in omnibus apparent duo iuuenes, habitu cultúque militari. Hæc igitur videre fas eſt: fas etiam eſt audire, & ſcribere de illis quæ extant in Calliſtrati hiſtoria, quam de Samothraciæ rebus conſcripſit, & apud Satyrum priſcarum fabularum collecto- E rem: quinetiam apud alios multos, præcipuè verò apud † Aratinum, omnium quos nouimus, antiquiſſimum poëtam. Sic igitur illi ſcribunt, Chryſen, Palantis filiam, quum Dardano nupſiſſet, pro dote attuliſſe Mineruæ munera, Palladia ſcilicet, & Magnorum deorum ſacra, quorum myſteria didicerat. Sed quum Arcades, diluuium fugientes, Peloponneſum reliquiſſent, & in inſula Thraciæ ſedes collocaſſent, Dardanum hîc diis iſtis templum extruxiſſe, nec aliis proprium ipſorum nomen declaraſſe: & ritus illis inſtituiſſe, quos & ad hoc vſque tempus Samothraces diligenter obſeruant. Sed quum maiorem populi par-

Prodigium quod accidit dum Alba-lõga cõderetur. *Dionyſius tamen ἄδυτον non dicit, ſed ἀδυτον χωρίον. Statim poſt autem μυχὸν vocat, pro quo habes hîc vocẽ* penetralia.

De ſimulacris quæ mutatis ſedibus priſtinas baſes repetierunt.

Quos Romani deos penates vocant alios, aliis nominibus Græcis, appellaſſe.

Quædam κέραμον interpr. Troianam teſtam fictilem.

Troianorũ deorum imagines Romæ, cũ hac inſcriptione DENATES quod pro PENATES ſcriptũ exiſtimat Dionyſius.

Litera Π nõdum inuenta, veteres literã Δ pro ea poſuiſſe putat Dionyſius.

Calliſtrati hiſtoria de Samothraciæ rebus.

Satyrus priſcarum fabularum collector.

Intelligere videtur, Arctinũ poëtam antiquiſſimum omnium fuiſſe inter illos ſcriptores, qui de hac re aliquid memoriæ prodiderunt. Sed Lapus ita vertit quaſi Ἀρατῖνον pro Ἀρκτῖνον legerit.

puli partem in Aſiam traduxiſſet, ſacra deorum & myſteria illis reliquiſſe, qui in inſula remanſerant. Sed Palladia & deorum imagines, cum reliquis rebus quas conuaſarat, ſecum abſportaſſe. Quum autem de ſedibus oraculum conſuleret, inter multa alia quæ didicit, hoc etiam oraculum de ſacrorum cuſtodia tunc accepiſſe,

In vrbe quam condetis, diis cultum diuinum incorruptum ſemper
Seruetis, & custodiis [deos] colatis, & ſacrificiis, & choris.
Quandiu enim hæc veneranda in veſtra regione fuerint
Dona [Mineruæ,] Iouis filiæ, ab vxore tua pro dote ad te allata, hæc vrbs tibi
Erit inexpugnabilis ſemper, & in perpetuũ, [nec vllus hoſtis vnquã eam diripiet ac vaſtabit.]

Oraculũ Dardano redditũ, de ſacrorum cuſtodia.

A Dardanum igitur, in vrbe quã cõdidit, & quã de ſuo nomine nominauit, hęc ſimulacra reliquiſſe. Poſtea verò, quũ Ilium conditum fuiſſet, hęc ſacra ab eius nepotibus eò fuiſſe tranſlata. Ilienſes autem templum & adytum ipſis in arce feciſſe, & quantamaxima cura potuerunt hæc ſeruaſſe, quòd ea diuinitus ſibi miſſa ducerent, & ex illis publicam ſalutem pendere crederent: ſed quum vrbis pars inferior caperetur, Æneam, qui arcem in ſuam poteſtatem redegerat, ex adytis ſacra magnorum deorum, & Palladium, quod adhuc ſupererat, abſtuliſſe. alterum enim ab Vlyſſe & Diomede Ilium noctu profectis ſurreptum fuiſſe. Æneam igitur ex vrbe diſceſſiſſe, eáq; ſecum tuliſſe, & in Italiam tranſportaſſe. Sed Aratinus ait vnum Palladium Dardano à Ioue datum, atque hoc in vrbe Iliaca, donec vrbs caperetur, in adyto reconditum fuiſſe. Sed imaginem ab illo effictam fuiſſe, quæ ne minimùm quidem ab ipſius
B exemplari primáque forma differebat: & in propatulo fuiſſe poſitam, ad eos fallendos qui inſidias ipſi ſtruxiſſent, atque hanc à Gręcis per inſidias fuiſſe ſurreptam. Sacra igitur quæ Æneas in Italiam tranſtulit, virorum à me nominatorum autoritatẽ ſequutus, aio fuiſſe magnorum deorum ſimulacra, quos inter Gręcos Samothraces potiſſimùm colũt, & Palladium illud fabulis celebratum, quod in templo Veſtæ reconditum (vbi & ignis perpetuus aſſeruatur) à ſacratis virginibus cuſtodiri ferunt. De quibus poſtea dicetur. Fieri tamen poteſt vt præter hæc ſint etiam alia nobis profanis hominibus incognita. Sed de Troianorum ſacris ſufficiant hæc quæ iam ſunt dicta. ¶QVVM autem Aſcanius trigeſimo octauo ſui regni anno mortem ob-
C iiſſet, SYLVIVS imperiũ accepit: quia erat Aſcanij frater, ex Lauinia Latini filia poſt obitum Æneæ procreatus, quem à paſtoribus in montibus educatum aiunt. Quum enim Aſcanius regno potitus fuiſſet, Lauinia vehementer metuens ne quam grauiorem calamitatem propter nouercæ nomen ab ipſo acciperet, quum eſſet grauida ſe commiſit fidei cuiuſdam Tyrrhi, qui regiis ſubulcis præerat, quòd eum Latino cumprimis familiarem fuiſſe ſciret. Is verò ipſam vt quandam vulgarem mulierem, in ſyluas deſertas duxit, & accuratè cauens ne ab illis conſpiceretur, quibus nota eſſet, aluit in tugurio quod in nemore extruxerat. Quum autẽ hæc fœtum quem in vtero ferebat, in lucem ediidiſſet, & ſuſcepit, & educauit, & à ſylua Syluium appellauit: quemadmodũ ſiquis ſermone græco Hylæum vocaret. Sed temporis progreſſu
D quum magnam huius mulieris inquiſitionem à Latinis fieri cognouiſſet, & Aſcaniũ plebi ſuſpectum eſſe, & accuſari, quaſi puellam ſuſtuliſſet, rem populo patefecit, & mulierem cum puero è nemore produxit. Ob hunc igitur caſum, atque hac de cauſa Syluius nomen antè dictum habuit, & omne genus ipſius, *ac poſteri nomen idem retinuerunt.* Regnum autem adeptus eſt poſt fratris mortem, ſed non ſine controuerſia: quam propterea habuit cum Iulo, qui filiorum Aſcanij natu maior erat, & qui regnum paternum hæreditario iure habere volebat. Sed populus ſuis ſuffragiis eam litem diremit, cùm aliis rationibus ad hoc adductus, tum verò præcipuè hac, quòd Syluius ex matre procreatus eſſet, ad quam hæreditario iure regnum pertinebat. At Iulo pro regno ſacra quædam poteſtas & honor attributus fuit, qui regia dignitate
E præſtantior eſt, tam ob ipſam ſecuritatem periculorum immunem, quàm ob vitæ tranquillitatem. Hoc autem honore vel ad meum vſque tempus ipſius progenies fruebatur, quæ ab illius nomine gens Iulia vocatur. Hæc autem familia omnium, quas ſcimus, maxima & illuſtriſſima fuit. Tulit enim duces longè præſtantiſſimos, qui virtutibus nobilitatem ſuã omnibus facilè probarunt: de quibus alio loco dicẽtur quæ ſunt dicenda. ¶QVVM autẽ Syluius vndetrigiñta annos imperiũ tenuiſſet, ÆNEAS ipſius filius principatũ hæreditario iure ad ſe deuolutũ obtinuit, & annos xxx & vnum regnauit. Poſt hunc LATINVS quinquaginta & vnum annos regnauit. Poſt hunc ALBA vndequadraginta annos regnauit. Poſt Albam CAPE-

Samothraces potiſsimũ inter Gręcos magnorum deorũ ſimulacra colunt.
Palladium in templo Veſtæ à ſacratis virginibus cuſtoditur.
Syluius Aſcanio fratri in imperio ſuccedit.
Syluius vnde ſit appellatus.
Iulus filiorum Aſcanii natu maior cur patri in regno non ſucceſſerit.
Iulo regni loco data quędã ſacra poteſtas.
De multis qui poſt Syluium regnũ tenuerunt.
Æneas, Aſcanii filius.
Latinus poſt Æneam Aſcanii filium regnat.
Alba poſt Latinum regnat.
Capetus Albę, Capeto Capys ſuccedit, huic Calpetus, & Calpeto Tiberinus.

TVS XXVI annos: deinde CAPYS duodetriginta. Poſt Capyn, CALPETVS regnũ retinuit, vſque ad decimumtertium annum. Deinde TIBERINVS annos octo regnauit. Hunc autem prælio iuxta flumen commiſſo periiſſe ferunt. Abreptus autem

Tiberinus, à quo Tiberis. Tiberino ſuccedit Agrippa. Allades, Agrippæ in regno ſuccedit. Allades, deorũ contemptor machinis quibuſdam fulmina & tonitrua eſt imitatus.

aquæ currentis impetu, fluuium qui prius Albula vocabatur, *Tiberin* de ſuo nomine vocatum reliquit. Tiberino autem ſucceſſit AGRIPPA, qui vnum & quadraginta annos regnauit. Poſt Agrippam ALLADES tyrannicum & diis inuiſum ingeniũ, vndeuiginti annos. Hic autem quum eſſet deorum contemptor machinas excogitarat, quibus fulmina imitaretur, & ſtrepitus tonitruis ſimiles ederet, quibus homines tãquam deus terrere volebat. Sed quum imbres & fulmina *vera* magno cum impetu in eius domum cœlitus irruiſſent, & lacus, iuxta quem habitabat, præter morem re- A dundaſſet, & diluuium feciſſet, aquis obrutus cum tota familia periit. Et nunc etiam in quadã parte, lacu deficiente, quũ aquæ receſſerũt, & imæ lacus partes ſtant immotæ, atriorũ *atque cubiculorum* ruinæ, & domus manifeſta veſtigia cernuntur.

Auentinus Alladi in regno ſuccedit. Procas Auentini in regno ſucceſſor. Amulius poſt Procã regnat.

AVENTINVS verò, qui ab eo regnũ accepit, & qui ei ſucceſſit (à quo vnus è ſeptem collibus, qui mœnibus Romanis cinguntur, nomen ſumpſit) XXXVII annos regnũ tenuit. PROCAS poſt hunc XXIII annos regnauit. Deinde AMVLIVS, qui præter ius regnum occupauit, quod ad Numitorem ipſius fratrem maiorem natu pertinebat, per annos quadraginta duos regnauit. Sed quũ Amulius ſublatus fuiſſet à Romulo & Remo, qui ex ſacrata vrgine fuerant procreati, (vt mox dicetur) poſt illius mortem

Numitor poſt Amulium regno potitur. Roma ab Albanis condita.

NVMITOR, illorum adoleſcentum auus maternus, regnum legitimum recepit. ¶POSTEA verò ſecũdo anno regni Numitoris, poſt Ilium captum CCCC- B XXXII, Albani colonia Romuli Remique ductu miſſi, Romam condiderunt, initio primi anni ſeptimæ olympiadis qua Daïdes Meſenius in ſtadio vicit, archonte Athenis Charopo, decẽnalis imperij anno primo.

De Roma magna eſt dubitatio, quando & à quibus fuerit condita.

Quoniam autem inter ſcriptores magna eſt dubitatio tam de ipſo tempore quo vrbs condita fuit, quàm de ipſis vrbis conditoribus, ne ego quidem rem iſtam, vt omnium confeſſione confirmatam, obiter & paucis declarandam cenſui. Nam Cephalon Gergithius, ſcriptor antiquiſſimus, anno ſecundo poſt bellum Iliacum ait vrbem fuiſſe conditam ab illis qui cum Ænea ex Ilio incolumes profugerant: eiúſque conditorem fuiſſe affirmat Romum,

Æneæ filii quatuor.

coloniæ ducem. Hunc autem fuiſſe vnum ex Æneæ filiis. AEneam enim quatuor filios habuiſſe, Aſcanium, Euryleontem, Romulum, & Romum. Demagoràs etiam, C & Agathyllus, & multi alij idem tempus, & eundem coloniæ ducem fuiſſe teſtantur. Sed ille qui recenſet nomina mulierum quæ Argis ſacerdotium exercuerunt, & qui ſcriptis mandauit quicquid vniuſcuiuſque ſacerdotis tempore geſtum eſt, ait Æ-

Romam ab Ænea conditã quidam tradiderunt.

neam ex Moloſſorum agro in Italiam cum Vliſſe veniſſe, & vrbis conditorem fuiſſe: eam autem nominaſſe Romam de nomine cuiuſdam mulieris Ilienſis. Hanc autem nauigationis & errorum tædio fatigatam, cæteras Troianas ſuis adhortationibus ad opem ſibi ferendam impuliſſe, & cum ipſis de communi earum ſententia naues incendiſſe. Eique aſſentitur Damaſtes Sigenſis, & alij quidam. At Ariſtoteles philoſophus ſcribit, quoſdã Græcos, qui ex agro Troiano *in patriam* reuertebãtur, dum circum Maleam nauigarent, violenta tempeſtate correptos, aliquandiu quidem D ventis agitatos per varias maris partes erraſſe: tandem verò in eum regionis Opicæ locum perueniſſe, qui Latium vocatur, & mari Tyrrheno alluitur. Quum autem libenter terram vidiſſent, in id litus naues ſubduxiſſe, & hyemem ibi tranſegiſſe, ſeſe ad nauigationem ineunte vere ſuſcipiendam parantes. Sed nauibus incẽdio nocturno conſumptis, quum inde diſcedere non poſſent, neceſſitatis vi coactos, præter voluntatem in illo ipſo loco ſedes ſuas fixiſſe quo primùm appulerãt. Hoc autem ipſis accidiſſe mulierum captiuarum opera, quas ſecum ex Ilio ducebant. Naues verò ab his incenſas fuiſſe, quòd Græcorum reditum in patriam metuerent, quaſi in ſeruitutem eſſent venturæ.

Romæ (ſecundum Calliam) mulieris Troianæ filii Romus & Romulus ex Latino Aboriginum rege.

De Romo, Romæ conditore dubitatur quiſnã fuerit.

Sed Callias, qui res ab Agathocle geſtas ſcripſit, ait, Romam quandam mulierem Troianam, de numero illarum quæ cũ cæteris Troianis in Ita- E liam venerant, Latino Aboriginum regi nupſiſſe, eíque duos filios peperiſſe, Romum & Romulum. Ab his verò tradit vrbem cõditam, eíque matris nomen impoſitum. At Xenagoras hiſtoricus, ex Vliſſe & Circe tres filios, Romũ, Antiam & Ardeam, procreatos dicit, & ab his tres vrbes conditas, cõditíſque nomen ipſorum inditum fuiſſe ſcribit. Sed Dionyſius Chalcidenſis ait ille quidem, Romum vrbis conditorem fuiſſe: ſed hunc ex quorundam ſententia, Aſcanij, ex aliorum, Emathionis filium eſſe dicit. Sunt etiam qui dicunt Romam conditam fuiſſe à Romo Itali filio, qui

lio,qui ex Electra Latini filia natus eſt.Quamuis autem & multos alios Græcos ſcriptores afferre poſſim,qui varios vrbis conditores fuiſſe tradunt, tamen ne videar eſſe verboſior,ad Romanos ſcriptores redibo. Verũtamen apud Romanos nullus extat antiquus hiſtoricus, aut fabularum ſcriptor:ſed eorum vnuſquiſque ſuum opus cõſcripſit,collectum ex fabulis, quæ in ſacratis tabulis ſeruantur.Horum verò quidam Romulum & Remum,Romæ conditores, AEneæ filios fuiſſe dicunt:alij, AEneæ ex filia nepotes:ſed quo patre nati non etiam apertè declarant.Eos autem Latino Aboriginum regi obſides ab Ænea datos, quum inter indigenas & aduenas fœdus eſt ictum:& à Latino, qui ipſos amore magno complectebatur, non ſolùm cæteris hu-

Romulus & Remus Romæ conditores, filii Æneæ, ſecũdum quoſdam.

A manitatis officiis liberaliter tractatos:ſed etiam, quum is ſine virili prole deceſſiſſet, ex parte quadam hæredes regni ab eo relictos. Alij verò dicunt, Ænea defuncto Aſcanium ex aſſe regni hæredem relictum: poſtquam id adeptus eſt, cum fratribus Romulo & Remo tam agros quàm opes Latinorum tripartitò diuiſiſſe. Ipſum deinde Albam & alia quædam oppida condidiſſe: Remum verò,Capuam,à proauo Capy denominatam, ſed Anchiſam ab auo Anchiſe:& Æneam, quæ poſtea dicta fuit Ianiculum,à patre ſuo denominatam ædificaſſe:ſed Romam de ſuo nomine dictam condidiſſe. Hanc autem aliquandiu deſertam manſiſſe: ſed quum poſtea altera colonia veniſſet,quam Albani Romuli Remíque ductu eò miſerant, priſtinam formã recepiſſe. Vnde colligitur, Romam bis fuiſſe conditam: ſemel quidem,paulò poſt

B bellum Troianum:iterum verò, decima quinta ætate poſt priorem vrbem conditam.Quòd ſiquis longius ſpectare,& res remotiores conſiderare velit,& tertia quædam Roma his antiquior inuenietur, quæ condita fuit antequàm Æneas & Troiani in Italiam venirẽt. Hoc autem nec vulgaris aliquis,nec recens ſcriptor memoriæ prodidit:ſed Antiochus Syracuſanus,cuius & ante mẽtionem feci.Is enim ait, Morgete in Italia regnante(tunc autẽ Italia dicebatur tota illa ora maritima, quæ à Tarento Pæſtum vſque protenditur) ad eum quendam Romanum exulem veniſſe. Hæc autem ſunt ipſius verba, *Poſtquam Italus conſenuit, Morges regnauit. Hoc autem regnante, vir quidam nomine Siculus, Roma profugus, ad eum venit.* Atque ex huius Syracuſani ſcriptoris autoritate,quædam antiqua Roma belli Tro-

Roma quędã tertia, condita antequam Æneas & Troiani in Italiã venirent.

C iani temporibus prior inuenitur. Sed vtrum in eodem loco ſita fuerit in quo noſtri ſeculi vrbs incolitur, an verò alius locus ita vocaretur, quum ille rem iſtam incertam reliquerit,ne ego quidem coniicere poſſum.De priſcis igitur Romæ ædificationibus,hæc quæ iam ſunt dicta ſufficere puto. Poſtremam verò eius ædificationem, ſiue conditionem,ſiue quocũque alio nomine rem appellare velis, Timæus Syculus (neſcio quam regulam ſequutus) ait incidere in idem tempus quo Carthago condebatur,in annum videlicet XXXVIII ante primam olympiadem. At Lucius Cincius,vir ordinis ſenatorij, in quartum duodecimæ olympiadis annum incidere dicit. Porcius autem Cato nullam græcam temporum rationem declarat:& quũ, ſi quis alius,in antiquis hiſtoriæ ſcriptis colligendis accuratus fuerit,affirmat *Romam*

De Romæ poſtrema ædificatione.

D *conditam* quadringintis triginta duobus annis poſt bellum Troianum. Hoc verò tẽpus ſi dimetiaris ſecundũ Eratoſthenis Chronographias, in primũ ſeptimæ olympiadis annum incidit.Regulas autẽ quibus Eratoſthenes eſt vſus, ſanas eſſe,& quomodo quis græcam ſupputandi rationem ad Romanam dirigere poſſit, alio loco declarauimus.Nolui enim,vt Polybius Megalopolitanus,hoc ſolùm dicere, me credere Romam conditam fuiſſe anno ſecundo ſeptimæ olympiadis. Neque vni & ſoli Anchiſenſium tabulæ fidem, re non diligenter examinata, adhibere: ſed rationes, quas in medium protuli, cuiuſuis iudicio perpendendas relinquere volui. Accurata igitur temporum ſupputatio illic declarata eſt :tamen in hoc quoque tractatu dicentur quę maximè ſunt neceſſaria:res autẽ ita ſe habet.Gallorũ expeditio,qua Ro-

Eratoſthenis chronographiæ

Polybius de tempore conditę Romæ nõ affirmat, ſed tãtum credere ſe ait.

E manorum vrbs capta eſt,fuit (vt propemodum omnes autores communi conſenſu fatentur) archonte Athenis Pyrgione,circiter primum annum nonageſimæ octauæ olympiadis.Tempus verò quod vrbis expugnationem præceſſit, ſi reducatur ad L. Iunium Brutum,& L.Tarquinium Collatinum,qui Romæ conſulatum primi geſſerunt poſt ſublatum regium dominatum,centum & viginti annos complectitur.Hoc autem cùm ex aliis multis apparet,tum etiam ex commentariis qui Cenſorij vocantur,quos filij à patribus per manus accipiunt,& maxima cura ſuis poſteris tanquam ſacra paterna tradere conantur. Multi autem ſunt illuſtres viri ex cenſoriis familiis qui diligenter hoc ſeruant, in quibus inuenio,duobus annis ante captam vrbem cẽ-

Dionyſii ſupputatio qua inquirit tẽpus quo Roma cõdita fuit.

Commentarii qui Cenſorii vocantur.

ſum populi R. habitum, cui, quemadmodum & aliis, hoc tẽpus eſt adſcriptũ, L. VA-
LERIO POTITO, ET T. MANLIO CAPITOLINO COSS.
POST EXPVLSOS REGES ANNO CENTESIMO VNDEVIGE-
SIMO quare Gallorum expeditionem, quam anno poſt cenſum habitum ſecũ-
do ſuſceptam comperimus, centũ & viginti annis abſolutis factam conſtat. Si igitur
hoc temporis ſpatiũ XXX olympiadas cõficere cõſtat, neceſſe eſt fateri, eos qui pri-
mi Romæ Coſſ. deſignati *& creati* fuerunt, magiſtratum iniſſe archõte Athenis Iſa-
gro, anno primo ſexageſimæ octauæ olympiadis: ſi tamen à regibus expulſis ad pri-
mum populi R. regem tempus reuoces, hoc annorum CCXLIIII ſummam confi-
ciet. Huc autẽ facilè patet ex ipſis regum ſucceſſionibus, & annis quibus eorũ vnuſ- A
quiſque regnum tenuit. Romulus enim vrbis conditor triginta & ſeptem annos re-
gnum tenuiſſe dicitur: at poſt Romuli mortem Romæ per integrum annum interre-
gnum fuiſſe fertur. Deinde Numa Pompilius populi ſuffragiis rex creatus, quadra-
ginta tres annos regnaſſe dicitur: Tullus verò Hoſtilius poſt Numã, XXXII. De-
inde Ancus Marcius, qui poſt eũ regnauit, XXIIII. Poſt Marcium, Lucius Tarqui-
nius, cognomento Priſcus, XXXVIII. Et Seruius Tullius, qui ei ſucceſſit, XLIIII.
At L. Tarquinius, homo tyrannicus, qui propter iuris contemptionem ſuperbus eſt
vocatus, Seruio ſublato ad annũ vſque XXV regnaſſe dicitur. Si igitur CCXLIIII
annos numeres, quos ipſi reges regnarunt, & olympiadas LXI, omnino neceſſe eſt,
Romulum primum Romanorum regem, primo ſeptimæ olympiadis anno regnum B
auſpicatum eſſe, archonte Athenis Charopo, primo principatus decẽnis anno. Hoc
enim annorum ſupputatio poſtulat. Quòd autem vnus quiſque regũ tot annos re-
gnarit, apparet ex rationibus quas hac ipſa de re ſuo loco attuli. Hæc igitur ſunt
quæ de tempore quo condita fuit vrbs, quæ nunc eſt rerum domina, partim tradide-
runt ſcriptores qui meam ætatem anteceſſerunt, partim mihi quoque ſunt viſa.

De temporis ſpatio quo regnarunt Romulus & Põpilius, Tullus Hoſtilius, Ancus Marcius, Lucius Tarquinius, cognomẽto Priſcus, Seruius Tullius, Lucius Tarquinius Superbus.

Romulus quādo regnare cœperit

Quinam fuerint Romæ cõditores, & vnde factum ſit vt coloniā deduxerint.

¶QVINAM verò fuerint eius conditores, aut quibus acti caſibus coloniã deduxe-
rint, & quæcunque alia ſcriptis produntur, quæ ipſi acciderunt dum conderetur,
multi iam dixerunt, & nonnulli non ſine magna ſcriptorum diſcrepantia. Dicam ta-
men & ego quæ memorantur, & quæ ad veritatem proximè accedunt. Sic autem ſe C
res habet. Amulius regnum Albanorum per vim & fraudem adeptus, quòd Numi-
torem fratrem maiorem natu eo priuaſſet, & à paterno honore repuliſſet, præter
alia facinora, quæ cum magna iuris contẽptione patrauit, tandem etiam totam Nu-
mitoris domum ac ſtirpem per inſidias tollere decreuit, partim vindictæ metu, par-
tim etiam imperij perpetui cupiditate captus. Quod conſilium quum diu multúm-
que animo agitaſſet, primùm quidem Numitoris filium Ægeſtum, recens pubeſcẽ-
tem, obſeruato loco vbi venabatur, & inſidiis in occultiſſima eius loci parte clàm
poſitis, ad venationem egreſſum interfecit: & poſt hoc facinus perpetratum, rumo-
res ſpargi curauit hunc adoleſcentem à latronibus interfectum. Hic tamẽ falſus ru-
mor tacitam veritatem ſuperare non potuit: ſed multi vel cum ſui capitis periculo D
ſcelus hoc eloqui ſunt auſi. Numitor verò rem quidem ſciebat, ſed rationi magis
quàm iuſto dolori ſeruiens, id facinus ſibi incognitum eſſe ſimulabat, quòd iram
ſuam in aliud tempus minus periculoſum conſultò differre vellet. At Amulius,
adoleſcentis cædem occultam eſſe ratus, alterum ſcelus addidit priori. Iliam Nu-
mitoris filiam, vel (vt alij ſcribunt) Ream nomine, Iliam cognomine, iam viro matu-
ram ac nubilem, Veſtæ ſacerdotem optauit: veritus ne, ſi citò alicui nupſiſſet, ſcelerũ
vltorem ſuæ familiæ pareret. Has autem ſacratas virgines, quibus ignis perpetui cu-
ſtodia erat commiſſa, non minus quàm XXX annos nuptiarum puras in virgini-
tate manere, & cætera diuini cultus munia ſi quæ aliæ reip. cauſa virgines ex legibus
obire ſolebant, exercere oportebat. Hoc autem fecit Amulius, tẽ honeſto ac ſpecio- E
ſo nomine velans, quaſi magno honore ac ornamento *fratris* progeniem decoraret:
præſertim quòd ipſe, nec huius moris author fuiſſet, nec eo vulgato & ab omnibus
iam recepto, fratrem omnium virorum illuſtriũ ac dignitate præditorum primũ vti
coegiſſet. Nam apud Albanos hoc vſitatũ erat, & honorificũ habebatur, nobiliſſimas
quaſque virgines Veſtæ miniſtras deſignari. Sed Numitor, quamuis hæc à fratre nõ
optima mente fieri cognoſceret, ſuam tamen iram non patefaciebat, ne in populi
odium incurreret: ſed hanc etiam iniuriam ſilentio tectam ſeruabat. Verùm, quarto
poſt anno Iliam in ſacrum Martis lucum profectam, vt ſacrorum cauſa, quæ factura
erat, aquam puram afferret, neſcio quis in eo luco per vim ſtuprauit. Hunc autem
nonnulli

Amulius regnum Albanorũ per vim & fraudẽ adeptus eſt, Numitore fratre natu maiore repulſo.

Amulius Ægeſtum Numitoris filium ex inſidiis interficit.

Iliam, Numitoris filiam, (ſecũdũ quoſdam Ream, & Iliam cognomine) cur Amulius in Veſtalium virginum ordinem cooptarit.

Veſtalibus ignis perpetui cura cõmiſſa erat.

Albani nobiliſſ. quaſque virgines Veſtæ miniſtras deſignabant.

Iliæ, Veſtali virgini, in ſacro Martis luco ſtuprũ confertur.

Digitized by Google

nonnulli aiũt fuiſſe vnum de procis illius puellæ, qui virginis amore flagrabat. Aliqui
verò tradunt ipſummet Amulium hoc feciſſe, non tam libidinis quàm inſidiarũ cauſa,
corpúſque totum armis ſepſiſſe, vt maximum ſpectanti terrorẽ incuteret, omnéſque
faciei manifeſtas notas quàm maximè potuit obſcuraſſe, ne à quoquam agnoſceretur.
At plerique fabuloſè dicunt, ſpectrum dei cuius is lucus erat, *hoc feciſſe, & ad*

Iliã à ſpectro dei, cui lucus ſacer erat, ſtupratam quidã tradiderunt.

rem melius probandam cùm multa alia diuinæ potentiæ facinora edidiſſe, tum etiã ſolem
obſcuraſſe, cœlóque tenebras offudiſſe. Speciem verò quam id ſpectrum habebat,
mortali hominum ſtatura ac forma longè auguſtiorem fuiſſe. Quinetiam aiunt,
eum qui ſtuprum virgini per vim intulit, puellæ dixiſſe, vt eius mœrorem conſolaretur
A (vnde manifeſtè apparuit eum fuiſſe deum) ne factum illud ſtuprúmque iniquo
ferret animo. Eam enim nuptiis coniunctam fuiſſe cum genio illius loci cuſtode:
atque ex hoc violento congreſſu duos filios parituram, omnium hominum virtute
bellica longè præſtantiſſimos. His autem dictis, nube circumdatum, è terra ſublatum,
& per aërem curſu ſublimi raptum. Quam igitur opinionem de rebus hu-

De iis qui hu mana quædã facinora diis attribuunt.

iuſmodi oporteat habere, vtrum hęc vt humana facinora diis attributa ſint contemnenda,
quòd deus nullum miniſterium incorrupta ac beata natura indignum patiatur:
an verò has etiam hiſtorias admittere deceat, in quibus ſcribitur vniuerſam mũdi
naturam permixtam eſſe, & inter diuinũ ac mortale genus mediam quandam naturam
eſſe, quam dæmonum natio tenet, quæ modò cum diis, modò cum hominibus

Dæmonum na tura inter diui nã & humanã media.

B ſe miſcet, ex qua genus heroum ſit procreatum, in præſentia non eſt quærendum: &
quæ his de rebus à philoſophis ſunt dicta ſufficiunt. Cæterùm, puella poſt vim ſibi
factam aduerſa valetudine ſe teneri ſimulans (hoc enim cõſilium mater ipſi dederat,

Ilia cum ma tre ſtuprum ſi bi illatum te gere conatur.

tum vt ipſa tutior eſſet, tum etiam pietatis cauſa, vt cultus diuinus impollutus ſeruaretur
) ad ſacra non amplius accedebat: ſed quicquid ipſam in publico ſacrorum miniſterio
facere oportebat, id faciebant eiuſdem collegij virgines, quæ idem munus
ſolebant obire. Sed Amulius, ſiue facti conſcientia, ſiue ſuſpicione veriſimili motus,

Amulius dat operam vt ſtu prũ Iliæ illatũ detegatur.

diligenter ſcrutabatur quam ob cauſam potiſſimùm *virgo* à ſacris tandiu abſtinuiſſet.
Quare hac ipſa de cauſa medicis, quibus maximè fidebat, eò miſſis, quoniã
mulieres morbum viris minimè prodendum eſſe cauſabantur, vxorem ſuam puellæ
C cuſtodem reliquit. Quum autem ipſa morbi genus indicaſſet *marito*, poſtquam rem
aliis incognitam muliebri coniectura deprehendit, puellam, ne clàm pareret, (erat
enim partui proxima) ab hominibus armatis cuſtodiri iuſſit. Ipſe verò, fratre in conſilium

Numitori ſtu pratam eſſe Iliam filiam renuntiatur.

aduocato, ſtuprum virgini oblatum, quod aliis erat incognitum, indicauit: &
puellæ parentes vt culpæ conſcios accuſabat, eóſque rem totam non celare, ſed in
medium proferre iubebat. At Numitor dixit ſe præter omnem expectationem hæc
audire, & ab eo crimine, quod obiiciebatur, ſe alieniſſimum eſſe: ac temporis ſpatium
ad veritatis inquiſitionem accuratè faciendam ſibi concedi petebat. Quum autem
temporis dilationem ægrè impetraſſet, poſtquam ex vxore rem cognouit, vt eam ab
initio puella narrauerat, vim puellæ à deo factam *fratri* declarauit, & verba quæ de
D geminis pueris protulerat, ei dixit, & poſtulauit vt tantiſper expectaret donec ipſa
effecta rem probarent, & dictorum fidem facerẽt, ſi talis eſſet partus progenies, qualem
deus fore prædixerat. Puellam enim iam ad pariendum eſſe vicinã. Quare fraudem,
ſi qua vteretur, non diu celatum iri dicebat. Quinetiam ipſas puellæ cuſtodes
ad quæſtionem offerebat, nec vllum quæſtionis ac iudicij genus recuſabat. Hæc eius
poſtulata totum conciliũ probauit. Sed Amulius nihil ſani in his poſtulatis ac verbis,
quæ frater cauſæ tuendę gratia proferebat, ineſſe dicebat: ſed quauis ratione
puellam perdere conabatur. Interea verò dum hæc geruntur, illi quibus partus cu-

Iliæ partus nuntiatur.

ſtodia fuerat mandata, venerunt, & à puella geminos infantes mares in lucem editos
nuntiarunt. Tum verò Numitor vehementius idem aſſeuerare cœpit, deum huius
facinoris autorem eſſe demonſtrans, & poſtulãs vt *Amulius* in puellam ab ea cul-
E pa prorſus alienam nihil iniuſtè faceret. At Amulius in ipſo quoque partu aliquid

Amulius ali quid fraudis in Iliæ partu admiſſum eſſe contendit.

fraudis ab hominibus admiſſum putabat, & alterũ infantem à mulieribus, vel clàm
cuſtodibus, vel etiam illis conſentientibus, & operam ſuam in eo negotio virgini nauantibus,

Amulii regis aſſeſſores in Iliam lege agendum cenſent.

paratum fuiſſe credebat. Et ſuper hac re multa in vtranque partem fuerũt
dicta. Quum autem aſſeſſores regis animum ira implacabili flagrantem animaduertiſſent,
eandem & ipſi ſententiam protulerunt, & (vt ille volebat) cenſuerunt lege

Lege conſti tuta pœna in eam quæ cor pus ſtupro pol luiſſet.

agendum eſſe, quæ iubebat eam quæ corpus ſtupro polluiſſet, virgis cæſam necari,
& ipſius prolem in fluuij profluentem proiici. Nunc tamen ſacratæ leges has mu-

Digitized by Google

ſeri confe… ...in necatam tradunt, alii in obſcurum carcerem cōiectam, alii aliud de ea tradiderunt.

eres viuas defodi iubent. Hactenus igitur plerique ſcriptores conſentiunt, aut certè leuiter inter ſe diſſentiunt: & eorum alij dicunt ea quæ ad fabulas propius accedunt, alij quæ ſunt veriſimiliora. Sed in rebus ſequentibus diſcrepant. Alij enim puellam confeſtim necatam tradunt, alij verò dicunt eam in obſcurum carcerem cōiectam ac diu ſeruatam fuiſſe, & propterea mortis occultæ opinionem vulgo præbuiſſe. Amulium enim ſupplicibus filiæ precibus fractum, quæ poſtularat vt patruelis ſibi condonaretur, hoc feciſſe ferunt. Nam ſimul educatæ fuerant, & eandem ætatem habebant, & vt ſorores inuicem ſe diligebant. Amulium igitur in huius gratiam (hæc enim erat ei vnica filia) mortis quidē periculo Iliam liberaſſe: ſed in occulto carcere eam ſeruaſſe. Tandem tamen poſt Amulij mortem eam liberatam aiunt. A Ita igitur veterum ſcripta de Ilia variant. Vtraque tamen opinio aliquam veriſimilitudinem habet: propterea & ego vtriuſque mentionem feci. Sed vtri fides potius ſit habenda, lectores ipſi videbunt. Quòd autem attinet ad filios ex Ilia natos, Q. Fabius, qui Pictor vocatur (quem L. Cincius, Porcius Cato, & Calpurnius Piſo, & aliorū ſcriptorum plerique ſunt ſequuti) iſta ſcribit,

Ex Q. Fabio Pictore tota de pueris ex Ilia natis hiſtoria.

Amulii iuſſu miniſtri quidam infantes in alueo collocatos acceperunt & abſportarunt, vt eos in fluuium circiter C X X *ſtadia ab vrbe diſtantē proiicerent. Quum autem eò acceſſiſſent, & animaduertiſſent Tiberin ob continuos imbres extra naturalem alueum egreſſum, & in campos redundantem, de Palātii vertice ad aquam proximam deſcenderunt (neque enim vlterius progredi poterant) vbi fluuii exūdatio primas collis radices alluebat, &* [ibi] *ipſum alueum in aquis poſuerunt, qui aliquandiu quidē fluitauit, ſed poſtea aquis paulatim ex ripa extrema recedentibus, ſaxo impactus & euerſus, infantes eiecit, qui vagiētes in cœno volutabantur.* B *Quū autē lupa quædā apparuiſſet vberibus recēti partu lacte turgentibus, eorum ori mammas præbuit, & lingua cœnū, quo pleni erant, lambendo abſterſit. Interea verò fortè paſtores greges paſtum agebant (locus enim iam peruius erat) & ex his quidam, conſpecta lupa quæ infantes fouebat, aliquandiu ſpectaculi nouitate attonitus, & vix ſatis oculis ſuis credens hæſit: deinde quum abiiſſet, & conuocaſſet e proximo loco quamplurimos potuit paſtores (neque enim eius verbis fides habebatur) eos ad ipſum ſpectaculum adduxit. Quum autem & illi propius accedentes, hanc tanquam filios fouentem, illos tanquam ex maternis vberibus pendentes animaduertiſſent, diuinam quandam rem ſe videre rati, frequentes, clamore feram territantes, propius acceſſerunt. At lupa eorum aduentu* C *non valde efferata, ſed vt manſueta, ſenſim ab infantibus receſſit, & cū magna turba paſtoralis contemptione abiit. Etenim non procul inde aberat lucus quidam arborum denſitate opacus, & rupes caua, ex qua fontes fluebāt. Ille autem lucus Pani ſacer dicebatur, ibique erat eius dei ara: quò quum illa veniſſet, ſe occultauit. Iſte tamen lucus nō extat amplius: ſed antrum, vnde fons fluebat, Palatii ædificiis adiunctum viſitur, in via illa quæ fert ad Circum. Et ſacellum eſt iuxta ipſum, vbi eſt ſtatua huius caſus index, lupa videlicet duobus infantibus mammas præbens: opus antiquum, ex ære factum. Is autem locus (vt fertur) olim ab Arcadibus, qui cum Euandro ædificia ibi condiderant,* [Pani] *conſecratus fuerat. Quum igitur fera receſſiſſet, paſtores ſuſtulerunt infantes illos, quòd exiſtimarent eos accuratè alendos, quos dij ſaluos voluiſſent. Inter eos autem erat quidam regii pecoris magiſter, vir probus, nomine Fauſtulus, qui cuiuſdam vrgen-* D *tis negotii cauſa in vrbe aderat, quo tēpore Ilia ſtupri ex ipſo partu conuicta eſt: & poſtea, dum infantes ad fluuium deportarentur, cum ipſis miniſtris qui eos ferebant, diuino quodam caſu Palatium petens, eadem via iuit. Qui quum cæteris non declaraſſet ſibi vllo modo eam rem eſſe notam, poſtulauit vt ſibi infantes concederentur. Quos communi ſociorum conſenſu traditos accepit, & ad vxorem ſuam detulit. Quam quum inueniſſet iam enixam, & mærentem ob infantem, quem mortuū ediderat, eam conſolari cœpit, & allatos infantes ei ſupponendos dedit, omnibus eorum caſibus ab initio antè narratis. Illis autem creſcentibus, huic quidem, Romuli, illi verò, Remi nomen impoſuit. Qui quum ad ætatem virilē perueniſſent erant & dignitate formæ, & animi grauitate, non ſubulcis aut bubulcis ſimiles, ſed iis quos quiuis ſtirpe regia ortos indicaſſet, & iis qui ex deorum ſemine creduntur nati: quemadmodum in patriis Romanorum carminibus nunc quoque canitur. Vitam autem degebant paſtoriciam, & victum ſibi manibus* E *parabāt in montibus, plerunque compingentes ex lignis & arūdine ſine vlla cōtignatione caſulas, quarum vna ad mea vſque tempora extabat, ad latus quod à Palatio ad Circum ducit, quæ Romuli vocatur: quam ſacram ſeruant ii quibus ea cura eſt mandata, nihil* [ei] *ornatus gratia addentes. Quòd ſi qua eius pars vel tempeſtatis vel temporis iniuria laborarit, quod reliquum eſt ſarciunt, & quātum fieri poteſt ad priſtinam formam inſtaurant. Quum autem annum circiter decimum & octauum agerent, controuerſiam quandam de paſcuis habuerunt cum Numitoris paſtoribus, qui in Auentino colle è regione Palatii ſito ſua ſtabula habebant. Frequēter autem d*

tem de ſe mutuò conquerebantur, vel quòd agros alienos alteri depaſcerentur, vel quòd communes alteri ſoli occupatos tenerent: vel denique quòd alia huiuſmodi facinora facerent. Ex iſta autem altercatione interdum ad manus & ad arma eſt ventum. Quum autem Numitoris paſtores multa vulnera ab illis adoleſcentibus accepiſſent, & nonnullos d... ...iſſent, & ab illis locis per vim arcerentur, dolum quendam illis ſtruxerunt. Quum autem inſidias in occulta vallis parte antè poſuiſſent, & cum illis qui adoleſcentibus inſidiabantur, adoriendi tempus conſtituiſſent, reliqui confecto agmine eorum ſtabula inuaſerunt. Tunc autem fortè Romulus cum paganorum præcipuis in vrbem quandam nomine Cæninam pro publica ſalute ſacra patria facturus iuerat. Sed quum Remus eorum aduentum hoſtilem cognouiſſet,

A *ad opem ferendam accurrit, armis celeriter correptis, & paucis quibuſdam paganis, qui eò maturè conuenerant, ſecum ductis. At illi eum non expectarunt, ſed fuga ſe receperunt in eum locum, vbi commode conuerſi eos aggreſſuri erant. Remus verò doli ignarus, longiùs eos perſequutus, locum in quo inſidiæ poſitæ erant, præteriit. Interea & inſidiatorum manus ſurrexit, & qui fugiebant, ſe conuerterunt, eóſque circumuentos, multíſque lapidibus contuſos, in ſuam poteſtatem redegerunt. Hoc enim ipſis domini mandarant, vt illos adoleſcentes viuos ad ſe adducerent. Remus igitur hoc modo captus abductus eſt.* Sed, (vt ſcribit Ælius Tubero, grauis & diligens in colligendis rebus hiſtoriæ mandatis) Numitoris paſtores quum præſenſiſſenr illos adoleſcentes Lupercalia celebraturos, & Pani, more Arcadico, vt

> De Numitoris paſtoribus inſidias Remo & Romulo tendentibus, ex Ælio Tuberone.

> Lupercalia quomodo celebrarentur.

B Euander inſtituerat, ſacrificiũ facturos, illo ſacrorũ tempore inſidias ipſis ſtruxerũt, quo oportebat iuuenes collis Palatini incolas, poſt peractum ſacrificium ex Lupercali profectos, pagum nudos curſu circumire, pellibus victimarum recẽs mactatarũ pudenda ſuccinctos. Id autem erat quoddam luſtrationis genus apud paganos more patrio receptum: quod nunc quoque fieri ſolet. Eo igitur tempore quotquot vltro inſidias in ipſis viarũ anguſtiis illis adoleſcentibus ſacra facientibus ſtruxerunt, quũ primum agmen quod cum Remo erat, ad ipſos acceſſiſſet, Romulo & aliis ſeruis venientibus (trifariam enim diuiſi erant, & per interualla currebant) reliquis non expectatis, clamore ſublato, frequẽtes impetũ in primos fecerũt, eóſque circumuẽtos, alij iaculis, alij lapidibus, alíſque telis, (vt quodque ſingulis in manus veniebat) petere cœperũt. Illi verò caſu inopinato perculſi, & dubitanres quid ſibi faciendũ eſſet, cum armatis ipſi inermes pugnãtes, valde facilè capti ſunt. Remus igitur ita in hoſtiũ po-

> Remus in hoſtium poteſtatem redactus, Albam vinctus deducitur.

> Romulum à Fauſtulo de omnibus ſui & fratris caſibus edoctum miſeratio matris & Numitoris cura ſubit.

C teſtatẽ redactus, poſtea (vt Fabius tradit) vinctus Albã eſt deductus. Romulus verò, quũ fratris infortuniũ cognouiſſet, cum fortiſſimorum paſtorum manu illos ſibi perſequẽdos putauit: ſperãs fore vt eos adhuc in ipſo itinere nãciſceretur. Sed à Fauſtulo qui eius inſanũ impetũ videbat, cohibitus eſt. Hactenus enim pater exiſtimatus, adoleſcentes rẽ totã ſemper celarat, ne quod periculũ adirẽt, antequã ad firmiſſimũ ætatis robur perueniſſent. Tũ verò ipſa neceſſitate compulſus, ſemotis omnibus arbitris, ſoli Romulo rẽ declarauit. At iuuenẽ, quum ab ipſo initio omnem ſuã fortunam intellexiſſet, matris miſeratio & Numitoris cura ſubiit, & poſt longam conſultationẽm cum Fauſtulo habitam, decreuit à præſenti conatu deſiſtere, & maiore copiarũ apparatu totam familiam ab Amulij iniuriis vindicare, & quoduis extre-

D mum periculum pro maximis præmiis ſubire, & cum auo materno agere quidquid ipſi viſum fuiſſet. Quum igitur Romulus iſtud conſilium optimum eſſe duxiſſet, conuocatis omnibus paganis, rogatíſque vt Albam ocyus properarenr, non tamen per eandem porram omnes, neque conferta manu ſimul ingrederentur, ne qua ſuſpicio in oppidanorum animis oriretur: & ſe in foro expectarent ad imperata faciendum parati: ipſe primus vrbem petiit. Interea, qui Remum abduxeranr, poſtquam eum ad regis tribunal ſtiterunr, omnes iniurias, quas ab illis adoleſcentibus acceperanr, eos accuſando declararunt: & qui de ſuis vulnerati fuerant oſtenderũt, minitantes ſe, niſi de illis ſumeretur ſupplicium, omne pecus deſerturos. Tum Amulius, agreſtibus, qui magno numero conue[n]erant, & ipſi Numitori rem gratam

> Remus ad regis Amulii tribunal ſiſtitur, & condemnatus Numitori traditur, permiſſo ei pœnę modo.

E facere volens (fortè enim aderat) eámque rem æquè atque ipſi clientes moleſtè ferens, & regionis tranquillitati ſtudens, ſimul adoleſcentis arrogantiam & tam intrepidã oratione ſuſpectam habens, hominem condemnauit, & pœnæ modum arbitrio Numitoris permiſit: quòd æquum eſſe diceret, vt is qui iniuriam fecit, à nullo alio potiùs, quàm ab illo, qui illam accepit, plectatur. Dum autem Remus à Numitoris paſtoribus reuinctis poſt tergum manibus duceretur, & ab iis qui eum deducebant, cõuiciis iactatis illuderetur, Numitor ſequens, & corporis decus plane regiũ demirabatur, & cõſiderabat generoſum & conſtantẽ in rebus duris animũ: quòd nec

> In Remo corporis decus planè regium demiratur Numitor.

ad miſericordiã captandã, nec ad preces (quemadmodum omnes qui in tali fortuna ſunt cõſtituti ſolent facere) ſe conuerteret, ſed cũ modeſto ſilentio ad ſuppliciũ per- [illegible] Poſtquã verò domũ venerunt, aliis iuſſis ſecedere, ipſum Remũ ſolum interrogat [illegible] quiſnã eſſet, & quibus ortus parentibus: quòd talis vir è vulgaribus natus non videretur. Quũ autẽ Remus reſpondiſſet ſe illud tantùm ſcire ex illius fide à quo alebatur, ſe infantẽ cum fratre, qui eodẽ partu editus fuerat, recens natũ in ſylua expoſitum, & à paſtoribus ſuſceptũ & educatũ fuiſſe: *Numitor* poſt interpoſitã breuẽ morã, ſiue aliquod veriſimile ſuſpicatus, ſiue deo rẽ in lucẽ proferente, ſic iuuenẽ alloquitur, te Reme in mea poteſtate eſſe, ita vt te quo voluerim ſupplicio afficere poſſim, & eos qui te huc adduxerunt, multis, iiſq; atrocibus iniuriis acceptis mortẽ tuã vehe- A mẽtiſſimè expetere quũ ipſe noris, nõ eſt quod te doceã. Quòd ſi te à morte & quouis alio malo liberaro, an gratiã mihi habebis? & roganti operam tuam in re vtrique noſtrum commoda nauabis? Quum autẽ iuuenis reſpondiſſet quæ homines in vitę deſperatione, ſalutis ſpe impulſi, vitæ necíſque arbitris & dicere & polliceri ſolent, Numitor eius vincula ſolui iuſſit, & omnibus qui aderant ablegatis, ſuam fortunam ei narrauit: dixitque ſe regno à fratre Amulio fraudatum, orbatúmque liberis, quum filium in venatione per inſidias interfeciſſet, filiam verò in carcere & vinculis cuſtodiret, & cæteris in rebus ſe, vt dominus mancipium, tractaret. Ita loquutus, & multis lacrymis inter loquendum fuſis, orauit Remum vt ſuas domeſticas iniurias vlciſci vellet. Cuius orationem quum iuuenis lubenti animo exce- B piſſet, & iampridem ſe ad operam nauandam duci poſtularet, Numitor eius animi alacritate collaudata, reſpondit, Ego rei gerendę occaſionẽ obſeruabo, tu interim re cum nullis aliis communicata, nũtium ad fratrem mittas, per quem ſignifices te ſaluum eſſe & rogarè vt ille quàmprimùm veniat. Poſtea verò inuentus miſſúſque eſt quidam qui ad hoc miniſterium idoneus videbatur, qui non procul ab vrbe Romulum nactus mandata renunciat. Ille verò valde lætus, ad Numitorem properauit: & primùm vtrunque amplexus ſalutauit, deinde narrauit quemadmodum & expoſiti & educati fuiſſent, & alia quæcunque *Fauſtulus* ex ſatellite *Amulii* acceperat. Quę quum ad eorum voluntatem dicerentur, & ipſis grata eſſent, magnis probationibus ad fidem faciendam opus non erat. Vt verò ſe mutuò agnouerunt, C continuò de re inter ſe communicare, & de rei aggrediendæ modo atque opportunitate conſultare cœperunt. Dum autem hęc ab iſtis geruntur Fauſtulus ad Amuliũ adducitur. Veritus enim ne Romulus in magnæ rei indicio à ſe delato fidem Numitori abſque manifeſtis ſignis non faceret, vt faciliùs infantes agnoſcerentur, vnà cum alueo in quo expoſiti fuerant, paulo poſt ad vrbem contendit. Eum autem valde trepidè portam tranſeuntem, & quod ferebat diligentiſſimè occultãtem, quum quidã ex cuſtodibus animaduertiſſet (erat enim belli ſuſpicio, & portæ ab hominibus regi fideliſſimis cuſtodiebantur) cõprehendit, & quidnã celaret cognoſcere cupiens, amictũ ei per vim detraxit. Quũ autem alueũ conſpexiſſet, hominémque hęſitantẽ vidiſſet, quæſiuit ex eo cur ita trepidaret, quóve cõſilio vas illud celaret, quod D ei ferre propalam licebat. Interea verò plures cuſtodes confluebant, inter quos vnus alueum agnouit: quippe qui infantes in eo ad fluuium deportarat, & iis qui tunc aderant rem indicauit. Illi verò Fauſtulum comprehenſum ad regem adduxerunt. Amulius, tormentorum minis homine perterrito, niſi ſponte vera dixiſſet, primùm quidem an pueri viuerent quæſiuit: deinde verò, quum hoc cognouiſſet, quæſiuit quonam modo illi incolumes euaſiſſent. Quum autem ille omnia vt geſta erant narraſſet. Age igitur, (inquit rex) quando hactenus vera dixiſti; dic vbinam nunc inueniri poſſint. Non enim æquum eſt vt inter bubulcos vitam ingloriam degant, quum mei ſint cognati, præſertim verò quum diuina prouidentia ſeruati fuerint. Ibi Fauſtulus † nouam regis clementiam ſuſpectam habens, *& exiſtimans* eius mentem à verbis diſcrepare, ita reſpondit, Iuuenes ſunt in montibus vbi ar- E menta paſcunt, quemadmodum eorum vitæ genus fert. Ego verò miſſus ſum ab ipſis, vt, quo in ſtatu res ipſorum ſint, matri ſignificarem. Quam quum apud te ſeruari audiſſem, filiam tuam rogaturus eram vt me ad eam duceret. Alueum autẽ ferebam vt præter verba manifeſtũ etiam rei argumentũ poſſem oſtendere. Nũc igitur, quãdo tibi viſum eſt iuuenes huc accerſere, gaudeo: proinde mecũ quoſcũque volueris mitte. Ego enim iis qui venerint, pueros oſtendã: illi verò tua mandata ipſis exponent. Hæc autem ille dicebat, quærens rationem qua iuuenum necem differret: ſimul

Remus à Numitore interrogatus quiſnã eſſet, quid reſpondet.

Numitor, Remi opem implorans, narrat Numitor ſe regno à fratre Amulio ſpoliatum, liberiſque orbatũ: eiuſque opem implorat.

Romulus à fratre Remo accerſitus ad Numitorẽ venit.

Fauſtulus ad Amulium regem adducitur, ab vno euſtodum deprehenſus cum alueo in quo Remus & Romulus expoſiti fuerant.

Sic etiam Gelenius ἄλογον interpr. nouam; ſed videtur potius eam ſignificare, cui nulla cauſa ſubeſſet, id eſt, ad quam nihil eſſet quod impellere eum poſſet. q.d. A nulla certa cauſa (quæ quidem in mentem venire poſſet) proficiſcentem, A I verbum, ratione carentem.

ret:ſimul etiam ſperans,ſe,vbi in montes ventum eſſet,ex manibus eorum,à quibus
ducebatur, euaſurum. Amulius verò ſatellitum ſuorum fideliſſimos cum occultis
mandatis,vt quos ſubulcus ipſis indicaſſet comprehenſos ad ſe ducerent, ocyus di-
miſit. Quo facto mox decreuit accitum ad ſe fratrem in libera cuſtodia aſſeruare
donec præſentem rerum ſtatum bene compoſuiſſet. Quare illum quaſi alia de cauſa
accerſiuit. At nuntius qui miſſus fuerat,tum periclitantis beneuolentia, tum etiam
miſeratione fortunæ commotus,Numitori mentem Amulij indicat. Ille verò quum
periculum iuuenibus impendens declaraſſet, eóſque hortatus fuiſſet vt ſe fortiter
gererent,cùm aliorum clientum & amicorum armatorum, tum etiam fideliſſimo-
A rum famulorum non exigua manu ſtipatus, ad regiam venit. † Venit etiam vali-
diſſima manus agreſtium, qui foro relicto in vrbem conuenerant, & gladios ſub
veſte tectos ſecum attulerant. Omnéſque conglobati, aditu, qui à paucis militi-
bus ſeruabatur, per vim occupato, Amulium ſine vllo negotio obtruncant, atque
ita arcem occupant. Hæc ſunt quæ Fabius ſcribit. ¶ Alii verò, qui nihil
fabuloſi hiſtoriæ conuenire cenſent, negant veriſimile eſſe, infantes illos à miniſtris
aliter quàm ipſis mandatum fuerat expoſitos fuiſſe,& lupæ manſuetudinem, quæ
vbera infantibus præbuerat, vt rē abſurditatis fabuloſæ plenam,cauillantur: harúm-
que rerum narratione mutata,aiunt, Numitorem, vbi cognouiſſet Iliam grauidam,
alios pueros recēs natos paraſſe: illáque pariente infantes permutaſſe: partúſque cu-
B ſtodibus ſuppoſititios infantes abſportādos dediſſe:(ſiue illorum opera fidem pecu-
nia corrupetit,ſiue per mulieres eam permutationem machinatus fuerit) eóſque ad
Amulium delatos,eius arbitratu necatos: natos verò ex Ilia,à materno auo, qui eorū
ſalutem chariſſimā habebat,Fauſtulo commiſſos. Hunc autem Fauſtulū ab Arcadi-
bus Euādri comitibus genus duxiſſe,& Palatinum collem incoluiſſe,atque regij pe-
coris magiſtrum fuiſſe *ferunt*. In gratiam autē Numitoris hos pueros educauiſſe, ſua-
ſu fratris Fauſtuli,qui Numitoris pecoris in Auentino colle paſcentis magiſter erat.
Quæ autem infantes aluit,& mammas præbuit,nō lupā fuiſſe ferūt,ſed (vt veriſimi-
le eſt) vxorem Fauſtuli, nomine Laurentiā,cui ob proſtiturā quondam corporis for-
mam,incolæ Palatini montis lupæ cognomen impoſuerant. Hoc autē nomē & Græ-
C cum & priſcum eſt,& imponebatur illis quæ corpore vulgato quæſtum faciebant:
quæ nūc honeſtiore vocabulo *ἑταῖραι, id eſt, amicæ* appellantur. Sed quoſdā *ferunt* rei
huius ignaros hanc fabulā lupæ commentos: ſiquidē lingua latina hæc fera vocatur
lupa. Hos autem pueros à lacte depulſos, à nutritoribus in vrbē Gabios, non procul
à Palatino monte diſſitam,miſſos, vt Græcam diſciplinam ediſcerent, ibique apud
priuatos Fauſtuli hoſpites educatos fuiſſe, & literas,& muſicam, & arma more
græco tractate ad pubertatem vſque didiciſſe. Sed quum ad eos qui tunc ipſo-
rum parentes exiſtimabantur rediſſent, controuerſiam inter ipſos & Numito-
ris paſtores de locis compaſcuis ortam, ipſóſque illis vulnera inflixiſſe, corúm-
que greges abegiſſe. Hæc autem de ipſius Numitoris ſententia feciſſe, vt aliquod
D criminandi initium fieret, ſimul etiam vt illa paſtorum turba ſuum in vrbem ad-
uentum aliqua ſpecioſa cauſa velaret. Hoc facto Numitorem de Amulio conque-
ri cœpiſſe, ſe grauem iniuriam pati, & ab eius paſtoribus res ſuas diripi, ſéque
poſtulare, ſi ille horum culpa vacaret, vt ſibi ſubulcum cum eius liberis dederet
ad ſupplicium. Amulium verò, quum vellet ſe alienum ab ea culpa oſtendere,
imperaſſe vt & illi quos depoſcebat, & reliqui omnes qui dicebantur interfuiſſe
rebus illis, dum gererentur, quíque ideo accuſabantur, cauſam de iniuriis Nu-
mitori factis dicturi venirent. Quum autem multi præter reos ad illam cauſam
agendam conueniſſent, *aiunt* auum maternum, vbi prius adoleſcentibus omnes
eorum caſus expoſuiſſet,eóſque monuiſſet vindictæ occaſionem tunc,qualis nun-
E quam antè ſeſe offerre, ſtatim cum turba illa paſtorali Amulium adortum. De
ortu igitur, & educatione conditorum vrbis hæc traduntur. ¶ Quæ vero
acciderunt dum vrbs conderetur (hæc enim huius libri ſola pars adhuc mihi re-
ſtat) mox narrare incipiam. Poſtquam Amulio defuncto Numitor regnum re-
cepit, ſimulatque rempubl. ex diuturna tyrannide, qua antè premebatur,ereptam
in priſtinum ſtatum reſtituit, & res compoſuit, ſtatim de propria ditione iu-
uenibus paranda,& de noua vrbe *ad hoc ipſum* condenda cogitauit. Simul etiam præ-
clarè ſecum actum iri putauit,ſi vrbanæ multitudinis,quæ magno iuuentutis nume-

Numitor de Amulij mente admonitus, in eum conſpirat, & Remū ac Romulum manumque agreſtium validiſſimam ſecū ducens arcem petit, in qua Amulius ab illis interficitur.

Vel potiùs ita, Quinetiam validiſſima agreſtium manus, qui in vrbem cōuenerant, eo venit, foro relicto, gladios ſub veſtibus abſcondētes. Omnéſque congl. *Nā enim ex foro ſed ex agris in vrbē venerāt: & quū eius forum frequentem potuiſſent, ſui agreſtium more eſt illuc ſtatim conuenerat eo relicto Numitorem aſſiſque forte ſequuti ſunt.*

Amulius obtruncatur.

Quomodo alii Remum & Romulum, recens ex Ilia natos, euaſiſſe Amulij manus narrant.

Laurentia, vxor Fauſtuli, Remi & Romuli nutrix, vnde Lupa fuerit appellata.

Remus & Romulus à lacte depulſi Gabios mittuntur, & ibi educantur.

Quomodo Numitor Amulij cædem machinatus ſit.

De iis quæ acciderunt dū Roma conderetur.

Amulio defuncto Numitor regnū recepit.

Numit. poſtquam regnum recepit, quæ Remo & Romulo dederit.

ro aucta erat, partem aliquam, præcipuè verò eam quæ quondam ſibi aduerſata fue-
rar, exhauriret, ne eam ſuſpectam haberet. Itaque conſilio cum iuuenibus communi-
caro, quum & ipſis id placuiſſet, agros ipſis dedit, quorum eſſent domini, vbi in pue-
ritia educati fuerant: & populi partem ſibi ſuſpectam, ne denuò res nouas molire-
tur, & ſiqui alij ſponte migrare voluerunt *illis attribuit*. In his autem (vt in migratio-
nibus ſolet accidere) erat magnus plebeiorum numerus, non pauci etiam ex optima-
tibus nobiles, & ex Troianis quotquot generoſiſſimi habebantur: vnde etiam ad

Numitor Remo & Romulo dat etiam quæcunque ad vrbis ædificationem requiruntur.

meam vſque ætatem aliquot familiæ, circiter quinquaginta ſupererant. Illis au-
tem iuuenibus datæ ſunt & pecuniæ, & arma, & frumentum, & mancipia, & iu-
menta, quæ onera ferrent, & ſiquid aliud ad vrbis fabricationem vtile erat. Qui A
quum populum Alba eduxiſſent, indigenis eum eo mixtis, quotquot in Palantio
& Saturnia reliqui erant, multitudinem totam in duas partes diuiſerunt. Id au-
tem ipſis ad æmulationem viſum eſt conducere, vt opus illis certatim operanti-

Vnde primùm concordia inter Remum & Romulum ſoluta fuerit. *Intellige alterum altero ampliorem ſibi potentiam parare ſtuduiſſe. Gel. vertit, Tendebant ad præcellentiam.*

bus citiùs abſolueretur. Sed ea res ſeditionis, mali grauiſſimi, cauſa fuit. Nam
eorum vtraque pars ſuũ ducem, vt idoneum ad omnibus imperandum, colens,
extollebat: & ipſi quoque non amplius concordes, neque fraterna mente præditi,
quum vterque alteri imperare vellet, contempta æqualitate † maiora affectare cœ-
perunt. Aliquandiu igitur illa principatus affectatio latuit. Sed deinde hac occa-
ſione erupit: Locus condendæ vrbis non idem vtrique placebat. Romulus enim
cenſebat Palantium muniendum, cùm aliis de cauſis, tum verò ob loci fortunam, B
quæ ipſi ſalutem attulerat, & educationem præbuerat: at Remus eam quæ nunc
ab illo appellatur Remuria, condere malebat. Hic autem locus à Tiberi non

Remi & Romuli dominandi cupiditas, vnde primùm manifeſta reddita fuerit.

procul abeſt, & XXX fermè ſtadia ab vrbe diſtat. Ex hac autem contentione
ſtatim apparuit illa inſociabilis dominandi cupiditas. Vteruis enim eorum tũc ceſ-
ſiſſet, ei victor eodem modo iugum cæteris in rebus in poſterum impoſiturus erat.
Elapſo deinde aliquantò temporis ſpatio, quum illud diſſidium nihil minueretur,
conuenit inter eos vt res tota auo materno permitteretur: eáque de cauſa ambo
Albam iuerunt. Ille verò eos monuit vt deorum iudicio rem permitterent, ab
vtro colonia eſſet denominanda, & vtrius imperium eſſe oporteret. Itaque præ- C
ſtituta illis die iuſſit manè ſeorſum vtrumque, in quibus ſedibus vtrique libuiſſet

Remus & Romulus aui ſui materni conſilium, de conſulendis per auſpicium diis, ſequi cõſtituunt.

conſidere, peractiſque antè legitimis ſacris aues bonas obſeruare: & vtri felicius
contigiſſet auſpicium, eum coloniæ authorem haberi. Iuuenes laudato eius con-
ſilio abierunt, & ex pacto ad diem ſtatutam, qua id agendum erat, adfuerunt. At-
que Romulus templum auibus obſeruandis delegit Palantium, vbi coloniam con-
dere in animo habebat: Remus verò collem illi contiguum, qui Auentinus voca-
batur, aut (vt alij tradunt) Remuriam. Et cuſtodes vtriſque adhibiti, qui non ſine-
rent aliud auſpicium pronuntiari quàm quod apparuiſſet. Quum igitur vterque ſuas
ſedes cepiſſet, Romulus non diu moratus præ nimia feſtinatione & inuidia, qua
fratrem proſequebatur (vt autem inuidia, fortaſſe & Deus ita eum impellebat) ante- D
quam vllum ſignum vidiſſet, miſſis ad fratrem nuntiis celeriter eum ad ſe venire
iuſſit, quaſi prior aues lætas vidiſſet. Interea verò dum nuntij ab eo miſſi, quos frau-

Remo ſex vultures à dextra volantes apparent. Remus à Romulo acceſſitus ad eum venit. Romulo fratre præſente vultures duodecim fauſti apparent. In contentione inter Remum & Romulum, acris pugna inter eos orta, qui alteratras partes ſequebantur.

dis pudebat, iter remiſſè faciunt, ſex vultures Remo à dextra volantes appare-
runt. Ille autem, conſpectis auibus, vehementer eſt lætatus, & paulo poſt à Ro-
muli nuntiis ad Palantium inde eſt abductus. Quum autem in vnum veniſſent, Re-
mus ex Romulo quæſiuit quaſnam aues prior vidiſſet: ille verò hærens non habebat
quid reſponderet. Interea verò vultures duodecim fauſti volantes ei apparuerunt:
quibus conſpectis animum confirmauit, illóſque Remo oſtendens, Quid (inquit)
ea quæ iampridem vidi ſcire cupis? en, ipſe has aues cernis. Ille verò indignatus, ægrè
tulit ſe ab eo deceptum, & coloniam ſe ipſi ceſſurum negauit. Inde autem conten- E
tio priore maior exorta, vtroque ſe ſuperiorem eſſe clam cupiente, & quominus al-
teri cederet, apertè ita ius ſuũ tuente. Illis enim ab auo materno dictum fuerat, cui
priori meliores aues addixiſſent, hunc fore coloniæ ducem. Sed quum vnum idem-
que auium genus vtrique apparuiſſet, hic quidem quòd prior aues obſeruaſſet, il-
le verò quod plures aues vidiſſet, ſe ſuperiorem eſſe dicebat. Hanc verò eorum
contentionem reliqua quoque multitudo accendit: & non expectato ducum im-
perio, armata pugnare cœpit, acriſque pugna commiſſa, magnáque hinc inde cædes
facta. Nonnulli autẽ aiunt, in hoc prælio Fauſtulũ, qui illos adoleſcẽtes educauerat,
fratrum

fratrum litem dirimere volentem quum nihil proficere poſſet, inermem ſe in mediam pugnantium aciem conieciſſe, mortis celerrimæ deſiderio: votíque ſui compotẽ factum. Nonnulli etiam leonem lapideum, qui erat in maximè conſpicuo Romani fori loco ad Roſtra, corpori Fauſtuli impoſitum fuiſſe aiunt, qui [illegible] eo ipſo loco in quo inuentus fuerat. Cęſo autem Remo in ea pugna, Romulus quũ victoriam miſerrimã de fratre & ciuium mutua cæde retuliſſet, Remum in Remuria humauit. Siquidem, quum viuebat, eum locum vrbi condendæ deſtinarat. Ipſe verò præ mœrore, & facti pœnitẽtia, de manibus ſibimet ipſi inferendis cogitare cœpit. Sed quum Laurentia, quæ eos recèns natos à marito datos acceperat, & educa-

A rat, & non minus quàm mater amabat, rogaret & conſolaretur eũ, eius precibus adductus ſurrexit: & congregatis Latinis, quotquot ex pręlij cæde euaſerant, qui ex priſtino colonorum numero longè maiore ad paulò plures quàm tria hominum millia redacti fuerãt, in Palantio vrbẽ cõdidit. Hæc igitur de Remi morte opinio mihi maximè probabilis videtur. Dicatur tamen & ſi quid diuerſum ab aliis de hac re eſt proditũ. Quidã aiunt eum Romulo de principatu ceſſiſſe, ſed deinde indignatum; & iratum quòd dolo fuiſſet circumuentus, mœnibus iam conditis, quum vellet demõſtrare, illã munitionem infirmã & inanem eſſe, dixiſſe, At quiuis veſter hoſtis facilè hanc ſuperauerit, vt nunc ego: & ſimul è veſtigio eam tranſiliiſſe. Celerem verò quẽdã, qui ſupra muros ſtabat, quíque operi præpoſitus erat, ſubiecíſſe, At iſtũ hoſtẽ facilè noſtrũ quiuis arcuerit, móxque caput eius rutro percuſſiſſe, & eum interfeciſſe.

B Hic igitur fraterni diſſidij exitus fuiſſe fertur. Cæterùm, cùm iam nihil eſſet quod fabricationẽ eã impediret, Romulus indicta die, qua diis placatis opus erat auſpicaturus, pręparatíſque rebus omnibus ad ſacrificiũ & populi epulum neceſſariis, quum dies ſtatuta veniſſet, & ipſe ante alios ſacrificium diis feciſſet, & cæteros pro viribus idẽ facere iuſſiſſet, aquilarũ auſpicio primùm eſt vſus: deinde ignes pro tentoriis accendi, & populũ piaculi cauſa per medias flammas ſalire iuſſit. Vbi autẽ peractũ putauit quicquid diis acceptũ eſſe iudicabat, omnibus in locũ deſignatum conuocatis, collẽ quadrangula figura circũſcripſit, bobus mari & fœmina ſub eodẽ iugo iunctis, perpetuúmque ſulcũ duxit, in quo mœnia fundaturus erat. vnde apud Romanos hic mos circumarandi loca in cõdendis vrbibus permanſit. His autẽ peractis & vtroque

C boue immolato, multíſque aliis victimis mactatis, populum ad opus admouit. Hunc diem ad noſtrã vſque ætatẽ populus Rom. quotannis celebrat, quem, ſi vllum alium diẽ feſtũ, in honore habet, vocátque Parilia. Hoc autẽ die pro fœcundo quadrupedũ partu agricolæ & paſtores vere ineunte vt diis gratias agant ſacrificiũ faciunt. Verũ verò hunc diem iã multo antè in publica lætitia vrbi condendæ aptiſſimũ exiſtimarint, an cũ tunc quum vrbs condi cœpit conſecrarint, & deos paſtoribus propitios in eo colendos cenſuerint, certò affirmare non poſſum. Quæ igitur de Romanorũ genere in multis Græcorũ & Romanorũ ſcriptis à me magna cura voluratis reperire potui, hæc ſunt. Quapropter quiuis cõfideter (longũ vale dicens † iis, qui Romã hominũ barbarorũ, fugitiuorũ, & lare carentiũ refugiũ faciunt) iam affirmet hanc vrbẽ

D gręcam eſſe, demonſtrans eam omniũ *omnibus hominibus* maximè communẽ, & *erga omnes* maximè humanã eſſe: & cogitans Aboriginũ gentẽ OEnotricã fuiſſe, hanc verò Arcadicã, & recordatus Pelaſgos, qui cũ iis habitarãt, Theſſalia relicta, quũ ab Argiuis eſſent oriundi, in Italiã veniſſe, & memor aduẽtus Euãdri & Arcadũ, qui in Palantio habitarunt, in loco quẽ Aborigines ipſis dederunt, præterea Peloponneſiorũ, qui cum Hercule venerũt, & in colle Saturnio habitarũt: denique eorum qui ex agro Troiano migrarũt, & cũ prioribus mixti fuerunt. his enim gentibus nullã aliam aut antiquiorẽ aut magis Græcanicam reperire poterit. Barbarorũ verò commercia, ob quæ populus Rõ. multa priſca inſtituta dedidicit, multo poſt fuerũt, atque hoc multis, id quod veriſimile eſt, conſiderantibus, mirũ videri poſſit, quomodo ea ciuitas pe-

E nitus barbara non fuerit reddita, receptis Opicis, Marſis, Samnitibus, Hetruſcis, Brutiis, & multis Vmbrorum, Ligurum, Hiſpanorum, & Gallorum millibus, & aliis præterea gentibus, quæ partim ex ipſa Italia, partim ex aliis locis *eò* venerant innumeræ: quæ neque eodem ſermone vtebantur neque idem vitæ genus ſequebantur, quos & lingua, & vitæ genere diſcrepantes, pleroſque etiam in vnum per vim contractos permixtóſque, ob tantam diſcrepantiam multa de priſca illa & præclara reipub. diſciplina in peius innouaſſe veriſimile eſt. Siquidẽ & multi alij inter barbaros degentes exiguo temporis ſpatio omnes Græcorũ mores & linguã dedidicerũt:

[illegible] ſulus in [illegible] pugnantium aciè inermem [illegible], & [illegible], qui prius [illegible] dirimere fruſtra tentaſſet.

Remum in ea pugna cæſum Romulus in Remuria humat.

Romulum de fratris morte grauiter mœrentem Laurentia cõſolatur.

Remi cædes aliter ab aliis narrata.

Romulus ad illam vrbis ędificationem ſe comparans, quæ prius ad placãdos deos fecerit.

De feſto quod Parilia vocatur.

Reſpicit ad ea quæ antea dixit de fama quæ apud multos obtinuerat Romam hominum errantium & lare carentiũ refugium fuiſſe.

De Roma quæ ſentire oporteat, ex iis quæ antea commemorata fuerunt.

Romam ex barbarorum commerciis barbaram penitus redditã non eſſe, res admiratione digna.

Græci multi inter barbaros degentes, breui tempore omnes Græcorũ mores ſimulque linguam dedidicerunt.

ira vt neq; grçcè loquantur, neque amplius Græcorũ inſtitutis vtantur, neque eoſdẽ deos putent, neq; leges æquitatis plenas *ſeruent*: (qua re præcipuè Græcorũ ingenia à barbaris differunt) neque vllum contractuũ genus cum Græcis congruens habeãt. [illegible]m eſſe ſatis declarant Achæi Ponti accolæ, qui omnes quum eſſent ex gente cum primis Græca oriundi, tamen omnium noſtræ ætatis barbarorũ ſunt efferatiſſimi. Romani verò ſermone nec prorſus barbaro: nec abſolutè græco vtũtur, ſed quodam ex vtroque mixto: cuius maior pars eſt linguæ Æolicæ: atque ex tot commerciis hoc ſolùm incommodum acceperunt, quòd non omnia vocabula rectè efferant. Cætera verò quæ ſunt Græci generis indicia, magis quã vlli alij coloni ſeruãt. Nec nunc primùm amicè viuere inceperunt, ex quo bonã ſecundámque fortunã A morum honeſtorum magiſtram habuerunt, neque ex quo primùm res tranſmarinas affectarũt, euerſo Carthaginienſium & Macedonum imperio: ſed ab omni tempore ex quo in vnam ciuitatem contracti ſunt, more græco vixerunt: nec artium clariorum ad virtutem parandam nunc ſunt ſtudioſiores quàm ante. Quum autem hac de re multa dicere, multiſque argumẽtis hoc probare, & virorũ fide dignorum teſtimonia adferre poſſim, malo tamẽ hæc omnia reſeruare libro, quem de eorũ repub. ſum ſcripturus. Nunc ad narrationis ſeriem reuertor, à rebus quæ in hoc libro declaratæ fuerunt, per capita repetitis, initium ſequentis libri facturus. B

Achæi Ponti accolæ, omniũ barbarorũ ætate Dionyſii erant efferatiſſimi, quamuis ex gente cum primis Græca oriundi.

Romanorum ſermo ex barbaro & Græco mixtus.

Romani præterquã in ſermone, cætera Græci generis indicia magis quàm alij vlli ſeruant.

DIONYSII, ALEXANDRI F. HALICARNASSEI, ANTIQVITATVM ROMANARVM,

LIBER SECVNDVS.

VRBS ROMA ſita eſt in occidentalibus Italiæ partibus, ad Tiberim flumen, quod per ipſam vrbem ferme mediam fluit, & inde in mare ſe exonerat, atque à mare Tyrrheno centum & viginti ſtadiis abeſt. Qui verò eam, omnium hominum qui memorantur, primi tenuerunt, erant C barbari quidam indigenæ, qui Siculi vocabantur, & qui multa alia Italiæ loca occuparunt, quorum non pauca, nec obſcura monumenta ad noſtra vſque tempora manent: inter quæ ſunt etiam locorum quædam nomina Sicula, priſcæ illorum habitationis indicia. Aborigines verò oriundi ab OEnotris, qui incolebant totam illã oram maritimã quæ à Tarento Pæſtũ vſque protenditur, his inde pulſis eum locũ occuparunt. Hæc autem fuiſſe fertur quædam iuuentus, diis cõſecrata more patrio, ad quærẽdas ſedes quaſcunque ipſi fortuna obtuliſſet, à parentibus miſſa. Genus autẽ OEnotrum Arcadicum erat, quod ex ea, quæ tunc Lycaonia vocabatur, iam verò Arcadia *appellatur*, ſponte ſua profectum erat, vt agrum meliorem ſibi pararet, duce coloniç OEnotro Lycaonis filio, à quo genti nomen inditum. Quum autem Aborigines D ea loca tenerent, primi cum ipſis habitarunt Pelaſgi, profugi ex ea quæ tunc Hçmonia, iam verò Theſſalia vocatur, vbi aliquandiu habitarunt. Poſt Pelaſgos verò Arcades, ex vrbe Palantio profecti, coloniç ducem ſequuti Euandrum Mercurij, & nymphæ Themidis filium, qui ſedes ſuas poſuerunt in vno è ſeptem collibus, qui in media ferme vrbe eſt ſitus: quem locum à patria ſua, quæ erat in Arcadia, Palantiũ appellarunt. Sed non multo poſt, quum Hercules in Italiam veniſſet, quando exercitũ ex Erythea domum reducebat, pars quædam Græcarum copiarum ibi relicta, prope Palantium ſedes fixit in alio colle ex iis quos *nunc* vrbs muris complectitur, qui tunc ab incolis Saturnius vocabatur, nunc verò à Romanis Capitolinus *appellatur*. Horũ plerique erant Epei, qui ex Elide vrbe pulſi fuerant: quòd Hercules ipſorum patriã E armis expugnatam euertiſſet. Ætate verò decima ſexta poſt bellum Troianum, Albani vtrunque hunc locum muris foſſaque communitum habitare cœperunt. Ibi autem ad id vſque tempus fuerant ſtabula bubulcorum, opilionum, & cæterorum paſtorum diuerſoria: quòd ager ille non ſolùm hyberni, ſed etiam æſtiui pabuli copiam, propter fluuios ipſum refrigerantes & irrigantes abundè ſuppeditaret. Albanum autem genus mixtum erat ex Arcadibus, & Pelaſgis, & Epeis ex Elide profectis: poſtremò etiam ex Troianis, qui poſt Troiam captam cum Ænea Anchiſæ & Veneris

Memineris lector eius quod in fine præcedentis libri dixit, ſe facturum eſſe initium huius libri à rebus in eo declaratis, per capita repetitis.

Romæ ſitus.

Romæ primi habitatores, Siculi.

filio in

filio in Italiam venerant. Veriſimile autem eſt, aliquos etiam barbaros ex accolis, aut priſcis colonis reliquos cum Græcis in gratiam rediiſſe, *& cum ipſis permixtos fuiſſe*. Horum autem omnium commune nomen fuit Latini, deductum à Latino illius regionis rege, priſcis ſingularum gentium appellationibus ſublati[illegible] gentibus vrbs condita eſt anno quadringenteſimo trigeſimo ſecundo poſt Troiam captam, ſeptima olympiade. Coloniç autem duces fuerunt gemini fratres regij ſanguinis, quorum alter, Romulus, alter, Remus vocabatur, materno genere oriundi ab Ænea, ac *proïnde* Dardanidæ. Sed ex quo patre progeniti fuerint, difficile eſt aliquid certi afferre: ſed Romani eos Martis filios eſſe perſuaſum habent. Non tamen ambo

[illegible]bus gentibus condita ſit Roma, olymp. 7. anno poſt captã Troiam 432. & qui coloniæ fuerint duces.

A permanſerunt coloniæ duces, controuerſia de principatu inter eos exorta: ſed Romulus, altero in pugna cæſo, ſuperſtes vrbis conditor fuit, eámque de ſuo nomine nominauit. Cæterùm numerus eorum qui eiuſdem coloniæ participes fuerunt, quũ principiò magnus fuiſſet, ad exiguum redactus eſt, ad tria peditum millia, & trecentos equites. ¶ FOSSA igitur ab illis perfecta, & munitione abſoluta, ædificiiſque pro præſenti neceſſitate extructis, quum tempus iam poſtularet, vt diſpiceretur qua reipublicæ forma vtendum eſſet, Romulus conuocata concione, aui materni monitu, & ab eo quid eſſet dicendum edoctus, dixit: vrbem & publicis & priuatis ædificiis, vt recèns conditam, ſatis à ſe ornatam eſſe, & omnes rogauit vt illud cogitarent, reipub. ſummam in his rebus non eſſe ſitam. Neque enim in bellis externis profun-

Romulus conuocata concione, de eligenda reipub. forma diſſerit.

B das altáſque foſſas eſſe munimenta ſatis idonea ad certam ſalutis ſecuræ ſpem hominibus incluſis afferendam: ſed hoc tantùm polliceri, *oppidanos* repentina hoſtium incurſione oppreſſos cladem nullam accepturos, neque, ſi inteſtini tumultus in repub. exorti fuerint, priuatas ædes & domicilia cuiquam refugium ſatis tutum præbere: ad vitam enim quietè & tranquillè degendam hæc ſubſidia & ſolatia ab hominibus inuenta eſſe, quæ neque inſidias, quæ vicinis tenduntur, ita arceant vt illi miſeri non ſint: neque etiam faciant vt qui inſidiis appetuntur, quamuis in tuto ſint, tamen confidant. nec vllam vnquam vrbem his ſolis ornamentis felicitatem & amplitudiuem diuturnam ſibi quęſiſſe: neque contrà, vllam vnquã ciuitatem, quòd ſumptuoſis ædificiis priuatis publicíſque caruiſſet, prohibitum fuiſ-

C ſe quominus & ampla & fortunata euaderet. Sed aliud eſſe quod vrbes ſeruet, & magnas ex paruis faciat. In externis bellis ipſam armorum potentiam, hanc autem audacia & exercitatione comparari. At in ciuilibus perturbationibus ciuium concordiam. Demonſtrauit autem hanc facillimè poſſe in repub. florere, ſi vnus quiſque & temperanter, & iuſtè viueret. Eos verò qui rebus bellicis operam nauant, & cupiditatibus ſuis imperant, egregiè ſuas patrias ornare, & reipubl. eſſe pro mœnibus inexpugnabilibus, iſtóſque vitæ ſuæ tutiſſima domicilia parare. Bellicoſos certè iuſtóſque viros, & qui alias virtutes colunt eandem reipub. formam cõſtituere, quam viri prudentes cõſtituerunt. Contrà verò molles, & auaros, & fœdis cupiditatibus addictos, malis quoque ſtudiis penitus occupati: dixítque ſe à natu maioribus, & multarum

D rerum peritis accepiſſe multas magnas colonias in loca fortunata delatas, partim exortis ſeditionibus ſtatim perditas, partim non multo poſt imperio vicinorum parere coactas fuiſſe, & meliorem agrum, quem ante habebant, cum deteriore fortuna commutaſſe, & ſeruas ex liberis factas. Alias verò, non magno hominum numero, & in agros non admodum bonos profectas liberas primùm, deinde aliorum etiam imperium diuturnum adeptas, neque felicitatis paucorum, neque infortunij multorũ aliam eſſe cauſam, quàm ipſius reipub. formam. Quòd ſi apud omnes homines eſſet vna quæpiam vitæ ratio, quæ ciuitates felices faceret, illam facilè à ſe potuiſſe eligi: ſed audire ſe dicebat, multas cùm apud Græcos, tum apud barbaros reipub. formas eſſe: ſed inter illas omnes tres potiſſimùm laudari ab illis, qui iis vtuntur, harum tamen nullam ab omni parte ſinceram: ſed in earum vnaquaque fatale aliquod malũ

E innatum, ita vt earum optio ſit difficilis. Itaque iuſſit, eos, re per otium conſiderata, reſpondere, vtrum vni an paucis parere mallent. Equidem, inquit, quamcunque Reipub. formam conſtitueritis ad eam recipiendam paratus ſum, nec me indignum puto, qui aliis imperem, nec alteri recuſo parere. Honoribus enim quos mihi habuiſtis, primùm quum me coloniæ ducem creaſtis, deinde vrbem à me denominaſtis, ſum contentus. Hos enim neque externum bellum, neque domeſtica ſeditio, neque tempus, quod omnes res præclaras delet, neque vlla alia aduerſa fortuna mihi eripiet, ſed & viuus, & mortuus his honoribus in poſterum, & in perpetuum fruar.

Atque hæc à materno auo accepta Romulus (vt dixi) ad populum memorauit. Illi verò, ſeorſum communicato inter ſe conſilio, ita reſponderunt, Nobis noua reipub. forma non eſt opus: ſed quam maiores noſtri optimam iudicarunt, eam ab illis acce-
» pt… …ahimus: nec diſcedemus à priſcorum ſententia, à quibus magna cum
» prudentia eam conſtitutam fuiſſe credimus. ſed in hac fortuna acquieſcemus. Neq;
» enim iure de ea conqueri poſſemus, quæ nobis ſub regibus bona, quæ maxima inter
» homines habentur, libertatem & imperium in alios dedit. Hæc igitur eſt de forma
» reipub. noſtra ſententia. Hunc autem honorem nulli alij potiùs quàm tibi conueni-
» re arbitramur, cùm ob regium genus & virtutem, tum verò præcipuè quòd te duce
» coloniæ vſi fuerimus, & magnam in te grauitatem, magnamque ſapientiam, non verbis potiùs, quàm re ipſa edocti animaduertamus.

Romulo captanti auſpicium fulgur à ſiniſtra ad dextrã emicat.

Romulus, his auditis, reſpondit, gratum quidem ſibi eſſe hominum iudicium, quo dignus regno habitus eſſet: ſed tamen ſe honorem iſtum non accepturum, niſi & ipſe deus læto auſpicio comprobaſſet. Quod quum illis quoque placuiſſet, die præſtituta, qua de regno deos erat conſulturus, quum ſtatuta dies veniſſet, circa matutinum crepuſculum ſurrexit, & ex ſuo tentorio prodiit, & ſub dio in loco puro ſtans, victimis antè rite mactatis, precatus eſt Iouem regem, & reliquos deos quos coloniæ duces fecerat, vt, ſi ipſorum voluntate rex vrbis futurus eſſet, ſignum de cœlo felix oſtenderent. Abſolutis autẽ precibus fulgur à ſiniſtra ad dextram emicuit. Romani autem fulgura à ſiniſtra ad dextram tendentia pro fauſtis habent, ſiue ex Hetruſcorum diſciplina, ſiue ita à maioribus edocti: hac ratione (vt ego arbitror) adducti, quòd ſedes, ſtatióque captandis auſpiciis ea optima ſit, quæ orientẽ ſpectat, vnde ſol & luna, & reliquæ ſtellæ tã erraticæ, quã fixæ ſurgũt, & vnde totius mũdi motus ob quẽ res omnes quæ in eo ſunt, modò ſupra terrã eminent, modò ſub terra latent, ducto initio ſuum circuitũ facit. Porrò, qui orientem ſpectant ſeptentriones à ſiniſtra, à dextra meridiem habent. Priora autem poſterioribus ſunt honoratiora. Attollitur enim ab Aquilonari plaga ipſius axis polus, circa quem mundus voluitur, & è quinque circulis qui ſphæram ambiunt ille qui vocatur arcticus, hac parte ſemper apparet. Circulus verò qui antarcticus appellatur ab auſtrali tractu depreſſus, hac parte deliteſcit. Veriſimile autẽ eſt inter omnia ſigna, quæ in cælo, & ſublimi aëris regione obſeruantur, ea præſtantiſſima eſſe quæ à parte præſtantiſſima apparent. Quoniam autem partes quæ ad orientem vergunt, nobiliores ſunt, quàm partes occidentales, quoniam etiam in his ipſis *orient alibus partibus* excelſiores ſunt aquilonares, quàm auſtrales, propterea meritò hæc habentur optima.

Fulgura à ſiniſtra emicãtia, Romanorum maiores felicia iudicabãt: & vnde id factum ſit.

Vt verò quidam tradunt iam tum priſcis temporibus ante receptam Hetruſcam diſciplinam, Romanorum maiores à ſiniſtris emicantia fulgura iudicabant felicia. Aſcanio enim Æneæ filio, quo tempore ab Hetruſcis, quibus rex Mezentius præerat, bello & obſidione premebatur, in extrema eruptione, quam rebus iam deſperatis facturus erat, cum lamentatione Iouem & reliquos deos precãti, vt ſibi felix aliquod eruptionis ſignum darent, ferunt ſereno cælo à ſiniſtris fulgur emicuiſſe. Quod prælium quia tum ei feliciſſimè ſucceſſit, apud poſteros id ſignum perpetuò felix habitum.

Romulus rex declaratur.

Tunc igitur quum Romulus à diis certa ſui regni ſigna accepiſſet, conuocato ed concionem populo, & auſpiciis declaratis, ab illis rex creatur, & hunc morem in poſterum ab omnibus ſeruandum inſtituit, ne quis aut regnum, aut magiſtratum caperet, niſi & ipſa dei authoritas id comprobaſſet, atque hic mos captandorum auſpiciorum diu à Romanis obſeruatus eſt, non ſolùm ſub regibus, ſed etiam poſt exactos reges, in conſulum, prætorum, & aliorum legitimorum magiſtratuum comitiis. At noſtra ætate hic mos ſublatus eſt, & tantùm quædam eius imago, huius religionis cauſa, remanet. Candidati enim ſedem capiunt, & ſub crepuſculum matutinum ſurgunt, & quaſdam preces ſub dio peragunt. Tum aliquis ex collegio augurum præſentium, qui publica pecunia aluntur, fulgur à ſiniſtris, quamuis nullum apparuerit, magiſtratum illis ſignificare pronuntiat. Illi verò, accepto vocis omine, ad magiſtratum capiendum abeunt. Nonnulli quidem rati hoc ipſum ſufficere, quòd nullum contrarium & aduerſum auſpicium apparuerit: nonnulli verò vel contra ipſius dei prohibentis *atque aduerſantis* voluntatem. Interdum etiam magiſtratus per vim potiùs rapiunt, quàm accipiunt. Quapropter multi terreſtres Romanorum exercitus internecione deleti ſunt, & multæ claſſes in mari vnà cum ipſis hominibus perierunt, aliæque clades magnæ, & graues reipub. acciderunt, cùm in externis bellis, tum in ciuilibus ſeditionibus, ſed maximè inſignes & graues noſtro

noſtro tempore, quum Licinnius Craſſus, vir ætate ſua nulli imperatorum ſecũdus,
expeditionem fecit in Parthos, numine aduerſante, cõtemptis innumeris auſpiciis
quæ ipſum ab illa expeditione deterrebant. Sed de diuini numinis contemptione
quæ hac noſtra ætate inter nonnullos regnat, longum & difficile eſſe[illegible] CAE-
TERVM, Romulus diis hominibúſque fauentibus hoc modo re x creatus, commu-
ni omnium conſenſu & rebus bellicis magnus, & periculorum contemptor, & in re-
pub. optimè adminiſtranda prudentiſſimus fuiſſe fertur. Recenſebo autem res ab il-
lo tam domi quàm militiæ geſtas, quæ memoratu ſunt dignæ. Ac primùm quidem di

Reip. forma à Romulo conſtituta, cot cæteris anteferenda.

A cam de reipub. forma, quam ego cæteris omnibus reipub. formis & pace, & bello vt
potè ſuis omnibus numeris abſolutiſſimam præferendam duco. Erat autẽ huiuſmo-
di, vniuerſa multitudine trifariam diuiſa, ſingulis partibus clariſſimos viros præfecit.
Deinde rurſus vnamquamque illarum trium partium in decem diuiſit, & his quoq;
totidem fortiſſimos viros præfecit: maiores autem partes appellauit Tribus, mino-
res, Curias, vt & hodie vocantur. Quod ſi hæc nomina græcè interpreteris, Tribus
nihil aliud ſignificat quàm φυλὴ & τριττύς: Curia verò, φρατρία & λόχος. Et Tri-
buum præfecti, φύλαρχοι & τριττύαρχοι, quos Romani Tribunos vocant. Curiarum ve-
rò præfecti, φρατρίαρχοι & λοχαγοὶ, quos illi Curiones appellant. Diuiſæ etiam fue-
runt ab eo curiæ in decurias, & cuique ſuus dux præerat, qui eorum patrio ſermone
decurio appellatur. Ita igitur toto populo in Tribus & Curias diſtincto, & agro in
B triginta æquales partes diuiſo, vnicuique Curiæ vnam partem ſortitò attribuit: ſed
prius exemit quantum ad miniſteria ſacrorum & templorum ſatis eſſet, & quandã
partem, quæ eſſet iuris publici, reſeruauit. Atque hæc fuit vna diuiſio tam virorum,
quàm agrorum, quam Romulus fecit, quæ ſummam inter omnes æquabilitatẽ con-
tinebat. Nunc alteram ſum dicturus virorum duntaxat, quæ ad ſubditorum curam,
honores, & dignitates pertinet. Illuſtres genere, & virtute celebres, & opibus (vt tũc
ferebant tempora) abundantes, quibus iam erant liberi, ab obſcuris, & humilibus, &
egenis ſecreuit. Deterioris autem *fortunæ* homines, Plebeios vocauit, quos Græci δη-
μοτικούς appellarent: potioris verò fortunæ, Patres, ſiue quòd alios ætate anteirent, ſi-
ue quòd liberi illis eſſent, ſiue propter generis nobilitatem, ſiue propter hæc omnia:
C exemplo (vt cõiicere eſt) ab Athenienſium repub. ſumpto, quæ illo tempore adhuc
florebat. Illi enim multitudine bifariam diuiſa, eos qui ex illuſtri familia erant, & qui
opibus valebãt, *εὐπατρίδας, id eſt, patricios*, vocabant, penes quos erat reip. gubernatio.
Cæteros verò ciues, *ἀγροίκους, id eſt, ruſticos*, appellabant, qui nullum in repub. ſuffra-
gium habebant: Sed tamen progreſſu temporis hi quoque ad honores capiendos
admiſſi ſunt. Qui igitur res maximè probabiles de repub. Romana ſcribunt, ob
haſce cauſas aiunt viros illos Patres vocatos, & progeniem eorum Patricios: qui ve-
rò priuata inuidia impulſi hac de re loquuntur, & generis obſcuritatem illi ciuitati
falſò obiiciunt, non propterea patricios eos appellatos aiunt, ſed quòd ſoli patrẽ ciere
poſſent: quaſi alij eſſent fugitiui, neque ſuos patres ingenuos ciere poſſent. Atque ad
D huius rei fidem faciendam hoc argumento vtuntur, quòd patriciorum vnum quen-
que, quoties regibus eos conuocare viſum fuiſſet, præcones de ſuo ac patris nomine
appellarent. Plebeios verò miniſtri quidam iique frequentes cornibus bubulis con-
cinentes ad concionem conuocarent. Sed neque illa per præconem euocatio, no-
bilitatis Patriciorum eſt argumentum, neque etiam buccinæ vox ignobilitatis Ple-
beiorum eſt indicium: ſed illud quidem, honoris, hoc verò, celeritatis eſt. Neq; enim
breui temporis ſpatio tota plebs nominatim conuocari poterat. Romulus porro,
poſtquam ſecreuit potioris conditionis homines, à deterioris fortunæ hominibus,
leges tulit, & quid vtriſque faciendum eſſet præſcripſit, vt Patricij ſacra curarent, &
magiſtratus gererent, & ius dicerent, & ſecum rempub. adminiſtrarent, & vrbana
E munia aſſiduè obirent: Plebei verò, horum quidem negotiorũ eſſent immunes, quòd
eorum imperiti eſſent, & ob rerum inopiam ipſis vacare non poſſent, agros verò co-
lerent, pecus alerent, & artes quæſtuoſas exercerent: ne ſeditiones orirentur, ſicut
in aliis ciuitatibus, dum aut humiliores à potentioribus contemnuntur, aut viles &
egeni excellentioribus inuident. Patriciis autem plebeios commendauit, vnicuique
de plebe libera optione data, vt ſibi quem vellet patronum eligeret, quem morem
græcum & antiquum, quo diu Theſſali & priſci Athenienſes ſunt vſi, ipſe in melius
conuertit. Illi enim ſuperbè clientibus vtebantur, illis imperantes opera, liberos *ac*
ingenuos homines parum decentia, & ſi quando omnia imperata non feciſſent, ver-

bera intentantes,& cæteris in rebus abutentes illis tanquam mancipiis. Athenienſes
autem hos clientes,ob ſeruitutem θῆτας appellabant: Theſſali verò, Πενέστας, vocabu-
lo fortunam illis continuò exprobrantes. At Romulus decora etiam appellatione
ſeu conditionē, quoniam misera est pauperū eſſe. hanc rem co... ſtauit, patronarum nominās pauperum & humilium patrociniū
& commoda vtrisque addidit officia, & eorum coniunctionem perhumanam ac ci-
Patronatus ius quale fuerit. uilem reddidit. Ius autem patronatus tunc ab illo conſtituti, quod apud Romanos
diu durauit, erat huiuſmodi: oportebat patricios ſuis clientibus ius interpretari *& de
eo reſpondere*, cuius illi eſſent imperiti, & illorum æquè abſentium, atque præſentium
curam gerere, facientes quicquid liberorum cauſa parentes facere ſolent, & in ra-
tionibus pecuniarum, & in earum contractibus: & lites pro clientibus iniuria affe- A
ctis ſuſcipere, ſiquis in ipſo contractu detrimentum accepiſſet, & eorum cauſam con
tra accuſatores ſuſtinere, & (vt paucis multa expediam) oportebat eos clientibus tā
à priuatis quàm à publicis negotiis omnem quietem, qua maximè opus illis erat,
præſtare. Oportebat verò viciſſim ipſos clientes iuuare ſuos patronos in elocandis
filiabus, ſi earum parentes eſſent inopes, & ab hoſte redimere, ſiquis aut ipſorum, aut
ex liberis eorum captus fuiſſet, priuatarum quoque litium perditarū æſtimationes,
& mulctas publicas pecuniarias pro ipſis proprio ære diſſoluere pecuniam, non mu-
tuò: ſed referendæ gratiæ cauſa dantes, & in magiſtratibus, honoribus, aliiſque publi
cis impenſis, ſumptuum participes eſſe, non ſecus ac genere coniunctos. Commune
autem vtriſque erat, vt neque pium, neque fas eſſet alteris alteros in iudiciis accuſa- B
re, aut teſtimonium aduerſum dicere, aut ſuffragium contrarium ferre, aut inter ini-
micos cenſeri. Quòd ſi quis in aliquo huiuſmodi facinore deprehenſus fuiſſet, pro-
ditionis lege, quam Romulus ſanxerat, tenebatur. Et eum qui eius criminis fuiſſet
conuictus, cuiuis, vt Diti ſacrum, interficere licebat. Mos enim erat Romanis, vt,
quos vellent impunè occidi, eorum corpora alicui deo, præcipuè verò inferis, deuo-
uerent: quod & ipſe Romulus tunc fecit. Quapropter ad multas ætates permanſerūt
hæ clientium & patronorum coniunctiones poſteris omnibus commendatæ, ita vt
nihil ab ipſarum neceſſitudinum vinculis differrent: & magnæ vertebatur laudi no-
bilibus quamplurimos clientes habere, & hæreditarias maiorum clientelas conſer-
uare, aliáſque virtute propria parare: magnúmque certamen erat vtriſque de bene- C
uolentia, ne mutuis beneficiis alteri ab alteris vincerentur, ipſis clientibus pro virili
parte nullum miniſterium patronorum cauſa recuſantibus: & viciſſim patronis nul-
lo modo volentibus moleſtiam ſuis clientibus exhibere, nec vllum pecuniarum do-
num accipientibus. Tanta erat illorum in omni vita temperantia, & felicitatem vir-
tute, non fortuna metiebantur. Non ſolùm autem in ipſa vrbe plebs patriciorum pa-
trocinio defendebatur: ſed & coloniarum romanarum, & ciuitatum, quæ ſocieta-
tis & amicitiæ cauſa ſe populo romano adiūxerant: & bello ſubactarum vnaquæque,
quos romanorum cuſtodes & patronos voluiſſet, habebat. Et ſæpe ſenatus, h.. rum &
vrbium & gentium controuerſiis ad ipſarum patronos remiſſis, ipſorum iudicia rata
habuit. Adeo autem romanorum concordia conſtans fuit, initio ſumpto ab illis mo- D
ribus, quos Romulus introduxit & conſtituit, vt intra ſexcentos & triginta annos,
ad ſanguinem & cædem mutuam ciues nunquam venerint: licet inter plebem &
magiſtratus multæ & graues de repub. controuerſiæ exortæ fuerint (quemadmodū
accidere ſolet in omnibus tam paruis quàm magnis ciuitatibus:) ſed ſuadētes, & do-
centes mutuò, & partim res concedentes, partim à volentibus eas impetrantes, ciui-
liter controuerſias diremerint. Sed ex quo C. Gracchus tribunitiam poteſtatem
adeptus reip. concordiam perturbauit, non ceſſant ſe mutuò cædere, & in exilium
expellere, nec ab vllo nefario ſcelere abſtinent, vt vincant. Sed de his alibi opportu-
Senatores ex ordine patricio viros centum creat Romulus, vt cum ipſo rempubl. adminiſtrarēt. nius agetur. Romulus igitur, quum hæc conſtituiſſet, ſtatim decreuit ſenatores
creare, vt cum eo rempubl. adminiſtrarent, electis centum viris ex ordine patricio. E
Illos autem ita *elegit*: Ipſe ex omnibus vnum declarauit, quem maximè idoneum iu-
dicauit, cui rerum vrbanarum adminiſtrationem committeret, quoties ipſe copias
extra agri Romani fines duceret. Tribuum vnamquanque iuſſit tres viros ſibi elige-
re, qui per ætatem maximè ſaperent: quique ob nobilitatem eſſent illuſtres. Poſt hos
nouem, imperauit vt vnaquæque curia tres patricios maximè idoneos eligeret: de-
inde, quum ad primos illos nouem, qui à tribubus electi fuerant, addidiſſet XC, quos
curiæ ſuis ſuffragiis legerant, hiſce ducem præfeciſſet, quem ipſe antè elegerat, cē-
tum ſenatorum numerum expleu... Hoc autem conſilium, ſi Græcè vocabulum in-
terpreteris

Digitized by Google

terpreteris *γερουσίαν id eſt, ſenatum*, ſignificat,& ad hanc vſque diem ita à Romanis vo-
catur. Vtrum verò ob ſenectutem eorum qui in id *conſilium* lecti venerant, an ob vir-
tutem hoc nomen habuerit, certò affirmare non poſſum. Priſci enim, viros ætate &
virtute præſtantes, ſenes appellare ſolebant. Qui autem ſenatorij ordinis [illegible] Pa-
tres conſcripti vocati fuerunt, & ad mea vſque tempora hanc a[illegible]pellationem reti-
nebant. Hic autem mos & ipſe Græcus erat: etenim reges,& quotquot à patre tradi-
tum regnum accepiſſent,& quos ipſa plebs ſibi principes conſtituiſſet, conſilium ha
bebant quod ex optimatibus conſtabat: vt Homerus & antiquiſſimi poëtę teſtantur.
A Neque (vt noſtro ſeculo) regum priſcorum dominatus erat nimium ſui iuris, neque
ab vnius ſententia pendebat. Conſtituto igitur ſenatu ex centum viris, animad-
uertens (quod veriſimile erat) ſibi etiam aliqua iuuenum inſtructa *& armata* manu
opus fore, tum ad corpus ſuum tutandum, tum etiã, vt ad vrgentes neceſſitates eorũ
opera vteretur, CCC viros illuſtriſſimarum familiarum, corpore robuſtiſſimos ele-
git, quos Curiæ deſignarant (eodem modo quo Senatores) vnaquæque Curia decẽ
iuuenes: hiſque viris ſemper erat ſtipatus. Illis autem omnibus cõmune nomen fuit,
vt etiam nunc eſt in vſu, Celeres, vt plerique ſcribunt, à miniſterij celeritate, nam
promptos,& ad opus veloces, Romani celeres vocant. Sed, vt Valerius Antias ait,
à duce ſuo hoc nomen habent: nam his dux erat maximè inſignis, cui tres centurio-
nes parebant,& illis alij, qui minores præturas gerebant, qui per vrbem illum haſtã-
B ti ſequebantur,& imperata faciebant. In ipſa verò militia propugnatores & defen-
ſores erant. Et ſæpe iſti in prælijs victoriæ autores erant, quòd & pugnandi initium
facerent,& omnium poſtremi recederent, & ex equis pugnarent, vbi campus ad e-
queſtre certamen eſſet commodus: pedibus verò, vbi locus eſſet aſper,& ad equitan-
dum incommodus. Hunc autem morem Romulus mihi videtur à Lacedæmoniis
accepiſſe, poſtquam cognouit,& apud illos, generoſiſſimos quoſque iuuenes regum
ſatellites fuiſſe, quorum opera illi vterentur in bellis, vt ſibi & in equeſtri & in pede-
ſtri pugna propugnatores eſſent. His conſtitutis, diſtribuit honores & poteſtates,
quas vnumquemque habere volebat. Ac regis quidem hæc munia eximia eſſe iuſſit:
primùm, vt ſacrorum & ſacrificiorum principatum haberet,& omnes res diuinæ ac
C piæ per eum agerentur. Deinde, legum ac morum patriorum cuſtos eſſet, & omnes
iuris naturalis,& ex communi hominum conſenſu pactóque ſcripti curam gereret,
& de grauiſſimis iniuriis ipſe cognoſceret: leuiorum verò cauſarum cognitionem
ſenatoribus permitteret: (ita tamen vt caueret ne quid interim in iudiciis peccare-
tur)& ſenatum cogeret, populúmque conuocaret, primúſque ſententiam diceret,
& quæ pluribus viſa fuiſſent, ea faceret. Atque hos honores regi detulit: prætereà ve-
rò, vt in bello ſummum haberet imperium. Conſeſſui verò ſenatus hunc honorem
& poteſtatem dedit, vt de re qualibet, quam rex ad ipſum retuliſſet, cognoſceret &
ſuffragium ferret, & quod plurium ſententiis approbatum fuiſſet, id vinceret. At-
que hoc quoque ex Laconica repub. deſumptum eſt, neque enim Lacedęmoniorum
D reges ſummum habebant imperium, ita vt quicquid libuiſſet facerent: ſed ſumma
totius reipub. adminiſtratio penes ſenatum erat. Plebi verò hæc tria conceſſit,
magiſtratus creare, leges ſancire,& de bello decernere, quoties rex permiſiſſet, ita
tamen, vt ne horum quidem abſolutam haberet poteſtatem, niſi idem ſenatui vi-
ſum fuiſſet. Suffragia autem ferebat non ſimul totus populus, ſed per curias conuo-
catus: quod verò plures curiæ comprobaſſent, id ad ſenatum referebatur. Sed noſtra
ætate hæc conſuetudo eſt mutata. neque enim ſenatus cognoſcit de plebiſcitis, ſed
ſenatuſconſultorum ipſa plebs eſt arbitra. Vtra verò conſuetudo ſit melior, rem in
medio omnibus proponimus, vt, qui voluerint, eam conſiderent. Quum igitur
munia in hunc modum diſtribuiſſet, non ſolùm res ciuiles prudenter & ordine ad-
miniſtrabantur, ſed etiam res bellicæ celeriter & magna cum obedientia gerebãtur.
E Quoties enim ipſi copias educere viſum fuiſſet, neque tribuni tributim tunc erant
creandi, neque centuriones centuriatim, neque magiſtri equitum: neque *tunc* exer-
citus erat luſtrandus, aut recenſendus, neque cuiquam ad ordinem aliquem propriũ
eundum: ſed rex tribunis imperabat: illi verò centurionibus: & ab his edocti decurio-
nes ſinguli milites ſibi ſubditos educebant. Itaque, ad vnum edictum, ſiue totus exer-
citus, ſiue aliqua eius pars euocaretur, cum armis ad locum ſibi deſignatum parata
aderat. Romulus igitur his inſtitutis ciuitatem inſtructam & ornatam, tam ad pa-
cem quàm ad res bellicas ſatis habilem & idoneam reddidit: eámque hac ratione &

Celeres dicti qui à Romulo electi erant iuuenes ex illuſtriſſ. familiis & corpore robuſtiſsimi: quibus ſemper ſtipatus erat. *Sic autem circa finem libri præcedentis à Celere quodam interfectum Remum fuiſſe ſcripſit.*

Romulus ſingulis ordinibus ſuos honores ſuámq; regis poteſtatem aſsignauit.

Romulus quæ regis munia eſſe voluerit.

Senatus quæ eſſe munia Rõmulus voluerit.

Plebis quæ munia Romulus eſſe voluerit.

Res etiã bellicę celeriter & magna cũ obedietia gerebantur, quũ Romulus vnicuique ordini munia ſua aſſignaſſet.

Romul[illegible] modo [illegible]

[illegible]agnam & frequentem fecit: Primùm quidem eius colonis neceſſitatem impoſuit educandi omnem virilem prolem, & è filiabus, eas quæ primogenitę eſſent. *& vetuit* ne vllum fœtum triennio minorem necarẽt, niſi, ſiquis infans murilus aut prodigio-[illegible] ſtatim in ipſo partu editus fuiſſet. Nam non vetuit iſtiuſmodi monſtroſos partus à parentibus [illegible]ni, dummodo eos prius oſtenderent quinque vicinis proximis, ſi & ipſi id comprobarent. In eos verò qui cõtra leges iſtas feciſſent mulctas ſtatuit, cùm alias, tum etiam hanc, qua dimidium bonorum, quæ illi poſſiderent, ærario addixit. Deinde, quum animaduertiſſet multas Italiæ ciuitates malè adminiſtrari à Tyrannis & paucorum dominatu, multos qui ex illis ciuitatibus profugiebant, dummodo eſſent liberi, non inquirens vlterius, vel in eorum calamitates, vel fortunam, A excipere, & ad ſe traducere conabatur: eo conſilio vt Romanorũ potentiã augeret, & vicinorũ vires imminueret. Hæc autẽ ille faciebar, commentus ſpecioſam cauſam, & tẽ ad dei gloriam ſimulatè referens. Locũ enim qui eſt medius inter capitoliũ & arcẽ (qui hodie Romano ſermone appellatur interſtitium duorũ lucorũ, & qui tunc à re ipſa id nomen habebat, ob ſyluas denſas opacum, ab vtroque latere, quod eos colles cõiũgit, cõſecrauit, & aſylũ ſupplicibus aperuit: & ibi extructo tẽplo (ſed cui deorum aut geniorũ, nihil certi habeo quod afferã) confugientibus in hoc templũ ſupplicibus, per ſpeciẽ pietatis in deo, ſpopõdit fore vt nullã ab inimicis iniuriã paterẽtur, &, ſi apud ſe manere vellent, iura ciuitatis, & partem agri, quem hoſtibus ademptum quæſiſſet, ipſis impertiretur. Illi verò vndique confluebant, fugientes domeſtica mala, nec aliò amplius migrabant, quia quotidianis colloquiis & beneficiis ab eo detinebantur. B

Romuli tertiũ inſtitutum omnium præſtantiſſimum, quo puberes in bello captis vrbibus trucidari vetuit.

Tertium etiam fuit Romuli inſtitutum, quod præcipuè Græcos exercere oportuiſſet, vt omnium inſtitutorum præſtantiſſimum (quemadmodum ego iudico), quod etiam fuit romanæ libertatis firmiſſimum fundamentum, quódque non minimum profuit ad res quæ ad parandum imperium pertinent: hoc videlicet, quo vetuit omnes puberes in vrbibus bello captis trucidari, aut in ſeruitutem ipſos ciues rapi, aut agrum earum deſertũ relinqui, &, *quo iuſſit* colonos in eas mitti, agríque partem ipſis aſſignari, vrbéſque deuictas fieri Romanorum colonias, & nonnullis etiam ius ciuitatis dari. His igitur atque aliis huiuſmodi inſtitutis *Romulus* coloniam C ex parua magnam effecit, vt ipſa res indicat. Qui enim cum eo Romã condiderunt, non erant plures quàm bis mille pedites, & pauciores quàm trecenti equites: qui verò relicti ab eo fuerunt, quum ex hominum conſpectu ſublatus eſt, erant quadraginta & ſex millia peditum, & equites non multò pauciores quàm mille. Quum autẽ ipſe horum inſtitutorum autor fuiſſet, cùm reges eius ſucceſſores in republ. gubernanda eandem rationem ſunt ſequuti, tum etiam, qui magiſtratus annuos poſt illos geſſerunt, addentes & alia quædam: ita vt populus Romanus nulla gẽte, quæ hominum multitudine abundantiſſima haberetur, numero inferior eſſet.

Græcos eſſe reprehendendos, qui contra quam Romani, raro ciuitatis ſuæ iura cuiquam impertiebantur.

Quod dicit, nonnullos ſolitos eſſe hoſpites expellere, ad Lacedæmonios potiſſimum pertinet, illi enim magis quam vlli alii [illegible]

A Lacedæmoniis ſeu Spartanis accepta clades ad Leuctra quam illis exitioſa fuerit.

Thebanis & Athenienſibus clades ad Chæroneam accepta quam perniciosa fuerit.

Fortunæ beneficio falſo adſcribi Romanæ reipubl. poſt varias clades incolumitatem.

Dum autem Græcorum mores cum his confero, non poſſum vllo modo laudare illam conſuetudinem Lacedęmoniorum, & Thebanorum, & Athenienſium, qui de ſe ob ſapientiã D magnificentiſſimè ſentiunt: qui, quod ſuam nobilitatem retinere vellent, nec vlli, niſi rarò, iura ſuæ ciuitatis impertirẽtur (illud enim omitto, nõnullos etiam ſolitos eſſe hoſpites expellere) non ſolùm nihil commodi ex hac ſua arrogantia perceperunt, ſed etiam maxima propter eam damna acceperunt. Spartani certè poſt cladem in prælio ad Leuctra acceptam, in quo mille & ſeptingentos viros amiſerunt, ob iſtam calamitatem nunquam poſtea ciuitatem ſuam in integrum reſtituere potuerunt, ſed imperium cum ignominia amiſerunt. Thebani verò & Athenienſes, ob euẽtum infelicem vnius prælij ad Chœroneam commiſſi, ſimul & Græciæ principatu & libertate patria à Macedonibus ſpoliati fuerunt. At Romanorum reſp. quamuis in Hiſpania & Italia magna bella gereret, & occupata eſſet in recuperandis Sicilia & E Sardinia, quæ defecerant: quamuis etiam Macedoniæ & Græciæ res ei aduerſarentur, & Carthago principatum denuò affectaret, & Italia non ſolùm penè tota iam defeciſſet, ſed etiam contra populum Rom. acceſſeret id bellum quod fuit vocatum Annibalis: quamuis *inquam* vno eodémque tempore in tot pericula incidiſſet, non ſolùm tamen non eſt afflicta illis caſibus, ſed etiam inde longè maiorem, quàm anteà potentiam ſibi comparauit, militum magnum numerum ad quæuis grauia diſcrimina ſemper ſufficiens: ſed non (vt quidam arbitrantur) fortunæ beneficio. Siquidem quod ad eam attinet, funditus periiſſet ob vnam illam cladem ad Cannas acceptam, quum ei ex ſex millibus equitum, trecẽti & ſeptuaginta reliqui facti fuerunt:

runt : ex peditum verò octoginta millibus in publicum exercitum conſe... paulo plures quàm ter mille incolumes euaſerunt. ¶Hæc igitur in illo v... demiror, & ea præterea quæ ſum dicturus : quòd quum animaduerterem ... tatum felicitatis eas eſſe cauſas, quas omnes quidem politi... prædicant, ſed tamen pauci † aſſequuntur : primùm deorum beneuolentiam, qua præſente o-mnes res hominum in melius cedunt : deinde temperantiam & iuſtitiam, ob quas *homines* ſe minus mutuò lædentes, magis ſunt concordes ; & felicitatem non fœdiſſimis voluptatibus, ſed honeſtate metiuntur : poſtremò verò bellicam fortitudinem, quæ efficit vt & aliæ virtutes ipſis earum poſſeſſoribus ſint fru-A ctuoſæ : exiſtimauit, vnumquodque horum bonorum non fortuitò contingere : ſed vidit, bonis legibus & honeſtorum ſtudiorum æmulatione, piam & temperantem & iuſtam, & re bellica præſtantem ciuitatem reddi. Itaque in iſtas res plurimum curæ impendit, ducto initio à deorum & geniorum cultu. Templa igitur, & fana, aráſque & ſimulacrorum delubra, eorúmque effigies, & inſignia, & poteſtates, & dona quæ in humanum genus contulerunt, & dies feſtos ; quoſcunque vnicuique vel deorum vel geniorum celebrari conuenit, & ſacrificia, quibus ſe ab hominibus coli gaudent, & ferias, & celebritates, & laborum quietem, & omnia iſtiuſmodi inſtituit, ſequutus optimos quoſque Græcorum ritus. Traditas autem de ipſis fabulas, in quibus ſunt maledicta, aut crimina in eos, B ſceleſtas, inutiles & turpes ratus, & non ſolùm diis, ſed ne hominibus quidem probis dignas, omnes reiecit : & ciues ſuos aſſuefecit ad optimè de diis & loquendum & ſentiendum, nullum beata natura indignum ſtudium ipſis attribuentes. Neque enim Cœlus exectus à ſuis liberis apud Romanos auditur, neque Saturnus proprios natos abſumens, quòd metuat ne illi vim ſibi afferant : neque Iupiter, Saturni regno euerſo, incluſum patrem ſuum in Tartari carcere detinens : neque bella, neque vulnera, neque vincula, neque deorum ſeruitutes apud homines. Et nullus dies feſtus apud ipſos atratus aut lugubris agitur, habens planctus & luctus muliebres, ob deos raptos : vt à Græcis fit in Proſerpinæ raptu, & in Bacchi caſibus, & alia huiuſmodi. Neque quiſpiam videat apud C eos, (quamuis mores iam ſint deprauati) aut homines numine afflatos, aut furores corybanticos, aut cœtus clandeſtinos, aut bacchanalia, & myſteria occulta, aut vigilias nocturnas virorum cum mulieribus in templis mixtorum, aut vllum aliud iſtiuſmodi monſtrum, ſed *videat*, † cautè omnia quæ ad deos ſpectant, & fieri & dici, præter Græcarum, & barbararum gentium morem. Et, (quod omnium maximè ego ſum miratus) licet innumeræ gentes in vrbem venerint, quibus omnino neceſſe eſt colere deos patrios ritu domeſtico, nulla tamen peregrina ſacra hæc ciuitas eſt æmulata, ita vt publicè ea ſint recepta : (id quod multis vrbibus iam accidit) ſed etiam ſiqua ſacra, oraculis iubentibus in rem-D publ. introducuntur, ſuis ritibus ciues ea colunt, reiectis omnibus fabuloſis ſuperſtitionibus : cuiuſmodi ſunt ſacra matris Idææ. Quotannis enim prætores, ex Romanorum inſtitutis illi ſacrificia & ludos faciunt. Sacra autem eius peragunt vir Phrygius & mulier Phrygia : & iſti per vrbem ea circumferunt, matri deorum ſtipem cogentes, vt mos eorum fert, de pectore pendentes imagines geſtantes, & ad modulos eorum qui tibiis ludentes ipſos ſequuntur, & matris magnæ carmina canunt, incedentes, & tympana pulſantes. Nullus enim eſt Romanus indigena qui matri magnæ ſtipem cogit, aut qui ad ſonum tibiarum per vrbem incedat indutus veſte varia, aut Phrygiis ceremoniis deam colat, idque ex lege vel ſenatuſconſulto. Adeò prudenter ab omnibus externis deorum ritibus ea ciuitas ſibi cauet, & ab omni vana ſuperſtitione, in qua nihil E decori ineſt, abhorret. Nequis tamen exiſtimet me ignorare, aliquas fabulas græcas hominibus eſſe vtiles : alias quidem, quòd naturæ opera per allegorias demonſtrent : alias verò, quòd ad humanarum calamitatum conſolationem compoſitæ fuerint : alias verò, quòd eximant animi perturbationes, & terrores, & non ſanas opiniones euellant : alias verò, quod ad aliquam aliam vtilitatem ſint confictæ. Sed licet hæc ego æquè bene atque alius quiuis ſciam, tamen in iſtis cautè me gero, & Romanorum theologiam

Gel. interpr. pauci ſectantur verbum tamen κατορθοῦσιν neque enim illud ſonat, ſed intelligit pauces eſſe qui politicorum præcepta ſequuntur, ... reipubl. ... ſeruant.

Romulus magnam deorum curam geſſit, quæ felicitatē ciuitatibus afferunt, ſumpto ab iis initio quæ ad deorum cultū pertinent.

Rom. traditas de diis fabulas in eos maledicas reiecit.

Romanos omnia adeo diligenter cultum pertinentia cautius & agere & dicere ſolitos fuiſſe, quàm Græcos vel barbaros. ... qui ... interpretationem religionis ... quàm cautè ... ſequenti ... quam illud ſignificare ... quit.

Græcarũ quarundam fabularum quæ ſit vtilitas.

..us probo : cogitans, commoda quæ ex græcis fabulis proueniunt, par-
.. eſſe, nec multis prodeſſe poſſe, ſed iis tantùm qui in cauſas cur illæ compoſitæ
... ..rùnt. Pauci autem ſunt qui huius philoſophiæ ſint participes : ſed vul-
garis turba, quæ .. ..na eſt, quæque huius philoſophiæ eſt imperita, ſolet in deterio-
rem partèm accipere quæ de illis dicuntur : eíque horum alterum accidere *ſolet*,
vel vt deos contemnat, vt magna infelicitate implicitos, vel à nullis fœdiſſimis
& maximè ſceleſtis facinoribus abſtineat, quòd vel ipſos deos his obnoxios eſſe
videat. Sed hæc quidem illis qui hanc ſolam partem contemplationis à philo-
ſophia ſeparant, conſideranda relinquantur. Quod verò ad rempub. à Romulo
conſtitutam attinet, hæc quoque memoratu digna exiſtimaui : primùm, quòd A
multos diuino cultui addixit. In alia certè recens condita vrbe tot ſacerdotes, &
deorum miniſtros ſtatim creatos nullus demonſtrare poſſet. Nam præter eos qui
ſacerdotia gentilitia habebant, alij ſexaginta, qui publica ſacra pro ciuitate &
tributim & curiatim facerent, illo regnante conſtituti fuerunt. Ea autem dico
quæ Terentius Varro in ſuis antiquitatibus ſcripſit, vir omnium, qui ea ætate
floruerint, peritiſſimus. Deinde quòd, quum alij malè quodammodo & incon-
ſideratè plerunque eligant ſacerdotes, & alij cenſeant huius honoris pretium vo-
ci præconis ſubiiciendum, alij verò ſacerdotia ſorte diuidant, ipſe ſacerdotia
neque venalia eſſe, neque ſorte diuidi voluit: ſed legem tulit, qua iuſſit ex ſingulis
curiis creari duos, qui annum ætatis quinquageſimum iam præteriiſſent, qui & ge- B
nere aliis præſtarent, & virtute eſſent inſignes, & cenſum ſufficientem haberent,
& corpore eſſent integro. His autem non ad certum aliquod tempus, ſed ... ..
viuerent hos honores conceſſit, eóſque militiæ, ob ætatem, & negotiorum vr-
banorum ob legem, immunes fecit. Quoniam autem nonnulla etiam ſacra
per mulieres fieri oportebat, & alia per pueros patrimos matrimóſque, vt hæc
quoque optimè peragerentur, iuſſit vxores ſacerdotum cum ſuis maritis ſacer-
dotio fungi, & ſiqua ſacra nefas eſſet patrio more à viris fieri, hæc ab illis per-
agi, eorúmque liberos miniſteria publica, & debita obire *iuſſit*. Illis verò qui
ſine liberis eſſent permiſit, vt ex aliis familiis, ex ſingulis curiis elegantiſſimos,
puerum & puellam eligerent: hunc quidem, ad pubertatem vſque in ſacris mi- C
niſtrum futurum : illam verò, quandiu in virginitate manſiſſet. Et † hæc quoque
(vt credo) ex Græcorum inſtitutis *in ſuam remp.* introduxit. Quæcumque enim
illæ quæ κανηφόροι, *id eſt, caniſtriferæ* appellantur, in græcis ſacris faciunt, hæc ipſa
apud Romanos peragunt illæ quæ *virgines Veſtales* vocantur. Hoc autem faciunt
caput habentes ornatum corollis, cuiuſmodi ſunt illæ quibus Epheſiæ Dianæ ſi-
mulacra apud Græcos ornantur. Quæcunque verò apud Hetruſcos, & multo
antè apud Pelaſgos faciebant in Curetum, & magnorum deorum ſacris, illi qui
ab ipſis Cadoli appellantur, hæc eodem modo miniſtrabant ſacerdotibus ij qui
nunc à Romanis vocantur Camilli. Præterea iuſſit ex vnaquaque tribu vatem
vnum ſacris intereſſe, quem nos ἱεροσκόπον vocamus: ipſi verò Romani, exigua D
quædam priſcæ appellationis veſtigia retinentes, aruſpicem appellant. Omnes
autem ſacerdotes, & deorum miniſtros lege lata iuſſit à curiis eligi, & confir-
mari ab illis qui deorum voluntatem per vaticinia interpretantur. Híſque con-
ſtitutis quæ ad diuinum cultum pertinent, rurſus, vt dixi, valdè appoſitè diui-
ſit ſacra curiis : aſſignans ſingulis deos & genios, quos perpetuò colere debe-
rent : & certam pecuniam ad ſumptus in ſacra faciendos conſtituit, quæ ipſis
ex ærario daretur. Et curiæ cum ſacerdotibus ſacrificia ſibi attributa faciebant, &
vnà epulabantur diebus feſtis in curiali domo, cœnaculum enim ſingulis curiis
erat extructum, & præter id conſecrata erat quædam (vt apud Græcos prytanea)
domus communis omnibus curiis : ipſáque cœnacula curiæ vocabantur, & ad E
hanc vſque ætatem ita appellantur. Hoc autem inſtitutum videtur mihi ſum-
pſiſſe ex Lacedæmoniorum diſciplina, quæ eo tempore ibi vigebat in ſodalitiis:
quam ipſe Lycurgus à Cretenſibus edoctus introduxiſſe, & qua plurimùm reip.
ſuæ profuiſſe videtur. Nam hoc modo pacis tempore ciues ad frugalitatem &
temperantiam quotidiani victus aſſuefecit : at in bello vnicuique pudorem &
cautionem iniecit ne ſuum ſocium deſereret, cum quo libaſſet & ſacrificium fe-
ciſſet,

Romulus multos cultui diuino addixit: adeò vt tot ſacerdotes in nulla alia recens condita vrbe inſtituti fuerint.

Quem delectũ ſacerdotũ Romulus habuerit.

De ſacris quæ per mulieres, & de iis quæ per pueros patrimos matrimóſque peraguntur.

Dixit, hæc quoque, quoniam & in præced. quædam commemorauit quæ ex Græcis tranſtuliſſe illum dixit.

Curiæ cum ſacerdotibus ſacra faciebant, & vnà epulabantur diebus feſtis.

Inſtitutum quoddam à Romulo ex Lacedæmoniorum diſciplina ſumptũ, de ſodalitiorũ vſu.

ciſſet, & communium ſacrorum particeps fuiſſet. Ille autem vir non ſolum
laudandus eſt ob ſapientiam, qua in his rebus eſt vſus; ſed etiam ob ſacrificiorum
frugalitatem, quibus deos coli iuſſit: quorum maxima pars vſque ad hanc no-
ſtram ætatem permanet, licet non omnia priſco more fiant. Equidem vidi in ſacris
ædibus cœnas diis appoſitas in antiquis menſis ligneis, in caniſtris & in catinis
fictilibus hordacea liba, & placentas, & far, & fructuum quorundam primitias,
& alias eiuſmodi res tenues & paratu faciles, & ab omni inepta magnificentia
remotas. Vidi etiam libationes fieri non in argenteis, aut aureis vaſis, ſed in teſta-
ceis calicibus, & vrceis: & valde eos homines ſum admiratus, quòd patrios ri-
A tus conſtanter ſeruent, nihil priſcorum ſacrorum in inſolentem luxum commu-
tantes. Sunt etiam quædam quæ Numa Pompilius Romuli ſucceſſor inſtituit
memoratu digna, vir prudentiſſimus, & rerum diuinarum interpres præſtantiſ-
ſimus, de quibus poſtea agam: & Tullus Hoſtilius, qui tertius à Romulo regna-
uit, & omnes reges illius ſucceſſores: ſed Romulus ſemina & principia illis præ-
buit. & cultus diuini præſtantiſſimos ritus conſtituit. ¶ILLE etiam videtur
reliquæ diſciplinæ, qua vſi Romani reip. ſuæ felicitatem ad multas ætates con-
ſtanter retinuerunt, author fuiſſe, latis legibus honeſtis & vtilibus, quarum ma
xima pars nullis ſcriptis eſt mandata: nonnullæ etiam ſunt ſcriptæ, quas omnes
B à me recenſeri non eſt opus: ſed quas maximè ſum admiratus, & ex quibus
exiſtimaui facilè cognoſci poſſe quanta fuerit illius viri in omnibus legibus con-
dendis prudentia, & quàm ſeuerus & vitiis inſenſus fuerit, & quomodo pro-
ximè ad illud vitæ heroicæ genus acceſſerit, paucis commemorabo: vbi prius
illud dixero, me exiſtimare omnes eos qui & barbaras & Græcas reſpub. conſti-
tuerunt, commune quidem bonum rectè vidiſſe, omnem ciuitatem, quæ ex mul-
tis familiis conſtat, veriſimile eſſe tunc florere quum priuatorum res florent: &
contra magnis tempeſtatibus agitari, quum res vniuſcuiuſque priuati ſe malè ha-
bent: & oportere eum qui mente ſit præditus, peritúſque reipub. adminiſtran-
dæ, ſiue is ſit legiſlator, ſiue rex, eas leges ferre quæ iuſtam & temperantem
priuatorum vitam efficiant. Sed quibus ſtudiis quibúſve legibus id fieret, non
etiam æquè omnes intellexiſſe mihi videntur. Sed alij quidem multum, imò
C penitus, (vt ita dicam) in maximè neceſſariis & præcipuis legiſlationis partibus
erraſſe. Et, ne longius abeam, quum agitur de nuptiis & conſuetudine virorum
cum fœminis (vnde oportet legiſlatorem initium ducere, quemadmodum ipſa
natura inde vitam noſtram conciliare cœpit,) alij quidem exemplum à brutis
ſumentes, ſolutos & communes concubitus maris cum fœmina fecerunt, quòd
hoc modo humanam vitam ab amatoriis furoribus à ſe liberatum iri putarent,
quódque zelotypiam mutuarum cædium cauſſam eſſe iudicarent: denique, quòd
homines à multis aliis malis, quæ & priuatas domos, & integras ciuitates, pro-
pter mulieres ſolent inuadere, à ſe liberari poſſe exiſtimarent. Alij verò expu-
lerunt è ciuitate proteruos iſtos & belluinos concubitus, viros ſingulos cum ſin-
D gulis mulieribus coniungentes, ſed vt matrimonium & mulierum pudicitia con-
ſeruaretur, nullis legibus nulliſque verbis aut aſperioribus aut mitioribus caue-
re ſunt auſi: ſed ab ea re, quaſi nulla ratione fieri poſſet, abſtinuerunt. Alij ve-
rò, neque rebus venereis omnem licentiam dederunt, vt quidam barbari: neque
tamen paſſi ſunt, vt Lacedæmonij, vxores eſſe incuſtoditas: ſed leges multas
tulerunt quæ earum caſtitatem conſeruarent. Sunt etiam qui magiſtratum quen-
dam conſtituerint, cui mulierum caſtitas curæ eſſet, ipſorum tamen prouidentia
huic caſtitati ſeruandæ non ſatis proſpexit, ſed remiſſior fuit quàm oportuit: ne-
que potuit, eos qui eſſent malæ naturæ homines, cogere vt temperanter viuerent.
At Romulus, quum neque viro actionem conceſſiſſet contra vxorem, quæ ſtuprum
E fuiſſet paſſa, aut quæ iniuſtè domum reliquiſſet: neque vxori quæ maritum rei malè
adminiſtratæ aut iniuſti repudij accuſaſſet: neque de dote reſtituenda, aut afferen-
da, vllas prorſus leges tuliſſet, neque vllam aliam iſtiuſmodi rem determinaſſet, ſed
vnam tantùm ad omnia accommodatam legem (vt ipſa res docuit) conſtituiſſet, ef-
fecit vt mulieres valde modeſtæ & pudicæ eſſent. Lex autem hæc erat, Mulierem nu-
ptam quæ ex ſacratis legibus in manum mariti conueniſſet, cum eo omnium & bo-

tatem ... ſicus ... vn- ...

De legibus à Romulo latis, quæ & ipſe felicitatis Rom. reipublicæ cauſa fuerunt.

Priuatorũ rebus florentibus, florere & ciuitates.

In iis quæ pertinent ad nuptias & cõſuetudinẽ virorũ cum fœminis, multos legiſlatores erraſſe.

Romuli lex de conditione mulieris quæ ex ſacratis legibus in manũ mariti conueniſſet.

norum & ſacrorum participem eſſe. Vocabant autem antiqui ſacras nuptias, Roma-
na quadam appellatione rem exprimentes, confarreationem, à farris communica-
[illegible] quod [illegible] ζέας vocamus. Et quemadmodum nos Græci hordeum exiſtimantes
omnium frugum antiquiſsimum, in ſacrificiis ab hordeo initium ducimus, vocantes
id οὐλαί: ita, Romani exiſtimantes far eſſe omnium frugum pretioſiſſimum, & anti-
quiſſimum, ab hoc in omni ſacrificio, in quo victima crematur igne, initium faciunt.
Ea enim conſuetudo adhuc manet, nec ad priſcam illam frugalitatem quidquam ad-
ditum eſt. Quòd igitur mulieres cum viris ſacratiſſimi & primi cibi fieret participes,
& valde bona fortuna conuenirent, ea res appellata fuit, farris communicatio, quæ
virum & vxorem neceſſario coniugij inſeparabilis vinculo coniungebat. & nihil e-
rat quod has nuptias poſſet diſſoluere. Hæc lex coëgit mulieres nuptas, vtpo- A
te quæ nullum aliud refugium haberent, ad vnius ſui mariti mores vitam ſuam con-
formare, & ipſos maritos, vt rem neceſſariam & à qua nullo modò diuelli poſſent, v-
xorem retinere. Vxor enim, ſi pudica fuiſſet, & marito in omnibus rebus morem geſ-
ſiſſet, erat familiæ domina æquè atque ipſe vir, & in eius defuncti bona, vt filia in pa-
tris, hæres ſuccedebat. Et ſi ſine liberis & inteſtatus obiiſſet, erat omnium bonorum
relictorum domina: ſin autem liberos habuiſſet, ex æquo cum liberis bonorum par-
ticeps erat. †Si qua autem in re deliquiſſet, ipſum qui iniurias paſſus erat, iudicem ha-
bebat, qui pœnæ magnitudinis erat arbiter. De his verò cognoſcebãt ipſi cognati
cum viro, vbi violata fuiſſet pudicitia, & (quod omnium peccatorum leuiſſimum B
Græcis videretur) ſiquam mulierem vinum bibiſſe conſtitiſſet: Romulus enim hoc
vtrumque, vt muliebrium delictorum grauiſſimum, puniri iuſſit: quia †ſtuprum, de-
mentiæ, ebrietatem verò, ſtupri originem eſſe iudicauit. Et diu durauit hoc vtrumq;
apud Romanos, ita vt inexorabilis eſſet ira. Quod autem lex illa de mulieribus la-
ta præclara fuerit, ipſa temporis diuturnitas fidem facit. Hoc enim confeſſum
eſt, intra quingentos & viginti annos Romæ nullum matrimonium diſſolutum
fuiſſe. Sed centeſima trigeſima ſeptima olympiade, M. Pomponio, & C. Papyrio
Coss. primus vxorem repudiaſſe fertur Sp. Caruilius, vir nõ obſcurus, coactus à Cen-
ſoribus iurare ſe liberorum ſuſcipiendorum gratiâ vxorem dimittere: eius enim v-
xor erat ſterilis. Qui tamen ob hoc factum, quamuis eſſet neceſſarium, in perpe- C
tuum exoſus fuit populo. Atque hæ ſunt præclaræ leges quas Romulus de mulie-
ribus tulit, quibus eas erga ſuos maritos modeſtiores reddidit. Leges verò, quas
tulit de liberorum reuerentia & pietate erga parentes, vt eos colerent, omnia eo-
rum imperata facientes, longè maiorem quàm hæc ipſa, grauitatem & ſplendo-
rem habent, & noſtras leges longè ſuperant. Qui enim græcas rerumpubl. for-
mas conſtituerunt, quoddam tempus admodum breue ſtatuerunt patriæ pote-
ſtatis in liberos: alij quidem, donec tertium pubertatis annum expleuiſſent: alij
verò quandiu cœlibes manſiſſent: alij verò donec eorum nomen inter viros, *&*
eos qui ad magiſtratus gerendos ſunt idonei, publice relatum eſſet, vt ex Solonis &
Pittaci & Charondæ legibus acceperant, quorum ingens ſapientia omnibus eſt
teſtata. Et in contumaces liberos pœnas ſtatuerunt non graues, permittentes D
patribus vt illos domo expellerent & exhæredarent, præterea nihil. Sed pœnæ
leues non poſſunt refrænare iuuentutis inſaniam, & ingenij ferocitatem: ne-
que poſſunt rerum honeſtarum contemptores ad temperantiam reducere. Qua-
re apud Græcos multa in parentes turpia liberi committunt. At Romanorum le-
giſlator, omnem (vt ita dicam) poteſtatem in filium patri conceſſit, idque to-
to vitæ tempore, ſiue eum in carcerem conijcere, ſiue flagris cædere, ſiue vin-
ctum ad ruſticum opus detinere, ſiue occidere vellet: licet filius iam rempub. ad-
miniſtraret, & inter ſummos magiſtratus cenſeretur, & propter ſuum ſtudium
in rempubl. laudaretur. Certè ex hac lege, viri illuſtres, conciones pro roſtris E
habentes, ſenatui quidem aduerſarias, plebi verò gratas, & propterea valde ce-
lebres, è ſuggeſto detracti à patribus abducti fuerunt, pœnas eorum arbitratu
daturi: quos, quum per medium forum abducerentur, nullus eorum qui aderant po-
terat eripere, non conſul, non tribunus plebis, non ipſa turba, cui illi aſſentabantur,
licet aliam omnem poteſtatem ſua minorem exiſtimaret. Non dicam enim quot vi-
ros fortes ipſi patres interfecerint, qui virtute & animi quodam ardore impulſi ſunt
ad aliquod generoſum facinus edendum, præter patrum mandatum: quemadmodũ
de Manlio

Gel. τὸ ἀδίκημα de marito intelligit, ita locum hunc interpretans, Si autẽ aliquid peccaſſet, pœnam luebat ex mariti leſi arbitrio.

Romulus cur in fœminis duo omnium maxima delicta eſſe iudicarit, pudicitiam violaſſe, & vinum bibiſſe. *Pro eo autem quod hic dicitur,* ſtuprum, dementiæ origine eſſe, *Gel. habet,* ſtuprum deſperata audaciæ principiu eſſe. *Quã ſignificationem Græcum vocabulum* [illegible] *poſſe hoc etiam in loco admittere videtur. Idem verò ſequentia ita vertit,* Longoque tempore crimen vtrumque apud Romanos irã merebatur implacabilem. *ſic interpretans* [illegible]. *Sed intelligenda ſimul eſt pœna quæ talẽ iram conſequitur, id eſt, quam talis ira ſolet exigere.*

Romuli leges de liberorum reuerentia & pietate erga patres, à Græcis eadem de re latas longè ſuperare.

Quam latè patere voluerit Romulus paternam in liberos poteſtatem, aliter quàm Græci legiſlatores.

de Manlio Torquato,& multis aliis accepimus,de quibus ſuo loco dicemus. Neque Romano legiſlatori hoc ſatis fuit, quòd hanc poteſtatem patri dediſſet. ſed eti[illegible] ei filium vendere permiſit: nihil eo deterritus quòd homines [illegible] poteſtatem *patri* conceſſam crudelem eſſent iudicaturi, & grauiorem quàm naturalis affectus *& amor* pariatur. Et(quod maximè quis admiretur in diſſoluta Græcorum diſciplina educatus, vt acerbum & tyrannicum)hoc quoque patri conceſſit, vſque ad tertiam venditionem ex filio quæſtum facere, data patri in filium maiore poteſtate, quum domino in mancipium. Nam ſeruus ſemel venditus, deinde libertatem adeptus in poſterum eſt ſui iuris: at filius à patre venditus, ſi liber fuiſſet factus, redi-
A bat in poteſtatem patris: & iterum venditus, & libertate donatus, ſeruus patris vt antè fiebat. Sed poſt tertiam demum venditionem ex patris poteſtate exibat. Hanc legem priſci illi reges,ſiue ſcriptam,ſiue non ſcriptam(neque enim certi quidquam poſſum afferre) omnium præſtantiſſimam ducentes obſeruarunt. Sed ſublato regno quum primum populo R. viſum eſt omnes patrios mores & leges vnà cum aſcititiis in foro palàm omnibus ciuibus proponere,ne ius publicum cum ipſo magiſtratuum dominatu † intercideret, decemuiri, quibus à populo poteſtas data fuerat colligendarum & conſcribendarum legum,eam inter cæteras retulerunt: & extat in quarta illarum XII tabularum, quæ in foro poſitæ ita vocantur. Quòd autem non decemuiri, qui trecentis poſt annis legum conſcribendarum cauſa creati fue-
B rant,primi in remp. Romanam hanc legem introduxerint, ſed multo antè latam & receptam tollere auſi non fuerint, cùm ex multis aliis colligimus, tum verò præcipuè ex Numæ Pompilij legibus, qui poſt Romulum regnauit: in quibus etiam ita ſcriptum eſt, SI PATER PERMISERIT FILIO VXOREM DVCERE, QVÆ EX LEGIBVS PARTICEPS SIT, ET SACRORVM, ET BONORVM, PATRI POSTHAC NVLLVM IVS ESTO VENDENDI FILIVM. Quod non ſcripſiſſet, niſi per reliquas omnes ſuperiores leges patri filium vendere licuiſſet. Sed de his ſatis. ¶ Volo autem ſummatim & aliud Romuli egregium inſtitutum percurrere, quo priuatorum vitam ornauit. Quum enim animaduerteret, cœtus ciuiles, vt tempe-
C ranter viuerent, & iuſtitiam lucro anteponerent, & labores cum tolerantia exercerent, & virtutem omnibus rebus pretioſiorem exiſtimarent, verborum doctrina non facilè adduci,(quòd maior horum pars ſit intractabilis)ſed conſuetudine operum,quæ homines ad vnamquamque virtutem ducunt: & quum ſciret, eos qui coacti potius quàm ſponte ad ea accederent, ſi nullum eſſet impedimentum, redire ad ſuum ingenium, artes ſedentarias ac illiberales, & quæ ad fœdas cupiditates impellerent, vt corpus & animum hominum *eas* exercentium perdentes & labefactantes, ſeruis & exteris exercendas dedit: & diu apud Romanos hæc opera habita ſunt ignominioſa, nec vllus indigena ea exercuit: duo verò ſola ſtudia ingenuis hominibus reliquit, agriculturam, & bellicam artem: quia videbat horum
D vitæ generum beneficio homines ventri imperare, & illicita venere minùs capi, & quæſtus ſequi non eos,qui ex iniuriis mutuis fiunt, ſed eos qui ex hoſtibus emolumenta afferunt. Ratus autem hoc vtrunque vitæ genus, ſi alterum ab altero ſepararetur, † imperfectum & litigioſum eſſe, non attribuit aliis quidem agrum colendum, aliis verò, hoſtium res agendas & ferendas, vt mos Lacedæmoniorum ferebat: ſed eoſdem & bellicam & ruſticam vitam exercere iuſſit. Pacis quidem tempore ad ruſtica opera omnes aſſuefaciens, niſi ſiquando mercatu opus ipſis fuiſſet, (tunc enim *patiebatur* eos in vrbem conuenientes mercatum exercere, & negociari, nono quoque die ad nundinas deſtinato) belli verò tempore eos militare docens, & neutros alteris cedere aut in laboribus aut ipſis lu-
E cris. Ex æquo enim diuidebat illis agrum quem hoſtibus ademiſſent, & mancipia, & pecunias: & ad expeditiones lubenti animo ſuſcipiendas paratos reddebat. De iniuriis autem inter eos vltro citróque illatis & acceptis nulla interpoſita dilatione ſtatim cognoſcebat, partim ipſe per ſe de iis iudicans, partim aliorū iudicio eas permittens: & in eas pro delicti magnitudine pœnas ſtatuebat. Et quum videret ipſum metū homines ab omni facinore deterrere maximè poſſe, multa ad eam rem parauit,& tribunal, vbi ſedens iudicabat, in fori loco maximè conſpicuo, & milites numero trecentos,qui ipſum ſequebantur,ſpeciē maximè formidabilem, & virgas, & ſecures à duodecim lictoribus prælatas,qui verbera promeritos in foro cædebant,

[illegible] poteſtas [illegible] vendendi etiā patri eſt data.

Rectius interciderct quam cū Gel. mutaretur. Nam in verbo Intercideret ſeruatur metaphora Græci verbi [illegible]*. Idē vero magiſtratuum poteſtate, aut magiſtratuum dominatu. haud malè interpr.*

Romulus artes ſedentarias ſeruis & exteris exercendas cur dederit non indigenis.

Romulus cur tantum agriculturam & rem militarē ſuis reliquerit,& duo hæc vitæ genera aliis omnibus antepoſuerit.

Gel. interpr. imperfectum eſſe & querulum. *vocem Gr.* [illegible]*, non malè reddens* querulum.

Romulus quū videret, metu potiſſimum deterreri ab omni facinore homines poſſe, quibus modis operā dederit vt eum incuteret.

& ceruices illorum qui grauiſſima ſceleta patraſſent, in omnium conſpectu pertiebant Hæc igitur fuit reip. à Romulo conſtitutę forma. ex his enim facilè de reliquis etiam coniecturam ducere poſſumus. ¶RELIQVÆ verò res ab illo viro tam militiæ quàm domi geſtæ, quarum etiam quiuis in hiſtoria ſcribenda rationem haberet, ferè huiuſmodi fuiſſe traduntur. Quum vndique multæ gentes & magnæ & bellicoſæ eſſent vrbi finitimæ, quarum nulla Romanis amica erat, has per connubia ſibi conciliare volens (qui mos contrahendæ amicitiæ à priſcis firmiſſimus habebatur,) & cogitans, eas ciuitates nunquam vltrò ſecum amicitiam inituras, vtpote cum nouis colonis, qui neque opibus valerent, neque vllum præclarum facinus edidiſſent, ſed vi allata ceſſuras (præſertim ſi in ipſa vi inferenda omnis contumelia abeſſet) decreuit (quod etiam Numitor auus eius probauit) capris non paucis virginibus connubia facere. Quare quum hæc ſtatuiſſet, primùm deo conſiliorum occultorum præſidi, ſi ex animi ſententia ille conatus ſibi ſucceſſiſſet, vouit, ſe quotannis ſacrificium facturum, & dies feſtos celebraturum: deinde re ad ſenatum relata, quũ ipſi quoque patres id conſilium probaſſent, diem feſtum, & ludos ſolennes Neptuno ſe facturum indixit, & dimiſit circa vicinas vrbes qui vocarent quicumque vellent & conuentus & certaminum eſſe participes. etenim varia certamina tam equorum quàm virorum commiſſuri erant. Quum itaque multi peregrini conueniſſent ad eam celebritatem cum vxoribus & liberis, poſt ſacrificia & certamina Neptuno peracta, poſtremo die, quo illum conuentum erat dimiſſurus, iunioribus imperauit vt ſimulatque ipſe ſignum dediſſet, raperent virgines quotquot ad illa ſpectacula veniſſent, in quas quiſque incidiſſet, & illam noctem caſtas ſeruarent, ſequenti verò die ad ſe adducerent. Iuuentus igitur Romana cateruatim diuiſa, poſtquam ſignum de quo inter eos conuenerat clarum vidit, ad virgines rapiendas diſcurrit. Statim autem peregrinorum tumultus & clamor exortus eſt, quòd grauius aliquod malum ſibi impendere ſuſpicarentur. Sequenti die virginibus productis, Romulus conſolatus earum mœſtitiam, docuit, non iniuriæ, ſed connubij cauſa ipſas raptas fuiſſe: & demonſtrauit morem iſtum & Græcum, & antiquum eſſe, iſtámque rationem omnium, quibus inter viros & mulieres matrimonia contrahuntur, eſſe maximè inſignem. Quare rogauit eas vt viros ſibi à fortuna datos diligerent. Poſtea verò numeratis puellis, & ſexcentis octoginta & tribus inuentis, delegit totidem viros cœlibes, quibus eas in matrimonium dedit, patrio vniuſcuiuſque more, nuptias inter eos his conditionibus concilians, vt ignis, & aquæ eiuſdem participes eſſet: quemadmodum adhuc & noſtra ætate fit. Nonnulli autem hæc anno primo regni Romuli accidiſſe tradunt: at Cn. Gellius quarto, quod etiam veriſimilius eſt. Abſurdum enim eſſet dicere, vrbe recens condita ipſum principem ante ciuitatis ſtatum conſtitutum tantũ facinus aggreſſum fuiſſe. Et raptus cauſam alij quidem ad mulierum penuriam referunt, alij verò ad belli occaſionem hoc modo quæſitam. † Quorum verò ſcripta proximè ad veritatem accedunt, quibus & ego aſſentior, aiunt hoc accidiſſe vt neceſſitudo cum vicinis ciuitatibus cõtraheretur. Illum autem diem feſtum tunc à Romulo conſecratum, mea etiam ętate Romani celebrabant, Conſualia vocantes, quo die ara ſubterranea ædificata iuxta maximum Circum, terra circum circa foſſa: & ſacrificiis, & primitiis, quæ igne adolẽtur, colitur *& decoratur*: & certamen equorum & iunctorum & non iunctorum committitur. Deus autem in cuius honorem hæc faciunt, à Romanis vocatur Conſus, qui (ſi noſtra lingua vocem interpretemur) erit, vt nonnulli aiunt, *Ποσειδῶν σεισίχθων, id eſt, Neptunus terræ quaſſator*, & propterea dicũt ei aram ſubterraneam fuiſſe conſecratam: quia iſte Deus terram in ſua poteſtate habet, *eámque ambit*. Ego verò & † aliã hac de re hominum opinionem ſcio, quia audiui feſtum diem Neptuno celebrari, & certamen equeſtre in huius dei honorem fieri: illam verò aram ſubterraneam deo cuidam ignoto, conſiliorum occultorum præſidi & cuſtodi, poſtea fuiſſe conſecratam. Neptuno enim aram occultam nuſquam terrarum aut à Græcis aut à barbaris dicatam fuiſſe *ſcio*. Difficile verò eſt rei veritatem dicere. Quum autem de virginum raptu & earum connubiis fama ad vicinas ciuitates manaſſet, aliæ quidem ob id facinus indignatiũ inualit: aliæ verò & qua mẽte id factum fuiſſet, & quem finem res habuiſſet, ſecum reputantes, æquo animo *id* tulerunt. Res tamen aliquanto poſt erupit in bella: quorum cætera quidẽ leuia fuerunt, ſed vnum cum Sabinis geſtum magnum, & graue fuit. Horum tamen omnium felix fuit finis, quemadmodum oracula illi prædixerant, antequam rem aggrederetur.

Margin notes:

Romulus qua ratione finitimarum gentiũ amicitiam populo Romano conciliandam cenſuerit. (beside the lines “& bellicoſæ eſſent … ediderunt”; A)

Iuuentus Romana virgines quæ ad ſpectaculum venerant, rapit, vt ſibi à Romulo imperatũ fuerat. (B)

Gr. verba potius ſonant, Qui verò maximè veriſimilia ſcribunt. vel, maximè probabilia. q. d. ea quæ maximè ſunt perſuaſu facilia. (C)

Dionyſii etiã ætate celebratus dies feſtus à Romulo cõſecratus, & Conſualia vocatus. (D)

Vel potius, aliã hac de re hominum ſermonem ſcio. (E)

Ille virginum raptus tandẽ in bella erupit.

tur: quæ labores quidem & pericula ingentia ſubeunda, ſed tamen horum felicem exitum fore ſignificarant. Ciuitates verò quæ primæ bellum ei intulerunt, hæ fuêre Cænina, & Antemnæ, & Cruſtumerium, quæ prætendebant illæ quid[illegible] [illegible]ginum raptum, & earum vindictam: ſed reuera moleſtè ferebat Romam conditã, & magna incrementa quæ breui temporis ſpatio ceperat, & commune omnium accolarum malum, & vires colligere minimè ferendũ putabant. Tunc igitur ad Sabinorum gentem miſſis legatis, petierunt vt ductu auſpiciiſque ſuis iſtud bellum ſuſciperent: quòd & maximas vires haberent, & opibus eſſent *cæteris* longè potentiores,

[Margin: ...bellum intule-runt.]

[Margin: Sabini ad bellum Romanis inferendum ſolicitantur.]

A & ſe dignos cenſerent qui vicinis populis imperarent: præcipuè verò quòd maximã omniũ iniuriam accepiſſent: raptarum enim virginum maior pars illorũ erat. Sed quum nihil proficerent, quòd Romuli legati ipſis reſiſterent, & verbis, & re ipſa gẽtem eam delinirent, temporis moras ægrè ferentes, cunctantibus ſemper Sabinis, & belli conſilia in longum tẽpus differentibus, ipſę per ſe ſtatuerunt Romanis bellum inferre, ratæ ſuas copias ſufficere, ſi tres ciuitates in vnũ vires ſuas contuliſſent, ad vrbem vnam, eámque non magnam, expugnandam. Atque hæc quidem illæ decreuerunt, non tamen cõſpectæ fuerunt omnes in vnis caſtris congregatæ, quia Cæninenſes promptiùs quàm alij copias ex ſuis finibus eduxerant, qui etiam præcipui autores belli inferendi eſſe videbantur. Quum igitur iſti ex ſuis finibus exercitum eduxiſſent, & agrum finitimum vaſtarent, Romulus eductis copiis hoſtes incautos

B ex improuiſo aggreditur, & caſtris eorum vix dum munitis potitur, hæréntque veſtigiis eorum qui in vrbem refugiebant, antequam oppidani ſuorum cladem audirẽt, muros incuſtoditos nactus, & portas apertas, primo impetu vrbem capit, & Cæninenſium regem, qui ipſi obuiam venerat cum valida manu, pugnans propria manu obtruncat, armíſque ſpoliat. Hoc autem modo vrbe capta, iuſſis ciuibus arma tradere, & obſidibus quos voluerat acceptis, in Antemnates eſt profectus. Quum autem illorum etiam copias adhuc palantes & in prædam intentas, vt ſuperiores, inſperato aduentu adortus ſuperaſſet, & captiuos eodem modo tractaſſet, domum exercitum reduxit, ſpolia in prælio hoſtibus detracta, & prædę primitias diis ferens, quibus etiã ex manubiis multa ſacrificia fecit. Ipſe verò pompam extremus claudebat, veſte

[Margin: Romulus primo impetu Cęninam capit, & Cęninenſiũ regem interficit.]

[Margin: Romulus Antemnatum copias ſuperat.]

C purpurea indutus, & lauream in capite geſtans, & quadrigis inuectus, vt & regiã maieſtatem ſeruaret. Reliquæ verò tum pedeſtres tum equeſtres copiæ eum ſequebantur, acie inſtructa, & patriis hymnis deos celebrantes, & carminibus ex tempore cõpoſitis ſuum ducem laudantes. Ciues verò ex vrbe cum cõiugibus & liberis ab vtraque viæ parte ei obuiam venerunt, vt ei ob partam victoriam congratularentur, & omni comitate eum exciperẽt. Poſtquam verò exercitus vrbem eſt ingreſſus, offendit crateras vini plenos, & menſas variis cibis onuſtas, quæ ante illuſtriſſimorum virorum ædes poſitę erant, vt quilibet ſe ſatiaret. Pompa igitur, & ſacrificium, quod ob partam de hoſtibus victoriam, & trophæum de illis erectum diis fieri ſolet (id quod Romani *vnico vocabulo* triumphum nominant) à Romulo primùm inſtitutum, tale

[Margin: Cum qua pompa domum reuerſus fuerit Romulus, poſt partam de Cæninatibus & regiam Antemnatibus victoriam.]

D fuit. Noſtra verò ætate *triumphus* magno luxu & faſtu quodam tragico agitur, ad diuitiarum potius oſtentationem, quàm ad virtutis opinionem, omni priſtina frugalitate neglecta. Poſt triumphum autem & ſacrificium peractum Romulus quum in vertice collis Capitolini templum non magnum Ioui ædificaſſet, quem Romani Feretrium vocant (adhuc enim extat eius veſtigium vetus, quod habet latera minora quidem magnitudine quinum pedum, maiora verò, denûm) in hoc ſpolia regis Cęninenſiũ, quem propria manu confecerat, conſecrare ſtatuit. Iouem autem Feretriũ, cui Romulus arma conſecrauit, ſiue quis Τροπαιοῦχον, ſiue Σκυλοφόρον, (vt nõnullis placet) ſiue, quòd omnibus excellat, & omnem rerum naturam & motum complectatur, ὑπερφερέτην vocare velit, à veritate nõ aberrarit. Poſtquam igitur rex diis

[Margin: Τροπ. Φερ.]

E perſoluit votiua ſacrificia & primitias, vt illis pro parta victoria gratias ageret, antequam aliud quidpiam ageret, ad ſenatum retulit de vrbibus captis, quidnam de illis ſtatuendum cenſerent: primúſque ipſe ſententiam, quæ optima videbatur, protulit. Quum autem omnes qui illi conſilio intererant, principis ſui conſilia, vt tuta & pręclara comprobaſſent, & cætera omnia commoda, quæ inde ad remp. erant redundatura *collaudaſſent*, non ſolùm tunc, ſed & in perpetuum prudentiæ laudem ſibi comparauit. Quum enim iuſſiſſet eas omnes conuenire quotquot Antemnatum & Cæninenſium generis erant, quæ vnà cum aliis captæ fuerant, poſtquam illæ conuenerunt lugentes, & ad genua ipſius ſe proſternentes, & fortunam patriæ deflentes, iuſ-

ſit eas fletus compeſcere,& tacere:& ſic eas eſt alloquutus, Veſtri patres, & fratres «
[illegible] integræ ciuitates extrema quæuis mala perpeti deberent,quòd bellum neque ne- «
[illegible] ne honeſtum ſuſceperint, idque quàm noſtram amicitiam maluerint: «
tamen nos multis [illegible]e cauſis decreuimus moderatè cum illis agere, quòd timeamus «
deorum indignationem omnibus ſuperbis imminentem,& hominum inuidiam me- «
tuamus,& exiſtimemus miſericordiam non parùm conferre ad leuandas commu- «
nes mortalium miſerias, quem & noſmetipſi aliorum miſericordia olim indigueri- «
mus,& vobis,quæ ad hoc vſque tempus veſtris maritis obſequium præſtitiſtis, ita vt «
de vobis conqueri non poſſint,hunc honorem & beneficium non paruum fore cen- «
ſeamus. Hoc igitur delictum ipſis cōdonamus,neque propter id pœnas repoſcimus, A
neque libertatem,neque poſſeſſiones,neque vlla alia bona veſtris ciuibus adimimus. «
Quinetiam iis qui ibi remanere cupiunt,aut qui huc ſedes transferre malunt, per- «
mittimus vt hoc tutò faciant : & pollicemur fore vt nunquam eos huius optionis «
pœniteat. Sed tamen ne amplius in idem peccatū relabantur,néue vlla occaſio repe- «
riatur,quæ efficiat vt illæ ciuitates amicitiā nobiſcum contractā diſſoluant:remediū «
optimum fore putamus & ad gloriam & incolumitatem vtriſque vtile,ſi eas ciuita- «
tes Romanorum colonias fecerimus,& hinc eò colonorum numerum quātus ſit ſa- «
tis miſerimus. Bono igitur animo abeatis, & amore duplo maiore quàm antè viros «
veſtros amplectamini & colatis, per quos & parentes,& fratres veſtri ſeruati ſunt, «
& patriis veſtris libertas eſt conceſſa. Mulieres igitur his auditis perfuſæ lætitia, & «
multis præ voluptate lachrymis effuſis è foro diſceſſerunt. Romulus verò trecentos B
colonos in vtramque miſit, quibus illæ ciuitates tertiam agri ſui partem ſorte inter
ipſos diuidendam dederunt.Cæninenſes verò & Antemnates, quotquot Romā ha-
bitandi cauſa migrare voluerunt cum coniugibus & liberis traduxit : ea conditione
vt & agros ſuos retinerent,& pecunias ferrent quaſcunque ſibi quæſiſſent,quos ſta-
tim deſcriptos in tribus & curias rex retulit non pauciores tribus millibus,ita vt tūc
primùm vniuerſorum peditum Romanorum ſex millia cenſa fuerint.Cænina igitur
& Antemnæ ciuitates nō ignobiles à Græcis originem ducentes,(Aborigines enim
eas Siculis ereptas tenuerunt, quum ipſi eſſent pars OEnotrorum,qui,vt à me antè
eſt dictum,ex Arcadia venerant)poſt hoc bellum Romanorum coloniæ ſunt factæ. C
Romulus,his peractis,in Cruſtumerinos exercitū duxit, qui ſe longè melius præpa-
rarant quā priores illi. Eos autē acie victos,& expugnatis mœnibus in deditionē ac-
ceptos,quāuis in prælio ſe fortiter geſſiſſent, ideò tamen duriùs tractare noluit: ſed
hāc quoque ciuitatē coloniam Romanorum fecit,vt & priores. † Cruſtumeriū autē
erat Albanorum colonia, multis annis ante Romam conditam miſſa. Quum au-
tem fama per multas vrbes bellicam fortitudinem ducis illius & erga victos cle-
mentiam diuulgaret,ſe ei adiunxerunt multi & fortes viri,& non cōtemnendas vi-
res, cum totis familiis migrantes adduxerunt (à quorum duce quodam ex Hetruria
profecto,cui nomen erat Cælius,quidam collis,vbi etiam conſedit,ad hanc vſque æ-
tatem Cœlius vocatur)& integri populi ſe eius fidei commiſerunt,ab agro Medulli- D
no initio facto,populíque Romani facti ſunt coloni. Sabini verò, hæc animaduer-
tentes,indignabantur,& ſe mutuò culpabant,quod Romani imperij primordiis non
obſtitiſſent,ſed cū eo iam valde aucto ſibi res futura eſſet :quare viſum eſt illis prio-
rem inſcitiam *ac negligentiam*,miſſo valido exercitu,corrigere. Et mox habito conſi-
lio vniuerſali in vrbe maxima,& quæ plurimam in ea gente authoritatem habebat,
cui nomen erat Cures,bellum communi ſuffragio decreuerunt:creato exercitus du-
ce Tito, cui cognomen erat Tatius, qui Quiritum rex erat. Sabini igitur hoc inito
conſilio & dimiſſo concilio in ſuas quique vrbes reuerſi,res ad bellum neceſſarias pa
rare cœperunt,vt vere ineunte Romam magna manu peterent. Interea verò & ipſe
Romulus viciſſim ſe diligentiſſimè parabat,vt propulſaret viros bellicoſos, murum
Palatij,vt tutiores eſſent qui in eo,erant, excelſioribúſque munitionibus erigens, & E
adiacentes illi colles Auentinum & Capitolinum,(qui nūc ita vocatur)foſſa & val-
lo firmo circumdans,vbi greges & ruſticos noctu ſtationem habere iuſſit : & vtrum-
que ſatis firmo præſidio muniens, & ſiquis alius locus illis incolumitatem præſtare
poterat,eum foſſa vallóque cingens,& cuſtodiens. Quidam autem vir ſtrenuus, &
rebus bellicis inſignis,nomine Lucumo, qui non multo antè cum eo amicitiam cō-
traxerat ex vrbe Solonio Hetruſca auxilia ſatis firma adduxit. Et ab Albanis vene-
runt multi & milites & miniſtri,& bellicorum armorum artifices,quos auus ipſi mi-
ſerat.

[illegible] generis erant, quæ cum aliis raptæ fuerant.

Cænina & Antemnæ ciuitates à Græcis originem ducētes, coloniæ Romanorum à Romulo factæ.

Alij Cruſtuminos, & vrbem ipſam, Cruſtuminum *non* Cruſtumeriū, *appellant*.

Cruſtumeriū quoque, ſiue Cruſtumum, poſt Romuli victoriam, fit Romanorum colonia

Ad Romulum magna hominum multitudo vndique cō migrās, ac ſe illi adiungit.

Magnos Romanorum ſucceſſus & magnū eorū reipubl. incremētum ægre ferunt Sabini, & bellum illis inferre ſtatuunt.

Romulus omnia ad reſiſtendum Sabinis neceſſaria parat.

ſerat. Commeatus verò,& arma, & quæcumque alia huiuſmodi ad bellum neceſſa-
ria erant,omnia ſuppeditabantur. Vtriſque verò ad bellum paratis, quum vere in-
eunte Sabini copias educturi eſſent,legatos ad hoſtem mittere decreuerunt qui mu-
lieres repeterent, & earum raptores ad ſupplicium depoſcerent [illegible] ita neceſſitate
coacti bellum ſuſcepiſſe viderentur,quod ius ſuum obtinere non potuiſſent. Atque
caduceatores horum cauſa miſerunt. At Romulo rogante vt ſinerent mulieres cum
viris ſuis manere,præſertim quum non inuitæ cum illis vitam degerent:quod ſiquid
aliud poſtularent,id vt ab amicis acciperent,nec bello ſe laceſſerent: illi his omni-
bus poſtulatis contemptis exercitum eduxerunt, peditum viginti quinque millia,
A equites non multò pauciores quàm mille. Romanorum verò copiæ Sabinis nõ mul-
tò inferiores erant,peditum viginti millia,equites octingenti. Et caſtra ante vrbem
in duas partes diuiſæ poſuerant, atque harum altera pars collem Eſquilinum occu-
parat(vbi & ipſe Romulus erat:) altera verò Quirinalem, qui nondum ita appella-
batur,cui Lucumo dux Hetruſcorum præerat. Tatius autem rex Sabinorum, co-
gnito ipſorum apparatu, noctu motis caſtris exercitum per medium agrum duxit,
iratus ſe id ſine agreſtium damno facturum. Et ante ſolis ortum in campo,qui inter
Quirinalem & Capitolinum collem erat,caſtra poſuit. Quum autẽ animaduerteret
omnia loca firmis hoſtium præſidiis teneri, ſibi verò nullum locum munitum eſſe
reliquum,omnis conſilij inops hærebat, exiſtimans fore vt ibi tempus fruſtra tere-
B ret. Illi autem ita hæſitanti inſperata contigit felicitas, prodita ipſi omnium firmiſſi-
ma munitione,quodam huiuſmodi caſu. Sabinos enim,prætereuntes radices Capi-
tolij,vt explorarent ſiqua fortè collis pars vel clam vel vi aperta capi poſſet, virgo
quædam de ſublimi aſpiciebat, filia viri illuſtris,cui illius loci cuſtodia mãdata erat,
nomine Tarpeia: quam (vt Fabius & Cincius ſcribunt) cupido cepit armillarum,
quas in ſiniſtris brachiis illi geſtabant,& annulorum quos ferebant. Tunc enim Sa-
bini auerdis ornamentis gaudebant, & non minùs quàm ipſi Hetruſci molli victu
cultúque delectabantur. Sed(vt L. Piſo, vir cenſorius tradit,)præclari facinoris deſi-
derio *idfecit*: vt hoſtes armis corpus protegentibus denudatos ſuis ciuibus obiiceret.
Vtrum verò horum ad veritatem propius accedat,ex iis quæ poſtea acciderunt licet
C coniicere. Illa igitur,emiſſa quadam ancilla per oſtiolum occultum, nullo ſentiente
apertum,regem Sabinorum rogauit: vt remotis arbitris omnibus,ſecum in colloquiũ
veniret,quòd cum ipſo de re neceſſaria & magni momenti actura eſſet. Quum autẽ
Tatius ſpe proditionis eam orationem lubenter audiſſet, & in locum deſignatum
veniſſet, virgo progreſſa quouſque potuit,dixit patrem ſuum noctu egreſſum ex ar-
ce negotij cuiuſdam cauſa,& ſe portarum claues ſeruare:ſéque ipſis arcem proditu-
ram noctu venientibus, ſi pro proditionis pretio accepiſſet armillas & ornamenta,
quæ omnes Sabini in ſiniſtris brachiis geſtabant. Quum autem Tatius rem pro-
baſſet,fide vltro citróque data & accepta,iureiurando interpoſito,ne qua fraus in pa
ctis fieret,& loco munitiſſimo,quẽ Sabini peterent,deſignato, & *præſtituta* hora no
ctis,qua cuſtodias maximè remiſſas agi putabat,clã iis qui in arce erãt ſe recepit. At-
D que hactenus omnes Romani ſcriptores conſentiunt: at in ſequentibus diſſentiunt.
Piſo enim, vir cenſorius (cuius paulò antè mentionem feci) aſſerit nuntium ex arce
à Tarpeia noctu miſſum, qui Romulo ſignificaret quid virgo cum Sabinis pacta eſ-
ſet: nempe,vt eorum arma quæ corpus protegunt peteret, illis pactionum ambigui-
tate deceptis:& qui poſtularet vt noctu alias copias in arcem mitteret: fore enim vt
cum ipſo duce hoſtes armis nudatos opprimeret. Sed nuntium ad regem Sabinorum
transfugiſſe,& illi conſilia Tarpeiæ indicaſſe. Fabius verò & Cincius nihil tale acci-
diſſe dicunt,ſed puellam eam pacta proditionis ſeruaſſe affirmant. At in iis quæ ſe-
quuntur omnes conſentiunt. Aiunt enim Tarpeiam,vt promiſſa ſeruaret,rege Sabi
norum cum exercitus parte lectiſſima aduentante, hoſtibus portulam, de qua inter
E eos conuenerat,aperuiſſe, & excitatos cuſtodes qui ibi erant, monuiſſe vt ocius ſe
ſeruarent per aliam portam hoſtibus incognitam, quòd Sabini arcem occupaſſent.
Quum autem iſti diffugiſſent,Sabinos nactos portas apertas, occupaſſe arcem à cu-
ſtodibus deſertam: Tarpeiam verò,quòd quæcunque pollicita fuerat præſtitiſſet,pe-
tiiſſe vt ſibi darent proditionis mercedem,quam iureiurando promiſerant. Hîc rur-
ſus Piſo ait,Sabinis paratis aurum puellæ tradere,quod in ſiniſtris bracchiis geſtabãt,
Tarpeiam non ornatum illum,ſed eorum ſcuta petiiſſe. Tunc autem Tatium, ob iſtã
fraudem ira correptum fuiſſe,† rationem tamen pacti non violandi habuiſſe. Viſum

[illegible] res ſibi raptas repetunt.

Romuli ad Sabinorum legatos, mulieres repetẽtes, reſponſum.

Proditio Sabinis, per Tarpeiam facta, diuersè à diuerſis narrata.

Tarpeia proditionis ſuæ pactam mercedẽ poſcit.

† *Vel potius*, ſimúlque rationem qua pactum non violaret in mentẽ illi veniſſe. Viſum itaque illi eſſe &c.

Digitized by Google

autem illi arma quidem tradere, vt puella poſtulabat, ſed ita vt iis acceptis vti non
poſſet: quare mox totis viribus vibratum ſcutum in puellam ieciſſe, & vt idem alij fa-
cerent imperaſſe: atque ita vndique petitam Tarpeiam, multitudine & vi ictuū ce-
cidiſſe, & scu... ndique obrutam obiiſſe. Fabius verò hanc fraudem Sabinis attri-
buit: ait enim eos, quum aurum vt Tarpeia poſtularat ex pactis tradere deberent, in-
dignatos mercedis magnitudine, arma quibus ſe tegebant in eam ieciſſe: quòd hæc,
quo tempore iuraſſent, illi promiſiſſent. Sed quæ poſtea ſunt conſequuta, faciunt vt
Piſonis ſententia ad veritatem propius accedere videatur. Nā eam, † quæ ſacratiſ-
ſimum vrbis collē tenebat, ſepulcri honore in eo loco vbi ceciderat, Romani digna-
ti ſunt, eique inferias quotannis faciūt. (dico autem quæ Piſo ſcribit:) quorū neutrū, A
vt veriſimile eſt, ſi prodita hoſtibus patria obiiſſet, aut ab ipſis ciuibus proditis, aut ab
interfectoribus eius ſequuta fuiſſet: ſed etiam, ſi quæ reliquię corporis ipſius ſuperfuiſ-
ſent, tandem effoſæ & eiectę fuiſſent, vt à tali facinore cęteri in poſterum deterrerē-
tur, & auerterentur. Sed de his vnicuique liberum ſit iudicium. Tatius verò & Sa-
bini, arce munita potiti, & maximo Romanorum apparatu ſine vllo labore capto,
iam in tuto bellum trahebant. Multæ igitur pro varia occaſione, caſtris breui ſpatio
inter ſe diſtantibus, velitationes, & prælia leuia periculi faciendi gratia inter eos fa-
cta, quorum euentus neutrorum exercitui neque magna commoda, neque ma-
gna incommoda afferebant. Sed bis in acie totis viribus acerrimè pugnatum eſt, &
magna hinc inde cædes facta. Quum autem tempus protraheretur, idem vtriſ- B
que placuit, totis viribus de ſumma rerum prælio decernere. Progreſſique in mediā
caſtrorum planitiem, & duces rebus bellicis præſtantiſſimi, & milites multis certa-
minibus exercitati, mira facinora ediderunt, ſe mutuò inuadentes, & adorientium
impetum excipientes, & alternatim ſeſe conuertentes, & præliū æquo marte redin-
tegrantes. Qui verò in munitionibus erant ſpectatores æqui certaminis, & nunc
huc nunc illuc inclinantis victoriæ, ſuis rem fortiter gerentibus, *& vincentibus*, ad-
hortatione, & militari acclamatione animos ad fortitudinem plurimum accen-
debant. Illos verò qui laborabant & ab hoſte premebantur, precibus & fletibus
impediebant ne animū penitus abiicerent, néve ignauiter ſe gererent. Quare vtri- C
que cogebantur vel ſupra vires quæuis pericula ſuſtinere. Quum igitur per totum
illum diem æquo marte pugnaſſent, iam tenebris aduentantibus vtrique læti in ſua
caſtra ſe receperunt. Inſequentibus verò diebus ſepultis cadaueribus, ſauciiſque cu-
ratis, & aliis copiis paratis, quum vtriſque viſum eſſet alterum prælium committere,
in eodem quo ante loco congreſſi, ad noctem vſque pugnarunt: in ea pugna Ro-
manis ab vtroque cornu vincentibus: dextro autem præërat Romulus, læuo Lu-
cumo Hetruſcus. Sed quum de acie media nullum adhuc iudicium fieri poſſet, vir
quidam nomine Metius Curtius, magno corporis robore præditus & manu ſtre-
nuus, præcipuè verò celebris quòd nullum periculum aut metum formidaret,
impediuit ne Sabini penitus vincerentur, & reliqua copiarum parte hoſtibus vi- D
ctoribus oppoſita prælium redintegrauit. Hic præfectus fuerat mediæ aciei, &
hoſtes ſibi oppoſitos vicerat: ſed quum vellet & ipſa Sabinorum cornua, quæ
laborabant, & iam loco pellebantur, in integrum reſtituere, ſuos adhortatus,
perſequebatur hoſtes fugientes diſſipatóſque: eóſque ad portas vſque egit, ita vt
Romulus coactus fuerit, relicta victoria ſemiparta ſe conuertere, & ad hoſtium
victricem partem contendere. Sabinorum igitur ea pars quæ laborabat, iam æ-
quo marte pugnabat, poſtquam diſceſſit illa manus militum qui cum Romulo
erant. Omne autem periculum in ipſum Curtium, & in eius commilitones vi-
ctores eſt conuerſum, atque aliquantiſper Sabini Romanorum impetum ſuſtinen-
tes, egregiè pugnarunt: ſed quum multi poſtea in eos confluerent, aciem incli- E
narunt, & ſe in ſua caſtra incolumes receperunt. Curtius enim diligenter im-
pediuit, ne hoſtis ipſos perturbatos inſequeretur, & effecit vt ſenſim pedem tu-
tò referrent. Ipſe enim pugnabat, & Romuli impetum excipiebat, atque gra-
ue & præclarum certamen inter ipſos duces, qui ſibi inuicem occurrerant, com-
miſſum eſt. At Curtius, iam exanguis & telis ſaucius pedetentim recedebat, cúm-
que à tergo palus profunda excepit, quam circumire ipſi difficile erat, vndique
hoſtibus circumfuſis: tranſire verò non poterat, tum ob cœni copiam, quæ erat
in ſtagnis circum circa, tum ob aquæ profunditatem, quæ in eius medio erat.

Itaque

Margin notes:

...tionis eius met... ...es in periculo... ta.

Vel potius, quū ſacratiſſimum vrbis collem teneret.

Ex eo honore quo Romani Tarpeiam poſt mortē dignati ſunt, non videri veriſimile quod de proditione ab ea facta narratur.

De iis quæ à Sabinis occupata arce, & ab illis & à Romanis geſta ſunt.

Metii Curtii Sabinorū ducis fortitudo.

Digitized by Google

Itaque quum ad hanc acceſſiſſet, armatus ſe in aquam coniecit. At Romulus,
quia ſperabat eum breui in palude periturum: ſimul etiam quia non poterat eum
perſequi per multum cœnum & aquam profundam, in alios Sabinos impetum
conuertit. Curtius verò, diu luctatus, tandem ex palude cum in[illegible] armis [illegible],
& in caſtra abductus eſt. Iſte locus iam terra congeſta eſt repletus: adhuc tamen
ob illum caſum vocatur Curtius lacus, qui fermè in medio Romanorum foro
eſt. Romulus verò alios perſequens, quum iam ad Capitolium acceſſiſſet, &
in magnam ſpem veniſſet arcis capiendæ; præter alia vulnera, quibus erat fati-
A gatus, maximo etiam ictu ſaxi de locis ſuperioribus in eius tempora delati ſau-
ciatus, ſemimortuus à proximis ſublatus eſt, & in vrbem relatus. Rumanos au-
Romulus ſemimortuus in vrbem eſt relatus.
tem timor inuaſit, quòd non viderent amplius ducem ſuum: & eorum dextrum
cornu verſum eſt in fugam. Qui verò in læuo cùm ipſo Lucumone inſtructi e-
rant, aliquandiu *hoſti* reſtiterunt, quòd ipſorum animos confirmaret dux rebus
bellicis clariſſimus, qui in hoc prælio plurima egregia facinora edidit: ſed poſt-
quam & ipſe per latus traiectus, viribus Sabinorum iam deficientibus, cecidit,
Lucumo dux Rom. per latus traiectus occumbit.
ne ipſi quidem *in pugna* perſtiterunt: ſed poſtea omnes in fugam ſunt verſi, &
Sabini audacter eos vſque ad vrbem ſunt perſequuti: ſed quum iam ad portas
accederent, repulſi ſunt. Nam iuuentus cui rex murorum cuſtodiam commiſe-
rat, in eos eruptionem fecit: & quum ipſe quoque Romulus (iam enim ex vul-
Romulus, iã ex vulnere melius ſe habens, arcem repetit.
B nere melius ſe habebat) celeritate quanta maxima potuiſſet, in eos eruptio-
nem feciſſet, confeſtim certaminis fortuna conuerſa, & valde mutata eſt. Qui
enim fugiebant, vbi ex inſperato ducem ſuum viderunt, receptis ex recenti me-
tu animis, ordines inſtaurarunt, & ſine vlla mora manus cum hoſte conſerue-
runt: qui verò tunc intra mœnia ſe continebant, & qui exiſtimabant fieri nulla
ratione poſſe, quin vrbs ſua per vim caperetur, poſtquam mutationem tam re-
pentinam, & præter omnem opinionem viderunt, ſuæ ſaluti conſulere cœpe-
runt. Difficilis autem erat illis receptus in caſtra, quia eos è loco ſuperiore, &
per viam cauam hoſtes perſequebantur: atque in hac fuga ingens eorum cædes
facta. Quum igitur ita illo die æquo marte certaſſent, & in caſus inopinatos
C vtrique incidiſſent, ſole iam ad occaſum vergente, dirempti ſunt. Diebus verò ſe-
quentibus Sabini conſultare cœperunt, vtrum copiæ domum eſſent reducendæ,
agro hoſtili pro viribus vaſtato, an nouus exercitus domo eſſet accerſendus, &
in bello conſtanter perſeuerandum, donec præclariſſimum finem victores ei impo-
nerent. Graue enim illis videbatur, cum dedecore re infecta redire, & manere,
re nulla ſibi ſuccedente, vt ſperauerant. De compoſitione verò cum hoſtibus age-
re (qua ſola ratione exiſtimabant ſe honeſtè bello liberari poſſe) non ſibi potiùs
quàm Romanis conuenire arbitrabantur. Romani verò, non minùs quàm Sabini,
imò etiam magis hærebant, dubitantes quidnam facturi eſſent. Neque enim mu-
lieres reddere volebant, neque retinere: rati ex altero quidem hoc ſequuturum, vt
D victos ſe faterentur, & quæuis alia imperata facere cogerentur: ex altero verò, vt
multa & grauia viderent, & agri vaſtationem, & iuuentutis fortiſſimæ cædes, &c. ſi de
amicitia *& pace* cum Sabinis egiſſent, ſe nullas æquas conditiones impetraturos ar-
bitrabantur, cùm ob alias multas cauſas, tum verò præcipuè, quòd in ſuperbo hoſte
nihil moderati, ſed omnia grauia ſint erga aduerſarium, qui ſe ad comitatis officia
conuertit. Dum autem hæc vtrique ſecum cogitantes, & neutri aut initium præ-
lij facere, aut de pace agere audentes multum tempus terunt, Romanorum vxores,
quæ ex gente Sabina erant (quarum cauſa bellum illud conflatum fuerat) quum in
Romanorum vxores quæ ex gente Sabina erant, conſilium ineunt de Romanis & Sabinis inter ſe conciliandis.
vnum locum remotis viris conueniſſent, & inter ſe colloquutæ fuiſſent, decreue-
runt vtróſque ad fœdus & amicitiam inuitare. Quæ autem huius rei author fuit, &
E quæ iſtud conſilium mulieribus illis dedit, Herſilia vocabatur, quæ genere non ob-
ſcuro inter Sabinos erat. Hanc autem alij aiunt, iam nuptam, cum aliis puellis tan-
quam virginem raptam fuiſſe: ſed qui proximè ad veritatem accedunt, eam ſponte
cum filia in vrbe remanſiſſe tradunt: raptam enim fuiſſe illius quoque filiam vnicam.
Quum igitur hæ mulieres hoc conſilium iniiſſent, in ſenatum venerunt, & impetra-
ta dicendi copia, prolixa oratione ſunt vſæ, petentes vt ſibi cum eorum venia ad co-
gnatos exire liceret: dicebant enim ſe in certiſſimam ſpem veniſſe, duas illas gentes
in vnam contrahendi & amicitiæ inter vtranque conciliandæ. Hæc quum audiſſent

regis aſſeſſores, vehementer lætati ſunt, & exiſtimarunt in rebus perplexis ſolam hanc eſſe rationem qua inde ſe expedirent. Poſtea tale ſenatuſconſultum factum eſt, vt q[illegible]tquot gentis Sabinæ liberos haberent, his liceret, relictis filiis apud maritos ſuos, [illegible]tionẽ ad ſuos gentiles obire: quæ verò plurium liberorum eſſent matres, ſecu[illegible] [illegible]ducerent eorum partem quantamcunque voluiſſent, & darent operam vt inter has gentes amicitiam conciliarent. Poſtea egreſſæ ſunt veſte lugubri indutæ, & earum nonnullæ infantulos ſecum ferentes. Quum autem ad Sabinorum caſtra veniſſent lugentes, & ad omnium genua ſe proſternentes, magnam hominibus ipſas ſpectantibus miſericordiam commouerunt, neque quiſpiam lachrymas continere potuit. Et concilio ex ſenatus primoribus earum cauſa conuocatho, rege iubente eas aduentus ſui cauſam exponere, tunc Herſilia illius conſilij autor, & eius legationis princeps, oratione prolixa, & affectuum ad eliciendam miſericordiam plena, vſa eſt: ſuppliciter petens vt ſibi, quarum cauſa hoc bellum ſuſceptum eſſe dicebant, deprecantibus pro viris pacem concederent. Quibus verò conditionibus bellum eſſet dirimendum, ipſos duces in vnum coëuntes pro arbitrio decreturos, ad communem vtilitatem ſpectantes. Atque his dictis omnes vnâ cum ſuis liberis ad regis genua acciderunt, & proſtratæ iacuerunt: donec qui aderant eas è terra erexerunt, promittentes ſe facturos omnia quæ æqua eſſent, & quæ fieri poſſent. Ac mox, quum eas ex concilio excedere iuſſiſſent, conſultatione inter ſe habita, pacem faciendam eſſe decreuerunt. Ac primùm quidem induciæ inter has gentes factæ: deinde regibus coëuntibus, amicitia etiam facta, & fœdus ictum eſt. Quæ verò illi inter ſe pacti fuerunt, & quorum confirmandorum cauſa iuſiurandum interpoſuerunt, hæc ſunt: vt Romulus & Tatius eſſent Romanorum reges, pari poteſtate & pari honore fruentes: vrbs verò vocaretur à conditore, idem Romæ nomen ſeruans, & vnuſquiſque eius, Romanus vt antè, appellaretur: ſed vniuerſi à Tatij patria, communi appellatione comprehenſi, Quirites vocarentur: & qui de Sabinis vellent †, Romæ degerent, &, communicatis vtrinque ſacris, in tribus & curias diſtribuerentur. Hæc quum iuraſſent, & aras ad fœdus faciendum erexiſſent in media fermè via, quæ ſacra vocatur, permixti inter ſe ſunt, atque cæteri duces cum copiis domum redierunt. Sed Tatius rex & cum eo tres viri illuſtriſſimi Romæ remanſerunt, & honores habuerunt, quibus eorum poſteritas adhuc fruitur, Valerius Voleſus, & Tallus cognomine Tyrãnus, & poſtremus Metius Curtius, qui armatus paludem tranauerat. Quibuſcum permanſerunt & alij cognati, & clientes, non inferiores numero ipſis indigenis. ¶ Rebvs autẽ compoſitis, viſum eſt regibus, quando ipſa multitudo non parum creuiſſet, duplicare patriciorum numerum, allectis in eum ordinem præter illuſtriſſimas familias totidem de colonis nouis quot erant priores, quos & ipſos patricios vocarunt, ex quibus centum viros curiarum ſuffragiis creatos ad veterem ſenatorum numerum addiderunt, atque in his quidem fere omnes hiſtoriæ Romanæ ſcriptores conſentiunt: ſed pauci quidam de numero adſcriptorum ſenatorum variant. non enim centum, ſed quinquaginta in Senatum allectos fuiſſe aſſerunt. De honoribus autem quos reges mulieribus dederunt, quòd inter ſe amicitiam conciliaſſent, inter omnes Romanos ſcriptores non conuenit. Eorum enim alij tradunt reges cùm alia multa, eáque magna mulieribus largitos, tum etiam curias, (quæ erant triginta, vt dixi) de ipſarũ nomine nominaſſe: tot enim fuiſſe mulieres quæ legationem obierant. Sed Terentius Varro hac in parte illis non aſſentitur, aſſerens iam multò antè à Romulo hæc nomina curiis impoſita fuiſſe quum primum multitudinem diuiſit, partim quidem ab ipſis ducibus deſumpta, partim verò ab antiquis patriis. Mulieres verò quæ legationem obierant, fuiſſe non triginta, ſed quingentas & triginta, tribus demptis. Et exiſtimat veriſimile non eſſe, reges tot mulieribus honorem ereptum paucis quibuſdam ſolis conceſſiſſe. Sed hæc neque ſilentio præterire, neque prolixiore, quàm par erat, oratione perſequi viſum eſt mihi. ¶ De Cvribvs autem, ex qua vrbe Tatius eiúſque ſocij venerant (ipſa enim narratio poſtulat vt de his etiam, qui, & vnde eſſent dicam,) hæc accepimus. In agro Reatino, quo tempore Aborigines eum tenebant, virgo quædam indigena, clariſſimo genere prognata, choreas ducens in templum Enyalij ingreſſa eſt. Enyalium autem Sabini & Romani ab illis edocti, Quirinum appellant: nihil tamen

Fœderis inter Romanos & Sabinos icti conditiones.

Vel potius, Romæ degentes ius ciuitatis obtinerent.

Poſt ictum inter Romanos & Sabinos fœdus, quæ circa rempubl. Romanæ formã nouata ſint.

Qui eſſent Cures (ex qua vrbe Tatius cũ ſuis venerat) & vnde orti. Qui Enyalius Græcis, Sabinis & Romanis Quirinus.

hil tamen

hil tamen certi afferre poſſunt vtrum ſit Mars, an alius quis, qui eoſdem honores habeat. Alij enim arbitrantur de vno deo bellicorum certaminum præſide vtrunque nomen dici: alij verò, hæc nomina duobus diis bellatoribus tribui. Illa igitur puella in templo huius dei ſaltans, repentè diuino numine afflata eſt, & relicta chorea, in dei adytum ſe curſu proripuit: deinde (vt omnes credunt) à deo compreſſa & grauida facta, peperit filium nomine Modium, cognomine Fabidium: qui quum ad virilem ętatem perueniſſet, formam non humanam, ſed diuinam habebat, & omnium in rebus bellicis clariſſimus fuit: cúmque cepit deſiderium vrbis de ſuo nomine condendæ. Coacta igitur magna accolarum manu, perexiguo temporis ſpatio vrbem, cui nomen Cures, condidit, vt nonnulli produnt, à deo ex quo eum ortum eſſe rumor erat, nomine vrbi impoſito: ſed, vt alij ſcribunt, ab haſta. haſtas e-

Modius cognomine Fabidius, in bellicis rebus clariſſimus, vrbem Cures condidit.

A nim Sabini vocant † Cures. Atque hæc quidem Terentius Varro ſcribit. At Zenodotus Trœzenius hiſtoricus tradit, Vmbrorem gẽtes indigenas, primùm quidem habitaſſe in eo agro, qui Reatinus vocatur, inde verò expulſos à Pelaſgis, in hunc agrum veniſſe vbi nunc habitant, & gentis nomine vnà cum ipſis ſedibus mutato, Sabinos pro Vmbris appellatos. At Porcius Cato nomen Sabinorum genti inditum fuiſſe ait à Sabino, filio Sami, qui erat loci illius genius. Hunc autem Samum à nonnullis vocari Dium Fidium. Primas autem eorum ſedes aſſerit fuiſſe vicum quendam nomine Teſtrinam, ſitum propè vrbem Amiternum, vnde Sabinos profectos, in agrum Reatinum irruptionem feciſſe *dicit*, vbi tunc Aborigines ſimul habitabant: & Cotynas, vrbem eorum nobiliſſimam, armis captam tenuiſſe. Ex agro autem Reatino co-

Dionyſ. habet κύρεις *ſunt tamen qui ſcribant Quiris, quod ſcribi ſoleat Quirinus, ex illa haſtæ appellatione ita dictus.*

Sabini vnde nomen acceperunt.

B loniis miſſis, cùm alias multas vrbes condidiſſe, quas immunitas incolebant, tum etiam eam quę Cures vocatur. Agrum autem occupaſſe diſtantem ab Adriatico mari circiter ducenta & octoginta ſtadia, à Tyrrheno circiter ducenta & quadraginta. Eius autem longitudinem mille ſtadiis paulò minorẽ eſſe tradit. Eſt autem etiam alia opinio de Sabinis in illius regionis hiſtoriis. Aiunt enim, Lacedæmonios cum illis habitaſſe, quo tempore Lycurgus, tutor Eunomi fratris filij, leges Spartanis condidit. Nonnullos enim, illam legum ſeueritatem moleſtè ferentes, & ab aliis ſecedentes, ex vrbe omnino exceſſiſſe. Deinde, longo maris tractu enauigato, diis vouiſſe (deſiderium enim qualiſcunque terræ eos ſubijſſe) quò terrarum primùm appuliſſent, ſe ibi habitaturos. Delatos autem ad campos Italiæ, qui Pomptini vocantur, & agrum, quò primùm appulerant, Feroniam vocaſſe, ab ipſa maris nauigatione, in qua

C ipſis contigerat vt huc illuc ferrentur, & deæ Feroniæ templum erexiſſe: cui vota nuncuparant, quam iam vnius literæ immutatione Faroniam vocant. Inde autem profectos nonnullos eorum cum Sabinis habitaſſe: & propterea multa eorum inſtituta eſſe Laconica, pręcipuè verò belli ſtudia & frugalitatem, & in omnibus vitæ officiis duritiem. Atque hæc de Sabinorum origine ſufficiunt. ¶ CÆTERVM, Romulus & Tatius ſtatim vrbẽ auxerũt, additis illi aliis duob⁹ collibus, Quirinali & Cęlio: & diuiſis ſedibus, ita vt aliæ ab aliis eſſent ſeparatæ, vtriq; in propriis regionibus ſeorſum degebant. Romulus enim tenebat Palatium & mõtem Cælium, is enim

D Palatio eſt contiguus. Tatius verò Capitolium, quod etiam ab initio occuparat, & collem Quirinalem. In planitie autem quæ Capitolio ſubiacet, exciſa ſylua, quæ in ea erat, & maxima ex parte ſtagno, quod propter illius loci concauitatem abundabat aquis, quæ de vicinis montibus eò confluebant, terra congeſta repleto, forum conſtituerunt, quo ad hanc vſque diem Romani vtuntur. Et hîc habebant concilia, in Vulcani templo, quod parum ſupra forum eminet, de rebus ad rempublicam pertinentibus agentes. Et templa erexerunt, aráſque conſecrarunt, quas in pręliis vouerant diis: Romulus quidem, Ioui Statori, ad portam quę vocatur Mugonia, quę à via ſacra ad Palatium ducit: quòd deus eius precibus exauditis exercitus fugam ſtitiſſet,

Romulus & Tatius vnà imperãtes diuiſis domiciliis Romam ſtatim augent, nec non templa extruunt, & aras conſecrant diis quibus in pugna vouerant.

E &, vt ad vim propulſandam ſe conuerteret, effeciſſet. Tatius verò & Soli & Lunæ, & Saturno & Rheę, præterea Veſtę, & Vulcano, & Dianę, & Marti, & diis aliis quorum nomina græco ſermone efferre difficile eſſet: & in omnibus curiis Iunoni Quiritiæ menſas dicauit, quæ ad hanc vſque ætatem extant. Annos igitur quinque ſimul regnarũt in nulla re diſcordes, quo temporis ſpatio communibus auſpiciis contra Camerinos expeditionem ſuſceperunt. Camerini enim, quum latrocinia exercerent, & eorum agros valde vaſtarent, non conueniebãt tamen ad cauſam dicendam, licet ſæpe euocati fuiſſent, quos quum acie viciſſent (cum illis enim conflixerant) & poſtea eorum vrbe expugnata, per vim cepiſſent, armis ſpoliarunt, & tertia

Romulus & Tatius ſimul expeditionẽ aduerſus Camerinos ſuſcipiunt.

agri parte mulctarunt: quem quum illi iterum infeſtarent, tertio die eductis copiis,
& fuſis fugatiſque illis, res omnes eorum ſuis militibus diſtribuerunt: ipſis verò ho-
Cameria[illegible] & C[illegible] ſa R[illegible]
minibus permiſerunt, vt quotquot vellent, Romæ habitarent. Erant autem circiter
quatuor millia hominum, quos in curias diſtribuerunt, & eorum vrbem coloniam
Roma[illegible] [illegible]fecerunt. Albanorum autem colonia erat Cameria, multis annis ante
Romam co[illegible] Olim autem fuit Aboriginum valde nobile domicilium. ¶ SEX-
Tatio per inſidias interfecto, principatus ad vnum Romulum redit.
TO autem anno ciuitatis principatus ad vnum Romulum rediit, extincto Tatio
per inſidias, quas, communi conſenſu Lauinienſium, optimates ei tali de cauſa ſtru-
xerunt. Quidam ex Tatij amicis cum prædatorum manu, facta in agrum Lauinien-
ſem excurſione, multas res eorum rapuerant, & pecoris greges abegerant: horum A
autem qui opem tulerant, alios trucidarunt, alios ſauciarunt. Quum autem legati
ab illis qui iniuriam acceperant, miſſi fuiſſent, & ſibi ſuum ius tribui poſtularent,
Romulus æquum eſſe cenſuit vt maleficij autores iniuriam paſſis dederentur, vt ad
ſupplicium abducerentur: at Tatius, amicorum cauſam defendens, indignum iudi-
cabat aliquos ab inimicis *aliò* in iudicium vocari: præſertim verò ciues Romanos à
peregrinis. Quare, iuſſit eos qui de iniuria ſibi illata querebantur, Romam profectos,
iure cum aduerſariis diſceptare. Legati igitur quum nihil æqui impetrare potuiſ-
ſent, indignabundi diſceſſerunt. Illos autem ſequuti quidam Sabini irati, in ipſa via
conſidentes (nox enim eos oppreſſerat) dormientes inuaſerunt, & pecuniis ſpolia-
runt, & quotquot deprehenderunt adhuc iacentes in cubilibus, iugularunt. Qui B
verò inſidias eorum ſtatim præſentire & euadere potuerunt, in vrbem *ſuam* redie-
runt. Poſtea tam è Lauinio quàm ex multis aliis ciuitatibus legati miſſi ſunt, qui de
violato iure gentium conquererentur, & bellum indicerent, niſi ius ſuum obtine-
rent. Ac Romulo quidem graue videbatur, (vt reuera erat) id quod legatis accide-
rat: idque expiatione matura egere exiſtimabat, quòd lex ſanctiſſima violata fuiſſet.
Nec re diutius neglecta, quum animaduertiſſet Tatium hoc parui facere, ipſemet
comprehendit homines huic piaculo obnoxios, & vinctos legatis abducendos tra-
didit. Tatium verò ira ob iſtam contumeliam ſubiit, qua ſe à ſuo regni ſocio affe-
ctum aiebat, ob illorum hominum deditionem: ſimul etiam commotus eſt miſeri-
cordia eorum qui abducebantur: nam & quidam eius cognatus huic piaculo obno- C
xius erat. Atque ſtatim militibus ſtipatus, eos qui abducebantur, eripuit. Non mul-
Tatij cædes diuerſè narrata.
to autem pòſt (vt nonnulli aiunt) cum Romulo profectus Lauinium ſacrificij cauſa,
quod diis patriis oportebat pro ciuitatis ſalute à regibus fieri, facta in eum conſpi-
ratione, à legatorum cæſorum amicis & affinibus, ad ipſam aram, cultris culinariis,
& verubus magnis percuſſus, cecidit. Sed, vt Licinius ſcribit, quum neque cum Ro-
mulo, neque ſacrorum cauſa eò iuiſſet, ſed ſolus ſuaſurus læſis, vt iram in ſontes re-
mitterent, plebe ægrè ferente quòd illi viri ſibi dediti non fuiſſent (vt & Romulus
æquum eſſe cenſuerat, & ipſe Romanorum ſenatus decreuerat) & ab hominum
cæſorum cognatis, magna manu, facto in eum impetu, quum non poſſet amplius
effugere præſentem vindictam, lapidibus ab illis obrutus interiit. Hic igitur fuit fi- D
nis Tatij, qui tres annos bellum cum Romulo geſſerat, & cum eo quinque regna-
rat. Romam autem delatus honorifico funere ſepultus fuit, & quotannis ciuitas pu-
Romulus cæſorum legatorum piaculum expiat
blicè eius manibus fert inferias. Romulus autem, denuo ſolus principatum ade-
ptus, piaculum illud legatorum cæſorum expiauit, illis omnibus qui id ſcelus per-
petrarant, aqua & igne interdicens. Omnes enim ſtatim poſt Tatij mortem ex vrbe
fugerant. Et Lauinienſes, qui conſpirarant in Tatium, à ciuitate deditos in iudi-
cium *ad ſuum tribunal* vocauit: ſed quum æqua dicere viderentur, quòd nimirum
Romulus exercitum aduerſus Fidenas ducit.
vim vi repuliſſent, crimine liberauit. His autem peractis exercitum duxit contra
Fidenas, vrbem quadraginta ſtadia à Roma diſtantem, quæ tunc & magna, & ho-
minum frequentia abundans erat. Quum enim commeatus Romam nauigiis flu- E
uialibus veheretur, quem Cruſtumerini Romanis fame laborantibus miſerant, Fi-
denates, magna manu impetu facto in nauigia, & commeatum diripuerunt, & non-
nullos, qui opem tulerant, interfecerunt. Et quum pœnæ à noxiis repeterentur,
nullas dederunt. Quas ob cauſas indignatus Romulus, in eorum agrum cum in-
gentibus copiis irruptionem fecit, & præda ingenti potitus, ſuas copias domum re-
ducere parabat. Sed quum Fidenates copias in eum eduxiſſent, prælium cum ipſis
commiſit. Acri autem prælio commiſſo, & multis hinc inde cæſis, Fidenates victi
in fugam ſe dederunt. Ille verò veſtigia eorum ſequens, & tergo hærens, vnà cum
ipſis fu-

ipſis fugientibus in vrbem *eorum* irrupit. Primo autem impetu vrbe capta, ſumpto
ſupplicio de paucis illorum, & præſidio trecentorum virorum ibi relicto, & agri
parte *iis* adempta, quam ſuis militibus diuiſit, hanc quoque vrbem Romanorum
coloniam fecit. Erat autem Albanorum colonia eodem tempore quo Nomen-

Fid &

tum & Cruſtumerium condita: eiúſque coloniæ tres fratres duces fu[illegible]t, q.
rum maximus natu Fidenas condidit. Hoc autem bello confecto exerci-

Romulus exercitũ in Camerinos ducit.

tum duxit in Camerinos, qui ſuos colonos adorti fuerant, quo tempore Roma-
na ciuitas peſte laborabat. Quamobrem etiam maximè elati Camerini, & rati
Romanorum gentem funditus hac calamitate extinctum iri, colonos partim in-
A terfecerunt, partim ex oppido expulerunt. Quas ob cauſas Romulus eos vltu-
rus, eorum vrbe iterum expugnata, defectionis autores interfecit, & militibus
vrbem diripiendam conceſſit, & agri dimidia parte illis adempta, præter partem
quæ prioribus colonis iam diſtributa fuerat, & ſatis firmo præſidio ibi relicto, ne
quid noui amplius eius incolæ molirentur, ita demum exercitum abduxit. At-

Romulus de Camerinis à ſe victis triũphat.

que ex hac expeditione ſecundum triumphum egit, & ex manubiis quadrigas æ-
reas Vulcano dicauit, & iuxta ipſas ſuam ſtatuam collocauit, cum rerum à ſe ge-
ſtarum elogio græcis literis ſcripto. Tertium bellum geſſit cum Veientibus He-

Romuli tertium bellum, quod geſſit cũ Veiis, ſeu Veientibus.

truſcorum populo, cuius vrbs tunc erat potentiſſima, & ab vrbe circiter cen-
tum ſtadia diſtabat. Sita autem erat in excelſa & prærupta rupe, Athenarum ma-
B gnitudine. Veientibus autem belli prætextus fuit Fidenarum expugnatio. Qua-
re miſſis legatis iubebant Romanos ex vrbe præſidium educere, & agrum quem
Fidenatibus ereptum tenebant, ſuis priſtinis dominis reſtituere. Quod quum
impetrare non poſſent, profecti cum ingenti exercitu, propè Fidenas in loco oc-
culto caſtra poſuerunt. Quum autem Romulus præſenſiſſet eos egreſſos, ipſe
quoque firmiſſimum exercitum eduxit, & Fidenis paratus hoſtem expectabat.
Rebus autem omnibus ad certamen paratis, vtrique progreſſi in planitiem ma-
nus conſeruerunt, & ad multum diem fortiter pugnantes perſtiterunt, donec nox
interuentu ſuo incerta victoria eos diremit. atque tunc quidem ab illis ita pugna-
tum eſt. Non multo autem poſt altero prælio commiſſo, Romani *ſui* ducis pru-
C dentia vicerunt, qui noctu montem quendam occuparat, non longè ab hoſtium
caſtris diſtantem, & ibi fortiſſimas tam equitum quàm peditum copias, quæ re-
cèns ex vrbe venerant eúmque ſequutæ fuerant, in inſidiis collocarat. Quum
autem vtrique in planitiem conueniſſent, & eodem modo pugnarent, poſtquam
Romulus ſignum dedit illis qui in monte erant, *tunc* qui inſidias hoſti ſtruxe-
rant, clamore ſublato, à tergo in Veientes impetũ fecerunt, & ipſi recentes *ac integri*
facta impreſſione in homines iam defeſſos, breui temporis ſpatio eos in fugam ver-
terunt. Pauci verò eorum in prælio ceciderunt: ſed plerique in Tiberim (nam
iuxta Fidenas fluit) ſe proiicientes, flumen tranaturi, interierunt: etenim ſau-
ciati, & labore grauati, id tranare non potuerunt. Alij verò etiam nandi imperi-
D tia, præ metu animo perturbato, periculum non conſiderantes, in ipſis *gurgitis*
vorticibus perierunt. Si igitur Veientes agnouiſſent ſe primùm mala iniiſſe con-
ſilia, & in poſterum quieuiſſent, nequaquam maiorem cladem accepiſſent. Iam
verò prælio redintegrato, ſe belli ſuperioris offenſiones ſarcire poſſe ſperan-
tes, &, ſi maioribus copiis Romanos adorti fuiſſent, facilè ſe bello ſuperiores fo-
re exiſtimantes, quum magnum ex ſuis ciuibus exercitum conſcripſiſſent, & au-
xilia ab eiuſdem gentis populis, ex fœderum pactis, aduenîſſent, iterum contra
Romanos copias duxerunt. Itaque alterum atrox prælium prope Fidenas com-
miſſum eſt, in quo Romani ſuperiores fuerunt multis Veientibus cæſis & lon-
gè pluribus captis. Capta etiam fuerunt eorum caſtra pecuniis & armis, & ſer-
E uis referta, & naues fluuiales onuſtæ magno commeatu, interceptæ, in quibus
captiuorum turba Romam per fluuium delata eſt. Iſte autem tertius triumphus,

Romuli tertius triũphus, quem de Veientibus egit, prioribus lõgè magnificentior.

quem Romulus egit, prioribus longè fuit magnificentior. Nec multò poſt, quum
legati Veientium pacem petitum veniſſent, poſtulaſſéntque vt ſibi delictorum
venia daretur, Romulus illis hanc irrogauit mulctam, vt Romanis agrum Tibe-
ri contiguum darent, qui ſeptem pagi vocantur: & à Salinis abſtinerent, quæ ſunt
ad fluminis oſtia: néue quid noui molirentur, fidem darent, adductis quinqua-
ginta obſidibus. Quùm autem Veientes hæc omnia æquo animo tuliſſent, *Ro-
mulus* fœderis cum ipſis in centum annos icti conditiones in columnis incidit.

Captiuos verò, qui ad ſuos reuerti voluerunt, nullo pretio pro iis redimendis accepto, dimiſit. Illos verò qui in vrbe remanere maluerunt, quorum numerus longè maior fuit quàm aliorum, ciuitate donatos in curias diſtribuit, & ipſis agrum qui erat cis Tiberim, ſortitò diuiſit. Atque hæc ſunt bella quæ Romulus memoria digna geſſit. ¶ QVOD autem nullam præterea vicinam gentem ſubegerit, mors ſubita (qua ille rebus bellicis adhuc florens ſublatus eſt) in cauſa videtur fuiſſe: de qua multa eáque varia traduntur. Qui igitur fabuloſiora de eo produnt, aiunt eum concionantem in caſtris, repentè cœli ſerenitate in atram caliginem mutata, & ingenti tempeſtate cum fragore coorta, ex hominum conſpectu ſublatum, & à Marte patre ſuo eum ſublimem abreptum credunt. A
Qui verò proximè ad veritatem accedunt, à ſuis ciuibus cæſum tradunt. Cædis autem eius hanc cauſam afferunt, quòd obſides, quos à Veientibus acceperat, præter morem, ſine communi totius populi conſenſu, dimiſiſſet: quódque non amplius pari comitate tractaret veteres ciues & adſcriptitios: ſed illos quidem in maiori pretio haberet, eos verò qui aſciti fuerant, deſpiceret. Præterea eius crudelitatem in delinquentium ſuppliciis, eiúſque arrogantiam, *cædis cauſam fuiſſe dicunt.* Quoſdam enim ciues Romanos accuſatos, quòd in vicinorum agro latrocinia exercuiſſent, viros neque ignobiles, neque paucos, de ſaxo præcipites dari iuſſit, ipſe ſolus ea pœna ſine aliorum conſenſu illis irrogata: ſed præcipuè quòd iam grauis & arrogans eſſe, & imperium non regiè, ſed tyrannicè exercere videretur. B Ob has igitur cauſas aiunt patricios, conſpiratione in eum facta, cædis conſilia iniſſe: facinus autem in ſenatu patraſſe, & eius corpore diſcerpto ne cadauer appareret, egreſſos occultaſſe ſub veſtibus quod quiſque eius fruſtum habebat, poſteáque clam terra iniecta texiſſe. Alij verò aiunt, eum concionantem à nouis ciuibus robuſtis cæſum: illos autem tum cædem aggreſſos fuiſſe, quum nimirum tenebræ obortæ ſunt, diſperſa populi concione, & duce à ſuis ſatellitibus deſtituto. Propterea etiam aiunt, eum diem quo clades illa accidit, à turbæ *populique* fuga, *populi fugium* nominatum, & ad noſtra vſque tempora *ita appellatum.* Iis autem qui mortales *in deos referunt*, & animas illuſtrium virorum in cœlum tollunt, ea quæ diuinitus in illius viri & ortu & obitu acciderunt, videntur occaſionem non paruam talis opinionis præbuiſſe. C Nam & dum vis eius matri afferretur ſiue ab aliquo homine, ſiue à deo, aiunt totius ſolis defectionem factam, & interdiu terras omnes tenebris, quæ nocturnis omninò ſimiles erant, tectas fuiſſe: &, quum obiit, idem accidiſſe ferunt. Romulus igitur, Romanæ vrbis conditor, qui ab illis primus rex creatus eſt, hunc exitum vitæ habuiſſe fertur. Nec vllos liberos reliquit, regno per triginta & ſeptem annos potitus: & quinquageſimum & quintum ætatis annum agens. Iuuenis enim admodum principatum eſt adeptus, natus decem & octo annos, vt omnes qui res eius memoriæ prodiderunt, vno conſenſu tradunt. ¶ ANNO ſequenti nullus Romanorum rex creatus eſt, ſed † magiſtratus quidam, quem vocant interregem reipublicæ curam geſſit, qui in hunc modum creabatur. D

De morte Romuli multæ & variæ narrationes.

Poſſis per ſubſtitutum interregnũ etiam interpretari. Aliqui nec magiſtratũ interregnum malè reddiderunt quod eſſe videtur, quum plures eſſent interreges ſicut vũ vno eodemque tempore. At verò interrex in ſequentibus παραβασιλεὺς a Dionyſio appellatur.

Ducenti patres conſcripti, ex quibus ſenatum à rege Romulo conſtitutum diximus, in decurias diſtributi, decem viris, quibus primis ſors obtigiſſet, ſummum reipublicæ imperium ſorte committebant. Illi verò non omnes ſimul imperabant, ſed per vices vnuſquiſque quinque dies: quibus diebus & faſces, & reliqua regiæ poteſtatis inſignia habebant. Qui autem primus imperio functus erat, id ſecundo tradebat, & ille tertio: idque deinceps vſque ad vltimum fiebat. Tranſacto autem præſcripto quinquaginta dierum ſpatio, quo illi decem primi regnarant, alij decem eum magiſtratum accipiebant, & ab illis rurſus alij. B Deinde viſum eſt populo decemuirale imperium abrogare, quòd ægrè ferret *tam crebram* poteſtatum mutationem: quia nec eadem omnibus voluntas, nec idem ingenium erat. Tunc igitur Patres, populo ad concionem tributim & curiatim conuocato, ipſi de reipublicæ forma conſultare permiſerunt, vtrum regi, an magiſtratibus annuis reipublicæ adminiſtrationem vellet committere. Populus tamen eam optionem ſibi non vindicauit: ſed eius rei cognitionem ad ſenatum reiecit, lubenter admiſſurus vtrumcunque reipublicæ adminiſtrandæ genus illi approbaſſet, & in eo acquieturus. Illis verò omnibus viſum eſt regem creare: ſed ex vtro ordine rex iſte creandus eſſet inter eos non conueniebat. Eorum enim alij cenſebant ex veteri patrum nu-

trum numero eum creandum, qui reipublicæ adminiſtrationem eſſet habiturus: alij verò ex iis qui poſtremùm in ſenatum aſcripti fuerant: quos nouos appellabant. Sed poſt longam contentionem, tandem conuenit inter eos his conditionibus, vt horum duorum alterum fieret, *vt nimirum* vel veteres ſenatores nullum regem de ſuo numero crearent, ſed ex aliis quem maximè idon[eum] iudicarent: vel noui hoc ipſum facerent. Veteres ſenatores eam conditionem acceperunt, & poſt longam deliberationem inter ſe habitam, hæc decreuerunt: Quando ipſi ex conditionibus à regno arcerentur nulli ſaltem inſidiatorum committendum imperium: ſed quærendum aliquem externum, & neutrarum partium

A fautorem, vt hoc potiſſimùm modo omnis ſeditionis materia tolleretur: eúmque regem creandum. Itaque hoc inito conſilio regem deſignarunt quendam hominem Sabinum, filium Pompilij Pomponis, viri illuſtris, nomine NVMAM. (poſterior autem ſyllaba producta graui accentu eſt noranda) ætate ea quæ ſolet eſſe prudentiſſima, (nam non multum aberat à quadrageſimo anno) & formæ dignitate planè regia præditum. Ob ſapientiam autem maxima eius erat gloria non ſolùm apud Quirites, ſed etiam apud vicinos populos. Quum igitur hoc ipſis placuiſſet, populum ad concionem conuocarunt; & qui tunc Interrex eorum erat, in medium progreſſus, dixit omnes patres communi conſenſu rem publicam regi committendam cenſuiſſe, ſe verò huius cognitionis arbitrum, ad

NVMA POMPILIVS Romanorum rex II.

B quem regis creandi poteſtas delata fuiſſet, regem ciuitatis Numam Pompilium eligere. Itaque poſtea legatos de patriciorum ordine delectos miſit, vt virum illum ad regnum accipiendum adducerent, anno tertio decimæ ſextæ olympiadis, qua victor in ſtadio fuerat Pythagoras Laco. Atque hactenus quidem non poſſum vlla in re contrà illos dicere qui hiſtoriam de hoc viro in lucem ediderunt: ſed in ſequentibus quid ſit dicendum dubito. multi enim ſcripſerunt, Numam Pythagoræ diſcipulum fuiſſe: &, quo tempore à Romanis rex deſignatus fuit, Crotone fuiſſe, & ibi philoſophiæ operam dediſſe. Sed tempus ætatis Pythagoræ cum his rationibus pugnat: non enim paucis annis, ſed quatuor integris ætatibus Pythagoras ipſo Numa poſterior fuit, vt ex publicis hiſtoriis accepimus. Iſte

OLYMP. XVI.

Numam Crotone Pythagoræ diſcipulum fuiſſe, falsò à quibuſdam eſſe traditum, quũ repugnet tempus ætatis Pythagoræ.

C enim circiter mediam decimam ſextam olympiadem Romanorum regnum eſt adeptus: Pythagoras verò poſt quinquageſimam olympiadem in Italia habitauit. Sed aliud iſto validius argumentum afferre poſſum, vt demonſtrem temporum ſupputationem non conuenire cum hiſtoriis de hoc viro ſcriptis: quia quo tempore Numa ad regnum à Romanis vocatus eſt, nondum erat vrbs Croto. Quadriennio enim integro poſt regnum Romanorum à Numa acceptum, Myſcelus eam condidit, anno tertio decimæ ſeptimæ olympiadis. Fieri igitur non poteſt vt Numa cum Pythagora Samio, qui quatuor poſt ætatibus floruerit, philoſophiæ operam dederit, atque manſerit Crotone (quæ nondum erat condita,) quum Romani ipſum ad regnum vocarunt. Sed videntur, qui vitam ipſius ſcripſerunt,

Alio argumento refellit quod de Numa dicitur, illũ Pythagoræ diſcipulum fuiſſe, quod nondũ eſſet vrbs Croto.

D (ſi modò ſuam cuique ſententiam aperire licet) pro confeſſis hæc duo accepiſſe, Pythagoræ habitationem in Italia, & Numæ ſapientiam (omnes enim vno ore fatentur virum illum ſapientem fuiſſe) hæcque coniunxiſſe, & feciſſe Numam Pythagoræ diſcipulum: non inquirentes vlterius in eorum vitas, an vterque iiſdem temporibus floruerit: id quod ego iam feci. Niſi fortè quis alium Pythagoram ſapientiæ doctorem hoc Samio antiquiorem fuiſſe dicat, cum quo Numa conſuetudinem habuerit. Sed neſcio quomodo hoc ille probare poſſet, præſertim quum nullus ſcriptor memoratu dignus aut Romanus, aut Græcus (quod ego ſciam) hoc memoriæ prodiderit. Sed de his hactenus. Cæterùm, Numa, quum veniſſent hi legati qui ipſum ad regnum vocabant, principiò quidem illis reſti-

Vnde creditũ ſit Numam Pythagoræ fuiſſe diſcipulum.

E tit, & diu in eadem ſententia permanſit, repugnans ne regnum acciperet. Sed quum fratres inſtarent precibus, & tandem ipſe quoque pater tantum honorem vltrò oblatum minimè reiiciendum cenſeret, ipſis aſſenſus eſt, regémque ſe creari eſt paſſus. Quum autem Romani hæc ex legatis audiſſent, antequam virum illum præſentem viderent, maximo eius deſiderio flagrare cœperunt, exiſtimantes hoc eſſe ſatis firmum argumentum eius ſapientiæ, quòd, quum cæteri regnum ſupra modum in pretio haberent, & in eo ſummam ſuæ felicitatis ponerent, id ille ſolus, vt rem vilem, & penitus aſpernandam contemneret. Illi autem ad-

Numa legatis ipſum ad regnũ vocãtibus obſequi aliquamdiu recuſat.

uentanti, dum adhuc in ipſo itinere eſſet, obuiam proceſſerunt, cum multis laudibus & gratulationibus, aliiſque honoribus in vrbem proſequentes. Poſtea verò cõcione conuocata, in qua de eo tribus curiatim ſuffragia tulerunt, quum ipſi patres plebiſcita rata feciſſent, & poſtremò ipſi quoque augures diuinitus ſigna fauſta apparuiſſe pronuncia[runt, reg]nũ accepit. Romani aiunt hũc virũ nullam expeditionem feciſſe, [ſ]ed pietati ac iuſtitiæ deditum, in pace omne ſui regni tẽpus tranſegiſſe, & optimis inſtitutis ciuitatẽ ornaſſe. Multa autẽ eáq; admirãda de eo dicunt, referẽtes humanã *eius* ſapientiã ad deorũ monita. Fabuloſè enim dicũt illi congreſſũ fuiſſe cũ quadam nympha Egeria, quæ illũ aſſiduè regiam ſapientiam doceret. alij verò eam nõ nympham fuiſſe, ſed vnã muſarum. Atque hoc omnibus manifeſtũ factum fuiſſe dicunt. A

[...]dione[...] [...]lam fec[...]ſe, ſed in pace o[mne] ſui regni [tem]pus tranſ[egi]ſſe Romani dicũt. Numam verſatum fuiſſe cum quadam nympha aut dea, fabuloſè dici.

Quum enim homines (vt veriſimile eſt) initio fidem illi non haberent, & exiſtimarent illum de numine ſermonem fictum eſſe, *ferunt ipſum*, quum vellet oſtendere incredulis hominibus apertum aliquod indicium ſuæ cum dea conſuetudinis, vt ſe ab illa edoctum hæc facere probaret, Romanorum multos probóſque viros in ædes vbi degebat vocaſſe, deinde quum iis qui eò venerant, ſuppellectilem vilem, & domum omni alio apparatu malè inſtructam, quinetiam rebus omnibus ad conuiuium extemporaneum neceſſariis carentem oſtendiſſet, iuſſiſſe tunc quidem diſcedere, ſub veſperam verò eos ad cœnam inuitaſſe: ipſis verò ad horam condictam reuerſis, oſtendiſſe & lectos ſplendidos, & menſas poculis multis & elegantibus onuſtas: ipſiſque iuſſis diſcumbere, omnigenas epulas & B cibos appoſuiſſe, quos nullus illius ſeculi homo tempore quantumuis longo facilè paraſſet. Tunc autem Romanos & valde obſtupuiſſe ob varietatem rerum, quas videbant, & ab illo tempore ſine vllo dubio exiſtimaſſe, deam aliquam cum eo conſuetudinem habere. Sed qui res omnes fabuloſas ex hiſtoria tollunt, Numam hæc quæ de Egeria dicebat finxiſſe dicunt, vt qui numen diuinum metuerent, facilius animum ad ſe aduerterent, & leges quas eſſet laturus, lubenter, vt à diis latas, acciperent. Aiunt autem eum in his ſequutum eſſe exemplum Græcorũ, Minois Cretenſis, & Lycurgi Lacedæmonij, ſapientiæ æmulatione impulſum, quorum alter quidem ſimulabat ſibi eſſe cum Ioue congreſſum: quare montem Dictæum frequentans, vbi Iouem Cretenſes fingunt à Curetibus adhuc recèns C natum educatum fuiſſe, in ſacrum antrum deſcendebat, & leges ibi conditas in vrbem afferebat, quas ſe à Ioue accipere affirmabat. Alter verò, Lycurgus profectus Delphos, ſe ab Apolline legum ferendarum rationem didiciſſe dixit. Accuratè igitur ſcribere de rebus fabuloſis, quæ ſcriptis ſunt proditæ, præcipuè verò de iis quæ ad deos pertinent, quum hoc longa oratione indigere animaduertam, nunc miſſum faciam: ſed quæ bona Romani videntur mihi ex illius viri imperio percepiſſe, vt ex ipſorum domeſticis monumentis comperio, ea narrabo: vbi priùs monuero quàm perturbatus eſſet reipublicæ ſtatus antequam ille ad regnum accederet.

Numa cur finxiſſe exiſtimatus ſit quæ de nympha Egeria dicebat.

Legiſlatorum Græcorum exemplũ ſequutus Numa, in eo quòd ſuas leges tanquam à diis profectas excipi volebat.

Poſt Romuli obitum, quum ſenatus omnem reip. adminiſtrationem adeptus fuiſſet, & per integrum annum (vt dixi) eo principatu potitus fuiſſet, D ipſi patres inter ſe diſſidere, & de principatu & iuris æquabilitate contendere cœperunt. Quotquot enim eorum erant ex numero Albanorum, qui cum Romulo coloniam deduxerant, & in ſententiis dicendis, & ſummis honoribus capiendis prærogatiuam ſe habere, ſéque à nouis colonis coli æquum cenſebant: quotquot verò ex nouis colonis poſteà in patrum ordinem relati fuerant, à nullo honore ſe arcendos eſſe exiſtimabant, & *putabant* conditionem ſuam quàm cæterorum deteriorem eſſe non debere: præcipuè verò quotquot erant Sabini generis, & qui ex fœdere quod Romulus cum Tatio fecerat, ſe iactabant à priſcis colonis ciuitate donatos, vt pari iure fruerentur, aut qui ſe parem gratiam illis retuliſſe *dicebant*. Simul autem quòd ſenatus diſſideret, ipſa quoque clientium multitudo bifariam diuiſa ſe vtrique factioni adiunxit. E Erat autem & quædam plebis pars non parua, quæ nuper in ciuitatem recepta fuerat: quæ, quòd nullo in bello Romulum adiuuiſſet, ideò à duce neglecta nullam agri partem aut aliud commodum acceperat. Hæc ſine laribus, & mendica vagans, neceſſariò ipſis potentioribus erat inimica, & ad res nouandas paratiſſima. Numa igitur remp. tali tempeſtate iactatam nactus, primùm quidem egenos de plebe refecit, agri parte, quem Romulus quæſierat, illis diuiſa, præterea de publico agro exigua quadam portione ipſis data. Deinde, quum patriciis nullos honores ademiſſet quos ipſi vrbis conditores adepti fuerant, & nouis colo-

Ante Numæ regnum quàm perturbatus eſſet reip. ſtatus. Inter ſenatores ſeu patres diſſidium, & eius cauſa.

In illo ſenatorum diſſidio multitudo clientium bifariam diuiſa vtrique factioni ſe adiungebat.

Numa quomodo primũ plebeiorum quibuſdam egenis conſuluerit.

uis colonis alios honores pro his attribuiſſet, ita demum eorum diſcordiam ſedauit.
Quum autem omnes populi ordines, vt muſici inſtrumenti ſonos inter ſe conciliaſ-
ſet, ita vt tantùm ſibi reip. commoda ponerent ob oculos, & Quirinalem collem vr-
bis mœnibus ampliatis complexus fuiſſet (tunc enim nondum muris cingebatur)
tum demum ad alia inſtituta animum conuertit, † hæc duo agens, qui[...] ornatam
remp. beatam & magnam fore exiſtimabat. Primùm quidem homines pietatem
docens, deos videlicet omnium bonorum autores & cuſtodes humano generi eſſe:
deinde iuſtitiam, per quam demonſtrabat, bonis diuinitus acceptis licere ipſis poſ-
ſeſſoribus honeſtè frui. ¶ Qvibvs autem legibus quibuſque inſtitutis vtrum-

Numa quomodo patriciorum diſcordiam ſedarit.

† vel potius, Hec duo procurans. Vel, in his duobus ſtudium & operam ponens.

A que horum fundarit, & ad tantum incrementum prouexerit, non omnia ſcribenda
cenſeo, (quia vereor ne nimium prolixa ſit oratio: ſimul etiam quia video parum
eſſe neceſſarium hæc Græcæ hiſtoriæ mandare:) ſed quæ præcipua ſunt, quæque poſ-
ſunt illius viri omne conſilium notum facere, ſummatim attingam, ducto initio à
diuini cultus forma quam inſtituit. Quoſcunque igitur ritus aut leges à Romu-
lo conſtitutas accepit, hæc omnia optimè ab eo conſtituta ratus, immota reliquit:
quæcunque verò ab illo prætermiſſa arbitratus eſt, hæc de ſuo addidit. nam & mul-
ta ſacella dicauit diis, quibus nullus adhuc honor habitus fuerat: & multas aras &
templa condidit, & dies feſtos vnicuique eorum attribuit: & ſacerdotes conſtituit,
qui eorum curam gererent, & leges tulit de ſanctimonia, ceremoniis, expiationibus

Numa quomodo ad cultum deorum pertinentia amplificarit.

B aliiſque diuinis cultibus & plurimis honoribus, quot nulla aut Græca aut barbara
ciuitas habet: ne illæ quidem ciuitates quæ quondam pietatis nomine maximè ſe
iactabant. Ipſum quoq; Romulum, Quirinum cognomine, vt humana natura longè
auguſtiorem, templo *in ipſius honorem* extructo, ſacrificiis anniuerſariis coli iuſſit.
† Romanis enim adhuc dubitatibus vtrū diuina prouidentia, an aliquibus humanis
inſidiis ille è conſpectu hominū ſublatus fuiſſet, quidam nomine Iulius, ab Aſcanio
oriundus, bonus colonus, & vitæ inculpatæ vir, qui quæſtus priuati cauſa non fuiſ-
ſet mentitus, in concionē progreſſus dixit, ſe, dum ex agro rediret, vidiſſe Romulum
ex vrbe armatum abeuntem, & quum acceſſiſſet, hęc eum dicentem audiſſe, Nuntia
Romanis Iuli, mea hęc mandata: me mortali æuo expleto in deorum cœtum abduci

† *Verba illa* [Greek illegible] *poſſunt etiam ita accipi, vt per parentheſim poſita: vt hoc modo locū hunc interpretemur*, Quum enim eum è cōſpectu hominū ſublatum eſſe ignorarēt Romani (ſiue id diuina prouidentia, ſiue humanis inſidiis factū fuit) quidam nomine Iulius, ab Aſc. oriundus, qui agriculturam exercebat, homo vitę inculpatæ.

C ab eo genio qui mihi naſcenti contigit & me eſſe Quirinum. ¶ Porro, Nu-
ma omnia quæ ad cultum diuinū & ceremonias pertinent, ſcriptis complexus, di-
uiſit in octo partes, quot etiam erant ſacrorum ordines. Primvm ſacrorū mini-
ſteriorum ordinem aſſignauit curionibus, quos dixi publicè pro ſuis curialibus rem
diuinā facere. Secvndvm iis qui à Græcis vocātur στεφανηφόροι, à Romanis Flami-
nes: quos à geſtatione pileorū & infularum (quas etiam nūc geſtant, flamea vocan-
tes) ita nominant. Tertivm verò Tribunis Celerū, quos equites & pedites fuiſſe
dixi: qui deſignari ſolebant, vt regū ad bellum proficiſcentium ſatellites & cuſtodes
eſſent. Nam & iſti ſolennia quædā ac ſtatuta ſacra peragebant. Qvartvm verò
illis qui ſigna diuinitus miſſa interpretantur, quiq; dignoſcunt ac declarāt, ad quas
D res, vtrū priuatas, an publicas ea ſpectent: quos Romani ab vna ſpecie artis ipſorum,
nimirum ab *auium* obſeruatione, vocant Augures: nos verò diceremus οἰωνοπόλους,
omnis diuinationis qua ipſi vtuntur, peritos, tā eius quæ in ſignis cœleſtibus & ſu-
blimibus quàm eius quæ in terreſtribus verſatur. Qvintvm verò virginibus
ſacri ignis cuſtodibus, quas illi à dea quam colunt, Veſtales vocant: cui ipſe primus
Romæ tēplum ſacrauit, & virgines, quæ eius ſacra facerēt, lectas dicauit. Quibus de
rebus pauca eaq; maximè neceſſaria, operis argumenta id poſtulante, mihi ſunt di-
cenda. Res enim eſt quæſtione digna: & multi ſcriptores Romani hoc loco rei ve-
ritatem diſquirendā eſſe cenſuerunt. Qui enim harum rerum cauſas diligenter non
inueſtigarunt, inania ſcripta in lucē ediderunt. Quidā igitur tēplum illud à Romulo
E conditū aſſerunt, exiſtimantes fieri nō poſſe quin, quū vrbs condita fuerit à viro va-
ticinij perito, publicū Veſtæ templū ante omnia extructum fuerit: præſertim verò
quum ipſius vrbis cōditor Albæ educatus fuiſſet, vbi antiquū huius deæ tēplum erat
extructū, & ipſius mater huius deæ ſacerdos fuerat, quúmq; ſacra omnia in duo ge-
nera diuidant, & eorū alia publica & ciuilia, alia verò gētilitia faciant: ob duas iſtas
cauſas, aiunt omnino neceſſe fuiſſe hanc deā à Romulo coli. Nihil enim hominibus
magis eſſe neceſſariū, quàm ipſū Veſtæ templum publicū, neq; Romulo, ob generis
ſucceſſionē quicquā antiquius eſſe debuiſſe: quippe qui eſſet à maiorib. oriūdus, qui
ex Ilio illius deæ ſacra tranſtulerant, & matre ſacerdote natus. Qui igitur propterea

De templo Veſtæ, quod alij à Romulo, alij à Numa conditum tradunt.

à Romulo potiùs quàm à Numa hoc templum conditum exiſtimant, videntur illi
quidem generaliter rectè dicere, in vrbe condenda ſacram ædem publicam Ve-
ſtæ primùm erigi oportuiſſe, præcipuè verò à viro ſcientiæ rerum diuinarum peri-
to: ſed ſp. aliter & templi huius quod iam extat, ſtructura, & virgines deæ
miniſtras ignor.e. Neque enim hunc locum vbi ſacer ignis ſeruatur, illi deæ
Romulus conſecrauit. Validiſſimum autem huius rei argumentum eſt; quòd ſit
extra Romam, quæ quadrata appellatur, quam ipſe muniit. Veſtæ verò commu-
nis templum in præſtantiſſimo totius vrbis loco fermè omnes locare ſolent, at
nemo extra mœnia. Neque etiam virgines conſtituit quæ illi deæ ſacra face-
rent: memor (vt opinor) materni caſus. Eius enim matri accidit vt virginita- A
tem amitteret inter illius deæ miniſteria: quo fiebat, vt ſiquam ſacerdotum ſtu-
pratam deprehendiſſet, ex legibus patriis in eam animaduertere non poſſet, ob
domeſticæ calamitatis *probrique* recordationem. Propterea igitur publicum tem-
plum Veſtæ non ædificauit, neque virgines ſacerdotes conſtituit, quæ deam il-
lam colerent: ſed in vnaquaque triginta curiarum, extructo templo vbi curiales
rem diuinam facerent, iis ſacris ipſos curiones præpoſuit, ſequutus morem qui
adhuc in antiquiſſimis Græcorum vrbibus ſeruatur. Nam quæ [illegible] ab illis
vocantur, ſunt *quædam loca publica* ſacra, & eorum cura pertinet ad eos qui ſum-
mum magiſtratum in republica gerunt. At Numa regno potitus propria curia-
rum templa ſuo loco non mouit: ſed vnum templum omnibus commune erexit, B
in eo ſpatio quod eſt medium inter Capitolium & Palatium. Iam enim eos col-
les idem murorum ambitus cingebat, & forum inter vtrunque erat medium,
vbi hoc templum ædificatum eſt: & ſacrorum cuſtodiam patrio ritu virginibus

In Veſtæ templo quæ res ſeruetur & cur virginibus cura eius ſit cōmiſſa, incertū eſſe.

lege lata aſſignauit. Incertum autem eſt quidnam ſit id quod in illo templo
ſeruatur, & qua de cauſa eius cura virginibus ſit commiſſa. Nonnulli enim aſ-
ſerunt, id quod ſeruatur nihil aliud eſſe quàm ignem omnibus conſpicuum.
Eius autem cuſtodiam virginibus potiùs quàm viris commiſſam veriſimiliter
aiunt: quia vt ignis eſt incontaminatus: ſic etiam ipſa virgo eſt impolluta.
Caſtiſſimo autem numini mortalis res puriſſima eſt grata. Veſtæ autem ignem
putant dicatum, quia quum ea dea ſit Terra, & medium mundi locum occu- C
pet, ſublimis ignis inflammationes parit. Sunt etiam qui dicunt, præter illum
ignem, alia quædam ſacra vulgo incognita in deæ fano eſſe, quæ ſolis ponti-
ficibus & virginibus ſunt nota: argumentum non leue huius rei proferentes,
id quod accidit in incendio ipſius templi, tempore primi belli Punici, quod in-
ter Romanos, & Carthaginienſes propter Siciliam eſt ortum. Incenſo enim
templo, & virginibus ex igne fugientibus, quidam de numero pontificum Lu-
cius Cæcilius, qui Metellus vocabatur, vir Conſularis qui Carthaginienſibus in
Sicilia deuictis, in illo celebri triumpho centum triginta & octo elephantos
traduxerat, neglecta propria ſalute, vtilitatis publicæ cauſa, ſummo cum peri-
culo eſt auſus in ardens penetrale irrumpere, & ſacra à virginibus deſerta ex D
ipſo incendio erepta ſeruauit: ob quod præclarum facinus magni honores à ci-
uitate ei delati fuerunt, vt ipſum elogium eius ſtatuæ in Capitolio erectæ teſta-
tur. Hanc igitur rem illi pro confeſſa ſumentes, de ſuo quaſdam coniecturas
addunt. Quidam enim dicunt ſacra, quæ hîc ſeruantur, eſſe partem eorum
ſacrorum quæ Æneas tranſlata ex Samothracia ſeruabat: Dardanus enim ex in-
ſula *iſta* in vrbem à ſe conditam ea tranſportarat: at Æneas, quum ex agro Troia-

Palladium de cœlo delapſū.

no fugit, cum aliis hæc quoque in Italiam deportarat. Alij verò aſſerunt, eſſe cæ-
lo delapſum Palladium, quod apud Ilienſes erat, quódque Æneas rei gnarus ſe-
cum portarat. Achiui enim ſimulacrum ad eius ſimilitudinem factum ſurripue-
rant: de quo multa à poëtis & hiſtoricis ſcripta ſunt. At ego quædam ſacra E
vulgo incognita, & non ſolùm ipſum ignem à virginibus ſeruari, ex plurimis in-
diciis colligo. Sed quænam hæc ſint, neque à me, neque ab alio quopiam eorum

De virginibus Veſtalibus, quot ſint, & quæ leges illis impoſitæ.

qui pietatis in deós ſunt ſtudioſi, curioſiùs inquirendum cenſeo. Virgines autem,
quæ deæ ſacris operabantur, initio quatuor erant: quarum optandarum ius pe-
nes ipſos reges erat, ídque ex præclaris Numæ inſtitutis: poſtea tamen ob mul-
titudinem ſacrorum quæ peragunt, ad ſenarium numerum auctæ, in eo-
dem numero ad noſtra vſque tempora permanent, & in deæ fano degunt: vn-
de inter-

de interdiu nullus qui ingredi velit arcetur: ſed nulli mari illic pernoctare fas eſt.
Oportet autem illas puras à nuptiis manere per integros triginta annos, ſacra fa-
cientes & reliquas ceremonias de more peragentes: quo tempore decem primis
annis eas myſteria diſcere oportebat, decem ſequentibus ſacra facere: reli-
quis verò annis alias docere. Expleto autem triginta annorum tempore, nihil
illis impedimento erat, quominus infulis & reliquis ſacerdotij inſignibus depo-
ſitis, eæ quæ vellent, nuberent. Hoc autem perpaucæ fecerunt: quibus vitæ
finis non optandus, neque admodum felix contigit. Itaque reliquæ earum ca-
ſum pro ominoſo accipientes, virgines vſque ad mortem apud deam manent.
A Tunc verò in locum illius, quæ integro numero deerat, & quæ deſiderabatur *ſiue
ob mortem, ſiue ob aliam cauſam & caſum*, alia à pontificibus ſubſtituebatur. Hono-
res autem illis à ciuitate delati ſunt multi & inſignes, quorum cauſa neque libe-
rorum, neque nuptiarum deſiderium eas ſubibat. Graues autem pœnæ ſtatutæ
ſunt in earum delicta, quorum quæſitores & vindices ex legibus ſunt ipſi ponti-
fices: alias quidem, quæ leuiter peccarint flagris cædentes, eas verò quæ ſtu-
prum paſſæ fuerint, fœdiſſimo & miſerrimo mortis genere necantes. Viuæ enim
in lecto, non aliter quàm mortuæ, funebri pompa efferuntur, eas deflentibus &
proſequentibus amicis & cognatis. Delatæ autem vſque ad portam Collinam,
intra mœnia in cella ſubterranea *ad id* parata cum omnibus funereis ornamen-
B tis ſepeliuntur, ſine vllis monumentis, ſine parentatione, denique ſine iis omni-
bus rebus, quæ defunctorum manibus dari ſolent. Cùm igitur ex multis aliis
indiciis cognoſci poteſt an *ſacerdos* ſanctè & piè rei ſacræ operam nauarit: tum
verò præcipuè, ſi ignis extinguatur. Quod malum Romani maximè omnium
formidant, rati id excidium ciuitati portendere, quomodocunque id acciderit;
magniſque delinimentis & curationibus placantes ipſum, referunt in templum.
quibus de rebus ſuo loco à me dicetur. Digniſſimum autem eſt quod hiſtoriæ
mandetur, quomodo illa dea virginibus iniurià accuſatis, ſua præſentia manife-
ſtam opem tulerit. Romani enim hoc credunt, licet incredibile ſit, & hiſtorici his
de rebus multa ſcriptis prodiderunt. Qui igitur impię philoſophiæ dant operam,
C (ſi tamen ea eſt appellanda philoſophia,) quum ludibrio habeant quicquid de præ-
ſentia diuini numinis aut apud Græcos aut apud barbaros fertur, has quoque hi-
ſtorias valde irridebunt, humanæ arrogantiæ eas aſcribentes, quaſi res humanæ
nulli deorum ſint curæ. Qui verò deos de hominibus ſollicitos, eorúmque cu-
ram gerere exiſtimant, atque adeò eos viris probis propitios arbitrantur, & impro-
bis infenſos, ſi multas hiſtorias legerint, ne hoc quidem incredibile iudicabunt;
deos hominibus apparuiſſe *ipſiſque ſuam præſentiam manifeſtam feciſſe*. Fertur igi-
tur quondam igne extincto ob quandam negligentiam Æmiliæ (quæ tunc eum
ſeruabat, quæque alteri virgini nuper in virginum Veſtalium ordinem cooptatæ
& recèns edoctæ eius curam mandarat) ingens tumultus in tota vrbe ortus, &
D à pontificibus inquiſitio facta an fortè aliquod piaculum à ſacerdote in ignis cu-
ſtodia admiſſum fuiſſet. Tunc igitur aiunt Æmiliam, inſontem quidem, ſed
in tali caſu conſilij inopem, præſentibus ſacerdotibus, & aliis virginibus, ma-
nibus ad aram extenſis dixiſſe, Veſta, Romanæ vrbis cuſtos, ſi ſanctè & iu-
ſtè ſacra tua feci per tempus annorum fermè triginta, & animo puro, & caſto
corpore, appareas iam, & mihi opem feras, neque patiaris tuam ſacerdotem
miſerrimo mortis genere perire. Quod ſiquid piaculi à me eſt commiſſum, meo
ſupplicio piaculum ciuitatis expia. His dictis, abſciſſam laciniam à veſte car-
baſina, qua induta erat, in focum proieciſſe: poſt preces autem, aiunt ex ci-
nere iam pridem frigido, & nullam ſcintillam ſeruante, flammam ingentem
E per carbaſum emicuiſſe, ita vt ciuitati nullis amplius expiationibus aut igne
nouo opus eſſet. Sed quod ſum dicturus, longè admirabilius eſt, & ad fa-
bulas propiùs accedit. Aiunt vnam de virginibus ſacris, nomine Tuciam, à
quodam falsò accuſatam fuiſſe, qui ignem quidem extinctum illi obiicere non po-
terat: ſed alias quaſdam probrationes falſas, & argumenta veriſimilia, quinetiam
falſa teſtimonia proferebat. Iuſſam autem virginem ad omnia reſpondere, *&
ſe purgare*, hoc ſolùm dixiſſe, ſe re ipſa falſum crimen obiectum diluturam: &
quum hæc dixiſſet, & deam inuocaſſet, vt ſibi viæ dux eſſet, ad Tiberim pro-
ceſſiſſe pontificum permiſſu, & tota vrbana turba eam proſequente, &

Ignem in tẽplo Veſtæ extingui, quàm Romanis formidabile fuerit.

De Æmilia virgine Veſtali, cuius negligentia ignis extinctus erat, cuius preces exaudiêre Veſta, ex cinere iampridẽ frigido, & nullã ſcintillam ſeruante, flammã ingens emicuit.

De Tucia virgine Veſtali opẽ Veſtæ aduerſus accuſationes quaſdã implorante.

quum ad flumen acceſſiſſet, id quod trito prouerbio circunfertur, vt rès audaciæ
nimiæ plena, & quæ præcipuè nullo modo fieri poteſt, cribro vacuo & perfora-
to, è flumine auſam fuiſſe haurire aquam, eámque ad forum vſque latam ad pe-
des pontificum effudiſſe. Poſtea aiunt eius accuſatorem multum diúque quæſitum,
neque viuum neque mortuum inuentum fuiſſe. Sed de manifeſta præſentia illius
deæ quum poſſim & alia multa dicere, hæc tamẽ ſufficere arbitror. Cæterùm, SEX-
TA pars inſtitutorum ad rem diuinam pertinentium, erat ea quæ attributa eſt
iis qui Salij à Romanis vocantur. Hi autem erant duodecim iuuenes forma *&*
virtute longè omnium præſtantiſſimi, quos Numa ex ordine patricio delectos
crearat, quorum ſacra ſunt in Palatio, ipſique Palatini appellantur. Nam Ago- A
nales, qui à nonnullis Collini Salij vocantur, quorum ſacrarium eſt in Collino
tumulo, poſt Numæ obitum à rege Hoſtilio inſtituti fuerunt, ob votum quod-
dam quod in bello contra Sabinos vouerat. Iſti omnes Salij ſunt quidam ſalta-
tores, & laudatores deorum illorum qui armorum ſunt præſides. Eorum autem
dies feſti, qui plures erant, incidunt in Panathenæa, quæ fiebant menſe Martio,
& à toto populo publicè celebrantur: quibus diebus per vrbem ire ſolent, cum
tripudiis in forum & Capitolium, & multa alia cùm priuata tum publica loca,
æneis balteis ſupra tunicas pictas cincti, & geſtantes prætextas ſubtegminis pu-
nicei fibulis aſtrictas, quæ ab illis Trabeæ vocantur. (Hæc autem veſtis eſt Ro-
manorum propria, & eſt in ſummo pretio:) & geſtantes in capite Apices, quos B
appellant, pileos rotundos & in altum faſtigiatos, quos Græci vocant κυρβασίας. Et
eorum vnuſquiſque gladio eſt accinctus, ac manu dextra lanceam, aut virgam,
aut aliquid huiuſmodi tenet, læua verò peltam Thraciam geſtat: hæc autem ſimi-
lis eſt ſcuto oblongo, latera anguſtiora habenti, cuiuſmodi apud Græcos illi,
qui Curetum ſacris ſunt initiati, geſtare feruntur. Salij autem, quantum ego intelli-
go, ſi græcè nomen interpreteris, ſunt Curetes, quos ἀπὸ τῶν κούρων, *id eſt, à iuueni-
bus*, ab ipſa nimirum ætate, ita vocamus: à Romanis verò à concitato motu ita ap-
pellantur. Quod enim nos ἐξάλλεσθαι & πηδᾶν dicimus, id illi ſalire vocant, &
ob eandem cauſam omnes alios, quos Græci ὀρχηστὰς appellant, quia hi quoque
tripudiis, & ſaltationibus multis vtuntur, ipſi deflexu nomine à Saliis ſaltatores C
vocant. Vtrum autem rectè an non rem ſim aſſequutus dum hanc appellatio-
nem ipſis tribuo, quiuis ex iis quæ faciunt conjicere poterit. Nam ad tibiæ mo-
dulos armati concinnè ſaltant, modò omnes ſimul, modò per vices, & patria
quædam carmina inter ſaltandum canunt. Tripudium autem & ſaltationem
hominum armatorum, & ſtrepitum qui colliſis ad ſcuta gladiis editur, ſi qua fi-
des antiquis *autorum* ſcriptis eſt habenda, vt ex his coniecturam aliquam duca-
mus, primi Curetes inſtituerunt. Non eſt autem opus fabulam de his vulgatam
narrare apud illos qui propemodum omnes eam ſciunt. Inter ſcuta autem quæ &
Salij geſtant, & quidam eorum miniſtri bacillis ſuſpenſa ferunt (quorum per-
magnus eſt numerus) vnum cœlitus delapſum aiunt. Hoc autem inuentum fuiſ- D
ſe dicunt in Numæ regia, à nullo mortali illatum: ac ne viſam quidem ante talem
in Italia formam. Quibus duabus coniecturis adductos Romanos, exiſtimaſſe
hoc ſcutum à diis cœlitus demiſſum. Quum autem Numa vellet id in honore ha-
beri, & per vrbem à præſtantiſſimis iuuenum feſtis diebus circunferri, & annuis
ſacrificiis honorari, ſed inimicorum inſidias timeret, & vereretur ne clàm ſurri-
peretur, aiunt eum multa alia ſcuta illi cœlitus demiſſo ſimilia fabricaſſe, vſum o-
pera cuiuſdam Mamurij opificis, qui illud opus faciendum conduxerat, vt inſidia-
toribus illa cœleſtis ſcuti ſpecies *ac forma* eſſet incerta, & ad dignoſcendum difficilis
ob operis humani indiſcretam ſimilitudinem. Iſta autem Curetica ſaltatio patriis
Romanorum moribus eſt recepta, magnóque in honore eſt, vt cùm ex multis aliis E
rebus, tum verò præcipuè ex circenſibus & theatralibus pompis & ſpectaculis con-
iicio. In illis omnibus pueri puberes, induti tunicis elegantibus, galeas, & enſes, &
palmas geſtantes, ordine incedunt: huícque pompæ præſunt illi qui ab ipſis vocan-
tur à ludo, cuius inuentores Lydi creduntur, Ludiones: imaginem quandam Salio-
rum (meo iudicio) referentes. ſiquidem nihil cureticum, vt Salij faciunt, neque
in carminibus, neque in ſaltatione. Oportebat autem eos ingenuos eſſe, & indigenas
& patrimos matrimóſque. hi verò ſunt cuiuſcũque fortunę homines. Sed quid plura
de ipſis ſunt ſcribenda? SEPTIMA verò pars ſacrarũ legum, collegio fecialium qui
ita vo-

Salij, à Numa ex ordine patricio creati.

Agonales, à nonnullis Collini Salij dicti.

Salij qui Græcis Curetes.

Salij à ſaliendo dicti.

Saltationem hominum armatorum Curetes feruntur inſtituiſſe.

De ſcuto quodam Saliorũ cœlitus demiſſo.

ita vocãtur, attributa erat. Hi autẽ gręco ſermone εἰρηνοδίκαι appellari poſſent. Sunt autem viri ex nobiliſſimis familiis delecti, toto vitę curriculo ſacerdotium exercẽtes, quod ſacrum collegium rex Numa primus Romæ conſtituit. Vtrũ autẽ ab Æquicolis, qui ita vocantur, exemplũ ſumpſerit, vt nonnulli arbitrãtur, an ab Ardeatibus, vt ſcribit Gellius, affirmare nõ poſſum. Illud tãtùm monuiſſe mihi ſatis eſt, ante Numæ regnũ, fecialium collegium nondũ Romę fuiſſe. Numa enim id cõſtituit, quum eſſet bellũ Fidenatibus illaturus, qui latrocinijs & incurſionibus in ipſius agrũ factis, eum vaſtarant, niſi ſecũ ſine armis trãſigere maluiſſent, quod etiam tandẽ neceſſitate coacti fecerũt. Arbitror autẽ, quandoquidẽ non eſt receptum moribus Græcorũ colle-
A gium fecialium, neceſſe mihi eſſe diſſerere de eius poteſtate, & demõſtrare quãta eſſet: vt, quibus hactenus ignota fuit Romanorũ pietas, cuius adeò ſunt ſtudioſi, minimè nouum *& incredibile* videatur, quòd omnia bella quæ geſſerunt feliciſſimũ exitũ habuerint. Comperiemus enim illos iuſtiſſimis de cauſis omnia bella ſuſcepiſſe, propterea etiã potiſſimũ in periculis deos propitios habuiſſe. Omnia verò munera quæ ſunt horũ fecialium, propter eorũ multitudinẽ recenſere nõ eſt facile: ſed, vt rẽ ſummatim aperiam, hæc ſunt: vt caueant ne populus Rom. vlli fœderatę ciuitati bellum iniuſtũ inferat. Quòd ſi alij cõtra ipſum priores fœdus violarint, vt legationẽ obeãt, & ius ſuũ repetãt, primùm quidẽ verbis: deinde verò niſi illi poſtulatis pareant, tunc bellũ decernãt. Similiter quoq; ſi qui populi fœderati ſe à Romanis iniuriam paſſos
B dicentes, ius ſuum repetant, vt hi viri cognoſcant ſi quid cõtra fœdus illi paſſi fuerint, &, ſi viſi fuerint iuſtè conqueri, ſontes cõprehenſos iniuria affectis dedant, vtq; de legatorũ iniuriis cognoſcant, & fœderũ conditiones ac iura ſeruent, & pacem faciant, & factã, niſi ex ſacratis legibus facta videatur, irritam faciant. Prętereà, ſi quid imperatores vel cõtra iuſiurãdum, vel fœdera admiſerint, id cauſa cognita expient. Quibus de rebus ſuo loco opportuniùs dicemus. Quòd autẽ attinet ad officium caduceatorum, quo illi funguntur quoties repetũt pœnas à ciuitate, quæ iniuriam feciſſe videtur (hęc enim quoque digna ſunt quę ſciantur, quippe quæ cum magna & pietatis & iuſtitiæ cura fiunt) hæc accepi. Vnus ex fecialibus, quem reliqui delegerint, ornatus veſte & ſacris inſignibus, vt præter cæteros ſit conſpicuus, ad vrbẽ eo-
C rum qui fecerunt iniuriam, venit, & in ipſis eorũ finibus ſtans, & Iouem cæteróſque deos inuocans, teſtatur ſe venire vt pro populo R. pœnas repetat. Deinde, poſtquam iurauit, ſe ad ciuitatem venire, quæ populo R. fecit iniuriam, poſtquam etiam grauiſſimas imprecationes ſibi & ciuitati ſuæ imprecatus eſt, ſiquid mentiatur: tum demum fines ingreditur, deinde in quem primũ incidit, ſiue ille ruſticus, ſiue vrbanus ſit, eum teſtatus & iiſdem execrationibus adhibitis vrbẽ petit, atque antequàm eam ingrediatur, portarum cuſtodem, vel eum qui primus ad portas ſibi occurrit, eodem modo teſtatus in forum progreditur, atque ibi gradum ſiſtens, magiſtratibus ſui aduentus cauſam aperit, ſemper iuſiurandum & imprecationes adiiciens. Quòd ſi illi iudicium ſubeant, & ſontes dedant, tunc illos abducens, amicus ab amicis diſcedit.
D Quòd ſi tempus ad deliberandum petant, conceſſis decem diebus eò redit, & quandiu illi petunt, ipſe eorum poſtulata admittit: ſed triginta diebus elapſis, niſi ciuitas ea ius ſuum ipſi tribuat, obteſtatus & ſuperos & inferos deos, & illud tãtùm addens, populum R. de illis per otium deliberaturum, diſcedit. Poſtea reuerſus cum reliquis fecialibus ad ſenatum, refert à ſe peractum quicquid ex ſacratis legibus fas eſt, & ſi bellum decernere velint, per deos illis licere. Quòd ſi nihil horum factum fuerit, neque in ſenatus, neque in populi poteſtate eſt bellum decernere. De fecialibus igitur hæc accepimus. Vltima verò Numę inſtitutorũ pars cõtinebat ſacra quę ſortiti erant ij qui apud Romanos ſummum ſacerdotium & ſummã poteſtatem habẽt. Iſti eorum lingua ab vno opere quod faciunt, à reficiendo ligneo ponte, pontifices appellantur.
E Res autem maximi momenti ſunt penes eos. Etenim hi cognoſcunt de omnibus cauſis ad ſacra pertinentibus, & inter priuatos, & magiſtratus, & deorum miniſtros. Et leges ferunt de ſacris quæ non ſunt ſcripta; aut quæ moribus non ſunt recepta, & ipſimet arbitratu ſuo leges & conſuetudines eligunt, quas omnium optimas iudicarint. Et omnes magiſtratus, quorum curæ ſacrificia & deorum cultus eſt commiſſus, & omnes ſacerdotes examinant. Iſti etiam cauent, ne quid eorum famuli & miniſtri, quorum opera in ſacris vtuntur, contra ſacratas leges admittant: priuatiſque hominibus, qui deorum vel geniorum cultum ignorant, ſunt enarratores, & interpretes, & ſi quos animaduertant ſuis mandatis non parere, pro

De muniis & poteſtate eorum qui feciales appellantur.

De põtificum inſtitutione & de eorũ officio ac poteſtate. *Sunt autem qui ita interpret. vt poteſtatem ſummã ſiue ampliſſimam nõ ipſis, ſed ipſorũ ſacerdotio tribuant. Qui tamen enim ita.* Vltima in ſacris ordinibus à Numa inſtitutis claſſis eſt maximi apud Romanos ſacerdotij, & cuius poteſtas eſt ampliſſima. *Sed à Dionyſio illa poteſtas ipſis tribuitur, ſequendo hanc quam habemus lectionẽ,* οἱ τὰς μεγίστας παρὰ Ῥωμαίοις ἡγεμονίας καὶ ἐξουσίας ἔχοντες. *Verùm, de ea poteſtate intelligere credibile eſt, quæ illi ſacerdotio velut adnexa eſt, ſiue quæ illud velut comitatur.*

cuiuſque delicti magnitudine eos mulctant: ipſique nulli iudicio, nullique mulctæ ſunt obnoxij, neque ſenatui, neque populo dictorum factorúmve rationes reddunt.

ἱεροδιδασκάλους, ſacrorum doctores. ἱερονόμους, ſacrorum adminiſtratores. ἱεροφύλακας, ſacrorum cuſtodes. ἱεροφάντας, ſacrorum interpretes.

Hos igitur ſacerdotes, ſiue quis vocarit †ἱεροδιδασκάλους, ſiue ἱερονόμους, ſiue ἱεροφύλακας, ſiue (vt nos cenſemus) ἱεροφάντας, à veritate nõ aberrabit. Defuncto autem aliquo eorum, in locũ ſufficitur aliũs, nõ à populo delectus, ſed ab illis ipſis qui omniũ ciuium maximè idoneus viſus fuerit: qui autem probatus fuerit, ita demum ſacerdotium accipit, ſi fauſta auguria illi contigerint. Leges igitur quas Numa de rebus diuinis tulit, & quas diuiſit pro ſacrorũ ordinibus, vnde factum eſt vt ciuitas pietatem ſtudioſiùs coleret, præter alias minores hæ maximæ & clariſſimæ ſunt.

De iis quæ Numa inſtituit ad frugalitatem & tẽperantiam vitã vniuſcuiuſque ducentia, & ad ſtudium iuſtitiæ impellentia.

¶ Qvæ verò ad frugalitatem & temperantiam, vniuſcuiuſque vitam ducũt & impellunt ad A
ſtudium iuſtitiæ (quæ ciuium concordiam *alit & conſeruat*) plurima ſunt partim legibus ſcriptis comprehenſa, partim ſine ſcriptis, quæ in morem longo vſu & exercitatione abierũt. De quibus omnibus dicere valde difficile eſſet: ſed ſatis erit hęc duo maximè memorabilia afferre, vt & de cæteris coniectura fieri poſſit. Vt enim vnuſquiſque ſua ſorte contentus eſſet, nec res alienas appeteret, cauit lege de terminandis prædiis lata. Quum enim iuſſiſſet vnumquenque ſuum agrum circunſcribere, & lapides in finibus ponere, lapides illos Ioui Terminali ſacros eſſe voluit, iuſsítque omnes die ſtato, quotannis in eum locum cõuenientes, illis ſacrificia facere, die feſto cum primis nobili, in deorum etiam Terminalium honorem ſacrato. Romani

Terminalia, feſtus diis Terminalibus dies.

hũc à terminis Terminalia vocãt, & fines, quos τέρμονας appellamus, ipſi facta vnius B
literæ mutatione, noſtram linguam imitantes, terminos appellant. Si quis verò ſuſtuliſſet, aut ſuo loco mouiſſet terminos, eum qui tale quid patrare auſus fuiſſet, huic deo ſacrum eſſe ſanxit, vt cuilibet impunè eum interficere, tanquam ſacrilegum, liceret, & purus ab eo piaculo eſſet. Hoc autem ius non ſolùm in priuatis agris conſtituit, ſed etiam in publicis illos quoque terminis complexus, vt etiam pop. Rom. agrum à vicino, & publicum à priuato dij Terminales diſcernerent. hoc vſque ad noſtram ætatem Romani ſeruant illius ſeculi monumentum, ídque ſanctitatis tantùm gratia. Nam exiſtimant ipſos terminos eſſe deos, & ipſis etiam nunc ſacrificant, nullam quidẽ rem animatam (nefas enim lapides cruẽtare) ſed liba cerealia, & quaſdam alias frugum primitias. Oportet autem eos etiam nũc ſeruare rem ipſam, cuius C
cauſa exiſtimarunt Terminos vocandos eſſe deos, contentos ſuis poſſeſſionibus, neque quicquam alienum vel vi vel dolo interuertere & ſibi vendicare. Iam verò neque rectè, neque more maiorum quidam res ſuas ab alienis diſterminant, non lege, ſed rerum omnium cupiditate poſſeſſiones finiente, quod eſt indecorũ: ſed hęc aliis conſideranda relinquamus. Numa igitur ad frugalitatem & temperantiam exercendã, ciues ſuos his legibus propenſiores reddidit, & effecit vt in contractibus id quod æquum eſt ſequerentur: excogitata re, ab omnibus qui celebres rerumpub. formas antè inſtituerant, ignorata. Quum enim animaduertiſſet, contractus eos qui palàm & teſtibus adhibitis fierent, pudore, quo homines afficiuntur ob præſentiam eorum qui illis interſunt, ſeruari, & à perpaucis quibuſdã violari: eos verò qui ſine teſtibus D
fierent (quorum longè maior eſt numerus quàm aliorum) ſola contrahentium fide cuſtodiri, huic præcipuè præter cætera omnia ſtrenuam operam dandã, háncque diuinis honoribus dignandam cenſuit. Nã Iuſtitiam, & Themin, & Nemeſin, & eas quę à Græcis vocãtur Erinnyes, & quæcũq; *numina* his ſunt ſimilia, à maioribus ſatis amplos honores, & cultum conſequuta exiſtimauit: ſed fidem qua apud mortales nulla res eſt aut maior, aut ſanctior, *animaduertit*, nullos dum cultus vel apud reſpub. vel apud priuatos homines conſequutam. Hęc igitur cogitans primus omnium mortalium templum Fidei publicę erexit, *dicauítque*, eíque ſacrificia inſtituit, vt & aliis diis, quæ publico ſumptu fiebant. Nam publica ciuitatis fides & conſtãtia erga homines, tẽporis progreſſu priuatorũ quoq; mores tales erat reddítura. Fides autẽ res adęò ve- E
nerãda & nõ violãda habebatur, vt ſua cuiq; fides maximũ eſſet iuſiurandũ, vel omni teſtimonio lõgè validius: & quoties de cõtractu ſine teſtib. facto inter aliquos aliquid controuerſię ortũ fuiſſet, ipſa fides alterius partis diſceptantiũ litẽ dirimebat, neque vlterius cõtentionẽ progredi patiebatur. Et magiſtratus, & iudices maximã controuerſiarũ partẽ, fidei iureiurãdo interpoſito dirimebant. Atque hæc ea ſunt quę Numa, vt homines ad temperantiam adhortaretur ac impelleret, & ad iuſtitiam cogeret, tunc excogitauit: quibus meliorem ordinem in republica Romana conſtituit, quã qui eſſe poſſet in domo optimè adminiſtrata.

Fidei publicæ templum primus omnium mortalium erexit Numa.

Quæ Numa inſtituerit ad agriculturam pertinentia.

¶ Sed quę mox ſum dicturus, effecerunt vt ea in rebus neceſſariis eſſet diligẽs, vtque faceret ea quæ bona ſunt. Quũ enim

enim vir ille videret,ciuitatē quæ eſſet iuſtitiā amatura,& vitæ temperantiā cōſtanter cultura oportere rebus ad victū neceſſariis abūdare:diuiſit totū agrum in eos qui pagi vocātur,& ſingulis pagis ſingulos præfectos præfecit,qui eſſent portionis ſibi cōmiſſæ inſpectores & circuitores.Illi enim frequēter circumibant agros tā bene quàm malè cultos,eóſque in tabellis notatos ad regem deferebāt.Ille verò diligētes agricolas collaudatos ſumma comitate excipiebat,at ſegnes colonos obiurgatione atque etiā mulcta caſtigatos,ad agros melius colēdos accendebat.Qui enim bellorū erāt immunes,& qui ab omnibus negotiis vrbanis penitus vacabāt,quū otij & ignauiæ pœnas cū dedecore darēt,omnes facti ſunt coloni,vt victum ſibi manibus propriis pararent, & terræ diuitias,quæ omniū ſunt iuſtiſſimæ,militari & incerta rerū affluentia iucundiores eſſe iudicarunt. Atque inde factū eſt vt Numā ſubditi charū haberēt,& ipſi finitimi populi æmularentur,& poſteritas celebraret.Siquidē eius opera & induſtria neque inteſtina ſeditio ciuiū concordiā diſſoluit,neque bellū externū de præſtantiſſimis illis, & maximè admirādis inſtitutis ciuitatē dimouit. Tantū enim aberat vt vicini populi Romanorū illud otiū bellorū immune,exiſtimarent occaſionē ſibi eos inuadendi præbere,vt etiā ſiquod inter eos bellū conflatū eſſet,Romanos pacificatores eligerent, & inimicitias Numæ arbitratu dirimendas cenſerent. Non *igitur* puderet me,ſi hunc virū inter primos qui felicitatis ergò celebrantur,recenſerē.Nā fuit & genere regio & forma regia præditus,& operam dedit diſciplinæ,nō ei quæ verſatur in verbis inutilibus:ſed ei, vnde pietatē & aliarū virtutū ſtudium edidicit.Dignus autē eſt habitus qui Romanorū imperium acciperet,quāuis adhuc iuuenis eſſet,ob celebre nomē virtutis qua erat ornatus,ad regnū ab ipſis accitus : & toto vitæ tēpore ſubditos ſuos obſequentiſſimos habuit.Et omnibus ſenſibus & còrpore adhuc integro extremam ætatē attigit, nullo fortunæ incommodo vexatus,& mortis facillimo genere obiit,ſenio confectus,ei eodē genio ſemper fauente quē à principio ſortitus fuerat,donec ex hominū conſpectu ſublatus eſt. Vixit ſupra LXXX annos,XLIII regnauit,& ſobolem reliquit,vt nonnulli ſcribunt,quatuor filios mares , & vnā fœminā:quorū genus adhuc ſupereſt. Sed (vt Cn.Gellius tradit) vnicā filiā reliquit,vnde natus eſt Ancus Marcius:qui tertius ab illo fuit rex Romanorū.Eo autē defuncto in tota vrbe fuit ingens luctus, eúmque P.R. funere ſplēdidiſſimo & monumēto maximè inſigni decorauit.Hoc autem ſitum eſt vltra flumen Tyberim,in Ianiculo. Atque hęc quidem de Numa Pompilio accepimus.

Numam ſubditi charum habuerunt, finitimi æmulati ſunt, poſteritas celebrauit.

Numa inter primos qui felicitatis ergò celebrantur recenſeri poteſt.

Numæ obitus

DIONYSII, ALEXANDRI F. HALICARNASSEI, ANTIQVITATVM ROMANARVM

LIBER TERTIVS.

DEFVNCTO Numa Pōpilio,quum reip. adminiſtratio ad ſenatū rediiſſet,is eandē ciuitatis formā ſeruare ſtatuit,ne ipſo quidē populo diſſentiēte. Quare de ſenioribus certū quēdā numerū interregum cōſtituit:à quibus totius populi cōſenſu & approbatione creatus eſt rex TVLLVS HOSTILIVS : cuius hoc fuit genus.Ex vrbe Medullia,quam Albani cōdiderant,& Romulus deditione captā Romanorū coloniā fecerat,vir nobilis & opibus pollēs, Hoſtilius nomine,quū habitandi cauſa Romā migraſſet,duxit vxorē genere Sabinā, Herſilij filiā,quæ ſuis gētilibus autor fuerat vt pro maritis ſuis ad patrēs legationē obirent, quo tēpore Sabini cū Romanis bellū gerebāt, & quæ amicitiæ inter illos duos principatus conciliatæ cauſa pręcipua fuiſſe videbatur.Hic vir quū Romuli ductu multis bellis interfuiſſet,& pręclara facinora edidiſſet,*tandē* in pręlio cū Sabinis cōmiſſo cecidit,relicto filiolo vnico:& à regib. ſepultus eſt in maximè cōſpicua fori parte,monumēto cū inſcriptione eius virtutē teſtante,decoratus.Ex eo autē vnico filio quū ad ętatē virilē perueniſſet,& nobilē matronā vxorē duxiſſet,nat⁹ eſt Tullus Hoſtilius,vir induſtrius, qui tunc legitimis populi ſuffragiis rex declaratus eſt,diis etiā plebiſcitū per fauſta auſpicia ratum facientibus. Annus autē quo regnum eſt adeptus,fuit ſecundus vigeſimæ ſeptimæ olympiadis, qua in ſtadio vicit Eurybates Athenienſis , archonte Leoſtrato. Hic,ſimulatque regnum eſt adeptus,edito facinore lōgè omniū pręclariſſimo,omnes qui de plebe erant mercenarij & egeni,ſibi deuinxit.Id autē eiuſmodi fuit.Superiores reges eximium,magnum & vberē agrū habebant,ex cuius prouētibus & diis ſacra faciebant,& res ad victū ſuū neceſſarias abundè habebant,quē Romulus iure belli adēptū iis,qui tunc eum poſſidebant,ſibi pararat:ſed quum ille ſine liberis obiiſſet,Numa Pōpilius rex,qui ei ſucceſſit,eo fruebatur.Is autem ager non amplius erat publicus,ſed

TVLLVS HOSTILIVS, Rom. rex III.

Tullus Hoſtilius regium agrum viritim diuidi iis quibus nullus ager eſſet permiſit. *Verum, quidam interpr.* iis qui eſſent inopes. *Nec certè τοῖς μήπω κλῆρον ἔχουσι, minus hoc quàm illo interpretari modo licet.*

Tulli Hoſtilii, res bello geſtæ.

Bellum cum Albanis geſtū.

propria regum ſors *& poſſeſſio* ſemper erat. Tullus igitur permiſit vt hæc poſſeſſio Romanis, quib. nullus ager eſſet, viritim diuideretur: aſſerēs patrimoniū ſibi & ad ſacra & reliquos domeſticos ſumptus ſufficere. Hac autem liberalitate ciues inopes recreauit, effecítque ne aliis amplius ſeruirent. Ne quis verò expers domicilij eſſet, cū collē qui Cælius nunc apatur, muris vrbis adiūxit: vbi omnes Romani, quotquot ſine lare erant, adepti quantum loci ſat erat, domos ædificarunt, ibíque ipſe ſuas ſedes fixit. Atque hæ quidē ſunt res memoratu dignæ, quas ab illo viro in reip. adminiſtratione domi geſtas ferunt. ¶Res verò foris geſtę multæ & variæ memorantur, de quibus mox dicā, ducto exordio à bello cum Albanis geſto. Diſſidij autē & cognationis diſſolutæ inter has ciuitates autor fuit Albanus quidā nomine Cluilius, qui ſummū magiſtratū *apud Albanos* gerebat. Hic ægrè ferens Romanorū res ſecundas, & inuidiæ impotens, & ingenio arrogāti & maligno præditus, diſſidiū ac bellum inter hos duos populos excitare decreuit. Sed quū nullā rationē videret, qua Albanis perſuadere poſſet, vt ſibi exercitū cōtra Romanos ducere permitterēt, & neque iuſtas, neque neceſſarias *belli* cauſas haberet, tale quiddā cōminiſcitur. Albanis omniū pauperrimis, & audaciſſimis permiſit vt Romanorū agros popularētur, impunitatē pollicitus, & effecit vt multi quæſtum omni periculo vacantē ſecuti (ſiquidē nihil eorū quæ cepiſſent, metu coacti, erant reſtituturi) totā finitimā regionē latrociniis replerent: hoc autē fecit conſilio non temerario, vt ipſa res docuit. Exiſtimabat enim Romanos rapinas nō laturos, ſed ad arma ituros, & ſibi oblatū iri occaſionē eos apud populū criminādi, quaſi priores bellum inferrent. Exiſtimabat etiā plurimos felicitatis ſuorū colonorū inuidia actos, libēter crimina admiſſuros, & bellū illis illaturos: quod etiā accidit. Nā quū vtriuſque ciuitatis malefici homines prędas agerent, & alteri alterorū res diriperēt: & romanus exercitus tādē in agrū Albanū feciſſet irruptionē, in qua multi latrones partim cæſi, partim capti fuerunt, Cluilius cōuocata ad cōcionē multitudine, lōga oratione acriter in Romanos eſt inuectus, & multos oſtēdens ſaucios, & producēs eos, ad quos res raptæ pertinebāt, & eos qui defunctorū erāt neceſſarij, & prętereа lōgè plura quā reuera eſſent, mētitus, primùm decreuit legatos mittere, qui iniurię authores ad ſuppliciū depoſcerēt: quòd ſi Romani æquitatē ſpernerent, tunc arma illis inferre *ſtatuit.* Quū igitur legati eorum Romā veniſſent, ſuſpicatus Tullus eos venire vt res raptas repeterēt: pœnáſque pro iniuriis illatis repoſcerent: ipſe eos hac in re anteuertere ſtatuit, cauſam violati fœderis cum ſua colonia facti in illos retorquere volens. Fœdera enim Romulo regnante inter duas has ciuitates facta fuerāt: quæ cùm alias æquas iuſtáſque cōditiones cōtinebāt, tū etiā hāc, vt neutra alterā bello laceſſeret, & quæ de aliquo maleficio cōquereretur, diſceptaret apud eos qui iniuriā feciſſent: quod ſi ius ſuū obtinere nō potuiſſet, tunc neceſſario bellū inferret, vt ruptis iā fœderibus. Quare, cauens ne Romani Albanis prius res ſuas ſuúmque ius repetētib. negarēt, atque ita ſe illis obnoxios redderent, mādauit præcipuis *& nobiliſſimis* amicis ſuis vt Albanorū legatos hoſpitio exciperēt, eóſque omni humanitatis genere tractarēt, & domi apud ſe detinerēt. Ipſe verò ſimulās ſe neceſſariis quibuſdā negotiis diſtrictū, eorū aduentū eluſit. Proxima autē inſequenti nocte, illuſtres quoſdā ciues Romanos, quū antè præcepiſſet quid eſſet agendū, miſit Albā cū Fecialibus, qui peterēt, vt pro iniuriis illatis Albani pœnas Romanis perſoluerēt, qui ante ſolis ortū itinere cōfecto, manè ipſum Cluiliū in foro iā pleno verſantē offenderūt: & expoſitis iniuriis, quas Romani ab Albanis acceperāt, poſtularūt, vt præſtaret quod cōtinebatur in cōditionibus fœderis inter duas ciuitates icti. At Cluilius, quòd priores Albani Romā legatos miſiſſent, qui pœnas iniuriarū repeterēt, neque reſpōſo Romani eos dignati fuiſſent, iuſſit Romanos diſcedere, vt fœderū violatores: illíſque bellū indixit. Legationis autē princeps diſcedēs, hoc ſolū ex Cluilio audire voluit, nū fateretur eos demū fœdera violaſſe, à quibus prius iniuriarū pœnæ repetitę fuiſſent, & » qui nil æqui piíque facere voluiſſent. Id confitente Cluilio, Ergo (inquit) teſtor illos » ipſos deos quibus teſtibus fœdus inter nos olim ictū fuit, Romanos qui ius ſuū nō obti» nuerunt priores bellū piū iuſtúmque cōtra fœderū violatores ſuſcepturos, & vos hoc » iudiciū fugitare, vt res ipſa demonſtrat. Vos enim priores nobis res noſtras petentibus » negaſtis, nec ius noſtrū nobis tribuiſtis, & priores bellū nobis indixiſtis. Quare, nos breui armis iniuriam vlturos, expectate. Tullus quum hæc audiſſet ex legatis Romam reuerſis, ita demum imparauit vt Albani adducerentur, & ſui aduentus cauſam exponerent, qui quū retuliſſent omnia Cluilij mandata, & niſi ius ſuum obtinuiſſent, bellū » minarētur. Equidē prior (inquit) hoc feci, & quū videā nihil eorum, quæ in fœderibus » cōtinētur, à vobis ſeruari, hæc antè à vobis violata & cōtempta ſatis patet. Quare, & ne» ceſſariū & iuſtū bellum Albanis indico, non ſolùm armatis domeſticis copiis, ſed etiam

ſubditorũ auxiliis accerſitis. Rebus autẽ omnibus ad bellum paratis (poſtea enim ob
has ſpecioſas cauſas vtrique ad bellũ ſe paratunt, nõ ſolùm domeſticas copias inſtruẽ-
tes, ſed etiã ſubditorũ auxilia accerſentes) in vnũ cõuenerũt, & caſtra poſuerũt qua-
drageſimo ab vrbe ſtadio. Albani quidẽ ad foſſas, quæ Cluiliæ vocãtur. ſeruant enim
adhuc nomen eius à quo factæ fuerunt. Romani verò in loco paulò inferiore, quem
elegerãt, & ad caſtra metandũ cõmodũ iudicarant. Poſtquã autẽ mutuò vtrique co-
pias cõſpexerunt, neque numero inferiores, neque vili armorum genere inſtructas,
neq; ob reliquũ apparatũ cõtemnẽdas, primum illũ ardorẽ ac impetũ, quo principio
ad cõflictum ferebãtur, vt prima impreſſione hoſtes fuſuri, ſedarunt: & de vi propul-
A ſanda potius quàm inferenda cogitare cœperunt, vallum vtriq; altius erigentes. Eo-
rum verò prudẽtiſſimis quibuſque, qui optimè *de rebus* ſentiebãt, optimóque iudicio
& cõſilio præditi erãt, in mentẽ venit, vt duces ſuos reprehenderẽt. Quũ enim tem-
pus fruſtra traheretur (nihil enim quod eſſet memoratu dignum faciebãt) incurſio-
nibus & velitationibus, aut equeſtribus præliis ſe mutua clade afficiebãt. Cluilius ve-
rò, qui huius belli autor fuiſſe videbatur, moleſtè ferens ignauũ otium, decreuit exer-
citum educere, & hoſtes ad prælium prouocare, &, ſi certamẽ detrectarẽt, eorum mu
nitiones adoriri. Quare, paratis omnibus rebus ad pugnã neceſſariis, paratis etiam, ſi
murorum oppugnatione opus fuiſſet, iis omnibus quæ ad eã rẽ faciebant, noctu in
prætorio cubãs, aſtante ſolito ſatellitio, circa matutinum crepuſculum mortuus inuẽ-
B tus eſt, neque cædis, neque laquei, neque veneni, neque vllum aliud violentæ necis
veſtigium in corpore habẽs. Quum autẽ iſte caſus admirãdus, (vt reuera erat) omni-
bus videretur, & cauſa quæreretur: (neque enim morbũ præceſſiſſe quiſquã poterat
cauſari:) qui ad diuinã prouidentiã omnes humanos caſus referunt, aſſerebant eum
ira diuina extinctum, quòd veterẽ patriã ad bellum neq; iuſtum neque neceſſarium
cõtra ſuã coloniã incitaſſet: qui verò id bellum ſibi quæſtuoſum fore exiſtimabant: &
ſe magnis cõmodis priuatos arbitrabantur, id facinus ad inſidias & humanam inui-
diam referebant: inſimulantes quoſdam eius aduerſarios, quòd occulta & deprehẽſu
difficilia venena cõparaſſent, hiſque hominẽ necaſſent. Alij verò, prędolore, & cõſilij
inopia eũ ſibi mortẽ voluntariã conſciuiſſe aiebant, quòd omnes ſuos conatus diffici
C les & irritos videret, & ex animi ſentẽtia nihil eorũ ipſi ſuccederet, quæ à principio,
quum rẽ aggreſſus eſt, ſperarat. At qui neque amore, neque odio ipſius ducis moue-
bantur, & qui optimè de eo quod acciderat iudicabant: exiſtimabãt virũ illũ neque
diuina indignatione, neque aduerſariorum inuidia, neque rerũ deſperatione extin-
ctũ, ſed ipſa naturæ neceſſitate & fato: quippe quòd debitã ſortẽ, quæ omnibus na-
ſcentibus eſt deſtinata, impleuiſſet. Cluilius igitur, antequam vllũ egregium facinus
ederet, talẽ vitæ exitũ eſt ſortitus. In eius autem locũ ſuffectus & dictator creatus eſt
ab exercitu Metius Suffetius, vir neque belli dux idoneus, neque pacis cuſtos firmus:
qui, ſi quiſquã alius Albanorum, quũ ab initio cuperet diſcordiã inter has duas ciui-
tates excitare, & propterea poſt Cluilij obitum imperio dignus *ab Albanis* iudicatus
D fuiſſet: tamen poſtquam imperium eſt adeptus, & cognouit incommoda & difficul-
tates omnes præſentis rerũ ſtatus, nõ perſtitit amplius in eadẽ ſententia, ſed cenſuit
cunctandũ, & tẽpus terendũ: quòd videret neq; omnes Albanos amplius ad bellũ ea-
dẽ animi alacritate propenſos, neque ſibi ſacrificãti victimarum exta ſatis felicẽ prę-
lij exitũ portendere. Quare tandẽ ſtatuit hoſtes ad pacẽ inuitare, miſſis ante caducea
toribus, quia videbat periculũ quod ab extraneis impendebat, & Albanis, & Roma-
nis, niſi inter ſe fœdus facerẽt: bellum *videlicet* improuiſum, quod vtrunque exercitũ
erat deleturum. Id autẽ erat huiuſmodi, Veientes & Fidenates, qui vrbes magnas ha
bebãt, regnãte Romulo cum Romanis de principatu, & dominatu armis cõtẽderãt,
& in eo bello vtrique multis exercitibus amiſſis, & agri parte mulctati, victorum im-
E perata facere ſunt coacti: de quibus in ſuperiore libro accuratè egi. Sed Numa Põpi-
lio regnãte, pace ſtabili fruẽtes, valde & virorũ copia & diuitiis & reliquis felicitatis
partib. aucti ſunt. Hac igitur felicitate elati, ad libertatẽ iterũ aſpirabant, & elatiores
ſpiritus aſſumebãt, & ſe parabãt ad Romanorum imperiũ in poſterum detrectãdum.
Aliquandiu igitur conſilium defectionis ipſorum diſſimulatum eſt, ſed Albano de-
mum bello patefactum eſt. Quum enim audiſſent Romanos ex ſuis finibus egreſſos
totis viribus, vt prælio cum Albanis decernerent, rati ſe optimam eos inuadendi oc-
caſionem nactos, clam potentiſſimi quique coniurarãt, vt omnes qui per ætatem ar-
ma ferre poſſent, Fidenas conuenirent, clã & rati *eò* venientes, vt ita inſidiæ quæ Ro
manis parabãtur, minimè innoteſcerent: atque ibi ſubſiſtentes occaſionem expecta-

Cluilius, qui ſummũ apud Albanos magiſtratum gererat, mortuus inuenitur, nullis apparentibus vllius violentæ necis veſtigiis, nec vllo etiam morbo prægreſſo.

Metius Suffetius in Cluilij locum imperator ab Albanis ſufficitur. *Ab aliis autẽ Metius Fuffetius vocatur.*

Veientes & Fidenates ad libertatẽ iterum aſpirant.

Veientium & Fidenatũ aduerſus Romanos cõiuratio.

rent,quando Romanorum & Albanorum copiæ caſtris derelictis ad certamẽ prodi-
rent.Hoc autem illis erant ſignificaturi ſigno datu ſpeculatores quidã, in montibus
deliteſcentes Dato autẽ ſigno omnes a rmis correptis in eos celeriter impetũ facere
oportebat:ſpatiũ autem inter Fidenas & caſtra non longũ erat:ſed ad ſummum erat
quantũ duabus,tribúſve horis confici poteſt, & *decreuerant* prælio iã confecto dere-
pente in conſpectũ *hoſtiũ* venire,&,vt erat veriſimile,omnes pro hoſtibus habere,&,
ſiue Albani,ſiue Romani viciſſent,ipſos victores interficere.Hęc ſunt quę principes
illarũ ciuitatũ facere decreuerant.Si igitur audacius Albani contẽptis Romanis in
certamẽ cum impetu iuiſſent,& vnico prælio de rerũ ſumma decernere ſtatuiſſent,
nihil prohibere potuiſſet,quominus inſidiæ ipſis paratæ laterent,& vtérque exerci- A
tus deleretur.Iã verò & ipſa belli mora,quæ pręter omniũ expectationẽ fiebat,& tẽ-
poris diuturnitas,dũ ſe vtrique inſtruunt,eorũ conſilia diffudit,*& irrita fecit.* Quidã
enim de coniuratorũ numero,ſiue priuatis cõmodis ſtudẽtes,ſiue ſuis principibus, &
eius rei authoribus inuidẽtes,ſiue veriti nequis alius rei index exiſteret(quod multis
accidit in cõiurationibus,quarũ multi ſunt participes,quæque ſunt lẽtę ac diuturnę)
ſiue etiã coacti ipſis cõſcientiæ ſtimulis , quod nollent facinus tã impium ad felicem
exitũ perduci,dolũ hoſtibus prodiderunt.Suffetius igitur his cognitis,maiore ſtudio
cõtrouerſias dirimere,*pacémque facere* enixus eſt,quippe qui videret ſibi aliter faciẽdi

Coniurationis illius indicia ad Tullũ Hoſtiliũ delata.

nullã optionem relinqui. Huius autẽ coniurationis indicia & ad ipſum regẽ Roma-
norũ ab amicis,quos Fidenis habebat,delata fuerãt. Quare ne ipſe quidẽ diutius cũ- B
ctatus,Suffetij conditiones,ad quas ab eo inuitabatur,admiſit.Quũ autem ad collo-
quiũ conueniſſent,in locũ qui erat medius inter vtraque caſtra, vtrique cũ conſilia-
riis viris prudentibus,primùm ſe inuicẽ ſalutarunt,vt olim ſolebãt,(nõ aliter quàm
amici,& cognati,qui ſe inuicẽ amicè ſalutant)deinde de pace agere cœperũt. Prior

Oratio Metij Suffetii,vel Fofetii,ad Tullũ Hoſtilium & eius conſiliarios.

autẽ Albanus ita eſt exorſus, VIDETVR mihi neceſſarium eſſe ante omnia cauſas
demõſtrare,quæ me impulerunt vt prior de pace facienda agerẽ, quũ neque à vobis
prælio fuerim ſuperatus,neque vllo modo cõmeatu interclusus:ne fortè putetis me
domeſticis viribus diffiſum,& veſtras vires inuictas exiſtimantẽ, honeſtã aliquã ra-
tionẽ,qua hoc bello liberaremur,quærere.Certè enim intolerabiles eſſetis ob iſtam C
veſtrã grauẽ arrogantiã,ſiquid tale de nobis crederetis, & ad nullas æquas conditio-
nes,quaſi armis iã ſuperiores,deſcendere velletis. Ne fortè igitur putetis huius mei
propoſiti aliquas eſſe falſas cauſas, quæ faciant vt ad pacẽ ſim propẽſior, veras acci-
pite.Ego à mea patria dictator creatus,ſimulatque hoc imperiũ accepi,cœpi cõſide-
rare quænã præcipuæ cauſæ noſtras ciuitates turbaſſent,quas quũ viderẽ exiguas &
leues,neque idoneas quę tantã amicitiã & cognationẽ dirimerent,exiſtimabam ne-
que ipſos Albanos,neque etiã nos optimũ conſiliũ cepiſſe.ſed longè melius hoc co-
gnoui,& magnã vtrorumque inſaniam damnaui,poſtquam ad ipſam rerum admini-
ſtrationem acceſſi,& vniuſcuiuſque voluntatis periculum feci.Nam neque in pri-
uatis, neque in publicis conuentibus omnes Albanos de bello idem ſentire vidi. D
Quũ autẽ iam ptidẽ in humana ratiocinatione *multa* difficultates deprehenderẽtur,
& diuina ſigna,quo tẽpore de prælij exitu victimarũ exta cõſului,nihil lęti mihi por-
tenderent,vehemẽter triſtari,& animo dubio atque anxio eſſe cœpi. Hæc igitur co-
gitans illũ pugnãdi impetũ repreſſi,pugnã differens, & moras nectẽs,ratus vos prio-
res de pace acturos.Et ſanè,Tulle,oportuiſſet vos priores hoc facere , quũ ſitis noſtri
coloni,nec expectare donec veſtra antiqua patria vos ad pacẽ inuitaret.Quẽ enim
honorẽ parentes à liberis,eũ vrbiũ conditores à ſuis colonis ſibi deferri volunt.Dum
autẽ nos cũctamur , & inuicẽ alteri alteros ſpectamus, vtri priores de compoſitione
agant,alia quædã externa neceſſitas,cui vix humano cõſilio reſiſti poteſt,nos conci- E
liat:quã quũ audierim vobis adhuc occultam, exiſtimaui nõ eſſe mihi ita enixè ſpe-
ctandã honeſtã pacis faciendæ rationẽ.Graues enim,ô Tulle, in nos machinationes
ſtruuntur,& in vtróſque dolus ineuitabilis eſt conſutus,qui inſtar ignis , vel torrẽtis
ingruens,facilè & nullo cũ labore res omnes noſtras attriturus *& perditurus* erat.Au-
thores autẽ horũ ſceleſtorum conſiliorũ ſunt Fidenatum & Veientium potentiſſimi
quique ciues,qui coniurationẽ fecerunt.Rationẽ autẽ inſidiarum,& modũ quo oc-
culta ipſorum conſilia cognouerim,audite.His dictis,literas cuidã eorũ qui aderant,
tradidit legendas:quas ei attulerat quidã ab hoſpitibus Fidenatibus:& eum qui ipſas
attulerat,produxit.Literis autẽ lectis,& rebus omnib.ab illo viro enarratis,quas au-
dierat ex eorum ore qui ipſas epiſtolas ſcripſerant, & omnibus qui aderant mirum
in modum

ed by Google

in modũ obſtupeſcentibus(quemadmodũ veriſimile eſt accidiſſe,tanto malo præter
» ſpẽ audito)breui mora interpoſita, Suffetius rurſus ita loqui cœpit, Audiſtis. Quiri-
» tes,cur hactenus manus vobiſcũ cõferere cũctatus ſim,& cur ego prius vos ad amici
» tiã *& pacẽ* iam prouocare voluerim. Veſtrũ erit iam videre vtrũ putetis ſatius ob bu-
» culas & oues raptas bellum implacabile ſemper gerere cũ veſtris cõditoribus & pa
» tribus,in quo & victi & victores perituri ſitis,an depoſitis in cognatos odiis nobiſcũ
» contra cõmunes hoſtes ire,qui non ſolũ à vobis defectionẽ facere,ſed etiã in vos in-
» ſurgere decreuerunt,neque vlla iniuria à vobis affecti, neque etiã metuẽtes nequid
» damni in poſterum accipiant.Neque verò apertè nos erant aggreſſuri,vt belli legi-
A timi ius cõmune poſtulat,ſed clã,nequis ipſorũ inſidias præuideret,ac ſibi ab illis ca-
» ueret. Sed enim quòd in impios homines totis viribus nobis ſit eundũ inimicitiis de-
» poſitis (inſani enim eſſet aliter ſentire) non eſt opus pluribus agere, & vos hortari,
» præſertim quũ vos quoque idẽ ſtatueritis & facturi ſitis. Sed quomodo ex vtriuſque
» ciuitatis dignitate, & cõmodo pax fieri poſſit (hoc enim fortaſſe iampridem audire
» cupitis)iã dicere conabor. Equidẽ cẽſeo eam pacem,quæ fit inter cognatos & ami-
» cos eſſe præſtantiſſimã & honeſtiſſimã,quũ omni ira extincta,& omnibus malis obli
» uioni mãdatis,omnes ſibi inuicẽ ſine dolo vltro citróque illatas & acceptas iniurias
» condonant.Minus verò honeſtã *eã eſſe indico* in qua ipſa quidẽ populi multitudo cri-
» minibus liberatur,ſed illi ſoli qui ſe mutuis iniuriis affecerunt coguntur iudiciũ ſub-
B ire,cauſam dicere,& iure diſceptare.Harũ igitur pacis faciendæ rationũ alterã, quæ
» ſit & honeſtior,& magnanimis viris dignior,nobis eligendã cenſeo,& cõmuni decre
» to omnẽ malorũ præteritorũ,& iniuriarũ vltro citróq; illatarũ & acceptarũ memo-
» riã abolendã.Quòd ſi tibi,Tulle,pacẽ ita fieri non placet:ſed querimonias iniuriarũ
» mutuarũ iure finiri mauis,ad hæc etiam parati ſunt Albani, dũmodo priùs publicæ
» inimicitiæ deponantur.Quòd ſiquẽ alium præter hunc honeſtiorẽ,aut iuſtiorẽ recõ
» ciliationis modũ habes,nónne ocius cũ in mediũ proferes?nã magnã tibi habebo gra
» tiã. His à Suffetio dictis.Romanorũ rex eius orationẽ excipiens, ¶Et nos(in- Oratio Tulli Hoſtilli ad Metium Suffetiũ & alios Albanos, qua iis, quæ Suffetius propoſuerat reſpondet.
» quit)ô Suffeti,grauẽ cladẽ nos accepturos arbitramur,ſi ſanguine & cæde cõtrouer
C ſias inter cognatos ortas dirimere , ac finire cogamur : & quoties ſacra fecimus vt
» deorũ de belli euentu volũtatẽ cognoſceremus,prælij initiũ facere prohibiti fuimus,
» & de occultis Fidenatũ,& Veientiũ coniurationibus, quas in nos vtroſque fecerũt,
» paulo antè ab hoſpitibus , quos ibi habemus,certiores fuimus facti , & ab illis nobis
» cauemus:vtque nullũ detrimentũ acciperemus,& illos vlciſceremur, pro eo ac me-
» rentur eorũ inſidiæ,iã nos parauimus.Nõ minus autẽ quàm tu bellũ hoc potiùs ſine
» pugna,quàm armis finire volebamus:ſed priores de pace legatos mittere noluimus,
» quia belli initiũ à nobis non eſt factũ,ſed laceſſiti à vobis vim propulſauimus. Quòd
» ſi vos arma depoſueritis lubenter cõditiones,ad quas nos inuitatis,accipiemus, neq;
» in pacis cõditionibus moroſi ac difficiles erimus,ſed præſtantiſſimas, & viris magna-
D nimis maximè dignas admittemus,cõdonãtes Albanæ ciuitati omnẽ iniuriã,omnẽ-
» que delictũ(ſi tamẽ publica ciuitatis delicta ea ſunt vocãda,quorũ veſter Imperator
» Cluilius erat autor,)qui pro vtriſq; noſtrũ meritas pœnas diis perſoluit.Omnis igitur
» materia *& occaſio* tã priuatarũ quã publicarũ criminationũ tollatur,& omnis præteri
» torũ malorũ memoria aboleatur,vt & tu,Suffeti,cenſes.Sed nõ ſatis eſt nos hoc ſolũ
» ſpectare,quomodo præſentes inimicitias quæ ſunt inter nos dirimere poſſimus, ſed
» etiã ne vnquã poſthac bellũ inter nos iterũ geramus aliqua ratio eſt ineunda.Neque
» enim conuenimus vt inducias, ſed vt pacẽ faceremus. Quo modo igitur pacẽ firmã
» facere poſſimus,& quid vtriſque faciendũ ſit,vt & nũc & poſthac in perpetuũ amici
» ſimus,tu ô Suffeti omiſiſti,at ego hoc quoque addere conabor.Si *nimirũ* Albani Ro-
E manorũ bonis inuidere deſinãt,quæ nõ ſine magnis periculis & laboribus quæſiue-
» runt.Nulla enim aut grauiore aut leuiore iniuria à nobis accepta : propterea tãtùm
» nos odio proſequimini,quia fortuna magis proſpera quàm vos vti videmur. Item ſi
» Romani Albanos ſuſpectos habere,quaſi ſibi ſemper inſidientur, & ſi ab illis,tãquã
» ab hoſtib.ſibi cauere deſinãt.Nullus enim amicus firmus eſſe poteſt ei cui eſt exoſus.
» Quomodo igitur hoc vtrũq; fieri poterit?Nõ ſi in fœderis cõditionibus hæc ſcripſe-
» rimus,neq; ſi vtriq; per ſacra iurauerimus,parua enim & infirma ſunt hæc præſidia,
» ſed ſi alteri alterorum proſperitatem communẽ duxerimus. Vnũ enim eſt,ô Suffeti,
» doloris,quẽ homines ex aliorum bonis capiunt, remediũ, ſi nimirum qui inuident
» aliorũ bonis,nõ putẽt ea eſſe amplius aliena. Vt igitur hoc fiat , author ſum Romanis

vt in commune conferant,& Albanis impertiant omnia bona, quæ iam habent, &
quæ in poſterum ſunt habituri: Albani verò alacriter accipiant, & contenti ſint iis
quæ dantur,vt que vos omnes, vel, niſi omnes,at ſaltem maior pars & præſtãtiſſimi
quique de vobis Romanæ vrbis coloni fiatis. Neque enim Sabinis quidẽ & Hetru-
ſcis honotificum fuit derelictis ſuis vrbibus ad nos habitãdi cauſa migrare: vobis ve-
rò genere coniunctiſſimis, ſi idem feceritis, turpe eſt futurum. Quòd ſi recuſatis vnã
& eandem vrbem nobiſcum incolere,quæ iam ampla eſt,& longè amplior eſt futu-
ra,& patriarum ſedium amore detine mini,hoc ſaltem facire,conſilium vnum publi
cum deſignate,quod commodis vtriuſque ciuitatis conſulat, & imperiũ tradite al-
terutri ciuitati,quæ viſa fuerit potentior,& quæ pluribus commodis inferiorem affi- A
cere poſſit. Atque hæc quidem eſt mea ſententia:& ſi hæc fiant tum demum nos con-
ſtantes amicos fore,ſed ſi duas vrbes æquè excellentes, vt nunc,incolamus, nunquã
nos concordes fore puto. His auditis,Suffetius tempus ad delibetandum petiit:
& quum ex conſilio ſeceſſiſſet, cũ Albanis an eę conditiones admittendæ eſſent con-
ſultauit. Cognitis autem omniũ ſentẽtiis, reuerſus in conſiliũ,ita eſt loquutus, N o-

Oratio ſecunda Metii Suffetii ad Tullũ Hoſtilium, in qua de oblatis conditionibus reſpondet.

B I S, Tulle,patriam relinquere non placet,neque deſerere ſacra patria,& maiorũ la-
res,& locum quem ferme per quingentos annos maiores noſtri tenuerũt, præſertim
quum nullum bellum,neque alia neceſſitas fatalis nos cogat. Vnum verò conſilium
publicum cõſtitui, & vnam eſſe ciuitatem,quæ alteri imperet,non diſplicet. Atque
hoc etiã caput in fœderibus ſcribatur, ſi ita videtur, & omnis belli materia tollatur.
Quum autem hactenus inter eos conueniret contendebant de ciuitate cui impe- B
riũ eſſet committendum, & multa verba ab vtriſque ea de re ſunt facta, quòd vter-
que iudicaret æquum eſſe vt ſua ciuitas alteri imperaret. Albanus enim hoc iure ni-
tebatur, Nos, Tulle, digni ſumus qui vel reliquæ Italiæ imperemus, quia gens Græ-
ca, & omnium earum quæ hanc regionem incolunt, maxima ſumus. Latinæ verò
gentis imperium,ſi vllius alius,ad nos pertinere dicimus,idq; non ſine cauſa, ſed cõ
muni omniũ hominũ iure,quod natura ipſa omnibus dedit, vt nimirũ generis autho
res ſuæ ſoboli imperent. Sed præ omnibus coloniis, de quibus hactenus nihil cõque-
rimur, veſtræ vrbis imperium ad nos attinere exiſtimamus, quum coloniam in eam
miſerimus non multis ante ſeculis, ſed tertia ante hanc ætate, ita vt iam noſtrum
genus,vetuſtate antiquatum,ex hominum memoria nõ ſit deletum. Quod ſi natura C
iure humano inuerſo, ſtatuat iuniores ſeniotibus impetare, & poſteros maioribus:
tunc nos quoque patiemur conditores coloniæ ſuæ imperio parere: ſed non ante.
Atque hoc quidem vnum eſt ius,quo freti imperiũ ad nos pertinere dicimus, quod
nunquam ſponte noſtra vobis cõcedemus. Alterum verò eſt huiuſmodi,hoc autem
ita accipite vt minimè putetis à nobis dici quòd vos criminari, aut probro afficere,
& aliquid vobis exprobrare velimus, ſed quia neceſſitas hoc poſtulat: Albanorum
genus quale fuit olim dum vrbs conderetur, tale etiam vſque ad hanc noſtram æta-
tem permanet: neque quiſpiam demonſtrare poſſet vllam hominum nationem, prę- D
ter Græcam & Latinam,cui ius noſtræ ciuitatis impertiti fuerimus. At vos veſtram il
lam accuratam reipub. adminiſtrandæ rationem corrupiſtis, receptis Hetruſcis,&
Sabinis,& aliis quibuſdam lare carentibus,& permultis barbaris erronibus,ita vt iã
parua pars germani noſtri generis apud vos ſuperſit,imò potiùs multis partibus ma
ior ſit numerus adſcititiorum & alienigenarum. Quòd ſi nos imperio vobis ceſſeri-
mus,ſpurij germanis, & barbari Græcis, & adſcititij indigenis imperabunt. Neque
enim hoc poſſetis dicere,aduenarũ turbã à reip. adminiſtratione à vobis arceri, vos
verò indigenas reip. gubernacula & imperium habere: quinetiam peregrinos reges
creatis,& maxima ſenatus veſtri pars ex aduenis conſtat, quorum nihil vobis volen-
tibus contigiſſe dicere poteſtis. Quis enim, ſi ſit potentior,ſponte imperiũ inferioris E
ferat? Magnæ igitur eſſet demẽtiæ & ignauiæ,ſi ea quæ dicitis vos neceſſitate coactos
pati,nos ſponte noſtra ferre vellemus. Poſtrema autem ratio, *qua noſtrum ius tuemur*
hæc eſt,in Albanę reip. adminiſtratione nihil prorſus adhuc immutatum fuit,licet iã
ſit decima & octaua ætas, ex quo hæc reſp. ita adminiſtratur: ſed omnes patrij mores
ac ritus decorè ſeruãtur. At veſtra reſp. eſt inornata,& inordinata, *ac ſine bona diſcipli-
na*, vt pote quæ recens eſt cõdita,& ex colluuie multarũ gentiũ cõſtat, cui lõgo tẽpo
re, & varia fortuna opus eſt, vt cõponatur,& turbę,& ſeditiones,quę nũc in ea ſunt,
ſedentur. Omnes autẽ facilè fateãtur oportere ſedata turbatis,& ea, quotũ aliquod
periculũ factũ eſt,cõtrariis,& ſana ægrotis imperare. Quare vos qui cõtra facere co-
namini

Digitized by Google

namini,nõ bene facitis.Hæc quũ dixiſſet Suffetius,Tullus eius orationẽ excipiẽs, ita eſt loquutus, Naturæ & maiorũ ius,ô Suffeti,& vos Albani,nobis vtriſque eſt cõmune:vtriq; enim ex iiſdẽ maioribus nos eſſe gloriamur:quare nõ eſt quod propterea alteri noſtrũ vel meliore vel deteriore ſint conditione.Quod autẽ dicitis,oportere omnino colonis ſuorũ cõditorũ imperio parere, quaſi hoc ſit lege quadã naturę neceſſaria cõſtitutũ,certè hoc neq; verũ,neq; æquũ iudicamus, veſtráq; poſtulata ſunt iniqua:multæ enim ſunt gentes,apud quas conditores coloniarũ nõ imperãt,ſed parẽt ſuis colonis.Maximũ autẽ & manifeſtiſſimũ huius rei exemplũ eſt ipſa Spartana ciuitas, quæ non ſolùm aliis Græcis,ſed etiã Dorienſibus, vnde originem ducit,vult

Oratio ſecunda Tulli Hoſtilii ad Metium Suffetium, in qua de aſſerẽdo Romanis imperio, ſeu principatu, agit.

A imperare.Sed quid de aliis verba ſunt facienda? Vos enim ipſi qui miſſa colonia noſtrã vrbẽ cõdidiſtis,Lauinienſiũ eſtis coloni.Si igitur naturæ lex poſtulat vt ſuæ coloniç cõditores ipſi imperẽt,nónne Lauinienſiũ cauſa erit potior quàm vtrorúmq; noſtrũ?Quòd igitur attinet ad primùm ius,quo nitimini,& quod valde egregiã habet ſpeciẽ,hæc ſufficiunt. Sed quando,ô Suffeti,vtriuſque ciuitatis vitã examinare,& conferre es aggreſſus,aſſerens Albanorum nobilitatẽ ſemper in eodem ſtatu permãſiſſe,noſtrã verò corruptam fuiſſe alienigenarũ cõmerciis, quando etiam dicis æquũ nõ eſſe vt ſpurij germanis,aut aduenæ indigenis imperẽt,ſcias te vel maximè in hoc ipſo tuæ cauſæ firmamẽto errare.tantũ enim abeſt vt nos pudeat quòd cum quibuſlibet noſtrã ciuitatem cõmunicarimus,vt etiã maximè hac re gloriemur, nos tamen

B huius præclari facinoris non ſumus authores,ſed imitati ſumus exemplũ Atheniẽſis reip.cuius maxima eſt gloria inter Græcos,idque ob hanc ipſam reip.formam, ſi nõ maximè,at certè nõ minimè.Et rem eã quæ nobis multorũ bonorum fuit cauſa, dãnare nõ poſſumus:neque nos eius pœnitet quaſi peccarimus. Et apud nos imperat, & ſenator eſt,ac reip.cõſulit,aliíſque honoribus fruitur,nõ qui multũ opibus pollet, neque qui longã ſuorum maiorũ indigenarũ ſeriem poteſt oſtendere,ſed quicũque his honoribus fuerit dignus:humanã enim nobilitatem in nulla alia re quàm in ipſa virtute poſitã cenſemus.Reliqua verò turba eſt ciuitatis corpus,vim ac robur ad virorũ præſtantiſſimorũ conſilia exequenda miniſtrãs. Et noſtra ciuitas ex parua euaſit magna,& ex cõtemptiſſima facta eſt formidabilis vicinis populis ob talẽ humani-

C tatẽ.Atque huic potiſſimum inſtituto,quod tu, Suffeti, dãnas,Romani acceptũ ferũt imperiũ,de quo nullus cæterorũ Latinorũ id ſibi vendicans nobiſcum amplius contendit.In armorũ enim vi ſita eſt ciuitatũ potentia,hæc autem multorũ hominũ beneficio comparatur. Vrbes verò exiguæ & infrequẽtes,ac propterea infirmæ, neque alias,neque ſeipſas regere poſſunt.In ſumma autẽ,ego tũc exiſtimo aliorũ reip. adminiſtrandæ formas eſſe vituperãdas,& propriã laudandam,quũ quis poteſt demõſtrare ſuã quidẽ remp.his inſtitutis quæ profert,fortunatã & amplam eſſe factã. Eas verò,quæ vituperantur,eo quod nolint eadem ſequi,infelices eſſe:ſed res noſtræ nõ ſic ſe habent.Nam veſtra ciuitas ex ſublimiori faſtidio,& amplioribus opibus,in exi-

D guum domicilium eſt contracta.At nos orſi à tenuibus primordiis,non magno temporis ſpatio, Romam fecimus maximam omnium vrbium finitimarum,hiſce inſtitutis vſi,quæ tu reprehẽdis.Seditiones verò noſtræ, quia has etiam nobis obiicis, ô Suffeti, non ad perniciem, vel diminutionem, ſed ad ſalutem & incrementa reip. faciunt.Contendimus enim nos iuniores cum ſenioribus,& aduenæ cum indigenis, vtri maiora beneficia in remp. conferant. Et, vt paucis rem expediam, iis, qui aliorum imperium ſunt habituri, hæc duo adeſſe oportet, in bello vires, & in conſiliis prudentiam, quæ vtraque in nobis ſunt. hoc autem non eſſe inanem iactationem, ipſa experientia, quæ omni oratione eſt præſtantior, nobis eſt teſtis. Certè ad tantam amplitudinem & potentiam noſtra reſp. intra tertiam ab vrbe condita

E ætatem excreſcere non potuiſſet, niſi & eximia fortitudo & prudentia in ea fuiſſet. Multæ autem Latinæ gentis ciuitates veſtræ coloniæ, magnæ ipſius potentiæ fidem facere poſſunt:ſiquidem contempta veſtra ciuitate ſe nobis defectione à vobis facta iunxerunt,& Romanorum,quàm Albanorũ imperio parere maluerunt, quia videbant nos vtrumque poſſe,& amicos beneficiis, & hoſtes maleficiis afficere: at vos neutrum poſſe.Multa præterea eaque valida argumenta, Suffeti, aduerſus rationes quas ad iuris tui defenſionem attuliſti,poſſem afferre. Sed quum videam eſſe verba inania, & bona ex parte æquè facilè atque tua confutari poſſe,finem dicendi faciam apud vos aduerſarios noſtros, qui eſtis æqui iudices. Vnam verò & ſolam omnium optimam rationem, quæ noſtras controuerſias dirimat, eſſe puto, qua

etiam multi & barbari & Græci vſi ſunt, alij quidem de principatu, alij verò de agro «
controuerſo animis inimicis cõtendentes. Hanc vbi indicaro, finem dicendi faciã. «
Suadeo igitur vt vtrique cũ parte aliqua exercitus noſtri certamẽ ineamus, hominũ «
numero in minimũ cõtracto, quibus belli fortuna committatur, & vtrius vrbis ciues «
victoriam de hoſtibus reportarint, illorũ ciuitati imperiũ in alterã cõcedamus. Quę
enim oratione dirimi non poſſunt, de his decerni ſolet armis. Atque hæc ſunt argumenta, quæ prolata fuerunt ab vtroque imperatore, vt vterque probaret imperiũ

Inter Albanos & Romanos de controuerſia ſua armis decidenda cõuenit.

ad ſuam ciuitatem iure pertinere. Tandem tamen in Romani imperatoris ſententiã
omnes iuerunt. Qui enim de Albanis & Romanis in illo cõcilio intererant, quòd ſe
citò illius belli moleſtiis liberari cuperent, cõtrouerſiam armis dirimendam eſſe cẽ- A
ſuerunt. Hac autẽ de re quũ inter eos conueniret, de numero eorum qui eſſent certaturi diſceptabatur: quia nõ idẽ vterque imperator ſentiebat. Tullus enim minimo
hominum numero belli totius fortunam cõmittendam eſſe cenſebat, ita vt vnus Albanorum præſtantiſſimus cum vno Romanorum fortiſſimo prælio ſingulari decer-

Tullus Albanum ducẽ ad ſingulare certamen prouocat.

neret, & ipſe ad dimicandum pro patria paratus erat, prouocans Albanum ducẽ ad
parem virtutis æmulationem, & declarans præclara eſſe certamina quæ imperatores
pro principatu & potentatu ſuſcipiunt, non ſolùm ſi viros fortes ſuperent, ſed etiã
ſi ipſi à viris fortibus ſuperentur: & recenſens multa imperatorum atque regum exempla, qui reip. cauſa caput periculis obiectarant, quòd indignum putarent ſibi quidem maximos honores deferri, minimum verò bellicarum moleſtiarum à ſe ſuſcipi. B
Albanus verò iudicabat rectè ab eo dictum, vtrique ciuitati paucorum periculo controuerſiam eſſe dirimendam: ſed de ſingulari certamine non aſſentiebatur *Romano*, quia dicebat ipſis quidem imperatoribus, quum ſibi potentiam quærunt præclarum & neceſſarium eſſe certamen quod inter ſe de principatu ſuſcipiunt: ipſis
verò ciuitatibus, quum de principatu inter ſe contendunt, prælium ſingulare non
ſolùm eſſe periculoſum, ſed etiam turpe tam victoribus quàm victis. Quare ſuadebat vt tres viri ex vtraque ciuitate lecti in omnium & Albanorum, & Romanorum cõſpectu dimicarent. Aiebat enim hunc numerum aptiſſimum eſſe ad omnem
rei controuerſiam dirimendam, quod principium, medium, & finem in ſe contineat. Quum igitur Romani, & Albani in hanc ſententiam iuiſſent, & concilium C
dimiſſum eſt, & vtrique in ſua caſtra ſe receperunt. Deinde vtrique imperatores
exercitu ad concionem vocato, narrarunt quid in eo colloquio actum fuiſſet, &
quibus cõditionibus ſe pacem facturos promiſiſſent. Quum autem vterque exercitus magno conſenſu conditiones fœderis, de quibus inter imperatores conuenerat, approbaſſet & ratas feciſſet, mira illius honoris cupiditas & centuriones & milites inuaſit, multis admodum cupientibus huius pugnæ palmam referre, & non
verbis tantùm ad id aſpirantibus, ſed etiam re ipſa præ gloriæ cupiditate ſeſe ad eam
dimicationem offerentibus, ita vt eorum duces non ſine magna difficultate poſſent dignoſcere quínam eſſent ad eam rem omnium aptiſſimi. Siquis enim erat
aut maiorum nobilitate clarus, aut corporis robore excellens, aut manu ſtre- D
nuus, aut aliqua alia re, aut facinore audaci inſignis, ſe primum in illorum trium
numerum referri volebat. Sed Albanorum dux iſtam ambitioſam contentionem,
quæ in vtroque exercitu longius ſerpebat, compreſſit: animaduertens diuinam
prouidentiam multò antè præſciam certaminis inter has duas ciuitates futuri, eos
qui pro ipſis eſſent periclitaturi paraſſe ex familiis minimè obſcuris, & viros bellicis rebus præſtãtes, & forma eximia præditos, & natalibus non vulgaribus, ſed raris,
& admirandis ob rei nouitatem. Sequinius enim Albanus gemellas filias, alteram
Horatio cuidam Romano, alteram Curiatio qui erat genere Albanus, eodem tempore deſponderat. Horum amborum vxores grauidæ ſimul factæ primo partu prolem maſculam ediderunt, eámque trigeminam, quam ipſi parentes vt augurium
felix & patriæ & ſuæ familiæ oblatum, educauerunt totam, donec adoleſceret. E
Deus verò (vt dixi initio) dedit illis & formam & robur, quinetiam animi generoſitatem, ita vt nullo optimæ indolis *iuuene* eſſent inferiores. Quare, Suffetius
ſtatuit his viris certamen pro patriæ principatu cõmittere: & vocatũ ad colloquiũ

Oratio Metii Suffetii (ſiue Fufetii) ad Tullum Hoſtilium, de committendis tergeminis.

Romanorum regẽ ita eſt alloquutus, DEVS aliquis, Tulle, vtriuſque ciuitatis cu- «
ram gerens, cùm in multis aliis rebus, tum etiam in hoc ipſo certamine ſuam in nos «
beneuolẽtiam patefeciſſe videtur. Nam quòd inuenti fuerint, qui pro rerum ſumma «
decernãt, viri genere nemini ſecũdi, & bello egregij, & forma præſtãtiſſima præditi, «

præterea

præterea eodem patre eadémque matre geniti,& (quod maximè eſt admirandum,) eodem die in lucem editi, apud vos, Horatij, apud nos, Curiatij, hoc certè admirandum quoddam & diuinum beneficium omnino videtur. Quin igitur complectimur hanc tantam diuini numinis prouidentiam, & vtrique trigeminos fratres ad certamen de principatu ſubeundum adhortamur? quæcunque enim alia in hominibus fortiſſimè dimicaturis deſideraremus, hæc etiam inſunt in his viris,& hoc commodum præterea ineſt, quòd hi potiſſimùm quum ſint fratres, non tam facilè in ipſa dimicatione laborãtes propugnatores deſerent quàm alij Romani & Albani facerent: & æmulatio illa reliquorum iuuenum, quam alia ratione ſedare eſt difficile, ocius ſe-A dabitur. Coniicio enim apud vos etiam multos eſſe qui virtutem ſibi vendicẽt, vt & apud Albanos: quos ſi docuerimus quomodò diuina quædã fortuna humana ſtudia præuenerit, quæ viros ex æquo pro ſua quoſq; patria dimicaturos obtulerit, nõ difficile *vt quieſcant*, perſuadebimus. neque enim putabunt ſe virtute inferiores eſſe trigeminis fratribus, ſed quadam felici naturæ ſorte & fortuna aptè admodum certamen contra hoſtes æquante. His à Suffetio dictis, eáque ſententia ab omnibus collaudata, (Romanorum autem & Albanorum præſtantiſſimi quique cum vtriſque aderant) aliquantum cunctatus Tullus, ita eſt loquutus, CÆTERA quidem, Suffeti, mihi videris rectè excogitaſſe: admiranda enim eſt quædam fortuna, quæ generis ſimilitudinem nunquam ante viſam in vtraque noſtra ciuitate, hoc noſtro ſeculo protulit. At vnum illud mihi videris ignorare, quod illos iuuenes valde remora-B bitur *& ad certamen minus alacres reddet*, ſi ab ipſis petamus vt inter ſe confligant. Horatiorum enim noſtrorum mater, eſt veſtrorum Curiatiorum matertera, & ipſi iuuenes in ambarum mulierũ ſinu nutriti fuerunt, atque inter ipſos mutua charitas & amor, non ſecus ac inter proprios *& germanos* fratres intercedit. Vide igitur ne fortè impium ſit his arma tradere, & eos ad mutuam cædem inuitare: præſertim quum ſint fratres, & ſimul educati. Illud enim cognatorũ piaculum, ſi coacti fuerint ſe mutuis vulneribus conficere ac polluere, in nos qui eos coëgerimus iure optimo redũdabit. Cui reſpondit Suffetius, NEQVE me latet, Tulle, illorum adoleſcentum cognatio, neque ſtatui eos cogere vt cum ſuis conſobrinis dimicent, niſi ipſi vltrò C certamen ſubire voluerint: ſed quum primum mihi hoc cõſilium in mentem venit, ſtatim Curiatiis Albanis accerſitis, ipſe ſolus ipſorum animos pertentaui, an vltrò certamen iſtud ſubire vellent, qui quum incredibili quadam & admiranda alacritate meam orationem admiſiſſent, tum demum ego meum conſilium aperire & in medium proferre decreui, & vt idem tu quoque facias, ſuadeo: &, accerſitis ad te trigeminis, qui apud vos ſunt, quænam ſit eorum voluntas explores. Si igitur illi quoque lubenter vltrò ſe pro patria periculis offerre voluerint, id beneficium accipias: quòd ſi illi hoc recuſarint, nullam ipſis afferas neceſſitatem. Auguror tamen de illis idem quod de noſtris. Si enim tales ſunt quales accepimus, paucis *nimirum* optimę indolis ſimiles, & re bellica præſtantes (gloria enim eorum virtutis ad noſtras aures perue-D nit) ſumma animi alacritate, & nullo cogente pro patria dimicare non recuſabunt. Tullus eam admonitionem nõ eſt aſpernatus: ſed factis decem dierum induciis, per quos deliberaret, & cognita Horatiorum voluntate, reſpõdere poſſet, in vrbem eſt reuerſus. Sequentibus autem diebus conſultatione cum optimatibus habita, poſtquam maiori parti viſum eſt, Suffetij conditiones *& admonitionem* admittere, accerſiuit trigeminos fratres, atque ita eos eſt alloquutus, HORATII, Suffetius quũ veniſſet mecum in colloquium, in poſtremo concilio in caſtris habito, dixit diuina prouidentia factum vt tres viri fortes ad certaminis periculum pro vtraque ciuitate ſubeundum iã parati eſſent, quibus neque alios generoſiores, neque magis idoneos reperire poſſemus: ex Albanis quidem Curiatij, ex Romanis verò vos ipſi: atque hac E re cognita, *dixit* ſe illud primùm perſcrutatum eſſe, an vellent veſtri conſobrini patriæ ſua corpora donare. Quare, quum eos ad decernendum de ſumma rerum paratos vidiſſet, magna animi alacritate & confidentia, tum demum ſuum conſilium in medium protuliſſe, & me rogaſſe vt explorarem quiſnam ſit veſter animus, vtrum pro patria cum Curiatiis dimicantes periclitari, an iſtum honorem aliis concedere velitis. Equidem illi ego modeſtè reſpondi, vos, tum quia forti animo, tum quia manu ſtrenui eſtis, (quod certè neminem latet) ſumma animi alacritate præter omnes, pro honore, & gloria periculum ſubituros. Sed veritus ne cognatio, quæ vobis cum trigeminis Albanis intercedit veſtram alacritatem impediret, tempus ad deliberan-

Tulli Hoſtilii reſponſum ad Metium, committere trigeminos ſuadẽtem.

Digitized by Google

dum poſtulaui,factis decem dierum induciis. Et ſimul atque huc veni,ſenatum coegi,& rem in medio propoſui, vt ab omnibus deſpiceretur. Quum autem maior ſenatus pars decreuerit,vt,ſi lubenti animo certamen honeſtum vobíſque conſentaneum ſuſceperitis, ad quod pro omnibus ſubeundum ego ſolus paratus eram, vos collaudemus,veſtrúmque beneficium accipiamus. Si verò cognationis piaculū veriti, hoc recuſaritis,nullam vobis neceſſitatem afferamus. Quum *inquam* ſenatus hoc decreuerit,neque iniquo animo ſit laturus ſi hanc prouinciam grauatè ſuſceperitis, neque paruam gratiam vobis ſit habiturus, ſi recto conſilio inito patriam veſtram cognationi prætuleritis,*veſtrum eſt iam deliberare quidnam facturi ſitis.* Iuuenes his auditis aliò receſſerunt,& poſt breue colloquium,redierunt vt reſpōſum darent, A
& pro omnibus is qui natu erat maximus, ita eſt loquutus, SI, TVLLE, liberi & noſtri iuris eſſemus, ac nobis poteſtatem feciſſes cōſultandi de certamine cum conſobrinis ineundo,nulla interpoſita mora reſpondiſſemus tibi quęnam ſit noſtra voluntas:ſed quando nobis pater eſt ſuperſtes,ſine quo nihil ne minimum quidem aut dicere aut facere nobis licere putamus, rogamus te vt pauliſper noſtrum expectes reſponſum, donec cum patre hac de re agamus. Laudata à Tullo eorum pietate, & iuſſis illis ita facere, ad patrem iuerunt. Poſtquam autem delararunt quid Suffetius propoſuiſſet,& verba quæ Tullus fecerat,& tandem ſuam reſponſionem,cum rogarunt vt diceret ſuam hac de re ſententiam.Ille verò excepta eorum oratione, REM piam (inquit) ô filij facitis, qui ad patris voluntatem viuatis, neque quidquam ſine B
meo conſenſu faciatis. Sed iam tempus eſt vt & vos ipſi veſtram in tanto negotio prudētiam declaretis: fingite igitur me iam fato defunctum,& declarate mihi quidnam conſultantes de veſtris rebus patris conſilio deſtituti facere ſtatueritis. Tunc maximus natu ei reſpondit,Sſciperemus,mi pater,hoc certamen pro principatu,& ſuſtineremus quiduis ferre quod deo videretur. Mallemus enim mori quàm viuere præter tuam & maiorum noſtrorum dignitatem. Cognationem autem quæ nobis cum conſobrinis intercedit,non nos priores ſoluimus: ſed quia à fortuna fuit diſſoluta, hoc æquo animo feremus. Si enim Curiatij honeſtatem cognationi anteponunt, certè ne Horatij quidem genus virtuti præferent. Pater igitur cognita eorum voluntate,lætitia perfuſus, & ſublatis in cœlum manibus magnam ſe diis gratiam habere dixit, quòd ſibi liberos egregios & fortes dediſſent. Deinde complexus C
ſingulos,& ſuauiſſimis amplexibus ac oſculis amiciſſimis datis:Habetis, inquit, meā quoque ſententiam, ô filij boni: & reuerſi Tullo tam pium & tam honeſtum reſponſum referte. Illi igitur læti patris adhortationē, abierunt & quum ad regem acceſſiſſent, certamen ſuſceperunt. Rex verò, conuocato ſenatu iuuenes prolixiore oratione collaudauit, & legatos ad Albanum miſit,qui ſignificarent Romanos eam conditionē admittere,& præbere Horatios, vt de principatu certarēt. ¶ NVNC, quia præſens argumentum poſtulat vt accuratè ipſum etiam pugnæ modum deſcribam,vtque diligenter narrem caſus, qui in hac ſubſequuti ſunt tragicis ſimiles, hęc ſingula pro virili percenſere conabor.Quum enim tempus veniſſet,quo pactorum conditiones ad finem perducendæ erant, omnes Romanorum copiæ prodierunt.Poſtea verò prodierunt & ipſi iuuenes patrios deos precati, & cum ipſo rege D
incedebant,eóſque tota vrbana multitudo ſummis laudibus in cœlum efferebat, & eorum capita floribus conſpergebat.Iam autem & Albanorū copiæ exierant.Tum caſtris non longè à ſe inuicem poſitis,medium campum,qui Romani & Albani agri fines diuidit, vbi etiam antea vtrique caſtra metati fuerant,pugnæ deſtinarunt. Ac primùm quidem mactatis victimis, iurarunt ſuper eas ardentes ſe in fortuna acquieturos, quamcunque ex eo prælio conſobrinorum vtraque ciuitas retuliſſet, & fœdera conſtanter ſeruaturos, & neque ſe, neque poſteros ſuos vllam fraudem ipſis facturos. Rebus verò diuinis ritè peractis, vtrique armis depoſitis prodierunt ex caſtris pugnæ ſpectatores futuri,relicto ipſis certaturis medio ſpatio trium,quatuórve E
ſtadiorum,nec multo poſt dux Albanorum produxit Curiatios,& Romanorum rex Horatios, elegantiſſimè armatos, & reliquis ornatos ornamentis quæ ſolent geſtare homines morti deſtinati. Quum autem propius, vtrique acceſſiſſent, gladios ſuis armigeris tradiderunt, & accurrentes, ſe flentes inuicem complexi ſunt,& ſuauiſſimis appellationibus ſe ſalutātes, ita vt omnes in lachrymas prorumperent, & ſuam ſuorúmque ducum nimiam immanitatem incuſarent, quòd quum potuiſſent per alios homines pugnam illam committere *& contentionem dirimere*, eò rem redegiſſent vt

Trigeminis quid pater reſponderit, quū ei quod de illis committendis vtſum erat expoſuiſſent.

Trigeminorū pugnæ ampla deſcriptio.

ſent vt conſanguinei, & cognati non ſine piaculo pro vtraque ciuitate inter ſe dimicare cogerentur. Quum autem iuuenes illi ſeſe mutuò ſalutandi finem feciſſent, & gladios à ſuis armigeris accepiſſent, & omnes qui eos circunſtabāt retrò ceſſiſſent, aciem pro cuiuſque ætate inſtruxerunt, atque ita demum congreſſi ſunt. Hactenus igitur quies & ſilentium in vtroque exercitu fuerat. Poſtea verò frequētes acclamationes inter vtroſque exortæ ſunt, nunc his nunc illis viciſſim ſuos propugnatores adhortantibus, & deos in vota vocantibus, & gemitus edentibus & crebras voces variarum affectionum plenas, quales in certaminibus audiri ſolent, emittentibus, quòd vtrique non ſolùm in ea quæ tunc gerebantur & cernebantur, intenti eſſent:
A ſed etiam de ipſo pugnæ exitu cogitarent, atque de eo ſoliciti eſſent. Erántque longè plura quæ quiſque ſibi fingebat, & quæ fieri exiſtimabat, quàm quæ re vera fiebant. Aſpectus enim ex remotiore loco ſpectantium oculos valde fallebat, & prout vtrique erga ſuos propugnatores affecti erant, ita etiam res quæ gerebantur accipiebant, eáſque tales eſſe putabant quales ipſi cogitarant, & crebi dimicantium inſultus, & receſſus, & quòd vtrique viciſſim & crebrò ſeſe conuerterent vt aduerſariis reſiſterent, *hac, inquam, ſpectatorum* animos dubios reddebant. Atque ita æquo marte diu certatum eſt: vtrique enim erant pari corporis robore & pari animi generoſitate, & corpora habebant elegantiſſimis armis munita, nullámque *corporis* partem nudam reliquerant, quæ vulnerata mortem celerem afferre
B poſſet. Quare, multi ex Romanis & Albanis ob illud victoriæ ſtudium quo ſuis enixè fauebant, obq́ue ſuorum commiſerationem, non animaduertebant ſe factos participes illarum affectionum, quæ in *ipſis propugnatoribus* periclitantibus erant, & certare quàm quæ gerebantur ſpectare, malebant. Tandem tamen Albanorum natu maximus cum aduerſario ſibi oppoſito manus conſeruit, & vulnera alia ſuper alia intulit & accepit, donec caſu quodam romanum gladio per inguen traiecit. Ille verò, quum iam aliis vulneribus eſſet grauatus, & hoc quoque poſtremo vulnere lethali ictus fuiſſet, membris diſſolutis collapſus obiit. Quum autem hoc vidiſſent pugnæ ſpectatores, omnes ſimul clamorem ſuſtulerunt, Albani quidem vt iam victores, Romani verò vt victi. Exiſtimabant enim duos illos,
C qui ex ſuis ſuperſtites erant, facilè ab Albanis cæſum iri. Interea verò is qui Romano prolapſo defenſor aſtabat, Albanum victoria exultantem cernens, celeriter in eum facit impetum, & multis vulneribus illatis, multis etiam acceptis, ipſe quoque caſu quodam gladium in eius iugulum infixit, eúmque interfecit. Quum autem breui temporis ſpatio fortuna & ipſam dimicantium conditionem & ſpectantium affectationem mutaſſet, & Romani ex priſtino mœrore animos recollegiſſent & Albani gaudio ſuo priuati fuiſſent, rurſus alius aduerſus caſus ſecundas Romanorum res atque ſpem afflixit, & hoſtium animos erexit. Albano enim cæſo, frater qui illi proximam ſtationem tenebat cum percuſſore manus conſeruit, & eodem tempore vtrique ingentibus vulneribus ſe mutuò affe-
D cerunt. Albanus enim gladium per romani tergum ad viſcera vſque adegit: romanus verò aduerſarij ſcutum ſubiit, & alterum poplitem ei ſuccidit. Qui igitur lethale vulnus acceperat, ſtatim obiit: alter verò, qui poplite ſauciatus erat, non poterat amplius firmo gradu ſtare: ſed claudicans, & paſſim ſe clypeo ſuſtentans, ad aliquod tempus tamen *aduerſario* reſtitit, & iuit cum fratre qui reliquus erat, contra Romanum qui ſolus ſupererat, & ipſorum impetum ſuſtinebat. Atque eum circumdederunt, alter quidem ex aduerſo adortus, alter verò à tergo. Sed quum romanus timeret ne ab illis circumuentus facilè conficeretur, quòd cum duobus pugnaret, & à duobus inuaderetur, (erat autem adhuc integer conſilij) hoſtes ſegregare, & cum vtroque ſeparatim pugnare ſtatuit. Faciliimè autem illos à ſe ſeparari poſſe arbi-
E trabatur, ſi fugæ opinionem *ipſis* præbuiſſet. Nam *perſuaſum habebat* fieri non poſſe vt frater vterque ſe inſequeretur: ſed alter tantùm, qui fratrem pede adhuc infirmo videbat. Capto igitur hoc conſilio, quanta maxima potuit celeritate fugit, eíque accidit vt ſpe ſua minimè fruſtraretur. Albanorum enim alter, qui nullam lethalem plagam acceperat, eius veſtigiis inſiſtens, ac à tergo vrgens, eum inſequebatur. Alter verò qui incedere non poterat, longiùs quàm oportuiſſet à tergo remanſit. Tunc Albanis clamore ſuos accendentibus, Romanis verò ſuum propugnatorem obiurgantibus, eíque ignauiam exprobrantibus, atque illis quidem iam pæana canentibus, & ſe quaſi parta iam victoria coronan-

Digitized by Google

tibus : his verù lugentibus , quaſi à furtuna erigi amplius non poſſent , romanus prudentet obſeruato tempure celeritet ſe conuertit, & Albanum antequàm ſibi caueret in brachio vulnerault, cubitúmque diuiſit : prolapſa autem manu vnà cum ipſo gladio, alio vulnere lethali illato Albanum interfecit, eóque cæſo impetum in poſttemum fecit, cúmque iam ſemimortuum & languentem iugulauit: atque ſpoliatis conſobrinorum cadauetibus ad vrbem properabat, quòd ipſe primus ſuæ victuriæ nuntium patti afferre vellet.

Horatii infortuniũ redeuntis à proſpera ſuæ victoriæ fortuna.

¶Sed oportebat hunc etiam, quia homo erat, non vſquequaque felicem eſſe : ſed etiam aliquid incommodi ab inuida fortuna accipere, quæ quum eum ex patuo magnum exiguo tempotis ſpatio feciſſet, & ad ſummum ſplendotis & glotiæ faſtigium præter omnium opi- A
nionem extuliſſet, eodem die afflixit, & in miſerandam calamitatem ob ſororis cædem coniecit. Quum enim ad portas acceſſiſſet, cùm aliam turbam ex vrbe effuſam, tum etiam ſororem accurrentem conſpexit, primóque aſpectu turbatus, quòd virgo iam nubilis deſerta matris cuſtodia turbæ incognitæ ſe commiſiſſet, poſt multas abſurdas cogitationes, tandem ad æquas & tationi cunſentaneas ac humanas ratiocinationes animum inclinauit, & id factum in meliotem partem eſt interpretatus, & exiſtimauit, eam quòd primùm quidem fratrem incolumen ſalutare cuperet, deinde verò ex ipſo cognoſcere vellet quàm fortitet cæteri occubuiſſent, more mulierũ decori aliquantulum oblitam. At illa non fratrum deſiderio in viam inſolitam auſa fuerat progredi: ſed amore capta vnius è cõſobrinis, cui à patre deſpõ- B
ſa fuerat, amorémque ſuum hactenus occultauerat. Sed quũ audiſſet pugnæ euentũ, quẽ quidam miles ex caſtris reuerſus renuntiarat, non potuit amplius ſe continere: ſed domo relicta, inſtar baccharum ad portas ferebatur, nutricem reuocantem ac inſequentem nihil curans. Egreſſa autem ex vrbe quum fratrem conſpexiſſet exultantem, & victricibus coronis otnatum, quibus eum rex corunarat : eiúſque ſudales ferentes cęſorum ſpolia, inter quæ erat paludamentum varium , quod ipſa adiuuante matte confecerat, & ſponſo pro nuptiali dono miſerat. (Moris enim eſt Latinis vt proci, qui mulierum nuptias ambiunt, paludamento vario induantur.) Quum igitur hoc paludamentum ſanguine fœdatum conſpexiſſet, & tunicam lacerauit, & C
vtraque manu pectus tundens, lugebat, & cõſubrinum repetitis vocibus vocabat, ita vt omnes qui ibi aderant, valde obſtupeſcerent. Defleta autem ſponſi morte, fixis in fratrem oculis hæc protulit. O ſceleſtiſſime mortalium, exultas quòd tuos conſobrinos interfeceris, & me tuam ſororem miſerrimam nuptiis orbaris? ù infelix, neque te miſeret cognatorum cæſorum , quos fratres appellabas? ſed quaſi ptæclarum aliquod facinus patraris, prę lętitia mentis es impos, & in tantis calamitatibus coronatus incedis? Cuiúſnam feræ animum habes?

Horatiæ, ad fratrem qui trigeminorum victor redibat, aſperrima verba.

Cui ille reſpondit, Imò verù, ciuis patriam amantis, & eos qui malè ei volunt vlciſcentis, ſiue externi, ſiue domeſtici ſint. In quo numero te quoque pono, quæ vno eodémque tempore, quum cognoris & ſumma bona & ſumma mala quæ acciderunt nobis, victoriam patriæ partam, D
quam ego, frater tuus, iam reporto, & fratrum cædem : tu tamen, ô ſceleſta, neque ob publicam patriæ feliciratem lætaris , neque ob domeſticas calamitates doles : ſed, contemptis tuis fratribus, ſponſi mortem deploras, neque in malam rem te abdis , ſed hoc in omnium oculis facis, & mihi fortitudinem , & coronas exprobras , ô virgo non virgo , & fratribus iniqua, & maioribus tuis indigna. Quando igitur non luges fratres, ſed conſobrinos, & corpus quidem inter viuos, animam verò apud mortuum habes, abi ad eum quem toties vocas, neque patrem neque fratres dedecora. His dictis dum improbitatem ſororis auerſatur, modum non ſeruauit, ſed, vt erat iratus, per latus eius enſem adegit : & cæſa ſorore ad patrem venit.

Horatii ad ſororem reſponſum, cui cædẽ illius mox adiicit.

Adeo autem mores & animi Romanorum tunc improbitatem deteſtabantur, & ſeueri *ac rigidi* erant, & (ſiquis velit eos cum noſtræ æ- E
tatis factis, & vita conferre) crudeles & duri, & ad ferinam quandam immanitatem propius accedentes, vt pater eius, tam atroci facinore audito, non ſolùm id iniquo animo non tulerit, ſed etiam præclarum & decorum exiſtimarit, ſi quidem neque paſſus eſt filiæ cadauer in ædes inferri, neque permiſit vt in patriis monumentis condererur, aut particeps fieret exequiarum & ornamentorum funebrium, aliarúmve rerum, quæ defunctorum manibus ſolent dari : ſed qui præteribant, eam iacentem in eo ipſo loco vbi cæſa fuerat, congeſtis lapidibus & terra, vt cadauer deſtitutum cura domeſticorum, ſepeliuerunt. Atque hæc quidem

Horatius pater cædem filiæ (eámque per fratrem), nõ ſolum iniquo animo nõ fert, ſed etiam præclarum facinus exiſtimat.

dem illius viri duritiem indicant. Sed præter hæc, ea quæ ſum dicturus ſunr longè acerbiora. Vr enim te pręclarè & feliciter geſta, eo ipſo die fecit ſacrificia, quæ diis patriis vouerat, & cognatis ſplendidũ conuiuiũ, vt in maximo feſto exceptis, dedit, priuatarũ calamitatũ quàm publicorum patrię bonorum rationem minorẽ habẽs. Hoc autẽ non ipſe ſolus Horatius, ſed etiam poſt illũ multi alij Romani viri illuſtres feciſſe dicuntur: ſacrificium feciſſe, inquã, & coronati inceſſiſſe, & triumphaſſe liberis ſuis recèns orbati, quoties ipſorum opera felicitas aliqua reipublicæ contigiſſet. De quibus rebus ſuo tempore dicetur. ¶ CÆTERVM, poſt pugnã trigeminorũ,

A Romani, qui in caſtris erant, quũ ſplendidè defunctos humaſſent, in illis ipſis locis vbi ceciderant, & ſacrificia feciſſent, vt ob partã victoriã diis gratias agerent, genio indulſerunt. At Albani mœſti ob triſtẽ caſum, & ducẽ ſuũ accuſantes, vt malũ imperatorẽ, pleriq; impaſti & neglecta omni corporis cura eo veſpere manſerunt. Poſtero die rex Romanorũ, illis ad cõcionẽ cõuocatis, & multis eos cõſolatus, promiſit ſe nihil turpe, nihil graue, nihil deniq; cõtra cognationis iura illis imperaturũ, ſed eodẽ animo vtriuſq; ciuitatis vtilitati, & cõmodis cõſulturũ. Quúmq; Suffetiũ eorũ imperatorẽ in eodẽ magiſtratu reliquiſſet, quinetiã nullũ reip. ipſorũ inſtitutum mutaſſet aut innouaſſet, domũ copias reduxit. Quúmq; ex S.C. triũphaſſet, & iã ſe ad ciuiles cauſas

B cognoſcẽdas vertiſſet, venerũt ad eũ ciues nõ obſcuri, qui Horatiũ, vt ſanguine domeſtico ob cædẽ ſororis pollutũ, reũ egerũt. Qui quum eũ in ius ſtitiſſent, lõga oratione ſunt vſi, leges proferẽtes, quæ nõ patiũtur quẽquã indicta cauſa occidi, & recẽſentes exẽpla iræ diuinæ in ciuitates, quæ ſcelera impunita reliquiſſent. At pater purgabat filiũ, accuſans filiã: eã nõ cędẽ, ſed potiùs vltionẽ appellandũ dicẽs, & ſe, qui eſſet vtriuſque pater, domeſticorũ malorũ iudicẽ eſſe æquũ cẽſebat. Multis autẽ hinc inde in vtrãq; partẽ dictis, rex valde hęrebat, dubitãs quęnã ſentẽtia pronũtianda eſſet, vt eã litẽ finiret. Neq; enim cæde abſoluere eũ, qui fatebatur à ſe ſororẽ indemnatã occiſam, pręſertim ea de cauſa, ob quã leges quẽquã occîdi vetabãt, bene factũ arbitrabatur: ne diras & piaculũ eius qui cædẽ patrarat, in ſuã familiã cõuerteret: neq; etiã *præ-*

C *clarum putabat* vt parricidã, interficere eũ qui pro patria caput ſuũ periculis obiectare nõ dubitarat, & qui tãti imperij acceſſionis ſibi autor fuerat, præſertim quũ pater eũ crimine illo liberaret, cui potiſſimùm & natura, & lex ipſa filiæ iraſci permittebat. Dubitãs igitur quidnã eſſet faciendũ, tandẽ optimum factu iudicauit, eius rei cognitionẽ populo permittere. Tũc autẽ primùm P.R. capitalis iudicij poteſtatẽ adeptus, patris ſententiã eſt ſequutus, & parricidio adoleſcentẽ abſoluit. Verũtamen rex arbitrabatur nõ ſufficere iis qui pietatẽ erga deos cuſtodire vellẽt, tale de illo hominũ iudiciũ: ſed accerſitis põtificibus, iuſſit deos & genios placari, & luſtrari hominẽ luſtrationibus quibus ſolent cædes nõ volũtariæ expiari. Illi verò duas erexerũt aras, alterã quidẽ Iunoni, ad quã ſororũ cura pertinet: alterã verò cuidã deo indigenæ, ſi-

D ue genio, qui eius regionis lingua Ianus vocatur, cuius nomẽ Curiatij conſobrini ab Horatio interfecti ferebãt, & ſupra illas ſacris quibuſdã factis cùm aliis expiationib. vſi ſunt, tũ verò poſtremo Horatiũ ſub iugũ miſerũt. Eſt autẽ Romanis mos, vt quoties hoſtes traditis armis deditionẽ faciũt, duas haſtas rectas humi defigãt, & tertiã ſupra illas duas trãſuerſã accõmodẽt *ac ligẽt*, deinde captiuos ſub illas mittãt: & vbi trãſierũt, eos domũ ſuã liberos dimittãt. Hócq; ab illis iugũ vocatur quod etiã poſtremũ inter cęteras expiationes legitimas, illi qui tũc iuuenẽ luſtrarũt, adhibuerũt. Locũ autẽ vrbis vbi expiationẽ eã fecerũt, omnes Romani ſacrũ arbitrãtur. Eſt autẽ in angiporto, quod fert à Carinis deorſum eos qui ad Cypriũ angiportũ eũt, vbi arę tũc erectę ſtãt, & lignũ ſupra eas trãſuerſum infixũ duob. parietib. inter ſe aduerſis, quod capiti exeũtiũ imminet, & ſermone romano tigillũ ſororiũ vocatur. In hoc igitur loco

E calamitatis illius viri monumẽtũ in vrbe ſeruatur, quod anniuerſariis ſacrificiis P.R. honorat. Alterũ verò teſtimoniũ fortitudinis, quã in prælio demõſtrauit, eſt columella angularis, à qua altera fori baſilica incipit, ſupra quã poſita erãt trigeminorũ Albanorũ ſpolia. ſed arma illa vetuſtate cõſumpta ſunt, at columella eãdẽ appellationẽ retinẽs, Horatia pila vocatur. Quinetiam lex apud ipſos ob caſum illum eſt lata, qua ad meã vſque ætatẽ vtebantur, in honorẽ & gloriã immortalẽ illorũ iuuenũ, quæ iubet filiis illorum quibus trigemini filij naſcũtur, de publico alimẽta ad pubertatẽ vſque ſuppeditari. Quæ igitur Horatiorum familiæ acciderunt, quæque admirandos & inopinatos caſus habuerunt, talem exitũ ſunt ſortita. ¶ AT REX intermiſſo integro anno, quo res omnes ad bellũ neceſſarias parauit, exercitũ cõtra Fidenatum vrbem

De Romanis, qui liber[illegible] orbati ſacrificium [illegible] & coronati inceſſerunt. De his [illegible] triumphauerunt[illegible].

Horatius de ſororis cæde accuſatur.

Horatius trigeminus (ſiue, ex trigeminis vnus) ſororicidij crimine abſoluitur, & abſolutus expiatur.

Horatius ſub iugum mittitur à pontificibus.

Tullus Hoſtilius rex, Fidenatibus bellũ inferre ſtatuit, & ad bellum neceſſaria cõparat.

educere ſtatuit,belli cauſas prætendens,quòd citati ad cauſam dicendam de inſidiis quas conſpiratione facta pararant Romanis & Albanis, morem non geſſiſſent, ſed ſtatim armis correptis,& portis clauſis, & accitis Veientium auxiliis, apertè defeciſſent, & legatis Romanorum cò miſſis,& ſciſcitantibus defectionis cauſam, reſpondiſſent rem nullam amplius ſibi cum populo Rom. communem eſſe, ex quo Romulus rex ipſorum obiiſſet, cum quo fœdus iureiurando interpoſito feciſſent. His igitur cauſis motus domeſticas inſtruebat copias; & alias à ſociis acceſſebat. Maximam autem & firmiſſimam ſociarum copiarum partem Metius Suffetius ex Albanorum ciuitate adduxit, ita vt reliquas auxiliares copias ſuperaret. Quamobrem Tullus Metium,vt promptum & fidum, & ad omnia belli munia ſecum obeunda paratum laudauit, omniáque ſua conſilia cum illo communicauit. At ille, A
quum à ſuis ciuibus accuſaretur quòd bellum malè adminiſtraſſet, & proditionis inſimularetur, quum tertium iam annum dictaturam, Tullo ita volente, retineret, indignum iudicans ſe imperium precarium & alteri ſubditum habere, & aliis imperare quàm parere malens, facinus nefarium excogitauit. Legatis enim clam miſſis ad Romanorum hoſtes, qui de facienda defectione adhuc dubitabant, eos impulit vt abiecta omni cunctatione rem aggrederentur: pollicitus fore vt in ipſo prælio Romanos inuaderet.atque hæ machinationes & conſilia eius omnibus erant occulta. Tullus verò, poſtquam domeſticas & auxiliares copias iam parauit, eduxit eas contra hoſtes: & traiecto Aniene fluuio, prope Fidenas caſtra poſuit. B

Metius Suffetius Romanorum hoſtes,de facienda defectione adhuc dubitantes, ad eam impellit.

Quum autem ante vrbem offendiſſet ingentem exercitum inſtructum cùm ex ipſis Fidenatibus,tum ex illorum ſociis, illo quidem die quieuit:at ſequenti, acceſſito Albano,& cæteris primariis amicis, cum illis conſultabat quænam ratio belli gerendi eſſet ſequenda.Et quum omnes cenſuiſſent quàm celerrimè confligendum, nec tempus terendum,loco & ordine quem vnuſquiſque eſſet habiturus deſignato, & ſequenti die ad prælium deſtinato, concilium dimiſit.Suffetus verò Albanus(nondum enim multis ſuis amicis proditionem, quam moliebatur, patefecerat)conuocatis præcipuis Albanorum centurionibus & tribunis, talem ad eos habuit orationem. TRIBVNI, & centuriones, res magnas & præter omnium expectationem ſum vobis iam declaraturus,quas hactenus occultaui. Sed vos ſuplex oro, vt C
eas ſilentio tegatis: alioqui enim me perdetis. Quòd ſi has ad finem perductas vobis profuturas putatis, me in his peragendis adiuuate. Multa autem verba à me fieri temporis anguſtiæ non patiuntur: ſed quæ maximè ſunt neceſſaria vobis dicam. Ego, per totum illud tempus ex quo in poteſtatem Romanorum fuimus redacti, ad hunc vſque diem, perpetuò vitam dedecoris & doloris plenam tranſegi, licet ab eorum rege dictatura fuerim honoratus, quam tertium iam annum teneo, &,ſi vellem, in perpetuum tenerem.Sed quia omnium malorum hoc ſummum ducebam,me ſolum in publica calamitate felicem eſſe: & quia mecum ipſe reputabá nos præter omnia humana iura & contra fas imperio ab illis ſpoliatos,cogitare cœpi qua ratione ipſum poſſemus recuperare ſine graui cladis alicuius peri- D
culo. Poſt multas igitur & varias rationes à me initas, comperio vnam ſolam viam facillimã & omni periculo vacantem, quæ me huius rei compotem facere poſſit,ſi quod nimirum finitimarum ciuitatum bellum contra eos exoriatur. In hoc enim bello illis & ſociorũ auxilio, & præcipuè noſtra opera opus fore arbitror. Cæterùm, exiſtimo non prolixiore oratione vos docendos, honeſtius & iuſtius eſſe pro noſtra ipſorum libertate quàm pro Romanorum imperio certare. Hæc animo cogitans clandeſtinis meis artibus bellum ſubditorum contra Romanos ſuſcitaui. Nam perſuaſi Veientibus & Fidenatibus vt arma caperent, pollicitus me ipſis belli ſocium futurum.Et huc vſque conatus mei Romanos latuerunt, mihíque reſeruaui ipſam temporis opportunitatem qua eos adoriar. Conſiderate autem quanta commoda E
inde ad nos ſint redundatura. Primùm quidem, quòd non apertè de defectione cõſilia inierimus:(qua in re anceps erat periculum,aut ne præ nimia feſtinatione imparati,& ſolis domeſticis copiis freti de ſumma rerum iaceremus aleam:aut ne, dum nos paramus & auxilia ſolicitamus, ab ipſis iam præparatis anteuerteremur) neutrum horum grauium malorum experti vtrúmque cõmodum percipiemus. Deinde verò aduerſariorum vires magnas,& penè inuictas, & fortunam non vi,ſed iis artibus, quibus capiuntur omnes res ſuperbæ,& quæ non facilè vi euertuntur,nimirũ dolo & fraude,euertere conabimur,neq; hoc nos primi aut ſoli faciemus. Præterea quum

Oratio Metii Suffetii ad Albanorum centuriones & tribunos, in qua ſuum illis de proditione cõſiliũ patefacit.

quum domeſticæ noſtræ copiæ non ſint ita firmæ, vt omnibus Romanorum ac ſo-
ciorum viribus oppoſitæ reſiſtant, Fidenatum & Veientium tantas copias quantas
videtis, nobis adiunximus, atque vt auxiliaribus copiis, quas ſumus habituri, tutò
fidere poſſimus, hoc à me iam antè eſt prouiſum. Neque enim in noſtro agro Fide-
nates ſunt dimicaturi: ſed pro ſuo periclitantes, vno eodemque tempore noſtrum
quoque defendent. Quod verò omnium eſt iucundiſſimum hominibus, & quod
paucis quibuſdam, idque ratò ſuperioribus ſeculis contigit, id etiam nos conſeque-
mur. Nam beneficium accipientes à ſociis, in illos conferre videbimur, & ſi res no-
bis ex animi ſententia ſucceſſerit, (quemadmodum eſt veriſimile) Fidenates & Ve-
A ientes, qui graui imperio nos liberauerint, quaſi hoc beneficium à nobis acceperint,
gratiam nobis habebunt. Atque hæc ſunt quæ magna cura à me prouiſa exiſtimo
facilè poſſe vos ad defectionem confidenter & alacriter faciendam impellere. Sed
quo modo rem aggtedi ſtatuerim, hæc à me accipite. Tullus mihi aſſignauit locum
ad montis radices, & me alteri cornu præeſſe iuſſit. Quum verò erit cum hoſte con-
fligendum, incipiam ego ſolntis ordinibus ad montem me ſubducere: vos verò in-
ſtructa acie me ſequemini. Quum autem montis iugum ſupetato, & in tuto fuero,
quid poſtea ſim facturus, ex me audire. Si videro ex animi ſententia mihi ſnccedere
quæ cogito, & hoſtes audaciores eſſe auxilij noſtri polliciris fretos, cbntrà verò Ro-
manos demiſſis & conſternatis animis, vt à nobis proditos, & de fuga potiùs quàm
B de pugna cogitare (quod eſt veriſimilius) adoriar eos, & campum cadaueribus re-
plebo, de loco ſuperiore à dextra in loca decliuia *& planiciem* deſcendens, & cum
exercitu pleno fiduciæ & bene inſtructo, in hoſtes iam pauentes & diſperſos im-
petum faciens. Grauis enim eſt ac pernicioſa in bellis vel inanis proditionis ſocio-
rum, vel nouorum hoſtium aduentus opinio quæ animos militum occupat: multóſ-
que exercitus, eóſque ingentes ob nullum alium formidabilem caſum magis, quàm
ob inanem metum iam funditus deletos ſcimus. At quæ ego dico non erunt verba
inania, neque aliqua obſcura *& inanis* oſtentatio: ſed facinus & ſpecie, & re ipſa ma-
ximè formidandum. Sin autem contra meam ſententiam rem ſuccedere animad-
C uertero (dicantur enim etiam ea quæ præter hominum opinionem accidere ſolent,
quãdoquidem vita affert multa, eaque contra expectationem noſtram,) ipſe quoq;
ſententiã mutabo, & rem alia via aggrediat Ducam enim vos cum Romanis contra
hoſtes, & eos in parãda victoria adiuuabo, & loca ſuperiora à me occupata ſimulabo,
vt aduerſarios nobis oppoſitos circumdarẽ. Meæ autẽ orationi fides habebitur, quia
facta verbis, & ſimulationi reſpondebunt, ita vt nos neutrius calamitatis participes
futuri, at fortunæ melioris commoda ex vtriſque percepturi ſimus. Hæc igitur ego
decreui, & diis iuuantibus conficiam: quæ nõ ſolum Albanis, ſed etiam aliis Latinis
maximè conducunt. Veſtrum autem erit primùm quidem rem ſilentio cuſtodire,
deinde ordines ſeruare, & celeriter imperata facere, & voſmetipſos in prælio ala-
D cres, & viros fortes præſtare, & milites vobis ſubditos ad eandem animi alacritatem
incitare: illud cogitantes, non eodem modo nobis quo aliis omnibus, pro libertate
certandum, qui aſſuefacti ſunt aliorum imperio, quibus maiores talẽ reipub. formã
tradiderunt. Liberi enim ex liberis orti ſumus, & maiores noſtri nobis imperium in
finitimos tradiderũt, iámq; per quingentos annos hanc ciuitatis formã conſeruarũt,
qua poſteri noſtri minimè ſunt priuandi. Ne quis verò veſtrûm ab harum gerenda-
rum conſilio deterreatur, quaſi fœdera rupturus, & iuſiurandum ad ea adhibitũ vio-
laturus ſit: ſed illud cogitet, fœdus à Romanis iam antè violatum à ſe in integrum
nunc reſtitutum iri. Idque non minimi momenti: ſed quod & ipſa natura humana
conſtituit, & omnium tam Græcarum quàm barbararum gentium commune ius
E confirmauit: quod iubet patres natis imperare & iura reddere, & cõditores ſuis co-
loniis. Hoc igitur fœdus, nunquã è rerum humanarum natura tollendũ, nõ nos vio-
lamus, qui cupimus id perpetuò firmum manere: neque vllus deorum aut genio-
rum nobis, vt facinus impium patrantibus ſuccenſeat, quòd ſeruire illis qui à no-
bis ſunt oriundi, ægrè feramus: ſed ij qui id ab initio ruperunt, quique rem nefariam
auſi ſunt, legem diuinam humanæ ſubiicere, & numinis ira non nobis, ſed iſtis
aduerſabitur, vt eſt veriſimile: & humana indignatio iſtos, non autem nos pre-
met. Si igitur hæc optima vobis omnibus fore videntur, ea faciamus, deorum & ge-
niorum auxilio implorato. Quòd ſi quis veſtrûm aliter ſentit, & è duobus alterum

cenſet vel nunquam recuperandam priſtinam noſtræ ciuitatis dignitatem, vel
aliquod aliud tempus hoc ipſo commodius expectandum, & præſentem occaſio-
nem differendam, ne pigeat eum ſuam ſententiam in medium proferre. Quod enim
vos omnes optimum cõſilium eſſe iudicaritis, id ſequemur. Quum igitur qui ade-
rant collaudaſſent eius conſilium, & ſe omnia facturos promiſiſſent, poſtquam ſin-
gulos iureiurando obſtrinxit, ita demum cõcilium dimiſit. Poſtridie verò Fidenatũ
& ſociorum copiæ ex caſtris prodierunt ſub ortum ſolis, & aciem ad pugnam in-
ſtruxerunt: Romani etiam ex aduerſo prodierunt, & aciem ipſi quoque inſtruxe-
runt. Siniſtrum autem cornu ipſe Tullus & Romani Veientibus oppoſitum tene-
bant: iſti enim dextrum hoſtium cornu tenebant. At in dextro Romanorum cor- A
nu Metius Suffetius, & Albani ad latus montis aciem Fidenatibus oppoſitam habe-
bant. Poſtquam autem acies appropinquarunt inter ſe, antequam intra teli iactum
veniretur, Albani diuiſi à reliquo exercitu, inſtructa acie montem petere cœpe-
runt. Fidenates igitur quum hoc animaduertiſſent, & crederent reuera proditio-
nem ſibi ſucceſſuram, prout Albanus promiſerat, iam audaciùs in Romanos fere-
bantur, atque dextrum Romanorum cornu nudatum ſociorum auxiliis diſrumpe-
batur, & valde laborabat: at ſiniſtrum fortiter pugnabat, vbi erat & ipſe Tullus
inter equites lectos pugnans. Interea verò quidam equo citato vectus, ad eos qui
cũ rege pugnabant, Noſtrum, inquit, cornu dextrum laborat, ô Tulle: nam & Al-
bani deſerta acie ad loca edita feſtinant, & Fidenates, quibus illi oppoſiti fuerant,
iam imminentes nobis cornu nudatum ſunt circumuenturi. Romanos, quum hæc B
audiſſent, & animaduertiſſent Albanos ita ad montem properare, timor inuaſit, qua-
ſi iamiam hoſtes eſſent ipſos circumdaturi, ita vt neque pugnare neque conſiſtere
valerent. Tunc Tullus prudenti conſilio vſus fuiſſe fertur, nihil animo perturbatus,
tanto & tam inſperato malo exorto, quo non ſolum ipſum Romanorum exercitum
ex manifeſto exitio eripuit, à quo iam circumuentus erat: ſed etiam res hoſtium
attriuit & perdidit. Statim enim audito nuncio, exclamauit alta voce, ita vt ipſi
quoque hoſtes eam exaudirent, Vicimus, inquit, Romani noſtros hoſtes. Al-
bani enim hunc proximum montem occuparunt, vt cernitis, meo iuſſu, vt ho-
ſtes à tergo adoriantur. Quum igitur animaduertatis hoſtes nobis infenſiſſimos C
in tam oportuno loco interſeptos à nobis teneri, alij à fronte, alij à tergo in-
uadentes, quando neque vlterius progredi, neque retro cedere poſſunt, fluuio
& monte à latere intercluſi, intrepidè impetum in ipſos facite. Hæc omnes or-
dines percurrens dicebat, & ſtatim vice verſa Fidenates metus proditionis ſub-
iit, quaſi ab Albano fuiſſent ſtratagemate decepti, quia neque eum contra Ro-
manos cum ſuis inſtructum, neque in illos, vt pollicitus fuerat, impetum ſtatim
facere videbant. At illa oratio Romanorum animos excitauit ad audaciam, & fi-
duciæ plenos reddidit: quare magno clamore ſublato conferti, impreſſionem in
hoſtes fecerunt. Poſtea Fidenates in fugam verſi ſunt, & nullis ſeruatis ordinibus
vrbem fuga petierunt. At Romanorum rex immiſſo equitatu in ipſos territos & D
perturbatos, quum aliquandiu eos perſequutus fuiſſet, poſtquam alios ab aliis ita
diſſipatos vidit, vt non amplius de inſtaurandis ordinibus cogitare poſſent, ne-
que vllas vires habere: omiſſis iis qui fugiebant, in reliquam hoſtium partem etiam
tum ordines integros ſeruantem & aduerſariis reſiſtentem iuit. Ibi inter pedites
acre certamen eſt commiſſum: ſed inter equites longè acrius. Neque enim Veien-
tes, qui in ea parte collocati fuerant, impetu Romani equitatus territi ceſſerunt, ſed
diu reſtiterunt: at poſtquam cognouerunt ſuum ſiniſtrum cornu ſuperatum, & to-
tum Fidenatum, & ſociorum exercitum effuſa fugere fuga, veriti ne circumueni-
rentur, conuerſis in ſe qui illos profligauerant, & ipſi ſolutis ordinibus in fugam ſe
dederunt, & per flumen euadere conabantur. Quotquot igitur ex illis robuſtiſſimi E
erant, & vulneribus minimè grauabantur, & quotquot natare poterant, armis abie-
ctis fluuium tranantes, incolumes euadebant: at quos horum aliquid deficiebat, illi
in ipſis vorticibus peribant. Tiberis enim concitatus & vorticoſus circa Fidenas fluit.
Cæterùm, Tullus immiſſa parte equitum, qui *hoſtes* ad fluuiũ compulſos trucidarent,
ipſe ad oppugnanda Veientium caſtra cum reliquo exercitu profectus, illis primo
impetu eſt potitus. Atque rerum Romanarum, quibus inſperata ſalus contigit, talis
erat ſtatus. At Albanus, quum vidiſſet egregiam Tulli victoriam, ipſe quoque
ſuis copiis

Romanorum & Fidenatum exercitus inter ſe cõfligere incipiunt.

Romanorum, duce Tullo, de Fidenatibus victoria.

ſuis copiis ex locis editis *in planiciem* deductis Fidenates fugientes eſt perſequutus, vt omnibus Romanis aliquam ſocij operam præſtare videretur, multóſque in fuga diſperſos oppreſſit. At Tullus, cognita eius mente, nouam illam proditionem eſt deteſtatus: & tunc quidem eum minimè arguendum eſſe cenſuit, donec ipſum in ſuam poteſtatem redegiſſet: quinimo in præſentia multorum qui aderant, quòd ille ſe ad loca edita recepiſſet, quaſi id optima mente ab eo factum fuiſſet, ſimulatè probauit: & equitum parte ad illum miſſa, rogauit vt ſui animi in opera nauanda poſtremam alacritatem demonſtraret, orauítque vt Fidenates, qui intra mœnia refugere non potuerant, & qui per agros diſperſi erant, quorum magnus erat numerus, diligenter quæreret & interficeret. Ille verò, quaſi iam alterum eorum quæ ſperarat aſſequutus eſſet, & quaſi Tullus proditionis illius eſſet ignarus, exultabat, diúque per campos obequitans trucidabat quotquot deprehendiſſet. Et iam ſol occiderat quum equites ab inſequendis hoſtibus in caſtra Romana reduxit, & ibi cum cæteris eam noctem in omni voluptatis genere tranſegit. At Tullus, quum in Veientium caſtris vſque ad primam vigiliam manſiſſet, & ex nobiliſſimis captiuis exquiſiuiſſet quinam illius defectionis duces fuiſſent, poſtquam cognouit & ipſum Metium Suffetium Albanum inter coniuratos eſſe, & vidit res ab illo geſtas congruere cum indiciis captiuorum, equum conſcendit, & fidiſſimis amicis ſecum adductis ad vrbem contendit: & ante mediam noctem ſingulis ſenatoribus domo euocatis, Albanorum proditionem illis aperuit, productis teſtibus de captiuorum numero, & narrauit quomodo ipſe, & hoſtes, & Fidenates ſtratagemate decepiſſet. Bello autem feliciſſimè confecto, eos vt de cæteris rebus inter ſe conſultarent, rogauit, & quo ſupplicio proditores eſſent afficiendi, & quomodo Albanorum ciuitas in poſterum modeſtior ac ſapientior eſſet reddenda. In eos igitur animaduertere, qui auſi fuiſſent facinora tam ſceleſta, omnes æquum & neceſſarium eſſe iudicarunt: Sed quomodo & faciliimè, & tutiſſimè id fieri poſſet diu dubitatum eſt. Occulta enim & clandeſtina morte multos Albanos, eóſque viros fortes nullo modo tolli poſſe putabant. Quòd ſi palam comprehendere & vlciſci ſontes aggreſſus quis fuiſſet, arbitrabantur Albanos id non paſſuros, ſed ad arma ituros. Nolebant autem vno eodémque tempore cum Fidenatibus, & Hetruſcis, & Albanis ſociis ſuis bellum gerere. Illis autem dubitantibus quid faciendum eſſet, Tullus ſuam ſententiam poſtremus aperuit, quam omnes laudarunt: quam paulo poſt dicam. Quum autem quadraginta ſtadiorum ſpatio Roma à Fidenis diſtaret, totis viribus citato equo in caſtra rediit, & antequam dies clara luceret, vocatum ad ſe Marcum Horatium, qui ex trigeminis reliquus erat, cum lectiſſimis quibúſque equitibus & peditibus, quos ei dedit, ad Albanorum vrbem iter dirigere iuſſit, & mœnia ingreſſum vt amicum, captis qui in ea eſſent, ſolo vrbem æquare, nullis vel priuatis vel publicis ædificiis parcendo, exceptis fanis: at ab omni hominum cæde & iniuria abſtinere, & permittere vt omnes ſecum res ſuas abſportarent. Hoc autem emiſſo, acciuit & tribunos & centuriones, & ſenatuſconſulto illis expoſito, eorum ſatellitio ſe ſtipauit. Nec multo poſt aduenit Albanus ob victoriam publicam exultans, & Tullo gratulaturus. At Tullus adhuc tegens ſuum conſilium eum laudabat, & magnis donis dignum eſſe affirmabat, & eum hortabatur vt ſcripta nomina Albanorum, qui præclarum aliquod facinus in prælio edidiſſent, ad ſe ferret, vt & illi meritum victoriæ fructum pro parte ſua perciperēt. Ille verò lætitia profuſus, fidiſſimos Albanos amicos ſuos, & ſuorum conſiliorum arcanorum conſcios, in tabella notatos ei obtulit. At rex Romanorum omnes depoſitis armis ad concionem conuocauit: qui quum veniſſent, ducem Albanorum cum tribunis & centurionibus ad ipſum tribunal ſtare iuſſit, & poſt eos cæteros Albanos in concione ſtare, poſt Albanos reliquam ſociorum multitudinem. Atque hos omnes vndique circundedit Romanis militibus, inter quos erant fortiſſimi quique ſub veſtibus enſes occultantes. Poſtquam autem arbitratus eſt à ſe inimicos opportunè *& tutò* interſeptos teneri, ſurgens hanc habuit orationem, "QVIRITES, & cæteri amici, & ſocij, deorum ope Fidenates, eorúmque ſocios auſos palàm bellum nobis inferre vlti ſumus: & è duobus alterum facient: aut deſinent nobis in poſterum negotium faceſſere, aut certè pœnas his longè acerbiores dabunt. Tempus autem poſtulat,

Marginal notes: Tullus ſe proditionem Metii, ſcire diſſimulat. — Tullus ſenatoribus proditionem Albanorum aperit. — Tulli Hoſtilii ad exercitum de Metii Suffetii proditione.

quando nobis primus conatus ex voto ſucceſſit,vt reliquos quoque hoſtes,qui amicorum nomen habent, & qui à nobis in hoc bello aſſumpti fuerunt, vt communem hoſtem nobiſcum infeſtarent, & tamen fidem ſuam erga nos fregerunt, & cum hoſtibus fœdere clam facto nos omnes perdere ſunt agreſſi,vlciſcamur.Iſti enim longè deteriores ſunt vel ipſis manifeſtis hoſtibus & longè grauiori pœna digni.nam facile eſt cuiuis ab iſtorum inſidiis ſibi cauere, & eos quiuis hoſtiliter congreſſos repellere poteſt: ſed ab amicis qui hoſtiliter ſe gerunt,illi qui iam ſunt præuenti,neq; facilè ſibi cauere,neque eos propulſare poſſunt. Iſtiuſmodi ſunt qui nobis ab Albanorum ciuitate malo dolo ſocij miſſi fuerunt, nulla à nobis accepta iniuria, ſed contrà multis & magnis beneficiis affecti. Quum enim eorum ſimus coloni, nihil eorum A imperio detraximus,ſed noſtras vires & potentiam ex noſtris hoſtibus bello ſuperatis nobis comparauimus,quia aduerſus maximas ac bellicoſiſſimas gentes noſtrã vrbem muniuimus, eos ab Hetruſco & Sabino bello tutiſſimos reddimus. Cuius vrbis felicitate omnium maximè illos gaudere oportebat, & rebus aduerſis non minus quàm ſuæ ipſorum *vrbis calamitate* angi. Illi verò non ſolùm nobis ob res ſecundas, ſed & ſibiipſis,ob proſperitatem qua noſtra opera fruebantur,perpetuò inuiderunt, & tandem poſtquam occultum odium amplius continere non potuerũt, nobis bellum indixerunt. Sed quum viderunt nos ad certamen bene paratos, & nihil detrimenti ſe nobis afferre poſſe, ad reconciliationem & amicitiam nos inuitarunt, & vt controuerſia illa de principatu, trium vtriuſque vrbis virorum periculo decideretur,petierunt. B Accepimus etiam has conditiones nobis oblatas,& prelio victores eorum vrbem in noſtram poteſtatem redegimus. Eia, quid poſtea fecimus? Quum liceret nobis obſides eorum capere, & præſidium in vrbe relinquere, & præcipuos autores diſſidij inter duas iſtas ciuitates exorti partim necare, partim pellere in exilium, & eorum reipublicæ formam ad noſtram vtilitatem mutare, & agri & pecuniarum parte eos mulctare, &, (quod omnium erat facillimum) eos armis ſpoliare, quibus rebus noſtrum imperium magis firmaſſemus, nihil tamen horum facere voluimus, maiorem pietatis quàm noſtri imperij incolumitatis rationem habentes: & Metium Suffetium, quem ipſi ſummo magiſtratu ornarant, tanquam omnium Albanorum præſtantiſſimum, ad hoc vſque tempus rempublicam adminiſtrare C paſſi ſumus. Pro quibus beneficiis quam gratiam nobis retulerint, eo tempore, quo potiſſimùm amicorum & ſociorum beneuolentia nobis opus erat, audite. Clam cum hoſtibus communibus pacti vt in ipſa pugna nos inuaderent, vnà cum illis quum acies vtrinque inter ſe appropinquaſſent, deſerto ordine in quo collocati fuerant, curſu ad proximos montes contenderunt,loca munita præoccupare enixè cupientes. Si igitur conatus iſte ex animi ſententia ipſis ſucceſſiſſet, nihil impediuiſſet quominus nos omnes ab hoſtibus & amicis circundati periremus, & multi labores, quos pro noſtræ ciuitatis imperio ſubiimus, vno die interirent: at quia eorum conſilia irrita fuerunt facta, primùm quidem deorum beneficio(omnes enim res præclarè & bene geſtas illis acceptas fero) deinde verò meis imperatoriis ar- D tibus, quæ non parum hoſtium terrorem & noſtrorum audaciam auxerunt.Quæ enim ego in prælio dixi, meo iuſſu ab Albanis montes præoccupari, vt hoſtes circumuenirent, commenta & ſtratagemata mea fuerunt. Quamobrem quum res iam nobis ex voto ſucceſſerint, non erimus tales viri quales nos eſſe decet,niſi animaduertamus in proditores,qui præter aliam neceſſitudinem,quam ſaltem cognationis cauſa violare non debebant, nuper etiam facto nobiſcum fœdere & iureiurando interpoſito,contemptis diis,quos pactorum teſtes fecerant,neque ipſum ius & humanam indignationem veriti,neq; periculi magnitudinem, niſi proditio ipſis ex animi ſententia ſucceſſiſſet, ſecum reputantes, miſerrimè nos ſuos colonos, & bene de ſe meritos fœdiſſimè noſtris infenſiſſimis hoſtibus iuncti, prodere ſunt co- E nati. Dum autem ille hæc diceret, Albani vlulare,& ad omnes preces deſcendere cœperunt. Atque ipſum quidem vulgus negabat ſe vllarum Metij machinationum conſcium fuiſſe: ipſi verò præfecti ſimulabant ſe occulta eius conſilia non ante cognouiſſe,quàm ipſo prælij tempore, quum neque impedire, neque imperata facere amplius poſſent. Nonnulli etiam rem in neceſſitatem non voluntariam transferebant, ob affinitatem & cognationem *ſe ad id impulſos dicentes*. Quos rex ſilere iuſſos,ita eſt alloquutus,Neque me latet,Albani,quidquam horum quæ veſtri purgandi

Albanorum vulgus proditionis conſciũ ſe fuiſſe negat: at præfecti de ea ſe excuſant: & quid Tullus illis ad hæc reſponderit.

gandi cauſa profertis, ſed multitudinem quidem veſtrã arbitror proditionem ignoraſſe:(hoc inde coniiciens,quia quæ multi ſciunt, ea ne per minimum quidem temporis ſpatium ſilentio tegi ſolent)at tribunorum & centurionum exiguam quãdam partem,quæ contra nos conſpiratit,eſſe arbitror:ſed maximam partem deceptam,& ad non voluntariam neceſſitatem fuiſſe compulſam. Quod ſi nihil horum verum eſſet, & omnes Albanos qui hîc adſunt, & reliquos qui in vrbe remanſerunt, deſiderium nos maleficio afficiendi inuaſiſſet, ídque non nunc primùm,ſed iam multo ante à vobis decretum fuiſſet,tamen cognationis ſaltem cauſa, omnino neceſſe eſ-

A. ſet Romanis has veſtras iniurias ferre. Sed ne in poſterum quidquam iniuſtè contrà nos moliamini,aut coacti à veſtræ ciuitatis præfectis aut decepti,ſola hac ratione & cauere & proſpicere nobis poſſumus,ſi nimirum omnes in vnam ciuitatem redacti, vnicam etiam & eandem patriã ducamus,in qua vnuſquiſque tam proſperæ,quàm aduerſæ fortunæ portionem ferat,quæ ipſi obtigerit.Donec enim diſcordes erimus, vt nunc, & vtrique per contentionem alteris ſuperiores eſſe conabimur, non erit firma inter nos amicitia,præſertim ſi qui priores aliis inſidiati fuerint,vel re feliciter geſta meliore cõditione ſint futuri,vel ſpe ſua fruſtrati,nihil damni ob ipſam cognationem ſint perpeſſuri,& ſi illi,quos adoriri decreuerint,in eorum poteſtatem redacti extrema quæque mala ſint laturi,aut (id quod in præſentia accidit) ſi euaſerint,

B omnes iniurias ab illis acceptas obliuioni ſint tradituri, nec eos vt hoſtes ſint tractaturi. Sciatis igitur ſuperiore nocte hæc à Romanis eſſe decreta, ſenatu à me coacto, & ſenatuſconſulto à me ſcripto,vt vrbs veſtra euertatur,nec vllum aut publicũ, aut priuatum ædificium (exceptis fanis) erectum relinquatur : omnes verò, qui in ea ſunt,ſaluis ſuis fortunis, quas iam habent, nullis mancipiis, nullo pecore, nullis aliis pecuniis priuati Romæ in poſterum degant:vtque totus noſter ager publicus, Albanis qui nullam agri portionem habent diuidatur, exceptis ſacris poſſeſſionibus, ex quarum reditibus diis ſacrificia fiunt,& ego prouideam,in quibus ciuitatis locis domos ædificare oporteat,vbi vos qui migratis vitam poſſitis degere,& eos qui de vo-

C bis maximè ſunt egeni,ſumptibus ad opus peragendum iuuẽ,& reliqua veſtra multitudo cum noſtro populo in tribus, & Curias diſtributa pecuniam cõtribuat,atque hæ familiæ ad ſenatum,& magiſtratus gerendos admittantur Iulia, Seruilia, Geganía,Metilia,Curiatia,Quintilia,& Cloelia.Sed Metius & eius proditionis ſocij pœnas luant,quas nos Iudices in ſingulos reos ſedentes in tribunali noſtro ſtatuemus. Nullum enim fraudabimus aut iudicio,aut cauſæ dictione. His ab eo dictis, quotquot inter Albanos pauperes erant, contenti erant ea conditione, quòd Romæ habitaturi & agri portionem habituri eſſent, regíſque orationem magnis acclamationibus approbabant:at viri illuſtriore dignitate,& meliore fortuna præditi, ægrè ferebant,quòd patria relicta,& maiorum laribus deſertis, in poſterum ſibi eſſet habitan-

D dum in regione peregrina, ipſiſque ad extremam neceſſitatem redactis,nihil quod dicerent venit in mentem. Tullus verò, animo multitudinis cognito, iuſſit Metiũ cauſam dicere,ſiquid vellet ad hæc reſpondere.Sed quum Metius neſciret quid eſſet dicturus contra accuſatores, & eos qui contra ſe teſtimonium dicebant : reſpondit Albanorum ſenatum ſibi clam ea dediſſe mandata, quo tempore eduxit copias ad bellum:& Albanos orabat,quibus principatum reſtituere conatus fuerat, vt ſibi opẽ ferrent, neque patriam euerti, neque nobiliſſimos quoſque ciues ad ſupplicia rapi paterentur. Orto autem tumultu in concione, & quibuſdam ad arma corripienda properantibus,illi qui turbam circumdederãt,ſublato quodã ſigno gladios ſuſtulerunt.Omnibus autẽ conſternatis, denuo Tullus ſurgẽs, ita eſt loquutus. NIHIL noui vobis, Albani,moliri neque peccare licet. Nam ſi vel minimum vos mouere

> Tulli in concione oratiũcula ad Albanos tumultuari incipientes, & arma corripere, ad opem Metio Suffetio ferendam.

E auſi fueritis,omnes ab his trucidabimini ; ſimúlque iis oſtendit eos qui gladios tenebant.Accipiatis igitur ea quæ vobis dantur,& in poſterum Romani ſitis:vobis enim neceſſe eſt è duobus alterum facere,vel Romam incolere,vel nullam aliam patriam habere.Manè enim miſſus eſt à me M.Horatius,vt veſtram vrbem funditus euertat, & omnes homines Romam traducat.Hæc igitur fere iam peracta ſciatis: quare in veſtram perniciem ruere deſinatis,& imperata faciatis.In Metium verò Suffetium,qui clam nobis eſt inſidiatus,& qui ne nunc quidem veritus eſt ad arma turbulentos & ſeditioſos homines concitare,pro eo ac meretur improbus,& fraudulentus eius animus,animaduertam.His ab illo dictis,concionis pars quæ irritata fuerat, territa eſt,

De Suffetio ſuppliciũ ſumitur.

quòd neceſſitate ineuitabili implicita teneretur. Ipſum verò Suffetium indignãtem, & ſolùm vociferantem, & fœdera implorantem, quæ ab ipſo violata fuiſſe conſtabat, & ne in malis quidem de ſua audacia quidquam remittentem, virgis multùm ceciderunt ac propemodum lacerarunt. Sed poſtquam in eum hoc ſupplicii genere ſatis ſæuitum eſt: binas bigas admouerunt ad eum, & eius brachia ad alteras, ad alteras ipſos pedes loris longis alligarunt, atque ipſis aurigis in diuerſas partes bigas agentibus humi raptatus, & ab vtriſque bigis in contrarias partes tractus, breui temporis ſpatio diſcerptus eſt. Atque Metius Suffetius hũc miſerũ & fœdum vitæ finem eſt ſortitus. In eius verò ſocios & proditionis conſcios rex iudicia conſtituit, & quotquot conuicti fuerunt, eos ex lege in militiæ deſertores & proditores lata, capitali A ſupplicio affecit. Interea autẽ M. Horatius qui præmiſſus fuerat cum militibus lectis ad Albã euertendam, celeriter confecto itinere, quũ nactus fuiſſet portas apertas, & muros incuſtoditos, facilè vrbe eſt potitus. Conuocato autem populo ad concionẽ, quidquid in prælio geſtum fuiſſet illis declarauit, & romani ſenatus decretum recitauit. Illis autem eum orantibus, & tempus ad legationem poſtulantibus, ſublata omni mora, & domos, & muros, & ſiquod aliud ædificium vel priuatum vel publicũ erat, demolitus eſt, & ipſos homines agentes & portantes res ſuas Romam, magna cura eſt proſecutus: quos Tullus ex caſtris Romanorum reuerſus in tribus & curias diſtribuit, & eos adiuuit in ædificãdis ædibus, in qua vrbis parte ipſi voluerũt, & de publico agro, quantũ ſatis eſſet, diuiſit illis qui opera mercenaria exercebãt, & omni B alio humanitatis genere eã multitudinẽ excepit, & recreauit. Albanorũ igitur vrbs, quã condiderat Aſcanius, ex Ænea Anchiſę filio, & Creuſa Priami filia progenitus, quæ ſteterat per quingentos annos, tredecim minus, ex quo fuerat condita: quo tẽpore multũ hominũ frequentia, & opibus, & reliqua felicitate creuerat: & quæ triginta Latinas colonias condiderat, & ſemper eius gẽtis imperiũ habuerat, à nouiſſima ſua colonia euerſa ad hoc vſque tẽpus deſerta permanet. Cæterùm, Tullus rex intermiſſo bello per eã hyemem, vere ineunte iterũ in Fidenates copias eduxit. Fidenatibus autem publicè quidem à nullis ciuitatibus ſociis auxilia venerant, ſed ad eos quidam mercede conducti ex multis locis confluxerant, quibus freti ex vrbe copias educere ſunt auſi. Collatis autem ſignis, & magna cæde in prælio edita, ite- C

Fidenæ à Tullo captæ.

rum intra mœnia compulſi fuerunt. Tullus verò, quum circumuallaſſet eorum vrbem, & foſſis eam cinxiſſet, & eos qui in ea erant ad extremam inopiam redegiſſet, coacti ſunt ſe regi, quibus voluit conditionibus, dedere. Rex itaque hoc modo potitus vrbe, ſupplicio affectis defectionis autoribus, cæteriſq; omnibus dimiſſis, permiſit ipſis vt eodem modo, quo antea, ſuis rebus fruerentur, & ciuitatis ſtatu priſtino ipſis reſtituto, exercitum dimiſit. Romam autem reuerſus triumphans, diis pompam & ſacrificia, quæ vouerat, perſoluit: atque ille fuit ſecundus triumphus quem egit.

Bellum Sabinum.

¶Hoc bello confecto, alterum ortum eſt à gente Sabina: eius autem origo & cauſa hæc fuit. Fanum quoddam eſt quod communiter à Sabinis & Latinis colitur inter cætera maxime ſanctum, dicatum deæ Feroniæ, ita nuncupatæ, quam, qui vocem iſtam græco ſermone vertunt, modò ἀνθηφόρον, modò φιλοστέφανον, modò etiam φερσεφόνην appellant. In hoc fanum ex finitimis ciuitatibus ad D ſtatos dies feſtos conueniebant multi ſacrificia votiua huic deæ perſoluturi, multi etiam & mercatores, & artifices, & agricolæ, ob conuentus celebritatem negotiaturi, nam ibi erat totius Italiæ forum nobiliſſimum. Ad eam igitur celebritatem, & conuentum Romanos quondam profectos viros non ignobiles, Sabini quidam correptos vinxerant, & pecuniis ſpoliarant. Et legatis hac de cauſa eò miſſis, nihil æqui facere voluerunt: quinetiam & ipſos homines, & pecunias quas illis abſtulerant retinuerunt: ipſi quoque crimini dantes Romanis, quòd Sabinorum exules aperto aſylo ſacro ſuſcepiſſent: qua de re antè à me actum eſt. Ob has igitur mutuas criminationes bello inter eos orto, magnas vtrique copias ex ſuis finibus E eduxerunt, & acie inſtructa conflixerunt: ſed æquo marte pugnarunt, & noctis interuentu victoria dubia dirempti ſunt. Inſequentibus verò diebus, quum vtrique vidiſſent, & cæſorum, & ſauciorum multitudinem, alterum prælium tentare amplius noluerunt: ſed relictis caſtris diſceſſerunt, & bello per annum illum intermiſſo, denuo egreſſi ſunt alij in alios longè maioribus copiis paratis, & ad vrbem Eretum, centum & ſeptem ſtadia ab vrbe diſtantem

prælium

prælium cõmiſerunt, in quo accidit, vt multi hinc inde caderent: ſed quũ in illa quo-
que pugna æquo marte ad multas horas cõtinuò certaretur, Tullus, ſublatis in cœlũ,
manibus, diis vouit, ſi illo die Sabinos viciſſet, ſe Saturno & Rheę dies feſtos publicis
ſumptibus celebrandos inſtituturũ, quos quotannis Romani celebrant poſt omnes
terræ fruges collectas: & ſaliorum, qui ita vocantur, numerum duplicaturum. Iſti au-
tem, nobili genere orti, ſtatis temporibus armati ad modulos tibiarum ſaltant, &
quædam patria carmina canunt, vt in ſuperiore libro declaraui. Poſt hæc vota, in-
gens audacia ſubiit Romanos, & tanquam integri in defeſſos facta impreſſione, iam
circa crepuſculum ſerotinum eorum ordines diſſipatunt, & coegerunt ipſos præfe-
A ctos initium fugæ facere, & ſequuti ipſos fugientes ad caſtra circa ipſas foſſas longè
plures comprehenderunt: ſed ne ſic quidem inde reuerſi ſunt, at ibi permanentes
eam noctem, quæ ipſos oppreſſerat, & iis qui ex vallo pugnabant repulſis *ac repreſſis*,
potiti ſunt caſtris. Hac re peracta, præda quantam voluerunt ex agro Sabino aba-
cta, quum nullus amplius eſſet qui pro agri defenſione cum ipſis pugnaret, domum
redierunt. Ex hac autem pugna rex tertium triumphum egit. Nec multo poſt lega-

Tullus de Sabinis triũphat.

tione à Sabinis miſſa bellum depoſuit, *pacémque fecit*, poſtquam captiuos ab illis rece-
pit, quos in pabulationibus ceperant, & transfugas, & pecus, & iumenta, & cæteras
res, quaſcunque agreſtibus eripuerant, mulcta exacta, quam ſenatus rom. irrogarat,
damna accepta pecuniis æſtimans. Atque his conditionibus Sabini pacem fecerunt
B & fœderis exemplar in columnis inciſum in templis repoſuerunt. Sed quum à Lati-
norum coniuratis ciuitatibus bellum graue & diuturnum contra pop. rom. eſt con-
flatũ, (quibus autem de cauſis paulo poſt aperiam) huiuſmodi rerum euentum ala-
cri animo acceperunt, & iuriſiurandi, & fœderum illorum, non aliter quàm ſi nun-
quam fuiſſent facta, obliti ſunt. Rati autem ſe nactos occaſionem opportunam, quà
pecuniam Romanis perſolutã maximo cum fœnore ab ipſis reciperẽt, primùm qui-
dem pauci, & clàm egreſſi agrum vicinum populabantur. Deinde verò multi in vnũ
coeuntes, & palàm, quum primus conatus ipſis ex animi ſententia ſucceſſiſſet, quòd

Sabini fracto fœdere rebellantes, debellantur iterum à Tullo Hoſtilio.

nulla auxilia ad ruſticorũ præſidium veniſſent, cõtemptis hoſtibus, Romã ipſam pe-
tere decreuerũt. Quare, ex omnibus ciuitatibus copias coegerunt. quinetiã Latino-
C rum ciuitates ad eius belli ſocietatem ſolicitarunt: illis tamen non ſucceſſit vt ami-
citiam & belli ſocietatem cum illa gente facerent. Tullus enim cognito eorum cõ-
ſilio factis induciis cum Latinis, decreuit in iſtos exercitum ducere, & omnes pop.
rom. copias armare, quæ iam duplo maiores erant quàm antè, ex quo Albanos iterũ
ſibi adiunxerat: & aliorum quoque ſociorum auxilia quanta maxima poſſet, accer-
ſere. Iámque Sabinorum exercitus in vnum coiuerant, qui poſtquam acceſſerunt ad
eam ſyluam, quæ Maleficorum vocatur, caſtra poſuerunt ſpatio exiguo inter vtra-
que relicto. Poſtera die collatis ſignis pugnarunt, & diu æquo marte conflixerunt:
ſed iam circa veſpertinum crepuſculum, Sabini cœperunt cedere, à Romano equi-
tatu loco pulſi, & magna eorum ſtrages in ipſa fuga edita eſt. At Romani hoſtium
D cadaueribus ſpoliatis, & pecuniis, quæcunque in caſtris erant, direptis, & agri opti-
mam partem depopulati domum redierunt. Atque bellum ortum inter Romanos
& Sabinos, Tullo regnante, hunc habuit exitũ. LATINORVM verò ciuitates
tunc primùm Romanis factę ſunt inimicæ, quòd nollent, euerſa Albanorũ vrbe, Ro-
manis, qui eã demoliti fuerant imperiũ cõcedere. Anno enim decimo quinto poſt

Latinorum ciuitates, cur Romanis factæ ſint inimicæ.

Albæ excidiũ rex Romanorũ miſſis legatis ad triginta ciuitates ipſius colonias, eiq;
ſubditas, iuſſit eas Romanorũ imperio parere: quòd ipſi cũ reliquis rebus, quas Alba-
ni habebant, Latinæ gentis imperiũ etiam accepiſſent. Duóſque poſſeſſionis modos
eſſe demonſtrabat, quibus homines rerum alienarum fiant domini: vnum neceſſa-
rium, alterum voluntarium. Romanis verò vtroque modo imperium illarum ciuita-
E tum, quibus Albani imperabant, obtigiſſe dicebat: nam eos & in bello armis deui-
ctos, & poſt amiſſam vrbem ſuam in ciuitatem *à Romanis* receptos dicebat. Itaque
æquum eſſe, vt vel ſponte vel inuiti Albani Romanis ſubditorum imperio cederẽt.
At Latinorum ciuitates nihil priuatim reſponderunt legatis: ſed concilio totius gẽ-
tis ad Ferentinum indicto, Romanis imperio non cedere decreuerunt: & confeſtim
duos imperatores crearunt, penes quos eſſet pacis, bellíque arbitrium, Ancum Publi-
cium Coranum, & Sp. Vecilium Lauinienſem. His igitur de cauſis bellum inter Ro-
manos & eiuſdem gẽtis populos ortum eſt, & per quinque integros annos durauit:

fuitque bellum quoddam ciuile,& more priſco geſtum.neque enim omnibus copiis
in aciem vtrinque deſcendentibus, & confligentibus magna aliqua clades & cædes
totius exercitus ſequuta eſt,neque vlla eorum vrbs armis deuicta,aut euerſa, aut in
ſeruitutem redacta,aut aliqua alia inſanabili calamitate affecta eſt:ſed irruptione fa-
cta alteri in alterorum agrum,quum iam frumentum ad maturitatem accederet, &
præda abacta copias captiuorum permutatione facta domum reducebant. Vnicam
verò vrbem nominis Latini Medulliam,quò iampridem Romani regnante Romulo
coloniam deduxerant(vt ſuprà à me eſt demonſtratum)quia facta defectione à pop.
rom. ad ſuorum gentilium partes tranſierat, rex Romanorum obſidione expugna-
tam à rebus in poſterum nouandis deterruit. Nullum verò prætereà malum, quod A
bella ſecum afferre conſueuerunt, toto illo tempore alterutris accidit. Quare Ro-
manorum animi non admodum exaſperati,facilè ad pacem faciendam inclinarunt.

Medullia,vrbs Latini nominis, capta, & pax cum Latinis facta.

Hæc Tullus Hoſtilius regni ſui tempore geſſit,vir ſingularis & eximia laude dignus,
cùm ob animi præſentiam in rebus bellicis,tum verò ob prudentiam,qua in ipſis pe-
riculis vtebatur:præcipuè verò quòd in bello ſuſcipiendo non eſſet præceps, & in
eo ſemel ſuſcepto conſtanter perſeueraret ,donec omnibus rebus aduerſarios ſupe-
raret.Quum autem regnaſſet annos triginta & duos,obiit,domo incenſa,& cum eo
& vxor & reliqua domeſtica turba incendio abſumpta periit. Quidam autem aiunt
domũ fulmine ictam conflagraſſe,irato deo ob quorundam ſacrorũ curã neglectam.
Eo enim regnante ſacrificia quædam patria intermiſſa,& alia quædam Romanis ri- B
tibus non recepta in rempub.introducta fuiſſe *dicunt*.Plerique tamen id ei ob huma-
nas inſidias contigiſſe aiunt:id facinus Marcio,qui poſt eum regnauit, attribuentes.
Hunc enim aiunt Numæ Pompilij regis nepotem,ex filia procreatum ægrè tuliſſe ſe
regio natum ſanguine priuatum degere,& quum videret filios iam hæredes à Tullo
ſcriptos,maximè ſuſpicatum fuiſſe,ſi quid humanitus Tullo accidiſſet, ad eius libe-
ros regnum deuolutum iri.Hæc igitur cogitantem multo antè regi inſidias ſtruxiſ-
ſe,quòd haberet multos Romanos ſibi regnum adſtruentes,& eſſet Tulli amicus, ac
inter fidiſſimos cenſeretur:& obſeruaſſe tempus opportunum, quo eum aggredere-
tur.Quum itaque Tullus domeſticum quoddam ſacrificium eſſet facturus, ipſos ſo-
los familiariſſimos ad id adhibuiſſe, quibus id notum volebat, & quum fortè illo die C
valde aſpera tempeſtas orta fuiſſet,cum imbribus,& procellis,& caligine, ita vt to-
tum regiæ veſtibulum à cuſtodibus deſereretur, ratum id opportunum eſſe tempus
cum ſociis ſuis ſub veſte gladios geſtantibus fores introiiſſe. Cæſo autem rege, eiuſ-
que liberis,& aliis quotquot ibi aderant,ignem in varias ædium partes inieciſſe, at-
que hac re peracta rumorem illum de fulmine ſparſiſſe.Sed ego hanc hominum opi-
nionem non admitto,neque veram,neque probabilem duco. Sed priorem opinio-
nem ſequutus,arbitror fortuitò illum hunc vitæ finem habuiſſe,neque enim eſt ve-
riſimile tale facinus,quod à multis ſtruebatur celari diutius potuiſſe:neque eius au-
tor pro comperto habebat fore vt poſt Tulli Hoſtilij mortem Romani ciuitatis im- D
perium ad ſe deferrent, & ſe regem crearent : neque, licet hominum iudiciis fretus
eſſet,ita vt de iis dubitare non poſſet, propterea,tamen & ipſa deorum voluntas hu-
manis conſiliis ſimilis fuiſſet. Nã poſt ſuffragia à tribubus lata,oportebat ipſos deos
fauſtis auſpiciis regnũ ei addicere: hominẽ verò ſceleſtũ, & tot cædibus iniuſtis pol-
lutum,quis deorum,aut geniorũ ad ſuas aras accedere,& victimas immolare,& cęte-
ra ſacra miniſteria facere paſſus fuiſſet?Quamobrẽ ego nõn ad humanas inſidias,ſed
ad dei voluntatem id facinus refero:cuique tamen liberum ſit iudicium.

Tulli Hoſtilii obitus.

¶Post Tulli Hoſtilij obitũ interrex creatus à ſenatu more patrio,regem ciuitatis Ancvm
cognomine Marcivm elegit. Quum autẽ populus ratũ feciſſet S.C. & deus lætũ
exitũ portẽderet,ĩ rebus omnib.ritè peractis,Marcius regnũ eſt auſpicatus anno ſe- E
cundo trigeſimæ & quintæ olympiadis,qua vicit Sphærus Lacedæmonius,quo tem
pore Athenis annuum magiſtratum gerebat Damaſias. Rex iſte quum animaduer-
tiſſet multa ſacrificia,negligi,à Numa Pompilio ſuo auo materno inſtituta, & vidiſ-
ſet pleroſque Romanorum rebus bellicis & turpi quæſtui deditos, neque amplius
vt antè terram colere, conuocato ad concionem populo ad intermiſſum deorum
cultum eos reuocabat,vt quemadmodum Numa regnante cœperant, ita pergerẽt:
demonſtrans,ob deorum contemptionem,& morbos,& peſtes,& multas alias cala-
mitates in vrbem immiſſas,quibus populi pars non minima abſumpta fuiſſet,ipſum-

ANCVS MARCIVS, Rom. rex IIII.

Quidã interpr. Rebus omnibus *quæ ad ineundum principatum pertinent,*

OLYMP. XXXV. annus ſecundus.

que

que regem Hoſtilium qui ea,vt oportuerat, nō cuſtodierat,laborantem multos an-
nos variis morborum generibus, neque amplius ſuæ mentis compotem, ſed mente
vnâ cum ipſo corpore labefactata *& corrupta*,& ipſum,eiúſque progeniem miſeran-
dum exitum ſortitam: & adminiſtrandæ reip.genus à Numa in vrbe conſtitutum
laudans,vt præclarum & ſapientiæ plenum,quòd ex iuſtiſſimo quæſtu abundè victũ
quotidianum cuique præberet,hortabatur vt ad id redirent,& agriculturę,& rei pe-
cuariæ,cæteriſq; iuſtis operibus à rapina & violentia alienis *operam darẽt*, & bellicos
quæſtus aſpernarentur. Hæc & his ſimilia concionatus,& in animos omnium inie-
cto magno deſiderio quietis pacatæ,& induſtriæ honeſtæ, deinde accitis pontifici-
A bus,ſacrorum commentarios ab ipſis acceptos,quos Pompilius compoſuerat, in ta-
bulas tranſcripſit,eáſque in foro propoſuit quibuſlibet videndas, quæ tandem vetu-
ſtate abſumptæ ſunt: nondum enim æneæ columnæ tũc erant in vſu,ſed in quernis
tabulis ſculpebantur & leges,& inſtituta,quæ ceremonias,& ſacra ſcriptis mandata
complectebantur:ſed poſt reges exactos ad publicum vſum reuocatæ ſunt à C. Papi-
rio ſummo pontifice. Inſtauratis autem ſacris quæ per negligentiam fuerant in-
termiſſa,& ablegata otioſa turba ad opus ſuum,laudabat agricolas diligentes,& ob-
iurgabat eos qui ſua prædia malè curabant,vt ciues minimè bonos. ¶Hac ciui-
tatis forma inſtitura, quum ſperaret ſe ſine bello & moleſtiis totam vitam perpetuò
trãſacturum,vt fecerat auus maternus,fortunam ſuo propoſito aduerſam eſt exper-
B tus,& contrà quàm ſtatuerat,coactus eſt bellator eſſe, & nunquam ſine periculo &
tumultu viuere.Statim enim ſimulatque ad imperium acceſſit,& quietum reip. ſta-
tum conſtituit,Latini eum contemnentes, & exiſtimantes ipſum ob ignauiam non
eſſe idoneum ad bellum adminiſtrandum,latronum manus ſinguli per agros ſuis fi-
nitimos dimittebant,à quibus multi Romani detrimenta accipiebant. Miſſis autem
à rege legatis,& poſtulantibus vt ex fœdere Romanis ius ſuum tribuerent, *ſuáſque
res ipſis redderent*, ſimulabant ſe penitus ignaros latrociniorum de quibus ipſi con-
querebantur,quaſi nihil eorum publico conſenſu factum eſſet,ſéque nulla in re pop.
rom.iudicio obnoxios eſſe dicebant:neque enim ſe cum eo fœdus feciſſe, ſed cũ Tul-
lo,mortuo autem Tullo ruptas eſſe *fœderis &* pacis conditiones. Marcius igitur Ancus Marcius bellum aduerſus Latinos gerit.
C ob has cauſas & reſponſa, coactus exercitum in eos duxit,& Politorio eorum vrbe
obſeſſa,antequam vlla auxilia ab aliis Latinis mitterentur,ciuibus obſeſſis vrbẽ cer-
tis conditionibus in deditionem accepit.Nullo tamen malo homines affecit, ſed o-
mnes cum ſuis fortunis Romam traduxit, & in tribus diſtribuit. Sequente autem
anno quum Latini in Politorium deſertum colonos miſiſſent, & Politoriorum agrũ
iam colerent,Marcius cum copiis in eos eſt profectus.Quum autem Latini ex vrbe
in aciem prodire auſi fuiſſent,victis illis,vrbem iterum cepit. Incenſis autem ædifi-
ciis,& muris ſolo æquatis,vt hoſtes ibi nullam amplius belli ſedem haberent,néve
agrum colerent,copias domum reduxit. Sequente anno,Latini ſuſcepta expedi- Latini Medulliam expugnant.
tione contra vrbem Medulliam, vbi erant coloni Romanorum, qui ſe ibi præpa-
D rarant *ad hoſtium impetum ſuſtinendum ac propulſandum* vndique muros oppugnantes,
vi eam ceperunt. At Marcius Tellenem vrbem Latinorum inſignem eodem tempo-
re cepit,& ciues in acie victos & oppugnatione in deditionem acceptos,& captiuos
nulla re ſpoliatos ex ea vrbe Romam traduxit,& ad domos fabricandas locum illis
aſſignauit,& Medulliam per triennium à Latinis detentam, quarto demum anno Medulliam à Latinis per triennium detentam recipit Marcius.
multis & ingentibus præliis ſuperatam deditione facta recepit. Neque multo poſt
Fidenas expugnauit,ex qua vrbe tertio antę anno per deditionem capta multitudi-
nem omnem Romam traduxerat, & quòd nullo præterea detrimento vrbem affe-
ciſſet, conſilium mitius quàm prudentius cepiſſe videbatur. Latini enim,miſſis in
eam colonis,& eius agro occupato, ipſi Fidenatum agro fruebantur, ita vt denuo
E coactus fuerit Marcius ducere exercitum contra vrbem illam, eáque non ſine ma-
gno negotio potitus,ædificia incendere,& muros demoliri. poſtea duo prælia inter
Latinos & Romanos commiſſa ſunt.In priore quum diu pugnaſſent,& æquo marte
certaſſe viſi fuiſſent,dirempti ſunt,& vtrique ſe in ſua caſtra receperunt. Poſteriore
verò Romani Latinos vicerunt,& eos vſque ad caſtra perſequuti ſunt.Poſt hæc prę-
lia nuſquam amplius in acie certatum eſt inter eos:ſed ab vtriſque incurſiones con-
tinuæ in agros finitimos fiebant,& inter equites, & velites qui agrum circumibant
prælia committebantur, ex quibus plerunque Romani victores diſcedebant, quia
copias ſuas ſub dio in caſtellis opportunis ad agri præſidium collocatas habebant,
quibus

Fidenatum à Ramanis defectio.

quibus Tarquinius Hetruſcus præerat. Eodem autem tempore & Fidenates à Ro-
manis defecerunt,non apertè bello indicto: ſed exigua hominum manu,& occultis
in curſionibus agrum eorum vaſtantes.In quos Marcius cũ expedito exercitu profe-
ctus,res ad bellum neceſſarias apparauit,& prope vrbem caſtra poſuit. At illi, prin-
cipiò quidem ſimulabant ſe ignorare ob quas iniurias Romanorum exercitus con-
tra ſe veniſſet: ſed quum rex reſpondiſſet ſe venire vt repeteret ab ipſis pœnas ob
agrum ſuum popularum & vaſtatum; ſe de his purgabant, & nihil horum malefi-
ciorum publico conſenſu factum dicebant: tempuſque poſtulabant ad cognitio-
nem eius cauſæ, & ad noxios perquirendos. Ac multos dies conſumpſerunt, nihil
eorum quæ fieri oportebat facientes, ſed clam ſociorum auxilia implorantes, & A
bellico apparatui operã nauantes.Sed Marcius,cognito eorum conſilio,cuniculos à
ſuis caſtris vſque ad vrbis mœnia agere cœpit,& opere iam abſoluto caſtra mouit,&
copias contra vrbẽ duxit,allatis ſecũ multis ſcalis,& machinis, & cæteris inſtrumẽ-
tis ad oppugnationem paratis, non ab ea murorum parte, in qua cuniculi ageban-
tur,ſed ab alia.Quum autem Fidenates ad loca vrbis quæ oppugnabantur, frequen-
tes accurriſſent,& ſtrenue hoſtium aſſultus repellerẽt, Romani quibus id negotium
mandatum fuerat, aperto ſummo cuniculorum ore intra mœnia ſe inſinuarunt, &
obuiũ quenque ſternentes,ſuis qui vrbem obſidebant portas aperuerunt. Quum au-

Fidenatũ vrbs capta, Marcius aliquot ex ipſis defectionis authores ſecuri percutit.

tem multi cæſi fuiſſent dum vrbs caperetur, Marcius reliquos Fidenates arma tra-
dere iuſſit,& per præconem omnes in certum vrbis locum conuocauit, & aliquot
ex ipſis defectionis autores virgis cæſos ſecuri percuſſit, militibúſque omnium do- B
mos diripere permiſit:atque ita demum, præſidio ſatis firmo in vrbe relicto, in Sa-

Marcius in Sabinos exercitum ducit.

binos exercitum duxit. Nam ne illi quidem ſeruarãt conditiones fœderis quod cum
rege Tullo fecerant: ſed facta irruptione in agrum Romanum *agros* ſuis finitimos
vaſtabant.Marcius verò per exploratores & trãsfugas cognita opportunitate *hoſtis*
adoriendi,Sabinis palantibus, & agros depopulantibus, ipſe cum peditatu ad ho-
ſtium vallum exiguo præſidio munitum profectus,munitionem primo impetu oc-
cupauit:*interim* iuſſit in hoſtes,qui in pabulationibus erant diſperſi,ocius equitatum
ducere. Sabini verò quum vidiſſent romanum equitatum contra ſe venire, omiſſa
præda,& cæteris rebus quas agebant ac ferebant, ad caſtra refugere cœperunt. Sed
quum illa quoque ab hoſtium peditatu occupata vidiſſent, dubitantes quò ſe ver- C
terent, ad ſyluas & montes contenderunt.Sed quum eos leuis armaturæ milites &
equites perſequerentur,pauci quidam incolumes euaſerunt, at maior eorum pars

Sabini pacem à Romanis impetrant.

interiit. & hac clade accepta rurſus legatis Romam miſſis,pacem quam petebãt,im-
petrarunt. Nam bellum quod cum Latinis populis Romani adhuc gerebant, effi-
ciebat vt neceſſe eſſet cum cæteris aduerſariis vel inducias vel pacem habere.Quar-

Veientibus bellum infert Marcius.

to autem fermè anno poſt hoc bellum, Marcius Romanorum rex vrbanas copias
eduxit,& ſociorum auxilia quanta maxima potuit accerſiuit, atque ita in Veientes
eſt profectus, magnamque eorum agri partem vaſtauit: Illi enim priores ſuperiore
anno in agrum Romanum irruperant,& magnam prædam abegerant,magnamque D
hominum cædem fecerant. Sed quum ingens exercitus à Veientibus emiſſus fuiſ-
ſet, & transflumen Tyberim ad Fidenas caſtra poſuiſſet, Marcius, quanta maxima
potuit celeritate ducto exercitu, primùm vias omnes quâ in patriam redire pote-
rant ipſis interclufit,quòd eſſet equitatu longè ſuperior, deinde eos in aciem pro-
dire coactos vicit,& eorum caſtris eſt potitus. Quum autem hoc etiam bellum ipſi
ex animi ſententia ſucceſſiſſet, in vrbem reuerſus de more triumphauit, diíſque ob

Veientibus iterum à Marcio bellum infertur.

victoriam ab hoſte reportatam debitos honores perſoluit. Secundo autem poſt
anno quum Veientes iterum inducias cum ipſo factas rupiſſent,& cæteras vrbes re-
cuperare vellent, ex quibus Romulo regnante ex fœderis conditione ceſſerant, al-
terum prælium priore maius ad Allas cum ipſis commiſit, ex quo facilè victoriam E
reportauit,& ab eo tempore reliquas ciuitates ſine vlla controuerſia retinuit. Tar-
quinius autem dux equitum,ob operam egregiè nauatam, ex ea pugna palmam re-
tulit, eumque Marcius virum omnium præſtantiſſimum iudicauit, & cùm aliis
honoribus perpetuò affecit, tum etiam in patriciorum & ſenatorum numerum
retulit. Marcius autem bellum etiam geſſit cum Volſcorum gente,quòd inde quo-

Volſcos bello aggreditur Marcius.

que latrones in Romanorum agrum incurſiones feciſſent,& cum ingentibus co-
piis in eos profectus,ingentem prædam inde partam retulit,& Velitras eorum vrbẽ
obſedit,& foſſa valloque cinxit,totòque agro potitus,oppugnationem parabat. Sed
quum

quum maximi natu ſupplices prodiiſſent, & ſe regis arbitrio damna data ſarturos promiſiſſent, & polliciti fuiſſent fore vt ſontes ad ſupplicium dederent, cum illis inducias fecit, quumque ius ſuum ab ipſis volentibus ſine vi impetraſſet, eos in fœdus & amicitiam recepit. Nouum inde bellum exortum eſt iterum à quibuſdam Sabinæ gentis hominibus, qui vrbem fortunatam & amplam incolentes, Romanorum virtutem nondum experti fuerant: &, licet de Romanis conqueri non poſſent, eorum tamen felicitatem vix credibilem præ inuidia ferre non poterant, viri alioqui valde bellicoſi, qui primùm contracta exigua manu, agros latrociniis, & incurſionibus infeſtare cœperunt, deinde lucris allecti, apertè expeditionem contra eos ſuſceperunt, & magnam agri finitimi partem depopulati valde vaſtarunt. Illis tamen non licuit prædam impunè abigere; nec omnes incolumes abire potuerunt. Nam rex Romanus occurrens properè, & caſtris ſuis iuxta eorum vallum poſitis, eos ad prælium prodire coëgit. Atrox igitur pugna commiſſa eſt, & multi hinc inde ceciderunt, idque ob tolerantiam laborum, quibus iam multò antè erant aſſuefacti: ſed tamen Romani Sabinis longè ſuperiores fuerunt, eorúmque milites fugientes ad caſtra, ſparſos & nullum ordinem ſeruantes, è veſtigio ſequentes, cædem magnam fecerunt. Potiti autem & ipſis caſtris variarum opum plenis & recuperatis captiuis, quos Sabini in pabulationibus ceperant, domum redierunt. Res igitur quas rex iſte militiæ geſſit, & quæ à romanis ſcriptoribus memoriæ ſunt proditæ, hæ feruntur fuiſſe.

A quadam Sabinorum parte exortum bellum.

Sabinos vincunt Romani.

A ... B ... (section letters in the left margin)

¶RES verò † domi geſtæ ſunt eæ, quas mox dicam. Primùm quidem vrbem non mediocriter auxit. Auentinum, qui ita vocatur, iiſdem mœnibus complexus. Eſt autem collis modicè altus octodecim ferme ſtadiorum ambitu, qui tunc varia materia refertus erat: ſed præcipuè lauri elegantis magna copia, vnde à Romanis quædam eius loci pars Lauretum vocatur: ſed iam totus ædificiis eſt refertus. Hic inter cæteras res præclaras templum etiam Dianæ extructum eſt. Dirimebatur autem (quanuis nunc vtrumque collem muri Romani complectantur) à colle Palatino, vbi primùm vrbs condita fuerat, profunda & anguſta valle. Sed poſtea totum illud ſpatium medium, quod inter duos colles erat vacuum, terra aggeſta repletum fuit. Quum igitur *Ancus* videret hunc collem futurum munitionem contra ipſam vrbem, ſi quis exercitus eam inuaſiſſet, eum muro foſſaque cinxit, & eos quos traduxerat ex Tellene & Politorio, & cæteris vrbibus quas ceperat, in hoc loco collocauit. Atque hoc eſt vnum regis facinus ad remp. pertinens, vt traditur, ſimul & præclarum & valde vtile, quo factum eſt vt vrbs creſceret altera vrbe addita, & minus facilè expugnari poſſet, ſi hoſtes cum ingentibus copiis contra eam veniſſent. Sed eſt & alterum priore præſtantius, quod in rebus omnibus ad vitam ſpectantibus eam fortunatiorem reddidit, & ad res maiores gerendas impulit. Quum enim Tiberis amnis ex Apenninis montibus deſcenderet, & iuxta ipſam vrbem flueret, & in litora importuoſa eaque vicina erumperet, (quæ mare Tyrrhenum facit) & ipſi vrbi exiguam, nec memoratu dignam vtilitatem afferret, quòd circa oſtia nullum haberet caſtellum, quod naues mari eò delatas & ex mari ſupero venientes reciperet, & merces cum negotiatoribus commutaret, quum alioqui nauigiis fluuialibus mediocris magnitudinis ad ipſos vſque fontes nauigari poſſet, inde verò ad ipſam vrbem magnis marinis onerariis: naualia ad eius oſtia facere decreuit, ipſo fluuij ore pro portu vſus. Nam mari contiguus longè lateque panditur, & amplos complectitur ſinus quales ſolent habere præſtantiſſimi maritimi portus: &, quod maximè quis miretur, non clauditur ore obſtructo arenæ marinæ aggeribus, quod accidit multis magnis fluuiis, neque in paludes, aut ſtagna vagans modò hîc, modò illic conſumitur antequàm in mare fluat, ſed perpetuò vbique nauibus eſt permeabilis, vt per vnicum natiuum oſtium erumpit, maris dorſa in altum aſſurgentia diuerberans, quanuis ibi ab occidente valde vehemens ventus ſpirare ſoleat. Itaque longæ naues quantumuis magnæ, & ex onerariis eæ quæ vſque ad tria millia modiorum ferunt, per eius os intrant, & Romam vſque remigio & funibus tractę feruntur. At quæ ſunt his maiores, ante oſtium ipſum anchoris in ſalo firmatæ ſcaphis fluuialibus euacuantur & exonerantur. In eo autem ſpatio quod eſt inter fluuium & mare, quodque cubiti ſpeciē refert, rex vrbe condita, quā à re ipſa Oſtiā

Quæ ab Anco Marcio facta ſint ad ipſius ciuitatis incrementum & cōmoditatē. Dicitur tamen à Dionyſio. πολιτικὰς πράξεις. idéque quidam interp. Nunc quas in reipu. adminiſtratione res geſſerit, dicere aggrediar. Sed ea tamen quæ ab iſto hiſtorico hic deſcribuntur, ad reipubl. adminiſtrationem pertinere v x quiſquam dixerit.

appellauit,quam nos diceremus θύραν,effecit vt Roma non ſolùm bonis,quæ in continẽti naſcuntur,ſed etiã maritimis frueretur, quinetiã tranſmarina guſtaret. Muro etiam cinxit Ianiculum,montem altum trans flumen Tyberim ſitum,& præſidium firmum in eo collocauit,vt tutius flumen nauigari poſſet. Hetruſci enim latrociniis negotiatores infeſtabant, occupantes totum illum oræ tractum, qui eſt trans fluuium & ſublicium pontem, qui ex ſola lignea materia eſt compactus, & cui nihil æris,aut ferri addere licet,ille Tiberi impoſuiſſe fertur, quem ad hoc vſque tempus ſeruant,ſacrum exiſtimantes. Quòd ſi qua eius pars laboret,eam pontifices curant, quædam patria ſacrificia facientes dum ipſum ſarciunt. Quum autem rex iſte has res memoria dignas in ſuo regno geſſiſſet, & Romam ſuis ſucceſſoribus tradidiſſet,non paulò meliorem quàm ipſe accepiſſet, regno potitus per viginti & quatuor annos, obiit relictis duobus filiis, altero adhuc puerili ætate, altero, qui natu erat maior, iam pubeſcente. A

Anci Marcii obitus.

L. TARQVINIVS Romanorum rex.

OLYMP. XLI. annus ſecundus.

¶POST Anci Marcij mortem ſenatus denuo, quum populus ipſi permiſiſſet vt quam vellet ciuitatis formam conſtitueret, in eadem manere ſtatuit, & interreges creauit. Illi verò conuocata multitudine ad comitia,regem elegerunt L. TARQVINIVM, quúmque ipſa auſpicia & diuini numinis ſigna, plebiſcitum confirmaſſent, Tarquinius circiter ſecundum annum quadrageſimæ primæ olympiadis, qua fuerat victor in ſtadio Cleonides Thebanus, archonte Athenis Eniochilo, regnum eſt auſpicatus.

De Tarquinii parentibus & patria, & quibus de cauſis Romam venerit, & quibus artibus ad regnum peruenerit. Quidam verò hæc Dionyſii verba, ἐξ οἵων ἐπιτηδευμάτων εἰς τὴν βασιλείαν παρῆλθεν, interpr. qua induſtria ad regnũ peruenerit. Sed magis placet, quibus artibus. Nam ἐπιτηδεύματα minus aptè hic videtur redditum per inſtituta, vt alioqui plerũque redditur.

Quinam autem fuerint huius Tarquinij parentes, quæ patria, & quibus de cauſis Romam venerit, B & quibus artibus ad regnum peruenerit,dicã, vt in illius gẽtis annalibus reperi. Corinthius quidam, nomine Demaratus ex Bacchiadarũ genere, quũ mercaturã exercendam ſibi propoſuiſſet,in Italiam nauigauit, priuato ſumptu inſtructa naue, & ſuis mercibus onerata. Quum autem ſuas merces diſtraxiſſet in Hetruſcorum ciuitatibus, quæ tunc omnium Italiæ ciuitatum fortunatiſſimæ erant: & inde magnum quæſtum feciſſet, noluit amplius ad alios portus appellere, ſed per idem mare ſemper vltrò citróque commeans,græcas merces ad Hetruſcos vehebat, & hetruſcas in Græciam ferebat. atque ita magnas opes ſibi comparauit. Sed quum ſeditio Corinthi eſſet orta,& Bacchiadæ Cypſeli tyrannide premerentur, exiſtimans ſibi multas habenti fortunas parum eſſe tutum in tyrannide viuere, præſertim quum eſſet ex illuſtri familia & factione optimatum, conuaſatis rebus ſuis C quaſcumque ſecum afferre potuit, Corintho diſceſſit. Quum autem multos, eóſque bonos amicos in Hetruria haberet ob continua commercia, præcipuè verò Tarquiniis, in vrbe quondam magnâ ac fortunata, domicilium ibi ſibi comparauit, & mulierem genere illuſtrem duxit in matrimonium. ex qua quum duos filios ſuſcepiſſet, iis Hetruſca nomina impoſuit, alterum Aruntem, alterum Lucumonem appellans: & quum vtrumque Græca & Hetruſca diſciplina inſtituiſſet, illis iam viris factis, vxores ex illuſtriſſimis familiis dedit. Nec multo poſt, illius filiorum alter, qui maior erat natu, nulla certa progenie relicta obiit. & paucis poſt diebus ipſe Demaratus præ dolore moritur, relicto omnium ſuarum D fortunarum herede Lucumone, qui ſolus ex liberis ſuperſtes erat: qui adeptus tam amplum patrimonium, immiſcere ſe rebus & Remp. gerere, & inter præcipuos ciues cenſeri volebat. Sed quum vndique ab indigenis repelleretur,& ne inter mediocres quidem locum obtinere poſſet, nedum inter primarios, eam ignominiam iniquo animo ferebat. Quare quum audiſſet populum Romanum omnes peregrinos lubenter recipere, & ciuitate donare, ac pro dignitate vnumquenque honorare, eò ſedes transferre ſtatuit, vndique ſuis omnibus rebus collectis, & adducta vxore, cæteriſque amicis ac domeſticis quotquot *ſequi* voluiſſent. Magnus autem fuit numerus eorum qui cum eo lubenter diſcedere voluerunt.

Tarquinio (qui tum Lucumo dicebatur) aquila pileum de capite rapit,& poſt eà aptè repoſuit.

Tarquinii vxor Tanaquil, quomodo id prodigium ſit interpretata.

Quum autem ad Ianiculum (quod ita vocatur) veniſſent, vnde Roma iis qui ex Hetruria veniunt primùm conſpicitur, aquila derepentè deuo- E lans, pileum quem in capite geſtabat abripuit,& rurſus ſe in altum ſuſtulit ſupra carpentum circumuolitans, eumque in aëris circumfuſi profunditate occultauit: deinde ex improuiſo pileum Lucumonis capiti aptè, vt erat antè,iterum impoſuit. Quum autem id prodigiũ omnibus admirandum & præter opinionẽ apparuiſſet, Lucumonis vxor,nomine Tanaquil,à maioribus Hetruſcã auſpiciorũ diſciplinã bene docta, ipſum ſeorſum adductũ cõplexa eſt, & optimè ſperare iuſſit,dixit enim

fore

fore vt ex priuata fortuna ad regiã poteſtatẽ euaderet. Suaſit tamẽ daret operã vt à Romanis volentib. principatũ impetraret, ſe eo honore dignũ præſtans. Ille verò lætus eo prodigio, quũ iam ad portas accederet, deos precatus vt id auſpiciũ ratũ facerent, & ad felicem exitum perducerẽt, ſuúmque introitũ fortunarent, ita demũ vrbem eſt ingreſſus, & poſtea, quum in colloquium veniſſet cũ rege Marcio, primùm declarauit quis eſſet, deinde *dixit* ſe cum toto ſuo patrimonio veniſſe in vrbẽ, quod in ea habitare vellet, dixitque ſe id in publicos regis & Reip. Rom. vſus collaturum

A quòd maius eſſet quàm priuati hominis facultates ferrent. Quum autem lubenti animo rex illum recepiſſet, eumque cum omnibus Hetruſcis, qui cum ipſo venerãt, in tribu & curia collocaſſet, quam ipſis aſſignauit, *ipſe* domum ædificauit, tãtum loci in vrbe ſortitus, quantum ſat eſſet, & agri portionem accepit. Quum autem hęc peregiſſet, & ciuis factus fuiſſet, animaduertens vnicuique Romanorũ nomen commune eſſe, & præter illud commune, aliud etiam quod cognationis & patronimicũ eſſet: quoniam volebat hac quoque in re illis ſimilis eſſe, Lucij nomen cõmune pro Lucumone ſibi impoſuit, & Tarquinij, pro cognationis nomine: quod ſumptum eſt ab vrbe in qua & natus & educatus fuerat. Et breuiſſimo tẽporis ſpatio regis amicitiam ſibi conciliauit, quòd ei donaret ea quibus ipſum maximè egere ſentiebat,

Tarquinius, quum antea Lucumo diceretur, prænomen Lucius pro Lucumone, deinde & gentilitiũ nomen a patria ſua Tarquinus capit.

B quódque pecunias ſuppeditaret ad bellicos vſus, quibus indigebat, & in ipſis expeditionibus dimicaret optimè omnium & peditum & equitum, & conſilio optimo, ſicubi opus eo fuiſſet, præditus eſſet, ita vt in prudentiſſimorum conſiliariorum numero poneretur. Quum autem apud regẽ eſſet in honore aliorum quoque romanorum beneuolentiam ſibi conciliauit: quinetiam multos patricios beneficiis ſibi deuinxit, & plebeiæ multitudinis fauorem ſibi comparauit, comiter quoſque ſalutando, & iucundis appellationibus omnes appellãdo, & largitione, & omni genere humanitatis proſequendo. Talis igitur erat Tarquinius: & his de cauſis viuente adhuc Marcio omnium Romanorum illuſtriſſimus erat, & eo mortuo ab omnibus regno dignus eſt iudicatus. Quum autem regnũ adeptus fuiſſet, primùm quidem bellum

C intulit Apiolanis, qui ita vocãtur, populo gentis Latinę nõ ignobili. Apiolani enim & reliqui omnes Latini, poſt Anci Marcij obitum arbitrati pacis cõditiones ruptas, latrociniis ac pabulationibus romanorum agrum infeſtantes populabantur. Quare Tarquinius volens iniuriam ab illis acceptam vlciſci, cum ingẽtibus copiis in eos profectus eſt, & agri eorum præſtantiſſimam partem vaſtauit. Quum autem ex finitimis locis Latinorum, magna auxilia Apiolanis veniſſent, bis cum illis pugnauit. Et quum in vtroque prælio viciſſet, ſe ad vrbis oppugnationem conuertit, & copias ad muros admouit: & alij alios deinceps excipiebant, iiſque ſuccedebant. At oppidani quum pauci multis reſiſterent, nec vnquam tempus ad quieſcendum daretur, tandem expugnati ſunt. Oppido autem per vim capto, maior Apiolanorum pars in ipſa

L. Tarquinius primum Apiolanis, populo gentis Latinæ non ignobili bellum infert.

D pugna cæſa fuit: pauci verò, armis traditis, vnâ cum reliqua præda venditi fuerunt, & eorum liberi & coniuges in ſeruitutem à Romanis abductæ fuerunt, & ipſa vrbs direpta, incenſa fuit. Rex his peractis, & mœnibus funditus euerſis, domum copias reduxit: & poſtea aliam expeditionem fecit in Cruſtumerinorum vrbem. Hæc erat Latinorum colonia, ſed regnante Romulo in Romanorum ditionem venerat: at poſtquam Tarquinius regnum eſt adeptus, rurſus Latinorum partibus ſtudere cœpit, verumtamen neque oppugnatione, neque alio quopiam magno labore ipſi recipienda fuit. Quum enim Cruſtumerini vidiſſent & numerũ copiarum quæ contra ſe venerãt, & ſuã imbecillitatẽ, quumq; nulla auxilia ſibi à Latinis mitti animaduertiſſent, portas aperuerunt, & progreſſi omnium ciuium maximi natu & honoratiſſimi

L. Tarquinii expeditio ſecunda, quæ eſt aduerſus Cruſtumerinos.

E quique, vrbẽ ei dediderunt, ſuppliciter orantes vt ſe clementer ac moderatè tractaret. Illi verò res ex voto ſucceſſit: & vrbem ingreſſus nullum Cruſtumerinorum interfecit: ſed paucos quoſdam defectionis autores, iam vltro ex vrbe egreſſos, exilio mulctauit. Cęteris verò omnibus res ſuas habere permiſit, & ius Romanæ ciuitatis vt antè habuerant. Sed nequid in poſterum innouarent, Romanos qui cũ illis habitarent, reliquit. Nomentani quoq;, qui eadẽ ceperant cõſilia, eandẽ fortunam ſunt experti. Iſti enim miſſis prædonibus in Romanorũ agrum, apertè ſe eorũ hoſtes eſſe profeſſi ſunt, Latinorum ſocietate freti. Quũ autẽ Tarquinius expeditionẽ aduerſus eos ſuſcepiſſet, & Latinorũ auxilia ſerius veniſſent, nec ipſi ſoli poſſent tãtis copiis reſiſtere, cũ ramis oleę lana obuolutis more ſupplicantiũ egreſſi ſunt ex vrbe, & ſe ei dediderunt. Qui verò Collatiam incolebant, auſi ſunt illi quidẽ cum Romanorum

L. Tarquinii aduerſus Nomentanos expeditio.

L. Tarquinii expeditio aduerſus Collatiæ incolas, qui dicti ſunt Collatini.

copiis dimicare, atque ex vrbe prodierunt: ſed quum ex omnibus prælijs deteriore
conditione diſcederẽt,& multa vulnera acciperent,coacti fuerũt denuo intra mœ-
nia refugere,& ad Latinorum ciuitates legatos dimiſerunt,qui ſocietatem & auxi-
lia peterent.Sed quum illi cunctarentur,& *hoſtes* varijs murorum partibus *ipſos* op-
pugnarent,tandẽ vrbẽ dedere coacti ſunt.Sed non æquè clementer atque Nomẽta-
ni & Cruſtumerini tractati fuerũt,ſed rex illis arma ademit, eóſque mulcta pecunia-
ria mulctauit,& ſatis firmum præſidiũ in vrbe reliquit, & Aruntem Tarquiniũ filiũ
ſui fratris illis præfecit, eique dedit imperiũ nullis rationibus reddendis obnoxium,
quod gereret quandiu viueret:quia poſt patris Aruntis & aui Demarati mortẽ na-
tus, neque paternorum, neque auitorum bonorum hereditariam portionem ſibi A
debitam habuerat,& propterea Egerius fuit cognominatus:pauperes enim & men-
dicos Romani ita appellant. Ex quo autem illius vrbis curam ſuſcepit, & ipſe Colla-
tinus eſt vocatus,& omnes eius poſteri.

L. Tarquinij expeditio aduerſus Corniculum.

Poſt Collatiam deditam,rex contra Cor-
niculum copias duxit:illa autem vrbs erat ipſa gentis Latinæ : populatus autem eo-
rum agrum ſine vllo prorſus metu,quia nullus eum defendebat,ad ipſam vrbem du-
xit exercitum, ciues ad amicitiam prouocans. ſed quum illi nolent ad vllas pacis
conditiones venire,ſed murorum munitionibus freti eſſent,& vndique auxilia ven-
tura ſperarent, vrbem exercitu circundatam oppugnare cœpit. Corniculani verò
diu quidẽ reſtiterunt,hoſtes fortiter repellentes,multáque oppugnatoribus vulnera
intulerunt : ſed aſſiduitate laborum defatigati, nec omnes ampliùs concordes(alij B
enim cenſebant vrbem dedendam, alij verò ad finem vſque reſiſtendum) ob illud
diſſidium magis fatigati,expugnati ſunt. Præſtantiſſima igitur eorum pars,dum vrbs
caperetur, pugnans cæſa eſt:at pars ignobilis & ignaua,cui propterea ſalus conceſſa
eſt,inſtar mancipiorum vendita eſt cum vxoribus & liberis. Horum autem vrbs à

Latini collatis viribus in vberrimã agri Romanorum partem irruptionem faciunt. *Sed κα-τίςην χώ,αν* (*quod &* optimam agri partem *reddere poſſumus*) quidã pręcipuam interpr.

victoribus direpta incenſaque fuit. Quod ægrè ferentes Latini, decreuerunt collatis
in vnum viribus in Romanos exercitum ducere,& paratis copijs ingẽtibus,in †vber-
rimam eorum agri partem fecerunt irruptionem, vnde multos captiuos abduxe-
runt, & magna præda potiti ſunt. At rex Tarquinius egreſſus quidem eſt contra il-
los,ſecum expeditum ac paratum exercitum ducens:ſed quum non ampliùs eos aſ-
ſequi potuiſſet,corrupit in eorũ agrum,eumq́ue eodẽ modo tractauit.atque ita cre- C
bris, mutuiſque excurſionibus in agros cõterminos factis,multa & incõmoda & cõ-
moda vtrique ſenſerunt.Semel tantùm ad Fidenas totis viribus in acie inter eos cer
tatũ eſt,quo in pręlio multi vtrinque ceciderunt:ſed tamẽ Romani vicerũt,& coëge
rũt Latinos deſertis caſtris noctu ſuas vrbes repetere.Poſt iſtud prælium,Tarquinius
cũ Romanorũ copijs inſtructis ad eorum vrbes profectus,ad amicitiam eas ſollicita-
bat.Illi verò quum neque copias totius nominis Latini coniunctas haberent,neque
ſuis apparatibus ſatis fiderent,conditiones oblatas acceperunt, & nonnulli eorum
vrbes dediderunt,quòd viderent vrbes per vim captas,ciuium ſeruitutem, & ipſarũ
euerſionem ſequi:at illis quæ certis conditionibus ſe dedidiſſent,illud ſolùm incom
modum accidere,nimirum vt victorũ imperio parerent,nihil verò prætérea grauius D
paterentur.Primi igitur Fidenates certis pactionibus & æquis cõditionibus vrbes no
biles Romanis dediderũt,& poſt eos Camerini *idẽ fecerunt*: quas vrbes ſequuta ſunt
alia quædam oppidula & caſtella munita,quibus rebus cæteri Latini turbati,& veri-
ti ne ille totam gentem in ſuam poteſtatem redigeret,ad Ferentinum cõuentu in-
dicto,decreuerunt domeſticas copias ex omnibus ciuitatibus educere, & gentiũ fi-
nitimarum fortiſſimas quaſque accire:quare legatos miſerunt ad Hetruſcos & Sabi
nos, auxilia petẽtes.Sabini igitur polliciti ſunt illis,ſimulatque audiſſent eos in agrũ
Romanum irrupiſſe,ſe ſumptis armis finitimum eorum agrum populaturos. Hetru-
ſci verò promiſerunt ſe miſſuros auxilia,quibus illis opus eſſet futurum.Non omnes
tamen in eadem fuerunt ſententia:ſed quinque tantùm ciuitates,Cluſini, Aretini, E

Ex Latinis populis quidã in Romanum agrum iterum irrumpunt.

Volaterrani,Ruſellani,& præter hos Vetulonienſes.Hac ſpe elati Latini,paratis in-
gentibus copijs domeſticis,& alijs aſſumptis quas Hetruſci miſerant, in agrũ roma-
num irruperũt, & eodem tempore ex gente Sabina populi,qui ſe belli ſocios futuros
promiſerant, agrũ ſuo finitimũ vaſtarunt. Rex autẽ Romanorum ipſe quoque ma-
gnum & validum exercitum,quẽ interea pararat, celeriter eduxit in hoſtes.Cũ Sabi
nis igitur & Latinis ſimul bellum gerere, & exercitum in duas partes diuidere, parũ
tutum eſſe arbitrabatur. Quare omnes copias in Latinos ducere decreuit, & pro-
pe eos caſtra poſuit. Principiò igitur vtrique cunctabantur totis viribus periclitari,
alteri

alteri alterorum apparatus timentes. ſed leuis armaturæ milites, ex munitionibus vtrorumque deſcendentes crebrò leuia certamina committebant, & plerumque æquo marte diſcedebant. Tandem poſtea, quum ex iſtiuſmodi velitationibus contentio inter vtroſque orta eſſet, dum vtrique ſuis opem ferunt, primùm quidem pauci, mox verò omnes ex caſtris progredi coacti ſunt. Atque congreſſi viri bellicis certaminibus exercitatiſſimi, & peditum ac equitum numero alteri alteris non multò inferiores, & pari animi alacritate ad prælium cõcitati, quòd extremam periculorum aleam ſibi ſubeundam exiſtimarent, inter ſe pugnarunt vt decet viros fortes. Sed noctis interuentu æquo marte dirempti ſunt. Veruntamen poſt eã pugnam, vtrorúmq;

A cõſilia diuerſa ſatis patefecerunt quinã prælio ſuperiores fuiſſent: poſtero enim die Latini ex caſtris egreſſi non ſunt: at Rex romanus copiis in cãpum apertũ eductis, paratus erat ad alterã pugnam cõmittendã, & ad multas horas aciem inſtructã tenuit: ſed quũ hoſtes obuiã non exirent, eorum cadaueribus ſpoliatis & ſuis ſublatis, multa cum iactantia exercitũ in caſtra ſua reduxit. Sed quum poſtridiè eius diei alia auxilia Latinis ab Hetruſcis miſſa veniſſent, altera pugna cõmiſſa eſt, lõgè atrocior priore, ex qua rex Tarquinius maximè inſignem victoriam reportauit, cuius eũ autorem fuiſſe omnes facilè fatebantur. Quũ enim Romana acies iam laboraret, & in ſiniſtro cornu ordines iã diſſoluerentur, & ipſe ſuorum aciẽ inclinari ac malè ab hoſtibus tractari vidiſſet, (tunc autẽ in dextro cornu pugnabat) fortiſſimas equitum alas conuer-

B tit, & lectiſſimos quoſque pedites ſecũ aſſumpſit, eoſque à tergo ſui exercitus duxit, & prætereito ſiniſtro cornu vltra aciem progreſſus eſt, deinde infeſtis haſtis, & calcaribus citatis equis in tranſuerſas Hetruſcorũ cohortes impetũ fecit. Iſti enim in dextro hoſtiũ cornu pugnantes oppoſitos ſibi aduerſarios in fugam verterant. Sed quũ ſe illis ex improuiſo in conſpectũ dediſſet, valde eos terruit & turbauit. Interea verò & ipſe Romanorũ peditatus collectis animis ex priore metu in hoſtẽ contendit. Poſtea ingens Hetruſcorum cædes facta, & totum dextrũ cornu in fugã verſum. Tarquinius verò iuſſis peditũ ducibus ſe ordine & pedetentim ſequi, ipſe ad hoſtium caſtra iuit, totis viribus concitatis equis, & quũ anteuertiſſet eos qui exercitu in fugã verſo euaſerant, ſtatim primo impetu caſtris potitur: qui enim in caſtris relicti fue-

C rant quũ nondum ſuorum cladem reſciuiſſent, neque equites aduentantes ob repẽtinum aduentum dignoſcere potuiſſent, paſſi ſunt eos ingredi. Captis autẽ Latinorũ caſtris, qui ex fuga ſe recipiebant ad tutum refugiũ, ab equitibus qui ipſa *caſtra* occuparant cædebantur. At qui ex caſtris in planitiem fugere maturarãt, in Romanas legiones incidentes, ab illis interficiebantur. Plerique verò eorũ ſe inuicem trudẽtes & conculcãtes, impacti in vallos aut foſſas, miſerrimo & indigniſſimo mortis genere perierunt. Quare qui reliqui erant coacti fuerunt, quũ nullam aliã ſalutis viam inuenire poſſent, ſe victoribus dedere. Tarquinius autem multis hominibus & pecuniis potitus, captiuos vendidit: at quæ in caſtris inuenta ſunt, militibus eſt largitus. His rebus geſtis, exercitum contra Latinorum vrbes duxit, vt prælio vrbes quæ ſe

D vltro dedere nollent, expugnaret. Veruntamẽ nulla oppugnatione illi opus fuit: omnes enim ad deprecationes & preces ſe cõuerterũt, & legatis cõmuni totius Reip. cõſenſu miſſis, rogarũt vt quibus vellet conditionibus faceret pacẽ, eique vrbes dediderunt. His autem conditionibus Tarquinius vrbibus potitus, clementiſſimè & moderatiſſimè eas omnes tractauit. neque enim quenquam Latinorũ aut interfecit, aut ſolum vertere coëgit, neque pecuniis mulctauit: & illis permiſit vt ſuo agro fruerentur, & conceſſit vt patriis legibus ac inſtitutis vterẽtur. Sed iuſſit eos reddere Romanis & transfugas & captiuos ſine vllo redemptionis pretio, & ſuis dominis reſtituere ſeruos quotquot in pabulationibus ceperant, & pecunias quaſcunque ruſticis eripuerant perſoluere, & ſi quod aliud damnum dediſſent, aut ſi quid corrupiſſent

E in irruptionibus in agrum factis, id ſarcire. Atque his conditionibus *Tarquinius* eos in populi Rom. amicitiã & ſocietatem receptum iri *dixit*, ita tamen vt omnia ipſius imperata facerent. Bellum igitur quod Romani cum Latinis geſſerunt hunc habuit exitũ, & rex Tarquinius ob victoriam ex hoc bello reportatã triumphauit. Sequenti anno exercitũ in Sabinos duxit, qui iã multò antè animũ ipſius & apparatũ cõtra ſe cognorãt. Qui quũ nõ expectaſſent donec in ſuo agro bellũ gereretur, ſed ſatis firmũ exercitũ ipſi quoq; paraſſent, obuiã ei venerũt. Prælio autẽ inter eos cõmiſſo in ipſis agri cõfiniis ad noctẽ vſque, neutri quidẽ vicerũt, ſed vtrique valde atrociter pugnarunt. Sequentibus verò diebus, neque Sabinorũ dux è caſtris copias eduxit, neq; etiã

L. Tarquinius de Latinis triũphat.

L. Tarquinius exercitum in Sabinos ducit.

ipſe rex Romanorum : ſed vtrique motis caſtris, & hoſtili agro non vaſtato domum redierunt. Idem autem fuit vtrorumque propoſitum, nimirum vt vere ineunte maiores copias in agrum hoſtilem ducerent. Quũ autem res ad bellum neceſſarias vtrique paraſſent, Sabini priores egreſſi ſunt, habentes Hetruſcorum ſatis firma auxilia, & prope Fidenas conſederunt ad Anienis & Tiberis confluentes, vbi bina fecerunt caſtra inuicem ſibi aduerſa & contigua, in medio habentes communem vtriuſque fluuij alueum, ſupra quem extructus erat pons ligneus, qui ſcaphis & ratibus ſuſtinebatur, qui efficiebat vt expeditior vltro citróque eſſet tranſitus, vtque vnà eſſent caſtra. Tarquinius autem audita eorum irruptione, eduxit & ipſe Romanorum copias, & conſedit paulùm ſupra eorum caſtra ad Anienem fluuium, in quodam A munito colle. Quanuis autem vtrique maximo animi ardore ad id bellum ferrentur, tamen nullum prælium aut grauius aut leuius acie inſtructa inter eos commiſſum eſt. Tarquinius enim Sabinos ſtratagemate præuenit, & omnes eorum res attriuit, & vtraque eorum caſtra deleuit. Eius autem ſtratagema tale fuit. Quum paraſſet nauiculas fluuiatiles & rates lignis aridis & eremiis onuſtas, præterea ſulphure & pice, in altero flumine, ad quod ipſe caſtra poſuerat, obſeruato deinde ſecundo vento, circa quartam vigiliam, materiam illam incendi iuſſit, & ſcaphas ac rates dimitti, vt ſecundo fluminis curſu ferrentur. Ille verò perexiguo tempore medium ſpatium præteruectæ in pontem inciderunt, eumque variis in locis incenderunt. Quum autem Sabini conſpecta ingenti flamma, quæ ex improuiſo orta fuerat, B concurriſſent vt *ponti* opem ferrent, quumque omnia remedia, quæ ignem poterant extinguere, experirentur, Tarquinius ſub diluculum matutinum venit cum Romanorum exercitu, quem acie inſtructa ducebat, & altera adortus caſtra, quæ maxima pars cuſtodiarum deſeruerat, quòd ad incendium extinguẽdum ocius occurriſſet, quum pauci quidam ad vim propulſandam ſe vertiſſent, ſine vllo labore illis eſt potitus. Dum autẽ hæc gerũtur, altera quoque Sabinorum caſtra, quæ erãt trans flumen poſita, aliæ Romanorum copiæ aggreſſæ ceperunt, quæ à Tarquinio circa primam vigiliam præmiſſæ fuerant, & ſcaphis & ratibus confluentem traiecerant, quâ ſe clam Sabinis facilè tranſituras putabant : ad altera autem caſtra acceſſerant, ſimulatque pontem incenſum conſpexerant, hoc enim illis datum C fuerat inuadendi ſignum. Qui verò in caſtris deprehenſi fuerunt, partim pugnantes à Romanis conciſi fuerunt, partim ſe in confluentem proiicientes, quum non potuiſſent vortices ſuperare, telis confoſſi ſunt : non minima etiam eorum pars interiit dum opem ponti incenſo ferret. Tarquinius autem captis vtriſque caſtris, prædam in ipſis inuentam militibus conceſſit vt eam inter ſe diuiderent: ſed captiuos quorum maximus erat numerus, & ex Sabinis ipſis & Hetruſcis, Romam ductos valdè diligenter cuſtodiuit. Sabinos igitur ea clade fractos facti pœnitentia cepit, & miſſis legatis inducias & fœdus in ſex annos fecerunt. At Hetruſci, indignè ferentes ſe toties à Romanis victos, & à Tarquinio ſuis legatis captiuos non reſtitui, ſed obſidum loco detineri, hoc decretum fecerunt, vt omnes Hetruſcorum populi communibus auſpiciis bellum Romanis inferrent, & qui illius ex- D peditionis ſocietatem recuſaſſet is eſſet expers fœderis. Quum hæc decreuiſſent, copias eduxerunt, & Tiberi traiecto, ad Fidenas caſtra poſuerunt. Potiti autem hac vrbe per proditionem, orta inter ciues ſeditione, & multis captis, & ingenti præda ex agro Romano abacta domum redierunt, præſidio ſatis firmo Fidenis relicto. Hæc enim vrbs videbatur ipſis commodiſſima ſedes belli contra Romanos fore. At rex Tarquinius, quum anno ſequenti omnes ciues romanos armaſſet, & aſſumpſiſſet ſociorum auxilia quanta maxima potuiſſet, ineunte vere in hoſtes eſt profectus, antequàm illi ex omnibus ciuitatibus collecti, vt antè, contra ſe venirent : totoque exercitu in duas partes diuiſo, ipſe romanas copias ducebat : at ſociorum auxiliis, quæ maxima ex parte ex Latinis conſtabant, Egerium cognatum ſuum præfecit, E atque ita contra hoſtes qui Fidenis erant ire iuſſit. Sociorum igitur exercitus quum prope Fidenas in loco non tuto caſtra poſuiſſet quòd hoſtes contemneret, parum abfuit quin totus deleretur. Qui enim Fidenis erant præſidio, nouis auxiliis ab Hetruſcis clam accerſitis, & obſeruato tempore opportuno, vrbe egreſſi, vallum hoſtium malè cuſtoditum primo impetu ceperunt, & magnam ediderunt cædem eorum qui pabulatum iuerant. At Romanorum exercitus, cui præerat Tarquinius, quum Veientium agrum vaſtaſſet, & depopulatus fuiſſet, atque ingen-

Sabini inducias in ſexcennium impetrant.

Hetruſci debello Romanis inferendo conſilium ineunt.

Fidenis per proditionē potiuntur Hetruſci.

Tarquinii aduerſus Hetruſcos expeditio.

que ingentem prędam inde abegiſſet, iámque ex omnibus Hetruſcis ciuitatibus magna Veientibus auxilia collecta veniſſent, cum illis prælio congreſſus victoriam minimè dubiam reportauit. Poſtea illorum populorum agrum peragrans, impunè depopulatus eſt,& multis hominibus captis,& ingenti præda, vt pote ex agro fortunato, abacta, iam ſub æſtatis finem domum ſe recepit. Quum autem Veientes in ea pugna ingentem cladem accepiſſent, non ſunt auſi amplius ex vrbe egredi: ſed agrum ſuum in conſpectu ſuo lædi patiebantur. Tarquinius verò, ter irruptione in agrum Veientium facta, illiſque trium integrorum annorum fructibus, quos ex agro ſuo percipiebant, ſpoliatis, vt deſertam maximam agri partem reddidit. Quúmque
A agrum illum nullo modo amplius vaſtare poſſet, exercitum duxit aduerſus Cæretanorum vrbem, quæ ante quidem vocabatur Agylla, quo tempore Pelaſgi eam incolebant: ſed in Hetruſcorũ poteſtatem redacta, mutato nomine appellata eſt Cære. Hæc autem vrbs fortunata erat, ſi qua alia Hetruſca,& frequentia hominũ abũdãs: vnde ingens exercitus pro agro pugnaturus exiuit, qui multis hoſtibus cæſis, ſed longè pluribus de ſuis amiſſis, fuga ſe recepit in vrbem. Quum autem Romani eorum agri rerum omnium maximam copiam ſuppeditantis domini eſſent, ibi multos dies conſumpſerunt,& quum tempus diſcedendi venit, abacta præda quantam potuerunt, domum redierunt. Tarquinius autem, quum bellũ Veietanum ipſi ex animi ſententia ſucceſſiſſet, in hoſtes qui Fidenis erant, eduxit exercitum, quia præſi-

Tarquinii expeditio aduerſus Cæretanorum vrbẽ, quæ prius Agylla vocabatur.

B dium quod ibi erat extrudere volebat,& eos qui vrbẽ Hetruſcis prodiderant, vlciſci cupiebat. Romani igitur in acie pugnarunt cum illis qui ex vrbe egreſſi fuerant,& in ipſa murorum oppugnatione atrox certamen commiſerunt: vrbs tamen per vim capta eſt,& milites præſidiarij in vinculis vnà cũ reliquis captiuis Hetruſcis cuſtodiebantur. At qui de Fidenatibus exiſtimabantur autores defectionis fuiſſe, partim virgis fœdè cæſi in omnium conſpectu ſecuri percuſſi ſunt, partim exilio perpetuo mulctati fuerunt. Eorum verò bona ſortitò diuiſa habuerunt Romani illi qui relicti ſunt vt vrbem incolerent, eíque præſidio eſſent. Poſtremũ autem Romanorũ & Hetruſcorum prælium commiſſum eſt ad vrbem Eretũ in agro Sabino. Illac enim Hetruſci contra Romanos venerant, ſuaſu hoſtium, qui illum agrum tenebant, qui Sabinos

Qui ex Fidenatibus defectionis autores exiſtimabantur, quibus ſuppliciis fuerunt affecti.

C huius ſuæ expeditionis ſocios fore dixerant. Iam enim tempus induciarum in ſex annos cum Tarquinio factarum elapſum erat,& magna Sabinorum pars deſiderabat priores clades corrigere *& ſarcire*, quòd in ſuis vrbibus ſatis numeroſam iuuentutem adultam haberet. Sed tamen ille conatus ipſis ex animi ſententia non ſucceſſit, quòd Romanorum exercitus citiùs *quàm ſperarant* ſe in ipſorum conſpectum dediſſet:& accidit vt ex nulla vrbe cõmunia auxilia Hetruſcis mitterentur: ſed voluntarij quidam opem illis tulerunt, pauci magna mercede conducti. Hoc prælio, quod fuit omnium ſuperiorum maximum quæ illi inter ſe commiſerint, res Romanorum mirum in modum creuerunt, quia pulcherrimam victoriam ex eo retulerunt. Senatus autem & pop. rom. regi Tarquinio triumphum decreuit. At Hetruſcorum ſpiri-

Tarquinio triumphus decernitur.

D tus collapſi ſunt, quòd omnes omnium ciuitatum copias ad id prælium miſiſſent,& paucos quoſdam ex ingenti numero ſeruatos recepiſſent. Alij enim in acie pugnantes cæſi fuerant, alij verò in ipſa fuga, quum in anguſtias quæ nullum habebant exitum incidiſſent, ſe victoribus dediderant. Quum igitur illorum populorum principes tantam cladem accepiſſent, † facinus quod viros prudentes decebat, fecerunt. Quum enim rex Tarquinius nouam expeditionem in eos feciſſet, ipſi in communi gentis concilio de pace cum eo agere decreuerunt. Ac mox ex ſingulis ciuitatibus maximos quoſque natu,& honoratiſſimos quoſque miſerunt cum libera poteſtate pacis faciendæ quibuſcumque conditionibus voluiſſent. Quos quum rex audiſſet prolixa oratione diſſerentes de clementia & moderatione, ad quam ipſum hortabantur,& memorantes cognationem, quæ ipſi cum illa gente intercedebat, reſpon-

Vel potius ſimpliciter, Id quod viros prudentes decebat, fecerunt. *Nam* ἔργον, *hic non videtur* facinus *reddi poſſe.*

Hetruſci ad Tarquinium legatos de pace mittunt.

E dit ſe hoc vnum ex ipſis ſcire velle, vtrum adhuc ſecum de iuris æquabilitate *ac principatu* diſceptare vellent,& aliqua certa verborum formula pacis conditiones accepturi venirent, an verò ſe victos faterentur,& ſuas vrbes ſibi dederent. Quum autem illi reſpondiſſent ſe ipſi vrbes dedere,& ſe in pace acquieturos quibuſcumque conditionibus (modò æquæ ac tolerabiles eſſent,) eam impetraſſent: lætus his re-
„ ſponſis. Audite nunc (inquit) quibus conditionibus pacem ſim facturus,& quæ be-
„ neficia in vos ſim collaturus. Neque quenquam Hetruſcorum interficere, neque ex-
„ pellere patria, neque fortunis ſpoliare, aut pecunia mulctare decreui: ſed vobis per-

Tarquinii ad Hetruſcorũ legatos de pace venientes reſponſum.

mitto vt omnes vrbes veſtræ ſint ſine præſidiis, & nullum tributum pendant, & ſui iuris ſint: concedo etiam vnicuique vt priſtinam ciuitatis formam & ſtatum retineat. Quare quum hæc vobis concedã, pro meis omnibus in vos beneficiis illud vnũ me à vobis impetrare oportere exiſtimo; *nimirum* imperium ciuitatum, quarum vel vobis inuitis donec armis ſuperior ero, dominus ſum futurus. Sed hoc à vobis potiùs volentibus quàm nolentibus impetrare volo. Hæc renuntiate veſtris ciuitatibus, ego verò, donec redeatis, inducias me vobiſcũ facturũ polliceor. His reſponſis acceptis, legati abierũt, & paucis poſt diebus redierunt, ei nõ ſola verba afferentes, ſed etiam imperij inſignia quibus ipſi ſuos reges ornare ſolebãt, portantes, & coronã aureã, & ſellam eburneã, & ſceptrũ in ſummitate aquilã habens, & tunicam purpuream, auróque diſtinctam, & togam purpuream, & pictam, quales ſolent & Lydorum & Perſarum reges geſtare, præterquam quòd minimè quadrata, vt illæ, ſed forma ſemicirculari erat. Eiuſmodi autem veſtes Romani togas, Græci τήβεννον vocãt, neſcio vnde ſumpto vocabulo. Hoc enim nomen Græcum eſſe mihi non videtur. Vt autem quidam tradunt, duodecim etiam ſecures ei attulerunt, ex vna quaque ciuitate vnam accipiẽtes. Mos enim Hetruſcus videtur, vt in vna quaque ciuitate regi lictor vnus præeat cum faſce ſecurim ferens. Quoties verò communis XII populorum expeditio fiebat, *mos erat* vt duodecim ſecures vni ſoli, qui ſummum habebat imperium, traderentur. Non omnes tamen aſſentiuntur iis qui hæc dicunt, ſed aiunt multò antè regnum Tarquinij duodecim ſecures regibus præferri ſolitas. Hunc autem morẽ à Romulo ſtatim poſt imperium acceptũ inſtitutũ fuiſſe. Sed nihil prohibet quominus dicamus id inuentum eſſe Hetruſcorum, primúmque Romulum id ab illis accepiſſe eóque vſum fuiſſe, & Tarquinio inter cætera regia inſignia ac ornamenta duodecim quoque ſecures allatas fuiſſe, quemadmodum nunc Romani ſceptra & diademata regibus dono mittunt, his ipſorum poteſtatem confirmantes: quæ tamen illi habent, licet ab illis ea non acceperint. Tarquinius tamen his honoribus acceptis nõ ſtatim eſt vſus, vt maxima pars ſcriptorum Romanorum ſcribit: ſed quũ ad ſenatũ populúmque Rõ. eius rei cognitionẽ retuliſſet, an honores oblati recipiẽdi eſſent, poſtquam omnes id velle cognouit, tum demum eos accepit, & poſtea toto vitæ tẽpore, donec è vita ceſſit, coronã aureã geſtauit, & toga purpurea eáque picta induebatur, & tenens ſceptrum eburneum, in ſella eburnea ſedebat, & duodecim lictores duodecim faſces cum ſecuribus ferentes ei iudicanti aſtabant, & per vias eunti præibant. Eadem ornamenta retinuerunt & reges illius ſucceſſores, & poſt reges pulſos ipſi coſſ. qui quotannis creabantur, excepta tamen corona togáque picta: hæc enim ſola illis adẽpta ſunt, quia libertati nimium moleſta atque inuidioſa videbãtur, quoties tamen ex bello victoriã reportantes, à ſenatu digni triũpho iudicati fuerint, hæc illis conceduntur. Tũc enim & aurũ geſtant, & togis purpureis & pictis induuntur. Bellũ igitur quod Tarquinius cum Hetruſcis geſſerat, quod annos nouem durarat, hunc exitũ habuit. Quũ autem ſola Sabinorum gens ſupereſſet, quæ cum Romanis de principatu contenderet, quòd viros bellaces haberet, & agrum latum & fertilem coleret, nec ab vrbe longè diſtaret, valde cupiebat Tarquinius hos etiã in ſuam poteſtatem redigere: quare bellum illis indixit, crimini dans illorum populis, quòd Romanis depoſcentibus eos qui Hetruſcis promiſerant, ſi exercitum in pop. Rom. agrum duxiſſent, ſe ſuæ quoſque patriæ amicitiam ipſis conciliaturos, & à Romanis ſuas ciuitates alienaturos, dedere noluiſſent. Illi verò libenter bellum ſuſceperunt, quòd nollent potẽtiſſimis quibúſque ciuibus priuari, & antequàm Romanorũ exercitus contra ſe veniret, ipſi in illorum agrum copias duxerunt. Rex autem Tarquinius quum audiſſet Sabinos Anienem fluuium traieciſſe, & omnia loca caſtris vicina circum circa populationibus infeſtari, aſſumptam expeditiſſimam & *lectiſſimam* Romanorum iuuentutem, quanta maxima potuit celeritate eduxit in hoſtes diſperſos in ipſis pabulationibus. Multis autem eorum cæſis, ipſiſque præda quam agebant, adempta, prope hoſtes ſua caſtra poſuit, & paucis quibuſdam diebus interpoſitis, donec reliquæ copiæ ex vrbe ad ſe venirent, & ſociorum auxilia cogerentur, in campum pugnaturus deſcendit. Sabini verò, quum Romanos conſpexiſſent alacri animo ad certamen ferri, eduxerunt & ipſi ſuas copias, neque numero neque virtute inferiores hoſtibus: & congreſſi pugnarunt, omnem audaciam exerentes, quãdiu ipſis vnicum certamen cum aduerſariis fuit. Sed poſteà quum vidiſſent nouum

Tarquinius oblata ſibi ornamenta, ſine patrum & plebis conſenſu geſtare recuſat.

Tarquinius Sabinis bellum indicit.

hoſtium

hoſtium exercitum acie inſtructa,& ordinibus ſeruatis à tergo contra ſe venientem,
deſertis ſignis in fugam ſe verterunt. Qui autem à tergo ex improuiſo Sabinis appa-
ruerunt,erãt pedites & equites romani lecti,quos Tarquinius noctu in locis oppor-
tunis in inſidiis collocarat. Sabini igitur horum virorum inopinato atque infeſto
aduentu territi,nullum ampliùs præclarum facinus patrarunt : ſed vt ſtratagemate
ab hoſtibus circunuenti & clade ineuitabili perculſi, alij hûc, alij illûc ſalutem pro
viribus fuga quærere cœperunt. Tum verò præcipuè magna eorum ſtrages eſt edi-
ta,equitatu romano eos perſequente,& vndique illis iter intercludente,ita vt pauci
admodum ex illis ſalui in proximas vrbes euaſerint : at maior pars, quæ in prælio
A non ceciderat,in poteſtatem Romanorum venit. Neque enim qui reliqui erant, im-
petum Romanorum in ſe irruentium repellere ſunt auſi, neque prælij aleam ſubi-
re voluerunt, ſed conſternati inſperato malo, ſine vlla pugna ſe ſuáque caſtra illis
dediderunt. Sabinorum igitur populi vt hoſtium ſtratagemate ſuperari, & non vir-
tute,ſed dolo victoria ab hoſtibus priuati,maiores copias parare cœperunt,quas cõ-
tra Romanos iterum mittere volebant, & imperatorem *rerum bellicarum* peritiſſimũ
crearunt. Sed Tarquinius cognito eorum cõſilio celeriter coegit copias ,& antequàm
omnes illi in vnum coirent eos anteuertit,& traiecit fluuium Anienem. Quod vbi
cognouit Sabinorum imperator,ei quidem occurrit quàm potuit celerrimè, cum
recèns collecto exercitu, & caſtra prope Romanos poſuit in quodam colle excelſo
B & prærupto, ſed à prælio abſtinendum cenſuit, donec reliquæ Sabinorum copiæ
conuenirent:at interea in pabulatores equites aliquot ſubinde emittens, & inſidias
in ſyluis & ſaltibus collocans, impediebat Romanos ne incurſiones in agrum face-
rent. Quum autem ille bellum ita gereret,crebrò inter paucos quoſdam velites &
equites pugnatum eſt, at nunquam totis viribus in acie certatum eſt. Quum au-
tem tempus traheretur,Tarquinius moras illas iniquo ferens animo, ſtatuit copias
ad hoſtium caſtra ducere,eáque ſæpius oppugnauit. Sed quum animaduertiſſet ea
nõ facilè expugnari poſſe,quòd locus eſſet natura munitus, commeatus inopia eos
qui in ipſis erant,expugnare decreuit. Itaque ad omnes vias, quę eò ferebant,diſpo-
ſitis præſidiis,eos neque lignari, neque pabulum equis comportare, neque multas
alias res neceſſarias ex agro ſuo ſumere ſinẽs, ad magnam rerum omnium penuriam
C redegit. Quare coacti ſunt,obſeruata nocte imbribus & procellis turbida, ex caſtris
turpiter fugere,relictis ipſi & iumentis,& tentoriis,& ſauciis,& omni bellico appa-
ratu. Poſtero die Romani cognita eorum fuga,& ſine pugna caſtris potiti, tento-
ria,& iumenta,& pecunias diripuerunt,& captiuos ſecum duxerunt, Romámque
redierunt. Hoc bellum quinque integros & continuos annos durauit, quo vtrique
agros mutuis incurſionibus vaſtarunt, & prælia multa leuia & grauia perpetuò cõ-
miſerunt,& rarò quidem Sabini,ſæpiſſimè verò Romani feliciter rem geſſerunt. Sed
poſtrema pugna bello penitus finem impoſuit. Sabini enim non vt antè, per vices,
ſed omnes ſimul,qui per ætatem arma ferre poterãt,ad bellum profecti ſunt, & Ro-
D mani omnes cum Latinorum & Hetruſcorum & aliorũ ſociorum copiis obuiã ho-
ſtibus prodierunt. Sabinorum autem imperator partitus exercitum in binas partes,
bina fecit caſtra. At rex Romanorum exercitu in tres partes diuiſo, & ternis caſtris
non longè à ſe inuicem poſitis, ipſe Romanis copiis præerat:at Aruntem fratris filiũ
auxiliorum Hetruſcorum ducẽ fecit. Latinis verò cæteríſque ſociis præfecit virum
ſtrenuum illum quidem ac rerum militarium peritiſſimum & prudentiſſimum, ſed
peregrinum & extorrem,cui nomen proprium erat Seruius,cognomẽ Tullius. Cui
Romani poſt Tarquinij mortem,quòd is nullam virilem prolem ſuſcepiſſet, regnum
commiſerunt,illius viri virtutem cùm in bellicis tum in ciuilibus rebus admirati. Ge-
nus autem huius viri,& educationem, & varios caſus,& manifeſtum numinis diui-
E ni prodigium, quodcirca cum apparuit,quum ad eam hiſtoriæ partem venero,nar-
rabo. Tunc igitur rebus ad pręlium neceſſariis vtrinque paratis conflixerunt,Roma-
ni ſiniſtrum tenebant cornu,dextrum Hetruſci,Latini in media acie collocati ſunt.
Quum autem per totum diem acriter pugnatum fuiſſet, Romani longè ſuperiores
fuerunt,& multis hoſtibus qui fortiter dimicarant in pugna cæſis, & longè pluribus
in fuga captis,& vtriſque caſtris potiti,& parta ingẽti ac opima præda,iam ſine me-
tu totius campeſtris regionis erant domini, quam quum flamma & ferro, omníque
malorum genere vaſtaſſent,ſub finem æſtatis dirutis caſtris domum redierũt. Et rex
Tarquinius ſui regni tempore,tertium hunc de hoſtibus victis triumphum egit. Se-

De Seruio Tullio, cui Romani poſt Tarquinij mortẽ regnum commiſerunt.

Tarquinij tertius triũphus, quem de Sabinis egit.

quenti anno quum rex nouum exercitum paraſſet, quem contra Sabinorum popu-
los duceret, & ſtatuiſſet eos obſidione in ſuam redigere poreſtatem, nullum amplius
conſilium generoſum nec hominis ſtrenui apud vllos eorum fuit, ſed communi
conſenſu antè quàm in periculum venirent experiundæ ſeruitutis, & *vrbium* euer-
ſionis, pacem ſacere decreuerunt. Et ex ſingulis ciuitatibus præſtantiſſimi quique
Sabini venerunt ad regem Tarquinium, qui iam cum toto exercitu *ex finibus*
ſuis egreſſus erat: vt ei vrbes ſuas dederent, eúmque rogarent, vt æquis condi-
tionibus ſecum pacem faceret. Ille verò lubenti animo recepta ea gente, quæ
ſine vllo periculo ſe in ipſius ditionem dedebat, pacem illis dedit, eóſque in ſo-
cietatem & amicitiam recepit, iiſdem conditionibus quibus antè Hetruſcos re- A
ceperat, & ipſis captiuos ſine vllo redemptionis pretio reſtituit. Atque hæc ſunt,
quæ Tarquinius militiæ geſſiſſe memoratur. AT RES domi & in ciuitatis
admininiſtratione geſtæ, hæ ſunt: (Neque enim eas ſilentio præterire ſtatui.)
Nam ſimulatque regnum eſt adeptus, fauorem plebis ſibi conciliare ſtudens, quem-
admodum ſuperiores reges fecerant, hoc beneficio eam ſibi deuinxit. Selectos
ex omni plebeiorum numero centum viros, quorum virtus bellica & in rebus
ciuilibus prudentia omnibus eſſet ſpectata *& teſtata*, in patriciorum ordinem re-
tulit, & in ſenatorum numero poſuit. Et tunc primùm pop. rom. trecentos ſe-
natores habuit, qui ducenti tantùm ad eam vſque diem fuerant. Deinde ſa-
cratis virginibus Veſtalibus, à quibus ignis inextinctus, ac perpetuus ſeruatur, quum B
quatuor eſſent, duas alias à ſe electas addidit. Quum enim iam numero creuiſ-
ſent, ſacrificia publica, & cultus diuini ceremoniæ, quibus Veſtæ miniſtras inter-
eſſe oportebat, quatuor tantùm ſufficere poſſe non videbantur. Tarquinium au-
tem autorem reliqui reges ſequuti ſunt: & ad noſtra vſque tempora ſex Veſtæ
miniſtræ leguntur. Ille etiam primus videtur excogitaſſe ſupplicij genus, quo à
Pontificibus afficiuntur eæ quæ virginitatem violarunt, idque ſiue aliqua ratio-
ne adductus, ſiue, vt nonnulli putant, ſomniis parens, quod poſt eius obitum
in Sybillinis oraculis pontifices à ſe repertum aſſerunt. Illo enim regnante
quædam ſacerdos, Pinaria, Publij filia, quæ corpore polluto ad ſacra acceſſe-
rat, in ipſo facinore deprehenſa, *& ſceleris conuicta* eſt. Quis autem ſit mo- C
dus ſupplicij, quo virgines ſtupratæ afficiuntur, in ſuperiore libro à me declara-
tum eſt. Forum quoque vbi ius dicitur & conciones habentur, & cætera ciui-
lia negotia peraguntur, ille officinis aliiſque ornamentis circundatum ornauit,
& muros vrbis rudi & vili opere extructos ipſe primus ingentibus lapidibus ad
regulam formatis fabricandos curauit. Cœpit etiam cloacas fodere factis foſ-
ſis, per quas omnis aqua ex compitis confluens in Tyberim ſe exonerat, quæ ope-
ra admiranda ſunt, & maiora quàm quæ verbis exprimi poſſint. Ego certè in tri-
bus magnificentiſſimis Romæ operibus vnde maximè imperij amplitudo apparet,
aquæ ductus pono, & vias ſtratas, & cloacas factas, non ſolùm ipſius operis vti-
litatem conſiderans: (qua de re ſuo loco dicam) ſed etiam impenſarum magnitudi- D
nem, quam vel ex hac vna re quiuis conicere poteſt, ſequutus C. Aquilium huius
rei autorem, qui aſſerit neglectas aliquando cloacas, nec amplius aquam tranſmit-
tentes, à Cenſoribus purgandas, & reficiendas mille talentis locatas fuiſſe. Tarqui-
nius etiam circum maximum, qui eſt inter Auentinum & Palatinum collem, pri-
mus ornauit ſedilibus, quæ in eo circum circa tecto operta fecit. Nam vſque ad eam
diem ſtantes ſpectabant ex tentoriorum tabulatis, quæ furcis ligneis ſuſtinebantur,
& *ſpectaculorum* loca in triginta curias diuiſit, atque vnicuique curiæ vnam partem
aſſignauit, vt vnuſquiſque ſuo loco ſedes ſpectaret. Hoc autem opus temporis pro-
greſſu inter pulcherrima & maximè admiranda totius vrbis opera annumerandum
erat. Longitudo enim circi eſt trium ſtadiorum cum dimidio, latitudo verò quatuor E
iugerum, & à duobus maioribus lateribus, & vno minore, cingitur Euripo, qui
aquarum recipiendarum gratia factus eſt, profunditate & latitudine decem pe-
dali. Poſt Euripum porticus ſunt triplici contignatione extructæ. Ex his autem eæ
quæ ſunt imæ habẽt, vt in theatris, ſedilia lapidea parum ſupra terram eminentia: at
quæ ſunt ſupernæ, habent lignea. Contrahuntur autem in vnum, & duæ maiores à
minori coniunguntur, & figura lunari clauduntur, ita vt ex tribus vna tantùm por-
ticus amphitheatrali forma octo ſtadiorum amplitudine fiat, quæ capere poteſt
centum & quinquaginta hominum millia. Reliquum autem è minoribus latus,
quod

> Quæ Tarquinius ad ciuitatis adminiſtrationem vel ornatum pertinentia fecerit.

Google

quod eſt ſubdiale,habet fornicatos carceres,vnde equi emittuntur,qui omnes ſimul
vno repagulo aperiuntur.Extrinſecus verò eſt & altera porticus vnius contignatio-
nis,quæ circum ambit & tabernas continet,& ſupra eas ædificia,quâ patet aditus
& aſcenſus ad ſingulas officinas,iis qui ſpectandi cauſa eò veniunt, ita vt nulla con-
fuſio oriatur inter tot hominum millia venientia & diſcedentia. Hic rex aggreſſus
eſt etiam ædificare templum Ioui,Iunoni,& Mineruæ,vt vota perſolueret, quæ iis fe
cerat in poſtremo prælio cum Sabinis commiſſo.Collem igitur,vbi templũ erat fun-
daturus,laborioſa egentẽ opera (neque enim aditu facilis,neque planus erat,ſed præ-
ruptus & faſtigiatus)multis ex partibus ſudibus circumdedit,& illud ſpatium quod
A erat inter ipſas ſudes & collis verticem,aggeſta multa terra repleuit,atque ita expla-
nauit,& vt commodiſſimè templa ibi ædificari poſſent effecit. Templi autem fun-
damenta iacere non potuit, quòd poſt bellum confectum quadriennium tantùm
vixiſſet:ſed multis poſt annis Tarquinius, qui tertius ab illo regnauit, & qui regno
expulſus fuit,fundamenta iecit,& magnam illius ædificij partem fecit. Veruntamen
ne ipſe quidem illud opus abſoluit:ſed annuorum magiſtratuum tempore,qui tertio
poſt anno conſulatum geſſerunt,id templum abſolutum eſt. Sed operæ pretiũ fue-
rit ea memorare quæ ante templi illius ædificationem acciderunt,quæ ab omnibus
rerum Romanarum ſcriptoribus memoriæ ſunt prodita. Quum enim Tarquinius
templũ eſſet extructurus,accerſitis auguribus,iuſſit eos primùm de loco deos conſu-
B lere,quiſnã totius vrbis eſſet ad conſecrationẽ aptiſſimus & diis ipſis acceptiſſimus.
Quum autẽ illi indicaſſent collẽ foro imminentẽ,qui tunc quidẽ Tarpeius vocaba-
tur,iã verò Capitolinus: *& dixiſſent hic ædificandũ templum*,denuo eos iuſſit deos cõſu-
lere,& ſibi dicere in qua collis parte fundamẽta eſſent iaciẽda. Hoc autẽ nõ admodũ
erat facile. Multæ enim in eo erant aræ deorũ,& geniorum paruo ſpatio inter ſe di-
ſtãtes,quas aliò transferre oportebat,& totam areã,templo quod diis ædificandum
erat,liberã relinquere. Quare auguribus placuit de vna quaque ara,quę erecta erat,
deos conſulere,& ſi dij id conceſſiſſent,tũ demũ eas mouere. Cæteri igitur dij & ge-
nij,permiſerunt illis vt aras in alia loca transferrẽt:ſed Terminus & Iuuentas nullis
augurum precibus aut deprecationibus flecti potuerunt,neque loco cedere volue-
runt. Itaque eorum aræ templi ambitu comprehenſæ fuerunt, & nunc altera ſita eſt
C in Mineruæ veſtibulo,altera in ipſo templo,ipſius deæ ſimulacro proxima. Atq; in-
de coniecerunt augures,fore vt romanæ vrbis terminos nullum vnquam tẽpus mo-
ueret,neque robur mutaret: & ad mea vſque tempora vtrumque horum fuit verũ,
iam per ætates XXIIII. Augur autem omnium clariſſimus qui aras erectas di-
cauit,& fanum Ioui conſecrauit,& vaticinandi arte prędıtus populo *multa* alia prę-
dixit,vocabatur † Accius Nauius,qui facilè omnium illius artis profeſſorum diis cha-
riſſimus fuiſſe fertur,& propterea nomen celeberrimum adeptus *putatur*,ſiquidẽ ſuæ
augurandi peritiæ iam multa,eáque admiranda,& vix credenda documenta dede-
rat,quorum vnum præcipuè,quod me maxima admiratione affecit,depromã & di-
D cam,nimirum qua fortuna,& qua occaſione ſibi à deo oblata, tantum ſplendorẽ aſ-
ſequutus fuerit,vt cęteros omnes eiuſdem ſeculi augures anteiuerit,eóſque ſecũ col-
latos in nullo penè pretio habendos demonſtrarit. Patrẽ habuit pauperem,agelli te-
nuis colonũ,quẽ Nauius puer cùm aliis in rebus iuuabat, quas illa ætas poterat ferre,
tum etiã ſues paſtũ agebat. Sed quũ aliquãdo ſomno correptus ac ſopitus fuiſſet, &
expergefactus non reperiſſet aliquot ſues aliquãdiu fleuit, patris verbera formidãs,
deinde profectus ad ſacellũ quoddã in vinea heroibus conſecratũ, ſuppliciter ab he-
roibus petiit vt ſe in inueniendis ſuibus adiuuarẽt,quod ſi feciſſent,pollicebatur ſe il
lis racemũ,quẽ in tota vinea maximũ reperiſſet,oblaturũ. Non multo poſt inuentis
ſuibus, volebat heroibus votũ perſoluere:ſed in magna anxietate verſabatur, quòd
E non poſſet maximum racemum inuenire. Quare mœſtus deos rogabat,vt ſibi auſpi-
cio ſignificarent id quod quærebat. Deinde quum diuinitus illi in mentem veniſſet,
vineam bifariam diuidere,alteram eius partem à dextra, alteram à ſiniſtra deſigna-
uit, atque ita vtriuſque partis auſpicia obſeruare cœpit. Quum autem ab altera par-
te aues apparuiſſent,ad vitem ſibi *à diis per aues* indicatam acceſſit,ibique reperit ra-
cemum quendam vix credendæ magnitudinis,quem deferens ad ſacellum heroum
conſpectus eſt à patre,cui admiranti racemi magnitudinẽ,& vnde cepiſſet quærẽti,
omnia ab initio narrauit. Ille ſuſpicatus id quod erat, in puero aliqua artis diuinandi
ſemina innata eſſe, deductũ in vrbem ludi magiſtris cõmendauit. Quum autẽ triuia-

De Accio Nauio vel (vt alii) Neuio, ex augurandi arte nomen celeberrimum adeptus. *Sed & Attius, vel Accius, à quibuſdã ſcribitur.*

les iſtas diſciplinas ſatis edidiciſſet, eum Hettuſcorũ doctori celeberrimo tradidit, vt artẽ augurandi diſceret. Nauius igitur habens iã naturâ inſitam diuinandi artem, & addita ad eã nnua, quã ab Hetruſcis acceperat, longè cæteros omnes augures, (vt dixi) ſuperauit. Ad omnes autẽ publicas conſultationes, vrbani augures, quãuis ipſe ex collegio eorum nõ eſſet eũ accerſebant, quòd feliciter diuinaret: & nihil prædicebãt quod ille non approbaſſet. Iſte Nauius, quum aliquãdu Tarquinius ad veteres equirũ centurias tres nouas ex recenti delectu à ſe habito adderet, illáſque centurias à ſe additas de ſuo ſuorúmque amicorũ nomine appellare vellet, ſolus ei fortiter eſt aduerſatus, nõ ſinẽs quicquam ex Romuli inſtitutis ab eo mutari. Rex autẽ iratus quòd ab eo impeditus fuiſſet, & infenſus Nauio, conatus eſt vanitatem eius artis arguere, A
eámque eludere, quaſi ille tantummodo ſe iactaret, & veri nihil diceret. Hæc animo agitans vocauit Nauiũ ad tribunal, præſente magna turba quę in foro erat. Quũ autẽ eos qui circũ circa aſtabant præmonuiſſet qua ratione ſperaret fore vt augur ille vanitatis à ſe argueretur, poſtquàm acceſſit, eo comiter ſalutato, Nũc, inquit, eſt tẽpus, ô Naui, vt demonſtres quàm peritus ſis artis diuinandi. Quũ enim rẽ magnã aggredi in animo habeã, an ea fieri poſſit ſcire volo: Quare abi, & cõſultis auibus ocius redi, ego verò hìc ſedẽs te expectabo. Vates imperata fecit, nec multo poſt rediit, & fauſta auguria ſe accepiſſe dixit, affirmauitque rẽ fieri poſſe. Tunc Tarquinius ob eã orationẽ ridens, & ex ſinu depromens nouaculã & cotẽ, ei dixit, Iam certè, Naui, † patet te nobis imponere, & cõtra numen mentiri manifeſtè, quando res quę nullo mo- B
do fieri poſſunt, fieri poſſe auſus es affirmare. Atqui hoc animo agitaui, an hac nouacula cotẽ mediã percutiens diſcindere poſſem. Tunc exorto riſu inter omnes qui tribunal circunſtabant, Nauius nihil eo ludibrio & tumultu turbatus, dixit, Tarquini, cotẽ, vt mente cõcepiſti, cõfidenter feri: diuidetur enim, aut quiduis perpeti ſum paratus. Rex autẽ vatis confidentiã admiratus, cotẽ nouacula percuſſit. porrò ferri acies toto lapide penetrato cotẽ diuiſit, & partẽ manus, quę eã tenebat, ſcidit. Cęteri igitur omnes cõſpecta hac re admitãda & vix credenda, ſtupefacti clamorẽ ſuſtulerunt. At Tarquinius pudore ſuffuſus, quòd eius artis periculũ feciſſet, & indignitatẽ illius ignominiæ corrigere volens, primùm ab augendo centuriarũ numero (id quod antè fuerat aggreſſus) abſtinuit, deinde ſtatuit ipſi Nauio debitos honores reddere, vt omniũ mortaliũ diis chariſſimo. Quare, cùm aliis humanitatis generibus eũ ſibi C
deuinxit, tũ verò, vt memoriã ſempiternã apud poſteros conſequeretur, eius æneã ſtatuã fecit, eámque in foro erexit, quę ad noſtra vſque tempora adhuc extabat ante curiã poſita, prope ſacrã ficũ, minor hominis mediocris ſtatura, & capite velato. Nõ procul ab ea cotem quoque & nouaculã ſub ara quadã ſubterranea ſculptã memorãt. Locus autẽ ille à Romanis Puteus vocatur. Atque hæc ſunt quæ de hoc augure memorantur. Rex autẽ Tarquinius, quũ ob ſenectutẽ (iam enim octogeſimũ annũ agebat) rebus bellicis operã amplius dare non poſſet, ab Anci Marcij filiis per inſidias oppreſſus obiit: qui iam antè aggreſſi fuerant eũ regno expellere, idque ſæpius ad finẽ perducere conati fuerant, ſperãtes fore vt illo expulſo principatus ad ſe deuolueretur, vtpote paternus, & iure hereditario ad ſe pertinẽs: eúmq; à ciuibus facil- D
limè ſibi traditũ iri credebãt: ſed ſua ſpe fruſtrati inſidias ineuitabiles illi ſtruxerunt. quas diuinũ numen inultas eſſe non ſiuit. †Narrabo etiã inſidiarũ modũ. Nauius ille, quem quondã regi †interceſſiſſe dixi quũ centuriarũ numerũ augere vellet, quo tẽpore potiſſimũ arte diuinandi florebat, & inter omnes Romanos autoritate præſtabat, quũ eſſet augur ſuæ artis periciſſimus, ſiue alicuius ſui æmuli inuidia, ſiue inimicorũ inſidiis, ſiue alio quocunque caſu, repentè ex hominũ cõſpectu ſublatus eſt, neque quiſpiam eius neceſſarius mortẽ eius conĳcere, neque corpus inuenire potuit. Quũ autẽ populus illũ caſum ægrè & iniquo animo ferret, & multa de multis ſuſpicaretur, Marcij filij quũ animaduertiſſent multitudinis cõmotæ deſideriũ, illius piaculi culpã in regẽ Tarquiniũ tranſtulerunt: non potuerunt tamen vllam aliam cer- E
tã coniecturã aut ſignũ calumniæ ſuæ afferre: ſed his duobus veriſimilibus argumẽtis nitebantur. Dicebant enim eũ, quòd apud ſe ſtatuiſſet multa & noua in republica cõtra ius & fas agere, de medio tollere voluiſſe illũ qui ſibi vt antea aduerſarius erat futurus. Deinde, quòd in tã graui caſu ac ſcelere non inquiſiuiſſet in eius facinoris autores, ſed rem eã neglexiſſet: quod reuera nõ feciſſet alius qui eius ſceleris culpa vacaſſet. Cõparata igitur magna factioſorũ manu ex patriciis plebéque, quos facultatibus ſuis ſuſtentabant, iiſque ſtipati, Tarquiniũ vehementer accuſarunt, & populũ hortati

Accius Nauius (ſiue Neuius) Tarquinio aduerſatur ad veteres equitum centurias tres addere volẽti.

Quidam magis ad verbum interpr. Deprehenſus es nobis imponere.

De cote quã Tarquinius nouacula diuiſit.

Tarquinius ab Anci Marcij filiis doloſe interficitur.

Hoc enim Græca vox ſonat ſi verbum verbo reddatur, ſed tamen non malè reddi hic, oſtendunt quæ ſequuntur, Narrabo etiam inſidiarum modum. *Sed aliquanto poſt dolo appellatione [illegible] vtitur*

Intellige interceſſiſſe pro aduerſatum eſſe. Nam Gr. vox eſt [illegible]. Cæterùm, augur hic ab aliis Neuius *vocatur,* vt dictum antea fuit.

hortati ſunt ne pateretur ſceleſtum hominem ſacris manus admouere & regiam poteſtatem polluere, præſertim quum non eſſet indigena, ſed neſcio quis aduena & extorris. Itaque quũ in foro viri dicendi periti & diſerti tales haberent cōciones, multos de plebe concitarunt, qui ipſum venientem in forum extrudere ſunt conati, vt hominem ſceleſtum. Veruntamen neque ipſam veritatem deuincere, neque ipſi populo perſuadere potuerunt vt eum regno expelleret. Sed poſtquam ipſe optimè pro ſe cauſa dicta crimina omnia diluit, & Tullius eius gener, cui alteram ſuarum filiarũ in matrimonium dederat, maxima apud populum autoritate pollens, Romanos ad miſericordiã flexit, illi, calũniatores & improbi iudicati, magno cũ ſuo dedecore ex
A foro diſceſſerunt. Quare quum hic conatus ipſis minimè ſucceſſiſſet, & amicorũ opera in gratiam eius rediſſent, quòd Tarquinius illorum malignitatem æquo & moderato animo ferret, ob paternorum beneficiorum memoriam: & pœnitentiã qua ducebantur, ad temeritatem ipſorum corrigendam ſatis eſſe putaret, per tres integros annos in illa ſimulata amicitia manſerunt. Sed quum commodam occaſionem ſibi oblatam putarunt, talem dolum ei ſtruxerunt. Iuuenes duos coniuratorum audaciſſimos paſtoralibus indutos veſtibus, & armatos falcibus lignatoriis, circa meridiem in regiam mittunt, edoctos quid dicere oporteret, & præmonitos quomodo regē eſſent aggreſſuri. Hi quum ad regiam acceſſiſſent quaſi iniuriam aliquam accepiſſent, ſibi mutuò conuicia dicebant, neque manus à corpore abſtinebant, & ingenti clamore vterque regis auxiliũ implorabat, & ipſis aderant multi cōiurati ruſtici verbo
B tenus, qui ſimul indignabantur, & alteri huic, alteri illi ſe adeſſe ſimulabant, vt de iniuriis teſtarentur: ſed quũ rex eos ad ſe in regiam vocatos iuſſiſſet exponere ſuas cōtrouerſias, & illi ſe captarum cauſa contendere ſimularent, ſimul vociferātes, & ruſticorum more commoti, & nihil ad rem dicentes, multum riſum omnibus mouerũt: ſed quũ inter hæc ludibria opportunum rei peragendæ tēpus ſe nactos exiſtimarũt, falcibus capiti regis vulnera inflixerunt: & hac re peracta ſe extra fores proripuerũt. Clamore autem ob illum caſum exorto, & multis ad opem ferendam concurrentibus, quum effugere non potuiſſent, ab inſequentibus hominibus comprehenſi ſunt, & poſtea tormentis torti & coacti inſidiarum autores indicare, nō multo poſt merito ſupplicio affecti ſunt. Rex igitur Tarquinius, qui magna & multa beneficia in
C Rempub. romanam contulerat, quum triginta & octo annos regnaſſet, ita obiit.

DIONYSII, ALEXANDRI F. HALICARNASSEI, ANTIQVITATVM ROMANARVM,

LIBER QVARTVS.

REx igitur Tarquinius, qui magna & multa beneficia in pop. rom. contulerat, regno per triginta & octo annos potitus ita obiit, relictis duobus filiis infantibus & duabus filiabus, quæ viris iam nupſerant & cum iis habitabāt. TVLLIVS autem eius gener illi in regno ſucceſſit, anno quarto quinquageſimæ olympiadis, qua vicit in ſtadio Epitelides Lacon, archonte Athenis Archeſtratide, de quo iam opus eſt vt ea dicamus quæ in principio prætermiſimus, & ex quibus parentibus natus fuerit, & quas res adhuc priuatus geſſerit antequam ad regnum accederet. Quæ igitur de eius genere feruntur, quæ mihi maximè veriſimilia videntur, & quibus ego fidem maximam adhibeo, hæc ſunt. In vrbe Corniculo, quod erat Latinæ gentis, vir quidam regij ſanguinis nomine Tullius vxorem habebat Ocriſiam, omnium mulierum quæ Corniculi erant formoſiſſimam & caſtiſſimam, atque ipſe quidem Tullius, dum vrbs à Romanis caperetur, pugnans cecidit. Rex verò Tarquinius Ocriſiam grauidam ex reliqua prǫda ſelectã cepit, donoque ſuæ vxori dedit. Illa verò cognita omni eius mulieris fortuna, nō

Hæc ipſa verba, Rex igitur Tarq. &c. quorũ vltimum eſt obiit, claudunt itidem in contextu Græco librum præcedentem.

SERVIVS TVLLIVS Rom. rex VI quibus natalibus fuerit ortus.

multò poſt manumiſit eã,& perperuò maximè omniũ mulierũ amplexata eſt, & in
honore habuit. Ex hac Ocriſia,dũ adhuc ſerua eſſet,natus eſt infans,cui iam educato
mater impoſuit nomen proprium & gentilitium, à patre quidem Tullium,appella-
tiuũ verò,Seruium, à conditione,quòd ſerua eum peperiſſet,quod ſi Græco ſermone
hoc Seruij nomen interpretari velis, dicetur Δοῦλο. In huius tamen gentis annali-
bus aliter de eius natalibus eſt ſcriptum , ita vt quæ de eo traduntur ad fabulas pro-
ximè accedant,quemadmodum in multis romanis hiſtoriis comperimus,ſimodò ta-
le quid de diis & geniis fas eſt dicere. Ex regiæ ara,ſupra quam Romani cùm alia ſa-
crificia faciunt,tum cœnatum primitias ſacrant,aiunt membrum virile ex ipſo igne
exortum,atque hoc primam Ocriſiam conſpexiſſe,dum afferret de more liba, quæ A
in ignem coniiceret, & confeſtim reges adiiſſe , remque illis indicaſſe. Tarquinium
igitur audito, & poſtea viſo hoc prodigio admirabundum ſtetiſſe. Tanaquilem
verò mulierem , & alioqui prudentem & artis diuinandi peritia nulli Etruſco-
rum ſecundam , ei dixiſſe fatale eſſe vt ex regia ara proles humana natura præ-
ſtantior ex muliere quæ cum illo ſpectro mixta fuiſſet , naſceretur . Quum au-
tem cæteri quoque prodigiorum coniectores idem affirmaſſent , aiunt regi pla-
cuiſſe, mulierem cui primùm apparuiſſet illud prodigium , cum eo coire , & po-
ſtea mulierem ornatam ornamentis , quibus ſponſæ nupturæ ornari ſolent , ſolam
incluſam fuiſſe in iis ædibus , in quibus illud prodigium viſum fuerat. Quum au- B
tem quidam ſiue deorum , ſiue geniorum rem cum illa habuiſſet , & poſt coitum
è conſpectu euanuiſſet , ſiue is Volcanus fuerit , vt nonnulli putant , ſiue lar fa-
miliaris , grauidam factam , legitimis menſibus exactis Tullium peperiſſe. Quan-
uis autem hoc quod de illo viro fertur , non admodum credibile videatur , ta-
men aliud quoddam prodigium quod illi viro accidit admirandum & omnem
humanam opinionem ſuperans , facit vt minus de eo dubitetur. Nam quum
aliquando ſederet in regio cubiculo circiter meridianas horas , & ſomno corre-
ptus fuiſſet , flamma ex eius capite emicuit , & mater eius , & vxor regis dum
per cubiculum ambularent eam viderunt , & reliqui omnes qui tum fortè cum
illis mulieribus aderant , nec priùs flamma totum eius caput colluſtrare deſiit C
quàm mater accurrens eum excitauit , & flamma vnà cum ipſo ſomno diſſipata

Quę memoratu digna fecerit Seruius Tullius antequam regnaret.

euanuit. Quæ igitur de illius genere feruntur , hæc ſunt. Quæ verò antequam
regnaret memoratu digna fecit , ob quæ etiam Tarquinius ipſum eſt admiratus,
& pop.rom. ſecundum à rege in honore habuit , hæc ſunt. Dum adhuc eſſet puer
in prima expeditione quam Tarquinius contra Etruſcos fecerat , in equitum
ordine collocatus,ita egregiè dimicaſſe iudicatus eſt, vt ſtatim valdè celebris eua-
ſerit , & palmam primus omnium tulerit ob rem fortiter geſtam : deinde quum
alia quoque expeditione contra eandem gentem facta, ad Eretum vrbem acre præ-
lium commiſſum fuiſſet , & omnium fortiſſimus iudicatus fuiſſet , iterum coro-
nis pro opera fortiter nauata à rege decoratus eſt. Ætatis autem anno ad ſum-
mum vegeſimo,ſocialis exercitus, quem Latini miſerant , dux eſt creatus,& regem D
Tarquinium in Etruſcorum imperio comparando iuuit , & in primo bello, quod
contra Sabinos eſt geſtum , equitatus dux creatus hoſtium equitatum fudit fu-
gauitque , & vſque ad vrbem Antemnas perſequutus , ex hoc quoque prælio
præmium ſuæ virtutis ac fortitudinis retulit , & multis aliis præliis cum ea gen-
te factis , modò equitum , modò peditum præfectus , in omnibus animum fortiſ-
ſimum demonſtrauit,& primus ante alios corona honoratus eſt, & poſtquã ea gens
ſe ſuaſque vrbes in pop.rom. ditionem dedidit,eiuſque imperata facere cœpit,quòd
huius quoq; principatus parti præcipuus autor Tarquinio viſus fuiſſet,ab eo victri-
cibus coronis,quæ dari ſolent illis qui hoſtes vicerũt,eſt coronatus. In rebus etiam ci- E
uilibus prudentiſſimus erat, & ad animi ſenſa exprimenda nullo inferior , & vir qui
ad quamlibet fortunã ſe accõmodare, & ad quoſuis mores ſe conformare facillimè
poterat. Propterea populi romani ſuffragiis , dignus eſt iudicatus qui ex plebeio in
patricium ordinem aſciſceretur , ſicut antè Tarquinius , & ante hunc ipſum Numa
Pompilius. Rex autem generum ſibi eum fecit, deſponſa illi altera è filiabus,& quæ-

Seruius Tullius virtutum ſuarum ergò in patriciorũ ordinem adſciſcitur.

cumque ipſe vel morbo vel ſenio impeditus per ſe facere non poterat, vt hic ea mu-
nera obiret,imperabat: non ſolùm domum ſuam illi committens,ſed etiam eum di-
gnũ iudicãs qui rẽpub. adminiſtraret. Quibus omnibus in rebus eius fides & iuſtitia
explorata eſt,& pop. rõ. nihil intereſſe exiſtimabat, vtrũ Tarquinius an Tullius rẽp.
admini-

adminiſtrare,tantis illius beneficiis deuinctus fuerat. Itaque vir iſte preditus ingenio ad imperium ſatis idoneo, quum & ab ipſa fortuna multas magnaſque rei peragendæ facultates habuiſſet, poſtquam accidit vt obiret Tarquinius, ſublatus inſidiis filiorum Anci Marcij, qui paternum regnum recuperare volebant (vt ſuperiore libro declaraui) ratus ſe, ab ipſiſmet rebus ad regnum vocari, quum eſſet vir acer & induſtrius, non paſſus eſt hanc occaſionem ſibi ex manibus elabi. Defuncti autem regis vxor illi aditum ad regnum parauit, omniúmque bonorum autor fuit, & generum ſuum adiuuit, quia ex multis oraculis ſciebat in fatis eſſe, vt vir ille rex Romanorum eſſet. Iampridem autem eius iuuenis filius obierat, qui duos infantulos
A ſuos ſuperſtites reliquerat. Quare animo voluens domus ſolitudinem, & metuens ne Marcij regno occupato filios tollerent, & totam regiam ſtirpem extinguerent, primùm regiæ fores clauſit, & cuſtodes illis præpoſuit, & imperauit nequos vel ingredi vel egredi paterentur: deinde iuſſit reliquos omnes ex cubiculo exire, vbi Tarquinium ſemimortuum repoſuerant: & Ocriſiam, & Tullium, & filiam Tullij vxorem apud ſe retinuit: & iuſſis nutricibus ad ſe infantes afferre, ita eos eſt allocuta, Rex Tarquinius, Tulli, qui te aluit & inſtituit, & præ omnibus amicis & cognatis in honore habuit, impia cæde cæſus ſuam fatalem ſortem expleuit; ita tamen vt nullum fecerit teſtamentum, quo aut rebus ſuis, aut publicis & ciuilibus proſpiceret, & ſtatueret quid fieri vellet, quinetiam ne amplecti quidem quenquam noſtrûm, neque vltimam ſalutem dicere potuit: ſoli autem & orbi iſti in-
B fantes relinquuntur, quorum vita iam in maximo diſcrimine verſatur. Si enim ad Marcios eorum aui interfectores republic. adminiſtratio peruenerit, miſerrimo mortis genere ab illis necabuntur, & ne vos quidem vitam tutò tranſigetis, quibus Tarquinius ſuas filias in matrimonium dedit, contemptis illis: ſi eius percuſſores regno fuerint potiti, & cæteros eius amicos & cognatos, atque adeò nos miſeras mulieres idem inuoluet periculum, & nos omnes aut palàm, aut clàm perdere conabuntur. Oportet igitur nos, iſta cogitantes, minimè pati illos qui nefariè eum interfecerunt, & qui nobis omnibus ſunt inimici, tantum imperium ſibi parare, ſed illis iam reſiſtere, eóſque & fraude & dolo impedire. Nam
C præſens rerum ſtatus hoc poſtulat. Vbi verò primus conatus nobis ex animi ſententia ſucceſſerit, tunc apertè oportebit, totis viribus & armis cum illis congredi (ſi tamen his fuerit opus) præſertim ſi ea quæ nunc ſunt agenda, ad finem perducere velimus. Sed quænam hæc ſunt? Primùm quidem regis mortem celemus, & curemus vt apud omnes ſpargatur rumor illum nulla letali plaga affectum, & medici dicant fore vt intra paucos dies eum priſtinæ ſanitati reſtitutum demonſtrent: deinde ego progreſſa in publicum, populo declarabo, quaſi Tarquinius hæc mandarit, regem rerum omnium cùm priuatarum, tum publicarum curam & cuſtodiam committere, donec ipſe ex vulneribus conualeſcat, alteri genero Ser. Tullio, (nam tuum nomen proferam.) Hoc autem non inuitis ſed volentibus Romanis
D fiet, vt reſpub. à te regatur, à quo iam ſæpe & ante gubernata fuerit. Quũ autem præſens periculum à nobis repulerimus (omnes enim inimicorum vires collabentur ſimulatque regem viuere nunciatum fuerit) tunc tu aſſumptis faſcibus, & armorum poteſtate, eos qui de cæde Tarquinij conſilium inierunt ad populi iudicium voca, facto initio ab ipſis Marcij filiis, & illis iudicio conſtituto, illis pœnas infligito. His autem omnibus ſupplicio capitali affectis, ſi comparuerint & iudicium ſubierint: ſin autem vadimonium deſeruerint, (quod eos potius facturos arbitror,) iis exilio perpetuo & bonorũ publicatione mulctatis, tum demum opes & regnũ firma, multitudinis fauorẽ comitate & officiis tibi concilians: præcipuè verò cauens nequid iniuſtè fiat, & ciues egenos aliqua liberalitate & beneficẽtia alliciens: deinde quũ nobis
E tempus opportunũ viſum fuerit, tunc dicamus Tarquiniũ obiiſſe, & palàm illũ ſepulturæ mandemus. Æquũ autem eſt, Tulli, vt quando à nobis fuiſti, & nutritus, & inſtitutus, & particeps factus omnium bonorum, quorũ à parẽtibus liberi ſolent fieri participes, quando etiam filiam noſtram cum qua degis, vxorem habes: ſi rex Romanorum creatus fueris, ſaltem mea cauſa, quæ te hac in re adiuui, paterno amore iſtos pueros proſequaris. Quũ verò ad ætatem virilẽ peruenerint, & ad rempub. capeſſendã fuerint idonei, alterum eorũ, maiorem natu, Romanorum regem deſignes. His dictis, & vtroq; puero in vlnis generi & filiæ impoſito, & ob vtrũque magna miſericordia illis commota, quum tempus opportunum eſſet, ex cubiculo egreſſa eſt,

Oratio Tanaquilis ad Seruium Tullium.

& domeſticos iuſſit res omnes neceſſarias ad regis vulnera curanda parare,& medicos conuocare. Intermiſſa autem illa nocte,ſequenti die,quum ingens turba ad regiã concurriſſet,prodiit in omnium conſpectum,ſtans ad feneſtras quæ ſpectabant ad regiæ veſtibulum,ac primùm quidem iis qui aderant,indicauit, eos qui regi cædem moliti fuerant,& eos qui ad id facinus patrandum ab illis miſſi fuerant vinctos produxit. Deinde,quum vidit multos illum caſum lugere, & cædis autoribus infenſos, tandem dixit eos nihil ſceleſtis his inſidiis profeciſſe,quòd regem interficere nõ potuiſſent. Quum autẽ omnes eam orationem hilari animo excepiſſent, tunc Tullium ipſis commendauit,vt ab ipſo rege cõſtitutum rerum omnium & publicarum & priuatarum curatorem, donec ipſe melius ſe haberet. Populus igitur diſceſſit lætus, A quòd rex nihil mali grauioris accepiſſet,& in ea opinione diu & conſtanter manſit. Tullius verò valida militum manu ſtipatus,& adductis ſecum regiis lictoribus faſces ferentibus,prodiit in forum & Marcios per præconem in iudicium ad cauſam dicẽdam venire iuſſit:ſed quum illi non parerent,mulctatis iis exilio perpetuo,& eorum bonis publicatis,tum demum tutò regnum Tarquinij tenuit. Volo autem,ſequẽtis narrationis curſum ſiſtẽs,reddere rationes cur neque Fabio aſſentiar,neque aliis hiſtoricis,qui ſcribunt illos pueros,qui à Tarquinio relicti fuerant, eius filios fuiſſe; ne qui eorũ qui illorũ hiſtorias legerunt,me hæc comminiſci arbitrentur:quòd illos pueros,non filios,ſed nepotes Tarquinij fuiſſe dixerim. Omnino enim inconſideratè & negligenter horum ſcriptores hanc hiſtoriam ediderunt in lucem, non examinatis iis,quæ, quum nullo pacto fieri potuerint & abſurda ſint, fidem eius tollunt quæ ſingula ego paucis explicare dilucidè conabor. B Tarquinius ex Etruria cum tota familia,& rebus conuaſatis migrauit,ea ætate qua homines maximè prudentes eſſe ſolent. Quum enim iam & res ciuiles tractare,& magiſtratus gerere, & remp. adminiſtrare vellet: quòd in vrbe ad nullos honores admitteretur, inde diſceſſiſſe traditur. Alius igitur quiſpiam diceret, eum tunc ad minimũ fuiſſe tricenarium quum ex Etruria diſceſſit,(hanc enim ætatem plerunque leges iis præfiniunt qui magiſtratus gerere, & remp. adminiſtrare volunt.) at ego quinque integris annis iuniorem eum fuiſſe ſtatuo, & facio illum vigeſimo & quinto ætatis anno inde migraſſe. Quinetiam eum vxorem Etruſcam adduxiſſe, quam viuente adhuc patre duxerat, omnes romani ſcriptores confitentur. C Romam verò venit Anco Marcio regnante, vt Gellius tradit, anno regni primo: ſed, vt Lincinnius ſcribit,octauo. Sed faciamus eum veniſſe eo anno, quo Licinnius *eum veniſſe* ſcribit, non autem antè: fieri enim non poteſt vt poſtea venerit, ſiquidem nono anno regni Anci equitum magiſter in expeditionem contra Latinos à rege miſſus eſt, quemadmodum vterque ſcriptor tradit. Si igitur Romam venit, non plures quàm x x v annos natus, & cum Anco rege octauo regni anno in amicitiam receptus, reliquos ſeptemdecim annos apud eum exegit, & Ancus regnauit viginti & quatuor annos, ipſe verò x x x & octo annos regno eſt potitus, vt omnes fatentur vno ore: octogeſimum igitur ætatis annum agebat quum obiit. Hic D enim numerus ex annorum computatione colligitur. Eius autem vxor illo quinque annis iunior erat, vt veriſimile eſt: quare ſeptuageſimum & quintum annum agebat, quum mortuus eſt Tarquinius, ſi modò filiorum minorem natu poſtremum anno ætatis ſuæ quinquageſimo peperit. vltra enim hoc tempus mulieres vterum non ferunt, ſed hic eſt partus ipſarum finis, quemadmodum ſcribunt qui hæc diligentius perſcrutati ſunt. Iſte igitur non erat minor viginti quinque annis quando pater obiit. Lucius verò, qui natu erat grandior, non minor erat x x v i i annis. Ergo Tarquinius nullos filios ex hac vxore ſuſceptos reliquit, qui infantes eſſent. Quinetiam ſi filij virili ætate fuiſſent, neque eorum pater interiiſſet, neque eorum mater adeò ſceleſta & mente capta fuiſſet, vt filios ſuos re- E gno quod pater ipſis reliquerat priuaret, & alieno filio, atque ex ſerua nato, id donaret. neque ipſi paterno regno ſpoliati ignauiter & negligenter eam iniuriam tuliſſent: præſertim ea ætate, qua maximè & dicendi & agendi facultate florebant. neque enim Tullius generis nobilitate illis præſtabat, neque ætatis dignitate admodum eos antecedebat: ſed tribus tantùm annis altero erat maior. Quare nunquam ſponte ſua illi regno ceſſiſſent. Præterea hæc res alias quaſdam abſurditates habet, quas omnes rerum humanarum ſcriptores ignorarunt vno excepto, cuius nomen mox dicam. Illud enim confeſſum eſt, poſt Tarquinij mortem,

Tanaquil regis, mariti ſui, mortem populo diſſimulat, & Tullio enim curam omniũ mandaſſe dicit, donec ipſe melius ſe habeat.

De Tarquinii nepotib. quos alii filios eius fuiſſe ſcripſerunt.

Tarquinius quando ex Etruria Romam venerit.

mortem, Tullium regno potitũ quadraginta annos regnaſſe. Itaque, ſi illo tem-
pore natus fuiſſet viginti & ſeptem annos, quum Tarquinij filius maior natu re-
gno eſt fraudatus, plures quàm LXX annos natus fuiſſet quum Tullium interfe-
cit. At verò illum florentiſſima ætate tunc fuiſſe ſcriptores produnt, & Tullium ab
eo arreptum, & ex curia elatum per gradus præcipitem datum fuiſſe, eúmque vigeſi-
mo quinto poſt anno regno expulſum tradunt. & anno iſto illi eum inducunt ex-
peditionem contra Ardeates facientem, & omnia belli munia per ſe obeuntem.
Abſurdum autem eſt in militum militantium numero ponere hominem, qui nona-
geſimum & ſextum ætatis annum præterierit. Et regno pulſus bellum cum Roma-
A nis geſſit per annos non minus quàm quatuordecim, ita vt ipſemet rebus gerendis
intereſſet, vt aiunt, quod præter communem omnium opinionem eſt. Ita enim illum
vitam vltra centeſimum, & decimum annum produxiſſe conſtaret. ſed tam longam
vitã regiones noſtræ nũ ferunt. Has igitur abſurditates quũ quidã romani ſcriptores
animaduerterent, eas aliis abſurditatibus diluere ſunt conati, dicentes matrem illo-
rum puerorum fuiſſe non Tanaquilem, ſed quandam Gemaniam, de qua nihil in hi
ſtoriis accepimus Adde illud etiam, intempeſtiuas futuras fuiſſe nuptias Tarquinij,
qui iam accederet ad octogeſimum annum: & minimè credendum, quempiam qui
ea ſit ætate, liberos procreare poſſe. neque enim ſine liberis erat, ita vt tanto ſobolis
deſiderio teneretur: ſed duas habebat filias, eáſque iã nuptas. Conſiderans igitur hęc
B ſingula, quæ fieri nõ potuiſſe conſtat, quæq; abſurda ſunt, hos pueros, non filios, ſed
nepotes Tarquinij fuiſſe ſcribo, ſequutus L. Piſonis Frugi ſentẽtiã. Ille enim ſolus in
annalibus, quos ſcripſit hoc prodidit. niſi fortè natura quidẽ nepotes fuerint regis, at
filij adoptione. Atque hæc fuerit cauſa, quæ reliquos omnes rerum romanarũ ſcri-
ptores deceperit. Sed his prædictis, tempus eſt vt iam ad intermiſſam narrationem
redeam. Tullius igitur, poſtquam regni procuratione accepta, & Marciorũ factione
pulſa, regnum à ſe iam ſatis firmatum exiſtimauit, regem Tarquinium, quaſi ex vul-
neribus recens obiiſſet, magnifico funere extulit, eique inſigne monumentum con-
didit, & eum cæteris honoribus *regium funus decentibus* decorauit, & ab illo tempore,
vt tutor filiorum regij ſanguinis, & priuatum eorum patrimonium, & temp. ſumma
cura ac diligentia curauit & cuſtodiuit. Patriciis verò hæc non placebant: ſed indi-
C gnabantur & ægrè ferebant, quippe qui nollent eum regiam aliquam poteſtatẽ ſibi
his artibus parare: idque neque ex ſen. conſ. neque aliis legitimis ritibus ſeruatis. Et
qui plurimum inter illos poterant, ſæpe coibant, & inter ſe agebant de abrogando
imperio quod ille contra ius & fas occuparat. Itaque viſum eſt illis, vbi primũ à Tul-
lio in Senatum conuocati fuiſſent, eum cogere faſces & reliqua regni inſignia depo-
nere, atque hac re peracta, interreges, qui ita vocantur, creare, & per eos eligere ex
legibus illos qui reipub. adminiſtrationẽ eſſent habituri. Hæc illis cogitantibus, Tul-
lius cognito eorũ conſilio, cõuertit ſe ad plebis fauorẽ captandũ, & ciues egenos lar-
gitionibus ſibi cõciliandos, eorũ opera ſperans ſe regnũ retenturũ. Quare populo ad
D concionẽ conuocato pueros ante tribunal produxit, & talẽ habuit orationem, MA-
» GNA neceſſitas me, Quirites, coegit horũ infantiũ curã ſuſcipere. Tarquinius enim
» eorũ auus, me orbum & patria pulſum excepit & educauit, nõ deteriore conditiune
» quàm proprios ſuos liberos tractans, & alterã ſuarũ filiarũ mihi in matrimoniũ de-
» dit, & toto vitæ ſuæ tẽpore me vt filiũ ſuũ perpetuò, vt ſcitis vos ipſi, honorauit & a-
» mauit. & poſt illum infelicẽ caſum, quũ per inſidias eſt vulneratus, ſi quid humanitus
» ſibi accideret, mihi horum puerorũ curã mandauit. Quis igitur me in deos piũ, aut
» in homines iuſtũ iudicabit, ſi deſerã ac prodã pupillos qui de me optimè ſunt meriti,
» & quibus adeò ſum obligatus? Sed neque meã fidem prodã, neque hos pueros à cæ-
» teris omnibus deſtitutos deſeram, nec eos, quantum in me erit, in iſta ſolitudine re-
E linquam. Æquum autẽ eſt vt vos etiam in memoriam reuocetis beneficia quæ auus
» ipſorum in rempub. contulit, ſiquidem in veſtrã ditionem & poteſtatem redegit tot
» Latinorum vrbes vobiſcum de principatu contendentes, & ſub pop. rom. imperium
» ſubiũxit omnes Etruſcos, qui omnium finitimorum populorum ſunt potentiſſimi, &
» coegit Sabinorum gentem ſubactam veſtro imperio parere, atque hæc omnia cum
» multis & magnis periculis peregit. Quandiu igitur ille viuebat, æquum erat vos pro
» beneficiis acceptis illi gratiam habere: nunc verò quando ille obiit, vos eius li-
» beris *& poſteris* gratiam referre, neque vnà cum ipſis corporibus hominum de
» vobis bene meritorum, ipſam quoque memoriam beneficiorum acceptorum

Tullius, poſt acceptam regni procurationem, regnũ à ſe iam ſatis firmatum ratus, Tarquiniũ magnifico funere extulit.

Tullium regnare ægre ferunt patricii.

Tullii ad populum oratio, qua eius fauorem captat.

defodere decet. Exiſtimate igitur vos omnes ſimul iſtorum puerorũ tutores relictos, & regnum quod auus ipſis reliquit confirmate. neque enim tantũ mei vnius patrocinium ipſis prodeſſe poterit, quantũ veſtrum omnium cõmune auxilium. Hæc autẽ ideo ſum coactus dicere, quia quoſdã in eos conſpiraſſe cognoui, qui regnũ aliis tradere volunt. Vos autẽ rogo, Quirites, vt meorũ etiam laborum memores, quos pro veſtro imperio pertuli, qui neque parui, neque pauci ſunt, (quos apud vos rei gnaros memorare non eſt opus) gratiam quam pro his mihi debetis iſtis infantibus referatis. neque enim vt mihi ipſi regnum aſtruam, (quo tamen indignus non eſſem, ſi id ego affectarem:) ſed vt Tarquinij generi opem feram ad reipub. adminiſtrationem accedere volui. Quare vos ſupplex oro, vt neque pupillos iſtos deſeratis, qui iã in regni amittendi periculo verſantur, & ſi primus conatus eorũ inimicis ex animi ſentẽtia ſucceſſerit, ex vrbe etiã expellẽtur. Sed de his præſertim quũ vos ipſi ſciatis quid ſit faciendũ, quũmque quod decet ſitis facturi, pluribus me agere non oportet. Quæ autem beneficia in vos conferre ſtatuerim, & qua de cauſa concionem conuocarim, ex me audite. Quotquot de vobis ære alieno grauati propter inopiam ſoluendo non ſunt. His ego ſuccurrere paratus, quia ciues romani ſunt, & multos pro patria labores tolerarunt: ne ſua libertate priuentur ij qui cõmunem ſtabiliuerunt, de meis facultatibus pecuniam dabo vt ſuum æs alienum diſſoluant: qui verò in poſterum pecuniam à fœneratoribus accipient, hos non patiar ob ſuum æs alienũ abduci in vincula: ſed legem feram, ne quis fœnerator in corpora libera ius habeat, ſatis eſſe exiſtimãs fœneratoribus ſi bona debitorum poſſideant. Vt autem & tributa quæ in ærarium conferuntur, ob quæ pauperes grauantur & coguntur fœnore pecunias ſumere, leuius in poſterum feratis, volo omnium bona cenſeri, & vnumquemque pro cenſu facultatum ſuarum ſuam portionem conferre, quemadmodum in maximis optiméque inſtitutis ciuitatibus fieri audio. Iuſtum autem & reipub. vtile hoc ipſum exiſtimo, vt qui multa poſſident, multa conferant, qui verò tenuibus ſunt facultatibus, pauca. Placétque mihi agrum publicum, quem armis quæſitum poſſidetis, non ab impudentiſſimo quoque, vt nunc fit, neque gratis acceptum, neque pretio comparatum occupari, ſed eorum eſſe qui inter vos adhuc nullam agri portionem habent, ne, quum liberi ſitis, ſeruiatis, néue alienos fundos ſed veſtros colatis. nihil enim generoſi ſapere poſſunt qui rerum ad victum quotidianum neceſſariarum inopia laborant. Sed præcipuè decreui ius ciuium æquare, vt omnes inter ſe pari & æquo iure in iudiciis certare poſſint. Eò enim arrogantiæ quidam progreſſi ſunt, vt non dubitent plebeios cõtumeliis inſectari, & ne liberos quidem ducere vos, qui pauperes eſtis. Vt igitur potẽtiores pari iure cum inferioribus diſceptent, leges ferã quæ pariter vim omnem prohibebunt, & iuſtitiæ cuſtodes erunt: & ipſe nunquã hãc omnium liberam & æqualem dicẽdi poteſtatem diligenter tueri deſinam. Hæc dũ ille diceret, à tota concione multis laudibus extollebatur, aliis laudantibus eius fidẽ & iuſtitiam in bene de ſe meritos, aliis humanitatem & magnanimitatem in pauperes, aliis moderationem, & populare ſtudium in homines humilioris conditionis: omnibus verò æquitatem & iuſtitiã viri amplectentibus & admirantibus. Dimiſſa autẽ concione, ſequentibus diebus quũ iuſſiſſet in tabulas referri nomina obæratorum quotquot fidem creditoribus ſeruare non poterant, & quantum vnuſquiſque *deberet*: poſtquam nomina & debita in tabulis deſcripta accepit, menſis in foro poſitis, in omniũ conſpectu, creditoribus pecuniã debitã annumerauit. His peractis, palàm propoſuit regium edictũ, vt intra certum tẽpus omnes qui agro publico fruerentur, cúmque priuatim poſſiderent, eo decederent, & eorũ ciuiũ qui nullã agri portionem haberent, nomina ad ſe deſcripta deferrentur. Legéſque, quarũ Romulus & Numa Põpilius autores fuerant, vetuſtate iã neglectas iterũ conſcripſit & renouauit, ac ad vſum reuocauit, aliáſque nouas ipſe tulit. Atque hanc reip. adminiſtrandæ rationem, qua ille vtebatur, patricij iniquo animo ferebant, quia ſenatus potentiã hoc modo tolli videbãt: nec eadẽ amplius cõſilia, ſed ſuperioribus cõtraria ceperunt. Principiò enim conati ſunt ei principatũ, quem cõtra leges occupauerat, eripere, & interreges creare, & per illos eligere regẽ legitimũ: tunc verò in præſenti rerũ ſtatu acquieſcendũ arbitrabantur, & nihil noui nimiũ curioſè agendũ ac moliendũ. Illud enim illis in mentem veniebat, fore vt, ſi ſenatus ad reip. gubernacula admouiſſet quem ipſe elegiſſet, plebs in ferendis ſuffragiis ei aduerſaretur, & ſi populi arbitrio permiſiſſent, vt regem crearet, quem voluiſſet, Tullius omnium *tribuum* ſuffragiis crearetur:

atque

Margin letters: A (beside "accedere volui"), B (beside "cula:ſed legem feram"), C (beside "parатum occupari"), D (beside "tẽ concione"), E (beside "qua ille vtebatur").

Margin notes: L. Tullius quibus beneficiis populum ſibi conciliarit. — Tullius in repub. quæ inſtituerit ad conciliandum ſibi populi fauorẽ.

atque ita accideret, vt ille legitimè regnare videretur. Illis igitur viſum eſt ſatius eſſe Tullium regnum per fraudem occupatum potiùs quàm apertè & legitimè *à populo* acceptũ, & ciuibus potius deceptis quàm oratione adductis retinere. Sed nihil eorum quæ ſecum cogitarant illis ſucceſſit, nec vllo modo ipſis profuit: adeò callidis artibus Tullius eos eluſit, & illis inuitis regnum obtinuit. Quum enim iam multò antè curaſſet rumores per vrbem ſpargendos, patricios ſibi inſidiari, in forum prodiit veſte ſordida indutus & mœſtus, comitante illum matre Ocriſia & Tanaquile Tarquinij vxore, & omnibus regiis cognatis. Quum autem ingens turba eò confluxiſſet ob inopinatum illud ſpectaculum, conuocata concione tribunal conſcendit, & talem habuit orationẽ, NON amplius, Quirites, ſolis Tarquinij liberis pericu- A lum imminet, ne quid damni ab inimicis accipiant, ſed etiam me metus iã ſubit, ne triſte aliquod pro mea iuſtitia præmium accipiam. Inſidiis enim à patriciis appetor, & indicatum eſt mihi aliquot de illis in meam perniciem coniuraſſe, quum tamen nulla iniuria aut grauiore aut leuiore ſe à me affectos conqueri poſſint: ſed quia de plebe bene ſum meritus, & ad idem ſemper faciendũ ſum paratus, id iniquo animo ferunt, & indignum facinus ſe perpeſſos iudicant. Ac fœneratores quidẽ, quòd pauperes de vobis raptos in vincla ab illis libertate ſpoliari non ſum paſſus. Depeculatores verò Reip. & qui occupant agrũ veſtro ſanguine quæſitum, quia coguntur eo cedere, quaſi patrimonio ſuo fraudarentur: & qui res alienas vendunt *aut largiuntur*, quum ſint immunes contributionum quæ in bellicos vſus ſunt faciendæ, quia co- B gentur fortunas ſuas in cenſum referre & pro earum cenſu tributa conferre, *hoc ægrè ferunt*. Cõmunis verò omniũ dolor eſt: quia ex legibus ſcriptis viuere aſſueſcent, pari iure vobiſcum diſceptantes: nec, quod iam faciunt, pauperibus tanquam mancipiis abutentur. Itaque his de cauſis, communicato inter ſe conſilio, coniuratũt exules reducere, & Marcij filiis regnum reſtituere, quibus vos, quòd Tarquinium veſtrum regem interfecerint, virum probum & reip. amantem, & tantum piaculum commiſerint, & citati vadimonium deſeruerint, & in exilium voluntarium abierint, igni & aqua veſtro decreto interdixiſtis. Niſi autem res mihi maturè indicata fuiſſet, externis quibuſdam copiis accitis, nocte adhuc intempeſta in vrbem exules C erant reducturi. Cætera vos omnes intelligitis, vel me tacente, *nimirum*, futurum fuiſſe vt Marcij patriciorum auxilio freti, ſi ita ſine vllo labore rerum potiti fuiſſent, primùm me regiorum filiorum tutorem, qui eos damnaui, corriperent: deinde iſtos pueros, & reliquos cognatos, & omnes amicos Tarquinij interficerent, vxores verò noſtras, & matres, & filias, & omnem fœmineum ſexum mancipiorum loco haberent, quia homines ſunt natura valde ferina & tyrannica. Si igitur, Quirites, vobis quoque placet vt homicidæ reducantur, & reges creentur, & filij virorum optimè de vobis meritorum expellantur, & auito regno fraudentur, acquieſcemus in hac fortuna. Sed per omnes & deos & genios, quibus curæ ſunt res mortalium, nos omnes cum vxoribus & liberis ſup- D plices vos oramus, vt pro multis beneficiis, quæ iſtorum puerorum auus in vos perpetuò contulit, & pro multis meis officiis, quibus quantum in me fuit, veſtris commodis ſtudui, nobis hanc vnam gratiam referatis, vt videlicet veſtram ſententiam apertè hiſce de rebus declaretis. Si quos enim alios digniores nobis iudicaris, qui iſtum honorem conſequantur, pueri iſti & reliqui Tarquinij cognati vrbe veſtra excedent, eamq́ue deſerent. At ego mihi aliter conſulam, ſatis enim iam & ad virtutem & gloriam vixi: neque veſtra beneuolentia fruſtratus, quam omnibus bonis antepono, apud alios quoſpiam turpiter viuere velim. Accipite igitur faſces, &, ſi ita vultis, eos patriciis date: ego verò mea præſentia negotium nullum vobis faceſſam. Hæc eo dicente, & de tribunali deſcendere iam E parante, clamorem ingentem omnes ſuſtulerunt, eumq́ue precari cum lacrymis cœperunt vt remaneret, & nullum metuens, reipub. gubernacula retineret, deinde quidam ſubornati, qui in variis fori partibus erant, vociferabantur eum creandum regem, & petebant vt curiæ conuocarentur, & poſtulabant vt ſuffragia inirentur: à quibus initio facto, mox plebs vniuerſa in eandem ſententiam inclinauit. Hac re cognita, Tullius non amplius talem occaſionem elabi paſſus eſt: ſed quũ dixiſſet ſe magnam illis habere gratiam, quòd beneficiorum acceptorum eſſent memores, & longè plura illis pollicitus fuiſſet, ſi ſe regem creaſſent, illis diem co-

Tullius vel inuitis patriciis regnum ſibi aſſerit.

Oratio Tullij ad populum in qua de inſidiatoribus ſibi patriciis conqueritur.

Curiarum ſuffragiis inuito ſenatu Seruius rex creatur.

mitiorum indixit, ad quam etiam omnes agreſtes venire iuſſit. Quum igitur populus curiatim conueniſſet, ſingulis curiis ſuffragia diſtribuit. Omnium autem curiarum ſuffragiis regno dignus iudicatus, patribus conſcriptis valere iuſſis, qui plebiſcitum ratum habere noluerant, quemadmodum facere ſolebant, ita regnum obtinuit.

De rebus quas Tullius ad reipu. adminiſtrationem pertinentes egit.

Agrum publicum diuiſit ciuibus qui mercedē aliis ſeruiebant.

Vrbem ampliauit.

Hoc igitur modo potitus regno, præter multa alia quæ in repub. præclarè inſtituit, magnū etiam & memorabile bellum cum Etruſcis geſſit. Sed primùm de rebus quas egit in reip. adminiſtratione mentionem faciam, ſtatim ſimulatque imperium eſt adeptus, agrum publicum diuiſit ciuibus romanis, qui ob rei domeſticæ difficultates aliis mercede ſeruiebant, deinde leges de contractibus & iniuriis tulit, quas curiatis comitiis ratas fecit. Erant autem numero quinquaginta; quarum mentionem facere iam non eſt opus. Vrbi addidit duos colles, Viminalem & Exquilinum, quorum vterque eſt iuſta vrbis amplæ ac celebris magnitudine: & illos diuiſit ciuibus rom. qui ſine laribus erant, vt ibi ædes ædificarent, & ibi ipſe quoque ſedes ſuas poſuit in commodiſſimo Exquiliarum loco. Rex iſte poſtremus vrbis ambitum auxit, additis duobus his collibus ad quinque illos ſuperiores, auſpiciis antè captatis, & re diuina, vt mos ferebat, ritè peracta. Vlterius autem non proceſſit vrbis ambitus, deo, vt aiunt, id non permittente: ſed omnia ſuburbia, quæ longè lateque patent, penitùs immunita, & hoſtium incurſionibus obnoxia ſunt, ita vt illi facillimè in ſuam poteſtatem eā redigere poſſint. Et ſiquis hæc aſpiciens, Romæ amplitudinem inde velit colligere, proculdubio falletur, neque certum vllum ſignum habebit, quo dignoſcat quouſque vrbs progrediatur, & quod ſit eius principium & quis finis, adeò cum vrbanis ædificiis ipſa ſuburbia nexu quodam perpetuo cohærent, & hominibus hæc ſpectantibus, vrbis in infinitam longitudinem porrectæ *ſpeciem &* opinionem præbent. Quòd ſi quis amplitudine murorum, qui inuentu ſunt difficiles ob multa ædificia cohærentia & vndique extructa, & qui multis in locis quædam veſtigia veteris ſtructuræ ſeruant, voluerit ipſam metiri & cum Athenarum ambitu conferre, certè non longè maior Romæ ambitus apparebit. Sed de magnitudine & pulchritudine vrbis, quæ mea ætate erat, alio loco commodiore agam. Cæterùm, Tullius poſtquam ſeptem colles vno muro complexus eſt, in quatuor regiones vrbem diuiſit, & ab ipſis collibus vnamquanque denominauit, primam, Palatinam: ſecundam, Suburanam: tertiam, Collatinam: quartam, Exquilinam. Effecit etiam vt vrbs quatuor tribus haberet, quæ ad id vſque tempus tres tantùm habuerat, & iuſſit eos qui in vnaquaque illarum quatuor regionum habitarent, tanquam pagani, neque aliò transferre ſuas ſedes, neque alibi militum delectus habere, neque pecunias conferre quæ in bellicos aut alios neceſſarios vſus exiguntur, quas vnumquenque in ærarium conferre oportet, neque amplius ex illis tribus per gentes diſtinctis tribubus, vt antea, ſed ex iſtis quatuor in certas regiones à ſe digeſtis, militiam ordinabat, vnicuique regioni ducibus præpoſitis, tanquam tribuum vel pagorum præfectis, quibus mandauit vt ſcirent quod eſſet vniuſcuiuſque domicilium: deinde per omnia compita iuſſit à vicinia laribus propitiis ſacella extrui, & lege ſtatuit vt quotannis ſacrificia illis fierent, ſingulis familiis liba conferentibus. Illis verò qui pro vicinia ſacra facerent in compitis, ſtatuit non homines ingenuos, ſed ſeruos adeſſe, & illos in ſacris faciendis adiuuare, quòd famulorum ac ſeruorum miniſterium laribus eſſet gratius. Quem diem feſtum Romani ad mea vſque tempora conſtanter celebrabant, paucis poſt Saturnalia diebus, cum primis venerandum & magnificum, à compitis compitalia eum vocantes. Illi enim στενωποὺς compita appellant, & ſeruant priſcum ritum in ſacris, quia ſacrificia & rem diuinam laribus per ſeruos faciunt, omni ſeruitutis indicio illis per eos dies adempto, vt hac humanitate magna & honorifica deliniti dominos ſuos chariores habeant, & fortunæ inclementiam leuius ferant. Diuiſit etiam totum agrum, vt Fabius ait, in partes viginti ſex, quas & ipſe tribus appellat, ita vt quatuor vrbanis ad illas additis, omnes efficiant numerum triginta tribuum. Cato tamen tribus vniuerſas, iam regnante Tullio tot fuiſſe tradit: ſed, vt Venonius prodidit, *diuiſit agrum* in tribus triginta & vnam. At quanuis iſte ſcriptor fide ſit dignus, tamen partium, *tam vrbanarum quàm ruſticarum* numerum apertè non definit. Tullius igitur diuiſo agro in partes, quotcumque illæ fuerint, in montanis tumulis, & qui loci natura muniti agricolas

Tullius vrbē in quatuor regiones diuiſit, ſiue partes. *quod propriè ſonat vox μέρη, qua vtitur Dionyſius.*

Tullius quatuor tribus cōſtituit, quum antea tres tātum eſſent.

De feſto quod compitalia vocabatur.

Tullius pagos agricolis conſtituit, qui refugia illis eſſent.

A B C D E

agricolas facilè tutari poſſent, refugia parauit, quæ Græco nomine pagos vocauit. Huc confugiebant ex agris omnes, quum aduentabant hoſtes, & hîc ſæpe pernoctabant. Horum quoque erant ſui magiſtratus, ad quorum curam pertinebat ſcire nomina colonarum qui in eodem pago contribuebant, & prædia vnde ſe alebant, & quoties opus fuiſſet aut ruſticos ad arma vocare, aut pecunias viritim exigere, iſti eos conuocabant & pecunias exigebant. Vt autem & ruſticanæ multitudinis numerus facilè cognoſci, & apertè iniri poſſet, iuſſit eos diis inſpectoribus & cuſtodibus pagi aras extruere *& dicare*, quas quotannis ſacrificiis
A communibus, eò omnibus conuenientibus, honorari iuſſit: & feſtum quoddam, idque maximè honoratum, inſtituit, quod vocatur paganalia: & de his ſacris leges, quas Romani adhuc ſeruant, conſcripſit. Ad hoc autem ſacrificium, & ad iſtum conuentum, iuſſit omnes qui eundem pagum incolebant, in ſingula capita certum numiſmatis genus conferre, ſed aliud viros, aliud mulieres, aliud impuberes. Quibus connumeratis per ſacrorum præſides, apparebat quis eſſet hominum numerus per ſexus & per ætates diſtinctus. Sed (vt L. Piſo tradit in primo ſuorum annalium) quum vellet ſcire & quis eſſet numerus vrbanæ multitudinis & eorum qui naſcebantur, & eorum qui moriebantur, & eorum qui in vi-
B torum numerum referebantur, ſtatuit quanti pretii nummum pro ſingulis cognati inferre deberent in ærarium Ilithyæ (quam Romani vocant Iunonem Lucinā) pro iis qui naſcerentur, & in *ærarium* Veneris quod in luco eſt, quam Libitinam nuncupant, pro iis qui morerentur, & in Iuuentutis, pro iis qui inter viros referri inciperent: vnde dignoſcere poterat quotannis, & quis eſſet omnium ciuium numerus, & qui ex illis militari eſſent ætate. His conſtitutis, iuſſit omnes Romanos nomina dare, & ſua bona cenſere pecuniæ æſtimatione, & iuſiurandum legitimum interponere, quo iurarent verè & optima fide omnia ſua bona cenſa eſſe: & nomina parentum ex quibus eſſent procreati adſcribere, & ſuæ ætatis annū declarare, atque ipſarū quoque coniugum & liberorum nomina ſcribere, addito & vrbis loco & regionis *A Tullio cenſus inſtitutus.*
C pago vbi ſinguli habitarent. Ei verò qui cenſus non fuiſſet, hanc pœnā propoſuit, vt bonis ſpoliaretur, & virgis cæſus ſub haſta veniret. atque lex iſta diu apud Romanos durauit. Peracto autē cenſu, & tabulis, in quibus omnium nomina ſcripta erant, acceptis, & cognito eorum numero & fortunarū magnitudine, longè ſapientiſſimū inſtitutum & romanæ reip. ſaluberrimum introduxit; vt res ipſa docuit. Hoc autē fuit eius inſtitutum: vnam ex omni numero partem detraxit, cuius cenſus erat maximus, neque minor centum minis hos in octoginta centurias digeſtos iuſſit hæc arma ferre, clypeos argenteos, & haſtas, & galeas æneas, & loricas, & ocreas, & enſes. Hos autem bifariam partitus quadraginta centurias iuniorum fecit, quos oportebat, iuuentute ad bellum eunte, ad militiam proficiſci, reliquas verò quadraginta, in qui- *Cenſus maximi ordo, centuriæ, arma: ibidemque deinceps cæterarum, quinque claſſium*
D bus erant ſeniores, in vrbe remanere, & res vrbanas tueri *iuſſit*: atque hæc erat prima claſſis. Iuuentus autem in bellis ſemper primum locum in prima acie tenebat, atque ita pugnabat. Deinde ex iis qui reliqui erant, aliam partem detraxit, cuius cēſus erat intra decem millia drachmarum, non minor tamē ſeptuaginta quinque minis: quos vbi in viginti centurias digeſſiſſet, cætera quidem arma ferre iuſſit quæ ſuperiores gerebant, ſed loricas illis ademit, & pro clypeis ſcuta dedit. Quum autem ex his etiam eos qui annum ætatis quadrageſimum quintum excedebant, ab illis qui ætate militari erant, ſeparaſſet, decem centurias iuniorum fecit qui bella foris pro patria gererent, & decem ſeniorum quibus vrbis cuſtodiam andauit: atque hæc erat ſecunda claſſis. eique in prælíis dabatur ſecundus locus, poſt eos qui in prima acie pu-
E gnabant. Tertiam verò claſſem confecit ex reliquis, quorum cenſus erat minor ſepties mille & quingentis drachmis, non minor tamen minis quinquaginta. Horum autem armaturam imminuit non ſolùm loricis, vt ſecundæ claſſi fecit, ſed etiam ocreis ademptis: & hos quoque in viginti centurias diſtinxit, & eodem modo quo ſuperiores, pro vnius cuiuſque ætate diuiſit, decem centurias iunioribus, & totidem ſenioribus aſſignās. Harū autem centuriarū locus & ſtatio in acie erat poſt ſecūdam claſſem proxima. Quū itē detraxiſſet ex reliquis eos quorū cēſus erat minor quinq; millibus drachmarū, & qui vſque ad viginti minas perueniebat, quartā fecit claſſem. Diſtinxit autē hanc quoque in viginti centurias, & decē fecit eorum qui ætate erāt florente, & totidem eorū qui iam ætate erant prouectiore, eóſque eodē modo quo & ſuperiores diſtinxit. Arma autē illius imperauit ſcuta, enſes haſtas & locū in acie po-

ſtremum illos habere iuſſit. In quintam claſſem reiecti ſunt quorum facultates cenſebantur intra viginti & quinque minas, vſque ad duodecim cum dimidia, & in triginta centurias hos diuiſit. Atque hæ quoque pro cuiuſque ætate diuiſæ fuerunt, in quindecim centurias ſeniorũ, & totidem iuniorum: his imperauit vt cum miſſilibus, & fundis extra ordines militarẽt. Quatuor autẽ centurias penitus inermes, armatos milites ſequi iuſſit. Ex iſtis autẽ quatuor centuriis duæ erant fabrorum ferrariorum ac lignariorũ, quibus mandatũ erat vt arma & machinas, & res alias ad vſus bellicos neceſſarias fabricarent: reliquæ duæ erant tubicinũ & cornicinũ, & aliorũ qui aliis quibuſdam inſtrumentis in bello claſſicũ canerent. Opifices verò ſecundæ claſſis hominibus additi fuerunt pro cuiuſque ætate diſtributi, ita vt duarũ centuriarũ vna ſeniores, altera iuniores ſequeretur. Tubicines & cornicines in quarta claſſe collocati ſunt, atque hi quoque in duas centurias diuiſi erant: vnam, ſeniorum: alterã, iuniorũ: & præfecti ſunt illis cẽturiones lecti, quorũ virtus bellica omnibus erat ſpectatiſſima atque hi ſuas quique centurias imperatis obtẽperantes reddebant. Hoc igitur modo exercitũ pedeſtrẽ, qui cõſtabat ex legionariis & leuis armaturæ militibus inſtruxit. Equitũ verò delectũ habuit ex illis, quorum maximus erat cenſus, quique genere illuſtri erant. Eos autem diuiſit in decẽ & octo centurias, eóſque primis illis octoginta legionariorum centuriis adiunxit. Habebãt autẽ hi quoque centuriones viros illuſtriſſimos. Reliquos verò ciues, quorum cenſus erat minor duodecim minis cum dimidia, & qui numero aliis ſuperiores erant, omnes in vnã centuriam contulit, & militiæ atque omniũ tributorum immunes fecit. Fuerunt igitur ſex claſſes, vt Romani vocant, vocabuli appellatione à Græco deducta. Verbũ enim quod nos per imperãdi modũ formatum efferimus, κάλει, illi hoc exprimunt per verbum cala, quinetiam olim pro κλήσεις dicebant καλήσεις. Centuriæ verò, quas iſtæ claſſes continebant, erãt centũ & nonaginta & tres, atque prima quidẽ claſſis continebat vnà cum ipſis equitibus nonaginta octo centurias: ſecunda, viginti & duas cum ipſis opificibus: tertia viginti & duas cum ipſis tubicinibus & cornicinibus: *quarta viginti*: quinta verò, triginta: ſexta ac poſtrema claſſis vnicam egenorum centuriam continebat. His ita ordinatis, militum delectus pro centuriatum diſcrimine habebat, & tributa pro cuiuſque cenſu imperabat. Quoties enim illi opus fuiſſet decem vel viginti militũ millibus ſi ita res tuliſſet, diuiſo populo in centum nonaginta tres centurias, earum vnam quamque iubebat militum numerum pro rata parte ſuppeditare: ſumptus verò faciendos in commeatus militum & alios bellicos vſus, ipſe metiebatur, & prout opus erat, eodem modo diuidens populum in centum nonaginta tres centurias, vnicuique imperabat; vt pro cenſu facultatum ſuarum pecuniæ ſumma, quæ ipſi obtigiſſet, pro rata portione conferret. Ita factum eſt vt illi quorum maximus eſſet cenſus, quòd pauciores eſſent, & in plures centurias eſſent diuiſi, ſæpius militarent, ſine vlla quiete & intermiſſione, & pecuniæ maiorem ſummam quàm alij conferrent. Illi verò qui exiguas ac modicas opes poſſiderent, quique iis inferiores eſſent numero viginti centuriarum, rarò & per vices militarent, & exigua penderent tributa. Illi verò, quorum cenſus erat minor quàm vt eo ſe ſuſtentare poſſent, omnium negotiorum ac moleſtiarum eſſent immunes. Nihil autem horum ſine cauſa faciebat: ſed perſuaſum habens omnibus hominibus bellorum præmia eſſe ipſas pecunias & pro his conſeruandis omnes quoſuis perpeti labores: idcirco æquum eſſe cenſebat, vt qui pro maioribus præmiis pericula ſubirent, illi etiam & corpore & pecuniis maiora mala experirentur: qui verò pro minoribus, vtroque nomine illis minus moleſtiarum exhiberetur, quibus verò nullũ iacturæ periculum immineret, nihil etiam incommodi paterentur, immunes tributorum ob rerum inopiam: nondũ enim Romani militaria ſtipendia ex ærario accipiebãt: ſed ſuis priuatis ſumptibus militabãt. Exiſtimabat autem non oportere eos pecunias conferre, qui vnde illas conferrent nõ haberent, quique rerum ad victum quotidianum neceſſariarũ inopia laborarẽt, nec vllos, qui nihil contribuerent, ad militiã alienis ſumptibus inſtar mercenariorũ proficiſci debere *iudicabat*. Atque ita toto onere periculorum & ſumptuũ diuitibus impoſito, quum eos id ægrè ferre animaduertiſſet, alia ratione eorum mœrorem conſolatus eſt, & iram leniit, largitus ipſis prærogatiuam poteſtatem, cuius beneficio totius reipub. adminiſtrationem penes ſe habituri erant, pauperibus à reipub. gubernatione repulſis. Hoc autem ita fecit, vt plebs id non animaduerterit. Illa autem prærogatiua poteſtas in ipſis comitiis poſita erat, vbi de rebus omnibus maximi momenti

Militum delectus pro centuriatum diſcrimine habitus, & tributa pro cuiuſque cenſu imperata.

Diuitibus ægrè ferentibus ſibi totum periculorum & ſumptuum onus eſſe impoſitum, qua ratione mœrorem eorum ſolatus ſit Tullius.

menti populus decernebat. Dixi autem etiam antè, iam olim ex priſcis legibus hæc
tria maxima & maximè neceſſaria penes populum fuiſſe, *nimirum* ius magiſtratum
tam domi quàm militiæ creandi, & leges confirmandi & abrogandi, & pacem bel-
lúmque decernendi. Quoties autem *antè* de his rebus ab eo diſceptabatur & conſul-
tabatur, eius ſuffragia curiatim colligebantur, & pauperrimi quique tantum pote-
rant ſuffragiis quantum ij quorum ampliſſimæ erant facultates. Quum autem pau-
ci eſſent diuites (vt veriſimile eſt,) pauperes in ſuffragiis ferendis, quòd numero illos
longè ſuperarent, vincebant. Tullius hac re cognita ad diuites vim ſuffragiorum
transtulit. Quoties enim magiſtratus creare, aut de lege cognoſcere, aut bellũ ali-
A cui inferre volebat, pro curiatis comitiis centuriata indicebat. Vocabat autem pri-
mas & ante alias ad ſuffragia ferenda, primæ claſſis centurias, quarum maximus erat
cenſus, inter quas erant decem & octo equitum, & peditum octoginta cẽturiæ. Hæ,
quia tribus centuriis plures erant quàm reliquæ, ſi idem ſenſiſſent, omnes alias vin-
cebant, atque ita ſuffragiis ferendis finis imponebatur. Niſi verò hæ omnes conſen-
ſiſſent, tunc vocabat viginti & duas centurias ſecundæ claſſis, quarũ nomina in ta-
bulis erant ſcripta. Diſtributis verò tunc etiam ſuffragiis tertiæ claſſis cẽturias voca-
bat, & quarto loco quartæ claſſis centurias. Hæc autem faciebat, donec eſſent centu-
riæ nonaginta & ſex quæ pari eſſent ſuffragio. Quòd ſi ne tunc quidem quũ quinta
claſſis ad ſuffragia ferenda iam fuerat vocata id fieri potuiſſet, ſed ſuffragia centũ &
B nonaginta duarum centuriarum diuiſa pari numero fuiſſent, tunc poſtremam cen-
turiam vocabat, quæ continebat multitudinem ciuium egenorum, qui propterea o-
mnis militiæ & tributi immunes erãt: vtri verò parti hæc cẽturia ſe adiũxiſſet, ea vin-
cebat. Hoc verò rarum erat & vix vlla ratione fieri poterat. Plerunque enim prima
vocatione res abſoluebatur, rarò autem vſque ad quartã veniebatur. Quinta verò vo-
catio & ſexta erant ſuperfluæ. Hoc autem inſtituto, & tanta prærogatiua poteſtate
in diuitum gratiam conſtitura: tamen (vt dixi) ita plebẽ eluſit vt fraudem non agno-
ſceret, & hoc pacto pauperes à reipub. adminiſtratione remouit. Omnes enim exi-
ſtimabant ſe in repub. pari eſſe iure, eò quòd viritim in ſuis quique centuriis ſenten-
tias rogarentur: ſed decipiebantur, tum quòd vnum tantùm totius centuriæ ſuffra-
C gium eſſet, ſiue illa paucos ciues, ſiue plurimos contineret: tum etiam quòd illæ cẽ-
turiæ, quarum maximus erat cenſus, & quæ plures quidem erant quàm reliquæ, ſed
tamen hominum numerum minorem habebant, primæ ſuffragia ferrent. Præcipuè
verò, quod omnes pauperes, qui multi erant, vnicum ſuffragium haberent, & po-
ſtremi vocarentur. Hac re fiebat, vt diuites qui magnas faciebant impenſas, &
qui in continuis bellorum periculis verſabantur, id æquiore animo ferrent, quòd
ſummæ rerum præeſſent, & omnem poteſtatem eriperent illis qui idem non face-
rent: pauperes verò qui minimam ciuilium muniorum partem haberent, æquo
ac moderato animo ferrent ſe in his eſſe inferiores diuitibus, vt pote qui & tributo-
rum & militiæ immunes eſſent: ipſa verò reſp. eoſdem haberet, qui & conſultarent
D de iis quæ è re ipſius eſſent, & pericula plura quàm alij ſubirent, & facerent ea
quæ facienda eſſent. Atque præclarus iſte ciuitatis ordo, ac reip. gubernandæ mo-
dus ad multas ætates durauit, & à Romanis conſtanter ſeruatus eſt: ſed noſtra
ætate mutatus eſt, ídque in quoddam genus magis populare, vrgentibus qui-
buſdam grauibus neceſſitatibus, non quòd centuriæ ſublatæ fuerint, ſed quia eo-
rum iudicia priſcam illam & exquiſitam iudicandi rationem amplius non ſeruant,
quemadmodum ego ipſe ſæpe animaduerti, dum illorum comitiis intereſſem.
Sed præſens tempus non poſtulat vt nunc de his agamus. Tunc igitur Tullius
cenſu perfecto, quum iuſſiſſet omnes ciues cum armis adeſſe in campo, omnium
qui ſunt ante vrbem maximo, & equites in turmas digeſſiſſet, & pedites in acie
E collocaſſet, & milites leuis armaturæ in ſuis quoſque ordinibus, illos luſtrauit tau-
ro, ariete, & hirco. Quum autem iuſſiſſet has hoſtias ter circa exercitum cir-
cumagi, Marti illius campi præſidi eas immolauit. Romani autem ad meam vſ-
que ætatem hac luſtratione poſt cenſum perfectum luſtrantur à ſacratiſſimo ma-
giſtratu, eámque luſtrum vocant. Eo autem luſtro cenſa ſunt vniuerſorum ci-
uium octoginta quinque millia trecentis minus, vt in cenſoriis tabulis ſcriptum
reperitur. Idem rex augendo etiam ciuium numero diligentiſſimè proſpexit. rem
enim à nullo regum antea animaduerſam excogitauit. Illi enim exteros quoſuis
recipientes, & iura ciuitatis illis impertientes, ſine vllo natalium aut conditionis

Pro curiatis comitiis centuriata indici cœpta.

Luſtratur à Tullio populus Romanus, cẽſu perfecto.

Tullius quomodo augendo ciuium numero proſpexerit.

diſcrimine, ciuitatem magna hominum frequentia auxerunt: at Tullius, vel ipſos ſeruos qui libertate donabantur, niſi in ſuam patriam redire maluiſſent, in ciuitatem & iuris æquabilitatem recipi iuſſit. Quum enim iſtis quoque permiſiſſet, vt liberè cum cæteris *ingenuis* ſuas fortunas cenſerent, eos diſtribuit in quatuor tribus vrbanas, in quas ad noſtra vſque tempora referri ſolent. Libertorum autem nationem, quantacumque illa eſſet, ad omnia publica munia admiſit, ad quæ reliquis quoque plebeis aditus patet. Patriciis verò id ægrè & moleſtè ferentibus, conuocato ad concionem populo, primùm dixit ſe mirari quòd ipſi hoc ſuum factum iniquo animo ferrent, & putarent ingenuos differre à ſeruis natura, non autem fortuna: deinde quòd eos qui honoribus ſunt digni, non ex moribus, ſed ex fortuna & conditione ſpectandos cenſerent, præſertim quum viderent quàm inſtabilis & mutabilis ſit res, iſta felicitas, & quàm difficile ſit, vel in quantumuis beatis hominibus aſſerere quandiu hæc ipſis ſit duratura: eóſque rogabat vt conſiderarent quot ciuitates tam barbaræ quàm Græcæ, iam ex ſeruitute in libertatem vindicatæ eſſent: & quot ex libertate in ſeruitutem redactæ, & eorum magnam ſtultitiam damnabat, quòd ſeruis quos libertate, vt ea dignos, donaſſent, ciuitatis iura inuiderent: quare illis ſuadebat, vt, ſi improbos eos iudicarent, eos minimè libertate donarent ſin probos, ne eos quamuis eſſent exteri, deſpicerent. Abſurdè enim & imperitè eos facere dicebat, qui exteris quibuſuis iura ciuitatis impertirentur, ſine vllo ipſorum conditionis diſcrimine, neque curioſiùs inquirentes ſiqui de illis manumiſſi eſſent, ſeruos verò ſuos hoc beneficio indignos iudicarent: & dicebat ipſos qui ſe cæteris longè prudentiores putabant, tamen ne ea quidem quæ ante pedes & communia omnibus eſſent videre, quæ vel quiuis maximè hebeti ingenij acie præditus facilè proſpiceret, nimirum, fore vt hoc modo ipſi domini, quum beneficium quod inter homines eſt maximum in quoſlibet conferant, cautiores eſſent ne quos temerè manumitterent, ipſi verò ſerui maiore animi alacritate in ſuorum dominorum commoda & vtilitates incumberent, ſi cognoſcerent ſe libertate dignos iudicatos in ciuitatis fortunatæ & amplæ iura ſtatim receptum iri, ſéque vtrumque hoc beneficium à dominis ſuis accepturos. Poſtremò cœpit de communi vtilitate agere, gnaris quidem in memoriam reuocans, ignaros verò docens nulla alia re æquè ac hominum frequentia opus eſſe illi ciuitati quæ ad imperium aſpirat, & quæ res magnas affectat, quò poſſit perpetuò omnia bella domeſticis armis gerere, néue impenſis in externarum & conductitiarum copiarum ſtipendia pecuniam ærarij exhauriat: & demonſtrabat ſuperiores omnes reges exteris quibuſuis iura ciuitatis propterea dediſſe. Quòd ſi hanc quoque legem reciperent & confirmarent, dicebat fore vt magnus manumiſſorum iuuenum numerus conſcriberetur & in tribus referretur, nec vnquam reſp. domeſticorum armorum inopia laboraret, ſed haberet tantum copiarum quantum ſatis eſſet ad bellum vel cum omnibus mortalibus gerendum, ſi eò neceſſitatis veniret. Sed præter communem omnium vtilitatem, demonſtrabat magna quoque emolumenta ad opulentiſſimos Romanorum ciues redundatura, ſi paterentur libertis aditum ad comitia patere: in comitiis enim & ſuffragiis ferendis aliiſque ciuilibus negotiis, gratiam, qua in his rebus maximè opus eſt ipſis reportaturos, & eos quos manumiſiſſent, poſteris ſuis clientes relicturos. His ab eo dictis, patricij permiſerunt vt iſte mos in rempub. reciperetur, & ad noſtra vſque tempora conſtanter ſeruatus eſt æquè ac vlla ſacroſanctarum legum. Sed quando ad hanc narrationis partem acceſſi, neceſſarium mihi eſſe puto dicere quænam tunc eſſet Romanorum conſuetudo in ſeruitiorum re: ne quis regem, qui primus aggreſſus eſt ſeruos manumiſſos ciuitate donare, néve eos qui hoc inſtitutum receperunt criminetur, quaſi res præclaras & pretioſas temerè abiicerent. Romani igitur modis iuſtiſſimis ſeruos ſibi parabant. aut enim ementes à repub. eos qui ex pręda ſub haſta vēdebantur, aut imperatore permittente militibus vt vnà cum reliqua præda captiuos etiā haberent quos cepiſſent, aut ementes ab aliis qui eodē modo eos ſibi cōparaſſent, ſeruos poſſidebant. Neque rem turpem aut reip. detrimentoſam, ipſe Tullius qui hunc morem inſtituit, neque ij qui eum receperunt & ſeruarunt, putabant ſe facere, ſi illi qui in bello & patria & libertate priuati fuerant, aut ab iis qui primi eos in ſeruitutem redegerant, aut ab iis qui eos ab illis emerant, hoc vtrumque

Liberti à Tullio ad omnia publica munia admiſſi.

A B C D E

Quomodo ſe gererent Romani in iis quæ ad ſeruitia pertinebant.

Serui tribus modis parabantur à Latinis.

denuò ad

denuò ab ipſis dominis, in quorum poteſtate erant, & quibus ſeruiebāt, reciperent. Plurimi autem libertate gratis donabantur ob ſuam virtutem & probitatem. Atque hic erat modus præſtantiſſimus, quo ſerui dominorum poteſtate liberabantur. Pauci verò quidam libertatis pretio perſoluto, ex piis & iuſtis laboribus quæſito *manumittebantur*. Sed noſtra ætate non ita ſe res habet: ſed tanta eſt rerum confuſio, & honeſtas Romanorum in tantam turpitudinem tantáſque ſordes eſt mutata, vt alij ex latrociniis, & parietum perfoſſionibus, & pudicitiæ proſtitutione, & quouis alio improbo facinore quæſtum faciant, & hac pecunia libertatem ſuam redimant, & ſtatim romanā ciuitate donentur: alij verò dominis conſcij & ſocij veneficiorum A & cędium, & ſcelerum vel in deos, vel in rempub. patratorum, hoc beneficio ab illis remunerationis gratia afficiantur: alij verò *manumittantur*, vt frumentum menſtruum publicè acceptum, & ſi quid aliud liberalitate principum in egenos ciues confertur, dent iis à quibus donati ſunt libertate: alij verò ob dominorum lenitatem, & inanis gloriæ ſtudium & cupiditatem. Equidem ſcio quoſdam, qui teſtamento omnes ſuos ſeruos libertate donarunt, vt poſt obitum ſuum probitatis laudem adipiſcerentur, & multi pileati funus ſuum proſequerentur. In qua pompa quidam erant (quemadmodum ab illius rei gnaris audire eſt) malefici, recens è carcere egreſſi, qui ſcelera innumeris ſuppliciis capitalibus digna perpetrarant. Sed hos pileos impuros, multi ex ipſa vrbe ſpectantes ægrè ferunt, & morem illum B damnāt, quòd dedeceat populum rerum dominum, & illum qui ſe † dignum cenſet qui toti terrarum orbi imperet, tales ciues facere. Poſſet autem quis & multas alias *Romanorum* conſuetudines meritò reprehendere, quæ à maioribus bene excogitatæ *& in rempub. introductæ* fuerunt, ſed noſtræ ætatis homines illis abutuntur. Ego verò hanc legem tollendam minimè cenſeo, ne quod grauius malum inde in rempublicam erumpat: verumtamen quantùm fieri poteſt eam corrigendam cenſerem, neque ferendum vt tanta probra & ſordes inexpurgabiles in rempub. inuehantur. Huic autem rei cenſores potiſſimùm, aut certè conſules proſpicere debere exiſtimarem, (opus enim eſt aliquo magiſtratu magna poteſtate prædito) vt eos qui quotannis manumittuntur examinent, quinam ſint, & quare, & quomodo liberta- C te fuerint donati, quemadmodum in equitum, & ſenatorum vitam inquirunt. Deinde quos compererint ciuitate dignos, eorum nomina in tabulas referant, ipſóſque in tribus diſtribuant, & ipſis in vrbe habitare permittant. Sceleſtam verò & impuram multitudinem, ex vrbe, ſpecioſo nomine rei impoſito, aliquò in coloniam ablegent. Quum igitur huius hiſtoriæ argumentum hoc poſtularet, viſum eſt mihi neceſſarium & æquum eſſe, hæc illis dicere qui Romanorum mores reprehendunt.

Tullius autem non in his ſolùm † inſtitutis ſe popularem eſſe demonſtrauit, quibus & ſenatus autoritatem, & patriciorum potentiam imminuere viſus eſt, ſed in iis etiam, quibus regium imperium imminuit, de cuius autoritate ac poteſtate ipſemet dimidium detraxit. Quum enim omnes ſuperiores reges omnium litium iudicia ad D ſe transferri vellent, & de omnibus tam priuatis quàm publicis cauſis arbitratu ſuo cognoſcerent, ille ſeparatis publicis à priuatis, ipſe quidem de criminibus ad rempub. pertinentibus cognoſcebat: priuatorum verò iudices priuatos conſtituit, quibus leges à ſe latas, vt regulas, præſcripſit quas in iudiciis & rebus decidēdis ſequerentur. Quum autem reipublicæ ſtatum optimè compoſuiſſet, ipſum ſubiit deſiderium præclari alicuius facinoris edendi, quo ſui memoriam ad poſteros tranſmitteret. Quum autem attentiùs conſideraret priſcorum regum, & aliorum virorum qui reſpublicas peritè adminiſtrarant monumenta, ex quibus famam & gloriam adepti fuerant, neque ob muros Babylonios, Aſſyriam illam mulierem beatam ducebat, neque Ægypti reges ob pyramides Memphiticas, neque, ſi quod aliud ex- E tabat opus, quod alicuius principis diuitias, & magnum operarum numerum indicare atque oſtentare poſſet: ſed hæc omnia patua, neque diuturna, neque admiratione digna ducebat; & cenſebat eſſe oculorum fraudulentas illecebras, quæ ad nullos humanæ vitæ vſus prodeſſent, vnde nihil præter ſolam conditorum felicitatis prædicationem ſequeretur. Laude verò & æmulatione digna animi opera exiſtimans, vnde plurimi fructum percipiunt, quo diutiſſimè fruuntur, præ cæteris iſtiuſmodi operibus, maximè admiratus eſt inuentum Amphyctionis, filij Hellenis, qui quum videret græcam gentem infirmam eſſe, & facilè à finitimis barbaris deleri poſſe, ipſe eam in id conſilium & conuentum, qui ab illo Amphictyonicus eſt di-

Serui quibus modis libertatem conſequerentur.

Serui nonnulli Dionyſij ætate quàm malis artibus libertatem ſibi pararent.

† *Dionyſ. dicit* ἡγεμόνα τὴν πόλιν καὶ πάντων ἄρχειν ἀξιοῦσαν τόπον, *quæ ſonant* vrbem principatum tenentem, & ſe dignam exiſtimantem quæ omni loco imperet. *Sed* ἡγεμονικὴν πόλιν *interpretari etiam poſſis*, quæ hoc à natura habet vt principatum obtineat. *ſeu etiam reddere poſſis* idoneam ad tenendum principatū: *vel* principatu dignam.

Alia inſtituta in quibus Tullius ſe popularem eſſe oſtendit. † *Intellige autem inſtituta ad rempubl. pertinentia, id eſt, ad commodorū eius amplificationem. Hoc Dionyſius vna voce* πολιτεύματα *hic, vt & alibi dicit.*

ctus, coegit, legéſque tulit, ptæter illas quæ cuique ciuitati propriæ & peculiares
erant, eas quæ omnibus communes eſſent, quas Amphictyonicas vocant, quarum
beneficio in mutua amicitia perpetuò continebantur, & cognationem re potiùs
quàm verbis ſeruabant, & moleſti ac formidabiles barbaris perpetuò erant. Cuius
exemplum ſequuti Iones, qui ſedes tranſtulerunt ex Europa in Cariæ partes mari-
timas, & Dorienſes qui in iiſdem locis vrbes condiderunt, templa communibus
ſumptibus extruxerunt. Iones Epheſi templum Dianæ, Dorienſes, *in vrbe* Triopio
templum Apollinis, quò ſtatis temporibus cum vxoribus & liberis conueniebant,
& ſimul ſacrificia faciebant, & ſimul negotiabantur & mercatus exercebant, &
certamina equeſtria, & gymnica, & muſica faciebant, diíſque donaria communia A
dicabant. Peractis verò ſpectaculis & nundinis aliíſq; feſtis, in quibus omnes omni
humanitatis genere ſe mutuò excipiebant, ſi qua ſimultas inter ciuitates ob ali-
quam offenſam orta fuiſſet, iudices ſedentes de ea cognoſcebant, & de bello con-
tra barbaros gerendo, & de mutua concordia inter ſe conſultabant. Hæc igitur &
his ſimilia exempla ſequutus, ipſe quoque ſummopere in id propenſus erat, vt La-
tinæ gentis ciuitates in vnum corpus contraheret, & eas coniungeret, ne inteſtinis
diſſidiis & bellis debilitatæ, ab accolis barbaris libertate priuarentur. Quare, his a-
pud ſe ſtatutis, optimates ex ſingulis ciuitatibus conuocauit, denuntians illis ſe de
magnis rebus & ad communem vtilitatem pertinentibus velle cum ipſis conſulta-
re, ideóque illos à ſe conuocari. Qui vbi conueniſſent, coacto ſenatu romano, & B

A Tullio commendata concordia.

conuocatis illis qui ex ſingulis ciuitatibus venerant, prolixam orationem habuit,
qua ad concordiam eos adhortabatur, docens quàm præclara res eſſet multas ciui-
tates conſentire & concordes eſſe, & quàm turpis cognatos inter ſe diſſidentes vi-
dere: & demonſtrans concordiam infirmis eſſe potentiæ cauſam, diſcordiam con-
trà vel potentiſſimos quoſque deprimere, & eorum vires debilitare. Hæc autem il-
los docebat, oportere Latinos populis finitimis imperare, & ipſos qui eſſent Græci,
barbaris ius reddere. Romanos verò omnium Latinorum patrocinium ſuſcipere,
quippe qui & vrbis amplitudine, & rerum quas gerebant, magnitudine *cæteris* præ-
ſtarent, & quibus diuina prouidentia magis quàm illis faueret: cuius beneficio ad
tantam gloriam & ſplendorem prouecti eſſent. Atque hac oratione illis perſuaſit C
vt templum cum inuiolabili refugio, impenſis communibus Romæ extruerent, in
quo ſinguli ciuitatum populi congregati, quotannis priuata & publica ſacrificia
facerent, & mercatum exercerent ſtatis temporibus, & ſiqua offenſa *& controuerſia*
inter eos fuiſſet orta, ex his ſacris eam dirimerent, reliquarum ciuitatum arbitrio
controuerſiarum deciſionem permittentes. De his igitur & multis aliis commodis
quæ conſequuturi eſſent, ſi commune conſilium conſtituiſſent diſſerens, omnibus

Dianæ templũ a Tullio extructum in Auentino, Romanorum collium maximo.

qui in eo conceſſu aderant, rem perſuaſit. Itaque poſtea, ex pecuniis quas omnes ci-
uitates contulerunt, extruxit templum Dianæ, quod fundatum eſt in Auentino,
omnium Romanorum collium maximo. Et leges fœderis inter hos populos facti
conſcripſit, alióſque feſti atque mercatus celebrandi ritus conſtituit. Quæ ne ve- D
tuſtate delerentur, æneam columnam fecit, in qua incidit concilij decreta, & no-
mina populorum qui illi conuentui interfuerant. Hæc columna ad meam vſque
ætatem perdurauit, in Dianæ fano erecta, characteres græcarum literarum habens,
quibus olim Græcia vtebatur. Quod ipſum non leue eſt argumentum, quo pro-
bari poteſt, eos qui Romam incoluerunt minimè barbaros fuiſſe. Neque enim, ſi
barbari fuiſſent, literis græcis vſi fuiſſent. Res igitur quas rex iſte domi geſſit, præ-
ter multas alias leuiores & obſcuriores, hæ maximæ & clariſſimæ memorantur.

Bella quæ geſſerit Tullius. Poſt Tarquinij mortem ciuitates quę principatũ illi tradiderãt, in fœdere manere nolunt.

Bellicæ verò res, ſunt eæ quas contra vnam Etruſcorum gentem geſſit, quas
mox dicam. Poſt Tarquinij mortem, ciuitates quæ principatum illi tradiderant,
fœderis conditiones amplius ſeruare nolebant, quia Tullio, cuius natales erant E
obſcuri, parere indignum iudicabant, illúdque diſſidium quod inter patricios &
regem erat, magno ſibi auxilio fore putabant. Initium autem defectionis Veien-
tes fecerunt, & legatis à Tullio miſſis reſponderunt, ſe neque de imperio illi con-
cedendo, neque de amicitia aut ſocietate ineunda quicquam cum illo vnquam
pactos fuiſſe. Horum exemplum ſequuti ſunt Cæretani, & Tarquinienſes: & tan-
dem tota Etruria in armis fuit. Hoc bellum per continuos viginti annos ſine vl-
la intermiſſione geſtum eſt, & vtrique cum ingentibus copiis multas irruptiones
in agrum hoſtilem fecerunt, & ſæpius collatis ſignis pugnarunt. Quum autem in
omnibus

omnibus prælíis, & cùm ſingulis ciuitatibus, & cum tota gente commiſſis, Tullius rem feliciter geſſiſſet, & tribus clariſſimis triumphis ornatus fuiſſet, tandem, eos qui imperium detrectabant, ſponte frænum recipere coegit. Vigeſimo autem anno, denuò duodecim ciuitates in totius gentis concilio, viris & pecuniis bello conſumptis, decreuerunt ad populum romanum principatum deferre, iis conditionibus quibus iam antè id decreuerant. Quare ex ſingulis ciuitatibus ſupplices venerunt qui ad id munus fuerant delecti, vt vrbes Tullio dederent, & cum orarent ne quid grauius in ſe ſtatueret. At Tullius ipſos ob ſuam dementiam & contemptionem deorum quos fœderum teſtes & ſponſores fecerant, &
A tamen pacta violarant, multis & grauibus ſuppliciis dignos eſſe reſpondit: dixit tamen Romanos clementer & moderatè cum illis in præſentia acturos, quòd agnita iniuria quam fecerant, & ſcelere quod patrarant, cum corollis, *infulis*, & cæteris ſupplicum inſignibus iram deprecaturi veniſſent. His dictis, bellum contra ipſos ſuſceptum depoſuit, *pacémque ipſis dedit*, & cæteris quidem ciuitatibus, facilè oblitus iræ omniúmque iniuriarum antè acceptarum, permiſit vt liberæ viuerent, quemadmodum antè, vtque ſuis rebus fruerentur, ſeruantes conditiones fœderis à rege Tarquinio præſcriptas. Tres verò ciuitates, ex illis quæ primæ in Romanos inſurrexerant, quæque alias ad bellum illis inferendum impulerant, Cæretanos, Tarquinienſes, & Veientes, agro adempto mulctauit, quem
B diuiſit iis qui nouiſſimè in ciuitatem romanam recepti fuerant. QVVM igitur hæc domi militiæque geſſiſſet, & duo templa fortunæ extruxiſſet, quòd ea ſecunda toto vitæ tempore vſus videretur, alterum quidem in foro boario, alterum verò ad ripam Tiberis, *vtrumque dicatum Fortunæ*, quam virilem appellauit, (vt nunc etiam à Romanis nuncupatur), quúmque iam eſſet ætate prouectiore, nec à naturali vitæ termino longè abeſſet, Tarquinij generi, & filiæ ſuæ inſidiis ſublatus periit. Narrabo autem & ipſum inſidiarum modum re paulò altiùs repetita. Tullius duas filias ex vxore Tarquinia ſuſceperat, quam ei rex Tarquinius in matrimonium dederat. Has puellas iam nubiles dedit vxores conſobrinis, Tarquinij nepotibus, cum maiori natu maiorem, cum minori minorem coniungens, quòd
C exiſtimaret fore vt hoc pacto meliùs illæ maritis conuenirent, *& cum illis concordiam alerent.* Sed vtrique genero fortè contigit, vt vxorem moribus ſuis penitus diſſimilem haberet matrimonio iunctam: Lucio enim, qui natu erat maior, quíque erat homo audax & arrogans, & ingenio tyrannico præditus, vxor proba, & modeſta, atque patris amans data eſt. Arunti verò iuniori, qui erat longè manſuetior, & æquiore ingenio præditus, vxor erat ſceleſta, & quæ patrem odio proſequebatur, & quodlibet facinus audebat.

Tullius Tarquinij generi & filiæ ſuæ inſidiis è medio tollitur.

Tullij filiæ maritos ingeniis inter ſe omnino diuerſis & quæ ſuis contraria ſunt præditos habent.

Accidit autem † vt vterque maritus ad innatos mores ferretur, ſed ab vxore in contrarios traduceretur. Alter enim qui improbus erat, quum cuperet ſocerum regno expellere, & omnia contra ipſum moliretur, ab vxore precibus & lacrymis à ſententia deducebatur *ac reti-*
D *nebatur*: alter verò, qui erat ingenio miti, quum nihil in ſocerum delinquendum, ſed expectandum cenſeret donec ipſa natura ex hac vita ipſum educeret, quúmque non ſineret fratrem facinora ſceleſta patrare, ab vxore impia in contraria traducebatur: hæc enim ipſum monebat, & conuicia ei dicebat, & ignauiam exprobrabat. Sed quum neque quidquam proficerent preces vxoris modeſtæ, quæ optimum conſilium viro ſceleſto dabat, neque adhortationes impuræ illius quæ ad impia facinora virum, ſua natura minimè malum adhortabatur, ſed vterque ad ſuum ingenium ferretur, & moleſtè ferret diſſentientem coniugem, altera quidem ſuam ſortem deflebat, eámque iniquo animo ferebat: altera verò, quæ ad quoduis facinus parata erat, indignabatur, & quærebat modum quo ſe à moleſto
E marito liberaret. Tandem verò mulier natura peruerſa, furiis ad deſperationem acta, & rata ſuis moribus ſororis maritum maximè conuenire, eum acceſſit quaſi de re aliqua valde neceſſaria cum eo eſſet actura. Quum autem ille veniſſet, omnibus qui domi erant, recedere iuſſis, vt ſola cum ſolo colloqueretur, An, inquit,
» Tarquinij, liberè & ſine periculo mihi licet dicere quæcunque ſentio de commu-
» ni noſtrûm vtilitate? continebiſne quæ audieris? an tacere mihi eſt ſatius, neque in
» medium proferre conſilia arcana? Quum autem Tarquinius iuſſiſſet eam dicere quicquid vellet, & pollicitus fuiſſet ſe, iureiurando, quodcunque illa voluiſſet, adhibito, rem optima fide ſilentio ſuppreſſurum, illa ita demum, omni pudore

† *Sic etiam Gel. interp.* Vterque maritus cum innatos ſequeretur mores, ab vxore traducebatur in contrarios. *Sed tamen Dionyſ. de contrariis moribus nō loquitur, quum non dicat, ἐπὶ τὰ ἐναντία, (quod referretur ad φύσιν,) ſed ἐπὶ τἀναντία*, id eſt, ad ea quæ eius naturæ contraria erant.

Oratio Tulliæ alterius ad alterum ex Tarquiniis ſororis maritum, qua eum ad regnũ occupandum hortatur.

depoſitò, cum eſt alloquuta hoc modo, Qvovsqve, Tarquini te regno ſpoliatum pati apud te ſtatuiſti? An ex maioribus humilibus & obſcuris es ortus, & propterea de te ipſe magnificè ſentire non vis? atqui omnibus notum eſt priſcos noſtros maiores, qui erant Græci, & ab illo felici Hercule oriundi, multas ætates, quemadmodum audio, apud Corinthios ſummum imperium habuiſſe, Tarquinio verò auo tuo, qui ex Etruria ſedes huc tranſtulit, accidiſſe vt huius vrbis regno ob virtutem ſuam potiretur, cuius non ſolùm bona, ſed etiam regnum ad te iure hereditario pertinet, quum ſis nepotum eius alter grandior natu. An fortè ob imbecillitatem & deformitatem tibi eſt corpus parum idoneum ad omnia regia munia obeunda? Atqui adſunt tibi vires ſatis firmæ, quales eſſe ſolent virorum A qui natalibus ſunt clariſſimis, adeſt & forma regio genere digna. An verò neutrum quidem horum tibi deeſt, ſed iuuentus adhuc infirma, & à rectis conſiliis adhuc longè remota, impedit te quominus ad reipublicæ adminiſtrationem accedere velis, quum non longè abſis à quinquageſimo ætatis anno? At homines qui hanc ætatem ſunt ingreſſi, prudentia quammaximè ſolent valere. An eius qui rerum potitur, nobilitas, & gratia qua pollet apud optimates, qua fit vt non tam facilè iniuriæ aduerſariorum ſit obnoxius, te hæc perferre cogit? atqui hoc vtrunque non eſt admodum firmum illi præſidium, quod ne ipſe quidem ignorat. Sed & audacia & periculorum contemptio tuis moribus ineſt, quibus maximè opus eſt ei, qui eſt regnaturus. Sunt præterea tibi ſatis amplæ opes, & amici multi, & multa alia eáque magna ad rem aggrediendam adminicula. B Quid igitur adhuc cunctaris, & expectas occaſionem quæ ſe tibi vltrò offerat, tibíque nihil prorſus tentanti, quò voti fias compos, regnum afferat? an fortè poſt Tullij obitum? quaſi verò fortuna humanas cunctationes expectet, aut natura noſtra, pro cuiuſque ætate, ita etiam finem vitæ imponat, non autem finis omnium rerum humanarum incertus ſit, omnémque coniecturam effugiat. Liberè tamen dicam, licet me voces audacem, id quod mihi videtur in cauſa eſſe cur tu ab omni ambitione abhorreas, & cur gloriæ minimè ſis cupidus. Habes vxorem moribus tuis prorſus diſſimilem, quæ te ſuis illecebris & incantationibus effœminauit, & tandem per imprudentiam ex viro ad nihilum ab ea redigeris, quemadmodum mihi C quoque eſt maritus timidiſſimus, & qui nihil virile habet, qui me ampla fortuna dignam deprimit, & me egregia forma præditam tabefacit. Quòd ſi tibi contigiſſet vt me vxorem duceres, & mihi vt te maritum haberem, certè priuati tandiu non vixiſſemus. Quin igitur fortunæ erratum nos ipſi corrigimus permutato coniugio, & tu vxorem tuam de medio tollis? Ego enim mox eodem modo maritum meum tractabo. Quum verò his extinctis coniuncti fuerimus, tunc tutò de reliquis conſultabimus, è medio ſublatis obſtaculis quæ nobis ſunt moleſta. Etenim ſi quis aliis in rebus iniuſtè ſe gerere veretur, ei ſaltem regni cauſa quiduis eſt audendum. Hæc dicente Tullia, Tarquinius libenter conditiones illas accepit, & ſtatim data illi fide, & nefariarum nuptiarum primitiis acceptis, & re D tranſacta abiit. Non multo autem poſt, morbo eodem & maior Tullij filia, & Tarquinius minor obierunt.

Fabij in ſupputatione temporum negligentia reprehenditur.

Atque hoc loco rurſus cogor Fabij mentionem facere, & eius negligentiam in temporum ſupputatione redarguere. Quum enim ad eam ſuæ hiſtoriæ partem venit vbi deſcribit Aruntis interitum, non ſemel tantùm peccat (quod & antè dixi,) quòd ſcribat Aruntem Tarquinij filium eſſe: ſed etiam iterum, quia ait illum defunctum à matre Tanaquile ſepultum fuiſſe, quæ vt illis temporibus adhuc fuerit ſuperſtes, nullo modo fieri poteſt. In principio enim demonſtratum eſt, Tanaquilem ſeptuageſimum & quintum ætatis annum habuiſſe, quando rex Tarquinius obiit: additis verò ad illos ſeptuaginta & quinque annos aliis quadraginta annis (in annalibus enim quadrageſimo anno re- E gni Tullij Aruntem obiiſſe accepimus) Tanaquil eſſet annorum centum, & quindecim. Adeò parum laboris hic ſcriptor in ſuis hiſtoriis ad exquirendam rerum veritatem impendit. Poſtea Tarquinius, nulla ampliùs interpoſita mora, Tulliam, neque patre nuptias eius confirmante, neque matre eas approbante, ſed ipſa ſola id volente, vxorem duxit. Quum autem hæc duo ingenia nefaria, & ad hominum cædes nata, iuncta fuiſſent, regno Tullium expellere, niſi ſponte imperio vellet cedere, ſuis artibus conabantur, ſodalitates contrahentes, & patricios, qui alienum animum à rege habebant, & qui popularem ſtatum oderant, ſolicitantes,

ſolicitantes, & de plebe egentiſſimos quoſque, qui iuſtitiam nullo modo cura-
bant, pecuniis ementes, atque adeò nihil horum clàm facientes, Tullius hæc cer-
nens, moleſtè quidem ferebat, & ſibi timebat, ne quid mali præuentus pateretur:
ſed hoc illum potiſſimùm angebat, ſi cum filia & genero bellum gerere & pœnas
tanquam ab hoſtibus repetere cogeretur. Et ſæpius præſentibus amicis Tarqui-
nium in colloquium vocauit: cúmque modò incuſabat, modò monebat, modò
etiam hortabatur ne quid amplius in ſe delinqueret: ſed quum ille mentem ad eius
verba non aduerteret, ſed diceret ſe in ſenatu cauſam ſuam acturum, & ipſi iura ſua
» ibi declaraturum, Tullius coacto ſenatu, PATRES conſcripti (inquit) manifeſtò
A cóperi Tarquinium ſodalitates contrahere contra me, & conari me regno pellere.
» Volo igitur præſentibus vobis omnibus ſcire ob quam iniuriam priuatim acceptam,
» aut qua in re à me rempublicam iniuria affectam cernens hæc mihi machinetur.
» Reſponde igitur Tarquini, nihil diſſimulans, quam ob rem me accuſes, quando-
» quidem ab iſtis te audiri voluiſti. Reſpondit ei Tarquinius, PAVCA, eáque
» iuſta, ò Tulli, ſum dicturus, & propterea hæc coram his declarare volui. Tar-
» quinius auus meus Romanorum imperium adeptus eſt, & multa magnáque peri-
» cula *& labores* pro eo ſubiit. Illo mortuo ego ſum ſucceſſor, ex communibus om-
» nium tam Græcorum quàm barbarorum legibus, & me quoque, vt & cæteros ho-
» mines ad quos auita bona iure hereditario veniunt, non ſolùm pecuniarum, ſed
B & regni ipſius heredem eſſe conuenit. Tu verò bona quidem ab eo relicta mihi
» tradidiſti, ſed regno me priuas, idque contra fas & ius occupatum iam tot annos
» retines. Neque enim interreges te crearunt, neque ſenatus de te tulit ſuffragium,
» neque legitimis comitiis hanc poteſtatem es adeptus, quemadmodum auus meus
» & omnes reges qui ante ipſum regnarunt: ſed mercede conducta, modíſque om-
» nibus corrupta vagorum, inopum, damnatorum & obæratorum hominum multi-
» tudine, quæ omnem bonam exiſtimationem amiſerat, & rempublicam nihil cu-
» rabat, ac ne tunc quidem profeſſus te tibi ipſi principatum quærere, ſed ſimulans
» te nobis pupillis & infantibus eum ſeruare, ad reipublicæ adminiſtrationem ac-
» ceſſiſti, & omnibus audientibus pollicitus es, quum nos ad virilem ætatem per-
C ueniſſemus, te mihi natu grandiori regnum traditurum. Debueras igitur, ſi viri
» iuſti officium facere voluiſſes, quum mihi bona auita dediſti, vnà cum bonis re-
» gnum etiam reddere, ſequutus exempla honeſtorum & bonorum tutorum qui in
» tutelæ adminiſtratione fideliter ſe geſſerũt, & regios filios eóſque pupillos ſibi tra-
» ditos acceperunt: deinde illis, quum ad ætatem virilem iam perueniſſent, paterna
» & auita regna rectè ac iuſtè reſtituerunt. Quòd ſi nondum tibi ſatis ſapere, ſed ad-
» huc ob ætatem tenellam ad tantæ reipublicæ adminiſtrationem minimè idoneus
» videbar, ſaltem quando adeptus ſum præſtantiſſimum corporis robur & pruden-
» tiæ vires, mihi iam tricenario cum filia tua nupta, oportebat te etiam reipublicæ
» gubernacula tradere. Ea enim ætate tu quoque noſtræ familiæ tutelam ſuſcepi-
D ſti, & regni curam gerere cœpiſti. Quod ſi feciſſes, primùm quidem id lucri fe-
» ciſſes, quòd viri pij & iuſti laudem ferres: deinde mihi conſuleres, atque omnium
» honorum particeps eſſes, & viri, & de nobis optimè meriti, & parentis; & ſerua-
» toris, aliáſque appellationes honoratiſſimas; quæ ab hominibus pro egregiis me-
» ritis tribui ſolent, audires, neque iam per quadraginta quatuor annos meo re-
» gno me priuares, præſertim quum neque corpore ſim mutilo, neque ingenio fa-
» tuo. Et audes me interrogare qua iniuria accepta te inimicum meum ducam, &
» cur te accuſem? Imò verò tu ipſe, Tulli, reſponde mihi quánam de cauſa me indi-
» gnum eſſe putas, qui honorum auitorum ſim heres, & quamnam adeò ſpecioſam
» cauſam, cur regno me priuares, te inueniſſe ſimulas? Vtrum quod exiſtimares
E me illius germanam prolem non eſſe, ſed aliquem ſuppoſititium & nothum? Cur
» igitur eius qui à genere illo erat alienus tutelam geſſiſti; eíque quum ætatem vi-
» rilem iam eſſet ingreſſus, bona reſtituiſti? ſed quid? an quòd putares me pupil-
» lum eſſe, nec rempublicam adminiſtrare poſſe, qui non longè abſum à quinqua-
» geſimo anno? Miſſam igitur facias iſtam ſimulationem impudentium interroga-
» tionum, & iam tandem improbus eſſe deſinas, & ſi quod ius habes quo te tueri
» poſſis, aduerſus obiecta crimina paratus ſum rem horum iudicio permittere, qui-
» bus viris alios meliores in tota vrbe nominare non poſſes. Quòd ſi hinc te proti-
» piens (vt ſemper facere conſueuiſti) ad turbam, quam tibi variis modis obſtrin-

Tullii oratiuncula ad ſenatũ, qua de Tarquinio conante illum regno expellere cõqueritur.

Tullio reſpõdet Tarquinius.

xiſti, confugias, hoc non patiar. Nam paratus ſum vel ad iure tecum diſceptandum, vel, ſi tibi hoc perſuadere non poſſim, ad id quod iuſtum erit, faciendum. Quum autem ille dicendi finem feciſſet, Tullius orationem eius excipiens, ita eſt loquutus,

Tullij oratio altera ad ſenatum aduerſus eam quam reſpondens Tarquinius habebat.

QVÆVIS vel incredibilia, patres conſcripti, (vt ſatis conſtat) homini ſunt expectanda, & nihil abſurdum eſt exiſtimandum, quando me quoque iſte Tarquinius regno pellere paratus eſt: quem ego infantem acceptum, & inimicorum inſidiis appetitum ſeruaui, & educaui, & virilem ætatem ingreſſum, mihi generum dignatus ſum facere, &, ſi quid humanitus mihi accidiſſet, rerum mearum heredem eram relicturus: ſed quando omnia mihi præter expectationem meam acciderunt, & quaſi iniuriam feciſſem accuſor, meum infortunium A
aliàs deplorabo: nunc de meo iure cum illo agam. Ego, Tarquinij, quum infantes relicti fuiſſetis, veſtri tutelam ſuſcepi, non ſponte, ſed ipſa rerum neceſſitate coactus, poſtquam qui regnum ſibi vendicabant, palam veſtrum auum interfecerunt: nobis verò & reliquis eius cognatis clandeſtinas inſidias ſtruere dicebantur, & omnes, qui vobis neceſſitudine ſunt coniuncti hoc fatentur, ſi illi regno potiti fuiſſent, eos ne ſtirpem quidem generis Tarquinij relicturos fuiſſe. Nullus autem erat qui vos curaret aut cuſtodiret, præter mulierem, auiam ſcilicet, quæ & ipſa ob ſenium aliis curatoribus egebat: ſed ego ſolus ſupereram qui ſolitudinis veſtræ familiæ eſſem cuſtos, quem iam alienum, & hominem vobis nulla neceſſitudine coniunctum vocas. Ego tamen huius reipublicæ adminiſtrationi præfectus, eos B
qui auum veſtrum interfecerunt vltus ſum, & vos vſque ad virilem ætatem eduxi, & quia nulla virilis proles mihi erat, vos rerum mearum dominos facere decreueram. Habes, Tarquini, tutelæ à me adminiſtratæ rationes: neque me horum quidquam comminiſci poteris dicere. De regno autem (quia mihi hoc crimen obiicis) audi quomodo eo ſim potitus, & quibus de cauſis eo neque vobis, neque alij cuipiam cedam. Quo tempore reipublicæ curam ſuſcepi, quum inſidias quaſdam mihi ſtrui præſenſiſſem, rerum adminiſtrationem populo tradere volui, & ad concionem conuocatis omnibus, imperium ipſis reſtituere paratus eram, cum hoc principatu inuidioſo, & plus moleſtiarum quàm voluptatum habente, quietem periculis carentem commutaturus. Sed Romani non ſunt paſſi me facere quæ C
volebam: nec alium quempiam reipublicæ principem creare voluerunt, ſed me retinuerunt, & latis ſuffragiis regnum, rem ſui, non veſtri iuris ac dominij, ô Tarquini, mihi tradiderunt, quemadmodum & auum veſtrum, qui peregrinus, & nulla neceſſitudine ſuperiori regi coniunctus erat, ad reipublicæ gubernacula prouexerunt: & tamen Ancus Marcius rex filios mares, ætate florentes, reliquerat, non nepotes & infantes, quemadmodum Tarquinius vos *reliquit*. Quòd ſi communis omnium lex eſſet, vt qui in defunctorum regum familiam & bona ſuccedunt, cum his etiam eorum regnum accipiant, certè Tarquinius auus veſter principatum non obtinuiſſet poſt Anci obitum, ſed alter illius filius natu maior. Verùm, populus romanus non patris ſucceſſorem, ſed eum qui regno D
eſſet dignus ad rerum adminiſtrationem vocauit. Exiſtimabat enim bona quidem pertinere ad eos qui ea quæſiſſent, at regnum ad eos qui ſuo iudicio probati fuiſſent: & *putabat* æquum eſſe, vt hæc quidem, ſi quid humanitus eorum dominis accidat, proximi agnati vel heredes ex teſtamento inſtituti habeant: at regnum, quum obierunt ij qui id acceperunt, redeat ad eos qui id tradiderunt: niſi fortè huiuſmodi aliquam rationem afferas qua tuum ius tuearis, ſcilicet veſtrum auum certis conditionibus regnum accepiſſe, ita vt ipſe eo nunquam poſſet priuari: & vobis ſuis nepotibus id reliquiſſe, nec populo liberum fuiſſe id vobis ablatum mihi tradere. Si quid enim huiuſmodi potes dicere, quin profers in medium iſtas pactiones? ſed reuera non poſſes. Quòd ſi ego non legitimis artibus id ſum ade- E
ptus, quemadmodum dicis, ab interregibus minimè creatus, neque à ſenatu mihi traditis rerum gubernaculis, neque cæteris rebus legitimè peractis, certè his tantùm iniuriam facio, at non tibi: & æquum eſt vt regno ab iſtis priuer, non abs te. Sed neque iſtos, neque alium quempiam iniuria afficio. Quòd autem & tunc hæc poteſtas mihi iuſtè data fuerit, & nunc quoque *iuſtè* eam habeam, ipſa temporis longitudo fidem facit. Quum enim regnarim iam per quadraginta annos, nullus ciuis romanus vnquam me iniuriam facere exiſtimauit, neque ſenatus, neque

» tus, neque populus me regno pellere eſt aggreſſus. Sed vt hæc omittam, & ad
» tua verba reſpondeam, ſi te aui depoſito fraudaui, & contra omnia humana iura
» regnum tuum occupaui, oportebat te adire eos qui mihi eam poteſtatem tradi-
» derunt, atque ita indignari, & me accuſate, quòd ea quæ minimè ad me perti-
» nent retinerem, & eos qui mihi dederunt ea, quòd res alienas mihi eſſent largiti,
» *obiurgare*: facilè enim illis rem perſuaſiſſes, ſi quid iuris pro te afferre potuiſſes.
» Quòd ſi huic rationi non fidebas, & rempublicam iniuſtè à me regi, & te magis i-
» doneum eſſe, qui reipublicæ curam gereres, exiſtimabas, debueras hæc facere:
» inquirere diligenter in mea delicta, & præclara tua facinora recenſere, ac ita de-
A mum me in ius vocare, vt tecum iure diſceptarem. At neutrum horum feciſti:
» ſed tanto poſt tempore, quaſi ex diuturna crapula experectus, me accuſaturus
» huc veniſti: & ne nunc quidem vbi oportuit: neque enim hîc te iſta dicere decet.
» Sed, patres conſcripti, ne quæſo mihi hæc dicenti ſuccenſeatis: neque enim hæc
» ea mente dico vt cognitionem noſtræ cauſæ vobis eripiam: ſed vt huius calum-
» nias vobis oſtendam, ac eas refellam. Debueras enim me præmonere vt popu-
» lum ad concionem conuocarem, atque ibi me accuſare. Verùm, quando tu hoc
» refugiſti, ego tua cauſa hoc faciam & conuocato populo, eum iudicem faciam
» criminum quæ tu mihi obiicis, & denuo illi permittam vt hac de re cognoſcat,
» vter noſtrum regno ſit dignior: & quod hi omnes me facere decreuerint, faciam.
B Atque his ſatis reſponſum. Quoties enim res alicui eſt cum iniquis aduerſariis,
» ſiue multas, ſiue paucas rationes ad ſui iuris defenſionem afferat, idem eſt. Eo
» enim ſunt ingenio vt eos qui ſuadent ipſis vt viri ſint frugi, ferre nequeant. De-
» miror autem, patres conſcripti, ſi qui veſtrûm ſunt qui velint me regno pellere,
» & cum iſto aduerſus me conſpirarint. Libenter enim ex illis quærerem ob quam
» iniuriam acceptam mihi bellum faciant, & quod meum facinus moleſtè feren-
» tes, mihi ſint infenſi. Vtrum, quòd multos ſciant me regnante, cauſa indicta,
» perditos, aut aliquo alio iniquo iudicio miſerè condemnatos? an verò nullum
» quidem huiuſmodi tyrannicum ſcelus à me patratum dicere poſſunt: ſed illuſam
» matronarum pudicitiam, aut contumelioſè conſtupratas virgines, aut aliquod
C aliud flagitium intemperanter in hominem liberum à me admiſſum ſciunt? Æ-
» quum enim eſt, ſi quid tale patrarim, vt regno vnà cum ipſa vita priuer. Sed
» fortaſſe (vt ita dicam) nimium ſum ſuperbus, & ob grauitatem omnibus odioſus
» & ob inſignem arrogantiam, qua vtor in regno, nemo me ferre poteſt: at quis
» ſuperiorum regum adeò moderatè in ea poteſtate perpetuò ſe geſſit, & adeò hu-
» manus erga omnes ciues fuit, eos, ceu pater mitis filios ſuos, tractans? Quan-
» doquidem ego poteſtatem quam mihi dediſtis, & quam à maioribus veſtris per
» ſucceſſionem acceptam ſeruatis, integram mihi retinere nolui, ſed legibus la-
» tis de rebus præcipuis, *& maximi momenti*, quas vos omnes ratas feciſtis, permi-
» ſi vobis vt ex illarum præſcripto alij cum aliis in iudiciis diſceptaretis, & ego
D ipſe primus, tanquam priuatus, me iuri & legibus, quas in alios ſtatui, obno-
» xium reddidi, iiſque obtemperaui: neque omnium criminum iudicium vſurpa-
» ui: ſed, quod nullus ſuperiorum regum fecerat, vobis priuatorum criminum
» cognitionem permiſi: ſed, vt apparet, nulla eſt iniuria ob quam mihi quidam
» ſunt infenſi: at beneficia in plebem collata vos immeritò angunt, de quibus ſæ-
» pe me apud vos purgaui. Sed in præſentia his verbis non eſt opus. Si Tarquinius
» iſte, acceptis reipublicæ gubernaculis, melius eam adminiſtraturus vobis vide-
» tur, certè non inuideo ciuitati meliorem principem. Sed reſtituto regno ipſi
» populo, qui id mihi dedit, & factus priuatus, dabo operam vt omnibus demon-
» ſtrem me & aliis imperare bene ſcire, & aliorum imperium moderatè ferre poſ-
E ſe. Quum in hunc modum diſſeruiſſet & effeciſſet vt qui aduerſus ipſum
conſpirarant magno rubore ſuffunderentur, concilium dimiſit, & poſtea præ-
cones acceſſitos iuſſit per omnia vrbis compita populum ad concionem conuo-
care. Quum autem ad concionem tota vrbana multitudo concurriſſet, ipſe pro-
greſſus in tribunal, orationem prolixam & plenam affectuum ad populum ha-
buit: enumerans res quas in bello, & viuente Tarquinio, & poſt eius obitum geſ-
ſerat, & recenſens ſingulatim ſua acta, vnde multa & magna commoda ad rem-
publicam redundaſſe videbantur. Quum autem fere ad ſingula eius verba popu-
lus ei cum laudibus applauderet, & omnes ſummopere cuperent ſcire qua de cau-

ſa hæc diceret, tandem ita eſt loquutus, Tarquinius me accuſat, quòd regnum ad «
ſe pertinens iniuſtè occupatum retineam. Dicit enim auum morientem ſibi cum «
bonis regnum etiam reliquiſſe, nec populo ius eſſe res alienas aliis donare. Hac «
autem re audita omnibus vociferantibus & indignantibus, ſilentio illis imperato,
rogauit eos ne hæc verba moleſtè ferrent, néue propterea indignarentur: ſed ſi
quod ius ſui tutandi cauſa Tarquinius poſſet afferre, eum vocarent, & re bene
perſpecta & cognita, ſi illum iniuria affectum, aut etiam regno digniorem iudi-
carent, illi reipublicæ patrocinium ac principatum committerent: ſe enim impe-
rium depoſiturum, & ipſis dominis, à quibus id accepiſſet reſtituturum dixit.
Hac oratione ab illo habita, quum iam de tribunali vellet deſcendere, omnes cla- A
morem ſuſtulerunt, & magno cum gemitu orare eum cœperunt ne cui alteri re-
gno cederet. Nonnulli etiam ex ipſis Tarquinium feriendum vociferabantur. Il-
le igitur veritus ne mox res ad manus veniret, & turba in ſe impetum faceret, v-

Tullium vniuerſa plebs cũ lætitia & applauſu domum vſque proſequuta eſt, Tarquinio contrà fugere coacto, quòd turba in ſe impetum timeret.

nà cum ſuis ſociis ocyus fugit. Tullium verò vniuerſa plebs cum lætitia & plauſu,
& fauſtis acclamationibus domum vſque proſequuta eſt. Tarquinius autem,
quum ne iſte quidem conatus ipſi feliciter ſucceſſiſſet, grauiter ferens nullum au-
xilium ſibi fuiſſe latum à ſenatu, quo potiſſimùm fretus erat, domi cum ſolis ami-
cis colloquens aliquandiu ſe continuit: deinde, quum vxor illi ſuam ſententiam
apetuiſſet, & dixiſſet non eſſe ampliùs molliter ac languidè agendum, ſed omiſſis
verbis ad facta veniendum: ac primùm quidem, amicorum opera cum Tullio re- B
deundum in gratiam, vt ille tanquam amico fidens minus ſibi ab ipſo caueret. Et

Tarquinius Tulliæ vxoris conſilium ſequens aduerſus Tullium conſpirat.

quum ipſe eius conſilium optimum iudicaſſet, ſimulabat ſe factorum pœnitentia
duci, & multis precibus per amicos petebat à Tullio vt ſibi peccati veniam da-
ret. Quum autem facillimè rem perſuaſiſſet viro illi qui natura ſua ad reconcilia-
tionem facilis erat, & qui nulla ratione adduci poterat vt bellum nefarium cum
filia ac genero gereret: nactus occaſionem opportunam, quum plebs paſſim per
agros in fruges colligendas eſſet intenta, in publicum prodiit cum ſuis ſociis qui
gladios ſub veſtibus geſtabant, & quibuſdam famulis faſces dedit, & ipſe regiam
veſtem induit, & ſecum reliqua regni inſignia attulit: & profectus in forum, ante
curiam conſtitit, & patres in ſenatum per præcones vocari iuſſit. Multi autem de C
patriciis, qui illius facinoris erant conſcij, quique ad id eum incitabant, ex compo-
ſito parati in foro aderant. Illi igitur conuenerunt. Quidam verò interea nuntiat
Tullio qui domi erat, Tarquinium cum veſte regia in publicum prodiiſſe, & ſena-
tum coëgiſſe. Ille admiratus eius audaciam, citiùs quàm prudentius domo eſt egreſ-
ſus, ſine magno ſatellitio. Quum autem in ſenatum veniſſet, & conſpexiſſet Tar-
quinium in regia ſella ſedentem, & reliqua ornamenta ac inſignia regia geſtan-

Tullij verba ad Tarquinium in ſella regia ſedentẽ, & Tarquinij ad ea reſponſum.

tem, Quis inquit, ô omnium hominum ſceleſtiſſime, tibi hunc ornatum ſumere «
permiſit? & ille eius orationem excipiens, reſpondit. Audacia & impudentia «
tua, Tulli, qui ne liber quidem, ſed ſeruus, ex ſerua natus, quam meus auus ex «
captiuis comparatam poſſedit, te ipſum regem Romanorum creare es auſus. Tul- D
lius, his auditis, & exacerbatus ea oratione plus æquo, impetum in eum fecit, vt
ipſum de ſella deturbaret. Tarquinius ob hanc occaſionem lætus ex ſella deſiluit,
& ſenem correptum, qui vociferabatur, & famulorum opem implorabat, abſ-

Tullius è Tarquinio præcipitatur.

portauit. Egreſſus autem è curia, eum ſuſtulit ſublimem, ipſe corpore florenti &
viribus validis præditus, eúmque de curiæ gradibus in comitium ferentibus deie-
cit. Quum autem ſenex vix ex eo caſu ſurrexiſſet, & vidiſſet Tarquinium vndique
ſtipatum auxiliis, & circa ſe magnam amicorum ſolitudinem, paucis cum ſuſten-
tantibus & domum deducentibus, ſanguine multo cruentatus, & toto corpore
malè ſe ob caſum illum habens, gemens abiit. Poſtea atrocia auditu impiæ filiæ
facinora traduntur. Quum enim audiſſet patrem ingreſſum in curiam, & valde E
cuperet ſcire quem exitum res habitura eſſet, carpento vecta in forum venit.
Quum autem cognouiſſet quid actum fuiſſet, & Tarquinium in curiæ gradibus
ſtantem conſpexiſſet, prima eum alta voce regem ſalutauit, & deos eſt precata,
vt eius regnum felix fauſtúmque reipublicæ romanæ eſſe vellent. Quum au-
tem reliqui quoque, quorum opera & auxilio in regno ſibi parando vſus fue-
rat, eum regem ſalutaſſent, ipſa eum ſeorſum ductum, ita eſt alloquuta, Pri- «
mus conatus, Tarquini, vt debuit nobis ſucceſſit: ſed viuente Tullio regnum «
firmum

„ firmum habere non poteris. Ille enim denuò populum ſuis concionibus in te con-
„ citabit, ſi vel minimum huius diei tempus ſuperfuerit. Scis autem quanta ſit po-
„ puli erga eum beneuolentia. Quare, antequam domum ſe recipiat, miſſis qui illum
„ interficiant, eum de medio tolle. Quum hæc dixiſſet, & carpentum denuò con-
ſcendiſſet, abiit. Tarquinius verò ratus ſe hac quoque in re ab vxore ſceleſtiſſi-
ma rectè moneri, in eum mittit quoſdam famulos cum enſibus, qui magna cele-
ritate confecto viæ ſpatio, quod intererat, Tullium non procul à domo nacti tru-
cidarunt. Proiecto autem recens cæſi cadauere, eóque adhuc palpitante, filia
aduenit. Quum autem perangustus eſſet vicus ille, quâ carpentum erat tranſi-
A turum, mulæ cadauere conſpecto territæ ſunt, & ipſe auriga qui eas agebat, adeò
miſerabili ſpectaculo conſpecto commotus, ſubſtitit, & oculos ad dominam refle-
» xit: Quærente autem illa qua de cauſa vehiculum non ageret, Non vides (inquit)
» Tullia, cadauer patris tui iacens, nec alium niſi per ipſum cadauer patere tranſi-
tum? Illa verò hac oratione exacerbata, & correpto pedum ſcabello petiit auri-
gam, inclamans, Non ages ſceleſte *iumenta* vel per ipſum cadauer? Et ille gra-
uius ob illum cæſum quàm ob plagam acceptam gemens, vi per cadauer mulos e-
git. Iſte vicus, quum antè Cyprius vocaretur, ab illo atroci & deteſtando caſu à
Romanis patrio ſermone, ſceleratus eſt vocatus. Atque hunc vitæ exitum eſt ſor-
titus Tullius regno per quadraginta *& quatuor* annos potitus. Romani aiunt
B hunc virum primùm & patrios mores & inſtituta mutaſſe, quòd regnum non à ſe-
natu populóque accepiſſet, quemadmodum omnes ſuperiores reges, ſed à ſolo
populo, cuius egentiſſimos quoſque largitionibus & corruptelis & multis aliis
illecebris ſibi conciliarat. & ſanè ita ſe res habet. Antè enim, quum rex obiiſſet,
populus ſenatui poteſtatem faciebat conſtituendi formam reipublicæ quam vo-
luiſſet: ſenatus verò creabat interreges, illi verò præſtantiſſimum omnium, ſiue ex
indigenis, ſiue ex ciuibus, ſiue ex ipſis exteris regem creabant. Si igitur ſenatus
probaſſet eum qui ab illis electus fuiſſet, & populus eum ſuis ſuffragiis confirmaſ-
ſet, & auſpicia idem ratum feciſſent, iſte tum demum imperium ſuſcipiebat. Quòd
ſi quid horum deſideratum fuiſſet, *ſenatus* alterum nominabat, & tertium, niſi
C ſecundo contigiſſet vt citra omnem controuerſiam, & hominum & deorum con-
ſenſu approbaretur. Tullius verò quum primùm regij tutoris perſonam induiſ-
ſet, vt antè dixi, & deinde quibuſdam officioſis beneficiis plebem ſibi deuinxiſ-
ſet, ab illa ſola rex eſt creatus. Quum autem clementer & moderatè ſe geſſiſſet,
crimina quæ ipſi obiiciebantur, quòd non omnia ex legibus feciſſet, poſterioribus
actis diluit, & multos in eam opinionem adduxit vt crederent, niſi cæde præuen-
tus fuiſſet, eum reipublicæ formam in popularem dominatum mutaturum fuiſſe.
Et hac potiſſimum de cauſa ferunt quoſdam patricios *cum Tarquinio* inſidias ipſi
ſtruxiſſe. Quum enim eius potentiam alia ratione euertere non poſſent, Tarqui-
nium ad eas res gerendas ſocium aſſumpſerunt, eúmque in regno parando iuue-
D runt, tum quia plebem premere, cuius vires ſub rege Tullio non mediocriter cre-
uerant, tum etiam quia priſtinam dignitatem recuperare volebant. Exorto au-
tem ingenti tumultu, & vlulatu per totam vrbem ob Tullij mortem, veritus Tar-
quinius ne ſi per forũ funus duceretur (vt fert Romanorum conſuetudo) cum regia
pompa, & cæteris ſolennibus cæremoniis, quæ in funere obſeruari ſolent, plebs
impetum in ſe faceret, regni potentia nondum ſatis confirmata, nullos ſepulturæ
conſuetos ritus adhiberi paſſus eſt. Sed Tullij vxor, Tarquinij Priſci regis Roma-
ni filia, proſequentibus paucis quibuſdam amicis, noctu, ex vrbe, ipſum vt homi-
nis priuati & plebei funus extulit, valde & ſuum & ipſius infortunium deplorans,
& plurimas diras imprecationes genero & filiæ imprecata, cadauer terra texit. A
E ſepulcro autem domum reuerſa, & vnum tantùm diem poſt mariti funus ſuperſtes,
in ſequenti nocte obiit. Quo autem mortis genere interiiſſet, à pleriſque ignora-
batur: alij enim dicebant illam præ dolore & vitæ tædio manus violentas ſibi attu-
liſſe: alij verò à genero & filia ſublatã, quòd immoderatius mariti ſui caſum ferret,
& nimium beneuolo animo in eum eſſet. His igitur de cauſis factum eſt vt Tullij
corpus regio funere & inſigni monumento fraudaretur. Sed tamen ille rebus geſtis
ſempiternam memoriam eſt conſequutus. Quinetiam prodigium quoddam decla-
rauit illum ſuperis eſſe charum; vnde etiam accidit vt illam fabuloſam & incredibi-
lem de eius natalibus opinionẽ, quemadmodũ antè dixi, multi verã eſſe crederent.

Tulliũ famuli quidam à Tarquinio miſſi trucidant.

Cur Tullius patrios mores & inſtituta mutauiſſet.

Ob Tullij mortem ingens tumultus & vlulatus per vrbẽ ortus.

Cur Tullius cõſuetis ſepulturę honoribus fuerit fraudatus.

Tullij vxor, ab eius ſepulcro reuerſa moritur.

Nam in Fortunæ templo, quod ipſe condidit lignea eius ſtatua inaurata, orto incendio, cæteris omnibus igne abſumptis, ſola manſit integra, ab igne nullo modo vitiata: & hodie quoque templum, & omnia quæ in eo poſt incendium ad priſtinam formam & ornatum inſtaurata ſunt, noui artificij eſſe apparet. Illa verò ſtatua eſt talis qualis & antè, & formam operis antiqui retinet. Adhuc enim à Romanis colitur. Atque de Tullio hæc accepimus.

L. TARQVINIVS, qui SVPERBVS poſtea eſt cognominatus, Romanorum rex VII.

OLYMP. LXI. annus quartus.

¶POST hunc L. TARQVINIVS Romanorum imperium non ex legibus, ſed armis occupauit, anno quarto ſexageſimæ primæ olympiadis, qua vicit in ſtadio Agatharchus, arch onte Athenis Hercule. Iſte contempta plebe, contemptis patriciis, quorum opera ad regnum prouectus fuerat, mores, leges, & omnem patriam diſciplinam, qua ſuperiores reges vrbem ornarant, confundens & corrumpens, regnum in manifeſtam tyrannidem vertit. A Ac primùm quidem ſtipauit ſe ſatellitio hominum audaciſſimorum, enſes & lanceas geſtantium, tum indigenarum tum alienigenarum, qui noctu circa regiam excubantes, & interdiu eum in publicum prodeuntem, quocunque proficiſcebatur, comitantes ab inſidiis valde tutabantur. Deinde, neque ſæpe, neque certis temporibus, ſed raro & ex improuiſo domo exibat. Et domi plerunque de republica conſultabat, cum iis qui ſibi maxima neceſſitudine erant coniuncti: at in foro raro. Neminem verò *eius ſatellites* ad eum accedere patiebantur, niſi quem ipſe vocaſſet, neque eos qui ad ipſum accedebant benignè & comiter excipiebat, ſed † tyrannico more ſe illis grauem & iracundum præbebat & B vultum potius ad terrorem quàm ad hilaritatem componebat, & litium controuerſias non ex iure & legibus, ſed ex ſuis moribus, *& pro arbitrio* dirimebat. Propterea etiam Romani, illi ſuperbi cognomen indiderunt: hoc autem noſtro ſermone ὑπερήφανον ſignificat. Eius verò auum Priſcum vocarunt, quem nos diceremus πρεσβύτερον: nam vtrunque nomen cum iuniore commune habebat. Vbi verò exiſtimauit iam ſe regnum ſatis firmum habere, nequiſſimo quoque ſodalium ſubornato, illorum opera multos viros illuſtres criminibus inuoluit, & in capitis iudicium arceſſiuit. Primùm quidem eos qui alieno animo à ſe erant, quique Tullium regno expulſum ægrè ferebant: deinde alios, quibus arbitrabatur hanc rerum mutationem moleſtam eſſe, & eos qui diuitiis affluebant. Qui verò C illos deferebant, ac in ius vocabant, alios poſt alios falſorum criminum inſimulantes, præcipuè verò inſidiarum in caput regium ſtructarum, apud ipſum iudicem eos accuſabant. Ille verò alios morte, alios exilio damnabat: & occiſorum atque expulſorum bona occupans, delatoribus exiguam quandam portionem dabat: maiorem verò ſibi ipſe retinebat. Quapropter multi viri potentes, antequàm iniquis iudiciis oppreſſi rei peragerentur, cognita inſidiarum cauſa, ſponte vrbem tyranno relinquebant, quorum longè maior quàm reliquorum fuit numerus: nonnulli etiam clàm ab eo ſublati fuerunt, in ſuis ipſorum ædibus correpti, & ex agris abrepti, viri non contemnendi, quorum ne cadauera quidem viſa ſunt. Itaque quum ſenatus præſtantiſſimam partem morte & exilio perpetuo ſuſtuliſſet, D nouum ſenatum ipſe conſtituit, amicis ſuis in deficientium honores ſubſtitutis. ſed ne his quidem quidquam aut facere, aut dicere iniuſſu ſuo permittebat. Quare, quotquot ſenatores ſupererant de numero eorum qui à Tullio rege in ſenatum lecti fuerant, quum ad id vſque tempus cum plebe ſimultates exercuiſſent, & reipublicæ formam ſuo commodo mutatam arbitrarentur: (talibus enim pollicitationibus Tarquinius eos deceperat, ipſiſque impoſuerat) tunc animaduertentes ſe penitus à reipublicæ adminiſtratione remotos, quinetiam ſibi omnem libertatem æquè ac plebeis ereptam, lugebant illi quidem, & grauiora in poſterum *ſe paſſuros* ſuſpicabantur. Verumtamen in præſenti rerum fortuna acquieſcere cogebantur, quòd vires non haberent quibus impedirent Tarquinium ne hæc faceret. E Quum autem hæc viderent plebei, eos iuſta pati exiſtimabant: & ſtultè alieno infortunio exultabant, quaſi illis ſolis tyrannis grauis eſſet futura, ſibi verò nullum periculum inde impenderet: at non multo poſt illis quoque longè plura infortunia acciderunt. Leges enim à Tullio latas, ex quibus æquo iure inter ſe ciues diſceptabant, nec à patriciis, vt antè in contractibus plebei detrimento afficiebantur, omnes ſuſtulit. Et ne tabulas quidem in quibus erant ſcriptæ reliquit: ſed has quoque ex foro tolli iuſſit, eáſque aboleuit. Deinde tributa, quæ ex cenſu ferebantur, ſuſtulit: & priſtinum morem in rempublicam reuocauit:

Sic & Gel. interpr. tyrannico more: ſed verba gr. ſonant, vt pote tyrânus. quaſi aliòqui poſſit quis tyrannico more quidpiam facere, qui tamen tyrannus non dicatur, nec pro tyranno habeatur.

L. Tarquinius vnde Superbi cognomẽ fuerit nactus.

Tarquinius quàm tyrannicè erga multos ciues ſe geſſerit, poſtquam exiſtimauit ſe regnum ſatis firmũ habere.

Tarquinius nouum ſenatũ conſtituit.

Plebeij, ſenatorum infortunio gaudentes, maiore ipſi poſtea premuntur ab eodem Tarquinio.

uocauit; & quoties pecunia illi opus fuiſſet,tãtum pauperrimus quiſque, quantum
diues cõferebat.Hoc inſtitutum magnam plebeię multitudinis partem abſumpſit:
quòd ſtatim in prima pecuniæ collatione coacta fuiſſet viritim decem drachmas
conferre. Præterea ſuſtulit cœtus omnes paganorum, & curialium, & vicino-
rum,qui antè fieri ſolebant, vel in vrbe, vel in agris, ſacrorum & ſacrificiorum
cauſa: & ne omnes ſimul hæc peragerent edicto vetuit: ne in vnum locum cocun-
tes multi, inter ſe occulta conſilia inirent de euertenda tyrannide. Paſſim autem
ſpeculatores diſperſos & plebi incognitos habebat, qui ſcrutabantur & ea quæ di-
cebantur, & ea quæ fiebant, & ſe aliorum colloquiis immiſcentes, & interdum
A ipſimet tyranno maledicentes, ſingulorum ciuium animos pertentabant: dein-
de quos cognouiſſent rerum præſentium ſtatum ægrè ferre, eos ad tyrannum de-
ferebant. Qui autem fuiſſent conuicti, pœnas acerbas, & ineuitabiles luebant.
Nec ſatis illi fuit his ſolis malis plebem contra ius & fas vexare: ſed ſelectis etiam
ex tota multitudine iis qui ipſi fidi & ad bellicos vſus idonei erant, reliquos ope-
ra vrbana facere cogebat: exiſtimans maximum eſſe periculum monarchis, quo-
ties improbiſſimi & pauperrimi quique ciues otiarentur. Simul etiam ſummo-
pere cupiens ſui regni tempore opera ſemiperfecta ab auo relicta abſoluere, &
cloacas, quas ille cœperat fodere, vſque ad fluuium perducere: circum verò ma-
ximum, qui nihil præter gradus habebat, circundare porticibus tectis. Atque
B hæc omnia labore pauperum peragebantur, qui modicum frumentum ab eo ac-
cipiebant. Et alij quidem materiam cædebant, alij verò ipſa onera humeris fere-
bant, alij foſſas ſubterraneas & cauernas fodiebant, & fornices in illis fabricabant,
& porticus erigebant, & opificibus qui hæc faciebant ſeruiebant: & fabri ferrarij
& lignarij, & lapicidæ, à ſuis priuatis operibus abſtracti in publico opere occupati
detinebantur. In his igitur operibus quum populus attereretur, nullam habebat
quietem. Quare patricij & horum & aliorum mala cernentes, aliquantulum
gaudebant, & ſuorum malorum obliuiſcebantur: veruntamen neutri eorum hæc
impedire audebant. Cæterùm, Tarquinius ſecum ipſe cogitans, eos qui principa-
tum non legitimè, ſed armis quæſitum haberent, non ſolùm indigenarum, ſed e-
C tiam externorum cuſtodia & præſidio indigere, virũ totius Latini nominis illuſtriſ-
ſimum & omnium potentiſſimum, ſibi amicitia, non ſine magno ſtudio, iunxit: fi-
lia ſua illi in matrimonium data. Is vocabatur Octauius Mamilius, oriundus
autem erat à Telegono, Vlyſſis & Circes filio: & Tuſculum vrbem incolebat.
Exiſtimabatur autem rei militaris non mediocriter peritus, & in bello ſatis ido-
neus imperator. Inita cum hoc viro amicitia, & per eum adiunctis ſibi præſtan-
tiſſimis quibuſque, qui in ſingulis ciuitatibus res publicas tractabant, tum demum
eorum ſocietate fretus cœpit bella externa tentare, & copias in Sabinos ducere, qui
ipſius imperatis parere nolebant, quique exiſtimabant ſe fœderis conditionibus
ſolutos eſſe, ex quo obierat Tullius, cum quo fœdus fecerant. His rebus cognitis,
D indixit per nuntios vt ad concilium Ferentinum venirent illi qui ſoliti erant pro
Latinorum republica eò conuenire, & in publico conſeſſu negotia eius tractare:
certámque diem ſtatuit, quaſi de rebus publicis & magni momenti cum illis con-
ſultaturus eſſet. Illi igitur venerunt. At Tarquinius, qui eos conuocarat, ſeriùs eò
venit. Quum autem iam diutiùs à toto conuentu expectatus fuiſſet, & pleriſque
id factum contumelioſum videretur, vir quidam qui habitabat in vrbe Corio-
lis, potens & opibus & amicis, & in re bellica ſtrenuus, nec ciuilis facundiæ ex-
pers, nomine Turnus Herdonius, qui à Mamilio, ob eius in republica ambitio-
nem, diſſidebat, & ob Mamilium Tarquinio infenſus erat, quòd illum generum
quàm ſe habere maluiſſet, prolixa oratione inuectus eſt in Tarquinium, cùm alia
E eius viri facta recenſens, quibus multum arrogantiæ & ſuperbiæ grauis ineſſe vi-
debatur, tum etiam quòd ipſe, qui concilium indixerat, non adeſſet, quum ta-
men cæteri omnes præſentes adeſſent. Sed excuſante illum Mamilio, & Tarquinij
moras in neceſſarias aliquas & vrgentes cauſas conferente: &, vt concilium in cra-
ſtinum diem differretur, rogante: præſides Latinorum eius oratione adducti, con-
cilium *in ſequentem diem* diſtulerunt. Sequenti verò die venit Tarquinius, & conuo-
cato concilio, præfatus pauca quædam vt ſe purgaret quòd ſeriùs veniſſet, de prin-
cipatu verba facere denuò cœpit, quem ad ſe iure pertinere dicebat, quòd Tar-
quinius auus ſuus ipſum armis quæſitum obtinuiſſet: & conditiones fœde-

Plebeios ad publica etiam opera adigit Tarquinius, ſelectis iis qui militiæ idonei erant.

Qui principatũ armis quæſitũ habent, eos Tarquinius exiſtimauit non ſolùm indigenarum ſed externorũ etiam cuſtodia & pręſidio indigere.

Tarquinius filiam ſuam in matrimonium dat viro Lat. nominis illuſtriſſimo

Tarquinius bella externa tentare cœpit, exercitu primùm in Sabinos ducto.

Turnus Herdonius Coriolanus Tarquinio Superbo aduerſatur.

rum,quæ populi cum illo fecerant,protulit. Quum autem prolixa oratione de ſuo iure & fœderis conditionibus diſſeruiſſet, & magnis beneficiis à ſe populos Latinos affectum iri promiſiſſet,ſi in amicitia permanſiſſent, tandẽ perſuaſit illis vt contra Sabinorum gentem ſecũ expeditionem ſuſciperent. Quum autẽ dicendi finem feciſſet,Turnus progreſſus eſt,& eius moram criminatus,non patiebatur Latinorum conceſſum imperio illi cedere: quòd neque iure ad eum pertineret,neque,ſi illi datum fuiſſet,è repub. Latinorum futurũ eſſet: & multis in vtramque partẽ diſſeruit. Et fœdera quæ cum eius auo facta fuerant, tradito illi imperio, poſt eius mortẽ ſoluta dicebat,quòd non aſcriptum eſſet in fœderum conditionibus, vt idem donum Tarquinij poſteris daretur: demonſtrabat etiã, ipſum qui volebat in aui dona ſuc- A
cedere, omnium mortaliũ iniquiſſimũ & ſcele ſtatiſſimũ eſſe: & recenſebat res quas fecerat,vt imperium Romanorũ occuparet.& poſt multa,eáque grauia crimina in eum congeſta,tandem docuit eum ne regnũ quidẽ Romanorũ ex legibus accepiſſe à volentibus,quemadmodum ſuperiores reges,ſed armis & per vim occupatum tenere, ídque in tyrannicã vnius dominationem vertiſſe, & ciuium alios interficere, alios patria pulſos in exilium abigere,alios fortunis ſpoliare,omnibus verò æquè libertatem eripere, vt ne liberè quidem loqui auderent: hominiſque valde ſtulti & mente capti eſſe dicebat, ſiquis à ſæuo ac impio ingenio aliquid boni aut humani ſperaret, & exiſtimaret fore vt is qui hominibus cognatione & neceſſitudine ſibi coniunctiſſimis non pepercisſet, parceret alienis. Quare ſuadebat ipſis, vt,quando B
nondũ ſeruitutis frænum recepiſſent,totis viribus ei reſiſterent,ne id reciperẽt: ex aliorum calamitatibus,quid ſibi ipſis euenturũ eſſet,cõiicientes. Quũ igitur Turnus ita in Tarquinium inuectus fuiſſet, Tarquinius poſtulato ſequẽti die ad ſe purgandum,& re impetrata,cõcilio iã dimiſſo, aduocatis ſuis maximè neceſſariis,cum illis conſultabat quidnã faciendum eſſet. Alij igitur eorum ſuppeditabant illi ea quę ſui purgandi cauſa eſſet dicturus, & de modo quo multitudinis beneuolẽtia eſſet cõcilianda inter ſe ratiocinabãtur. At ipſe Tarquinius his rebus nõ opus eſſe dixit,ſuámque ſententiã apetuit: nõ eſſe ad crimina reſpõdendum,neque ea eſſe diluenda,ſed ipſum accuſatorẽ de medio tollendum. Eius autem ſentẽtia ab omnibus collaudata, ex cõpoſito rem eſt aggreſſus,quæ nunquam in mentẽ aliis venire, neque vlla hu- C
mana prouidentia pręcaueri potuiſſet. Quũ enim inueniſſet,& pecunia corrupiſſet ſeruos nequiſſimos,qui Turni iumenta agebant, & ſarcinas eius ferebant, illis perſuaſit vt ſub noctem multos gladios acciperent,& in ſui domini diuerſorium inferrent,& ibi deponerent,ac inter eius ſarcinas reconderent. Sequenti die coacto concilio,progreſſus in medium,longa oratione,qua ſe de criminibus obiectis purgaret, opus nõ eſſe dixit,nec ſe ipſum accuſatorem iudicem omnium criminum refugere *declarauit.* Iſte enim T urnus,inquit, Aſſeſſores,his omnibus criminibus quę mihi nũc «
obiicit,ſuo ipſe iudicio me abſoluit, quando filiam meam vxorem ducere volebat: «
ſed quando,vt par eſt,ego illum indignum hoc coniugio iudicaui. Quis enim mente «
præditus Mamilium nobiliſſimum & præſtantiſſimũ Latinorum repuliſſet, & hunc D
generum ſibi facere maluiſſet,qui ne abauum quidem nominare poteſt? Hoc ille in- «
dignè ferens iam me accuſat. Sed debuerat,ſi ſciebat me talem eſſe qualem me eſſe «
iam criminatur,non ita tunc meam affinitatem expetere. Quòd ſi me virũ probum «
tunc putabat,quum filiam meam à me petebat, me iam vt improbum accuſare non «
debebat. Atq; hæc quidem pro me ſint dicta. Vobis verò, Aſſeſſores,in maximo pe- «
riculo verſantibus,non eſt iam conſultandum verum ego probus an improbus ſim, «
(hac enim de re & poſtea vobis licebit conſultare) ſed veſtræ ipſorum incolumitati «
& patriæ libertati conſulendum. Inſidiæ enim ab iſto egregio concionatore prin- «
cipibus & rectoribus ciuitatum ſtruuntur,& iam paratus eſt nobiliſſimo quoque de «
vobis cæſo,Latinorum imperium inuadere: atque hac de cauſa venit. Hæc autem E
ego non coniecturis nixus, ſed certò ſciens dico, indiciis ſuperiore nocte ad me «
delatis à quodam coniurationis ſocio. vobiſque argumentum afferam, quo oratio- «
nis meæ fidem faciam,rem minimè dubiam: ſi enim eius diuerſorium adire volue- «
ritis,arma in eo occulta vobis oſtendã. Quum autem hęc dixiſſet,clamorem omnes «
ſuſtulerunt, & ſibi ipſis timentes vt rem indicaret, neque ſibi imponeret, poſtularunt. Turnus verò qui inſidias non præſenſerat, dixit ſe lubenter illam inquiſitionem admittere, & primores conſeſſ s ad arma in ſuo hoſpitio ſcrutanda vocauit, & è duobus alterum fieri oportere dixit, vel ſe mori, ſi compertum fuiſſet alia

arma præ-

Turno Hydonio in Tarquinium inuecto quid hic aduerſus illud ſit machinatus.

Turnus Hydonius à Tarquinio accuſatur.

arma præter ea quæ in itinere ſecum attulerat à ſe parata fuiſſe, vel falſorum criminũ delatorem pœnas dare. Hoc omnibus placuit: & qui ad eius diuerſorium iuerunt, intet eius ſarcinas gladios à ſeruis abditos deprehenderunt. Poſtea, Turnum ſe purgare volentem non paſſi amplius quidquam dicere, in barathrum quoddam præcipitem egerunt, & ex tempore eum viuũ in terra defoſſum necarunt. Tarquiniũ verò ab omnibus in concilio collaudatũ, vt optimè de omnibus ciuitatibus meritũ, quòd optimates ſeruaſſet, gentis totius principem crearunt, iiſdem conditionibus, quibus Tarquinium auum eius, & quibus poſtea Tullium crearant, inciſóque in columnis fœdere, & addito iureiurando de ſeruandis fœderis conditionibus, ita demum con-
A cilium dimiſerunt. Tarquinius verò Latinorum imperio potitus, ad Hernicorum & Volſcorum ciuitates legatos miſit, illas quoque ad amicitiam & ſocietatem inuitãs. Ex Volſcis verò duæ tantùm ciuitates, Ecetrani & Antiates cõditiones illas ad quas inuitabantur receperunt: at omnes Hernici ſocietatem facere decreuerũt. Tarquinius verò prouidè operam dans vt fœdus cum illis ciuitatibus ictum ſempiternũ eſſet, ſtatuit deſignare templum commune Romanis, Latinis, Hernicis, & Volſcis, qui in ſocietarem recepti fuerant, vt coëuntes quotannis in deſignatum locum, nundinarentur & vnà epularentur, & communibus ſacris fruerentur. Quum autem omnes rem eam alacri & lubenti animo accepiſſent, locum deſignauit vbi concilium eſſent habituri, fere in meditullio harum gentium, montem excelſum, qui Albanæ
B vrbi imminet, vbi quotannis mercatum exerceri, & omnes ab omni mutua vi manus abſtinere lege lata iuſſit, & ſacra communiter Ioui Latiali fieri, & cõuiuia celebrari, ſtatuitque quantum vnamquãque ciuitatem in ſacra conferre, & quã portionẽ vnãquamque accipere oporteret. Populi autẽ illarũ feriarũ & ſacrificij participes fuêre quinquaginta, tribus minus. Hæc ſacrificia & has ferias Romani ad noſtra vſque tẽpora celebrant, Latinas ferias eas vocantes. & ad eas populi ſacrorũ participes ferũt alij agnos, alij caſeos, alij lactis certã menſurã, alij aliquod eiuſmodi cibi genus. Quũ autẽ vnus taurus cõmuniter ab omnibus immolaretur, vnaquęque ciuitas certã portionẽ accipiebat. Pro omnibus autẽ ſacra ab illis fiũt, & Romani ſacris præſunt. Quũ autẽ his quoque ſocietatibus imperiũ firmaſſet, in Sabinos exercitũ ducere decreuit. Quare, habito delectu Romanorũ ciuiũ, quos omnium minimè ſuſpectos habebat, &
C quos exiſtimabat, ſi arma ipſis cõmiſſa fuiſſent, ſe in libertatẽ minimè vindicaturos: & ſociorũ auxiliis adiunctis, quæ longè maiora erant quàm vrbanę copiæ, & vaſtatis hoſtiũ agris, & profligatis iis qui ſecũ cõfligere auſi fuerant, exercitũ duxit in Pometinos, qui vrbẽ Sueſſam incolebant, omniúmque vicinorũ populorũ florentiſſimi, & ob nimiã felicitatẽ omnibus moleſti & graues exiſtimabantur. Belli cauſa fuit, quòd quũ de eorũ rapinis & latrociniis quibuſdã quereretur, legatis res repetẽtibus & pœnas repoſcentibus ſuperbè reſponderant, & iã in armis erant bellũ expectantes, hoſtẽmque excipere parati. Prælio autẽ in agri finibus cũ illis commiſſo, & multis cęſis, & reliquis fugatis, & intra muros cõpulſis, quũ ex vrbe amplius nõ prodirent, caſtris ad eã poſitis foſſa vallóque eã circũdedit, & crebris aſſultibus mœnia tentauit. Oppi-
D dani verò tunc quidẽ oppugnationẽ ſuſtinuerunt, & diu grauiſſimis malis reſtiterũt: ſed quũ eos defeciſſent cõmeatus, & corporis vires eos deſtituiſſent, nec vlla auxilia ad ipſos venirent, nec vllã quietem haberent, ſed ſidẽ & interdiu & noctu malis premerẽtur, per vim ſunt expugnati. Vrbe autẽ potitus, armatos interfecit, cõiuges & liberos eorũ, & eos qui hoſtibus ſe dedere voluerunt, & ſeruorũ maximã multitudinẽ & numeratu difficilẽ militibus in prædã cõceſſit. Et res alias quæcunque vel intra vrbis mœnia, vel in agris erant, agere & ferre illis permiſit. At argentũ & aurũ quod inueniri potuit, in vnũ locũ contulit, & decimas ad ædificarionẽ tẽpli ſepoſuit, & reliquas pecunias militibus diuiſit. Tantũ autẽ argenti & auri repertũ eſt, vt quinas argenti minas ſinguli milites acciperẽt, & decimę argẽti, diis ſacratæ, nõ minorẽ ſum-
E mã quam quadringentorũ talentorũ efficerent. Dũ autem adhuc eſſet Sueſſæ, venit quidã qui ei nuntiauit Sabinorũ lectiſſimã iuuentutẽ ex finibus ſuis egreſſam & cũ duobus exercitibus in Romanorũ agros irruptione facta eos populari, & alterũ eorũ ad Eretũ, alterũ ad Fidenas caſtra poſuiſſe, & niſi maturè illis aliquis exercitus obuiã iret, de omnib. illius regionis rebus actũ eſſe. His auditis, Sueſſæ modicã quãdã exercitus partẽ reliquit, & prędã ac reliqua impedimẽta cuſtodire iuſſit. Cęteras verò expeditas copias duxit in hoſtes qui ad Eretũ caſtra poſuerãt, & ipſe relicto quodã intermedio ſpatio, caſtra in loco edito muniit. Quũ autẽ Sabinis ducib. placuiſſet, ſe-

Turnus Herdonius quum Tarquinii Superbi dolo rei cuius accuſatus erat conuictus eſſet, de medio tollitur.

Latinæ feriæ à Tarquinio Superbo inſtitutæ.

Tarquinij aduerſum Sabinos expeditio.

Pometinorum vrbs Sueſſa expugnatur à Tarquinio Superbo, & militib. in prædam omnes propemodum eius opes conceduntur, cum coniugibus & liberis, & magna ſeruulorũ multitudine.

queti die, idq; mane, confligere: accerſito exercitu qui erat Fidenis, Tarquinius co-
gnito eorum cõſilio (quidã enim tabellarius, qui inde ad illos literas ferebat, interce-
ptus fuerat) in tali caſu è re nata huiuſmodi ſtratagemate eſt vſus. Bifariã diuiſo exer
citu, alterã partẽ ſub noctẽ, clã hoſtibus, miſit ad eam viã quæ à Fidenis ducit, alterã
verò ſimulatque, clara dies illuxit, inſtructã eduxit è caſtris vt ad prælıũ, & Sabini cõ
fidẽti animo, & ipſi contra eos egreſſi ſunt: quòd hoſtiũ numerũ non magnũ cerne-
rẽt, & copias ſuas Fidenis mox mox venturas ſperarent. Iſti igitur ſignis collatis pu-
gnarũt, & diu æquo marte inter eos certatũ eſt. At qui à Tarquinio noctu præmiſſi
fuerant, conuerſo itinere Sabinos à tergo adorti ſunt. Sabini, quum eos vidiſſent, &
ex armatura & vexillis agnouiſſent, præ metu amentes obſtupuerunt, & abiectis ar- A
mis fuga ſalutem quærere conabantur. Sed quum omnes ab hoſtibus circumdaren-
tur, pauci admodum, & maxima cum difficultate euadere potuerũt. Romanus enim
equitatus vndique imminens, eos circumſepſit. Itaque pauci quidam ex ea clade
incolumes euaſerunt: at maior pars ab hoſtibus conciſa fuit, reliqui ſe dediderunt.
Sed ne illi quidem qui ad valli cuſtodiam relicti fuerant reſtiterunt, ſed ipſa muni-
tio primo impetu capta eſt. Vbi præter ipſorum Sabinorum pecunias, omnes quo-
que Romanorum res cum multis captiuis, adhuc intactæ ab hoſtibus, receptæ fue-
runt, dominíſque qui eas amiſerant fuerunt reſtitutæ. Tarquinius autem, quum hic
primus conatus ex animi ſententia ipſi ſucceſſiſſet, duxit copias in Sabinos qui ad
Fidenas caſtra habebant, qui de ſuorum clade nullos dum nuntios acceperant. For- B
tè autem illi quoque copias ex vallo eduxerant, & iam erant in via: ſed quum ad ho-
ſtes appropinquaſſent, & capita ſuorum Imperatorum lanceis præfixa conſpexiſ-
ſent, (Romani enim ea ad hoſtium terrorem præferebant): & ſuum alterum exerci-
tum deletum cognouiſſent, nullum amplius generoſum facinus ediderunt, ſed ad
ſupplices preces verſi ſe hoſti dediderunt. Sabini igitur adeò fœdè, ac infeliciter
vtroque exercitu intra breuiſſimum temporis ſpatium amiſſo, ad magnas anguſtias
redacti, & veriti ne vrbes primo impetu caperentur, legatos de pace acturos miſe-
runt, qui ſe ſuáque Tarquinio dederent, ea conditione vt eius imperio parerent, &
tributa in poſterum penderent. Pace igitur his data, & hiſce populis illis ipſis condi-
tionibus, quas ipſimet ei obtulerãt, in fidẽ receptis, Sueſſam rediit. Inde copias quas C
ibi reliquerat abduxit, & prædã ac reliqua exercitus impedimẽta abſportauit, exerci-
túmque diuitiis affluentẽ Romam reduxit. Poſtea multas quoque excurſiones fecit
in agrũ Volſcorũ, ſed tunc cum parte quadam exercitus: & ingẽti præda eſt potitus.
Quũ autẽ ei plurima ex animi ſentẽtia iam ſucceſſiſſent, bellũ à finitimis populis ex-
citatum eſt, quod diuturnũ fuit. ſeptẽ enim continuos annos durauit. In hoc graues
ac inſperatæ clades vtriſque acciderunt: quæ autem fuerint belli cauſæ, & quẽ exitũ
id bellũ habuerit, quoniã militari vafritia, & inſperato ſtratagemate confectũ eſt, pau
cis dicã. Vrbs erat Latini nominis, Albanorũ colonia, quæ ab vrbe centũ ſtadia abe-
rat, in via quã Præneſte itur. Gabios hanc vocabant, nũc tamen nõ amplius tota inco-
litur, ſed eæ tantùm partes quæ in publico itinere diuerſoria habent: tunc verò fre- D
quens erat, & magnitudine nulli ſecunda. De eius autẽ magnitudine & amplitudi-
ne coniecturã facere poterit, qui variis in locis ædificiorũ ruinas & murorũ ambitum
ſpectarit. maxima enim eorũ pars adhuc ſtat. Hũc quidã Põptini, qui ex Sueſſa pro-
fugerant quũ Tarquinius vrbẽ vaſtabat, & præter eos multi romani exules cõfluxe-
rant. Iſti orantes & obteſtantes Gabinos vt ſuas iniurias vlciſcerẽtur, & multa dona
promittentes, ſi ipſorũ opera in patriã rediiſſent: & demõſtrantes Tarquinij tyrãni-
dẽ facilè euerti poſſe, quòd Romani quoque operã ſuã ipſis ea in re nauaturi eſſent,
illis tandẽ rem perſuaſerunt, Volſcis quoque paratis, (miſerãt enim illi quoque lega-
tos, qui ſocietatẽ ipſorũ peterent, qua indigebant,) ad bellũ contra Tarquiniũ ſuſci-
piendũ. Poſtea magnis exercitibus vtrique in agrũ hoſtiũ incurſiones fecerũt, eúm-
que vaſtarũt, & (vt accidere ſolet) modò exigua militũ manu, modò vtrique totis viri- E
bus prælia cõmiſerũt, in quibus ſæpe Gabini Romanis ad vrbis portas vſque fuſis, ac
fugatis; & multis captis, intrepidè agrum populati ſunt. Sępe etiam Romani Gabinis
profligatis & in vrbem compulſis, mancipia & ingentem eorum prædam abege-
runt. Quum autem hæc aſſiduè fierent, vtrique coacti ſunt loca quæ in ſuo agro
natura erant munita, muro cingere, & præſidium in illis collocare, vt eſſent agre-
ſtibus refugia. Vnde facta eruptione, & prędones, & ſiquam exiguam partem à reli-
quo exercitu auulſam animaduertiſſent, &, (quod in pabulationibus ſolet accidere)
nullo

Tarquini, Superbi de Sabinis victoria.

Bellum à finitimis populis aduerſus Tarquinium Superbũ excitatum, quod ſeptẽ annos durauit.

Gabij. Albanorum colonia. oppidum Latinũ in via Pręneſtina, magnum olim & potens.

nullo ſeruato ordine vagantem ob hoſtium contemptionem, conferti deſcendẽtes
eos contrucidabant:& vrbes quæ oppugnari,& ſcalis admotis facilè capi poterant,
muris & foſſa munire *cogebantur*, quòd ſibi meruebant vtrique à mutuis & repẽtinis
incurſionibus. Tarquinius verò in hoc opere magis occupatus fuit,& eã vrbanorum
murorũ partẽ quę Gabios ferr, ingenti operarum numero communiit,& circũducta
latiore foſſa,& muris altius erectis,& frequentioribus turribus per modica interſtitia
additis. Hac enim potiſſimùm parte vrbs infirma videbatur, at in reliquo murorum
ambitu ſatis tuta & acceſſu difficilis. Itaque, quod omnibus ciuitatibus accidere ſoler
in bellis diuturnis, ob continuas hoſtiũ incurſiones, vaſtato agro nec fructus amplius
A ferẽte, vterq; populus omniũ alimentorũ penuria laboraturus,& de futuro vehemẽ-
ter ſolicitus futurus erat, grauiùs tamen rerũ ad victũ neceſſariarũ penuria Romanos
quàm Gabinos premebat: & paupertimi quique hac maximè preſſi, cenſebant pacẽ
cum Gabinis faciendã, & bellũ quibuſcunque illi voluiſſent cõditionibus finiendũ.
Quũ autem Tarquinius ob tales caſus mœroris & anxietatis eſſet plenus, neque ita
ignominioſè pacẽ facere vellet, neque tamen amplius *malis* reſiſtere poſſet, & quaſ-
uis artes tẽtaret,& quoduis doli genus cõminiſceretur, eius filius maximus natu, no-
mine Sextus, conſilio cum ſuo patre ſolo cõmunicato,& quamuis facinus audax &
valde periculoſum, ſed tamen quod ſuccedere poterat, aggreſſus videretur, imperra-
B ta à patre poteſtate faciendi quicquid veller, ſimulauir ortũ eſſe diſſidiũ inter ſe,&
patrẽ de bello finiendo. Ab eo igitur virgis in foro cæſus,& aliis cõtumeliis affectus,
vt rei rumor latiùs ſpargeretur, primùm quidẽ fidiſſimos ſuorũ amicorum miſit, vt
transfugas: qui clã Gabinis ſignificarent ſe ſtatuiſſe ad eos venire, & bellũ patri in-
ferre, ſi modò illi fide ſibi data, promitterẽt fore vt ſe, quemadmodũ & cæteros Ro-
manos exules, ſeruarent, nec patri dederent: ſperantes hoc pacto ſe priuatas inimici-
tias ſuo cõmodo dirimere poſſe. Hæc oratio Gabinis grata fuit,& illum à ſe minimè
violatũ iri promiſerunt. Quare ille venit,& multos ſodales & clientes, tanquã tranſ-
fugas ſecũ adduxit:& quò faciliùs crederent ſe à patre deſeciſſe, magnã argẽti auri-
que copiã attulit. Poſtea ad eũ multi ex vrbe confluebant, qui ſe tyrannidẽ fugere ſi-
C mulabant: atque iã manu valida ſtipatus erat. Gabini verò exiſtimantes magnã ſuis
rebus acceſſionẽ factã multis ad ſe confugientibus, & breui Romã in ſuam poteſta-
tem venturam ſperantes, & longè magis decepti rebus quas Sextus patris deſertor
gerebar, qui in agrum Romanorũ excurſiones aſſiduo faciebat,& ingentem prędam
referebar. (Pater enim quum iam antè ſciret quæ loca ille eſſet periturus, pararat
ingentem prædam,& præſidiis munitiones nudarat,& aſſiduè ciues ſelectos, quos
ſuſpectos habebat, ei trucidandos obiiciebat.) Ex his igitur omnibus rebus conicciẽ-
tes & exiſtimantes illum ſibi amicum fidelem eſſe & imperatorem egregium, multi
etiam pecunia corrupti, ad eum ſummum imperium detulerunt. Sextus autem tan-
ta poteſtate per dolos & præſtigias potitus, famulum quendam clam Gabiis ad pa
D trem miſit, qui ei declararet poteſtatem quam adeptus fuerat,& ex eo ſciſcitaretur
quidnam eſſet faciendum: at Tarquinius, quum nollet famulum ſcire quæ filium
ſuum facere iuſſurus eſſet, nuntium in hortum regiæ adiacentem duxit. Ibi autem
erant papauera innata & fructibus onuſta, & iam matura, ita vt poſſent colligi.
Per hæc igitur media ambulans, quælibet papauerum capita cæteris eminentiora
baculo percuſſa deiiciebat. Quo facto, nuntium, à quo ſæpius fuerat interrogatus, ſi-
ne reſponſo remiſit. Thraſybuli Mileſij, (vt mihi videtur) cõſilium ac exemplum ſe-
quutus. Etenim ille quoque olim Periandro Corinthi tyranno per nuntium quem
ad ſe miſerat, vt intelligeret quanam ratione imperium firmiſſimum tenere poſſet,
nullum reſponſum voce dedit, ſed eius nuntium ſequi ſe iuſſit, eumque duxit per ſe-
E getes:& ſpicas eminentiores frangere atque cõterere *iuſſit*. Quũ igitur tunc & ipſe
Tarquinius ſimile quiddam feciſſet,& Sextus mentẽ patris intellexiſſet,& cognouiſ-
ſet eũ iubere eminentiſſimos quoſque de Gabinis à ſe tolli, populũ ad concionẽ cõ-
uocauit,& multa verba de ſeipſo fecit, dixitque ſe cum ſuis ſociis in eorum fidem re-
ceptum in diſcrimine verſari,& periculum eſſe ne à quibuſdam comprehenſus pa-
tri dedatur; quare ſe paratum eſſe ad deponendum imperium, & antequam grauius
aliquid experiretur, ex vrbe ſe velle diſcedere: ſimúlque lacrymas fundebat, ſuúm-
que infortuniũ deflebat, quemadmodũ facerẽt qui verè in extremo capitis pericu-
lo verſantes, animi anxietate premerẽtur. Populo autẽ vehementer irritato,& ſum-
mo ſtudio ſciſcitante quinam eſſent illi proditores, illuſtriſſimũ omniũ Gabinorum,

Sexti filii Tarquinii impoſtura ſeu fallacia quam ad potiendum Gabiis excogitat.

Antiſtium Petronem nominauit, virum qui pacis tempore multas & præclaras res
geſſerat,& ſæpius imperator creatus exercitus ductarat,& propterea ad ſummũ ſplẽ
dorem *& gloriam* prouectus fuera:.Illo autem ſe purgante,& quòd nullius ſceleris ſi-
bi eſſet conſcius omnem inquiſitionem admittente,reſpondit Sextus ſe velle miſſis
ſuis ſodalibus domum eius perſcrutari, atque interim cum eo in concione manete,
donec,qui eſſent miſſi,redirent.Iam autẽ quoſdã eius ſeruos pecunia corruperat, vt
in perniciem Petronis literas paratas, ac patris ſigillo obſignatas acciperẽt ,domiq;
occultarent.Vbi verò qui ad ſerutandum miſſi fuerant,(neque enim Petro ipſis ad-
uerſatus eſt,ſed permiſit vt ædes ſuas ſcrutarentur)repertis literis in loco vbi recon-
ditæ fuerant,ad concionẽ ſunt reuerſi, & attulerũt cùm multas alias epiſtolas obſi-
gnatas,tum eam quę ad Antiſtiũ fuerat ſcripta,Sextus ſe eam ex patris ſigillo agno-
ſcere aſſerens,eam aperuit & ſcribæ traditam recitari iuſſit. Hæc autem in ea erant A
ſcripta.*Tarquinius à Petrone petebat* vt præcipuè viuum filium ſibi dederet:ſi verò hoc
præſtare non poſſet , caput eius amputatum ad ſe mitteret,quæ ſi & ipſe & eius fa-
cinoris ſocij peregiſſent,præter alia præmia,quæ illis antè promiſerat,ſe illos ciuita-
te Romana donaturum,& omnes in patricium ordinem aſcripturum,& domos , &
agros,& multa alia eáque ingentia dona additurum pollicebatur. Quibus rebus irri-
tati Gabinij,Antiſtiũ inopinata calamitate attonitum, & præ ingenti dolore ne vo-
cem quidem emittere valentem,lapidibus obrutum interfecerunt. In alios quoque
eiuſdem conſilij ſocios inquiſitionẽ & animaduerſionem Sexto permiſſerũt.Ille ve- B
rò ſuis amicis commiſſa portarum cuſtodiendarũ prouincia, nequi reorũ effugerẽt,
miſſis ſuis ſatellitibus in illuſtriſſimorum virorum domos, de Gabinis multos , eóſq;
probos viros interfecit.Interea verò tumultu in vrbe ob tantum malũ exorto, Tar-
quinius per literas re cognita,cũ exercitu eò venit,quumque circa mediam noctẽ ad
vrbẽ acceſſiſſet,apertis portis ab iis qui ad hoc ipſum parati fuerant, ingreſſus , ſine
vllo labore vrbe eſt potitus.Quũ autẽ cognito eo caſu *ac infortunio*,omnes ſuã condi

Gabini à Tarquinio capti, clementer ſuã præter expectationem tractantur.

tionem deplorarent:& cædes,& ſeruitutẽ, & omnia mala quæ ſolent contingere vr-
bi à tyrannis captæ expectarent, vel,ſi optimè ſecum fuiſſet actũ,ſeruitutem,& bo-
norũ direptiones,atque his ſimilia animo præcipetent,Tarquinius tamen nihil ho-
rũ fecit quæ expectabant ac formidabant,licet eſſet improbus & inexorabilis in ſup
plicio de inimicis ſumendo:neque enim quenquam Gabinorũ interfecit, neque vr- C
be expulit,neque ignominia affecit,neque pecunia mulctauit:ſed quũ populũ ad cõ-
cionem cõuocaſſet,ingenij tyrannici perſonam exuit,& regiã induit,dixitque ſe illis
ſuam ciuitatem reſtituere & fortunas quas habebant cõcedere: idque,vt horũ operà
Romanorũ imperiũ maiori ſtabilitate firmatũ retineret:exiſtimãs firmiſſimũ ſibi ſuiſ-
que liberis præſidium fore fidem eorum,qui præter omnẽ ſpẽ ſeruati fuerant, & res
omnes ſuas recuperarant.Et nequis metus in poſterũ in eorum animis reſideret,néue
dubitarent,ſed hæc certa *& firma* illis permanerent, ſcripſit quo iure quibúſue con-
ditionibus amicitiam cum illis eſſet initurus, & extẽplò ibi in concione fœdus fecit
& ſuper victimas iurauit. Horũ fœderũ monumentũ Romæ extat,in tẽplo Iouis fi-
dij(quẽ Romani ſanctum vocant)clypeus ligneus,tectus corio eius bouis qui tunc in D
feriendo fœdere mactatus fuit,& literis antiquis fœderis cõditiones inſcriptas conti

Tarquinius quiete à bellis populo data, animum ad templorum fabricam appellit.

nẽs. His rebus geſtis, & Sexto filio Gabinorũ rege creato,copias abduxit.Atq; belli
Gabinij hic fuit exitus. ¶Post hæc Tarquinius,quiete à militia & bellis populo
data,dedit ſe ad templorũ fabricam,aut vota perſoluere ſtudens.Ille enim in vltimo
bello contra Sabinos geſto,pugnans,Ioui,Iunoni & Mineruæ,ſi ex prælio victor di-
ſceſſiſſet,templa ſe ædificaturum vouerat: ac rupem vbi deorum templa fundaturus
& conditurus erat,magnis ſumptibus & terra aggeſta explanauit,vt in ſuperiore libro
dixi. At templa iſta, exilio præuentus,perficere non potuit. Quum igitur Tarqui-
nius ex decimis Sueſſanæ prædæ hoc opus conficere ſtatuiſſet , omnes opifices ad id

De prodigio quod viſum ferunt,dũ fundamenta templi fodienda Tarquinius curaret.

peragendum adhibuit.Tunc mirum quoddam prodigiũ,dũ fundamenta foderentur E
& ipſa foſſa iam valde profunda eſſet,viſum ferunt. Aiunt enim inuentũ fuiſſe caput
hominis recens cæſi,cuius vultus viuo erat ſimilis: & ſanguinem ex illo capite calidũ
adhuc & recentẽ manaſſe.Tarquinius viſo hoc portento,iuſſit operas à terra fodien-
da abſtinere,& conuocatis vatibus indigenis , ex ipſis quæſiuit quid ſibi vellet illud
prodigiũ.Illis verò nihil declarantibus,ſed taliũ rerum ſcientiam Etruſcis facilè con-
cedentibus : percuntatus ex ipſis quiſnam inter Etruſcos longè omnium celeberri-
mus prodigiorum interpres eſſet : quum id cognouiſſet , miſit ad eum legatos , ci-
ues ſpectatiſſimæ virtutis.Quibus ad illius domũ profectis,fortè adoleſcentulus qui-

dam progreſſus obuiam venit,cui quum dixiſſent ſe Romanos legatos eſſe qui vatem
alloqui vellent, vt ſe ad eum deduceret rogabant. Et adoleſcens reſpondit, Pater
» meus eſt,quem vultis allòqui,ſed iam eſt occupatus, at aliquanto poſt ad eum acce-
» dere poteritis. Verùm, dum eum expectaris,mihi veſtri aduentus cauſam aperite.
» Ita enim fiet, vt ſi qua in re ob imperitiam peccaturi eſſetis, à me edocti in inter-
» rogatione nihil peccetis. Recta enim interrogatio, in artis diuinatoriæ præceptis
non minimum pondus habet. Illi ita faciendum cenſuerunt, & prodigium ei ex-
» poſuerunt. Is eo audito, & breui ſilentio interpoſito, Audite, inquit, Romani,
A prodigium quidem hoc pater meus vobis interpretabitur, nec mentietur. vati
» enim eſt nefas. Quæ verò vos dicturi, & ad eius interrogata rectè & verè ſitis re-
» ſponſuri (veſtra enim intereſt hæc antè ſcire) hæc à me accipite. Poſt prodi-
» gium ipſi enarratum, ipſe dicens ſe non ſatis bene percipere quid dicatis, cer-
» tum terræ ſpatium baculo circumſcribet, deinde vobis dicet, Hic eſt Tarpeius
» collis, hæc verò orientalis eius pars, hæc occidentalis, hæc ſeptentrionalis, hæc
» ei oppoſita. Has omnes *partes* baculo oſtendens, quæret ex vobis in quanam ha-
» rum partium caput inuentum fuerit. Quid igitur vobis ſuadeo vt reſpondeatis?
» vt caueatis, ne in vlla earum partium, quas ille baculo oſtendens ſciſcitatus fuerit,
» inuentum prodigium dicatis, ſed Romæ, apud vos, in colle Tarpeio id apparuiſ-
B ſe reſpondeatis. Si hæc reſponſa ſeruaritis, nec ab eo fueritis ſeducti, ille qui probè
» ſcit facta mutari non poſſe, quid illud prodigium portendat ac ſignificet, vo-
» bis explicabit, neque vos celabit. Hæc edocti legati, quum ſeni iam eſſet otium,
& quidam eos adiiſſet ac aduocaſſet, ingreſſi prodigium vati expoſuerunt. Illo
autem aſtutè ac doloſè agente & in terra deſcribente lineas circulares, & rurſus
alias rectas, & in ſingulis regionibus quærente vbinam id caput fuiſſet inuentum,
legati nihil animo turbati idem reſponſum ſeruarunt, quemadmodum vatis fi-
lius eos monuerat, Romam & Tarpeium collem ſemper nominantes, & ipſum va-
tem orantes, ne id ſignum interuerteret, ſed quàm ſynceriſſimè ac veriſſimè re-
ſponderet. Ille vero, quum illud ſignum interuertere, *ac legatos decipere* & augu-
C rium ſibi vendicare non potuiſſet, ſic eos eſt allocutus, veſtris ciuibus, Romani, re-
nuntiate fatale eſſe vt locus ille, in quo caput inueniſtis, totius Italiæ ſit caput.
Atque ab eo tempore locus à capite ibi inuento Capitolinus eſt dictus. Romani
enim *κεφαλαὶ* vocant capita. Tarquinius, quum hæc ex legatis audiſſet, opifices
ad opus peragendum adhibuit, & magnam templi partem abſoluit, veruntamen to-
rum opus perficere non potuit, regno antè pulſus, *& exilio prauentus*. ſed tertio cõſu-
laris imperij anno pop. rom. id abſoluit. Extructum autem ac fundatum fuit ſuper
crepidine alta, octo iugerum ambito pedum fermè ducentorum ſingula latera ha-
bens, pari propemodum longitudine ac latitudine, ne quindecim quidem integro-
rum pedum differentia. Etenim templum quod ſupra eadem fundamenta patrum
noſtrorum ætate poſt incendium fuit ædificatum, ſolo luxu ac materiæ magnificen-
D tia à priſco differt, vt compertum eſt. à parte enim frõtis vergentis ad meridiem tri-
plicem columnarũ ordinem habet, à lateribus duplicem: & in ipſo tria ſunt delubra,
quæ recta ſerie ſunt extructa, & ita inter ſe coniuncta, vt communia habeant late-
ra. ac medium quidem eſt Iouis. At ab vtraque parte *ſunt delubra* Iunonis & Miner-
uæ, ſub iiſdem pinnaculis & iiſdem tectis. Quinetiam aliud quoddã felicitatis pror-
ſus admirandę bonũ, regnante Tarquinio, Rom. reip. contigiſſe fertur, ſiue deorum,
ſiue geniorum aliquorũ fauore ac munere: quod non ad aliquod breue temporis ſpa-
tium, ſed perpetuò ex magnis malis variiſque periculis eam eripuit. Quædam enim — *De muliere quæ nouem libros Sibyllinorum oraculorum Tarquinio venales obtulit.*
mulier, non indigena, tyrannum adiit, nouẽ Sibyllinorum oraculorũ libros vendere
E volens. Sed recuſante Tarquinio libros illos emere tãto pretio quantũ illa petebat,
abiit, & tres eorum cremauit, nec multo poſt allatos reliquos eodem pretio vendere
volebat. Iudicata autem delira aliqua mulier, & deriſa, quòd idem pretium pro pau-
cioribus libris peteret, quod ne pro pluribus quidẽ accipere potuiſſet: denuò digreſſa
dimidiam reliquorum librorum partem exuſſit, & allatis reliquis tribus eãdem pecu-
niæ ſummam petiit. Tarquinius mulieris conſilium admiratus, augures accerſiuit, &
re illis narrata, quid eſſet faciendum quæſiuit. Illi verò, quum ex quibuſdam ſignis co-
gnouiſſent eum donum diuinitus miſſum aſpernatum fuiſſe, magnámque iacturam
ab eo factam dixiſſent, quòd omnes libros non emiſſet, iuſſit eam pecuniæ ſummam
mulieri numerari quam petebat, & oracula quæ ſupererant, redimi. Illa autem

Tarquinius Sibyllinorum oraculorum libros qui ſupererant, tandē eodem pretio emit quod mulier pro toto numero popoſcerat: emptos autem, cuſtodiēdos tradit.

mulier, quum libros tradidiſſet, vtq́ue diligenter aſſeruarentur monuiſſet, nunquam poſtea inter homines eſt viſa. Tarquinius verò duumuiros ex nobiliū numero creauit, & duos publicos miniſtros ipſis addidit, illiſque horum librorum cuſtodiam mādauit, quorum alterum, M. Atilium *inquam*, quòd viſus fuiſſet non bona fide ſe gerere, & ab altero publico miniſtro parricidij accuſatus fuiſſet, in culeum inſutum, in mare proiecit. Sed poſt reges exactos, quum reſp. oraculorum patrocinium ſuſcepiſſet, nobiliſſimis viris, quos eligebat, eorum cuſtodiam committebat: hi verò per totum vitæ tempus hoc munere funguntur, à militia & reliquis vrbanis muniis liberi, atque hæc publicè illis committit, ſine quibus non patitur quenquam oracula inſpicere. Et, vt rem paucis expediam, Romani nullam rem ſanctam aut ſacram æquè di- A
ligenter atque Sibyllina oracula cuſtodiunt. Ea autem conſulunt quoties ſenatus id decernit, quum in repub. orta eſt ſeditio, aut in bello grauis aliqua & inſignis clades accepta, aut quū aliqua prodigia aut ſpectra (quę ſępe contigerunt) apparēt, quę magnū aliquod & cognitu difficile malum portendūt. Hi oraculorū libri vſque ad bellū Marſicum permanſerunt, incolumes cōditi ſub terra, in tēplo Iouis Capitolinij, in arca lapidea, à decem viris aſſeruati. Sed poſt cētesimā & ſeptuageſimam olympiadē, templo incenſo, ſiue per inſidias aliquorum, vt nonnulli arbitrātur, ſiue caſu fortuito, hi quoque cum reliquis huius dei donariis igne ſunt abſumpti. Oracula, verò quæ nunc extant, ex variis locis ſunt comportata, alia ex Italicis vrbibus allata, alia ex Erythris Aſiaticis, ex ſ.c. miſſis legatis, qui eorum exemplar deſcribe- B
rent, alia ex aliis vrbibus, & à priuatis hominibus tranſcripta, in quibus quædam ſuppoſititia, & carminibus ſibyllinis inſerta reperiuntur, quæ deprehenduntur ex iis quæ acroſtichides nuncupantur. Dico autem ea quæ Terentius Varro in ſuis commentariis theologicis memoriæ prodidit.

Tarquinius colonias condit. *Sed quidam interpr.* deducit: *& illa paulò poſt verba*, [illegible] *interpr.* & vtrique condendæ duobus è filiorum ſuorum numero præfectis.

Tarquinius quum hæc pace bellóque geſſiſſet, & duas colonias condidiſſet, (vnam quidem quæ Signia vocabatur, non certo propoſito, ſed caſu fortuito, quòd in eo campo milites hybernaſſent, caſtráque ita muniuiſſent vt nihil ab vrbe differrent: Circeios verò, certo conſilio, quòd is locus valde opportunus eſſet, ſiquidem eſt in campis Pomptinis, qui omnium camporum agro Latino, marique contiguo finitimorum ſunt maximi: eſt autem rupes inſtar peninſulæ modicè excelſa in mari Tyrrheno, vbi Circe ſolis filia habitaſſe fertur,) & quū has ambas colonias duob. ſuis filiis conditoribus aſſignaſſet, C
Circeios Arunti, Signiam Tito: de regno iā ſecutus, ob violatā pudicitiā cuiuſdā matronæ, quam Sextus filiorum natu maximus ſtuprarat, regno & vrbe ſimul expulſus eſt: à deo de futura familiæ calamitate præmonitus, cùm multis aliis prodigiis, tū etiā hoc poſtremo.

Tarquinius ob violatā à Sexto filio matronæ pudicitiam regno ſimul & vrbe expellitur.

Aquilę coëuntes in locum regiæ adiacentem, verno tēpore nidos conſtruxerant in proceræ palmæ cacumine, quæ quum pullos adhuc implumes haberent, vultures conferto agmine aduolantes nidos diſturbarunt, & pullos interfecerunt, & aquilas à paſtu redeuntes, roſtris pungentes, aliſque ferientes, à palma abegerunt. Tarquinius hoc auſpicio animaduerſo, licet diligenter ſibi caueret, &, ſi qua ratione poſſet, fatum vitare conaretur, non potuit tamen id ſuperare: ſed in ipſum D
facta conſpiratione patriciorum, & conſenſu plebis eos adiuuantis regno expulſus eſt.

De conſpirationis in Tarquinium factæ autoribus. *Sed quidam interpretantur interpr.* non conſpirationis, *ſed* tumultus. *Verba Gr. propriè ſonant*, Quinam autem primi in illum inſur rexerint.

Quinam autem fuerint † conſpirationis in illum factæ autores, & quomodo rē ipſam aggreſſi fuerint, paucis declarare conabor. Ardeam vrbem Tarquinius obſidebat, cauſam prætexens quòd Romanos exules recepiſſet, eóſque in patriam reducere conaretur. Sed vera cauſa erat quòd illi ob diuitias inſidiaretur, quia omniū Italicarum vrbium fortunatiſſima erat. Sed quum Ardeates ei ſtrenuè reſiſterēt, & obſidio diuturnior eſſet, milites, tam illi qui erant in caſtris, quòd belli moras iniquo animo ferrent, quàm illi qui erant in vrbe, quòd pecunias amplius cōferre nō poſſent, ad defectionem, ſi quod eius initium fieret, parati erant. Interea autem Sextus, filiorū Tarquinij natu maximus, à patre miſſus Collatiam quorūdam bellicorū negotiorū cauſa, apud cognatū ſuum L. Tarquinium Collatinum diuertit. Hūc Fabius E
Egerij filium fuiſſe tradit, de quo antè egi, & quem demonſtraui fuiſſe filium fratris Tarquinij Priſci, Romanorū regis & ab eo Collatiæ præfectū, & à domicilio quod ibi habebat, Collatinum vocatum, & poſteris ipſius idem cognomen ab eo relictum fuiſſe. Ego verò hūc quoque Egerij nepotem crediderim, ſiquidem eadē ætate erat, qua & Tarquinij filij, vt Fabius, & multi alij ſcriptores prodiderunt. Et meam hanc opinionem ipſa temporum ratio confirmat. Collatinus igitur in caſtris tunc erat. At eius vxor, matrona Romana Lucretij viri illuſtris filia, eum, vt mariti ſui cognatum,

Lucretia Sextum Tarquinij filium, vt mariti ſui cognatū magna animi alacritate excipit.

magna

magna animi alacritate ac humanitate excepit. Hanc mulierem, cuius inter omnes romanas egregia erat forma & pudicitia ſpectatiſſima, Sextus ſtuprare auſus eſt, qui quum iam multò antè hanc rem exequi conatus fuiſſet, quoties apud cognatum ſuū diuertit, nunquam tamen voti ſui compos eſt factus: ſed tunc rei peragēdæ occaſionem maximè opportunam ſibi oblatam eſt arbitratus. Quum enim poſt cœnā dormitum abiiſſet, magnam noctis partem ſeſe vigilans continuit, atque vbi omnes ſopitos exiſtimauit, ſurrexit, & cubiculum petiit, in quo Lucretiam dormire ſciebat: & clam ianitoribus qui ad cubiculi ianuā dormiebant, ſtricto gladio eſt ingreſſus. Quū autem ad lectum acceſſiſſet; & mulier excitata fuiſſet ſimulatque ſtrepitum ſenſit: & A quæreret quiſnam eſſet, ille ſuo nomine dicto, iuſſit eam tacere, & in cubiculo manere, cædem ipſi minatus, ſi vel fugere vel vociferari fuiſſet auſa. Hac ratione quum miſeram mulierem perterrefeciſſet, duas illi optiones obrulit: quarum alteram, quam maluiſſet, eligere iuſſit, aut mortem cum dedecore, aut vitam cum omni felicitate coniunctam. Si enim (inquit) mihi hoc gratificari volueris, vxorem te ducam, & mecum regnabis nūc quidem in vrbe quam pater mihi dedit, at poſt eius mortem, Romanorum, Latinorum, Thuſcorum, & aliarum gentium, quibuſcumque ille imperat, dominatu mecum frueris. Scio enim me paternum regnum habiturum, quemadmodum ipſa æquitas poſtulat, quòd omnium eius liberorum ſim natu maximus. Quæ verò bona regibus ſint, quorum omnium tu mecum eris domina, quid opus B eſt te probè gnaram docere? quòd ſi mihi reſiſtere conata fueris ſeruandæ pudicitię ſtudio, te interficiam: præterea, iugulato vno de ſeruis, veſtra corpora coniungam, & dicam te in turpi adulterio cum ſeruo deprehenſam, pœnas mihi, iniuriā cognati perſequēti dediſſe, ita vt turpis, & probroſa mors tua ſit futura, & corpus tuum neque ſepulturam, neque aliam quampiam earum rerum, quæ defunctis dari ſolent, ſit conſequuturum. Quare quum ad multas minas & preces ſimul adhibuiſſet iuſiurādum, quo affirmauit ſe omnia ſeriò ac verè dicere, Lucretia coacta eſt mortis ignominioſæ metu, cedere & pati illum peragere quod ipſi libuiſſet. Quum autem dies illuxiſſet, ille in caſtra rediit nefaria & pernicioſa libidine ſatiata. At Lucretia illū caſum ægerrimè ferens, quanta maxima potuit celeritate conſcendit carpentum, & Romam atrata petiit, ſub veſte cultrum occultans, neque in ipſo itinere cuiquam ſa-

Sextus Tarquinius Lucretiæ ſtuprum inferre parat, tandē perterrefactæ infert.

C lutanti ſalutem reddens, neque reſpondens volentibus ſcire quidnam ipſi accidiſſet: ſed cogitabunda, & præ mœrore vultum demittens, oculóſque lacrymarum plenos habens. Quum autem ingreſſa fuiſſet domum patris (quidam autem cognati apud eum tunc fortè aderant) ſe ad eius pedes proſternens, eiúſque genua amplectens aliquandiu fleuit, nulla voce emiſſa: deinde, quum pater eam erexiſſet, eámque rogaſſet vt diceret quid ſibi accidiſſet, Supplex, inquit, ad te confugio, pater, grauem & non credendam paſſa iniuriam: quare eam mea cauſa vlciſcere, nec deſpice tuam filiam, quæ iniuriam vel ipſa morte grauiorem accepit. Illo autē & cæteris omnibus admirantibus, & quis eius iniuriæ autor, quódue genus iniuriæ eſſet dicere iubentibus, Audies (inquit) pater, breui meas calamitates: ſed primùm, pater, mihi petēti hoc D beneficium largire. Conuoca quotquot amicos, & cognatos potes, vt illi ex me ipſa inſignem iniuriam quam accepi, non ex aliis audiant. Quum autem intellexeris fœdam & grauem neceſſitatem, quæ me implicitam tenet, deinde cum illis deliberabis quomodo meam tuámque iniuriā ſis vlturus, nec longas moras interponas. Quū autem nobiliſſimi viri celeriter & magna feſtinatione aduocati, domum conueniſſent, quemadmodum illa poſtularat, rem totam ab ipſo principio repetitam illis narrauit. Poſtea patrem complexa, & multis precibus ipſum & illos qui cum eo aderant obteſtata, deos etiā lareſque ſuppliciter precata vt ſe citò vita liberarent, educto cultro, quem ſub veſte abditum habebat, & pectori vnico vulnere illato, cultrum E ad cor vſque adegit. Clamore autem, & eiulatu, ac planctu muliebri per totam domum exorto, pater ipſam complexus fouebat, & nomine ſæpius vocabat, & quaſi ex vulnere conualeſcere & ſanari potuiſſet, eam omni diligentia adhibita curabat. At illa in eius vlnis palpitans, & animam luctantem efflans, moritur. Romanis verò qui aderant, adeò atrox & miſerandus ille caſus eſt viſus, vt omnes vno ore vociferarentur, ſatius eſſe ſibi pro libertate millies mori, quàm tales iniurias à tyrannis illatas perpeti. Inter eos erat quidam P. Valerius, à quodam Sabinorū, qui cum Tatio Romam venerant, oriundus, vir ſtrenuus & prudens: hic ab illis in caſtra mittitur, vt & marito Lucretiæ caſum indicaret, & cum eo milites ad defectionem à tyrannis

Lucretia violata patrem adit.

Quidam δαίμονας non lares ſed genios interpr. quidam & dæmones. Vocem Gr. retinendo.

Lucretia pectori ſuo vulnere vnico illato, cultrum ad cor vſque adigit.

Quæ Lucretiæ interitum ſequuta ſint, quorum ille cauſa fuit.

faciendam ſolicitaret. Ei autem vix portas vrbis egreſſo, Collatinus, qui ex caſtris in
vrbem redibat, obuius fit, domeſticæ calamitatis penitus ignarus: & cũ eo L. Iunius,
cui Bruto cognomen erat, quod ſi græca lingua Bruti vocem interpreteris, ſonabit
De Iunio Bruto, cum alia, tũ verò vnde cognomen hoc ſit nactus.
ἠλίθιος. De quo pauca præfari eſt neceſſe, (quando Romani huius opera potiſſimùm
tyrannos vrbe pulſos fuiſſe aſſerunt) quis eſſet, & quibus ortus parentibus, & qua de
cauſa hoc cognomen à moribus ſuis alienum habuerit. Pater ei fuit M. Iunius, à
quodam Æneæ ſocio oriundus, qui ob inſignem virtutem inter nobiliſſimos Ro-
manos habebatur: mater verò Tarquinia, Tarquinii Priſci regis filia: ipſe verò egre-
giè inſtitutus, & omni indigena diſciplina excultus erat, & ingenium ad omnes
ingenuas artes facile habebat. At poſtquam Tarquinius, cæſo Tullio, præter a- A
lios multos, eóſque viros probos, ipſius quoque patrem clandeſtina morte de
medio ſuſtulit: non ob aliquod eius delictum, ſed eius diuitiarum cupiditate ad
id adductus, quas, antiquæ & opulentæ familiæ heres, à maioribus congeſtas &
ſibi relictas acceperat: & cum eo filium maximum natu, in quo generoſus qui-
dam animus elucebat, & qui patris cædem inultam manere non fuiſſet paſſus: Bru-
tus adhuc iuuenis, & omni cognatorum auxilio deſtitutus, facinus longè omnium
prudentiſſimum facere eſt auſus. ſtulti enim cognomen aſſumpſit, & ſe ſtultum eſ-
ſe ſimulauit, & ſtultitiam ſimulans, id cognomen retinuit conſtanter ab illo tem-
pore, ex quo id aſſumpſit, donec occaſionis opportunitatem ſibi oblatam iudi-
cauit. Hócque illi ſaluberrimum fuit remedium aduerſus Tyranni crudelitatem, in B
multos bonóſque viros debacchantis. Tarquinius enim contempta ſtultitia, quæ in
illo in eſſe videbatur, (quæ tamen reuera non inerat) omnibus bonis paternis
ipſum ſpoliarat, & exiguum quiddam pro victu quotidiano ei ſuppeditans, vt pu-
pillum tutoribus indigentem apud ſe ſeruabat, & cum ſuis filiis verſari patiebatur:
nõ honoris cauſa, vt apud propinquos ſimulabat, quòd eſſet cognatus: ſed vt riſum
adoleſcentibus moueret, & illis eſſet oblectamento, multa ſtulta verba proferendo,
& res hominum verè ſtultorum faciendo. Quinetiam quando ſuos duos filios, Arũ-
tem, & Titum oraculum Delphicum de peſte conſulturos miſit: (nam illo regnante
morbi quoddã genus inuſitatum in virgines & pueros graſſabatur, quo multi interi-
bant, grauiſſimum & ſanatu difficile in mulieribus prægnantibus, quandoquidẽ ma-
tres cum ipſo fœtu paſſim per medias vias enecabat) quòd ex ipſo deo cognoſcere C
vellet & morbi cauſam, & rationem qua eo poſſet liberari, illum quoque miſit cum
adoleſcentibus, hoc eorum precibus concedens, vt haberẽt cui & verbis & factis il-
luderent. Adoleſcentes igitur illi quum ad oraculũ veniſſent, & reſponſum accepiſ-
ſent eorum quorum cauſa fuerant miſſi, donariis deo donatis, & valde deriſo Bruto,
quòd baculum ligneum Appollini dicaſſet, (at ille nullo rem ſciente baculũ perfo-
rarat vt fiſtulam, & auream virgam dicarat) poſtea ex deo ſciſcitati ſunt, quemnam
fata Romanorum principem futurum deſtinaſſent. Deus illis reſpondit, eum, qui
primus matri oſculum tuliſſet. Illi igitur quum non percepiſſent quid ſibi vellet ora-
culum, pacti inter ſe ſunt, vt ſimul matrem oſcularentur, quòd communi regno
potiri vellent. At Brutus dei mente intellecta, ſtatim vbi primùm Italiam eſt ingreſ- D
ſus, prolapſus, terram eſt oſculatus, hanc communem omnium parentem arbitra-
tus. Quæ igitur huic viro antè euenere, huiuſmodi fuere. Tunc verò vbi cognouit
ex Valerij verbis Lucretiæ caſum & cædem, manibus in cælum ſublatis. Iupiter (in-
quit) & cæteri dij omnes, quibus res mortalium curæ ſunt, numquid tempus il-
lud iam venit, quod ego expectans hanc vitæ ſimulationem indui, & ad hanc vſ-
que diem ſeruaui? numquid fatale eſt Romanis vt à me & mea opera tyrannide ne-
faria liberentur? his dictis magna contentione domum cum Collatino & Valerio
petiit. Quum autem ingreſſi fuiſſent, & Collatinus Lucretiam in medio iacen- E
tem vidiſſet, & patrem eam amplectentem, ingenti gemitu edito, ipſam mor-
tuam amplexus, oſculabatur & ſæpius nomine vocabat, & cum ea vt cum viua
colloquebatur, præ mali dolore mentis non compos. Quum autem ille valde eam
lugeret, & ipſe quoque pater ex altera parte idem faceret, & domus tota fletu ac
lamentis plena eſſet. Brutus ad eos conuerſus, Aliàs, inquit, Lucreti, & tu Collati-
ne, vóſque omnes huius mulieris neceſſarij, ſatis temporis ad eam deflẽdam habebi-
tis: ſed iã quomodo iniuriã ipſi illatam vindicare poſſimus eſt cogitãdum: hoc enim
præſens tẽpus poſtulat. Viſus eſt rectè monere, quare ſoli ſedẽtes, & remota omnium
domeſticorũ ac famulorum turba, cõſultabant quid faciendũ eſſet. Tũ Brutus cœpit
primùm

primùm de ſē verba facere, dixitque eam ſtultitiam in ſe reuera minimè eſſe quam
multi exiſtimabant: ſed ſe ad tempus eam ſimulaſſe:& allatis cauſis cur eius ſimula-
tionem induere nō dubitaſſet, & omnium hominū facilè prudentiſſimus iudicatus:
poſteà illis perſuaſit vt omnes cōmuni cōſenſu ex vrbe Tarquinium & eius liberos
expellerent:& longā orationem habuit, qua eorū animos ad id impelleret. Quum
autem vidiſſet omnes in eadē eſſe ſententia, nō verbis opus eſſe dixit, non pollicita-
tionibus, ſed factis, ſi quid eorū quę erant facieda peragere vellent:ſéq; horū initiū
facturum dixit. Quum hæc dixiſſet, & cultrum cepiſſet quo Lucretia ſe intereme-
rat, quumque ad eam acceſſiſſet, ori impoſuit:(adhuc enim ſpectaculum maximè
A miſerandum propalam erat) per Martem & cæteros deos iurauit, ſe quauis ratio-
ne pro viribus Tarquinij tyrannidē euerſurum, nec ſe vnquam cū tyrannis in gra-
tiam rediturum, nec alios redire paſſurum: ſed in poſterum ſe hoſtis loco habiturū
quicunque id vellet facere, ſeque capitali odio tyrannidem, eiuſque fautores *ac de-
fenſores* proſequuturum. Quòd ſi iuſiurandum violaſſet, tale mortis genus, quale mu
lieri illi cōtigerat, ſibi liberiſque ſuis eſt imprecatus. His dictis, idem iuſiurādum à cę-
teris exegit. Illi verò non amplius cunctantes ſurrexerunt, & cultro illo per manus
ſubinde accepto, iurarunt. Quum autem iuraſſent, poſtea rationem qua rem ipſam
aggrederentur quærere cœperunt: & Brutus hoc conſilium illis dedit. Primùm ad
vrbis portas cuſtodes adhibeamus, ne quid eorum quæ in vrbe aut dicuntur aut
fiūt contra tyrannidem Tarquinius ſentiat, antequam res noſtræ ſint paratæ. De-
B inde allato mulieris cadauere in forum, ita cruento vt eſt, Lucretius & Collatinus
in medium progreſſi, re tota ordine narrata, ſuas calamitates deplorēt. Deinde alio-
rum vnuſquiſque progreſſus in medium, in tyrannidem inuehatur, & ciues ad liber-
tatem recuperandam prouocet. Hoc autem omnibus Romanis optatiſſimum erit, ſi
à nobis patriciis libertatis initium fieri viderint. Multas enim & graues iniurias à
Tarquinio acceperunt, paruóque impulſu ac leui occaſione ipſis eſt opus. Vbi verò
habuerimus plebem ad tyrannidem euertendam concitatam, eius ſuffragiis Tarqui-
nio regnum abrogemus, & hoc plebiſcitum celeriter ad eos qui ſunt in caſtris mit-
tamus. Nam ſi milites armati totam vrbem à tyrannis alienatam eſſe cognouerint,
patrię libertati ſtudebunt: nec largitionibus amplius detinebuntur. Hæc quum il-
le dixiſſet, Valerius eius verba excipiens. Reliqua quidem (inquit) Iuni, rectè mi-
C hi videris ratiocinatione tua colligere: cæterùm, de comitiis, illud ex te ſcire velim,
quiſnam legitimè ea indicere, & ſuffragia curiis diſtribuere poſſit. Magiſtratus enim
hoc eſt officium. Nemo verò noſtrum vllum magiſtratum gerit. Cui reſpondit Bru-
tus, Ego, Valeri. Sum enim Celerum tribunus, & concionis conuocandæ, quotieſcū-
que velim, poteſtas mihi per leges eſt data. Tarquinius enim maximum hunc magi-
ſtratum dedit mihi, vt ſtulto, & tanquam homini eius vim ac poteſtatem nō cogni-
turo, neque, ſi cognoſcerem, ea vſuro: quinetiam ego primus in tyrannū perorare
ſum paratus. Omnes his auditis eum laudarunt, & vt honeſti ac legitimi conſilij au-
torem, reliqua quoque dicere iuſſerunt. Ille autem reſpōdit, Quando hæc vobis ita
D fieri placet, hoc videamus, quiſnam magiſtratus poſt exactos reges vrbis imperium
ſit habiturus, & à quo creatus: imò etiam illud antè eſt proſpiciendum, quæ ſit futu-
ra reip. forma, quam tyrannide liberati conſtituemus. Præſtat enim de his omnibus
conſultare priuſquàm tantum facinus aggrediamur, & nihil relinquere, quod non
antè diligenter conſiderarimus & accuratè perpenderimus. Dicat verò vnuſquiſ-
que veſtrum quid his de rebus ſentiat. Poſtea multi multa fecerunt verba. Ac aliis
quidem recenſentibus omniū ſuperiorum regum beneficia in remp. collata, place-
bat denuò reges creari. Alij verò enumerantes facinora tyrannica & iniurias, quas
cùm alij multi ſuis ciuibus intulerant, tum etiam Tarquinius poſtremus: vnius po-
E teſtati remp. amplius committendam non cenſebant, ſed malebant ſummam rerū
penes ſenatum eſſe, vt in pleriſque Græciæ ciuitatibus. Alij neutram harum reip. ad-
miniſtrandæ formarum probabant: & ſuadebant vt dominatus popularis, quemad-
modum erat Athenis conſtitueretur, paucorū iniurias & flagitia, quæ ob pluris ha-
bendi cupiditatem patrantur, proferentes, & ſeditiones quę inter humiliores & po-
tentiores ſolent oriri: & iuris æquabilitatem, verè ciuitatis liberæ formam omnium
tutiſſimam, atque honeſtiſſimam eſſe demonſtrantes. Sed quum omnibus hæc ele-
ctio non ſine negotio, & difficultate diiudicari poſſe videretur, ob vitia *& mala* quæ
vnamquāque reip. formam comitantur, poſtremus Brutus, orationem excipiens ita

Brutus ſe ſtultitiam ſimulaſſe dicit, & cauſam huius ſimulationis reddit.

Deliberatio Bruti cum aliis quomodo Tarquinius ſit opprimendus.

Deliberatio de reip. forma qua, tyrannide liberati, ſint conſtituturi.

Brutus, licet differendam cenſeat de cõſtituenda reip. forma deliberationem, diſſetit tamen multa de retinẽda quidem poteſtate regia, ſed eius vitiis corrigendis.

eſt loquutus, Ego verò, Lucreti & Collatine, & omnes vos qui adeſtis viri boni, & «
ex bonis progeniti, in præſentia nobis nullam ciuitatis formam conſtituendam cen- «
ſeo. Nam & ipſius temporis anguſtiæ, in quas à rebus præſentibus ſumus compulſi, «
non patiuntur vt præſentem reip. ſtatum in alium meliorem facilè mutemus: & «
ipſam mutationem tentare, licet optimè de ea conſultauerimus, tamen lubricum «
eſt, nec periculis caret. At poſtea nobis licebit, quũ tyrannide fuerimus liberati, lon- «
gè liberius & maiore cum otio deliberantibus, meliorem reip. formam deteriori an- «
tepoſitam eligere: ſi qua tamen eſt melior ea quam Romulus & Pompilius, & cæteri «
qui poſt eos regnarunt, nobis conſtitutam tradiderunt, qua factum eſt vt reſpub. «
noſtra euaſerit ampla & fortunata, & multis populis ad hoc vſque tempus conſtan- A
ter imperarit. Vitia verò grauia, quæ regnum comitari ſolent, ob quæ in crudeli- «
tatem tyrannicam degenerat, & quæ regiam poteſtatem omnibus inuiſam reddunt, «
ſuadeo vobis vt iſta corrigatis, & caueatis ne vnquam poſthac in hæc ipſa recida- «
mus. At quænam illa ſunt? Primùm quidem, quia plerique rerum nomina ſpectant, «
& propter hæc vel res noxias expetunt, vel vtiles fugiunt, in quarum numero ipſum «
quoque regnum eſſe contigit, vobis, vt veſtræ reip. nomen mutetis, ſuadeo, & eos «
quorum curæ & fidei communis omnium ſalus committetur, non amplius reges, «
neque monarchas vocetis: ſed aliquam modeſtiorem & magis popularem appella- «

De tradendo duobus viris imperio, Lacedæmoniorum exemplo.

tionem illis imponatis. Deinde, ne rerum ſummam vnius arbitrio & poteſtati com- «
mittatis: ſed duobus viris regium imperium permittatis, quemadmodum audio La- B
cedæmonios facere iam per multas ætates, & ob hanc reipu. formam maximè inter «
omnes Græcos bonis legibus & opibus florere ac felices eſſe. Minus enim iniurioſi «
& graues erunt, ſi ea poteſtas bifariam ſit diuiſa, & ſi vterque parem habeat poteſta- «
tem. Nam ſi viciſſim alter alterum reuereatur, & à voluptuoſo vitæ genere retrahat, «
ex hac honoris ac poteſtatis æqualitate maximè naſcetur æmulatio, qua fiet vt vter- «
que virtutis ſtudioſus euadat, ciúſque opinionem aliis præbere conetur. Quoniam «
autem multa ſunt inſignia quæ regibus tradita fuerunt: ſi qua populo moleſta ac in- «
uiſa ſunt, certò eorum partem minuendam, partem penitus tollendã cenſeo. Sceptra «
iſta intelligo, at & aureas coronas, & purpureas auróq; intertextas trabeas, *quarũ ge-* C
ſtatio ipſis minimè permittenda, niſi quibuſdam diebus feſtis, & in triumphi pompis, in «
quibus hæc honoris deorum cauſa aſſument: rarus enim horum vſus moleſtus non «
erit. Cæterùm, eburneam ſellam, in qua ſedentes iudicant, & togam candidam, præ- «
textamque & duodecim faſces, qui ipſis per vias præferuntur, cenſeo relinquendos. «
Præterea, quod omnium à me dictorum longè vtiliſſimum fore arbitror, & quod «
præcipuè eos qui hunc magiſtratum accipient in officio continebit, ne toties delin- «
quant, illud eſt: ne iidem perpetuum imperium, & cum vita finiendum habeant. (O- «
mnibus enim pergrauis eſt magiſtratus, cui nullum certum tempus eſt præfinitum, «
& qui nullis actorum ſuorum reddendis rationibus obnoxius eſt: vnde tyrannis na- «
ſcitur). Sed autor ſum vt magiſtratus poteſtas in annuum tempus contrahatur, quẽ- D
admodum fit apud Athenienſes. Nam quòd idem partim imperet & partim pareat, «
& antequàm animus ſanáque mens corrumpatur, ab ea poteſtate remoueatur, *hoc* «
faſtoſa ingenia reprimit, nec mores hominum illa poteſtate inebriari ſinit. Hæc ſi «
ita conſtituerimus, licebit nobis regiæ gubernationis bonis frui, & malorum, quæ il- «
lam comitantur immunes eſſe. Sed vt ipſum quoque nomen regię poteſtatis, noſtris «
moribus patriis receptum, quod auſpiciis fauſtis diíſque comprobantibus in noſtrã «
ciuitatem fuit introductum; ipſius religionis cauſa ſacroſanctũ ſeruetur: ſemper rex «
aliquis creetur, cui hic honor ſit perpetuus quandiu viuet, qui omnis bellicæ mole- «
ſtiæ ſit immunis, & vt rex hanc ſolam ſacrorum curam ſuſtineat, nihil præterea cu- «
ret. Quo autem modo hæc ſingula fient, ex me audite. Ego indicam comitia, quem- E
admodum dixi, quandoquidem hoc mihi ex legibus eſt conceſſum, & meam ſentẽ- «
tiam *apud ciues* declarabo, qua iubebo Tarquinium cum liberis & coniuge in exiliũ «
abire, & ipſum eiuſque poſteros ab vrbe & ditione romanorum in perpetuũ arceri. «
vbi autẽ meã ſentẽtiam ſuis ſuffragiis ciues cõfirmarint ratámq; fecerint, declarata «
illis reip. forma, quã conſtituere in animo habemus, interregẽ creabo, qui magiſtra- «

De creando Interrege, à quo nominentur magiſtratus qui imperium ſint habituri.

tus remp. geſturos deſignabit, & ipſe celerum magiſtratũ deponã. Interrex verò qui «
à me creatus fuerit, centuriatis comitiis nominet magiſtratus, qui imperiũ ſunt ha- «
bituri, & populum ad ſuffragia de illis ferenda vocet. Quòd ſi pluribus centuriis il- «
lorum electionem ratam eſſe placuerit, & ſimul fauſta auſpicia ipſis eam confirma- «
rint, iſti

tint, iſti tum demum faſcibus & reliquis regiæ poteſtatis inſignibus acceptis, dent operam vt liberam patriam incolamus, neue Tarquiniis vnquam in eam reditus pateat. Conabũtur enim (hoc pro cõperto habeatis) & ſuaſione, & vi, & dolo, & quauis alia ratione imperium recuperare, niſi nobis caueamus ab ipſis. Hæc igitur ſunt maxima & præcipua, quæ in præſentia vobis dicere & ſuadere poſſum. Res verò ſingulas, quæ multæ ſunt, & quæ non ſine difficultate iam poſſent accuratè diſcuti (ad ſummas enim temporis anguſtias ſumus redacti) futuris magiſtratibus relinquendas ac permittendas cenſeo. Illos verò de rebus omnibus conſultare cum ipſo ſenatu oportere dico, quemadmodum reges faciebant: & nihil ſine nobis facere, & S.C. ad
A populum referre, vt fert maiorum noſtrorum conſuetudo, nulla in re eius priſtina autoritate ac poteſtate imminuta. Hoc enim pacto eorum magiſtratus tutiſſimus & honeſtiſſimus erit. Quum igitur Iunius Brutus hanc ſententiam dixiſſet, omnes eã laudarunt, & ſtatim de futuris magiſtratibus conſultantes, cenſuerunt interregem prodẽdum Sp. Lucretium, patrem mulieris quæ ſibi manus attulerat, & ab illo magiſtratus regia poteſtate præditos, inquiſitione in eorum vitam facta, creandos, L. Iunium Brutum, & L. Tarquinium Collatinum. Hos magiſtratus patrio ſermone Cõſules vocari placuit. Hoc nomen ſi grecè interpreteris, συμβύλοις, vel προβύλοις ſignificare poteſt. Romani enim συμβυλάς conſilia vocant. At à Grecis temporis progreſ- *Conſulum appellationem quomodoquis Græcè interpretari poſſit.*
B ſu ὕπατοι vocati ſunt à poteſtatis amplitudine, quòd omnibus imperẽt, & ſummum dignitatis gradum obtineãt. Priſci enim, quod excellens & ſummum erat, id ὕπατον vocabant. Hoc inito conſilio, atque his ita ſtatutis, votis nuncupatis, deos precati vt ſe res ſanctas ac iuſtas expetentes adiuuarent, in forum prodierunt. Illos autem ſequebãtur famuli, in lecto nigris veſtibus conſtrato portantes Lucretiæ cadauer incultum & ſanguine cruentatum, quod quum ante curiam poni in loco edito & conſpicuo iuſſiſſent, populum ad concionem conuocarunt. Quum autem non ſolùm omnis turba, quæ tunc erat in foro, ſed etiam reliqua quæ erat ſparſa per totam vrbem eò confluxiſſet, (præcones enim per omnia compita populum ad concionem in forum conuocarant) tunc Brutus locum conſcendit vnde illi qui comitia indicunt, cõcionem ad populũ ſolent habere, & patriciis aſtãtibus, ita eſt loquutus. *Bruti oratio ad populum qui in forum ad concionem erat per præcones conuocatus.*

C DE NECESSARIIS ac honeſtis rebus verba apud vos facturus, Quirites, de me ipſo pauca primùm dicere volo. Fortaſſe enim aliquibus veſtrum, imò potius, (quod probè ſcio,) pleriſque mẽte pertubata & parum ſana videbor, qui de rebus grauiſſimis dicere aggrediar, ego cui, vt pote non ſana mente prædito, curatoribus eſt opus. Sciatis igitur vulgarem illam opinionẽ quã omnes de me tanquã de ſtulto habebatis, falſam eſſe, & nullum alium præter me ipſum eius fuiſſe autorẽ, quod autem coëgit me viuere, nõ prout meum ingeniũ poſtulabat, neque vt me viuere decebat, ſed prout Tarquinio libebat, & mihi vtile fore videbatur, fuit vitę periculũ ac metus. Tarquinius enim cæſo patre meo, ſimulatque regnũ eſt adeptus, vt eius fortunas, quæ valde amplæ erant, poſſideret: & fratre maiore qui patris cædem erat vlturus,
D niſi ſublatus de medio fuiſſet, occulta morte ſublato: proculdubio, vt conſtabat, ne mihi quidem peperciſſet, qui omni neceſſariorũ auxilio deſtitutus eram, niſi ſimulationẽ ſtultitiæ induiſſem. Hęc ſimulatio, quam tyrannus veram ſtultitiam eſſe credebat, effecit ne eadem mala, quæ illi ſunt perpeſſi, experirer, & ad hoc vſque tempus me ſeruauit. Iam verò tandem eam (venit enim tempus quod optabam & expectabam) per viginti & quinque annos ſeruatam depono. atque hæc quidem de me ſint dicta. res verò publicæ, quarum cauſa ego vos ad concionem conuocaui, hæ ſunt. Quum Tarquinius neque patriis moribus, neque legitimè imperium occuparit, neque poſtquam id quomodocunque eſt adeptus, honeſtè ac regiè ſe in eo geſſerit, ſed iniuriis & iniuſtitia omnes tyrannos, qui vnquam fuerint, ſuperarit: ei hãc
E poteſtatem abrogare nos patricij communi conſenſu decreuimus: quod iam pridem factum oportebat, ſed iam tempus opportunũ nacti hoc ipſum facimus. Et vos, Quirites, conuocauimus, vt indicata voluntate noſtra vos rogaremus vt nos in aſſerenda patriæ libertate iuuetis, qua neque nobis antè frui licuit, ex quo Tarquinius regnum occupauit: neque poſtea licebit, ſi nũc molliter *ac ignauiter* nos geſſerimus. Si igitur tantum temporis haberem quantum vellem, & apud rerum ignaros verba facerem, omnia tyranni ſcelera perſequerer, ob quæ non vno, ſed pluribus ſuppliciis dignum eum omnes iure iudicarent. Sed quia nec res, nec temporis anguſtiæ hoc patiuntur, quæ paucis verbis, & multis factis indigent: quia etiam apud vos rerum

Brutus acriter in Tarquiniũ inuehitur, varia eius facinora recenſens.

gnaros verba facio,pauca eius facinora grauiſſima,& adeò manifeſta , vt nulla ratio-
ne poſſint excuſari,vobis commemorabo,& in memoriam reuocabo. Iſte,Quirites,
eſt ille Tarquinius,qui antequam regnum eſſet adeptus , Aruntem fratrem ſuum,
quòd improbus eſſe nollet , venenis ſuſtulit , aſſumpta ad ſocietatem huius ſceleris
illius vxore,ſuæ coniugis ſorore,cum qua ipſe,diis inuiſus,vel multò antè adulteriũ
commiſerat.Hic eſt ille qui vxorem ſuam,matronam pudicam , & liberorum quos
ex ea ſuſceperat,parentem,eodem tempore & iiſdem venenis ſuſtulit:qui ne expia-
re quidem voluit vtriuſque veneficii piaculum , & ſe purgare de hoc à ſe patrato,
ſaltem aliqua lugubri ſpecie , & exigua luctus ſimulatione:ſed ſimulatque præclara
hæc facinora patrauit , antequam integer dies,quo infelicia illa corpora rogis fue- A
rant mandata,interponeretur,amicos conuiuio excepit,nuptiaſque celebrauit , &
ſponſam,quæ maritum ſuum interfecerat , in ſororis thalamum duxit , nefarias pa-
ctiones cum illa factas cõfirmans,& exemplũ impiũ ac execrandum, & apud nullas
aut græcas, aut barbaras nationes receptum,primus & ſolus in remp.romanã indu-
cẽs.Sed quæ ſcelera,Quirites,quàm famoſa,& quã atrocia in ſoceros ſuos patrauit,
qui Seruiũ Tullium,omnium regum iuſtiſſimũ,& optimè de vobis meritum, palã iu
gulauerit , nec ipſius cadauer funere & legitima ſepultura honeſtari paſſus fuerit,&
Tarquiniã eius vxorem,quæ ipſi matris inſtar erat colenda, vt pote quæ ipſius erat
amita,& bene de ipſo merita,antequam mariti mortem defleret , eique extrema in-
feriarum officia præſtaret,miſeram laqueo enecarit:à quibus ſeruatus , & apud quos B
educatus fuerat , & quorum heres ac ſucceſſor futurus erat , ſi aliquantulum expe-
ctaſſet mortis naturalis aduentum.Sed quid in his reprehendendis immoror, quum
tot eius iniqua facinora proferre ac vituperare poſſim , præter illa quæ in cognatos
ac ſoceros commiſit:ea *inquam* quæ in patriam & nos omnes contra ius & fas patra-
uit?ſi modo ea ſunt vocanda facinora iniqua,& non potiùs piacula abominanda, &
euerſiones omnium gẽtium ac nationum.Et, ne longiùs abeam, ipſum imperium,vt
hinc initium faciam,quomodo eſt adeptus? vnde?an,vt ante eum reges alij?multum
certè abeſt.Illi enim omnes à nobis ad principatus patrio more,& inſtituto promo-
uebantur.Primùm quidem ex ſ.c.cuius primæ partes ſunt in omnibus publicis con-
ſiliis: deinde per interreges creatos , quibus ſenatus permittit vt ex numero eorum, C
qui regno ſunt digni,maximè idoneum eligant:poſtremò in comitiis,quæ magiſtra-
tuum creandorum cauſa habebantur à populo ſuffragia ferente , quibus maxima
quæque rata fieri lex iubet:præterea auſpiciis,& litationibus , & cæteris cœleſtibus
ſignis felicibus,ſine quibus humana ſtudia & conſilia nihil proficiunt Eia igitur,quis
veſtrûm aliquid horũ obſeruatũ ſcit, quando Tarquinius imperiũ eſt adeptus ? quod
ſenatuſcõſultũ quod interregũ iudicium ? quæ populi ſuffragia?quæ fauſta auſpicia?
non dico hæc omnia fuiſſe prætermiſſa,quãuis oportuiſſet(ſi modò recta creatio erat
futura)nullos ritus legitimos prętermitti.Sed ſi quis vel vnũ tantùm horũ obſeruatũ
fuiſſe demõſtrare poſſit,*calumniæ notam non recuſabo*,nec cętera quæ neglecta fuerunt,
calumniabor. Quánam igitur ratione principatũ eſt aſſequutus?armis,& vi , & ſce- D
leſtorum hominum coniurationibus (vt tyrannis eſt mos ,) nobis inuitis,& id ini-
quo animo ferentibus.Sed,age,poſtquam regnum occupauit quomodocũque quæ-
ſitum,an in eo ſe regiè geſſit,ſequutus ſuperiorum regum exemplum , qui perpetuò
& dixerunt & fecerunt ea quibus hanc remp. & fortunatiorem & ampliorẽ quàm
ipſi à maioribus accepiſſent,ſuis ſucceſſoribus tradiderunt? Et quis ſana mente præ-
ditus hæc diceret , cernens quàm miſere & malè omnes ab ipſo fuerimus tractati?
Noſtras quidem ordinis patricij calamitates,quas vel hoſtis defleret , ſi audiret , ta-
ceo: ſi quidem pauci ex multis ſumus reliqui : & ex alto dignitatis gradu in humili-
tatem delapſi,& ad paupertatem , ac ingentem rerum inopiam, multis atque adeò
innumeris ſpoliati bonis,redacti ſumus. At illi clari viri,graues,& magnifici,quorũ E
opera hæc noſtra ciuitas quondam fuit illuſtris,partim perierunt , partim in exilium
ſunt pulſi.Sed,Quirites,quonam in ſtatu res veſtrę ſunt? Nónne vobis leges eripuit?
nónne vobis omni conuentu , quem ſacrorum ac ſacrificiorum cauſa facere ſoleba-
tis interdixit?nónne comitia,& ſuffragia,& conciones,quæ de rebus publicis haberi
ſolebant,ſuſtulit? Quinetiam corporibus veſtris , haud ſecus quàm mancipiorũ em-
pticiorum,ad varios eóſque graues labores abutitur,cogens vos lapides,& aliam ma
teriam cædere,& humeris onera ferre, & in profundis ac voraginoſis foſſis corpora
conſumere,vobis ne minima quidem à malis conceſſa requiete.Quis igitur finis erit
iſtatum

iſtarum calamitatum? quôuſque hęc pati ſuſtinebimus? quandónam patriā libertatē
recuperabimus? An quum obierit Tarquinius? ſcilicet, & quánam in re conditio no-
ſtra tunc melior erit? imò verò nónne erit deterior? Tres enim Tarquinios ex vno
prognatos ipſo patre longè ſceleſtiores habebimus. Quando enim is qui ex homine
priuato factus eſt tyrannus, & qui ſerò improbitatē exercere cœpit, in omnibus ty-
rannicis vitiis ſeſe accuratiſſimè exercuit: qualem oportet exiſtimare eius progeniē
futuram, malo genere natam, & malè educatam: cui nulla vnquam ciuilia, aut mode-
rata acta ipſius videre aut audire licuit. Ne autē in cognoſcendis eorum exectandis
ingeniis diuinatione vobis ſit opus, vtque certò ſciatis quales catulos Tarquinij ty-
A rānis in ſuo ſinu nobis alat, facinus vnius eorū qui maximus eſt natu, videte, quæſo,
& conſiderate. Hæc eſt Spurij Lucretij filia, quē tyrannus ad bellū proficiſcens vrbis
præfectum conſtituit. Eſt autē vxor Tarquinij Collatini, tyrannorū cognati, qui eo-
rū cauſa multa pertulit mala. atque hæc quidē, quòd pudicitiam vellet tueri, & mari-
tū ſuum amaret, quemadmodū bonam decet vxorem: quū Sextus hoſpitio ab ea fuiſ-
ſet excepta cognationis cauſa, ſuperiore nocte, Collatino tunc abſente, & in caſtris
verſante, effrænatam ac intemperantē tyrannidis contumeliā effugere nō valuit: ſed
vt captiua, neceſſitate coacta tulit quæ ingenuā mulierē ferre eſt nefas. Quā contu-
meliā indignè ferens, nec tolerandā exiſtimans, quū prius patri, & cognatis ſua infor-
tunia narraſſet, eos multis precata & obteſtata, vt ſuas iniurias vlciſcerētur, educto
B cultro, quē in ſinu abditū habebat, inſpectante patre, Quirites, ferrum per viſcera ſua
actum cruentauit. ô te admirandam, & ob generoſum animū multis laudibus dignā!
obiiſti, periiſti, non ferens tyrannicam contumeliam, neglectis omnibus huius vitæ
voluptatibus, ne quid eiuſmodi amplius perpeti poſſes. Et tu, Lucretia, quū mulier eſ-
ſes nata, viri generoſi animū habuiſti: nos verò qui viri ſumus nati à mulieribus vir-
tute ſuperabimur? Tu, quòd vnius noctis paſſa tyrānidē, impolluta pudicitia per vim
ſpoliata fueris, mortem ipſa vita iucundiorē ac beatiorē iudicaſti: nobis verò nō ve-
niet in mentē vt idē ſentiamus, quibus Tarquinius ſua tyrannide non per vnū diē,
ſed iam per continuos viginti quinque annos cum ipſa libertate omnem etiam ſpem
eripuit? Non eſt, Quirites, viuendum nobis, qui in iſtiuſmodi malis verſamur, quum
C ab illis ſimus oriundi, qui ſe aliis iura reddere æquum cenſuerunt, quíque multa peri-
cula pro imperio & gloria ſubierunt. Sed è duobus alterum omnibus eſt eligēdum,
vel vita libera, vel mors glorioſa. Venit enim tempus quod optabamus: quòd Tarqui
nius ab vrbe ſit remotus, & patricij in re aggredienda ſint duces, nec vlla res nobis
ſit defutura, ſi alacri animo ad rem ipſam peragendam acceſſerimus: non homines,
non pecuniæ, non arma, non duces, denique nullus alius bellicus apparatus: omniū
enim horum vrbs eſt plena, & turpe eſt nos ipſos, qui Volſcorum & Sabinorum, ac
aliorum infinitorum populorum imperium affectamus, perpeti aliorum ſeruitutē,
& pro Tarquinij auaritia multa ſuſcipere bella, at pro noſtra ipſorum libertate nul-
D lum ſuſcipere velle. Verùm, quibus adminiculis, & quibus ſocietatibus in ipſa re ag-
gredienda vtemur? Reſtat enim vt hoc dicamus. Primùm quidem freti auxilio deo-
rum, quorum ſacra, & templa, & aras Tarquinius polluit manibus cruentis & omni
piaculo in ſuos ciues cōmiſſo eō ſceleratis, dū ſacrificia & libationes auſpicatur: de-
inde noſtra ipſorū ope, qui neq; pauci, neque rerū bellicarū imperiti ſumus: prætet-
ea ſociorū auxilus, qui à nobis nō vocati res nouas aggredi non auderent, ſed ſi vide-
rint nos nobis virtutē vendicare, animóque forti eſſe, lubenter ad huius belli ſocieta-
tem venient. Tyrannis enim omnibus libertatis ſtudioſis eſt inuiſa, quòd ſi qui ve-
ſtrûm timent ciues, qui in caſtris vnâ cū Tarquinio ſunt, quaſi ſint illum adiuturi, &
nobis bellū illaturi: hi male faciunt quòd ſine cauſa timeāt. Nā & illis moleſta eſt ty-
E rannis & in omnibus mortalibus libertatis deſiderium eſt innatū, & iis qui inuiti, &
coacti miſerias perferunt, quæuis vel leuiſſima occaſio ad res nouandas idonea vide-
tur, quus ſi veſtro decreto ad opem patriæ ferendam vocaritis: non metu, nō gratia,
neque vlla alia re, quæ homines ad iniuſtitiā, vel cogēdo vel ſuadendo impellit, apud
tyrannos retineri poterunt, quòd ſi qui eorum fortaſſe, vel ob peruerſitatem naturæ,
vel ob malam educationem tyrannidis amorem ac ſtudiū inſitum habent, certè quū
non ſint multi, illos quoque vel inuitos ex improbis probos fieri cogemus. Obſides
enim habemus in vrbe eorū liberos, & cōiuges, & parētes: quæ vnuſquiſq; antiquio-
ra ſua vita ducit. Si igitur polliceamur nos hęc illis redditoros, ſi à tyrānis defecerint,
& ſi decreto illis delictorū impunitatē promittamus, facilè rē ipſis perſuadebimus.

Commemorat ſtuprum à Sexto Tarquinii filio Lucretiæ illatum, & quæ id ſecuta ſunt.

Quare, Quirites,cõfidenti animo,ac bene de rebus futuris ſperãtes,ad certamẽ hoc prodite,bellũ ſuſcepturi,omniũ quæ vnquã geſſeritis præclariſſimum. Vobis igitur, dij patrij,huius regionis boni præſides,& vobis genij,quibus maiorũ noſtrorũ tutela obtigit,tibíque ciuitas diis chariſſima,in qua nati & educati ſumus, vobis *inquã* opẽ feremus & cõſiliis,& dictis,& factis,& animas noſtras pro vobis effundere, & quidquid deus & fatum tulerit,perpeti ſumus parati. Auguror autem bene cœpta felicẽ habitura exitum. Faxit autem deus vt hi omnes pari fortitudine vnanimes nos ſeruent, & viciſſim à nobis ſeruentur. Bruto hoc modo concionanti totus populus frequenter acclamabat ad ſingula quæ dicebat: & quænam eſſet ſua voluntas, & quid iuberet apertè ſignificabat. Quinetiam pleriſque eorum lacrymæ ex oculis A præ voluptate fluebant, quòd orationem admirandam & præter omnem ſuam expectationem audirent: & varij affectus animum cuiuſque occupabant, penitus inter ſe diſſimiles.Etenim cum triſtitia & lætitia mixti erant.atque alij quidem à recordatione præteritorum malorum,alij verò ab expectatione futurorum bonorum manabant:& ira cum metu confligebat:atque illa quidem, ob facinora odioſa nefariè à *Tarquiniis* perpetrata,ad ſalutem negligendam homines impellebat.Hic verò cum difficultatis reputatione coniunctus,quaſi tyrannis non facilè euerti poſſet, inſidiarum impetum retardabat.Poſtquam verò dicendi finem fecit, omnes velut vno ore exclamarunt vt arma ſibi traderet,& Brutus lætus reſpondit,Ita demũ ea vobis tradam,ſi antè ſenatuſconſultũ cognoueritis,veſtríſque ſuffragiis id ratũ feceritis. Nobis enim placet, Tarquinios Roma & totius Romani imperij finibus cum omni ſua B progenie exulare,nec cuiquã pro eorũ reditu quidquam vel facere vel dicere licere: &,ſi quem aduerſus hæc facere cõſtiterit,eum capite plecti.Si igitur hanc ſentẽtiam ratã eſſe vultis,in curias diuiſi ferte ſuffragia. Sit enim hoc veſtræ libertatis & iuris recuperati initium.Factum eſt ita:& poſtquam omnes curiæ tyrannos in exiliũ pelli ſuis ſuffragiis iuſſerunt,progreſſus denuò Brutus,Quando(inquit)quod erat primũ, id ratũ feciſtis vt oportuit:iã reliqua quæ de reip.forma decreuimus,accipite.Conſiderantibus nobis cui magiſtratui ſumma totius reip. adminiſtratio & poteſtas eſſet committenda,regnum non amplius cõſtituere placuit.Sed duobus viris annuũ magiſtratum cum poteſtate regia committere,quoſcunque centuriatis comitiis ſuffragiis veſtris elegeritis,quòd ſi hæc quoque vultis,ferte ſuffragia. Populus hanc quo- C que ſententiã laudauit, nec vllus ſuffragium ei eſt aduerſatũ. Poſtea Brutus in medium progreſſus, Sp.Lucretium creauit interregem, qui patrio more comitiorũ curã gereret.Ille verò,dimiſſa concione,omnes in campũ vbi comitia haberi ſolebant, cum armis celeriter venire iuſſit.Qui quum eò veniſſent,duos viros, Brutũ & Collatinũ,cũ regia poteſtate elegit:& populus centuriatim vocatus magiſtratum illorũ ratũ fecit. Atq; hæc ſunt quæ tũc in vrbe geſta ſunt.At rex Tarquinius, quũ ex nuntiis ex vrbe profectis,qui fortè antequam portæ clauderentur effugerant, hoc ſolùm audiſſet,à Bruto cõcionem populari oratione detineri,& ciues ad libertatem vocari, nulli alij hac re indicata, filiis tãtùm & fideliſſimis quibúſque amicis ſecũ adductis, magna contentione laxatis habenis equitabat,vt defectionem anteuerteret.Sed quũ D portas clauſas offendiſſet,& armis plena propugnacula:quanta maxima potuit celeritate caſtra repetebat,gemens,& de miſeriis ſuis conquerens.Sed illic quoque res iã perditæ erant.Conſules enim,quũ celerem aduentũ eius ad vrbem præſenſiſſent, diuerſis itineribus literas in caſtra miſerant,quibus eos ad defectionẽ faciendã à tyranno adhortabantur,& de decreto ciuiũ certiores faciebant. Has literas acceptas, T.Herminius & M.Horatius,quos tyrannus caſtrorum præfectos reliquerat, in concione recitarunt, & ſententiis per ſingulas centurias exquiſitis (vt ſcirent quidnam eſſet faciendum)poſtquam omnibus placuit ciuium decreta rata eſſe, Tarquinium venientem amplius non admiſerunt.Rex verò hac quoque ſpe fruſtratus,cum paucis confugit Gabios,cuius vrbis(vt antè dixi) Sextum filium maximum natu regem E crearat:ipſe iam ob ſenium canus, & per annos viginti quinque regno potitus. Cæterùm,Herminius & Horatius induciis cum Ardeatibus in annos quindecim factis, copias domum reduxerunt. Regius igitur dominatus, quum ab vrbe condita ducentos & quadraginta quatuor annos duraſſet, & ſub rege vltimo in tyrannidem fuiſſet conuerſus,ob haſce cauſas,& ab iſtis viris ſublatus fuit.

Brutus populo arma poſcenti quid reſponderit.

Senatuſcõſultum de pellendis in exilium Tarquiniis à populo confirmatur.

Brutus, Sp.Lucretium creat Interregẽ: qui creatus ipſi Bruto & Collatino regiam poteſtatẽ defert.

Tarquinius vrbe ſimul & caſtris excluditur.

Tarquinius Gabios confugit.

DIONYSII

DIONYSII ALEXANDRI F. HALICARNASSEI, ANTIQVITATVM ROMANARVM,

LIBER QVINTVS.

REGIVS igitur dominatus quum Romæ ab vrbe condita annos du cē-
tos quadraginta quatuor duraſſet, & ſub vltimo rege in tyrannidem ver-
ſus fuiſſet, ob has cauſas ab iſtis viris ſublatus fuit, initio ſexageſimæ o-
ctauę olympiadis, qua in ſtadio vicit Iſthomachus Crotoniates, & Athe-
nis magiſtratum annuum gerente Iſagora: Coſſ. autem quadrimeſtres, Lucius Iunius
Brutus, & Lucius Tarquinius Collatinus: quos Romani ſua lingua, vt diximus, à cō-
ſulendo Coſſ. appellarunt: aſſumptis in ſocietatem aliis multis, qui in vrbem ex caſtris
venerant, poſt fœdera cum Ardeatibus facta, paucis diebus poſt tyrannum exactū,
B populum ad concionem conuocarunt, quúmque eum multis verbis ad concordiam
hortati fuiſſent, prius illud decretum de Tarquiniis perpetuo exilio mulctandis, à ci-
uibus qui tunc in vrbe erant factum, nouo plebiſcito confirmarunt, ratúmque fece-
runt. Poſt hæc, luſtrata vrbe, & fœdere inter ſe percuſſo, ipſi primi ſtantes prope vi-
ctimas cæſas iurarunt, ſe neque regem Tarquiniũ, neque eius liberos, neque eius po-
ſteros ab exilio reuocaturos: nec vllum amplius Romanorum regem creaturos, nec
aliis eum creare volentibus hoc permiſſuros: atque hæc pro ſe, ſuiſque liberis, & po-
ſteris iurarunt. Quoniam autem multa & magna beneficia à regibus in remp. colla-
ta videbantur, regni nomen ſeruare volentes quandiu vrbs duraret, iuſſerunt ponti-
C fices & augures creare aliquem de ſenioribus, quē ad id maximè idoneū iudicaſſent,
qui nulli alij rei, quàm ſacris cultuiq; diuino præeſſet, ab omni bellico munere liber,
& rex ſacrificulus vocaretur. Et primus † rex ſacrificulus creatus eſt Manius Papy-
rius, ex ordine patricio, vir pacis amans. His rebus ita conſtitutis, veriti, (meo qui-
dem iudicio) ne qua falſa opinio de hac reipub. noua forma, in animis vulgi innaſce-
retur, pro vno rege duos eſſe creatos, penes quos eſſet reip. adminiſtratio, quòd vter-
que conſul XII ſecures haberet, quemadmodum antè reges habebant: decreuerunt
hoc metu ciues liberare, & poteſtatis illius inuidiam minuere, conſtituentes vt alteri
conſuli duodecim ſecures præferrentur, alteri verò duodecim lictores cum ſolis fa-
ſcibus præirent, & (vt nonnulli tradunt,) cum coronis: vtque ſecures per vices acci-
D perentur, & alter conſul per integrum menſem eas alternatim haberet. Hoc igitur
inſtituto, & aliis multis huiuſmodi, effecerunt vt plebeia atque humilis turba alacri-
ter in hoc rerum ſtatu conſeruando perſeueraret. Etenim leges de contractibus à
Tullio latas, quæ humanæ & populares videbantur, quas omnes Tarquinius ſu-
ſtulerat, reuocarunt ad vſum: & ſacrificia, tam ea quæ in vrbe quàm quæ in a-
gris fieri ſolebant, communiter à popularibus & tribulibus in vnum conuenienti-
bus, inſtaurari iuſſerunt eodem modo quo regnante Tullio fiebant. & comitiorum
de rebus maximis habēdorũ, & ſuffragij ferendi, & aliorum quæcunque antè facere
conſueuerant, faciendorum poteſtatem illis reſtituerunt. Atque hæc quæ ab illis
fiebant, populo grata ac iucunda erant: quippe qui ex ſeruitute diuturna in liber-
E tatem non ſperatam venerat. Veruntamen nonnulli inter eos inuenti ſunt, qui
ſtultitia & auaritia moti, mala quæ in tyrannide perferebantur deſiderabant viri nō
ignobiles, qui de vrbe prodenda coniurarant, & pactione inter ſe facta Tarquinium
reducere, & conſules cædere ſtatuerant. Sed quinam fuerint eorum duces, & quàm
inſperato caſu indicati fuerint, quamuis exiſtimarent ſe omnes mortales latere,
rem paulò altiùs repetens dicam. Tarquinius regno pulſus non diu Gabiis eſt
moratus, eos excipiens qui ex vrbe ad ſe confluebant, quibus tyrannis ipſa liberta-
te erat gratior, & ſpe Latinorum fretus, quaſi eorum opera in regnum reduci poſſet.
Sed quũ populi ad eius preces animũ non aduerterēt, nec eius cauſa bellũ Romanis

Regius dominatus tollitur, poſt annos ccxliiij. OLYMP. LXVIII. anno Vrbis conditæ CCXLV primi CONSVLES creati L. Iunius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus.

Rex ſacrificulus ſiue rex ſacrorũ primus creatur Manius Papyrius. *Græca verba regem ſacrorũ propriè ſonant, non regem ſacrificulum à Dionyſio dicitur.*

Quomodo poteſtatis conſulum inuidiam minuendam cenſuerint.

Quomodo fauorem populi ſibi conciliare conati ſint.

De nonnullis qui vrbē prodere & Tarquinium reducere, ac conſules cædere coniurauerant.

Tarquinius quæ machinatus ſit.

inferre vellent, deſperans ſe auxilia ab ipſis impetraturum, in Etruſcam vrbem ſe recepit, vnde materno genere ducebat originem. Quum igitur ibi Tarquinienſium animos munificentia ſibi conciliaſſet, & ab illis in concionem productus fuiſſet, cognationem renouauit, quæ ſibi cum eo populo intercedebat, & beneficia cõmemorauit, quæ ſuus auus in omnes Etruriæ ciuitates contulerat: quinetiã fœdera quæ cum illo fecerãt, illis in memoriã reuocauit. Poſtremò autẽ queſtus eſt de ſuo infortunio, quòd vno die magna felicitate ſpoliatus, erro, & omnium rerum neceſſariarũ indigens cum tribus filiis ad eos, qui olim ſuo imperio paruiſſent, confugere coactus fuiſſet. Hac autem oratione magna cum miſeratione & multis lacrymis habita, populo perſuaſit vt primùm legatos Romam mitteret, qui ſuo nomine pop. A rom. conditiones pacis offerrent, quia ſperabat fore vt proceres romani ſuis partibus fauerent, ſibique in reditu auxilium ferrent. Quum autem legati, quos ipſe voluerat, deſignati fuiſſent: quúmque eos docuiſſet quid dicendum & quid faciendum eſſet, ipſiſque præterea literas ab exilij ſociis ſcriptas dediſſet, quæ preces ad domeſticos & amicos continebant, ita eos dimiſit, addiditque nonnihil auri. Hi Romam profecti, in ſenatu ita ſunt loquuti, Tarquinius poſtulat vt data ſibi fide publica cum paucis venire liceat, primùm quidem in ſenatum, quemadmodum eſt æquum: deinde verò ſi hoc à ſenatu impetrarit, tunc etiam in concionem, vt rationes reddat omnium rerum à ſe geſtarum ab eo tempore ex quo regnum eſt adeptus, paratus totius pop. rom. iudicium ſubire, ſi quis ſe accuſarit. Vbi verò ſe purgarit, & omnibus probarit ſe nihil, quod exilium promereretur, patraſſe, ſi B ciues regnum ſibi reſtituerint: denuò, quibus conditionibus ipſi voluerint, ſe regnaturum dicit. Quòd ſi regium dominatum amplius noluerint, vt antea, ſed aliam reip. formam conſtituere maluerint, *petit* vt ſibi in ſua patria manere, & in ea familiam ſuam habere, atque pari iure cum reliquis ciuibus viuere liceat, vtque exilio & erroribus liberetur. His mandatis expoſitis, orabant ſenatum potiſſimùm per commune omnium gentium ius, quod vetat quenquam cauſæ dictione, aut iudicio fraudari; vt illi viro, cauſam dicere permitterent, cuius ipſi iudices eſſent futuri. Quòd ſi illi hoc beneficium largiri nollent: ſaltem ciuitati eius cauſa deprecanti gratificarentur; & moderatè agerent, illi hoc munus largientes, vnde nullum incommodum ad eos eſſet redundaturum: & quo dato magnum hono- C rem ipſi ciuitati id accipienti habituri eſſent: eóſque hortabantur ne, quum homines eſſent, quicquam præter humanam naturam ſentirent, néve immortales iras in mortali corpore gererent, ſed vel præter animi ſui ſententiam ad aliquas æquas conditiones deſcenderent, idque illorum cauſa, qui pro eo deprecabantur, illud cogitantes hominum eſſe prudentia præditorum amicitiis inimicitias condonare: contra, ſtultorum & barbarorum eſſe, amicos cum inimicis tollere. Quum illi hæc dixiſſent, Brutus ſurrexit: atque ita eſt loquutus, De Tarquinij reditu in hanc vrbem, Etruſci, deſinite plura verba facere. Iam enim eorum perpetuum exilium ſuffragiis latis eſt decretum, & per deos iurauimus omnes, nos neque reducturos tyrannos, neque ab aliis eos reduci paſſuros. Quòd ſi quid aliud † me- D diocre petitis, quod neque iureiurando, neque legibus facere prohibeamur, dicite. Poſtea legati progreſſi, *ita ſunt loquuti.* Præter omnem expectationem nobis prima contigêre. Legati enim pro homine ſupplice, qui vobis rationes vult reddere: & ius omnium gentium commune in priuatam gratiam petentes, ne hoc quidem impetrare potuimus. Sed quando vobis ita placet, non amplius pro Tarquinij reditu vos orabimus: ſed à vobis aliud, quod iuſtum eſt, petemus, de quo patria nobis mandata dedit, quod neque lex, neque iuſiurandum vos facere prohibebit: vt videlicet regi reſtituatis bona quæ auus eius antè habuerat, qui nullam rem veſtram aut vi aut dolo poſſederat, ſed iure hereditatis ad ſe deuoluta & à patre relicta acceperat, & ad vos tranſtulerat. Satis enim illi erit rebus ſuis receptis E in aliquo alio loco beatè viuere, nullum vobis negotium faceſſenti. Atque his dictis legati ex curia ſunt egreſſi. Conſulum autem alter, Brutus, eius bona retinenda cenſuit, tum mulctæ nomine, quòd tyranni multis grauibúſque iniuriis remp. affeciſſent: tum etiam publicæ vtilitatis cauſa, ne illi hanc belli materiam haberent: docens, Tarquinios non fore contentos bonis receptis, neque vitam priuatam toleraturos: ſed externo milite conducto Romanis bellum illaturos, & vi reditum in regnum tentaturos. At Collatinus contrarium ſuadebat, dicebatque

Legati à Tarquinio Romã pro ſuo reditu mittuntur.

Bruti ad legatos à Tarquinio miſſos reſponſum.

Malim aliquid æquũ, *eſt enim apud Dionyſiũ,* εἰ δέ τι μέτριον ἄλλο *hanc autẽ ſignif. interdum habet vox* μέτριον.

Legatorum à Tarquinio miſſorum alia petitio.

Deliberatur quid alteri petitioni legatorum à Tarquinio miſſorum reſpondendũ ſit.

bâtque non à fortunis tyrannorum, ſed ab ipſis tyrannis violatam fuiſſe temp. Quare, rogabat eos vt ab hoc vtroque ſibi cauerent, ne incurrerent in malam omnium opinionem, quaſi diuitiarum cauſa Tarquinios regno expuliſſent, néve iuſtam belli occaſionem illis præberent, quòd ſuis bonis ſpoliati fuiſſent. Incertum enim eſſe dicebat, an rebus ſuis recuperatis bellum pro reditu contra ipſos eſſent ſuſcepturi. at alterum eſſe certum, eos ſuis bonis priuatos non quieturos. Conſulibus igitur talia dicentibus: & multis in vtriuſque ſententiam euntibus, ſenatus conſilij inops, quum per multos dies conſultaſſet, & Brutus vtiliora dicere videretur, at Collatinus iuſtiora ſuaderet, tandem vtilitatis & æquitatis iudicium populo A committendum cenſuit. Multis autem ab vtroque coſ. dictis, quum triginta curiæ in ſuffragia fuiſſent miſſæ, adeò leui momento in alteram partem inclinatum eſt, vt illæ quæ bona reſtitui iubebant, vno tantùm calculo vicerint alias quæ ea retinenda cenſebant. Etruſci autem accepto à conſulibus reſponſo, & multum laudata ciuitate; quòd æquitatem vtilitati antepoſuiſſent, Tarquinio per literas ſignificarunt vt mitteret, qui bona ſua reciperent: ipſi verò remanſerunt in vrbe, ſimulantes ſe in colligendis eius ſarcinis & comparandis vehiculis, quæ eius ſupellectilem abſportarent, & in diſtrahendis ac vendendis iis quæ agi aut ferri non poterant occupatos eſſe: re autem vera id agentes, vt res vrbanas pertentarent, & ſuis artibus corrumperent, quemadmodum tyrannus ipſis mandarat. Literas enim B quas ab exulibus acceperant, eorum neceſſariis reddiderant, aliáſque ab illis ad exules mittendas acceperant. Et cum multis in colloquium venientes, atque quis eſſet eorum animus explorantes, quos animaduertebant facilè corrumpi poſſe ob animi inconſtantiam, vel victus inopiam, vel ob deſiderium licentiæ & commodorum, quæ tyrannidem comitari ſolent, eos partim bona ſpe oſtentata, partim etiam pecuniæ largitione corrumpere conabantur. Nec defuturi erant (vt veriſimile eſt) in vrbe ampla & frequenti, qui reipub. deteriorem ſtatum meliori anteponerẽt, non ſolùm ignobiles, verùm etiam nobiles: in quorum numero erant duo Iunij, Titus & Tiberius filij Bruti, qui in conſulatum gerente vix dum pubeſcere cœperant: & cum illis Gellij duo, Marcus & Manius fratres vxoris Bruti, iam idonei ad res publicas tractandas, & Collatini alterius conſulis ſororis duo filij, Lucius & Marcus, & C Aquilij, qui eadem ætate erant qua Bruti filij, apud quos plerunque cœtus fiebant, eorum patre iam defuncto, atque de tyrannis reducendis cõſultabatur. Vt igitur colligere eſt cùm ex multis aliis, tum præcipuè ex iis quæ tunc acciderunt, res romanæ diuina prouidentia ad tantam felicitatem prouectæ mihi videntur. Illi enim miſeri, adeò dementes & adeò mente capti fuerũt, vt auſi fuerint ſua propria manu epiſtolas ad tyrannum ſcribere, quibus eum certiorem faciebant de numero coniuratorum, & de tempore quo conſules eſſent aggreſſuri: adducti tyranni literis ad ſe allatis, in quibus dicebat ſe velle ſcire quibuſnam Romanis pro meritis gratia eſſet referenda, vbi in regnum fuiſſet reſtitutus. Iſtæ autem literæ tali quodam caſu in conſulum poteſtatem venerunt. Apud Aquilios Collatini ſororis filios conuene-D rant illius coniurationis principes, vt ad rem diuinam & ſacrificia inuitati. Poſt epulum autem iuſſis miniſtris ex cubiculo exire, vbi conuiuium fuerat celebratum, & ante fores cubiculi ſe recipere, inter ſe colloquebantur de reducendis tyrannis: & quæ decreuerunt, propria manu ſcripſerunt in literis quas Aquilij accepturi erant, vt eas legatis Etruſcis ad Tarquinium mittendas darent. Interea verò ſeruus quidam Cæninenſis, bello captus, qui pincernam agebat, nomine Vindicius, ſuſpicatus, (quòd illi miniſtros remouiſſent) aliquid mali eos moliri, ſolus extra ad oſtium remanſit, & eorum ſermonem audiuit, & epiſtolas quæ ab omnibus ſcribebantur vidit, ad quandam oſtij commiſſuram, quà res perſpici poterat admotis oculis. Nocte autem adhuc intempeſta egreſſus, quaſi negotij alicuius cauſa à dominis miſſus, ad cõſules ire non eſt auſus, veritus ne rem celare E volentes ob ſuam in cognatos beneuolentiam, coniurationis indicem de medio tollerent. Sed profectus ad P. Valerium, qui vnus erat de quatuor primis tyrannidis euerſoribus, data dextra, & cũ iureiurando fide ab eo accepta, ſibi fraudi id non fore, quæ audiuit & quæ vidit indicauit. Ille verò hac re cognita, nec in aliud tẽpus dilata, confeſtim cum magna clientium & amicorum manu circa matutinum crepuſculum ad Aquiliorum ædes venit. Et fores ſine vllo impedimento ingreſſus, quaſi eò alicuius alius negotij cauſa veniſſet, quum adoleſcẽtes illi domi adhuc eſſent, potitus

Legatis à Tarquinio miſſis petitio ſe... da concedit... de redden... Tarquinio ſu... bona.

Tarquinio fauent quidam, & de ... cendo inter ſe coniurant

Literæ eorum qui pro Tarquinij reditu con... intercepta.

eſt literis,& comprehenſos iuuenes ad conſules adduxit. Quæ verò mox dicturus ſum facta alterius conſulis Bruti, magna & admiranda, ob quæ maximè Romani ſe iactant: vereor ne aliis Græcis dura nimis & non credenda videantur: quia omnes hoc naturâ comparatum habent, vt ex ſuis rebus domeſticis iudicium faciant de iis quæ de aliis dicuntur, & quod credibile eſt, non credendum exiſtiment. dicam tamen. Nam ſimulatque dies illuxit, pro tribunali ſedens, & coniuratorum epiſtolas conſiderans, vbi vtriuſque filij literas ex ſigillo agnouit,& mox reſignatis illis eorum quoque manus apparuit, vtranque à ſcriba recitari iuſſit, vt ab omnibus qui præſentes ibi aderant exaudirentur: deinde filiis, ſi vellent, dicendi poteſtatem fecit. Sed quum neuter eorum factum impudenter inficiari auderet, quòd iam de ſe actum eſſe perſuaſum haberent, ambo flebant. Ille verò paulùm cunctatus ſurrexit, & ſilentio per præconem indicto, expectantibus omnibus quis rei futurus eſſet exitus, capitalem ſententiam in filios pronuntiauit: qua audita omnes clamorem ſuſtulerunt, quia indignum facinus putabant, talem virum morte filiorum mulctari,& adoleſcentum vitam patri condonare volebant. At ille neque eorum clamoribus, neque etiam gemitibus commotus, iuuenes plorantes & ſupplicantes, & blandiſſimis quibúſque appellationibus ipſum appellantes, à lictoribus abduci iuſſit. Atque hoc quidem omnibus mirum eſt viſum, quòd ille neque ciuium precibus, neque miſerationi filiorum vllum locum dediſſet. Sed longè magis admirandum fuit, quòd nullis rationibus exorari potuit vt B de eorum ſupplicio aliquid remitteret. Neque enim paſſus eſt filios ſuos in aliúm quempiam locum abduci, & procul à totius populi conſpectu necari: neque ipſe è foro receſſit antequàm de illis ſumptum eſſet ſupplicium, atrox illud ſpectaculum auerſatus: neque ſine flagrorum ignominia eos capitali ſupplicio, quo damnati erant, affici paſſus eſt: ſed exegit quæcunque leges in maleficos ſtatuunt, idque in foro, in omnium conſpectu: & poſtquam illorum corpora virgis lacerata fuerunt, ita demum ipſe, qui præſens aderat dum hæc omnia fierent, illos ſecuri percuti permiſit. Sed, quod omnem fidem ſuperat, & quod præcipuè in illo viro admirandum putatur, fuit vultus immotus, nulliſque lacrymis irrigatus. Siquidem, quùm flerent cæteri omnes qui illi miſerando ſpectaculo intererant, ipſe ſolus neque defiens ſuorum filiorum mortem, neque futuram ſuæ familiæ deſolationem *ac ſolitudinem* lugens, neque vllum aliud animi mollis ſignum dans ab vllo conſpectus eſt: ſed ſine lacrymis,& ſine gemitu, immoto vultu permanés, generoſo animo ſuam calamitatem pertulit. Adeò firmo & conſtanti erat animo in rebus decretis ſeruandis & exequendis,& adeò conſtans in vincendis affectibus, qui rationem perturbare ſolent. Necatis autem filiis, ſtatim vocauit Aquilios, collegę ſororis filios, apud quos cœtus eorum qui in reip. perniciem coniurarant fiebant: & quum iuſſiſſet à ſcriba eorum epiſtolas recitari, vt omnes qui aderant eas audire poſſent, ſe illis purgandi ſui poteſtatem facere dixit. Quum autem adoleſcentes illi ante tribunal fuiſſent producti, ſiue alicuius amici monitu, ſiue & iam quod ipſis hoc in mentem veniſſet, ad auunculi genua, quaſi eius opera ſeruati poſſent, acciderunt. Sed quum Brutus iuſſiſſet lictores eos inde abſtrahere,& ad ſupplicium abducere, niſi vellent ſe purgare, Collatinus lictores iuſſit pauliſper ſuperſedere, donec paucis cum ſuo collega colloqueretur. Atque ita eum ab aliis ſeduxit, multíſque precibus pro adoleſcentibus orauit: partim eos excuſans quòd ob iuuentutis imperitiam & prauam amicorum conſuetudinem in talem amentiam incidiſſent: partim eum obſecrans vt ſibi hãc vnam gratiam petenti, & in poſterum nulla re negotium ipſi exhibituro, vitam cognatorum cõdonaret: partim etiam docens periculũ eſſe ne tota vrbs turbetur, ſi omnes eos, qui aliquo modo exulibus in reditu fauere viſi fuerint, capite plectere conentur. Multos enim in eo numero eſſe dicebat,& nonnullos ex familiis non obſcuris. Sed quum illũ flectere nõ poſſet tandem ab eo poſtulauit ne morte eos mulctaret, ſed mediocrem aliquã animaduerſionem in eos ſtatueret, abſurdum dicens, tyrannos exilio mulctari, eorum verò amicos capitali ſupplicio affici. Sed quũ ille ei aduerſaretur, nec de ſupplicij atrocitate quidquam remittere, nec reorum iudicium in aliud tempus differre vellet, (hoc enim fuit ipſius collegæ poſtremum poſtulatum): ſed eo ipſo die minaretur ac iuraret ſe omnes necaturum, Collatinus ægrè ferens ſe nihil eorum quæ poſtularat, impetraſſe: Ergo, inquit, quando tu durus & ſæuus es, ego ipſos adoleſcentes pro ea poteſtate, qua ſum tibi par, abſoluo. Tum Brutus exacerbatus, certè inquit,

L. Iunius Brutus cõſul tam rigidus, ſuos etiam erga filios, vt capitalem ſententiã aduerſus eos pronunciet.

L. Iuni, Bruti conſulis filij flagris cæſi, poſtea & ſecuri, ipſo præſente, percutiuntur.

L. Iunius Brutus conſul quã rigidus erga alios quoque coniuratos.

certè, inquit, me viuente Collatine, patriæ proditores ſupplicio nunquam eripere
poteris: ſed tu quoque bieui pœnas, quas es promeritus, dabis. His dictis, & cuſtodia
adoleſcentibus addita, populum ad concionem aduocauit: & foro turba repleto (iã
enim caſum eius filiorũ per totã vrbem rumor vulgarat) progreſſus in medium cum
honoratiſſimis quibuſque ſenatoribus, quos ſibi adeſſe iuſſit, hãc habuit concionem.
VELLEM equidem, Quirites, Collatinum iſtum meũ collegam eadem in omni-
bus rebus mecum ſentire, nec verbis ſolùm, ſed etiam re ipſa odio tyrãnos proſequi,
iiſque inimicum eſſe. Sed quando iam compertum habeo illum penitus mihi aduer-
ſari: & non ſolùm cognatione, ſed etiam voluntate Tarquiniis eſſe coniunctum: &
id agere vt cum illis in gratiam redeamus, & ſua priuata commoda potiùs quàm pu-
blica curare, ego ipſe paratus ſum eum impedire, ne ea quæ in animo habet, quę ma-
A la ſunt, peragat: & vos ad idem faciendum adhortor. Sed primùm in quanto pericu-
lo reſpub. fuerit, deinde quomodo vterque noſtrum ſe in eo geſſerit, vobis aperiam.
Aliquot ciues clam coëuntes in ædes Aquiliorũ, qui ſunt filij ſororis Collatini, inter
quos & ambo mei filij erant, & meæ vxoris fratres, & pręter eos nõnulli etiã alij non
ignobiles, inter ſe pacti fuerant & coniurarant, cæſis COSS. *Tarquinium reducere.*
quinetiam ſcripſerant ad ipſum epiſtolas ſua propria manu, eaſque ſuis ſigillis obſignatas
ad exules erant miſſuri. Hæc nobis dei alicuius fauore innotuerunt, indicata ab iſto,
qui eſt Aquiliorum ſeruus: apud quos quum ſuperiore nocte iſti conueniſſent, lite-
ras ſcripſerunt, & ipſæ literæ in noſtram poteſtatem venerunt. Equidem in Titum
& Tiberium filios meos iam animaduerti. nec ob meam clementiam vlla lex aut iuſ-
B iurandum violatum eſt: Collatinus verò Aquilios mihi eripuit, & negat ſe permiſſu-
rum vt qui eorundem conſiliorum fuerunt ſocij, eiuſdem etiam ſupplicij ſint ſocij,
quòd ſi hi nullas dederint pœnas, neque de fratribus meæ vxoris, neque de reliquis
patriæ proditoribus ſupplicium ſumere mihi licebit, quam enim iuſtam cauſam illis
afferre potero, ſi hos dimiſero? Cuius igitur rei hoc putatis eſſe indicium? Vtrũ cha-
ritatis in patriam, an animi cum tyrannis reconciliati? vtrum confirmationis iuriſiu-
randi, quod nobis præeuntibus omnes iuraſtis, an violationis & periurij? quòd ſi ille
nos latuiſſet, certè diris obnoxius fuiſſet, & diis per quos peierat, pœnas dediſſet:
C Sed quando à nobis manifeſtò deprehenſus eſt, à nobis etiam in ipſum animaduerti
decet: quippe qui paucis antè diebus perſuaſit vobis vt tyrannis pecunias reſtituere-
tis, ne reſpub. iis vti poſſet aduerſus hoſtes in bello, ſed hoſtes contra remp. Iam verò
eos qui coniurarunt in tyrannorum reditum, impunè dimittendos cenſet: illis ipſis
nimirum gratificans, vt ſi fortè illi redeant, ſiue per proditionem ſiue armis, hæc
beneficia à ſe in ipſos collata reuocans ipſis in memoriam, vt amicus omnia quæcũ-
que petierit ab illis impetret. An igitur ego, qui meis filiis non peperci, tibi parcam
Collatine, qui corpus quidem apud nos habes, animum verò apud hoſtes, & patriæ
proditores conſeruas, at me pro ea decertantem interficis? quo pacto? multum cer-
tè abeſt. Sed ne quid tale amplius admittas, magiſtratum tibi abrogo, & aliò te mi-
D grare iubeo. Vos verò, Quirites, iam iam ad ſuffragia centuriatim ferenda vocabo,
vt decernatis an hæc rata eſſe oporteat. Illud autem probè ſcitote, vos alterũ è duo-
bus, vel Collatinum vel Brutum conſulem habituros. Hæc autem eo dicente, Col-
latinus vociferans, grauitérque id ferens, inſidiatorem eum & proditorem amicorũ
ad ſingula eius verba appellabat, & modò ad crimina ſibi obiecta reſpondens, ac ſe
purgans, modò pro filiis ſororis deprecans, neque permittens vt Brutus ciues ad ſuf-
fragia vocaret, populi animos magis exacerbabat, & ad ſingula quę dicebantur gra-
uem tumultum excitabat. Quum igitur ciues exaſperati contra eum eſſent, nec
eius defenſionem ferre poſſent, nec eius preces admitterent, ſed ſe in ſuffragia mitti
iuberent: ſocer eius Sp. Lucretius, apud populũ gratioſus, timens ne cum ignominia
E ex magiſtratu & patria expelleretur, petiit ab vtroque cõſule dicẽdi poteſtatem, &
quum ipſe *omnium* primus eam impetraſſet, vt tradunt ſcriptores romani, (quum
nondum moribus apud Romanos eſſet receptum, vt in concione homo priuatus ad
populum verba faceret) vtrunque conſulem communibus precibus orauit: Collati-
num quidem admonens ne tam pertinaciter *collegæ* reſiſteret, néve magiſtratum in-
uitis ciuibus retineret, quem à volentibus accepiſſet: ſed, ſi illi qui eum dederant, eũ
etiam recipere vellent, ſponte eum deponeret, & crimina ſibi obiecta refelleret re
potiùs quàm verbis, vtque aliò, quocunque terrarum voluiſſet, omnibus rebus ſuis
ſecum abſportatis ſedes transferret, donec reſp. in tuto eſſet, ſi quidem hoc ex popu-

li vtilitate videbatur, illud cogitans, homines ob cætera quidem delicta admiſſa ſo-
lere iraſci: ſed quãdo eſt aliqua proditionis ſuſpicio, eos exiſtimare magnæ eſſe pru-
dentiæ, ſi vel vano metu territi potius ſibi ab ea caueant, quàm ob eius contẽptionẽ
ſe funditus euerti patiantur. Bruto verò ſuadens ne cum dedecore & contumelia
collegam ſuum ex vrbe eiiceret, cum quo optimè conſuluiſſet patriæ: ſed, ſi ipſe ma-
giſtratum deponere, & ſponte de patria decedere vellet, permitteret ei per otium
bona ſua aliò tranſportare: atque etiam de publico aliquod munus adderet, vt pro
ſuæ calamitatis ſolatio populi munificentiam haberet. Quum ille vtrique hæc ſua-
ſiſſet, & ciues eius orationem collaudaſſent, Collatinus multum ſuam conditio-

Tarquinius Collatinus cõſul Magiſtratũ depoſuit.

nem deplorans, quòd ob miſerationem qua afficiebatur cognatorum cauſa, co- A
geretur nullo patrato ſcelere patriam relinquere, magiſtratum depoſuit. Brutus ve-
rò laudato eo, quòd optimè & ſuis & reip. commodis conſuluiſſet, hortabatur eum
ne ſibi, néue patriæ, memor præteritorum malorum, infenſus eſſet, ſed aliò tranſla-
tis ſuis ſedibus, patriam à ſe relictam ſemper patriam ſuam duceret, néue contra
ipſam eum hoſtibus vllum aut conſilium, aut factum communicaret, ad ſummam
eum hortabatur vt hanc migrationem exiſtimaret peregrinationem, non autem re-
legationem, neque exilium: & corpus apud eos à quibus exciperetur haberet, ani-
mum verò apud eos à quibus dimitteretur. Quum igitur hoc modo illum admonuiſ-
ſet, perſuaſit populo vt viginti talentorum dono eũ donaret: & ipſe de ſuo alia quin- B

Tarquinius Collatinus depoſito magiſtratu Rauinium petiit, vbi ſenio confectus obiit. Vocat autẽ Dionyſius Lauinium metropolin Latinorum quod hic interpr. veterem patriã. P. Valerius in Tarquinij Collatini locum ſurrogatus. Conſules de illis ſupplicium ſumunt qui de reducẽdis exulibus coniurarant: iidem tribus vtiliſſimis reip. inſtitutis inter ciues concordiã alunt & hoſtiũ ſodalitates minuunt.

que addidit. Tarquinius igitur Collatinus, quum in tale infortuniũ incidiſſet, La-
uinium, † veterem Latinorum patriam petiit, vbi ſenio confectus obiit. At Brutus,
quum minime æquum cenſeret ſe ſolum imperare: & nollet venire in ſuſpicionem
apud ciues ſe regni cupiditate impulſum collegam ſuum patria expuliſſe, ſtatim cõ-
uocato populo in campum, vbi ſolebant & reges & alios magiſtratus creare, conſu-
latus collegam elegit P. Valerium, oriundum, vt & antè dixi, à Sabinorum gente, vi-
rum cùm ob multa alia rerum præclararum ſtudia, laude & admiratione dignum, tũ
verò præcipuè ob vitæ frugalitatem. Inerat enim in eo innatum quoddam ſapientiæ
ſtudium, vt in multis rebus demonſtrauit, de quibus paulo poſt dicam. Quũ hoc igi-
tur in omnibus rebus ſecum conſentiente, de iis omnibus qui in exulum reditum C
coniurarant, continuò ſupplicium ſumpſit: & ſeruum, qui coniurationis indicia
detulerat, libertate & ciuitate donarunt ac honorarunt, addita præterea non parua
pecuniæ ſumma. Deinde conſtitutis tribus pulcherrimis ac vtiliſſimis reipub. in-
ſtitutis, effecerunt, vt omnes ciues concordiam alerent, & hoſtium ſodalitates
imminuerunt. Illorum autem inſtituta hæc fuerunt. Primùm, optimos quoſque
de plebe delectos in patricium ordinem retulerunt, & ex his ſenatum explene-
runt, vſque ad trecentorum numerum, deinde, tyrannorum bona in publicum la-
ta omnibus ciuibus diripienda dederunt, permittentes vt vnuſquiſque ſibi reti-
neret quantum capere poſſet, & eorum agrum quem illi priuatim poſſidebant, iis
qui nullam agri portionem habebant, diuiſerunt, excepto tantùm campo qui in- D
ter vrbem & fluuium eſt ſitus. Hunc enim Marti eorum maiores publico decre-
to conſecrarant, pratum equis & iuuentuti in armis exercendæ maximè commo-
dum. Sed & antequam his vſibus inſeruiret, iam pridem is cãpus huic deo ſacer erat.
At Tarquinius eum vſurparat, & ſuis ſegetibus oppleuerat. Maximũ autẽ huius rei
argumentũ arbitror eſſe, id quod tũ à conſulibus in fruges, quæ in eo erant, factũ eſt.
nam quũ omnia tyrannorũ bona populo diripiẽda dediſſent, frumentũ quod in hoc
campo natum fuerat, quódque in areis adhuc erat, tã id quod erat in ſtipula, quàm
quod iã erat tritũ, nulli abſportare permiſerunt, ſed, vt execrandũ & minimè bonũ
ad vſus domeſticos ſi in ædes fuiſſet cõportatũ, in flumẽ proiici ſuo decreto iuſſerũt.
Et nunc quoque extat eius facti clarũ monumentũ, inſula valde magna, Æſculapio E
ſacra, quæ vndique flumine cingitur, quã aiunt ex putrefactis ſtramenti aceruis, præ-
terea fluuij colluuione eam condenſante, inſulam factã. Et ciuibus Romanis qui cũ
tyranno profugerant, reditum in patriam cum impunitate, & omnium præteritorũ
delictorum obliuione conceſſerunt, viginti dierum ſpatio præſtituto, quòd ſi intra
iſtud ſtatutum tempus non rediſſent, mulctam hanc in eos ſtatuerunt, exiliũ perpe-
tuũ & omnium fortunarum quas poſſidebant, publicationem. Hæc illorum virorum
inſtituta effecerunt, vt ij qui ex bonis tyrannorũ, quãcunque illa eſſent, fructũ ali-
quem iam perceperant, metuentes ne iterum ſpoliarentur præda quã habebant, ad
quæuis pericula ſubeũda parati eſſent: vtque illi qui ſibi cõſcij erãt alicuius facinoris
ſub tyrannis patrati, quiq; veriti ne pœnas dare cogerẽtur voluntario exilio ſepſiſſẽ iã

dānarāt, illo metu libertati nō amplius tyrannis, ſed reipu. fauerent, eiúſque cōmodis ſtuderent. His peractis, & paratis rebus ad bellum neceſſariis, aliquandiu ad vrbem copias in campis ſub ſignis & ducibus inſtructas & militaribus exercitiis ſe exercētes continuerunt: ſed quum audiſſent, exules ex omnibus Etruriæ populis cogere contra ſe copias, duóſque populos palam adiuuare eorum reditum, Tarquinienſes & Veientes, vtrūque non contemnendis copiis: ex aliis verò voluntarios quoſdam, partim ab amicis paratos *ac miſſos*, partim mercede conductos, quum inquam hæc audiſſent, & cognouiſſent, hoſtes iam ex ſuis finibus egreſſos, illis obuiam ire ſtatue-

Res à conſulibus bello geſtæ

Tarquinienſes & Veientes exulem reditũ adiuuant.

A runt: &, antequam illi flumen traiicerent, ipſi copiis ſuis traiectis vlterius ſunt progreſſi, & caſtra poſuerunt propè Etruſcos, in prato quod vocabatur Iunium, ad ſyluā ſacram heroi Horato. Accidit autem vt eorum copiæ fermè pari eſſent numero, & vtræque pari ardore animi ad certamen ferrentur. Ac primùm quidem leue quoddā prælium commiſſum eſt inter equites, ſimulatque in mutuum conſpectum illi venerunt, antequam pedites caſtrametarētur, in quo vtrique facto periculo aduerſariorum fortitudinis, neque victores, neque victi ſe in ſua caſtra receperūt. Deinde grauis armaturæ milites, & equites vtrinque eodem modo inſtructi concurrerunt, poſtquam peditum aciem leuiter armatam in medio collocarunt, & equitatum in vtro-

B que cornu conſtituerunt, dexrrum autem Romanorū cornu Valerius, qui in *L. Tarquinii Collatini* locū fuerat ſuffectus & creatus Conſul, oppoſitus Veientibus ducebat, læuo Brutus præerat, ab ea parte in qua erant Tarquinienſium copiæ, quas Tarquinij regis filij ducebant. Quum autem iā eſſent ad manus venturi, progreſſus ante Etruſcorum aciem vnus de Tarquinij filiis, nomine Aruns, & corporis & animi robore fratrum præſtantiſſimus, equo ad Romanos eò vſque acto, vnde & faciem & vocem ipſius omnes cognoſcere poterant, verba contumelioſa in Brutum Romanorum ducem coniiciebat, ac feram immanem filiorum ſanguine pollutam vocabat: & ignauiam ac timiditatem ipſi exprobrabat: & poſtremò pro omnibus ad ſingulare certamen eū prouocauit. Tunc ille, quum ea conuicia ferre non poſſet, concitato ante aciem equo, neglectis amicis, à quibus reuocabatur, ad fatalem mortem

C forti animo properauit. Pari autem ita ambo concitati, nec quid paſſuri eſſent, ſed quod facere in animo habebant, conſiderantes, infeſtis animis & equis aduerſis concurrerūt, & ambo trāsfixis clypeis & thoracibus, vulnera letalia haſtis ſibi mutuò infixerūt, ita vt alter per coſtas, alter per ilia mucrone fuerit traiectus. Et eorū equi cōcurrentes, aduerſis pectoribus cōtrarij ictus impetu in poſteriores pedes erecti ſunt, & ſeſſores ſuos retorto collo excuſſerunt. Illi igitur ita prolapſi iacebant, multū ſanguinem per vulnera effundentes, animáſque luctantes efflantes. Reliquæ verò copiæ vbi duces proſtratos vidēre, concurrerunt cum clamore & ſtrepitu: & inter pedites & equites acerrima pugna æquo marte commiſſa eſt. Nam Romani qui dex-

Arunſis vnius de Tarquinii filiis cum Bruto congreſſus.

D trum cornu tenebant, cui alter conſul Valerius præerat, Veientes vicerunt, & eos ad caſtra vſque perſequuti, campum cadaueribus repleuerunt. Etruſci verò qui in dextro cornu collocati erant, quibus præerāt Titus & Sextus Tarquinij regis filij, Romanos qui in læuo cornu erant fuderunt fugaruntque: & quum propius ad eorum vallum acceſſiſſent, tentarunt illi quidem eorum munitionem, ſi fortè eam primò impetu capere poſſent: ſed acceptis multis vulneribus ab illis qui in caſtris erāt, quique ipſorum impetum excipiebant, repulſi ſunt. Ibi enim præſidio erant ij qui triarij vocantur, veterani & in multis bellis ſpectatę virtutis milites, quorum opera poſtremò quum omnis ſpes eſt perdita, in maximis periculis vti ſolent. Iam autem ſole ad occaſum vergente vtrique ſe in ſua caſtra receperunt, non tam ob victoriam læti, quàm ob amiſſorum multitudinem mœſti, quia ſi iterum ipſis fuiſſet pugnādū,

Romanorum & Etruſcorum congreſſus.

E exiſtimabant ſuos qui reliquerant, prælium inſtaurare non poſſe, quòd bona eorū pars eſſet ſaucia: maior tamē luctus & deſperatio fuit apud Romanos ob ducis mortem, multíſque venit in mentem ſibi ſatius eſſe antequam dies oriretur caſtra relinquere. Talia autem illis animo voluentibus, & hoc modo inter ſe loquentibus, ferè circa primam vigiliam, ex ſylua, ad quam caſtra poſuerant, vox quædā ab vtroque exercitu audita eſt, ita vt omnes eam audierint: ſiue ab heroë cui illa ſylua ſacra erat, ſiue ab eo qui Faunus vocatur, emiſſa. Huic enim deo Romani aſcribunt panicos terrores, & quæcunque alia ſpectra *ſolent apparere*, quę varias induentia formas in hominum conſpectum veniunt, & metum ipſis incutiunt: vocéſque dæmoniacas auditum *ac animum* turbantes, huic quoque deo vt eorum autori attribuunt. Illius

Fauno Panici terrores à Romanis adſcribuntur.

autem dei vox Romanos, vt victores, bono animo eſſe iubebat, vno plus hoſtium in acie cecidiſſe ſignificans. Hac voce aiunt Valerium elatum, intempeſta adhuc nocte ad Etruſcorum caſtra copias ſuas duxiſſe, & multis eorum cæſis, & eiectis reliquis, caſtris potitum fuiſſe, atque hunc finem pugna habuit. Poſtero die Romani ſpoliatis hoſtium cadaueribus, & ſepultis ſuis abierunt. Bruti verò corpus ſublatum fortiſſimi equites cum multis laudibus & lacrymis, coronis victricibus, eiúſque fortitudinem teſtantibus cohoneſtatum Romam portarunt. Senatus autem illis obuiam venit, quòd decreuiſſet triumphi pompa ducis funus ornare, & totus populus crateris *vini plenis* & menſis *vario ciborum genere onuſtis* excepit exercitum. Vbi autem ad vrbem peruenerunt, conſul triumphās ingreſſus, quemadmodum mos erat regibus A quoties diuictis hoſtibus triumphabant, & ſacrificia peragebant, poſt dedicata diis ſpolia, illum diem ſactum traduxit, & illuſtriſſimos quoſque ciues conuiuio excepit. poſtero die atratus Bruti corpus in foro propoſuit in lecto ſplendido ornatū, & populum ad concionem conuocauit, & in ſuggeſtum progreſſus, in eius laudem funebrem habuit orationem. Vtrum autem Valerius primus hunc morem apud Romanos inſtituerit, an inſtitutum à regibus ſequutus fuerit, certò affirmare non poſſum. Quòd tamen hoc ſit Romanorum vetus inuentum, in funere illuſtrium virorum virtutes eorum laudari, neque à Græcis primùm inſtitutum fuerit, ex communis hiſtoriæ ſcriptis didici, quæ tam vetuſtiſſimi poëtæ quàm celeberrimi hiſtorici prodiderunt. Nam certamina quidem funebria in honorem clarorum virorum, gymnica, & equeſtria à neceſſariis facta tradunt, vt ab Achille in Patrocli, & multò antè ab B Hercule in Pelopis funere. Hos tamen publicè laudatos nulli prodiderunt præter Athenienſes tragicos, qui ciuitati ſuæ aſſentantes, Theſeo *Argiuos* ſepelienti hoc quoque fabuloſè attribuerunt. Sero enim Athenienſes legitimis funeris ritibus hāc laudationem funebrem addiderunt, ſiue ab iis qui ad Artemiſium, & Salamina & Platæas pro patria occubuerant, initiū duxerint, ſiue etiam à rebus geſtis in campis Marathoniis. Sed ea quoq; quæ in cāpis Marathoniis ſunt geſta, ſexdecim annis Bruti funere ſunt poſteriora, ſi modò ab his primis laudes in defunctos cœptæ ſunt dici. Sed ſi quis miſſa facta hac quæſtione, quinā primi laudes funebres inſtituerint, examinare ac ſcire voluerit apud vtros iſte mos melius ſe habeat, lōgè prudentiùs hūc apud C hos quàm apud illos conſtitutum comperiet: quia Athenienſes videntur eorū cauſa qui in bello cæſi ſepulturæ mandantur, orationes funebres inſtituiſſe, ex vna tātùm virtute, quæ in ipſa morte apparuerit, etiāſi quis cæteris in rebus fuerit nequā, exiſtimantes viros bonos iudicandos. At Romani omnibus viris claris, ſiue eorū ductu, auſpiciíſque bella fuiſſent confecta, ſiue in reip. adminiſtratione & gubernatione prudentia dediſſent conſilia, & præclara edidiſſent facinora, hunc honorem haberi ſtatuerunt, & non ſolùm illis qui in bello cecidiſſent, ſed etiam aliis quemcunque vitæ finem illi ſortiti fuiſſent: exiſtimantes, ob virtutes totius vitæ actæ, non autem ob ſolum glorioſum obitum viris bonis laudes deberi. Iunius igitur Brutus qui reges exegit, quique primus conſul creatus fuit, & qui ſerò ſplendorē eſt adeptus, & in eo exiguum temporis ſpatium floruit, omnium Romanorū habitus præſtantiſſimus, talem D ſortitus eſt vitæ exitum, nullis liberis aut maribus aut fœminis relictis, quemadmodum accuratiſſimi rerum Romanarum indagatores ſcribūt, qui huius rei cùm multa alia afferunt argumenta, tum verò præcipuè id, quod vix refelli poteſt, quòd ille fuerit generis patricij. Qui verò ſe ex illa familia dicebant, Iunii & Bruti, omnes erāt plebeij, & magiſtratus eos geſſerunt, quos lex plebeiis gerere permittit, ædilitates, & tribunatus, ad conſulatus verò ſolis patriciis patebat aditus. Sed tamen tandem hūc quoque magiſtratum adepti ſunt, quum ipſis quoque plebeiis eum capere permiſſum eſt. Verùm harum rerum veritatem diſcutiendam aliis relinquo quibus hæc curæ ſunt & quorum hoc intereſt. Poſt Bruti mortem, eius collega Valerius apud plebem in ſuſpicionem regni affectati venit: primùm quidem quòd ſolus magiſtratum E retineret, quum tamen oporteret illum ſtatim collegam ſibi cooptare, quemadmodum fecerat Brutus expulſo Collatino: deinde, quòd domum in loco inuidioſo ædificaſſet, delecto ad id colle, qui foro imminebat, quique ſatis altus & præruptus *ac proinde naturâ munitus* erat, quem Romani Veliam vocant. Sed admonitus à ſuis familiaribus, populum hæc moleſtè ferre, comitiorum die indicta, conſulem creat Sp. Lucretium, qui non multos dies eo magiſtratu geſto obiit. In eius autem locum ſuffecit M. Horatium, omnémque domus materiam ex illo collis loco ad imas ipſius partes

In Bruti laudē oratio funebris habetur.

Romanorum vetus inuentū, in funere illuſtrium virorum virtutes eorū laudari.

Valerius conſul quæ inſtituerit in repu. adſcito ſibi collega Sp. Lucretio, & poſt eum M. Horatio.

partes trāſtulit, vt liceret Romanis, quemadmodum ipſe in ſua concione dixerat, de ſuperiore loco lapidibus ſe petere, ſi in vlla re delinquentem ſe deprehendiſſent. Quum autem vellet plebem certa & minimè dubia libertatis ſuæ pignora habere, faſcibus ſecures ademit: & cæteris coſſ. qui ſucceſſerunt hunc morem reliquit, qui ad meam vſque ætatem perdurauit, vt, quando extra vrbem eſſent, ſecuribus vterētur, at in ipſa vrbe ſolis faſcibus ornarentur, legéſque humaniſſimas tulit in plebis fauorem & auxilium. Vnam quidem, qua diſertè cauit ne quis Romæ magiſtratum gereret, niſi à populo eum accepiſſet, capitali ſtatuta pœna in eum qui contra hęc feciſſet, & propoſita impunitate ei qui ipſum occidiſſet. Alteram verò, in qua ſcriptum eſt, Si quis Romanus magiſtratus aliquem vel capite plectere, vel virgis cædere, vel
A pecuniis mulctare velit, licere priuato homini ab illo magiſtratu ad populi iudiciū prouocare, nec interea magiſtratui licere in eum animaduertere vllo modo, donec populus de eo ſuis ſuffragiis ſtatuerit. Ob hæc inſtituta apud plebem gratioſus fuit, eíque cognomen impoſitum fuit † Publicolæ: hoc, ſermone græco, ſignificat δημοκηδῆ. Atque hæ ſunt res, quæ illo anno à coſſ. ſunt geſtæ. ¶SEQVENTI verò anno coſſ. creati ſunt, is ipſe Valerius iterum, & cum eo Lucretius, in quorum cōſulatu nihil memoratu dignum geſtum eſt. Cenſus verò habitus, & tributa ad bellicos vſus conſtituta, & imperata: quemadmodū Tullius rex lege ſanxerat, quæ quandiu Tarquinius regnauit, fuerat neglecta: ſed tunc primùm ab iſtis renouata. Cenſa autem
B ſunt puberum Romanorum circiter, C X X X M. Et in Syncerium, locum ita appellatum, miſſus eſt Romanus exercitus, qui ei caſtello, quod Latinorum & Hernicorū oppidis imminet, vnde bellū expectabatur, præſidio eſſet. ¶P. VALERIO Publicola tertium, & M. Horatio iterū coſſ. rex Cluſinorū qui ſunt in Etruria, Lars nomine, Porſena cognomine, quum Tarquinii ad eum confugiſſent, & ipſe illis promiſiſſet, ſe è duobus alterum effecturum, vel eos ſuis ciuibus reconſiliaturum, vt in patriam redirent, & regnum recuperarent: vel, recepta eorum bona, quibus fuerant ſpoliati, ſe ipſis redditurū, quoniam ſuperiore anno legatis Romā miſſis, qui preces cū minis mixtas afferebāt, neque illos Romanis recōciliare, neq; vt in patriā reducerentur impetrare potuerat, quòd ſenatus ſe diris imprecationibus, & iureiurando,
C quo ſe aſtrinxerāt, impediri diceret: neque etiā bona eorū recuperarat, iis inter quos diuiſa fuerant & quibus ſorte obtigerant, ea reſtituere nolentibus, *propterea* contumelia ſe à Romanis affici, ſéque grauem perpeti iniuriā dicens, quòd neutrum eorū quæ ab illis poſtularat conſequutus fuiſſet, vir arrogans, & præ diuitiis & maximo imperio & pecuniis mēte peruerſus, ſe occaſionem præclaram nactum arbitrabatur ad euertendum imperium Romanorum, quod iā multo antè facere voluerat. Quare, bellū illis indixit. Ad illius autem belli ſocietatem vltro ſe addidit, Octauius Mamilius, Tarquinii gener, ex vrbe Tuſculo profectus, qui omnem ſedulam operam ſe *Porſenæ* alacriter nauaturum, & Camerinos, & Antemnates, qui Latini nominis erant omnes adducturum promiſerat, qui à populo Romano apertè iam defecerant, ex reliquis verò populis eiuſdem gentis qui nolebant apertè bellum infer-
D re ciuitati fœderatæ & præpotenti, præſertim nullis de cauſis neceſſariis, multos voluntarios gratia ſua adductos ad bellum venturos dixerat. Conſules his rebus cognitis, primùm pecunias ex agris, & pecus, & mancipia à ruſticis in proximos montes traduci iuſſerunt, extructis caſtellis in locis natura munitis, quæ facilè tutari poſſent eos qui in ea confugiſſent: deinde Ianiculum, collem ita vocatum, (hic autem eſt mons altus propè vrbem trans flumen Tiberim ſitus) firmioribus munitionibus & præſidiis munierunt, quauis ratione cauentes ne locus adeò opportunus, ad oppugnandam vrbem in hoſtium poteſtatem veniret: ibique belli ſedem fecerunt. In vrbe quoque multis blandimentis plebem in officio retinuerunt, variáque
E humanitatis officia pauperibus præſtiterunt, ne ad tyrannorum partes tranſirent, priuatis commodis ad rempublicam prodendam impulſi. Etenim decreuerunt eos immunes eſſe omnium publicorum tributorum, quæcunque ante ſub regibus pendebant, & omnibus pecuniæ collationibus, quæ in res militares & bellicos vſus fiebant, liberarunt: exiſtimantes rempub. ſatis magnum facere quæſtum, ſi illi tantùm ſua corpora exhiberent ad pericula pro patria ſubeundum: quúmq; copias iā multo antè exercitatas & præparatas haberent, in quodam campo ante vrbem ſito caſtra ſunt metati. At rex Porſena cum exercitu profectus, Ianiculum montem primo impetu occupauit, cuſtodibus eius perterritis, ibique Etruſcorum præſidium colloca-

Vel potius Plebicolæ, aut Popticolæ. vt apud Dionyſ. legimus, ποπλικόλας

A. V. C. 246. coſſ. P. Valerius iterum, & T. Lucretius.

A. V. C. 247. coſſ. P. Valerius tertium, & M. Horatius iterum Sub quibus bellū Etruſcum. Lars Porſena, rex Cluſinorū qui ſunt in Etruria. Etruſci belli autor.

Digitized by Google

uit. Romam autem infeſto exercitu petens, quaſi eam quoque ſine vllo labore in ſuam poteſtatem redacturus eſſet, quum ad pontem acceſſiſſet, & Romanos ante flumen inſtructos animaduertiſſet, ſe ad pugnam parauit, ſperans eos ſuorum multitudine facilè ſuperatum iri, copiáſque magna cum hoſtium contemptione adduxit. Læuum autẽ cornu ducebant Tarquinij filij, Titus & Sextus, & Romanos exules, & Gabinæ iuuentutis lectiſſimos quoſque, & externorum ac mercenariorum militum non exiguam manum habebant: at dextrũ ducebat Tarquinij gener Mamilius in quo Latini, qui à Romanis defecerant, collocati erant. Rex Porſena aciem mediã tenebat. Dextrum verò Romanorum cornu Sp. Largius & Titus Herminius Tarquinſis oppoſiti tenebant. Læuũ M. Valerius, frater alterius conſulis †Publicolæ, & A

Vel potius Plebicolæ ſiue Poplicolæ vt antea fuit annotatum.

T. Lucretius, qui ſuperiore anno conſulatum geſſerat, cum Mamilio & Latinis conflicturus: mediam verò aciem inter vtraque cornua conſules ambo tenebant. Vbi autem ad manus ventum eſt, vtrique ſtrenuè pugnarunt, diuque alteri alteris reſtiterunt: ſed Romani & peritia & tolerantia Latinis & Etruſcis præſtabant, at Etruſci & Latini, militum numero Romanis longè ſuperiores erant. Multis autem vtrinque cæſis, timor Romanos inuaſit: primùm eos qui in ſiniſtro cornu erant, vbi duces Valerium & Lucretium ex acie ſaucios aſportatos viderunt: deinde etiam eos qui in dextro cornu erant inſtructi, qui iam vincebant Tarquinij copias, idem timor corripuit, quòd ſuos ſocios in fugam verſos viderent. Omnibus autem in vrbem refugiẽtibus, & per vnum pontem conferto agmine irrumpentibus, ingens impetus ab hoſtibus in eos eſt factus, parumque abfuit quin vrbs per vim caperetur, quòd immunita eſſet à partibus quâ flumine alluitur, ſi hoſtes inſequẽtes vnà cum iis qui fugiebant, in eam irrupiſſent. Sed qui hoſtium impetũ repreſſerunt, quique totũ exercitũ B

P. Horatius Cocles corporis & animi dotibus præſtantiſſ.

ſeruarunt, tres viri fuere, è ſenioribus quidem Sp. Largius, & Titus Herminius, qui cornu dextrum habebant: è iunioribus verò, P. Horatius, qui Cocles vocabatur, à clade oculorum: quòd alter oculus in prælio illi fuiſſet effoſſus: vir qui omnes mortales corporis forma antecellebat, animique virtute omnium præſtantiſſimus erat. Hic fuit filius fratris M. Horatij alterius conſulis, genere clarus: ſiquidem oriundus erat ab vno trigeminorum M. Horatio, qui trigeminos Albanos vicerat, quum bello inter *has duas* ciuitates de principatu contendentes orto, inter vtraſque conuenit ne totis viribus belli fortuna tentaretur, ſed ternis vtrinque viris res committeretur, vt antè declaraui. Hi igitur ſoli, occupato primo pontis aditu ad multas horas hoſtem tranſitu prohibuerunt, & in eodem gradu permanſerunt, petiti à multis vario telorum genere & comminus gladiis percuſſi, donec totus exercitus flumen traiecit: vbi C

Horatii Coclitis virtus.

verò ſuos in tuto iam eſſe exiſtimarunt, duo ex ipſis, Herminius & Largius, armis, quibus tegebantur, ob continuos ictus iam corruptis, pedetentim ſe receperunt. At Horatius ſolus, reuocantibus eum ab vrbe conſulibus & reliquis ciuibus, qui de tam egregij viri ſalute ſummopere erant ſoliciti & quauis ratione patriæ, parentibuſque ſeruatum optabant, non paruit, ſed permanſit vt primùm ſteterat, iuſſitque Herminium ſuo nomine conſulibus ſignificare, vt ocius pontem ab vrbe reſcinderent. (Illis autẽ tẽporibus vnicus erat pons, ex ſola lignea materia conſtructus, ſine ferro, & ex D ſolis tabulis compactus, quem ad mea vſque tẽpora Romani eodẽ modo ſeruabant:) & illis mandare, vt maiori põtis parte iam ſoluta, quum exigua adhuc eſſet reliqua, id ſibi aliquo ſigno vel voce clariore ſignificarent, cætera ſibi curæ fore dicens. Quũ hæc mandata illis duobus dediſſet, in ipſo ponte ſubſtitit, & hoſtes ſecum congreſſos partim gladio percutiens, partim clypeo propulſans, omnes qui in pontem irruebãt, reiecit. Qui enim *Romanos* perſequebantur, cum illo vt homine furioſo & mortem appetente manus conſerere amplius non audebant: ſimul etiam ad eũ accedere difficile erat, quòd à læua & dextra ipſum flumen pro propugnaculo haberet, à frõte verò, armorum & cadauerum aceruum. Sed eminus, conferti, lãceis, & ſtipitibus, & lapidibus grandioribus eum petebant. Quibus verò hæc tela deerant, gladiis & E clypeis mortuorum *eum infeſtabant.* Ille verò ipſis reſiſtebat illorum armis aduerſus eos vtens. Et (quemadmodum eſt veriſimile,) in confertos tela coniiciens aliquẽ ſcopum ſemper aſſequebatur. Sed iam telis confoſſus & multa vulnera in variis corporis partibus habens, vnamque plagam lanceæ, quæ rectè per alteram coxam ad caput femoris traiecta magnis cruciatibus eum afficiebat, greſſumque cum dolore impediebat, poſtquam audiuit eos qui à tergo vociferabantur maiorem pontis partem iam ſolutam, armatus in fluuium ſe deiecit, & ægrè admodum tranato fluuio (nã circa, tabu-

ea tabularum ſublicas aquæ curſus diuiſus concitatus erat, magnóſq; excitabat vor
tices)ad terrã enatauit,nullis armis inter natandum amiſſis. Hoc facinus illi immor-
talem gloriã comparauit. Confeſtim enim Romani eum coronatum celebrantes in
vrbẽ retulerunt,vt vnum de heroibus,& tota vrbana turba egreſſa effundebatur,cu
piẽs dum adhuc ſuperſtes eſſet eius vultũ poſtremò videre. Videbatur enim ob vul-
nera breui interiturus.Sed poſtquam ex mortis periculo euaſit, populus æneam eius
ſtatuam armatam,in maximè conſpicuo fori loco erexit. Dedit & agri publici quã-
tum vno die vno boum iugo circumarare potuit. Sed præter publica dona, ſinguli
tam viri quàm mulieres, per ſingula capita, quo tempore omnes grauiſſima rerum
ad victum neceſſariarum inopia premebantur, quum eſſent vniuerſorum capita
A plura quàm c c c M. illi vnius diei alimenta dederunt. Horatius igitur quum tunc
adeò inſigne fortitudinis exemplum edidiſſet, ab omnibus beatus fortunatúſque eſt
iudicatus, ſi quiſquam alius Romanus ciuis: ſed ad cætera reipub. munia obeun-
da inutilis fuit ob claudicationem,& ob iſtam calamitatem,neque conſulatum, ne-
que vllam militarem præturam eſt adeptus In illo igitur certamine, tam admiran-
do facinore edito apud Romanos,ſi quiſquam alius eorum qui fortitudinis ergô ſunt
celebres,præcipuam meruit laudem,& præter eum C.Mutius,cui Codro cognomen
erat,vir claris natalibus, & ipſe facinus magnũ aggreſſus, de quo paulo poſt agam,
vbi priùs narrato quibus in periculis reſpub. tunc verſaretur. Nam poſt illam pu-
B gnam,rex Etruſcorum caſtris in proximo monte poſitis,vnde Romanorum præſi-
dium expulerat,quidquid agri vltra tiberim erat, id in ſua poteſtate habebat. Tar-
quinij verò filij, & gener eius Mamilius ratibus & ſcaphis copias ſuas traiece-
runt in vlteriorem fluuij partem,qua Romam fert, & in loco munito caſtra poſue-
runt, vnde excurſiones facientes romanum agrum vaſtabant, & ſtabula euerte-
bant,& pecus quod ex caſtellis paſtum exibat, intercipiebant per inſidias. Quum
igitur ab hoſtibus omnia loca quæ erant extra muros, detinerentur: neque terrâ
vlli commeatus in vrbem importarentur, neque etiam per flumen niſi pauciſſimi
ſubueherentur,breui rerũ ad victum neceſſariarum inopia fuit ingens,multis homi-
num millibus res præparatas,quæ non multæ erant, abſumentibus. Præterea multa
C mancipia deſertis ſuis dominis quotidie *ad hoſtes* transfugiebant, & peſſimi quique
de plebe,facta defectione ad tyrannos trãſibant. Conſulibus hæc videntibus placuit
Latinos rogare,qui adhuc aliquo modo cognationem reuereri, & in amicitia per-
manere videbantur,vt ſibi celeriter auxilia mitterent: & Cumas agri Campani, &
ad alias agri Pomptini vrbes mittere legatos,qui ab illis peterent, vt ſibi frumenti
exportandi copiam facerent. Latini igitur auxilia illis negarunt, quòd religione
vetarentur,tam cum Tarquinio quàm cum Romanis bellum gerere, quòd vtriſque
ex æquo ſocietatis fœdere iuncti eſſent. Ex agro Pomptino, legati Largius & Her-
minius, qui miſſi fuerat ad frumentum conuehendum,multas ſcaphas vario com-
meatu onuſtas,à mari per fluuium,nocte obſcura,luna non lucente, clam hoſtibus
D in vrbem duxerunt.Sed intra paucos dies hoc quoque commeatu abſumpto, & ea-
dem rerum penuria homines premente, rex Etruſcus quum cognouiſſet ex pro-
fugis oppidanos fame laborare, præcones ad eos miſit, imperans vt Tarqui-
nium reciperent, ſi bello & fame liberari vellent. Sed quum Romani imperata fa-
cere grauarentur, & extrema quæuis mala perpeti mallent, Mutius animad-
uertens alterum è duobus illis euenturum, aut eos non permanſuros diu in eo-
dem propoſito, rerum neceſſariarum inopia coactos, aut, ſi conſtanter in ſenten-
tia permanerent, & quod decreuerant obſeruarent, miſerrimo mortis genere
interituros, rogatis conſulibus vt ſibi Senatum cogerent, quòd magnam quan-
» dam ac neceſſariam rem illis indicaturus eſſet: vbi fuit coactus, ita eſt loquu-
E tus, PATRES conſcripti, habens in animo audax facinus aggredi, quo Re-
» ſpublica præſentibus malis liberabitur, id quidem mihi ſucceſſurum confido,
» ídque me facilè confecturum ſpero. An verò poſt id facinus perpetratum vita
» mihi ſit ſuperſtes futura, non magnam habeo ſpem, imò potiùs, ſi verum eſt dicen-
» dum, nullam. Me igitur tanto periculo obiecturus, nolui vos omnes latere, re-
» rum magnarum ſpe elatus: vt, ſi conatus iſte mihi feliciter ſucceſſerit, fal-
» tem rebus præclarè geſtis magnam laudem conſequar, vnde pro mortali cor-
» pore, immortalem gloriam adipiſcar. At populo indicare ea quæ facere cogi-
to, non eſt tutum: ne quis lucri & præmij ſpe ad hoſtes deferat, rem quæ vt myſte-

Rom. reſpub. in quibus periculis eſſet poſt cõmiſſam cũ Etruſcis & Latinis pugnam.

C. Mutius Cordus Cordatum quoddam facinus quod in animo habet aggredi, conuocato ſenatu hac oratione communicat Scribendũ eſt autem Mucius, ſequendo quam apud Dionyſium ſcriptam habemus Mu...

rium arcanum ſilentio eſt cuſtodienda. Vobis verò qui, vt mihi perſuadeo, arcana conſtanter continebitis, primis & ſolis hæc patefacio, & à vobis cæteri ciues opportuno tempore hæc diſcẽt. Facinus autem quod aggredi volo huiuſmodi eſt, per transfugæ ſpeciem caſtra Etruſcorum adire ſtatui. Si igitur fide mihi ab illis non habita moriar, vnius ſolius viri iactura reliquus ciuium veſtrorum numerus minuetur. Sed ſi ingredi caſtra mihi liceat, vobis pollicor me regi hoſtium necem allaturum. Mortuo autem Porſena belli finis fiet: ego verò quicquid † fortunæ viſum fuerit perferam: hæc igitur ſunt quorum ego volo vos eſſe conſcios, vt teſtes mihi ſitis apud populum: ſed abeo patriæ fortunam bonam viæ ducem ſequutus. Quum autem à ſenatu collaudatus fuiſſet, & felix rei peragendæ auſpicium obſeruaſſet, ita A

Vel potius, deo aut numini. Statim poſt autem patria fortunam pro duce via à ſe eligi dicit.

demum flumen traiecit: quúmque ad Etruſcorum caſtra veniſſet, ea ingreditur, deceptis portarum cuſtodibus, quaſi eiuſdem gentis vnus eſſet, quia nulla arma propalam geſtabat, & Etruſco ſermone loquebatur, quem, dum adhuc eſſet puer, didicerat, à nutrice Etruſca doctus. Vbi verò in forum & ad prætorium venit, vidit virũ magnitudine & robore corporis inſignẽ, veſte purpurea indutũ, pro tribunali regio ſedentem, & circa eum frequentes milites armatos ſtantes. Deceptus igitur opinione ſua, quippe qui regem Etruſcorum nunquam vidiſſet, hunc virum Porſenam eſſe arbitratus eſt: at ille erat ſcriba regis, ſedebátque pro tribunali, milites recẽſens, & pecuniam quam ipſis pro ſtipẽdio numerabat, in tabulas referens. Ad iſtum igitur ſcribam per circunſtantem turbã acceſſit, & vt inermis, à nullo prohibitus quũ tribunal B conſcẽdiſſet, eduxit gladiũ, quem ſub veſte occultabat, illiúſq; caput percuſſit. Vnico autem vulnere ſcriba interfecto, ſtatim ille comprehenſus ab iis qui tribunal circũſtabant, ad regem, qui iam de ſcribæ ſui cæde certior fuerat factus, abducitur. Ille verò quũ eum conſpexiſſet, Omnium (inquit) mortalium ſceleſtiſſime, & qui breui pœnas tuo facinore dignas dabis, dic quiſnã ſis, & vnde profectus, & quo fretus auxilio tantũ facinus aggredi auſus fueris, & vtrum meũ tantùm ſcribã interficere tibi propoſueris, an etiã meipſum: & quos habeas inſidiarum harũ ſocios. Sed caue ne in vlla re mentiaris, ne tormentis veritatẽ dicere cogaris. Tunc Mutius, neque mutato colore, neque vultus mœrore vllũ metuẽtis ſignũ præ ſe ferens, neque vlla alia perturbatione motus, quæ homines in mortis imminentis periculo turbare ſolet, ei reſpondit. C Ego romanus ſum, nec leui de cauſa, ſed patriam bello liberare cupiẽs, veni in veſtra caſtra, vt transfuga, te interficere volens: illud perſuaſum habens, ſiue proſperè res mihi ſuccederet, ſiue me mea ſpes falleret, mortẽ mihi propoſitam. Sed patriæ, quæ me procreauit, vitam donare volens, & pro mortali corpore gloriã immortalem cõſequi, ſpe falſus mea pro te ſcribam tuũ mihi ignotum interfeci, purpura, & ſella, & reliquis regiæ poteſtatis inſignibus deceptus. Mortẽ igitur, cui ego ipſe me deuoui quũ hoc facinus ſum aggreſſus, nõ deprecor. Cruciatus verò, & cæteras cõtumelias ſi mihi remiſeris, data per deos fide, polliceor me tibi rẽ magnã, queq; ad tuã ſalutem ſpectat declaraturũ. Ille igitur hæc dixit, habens in animo hominẽ ſtratagemate circumuenire. Rex verò non ſatis mentis ſuæ cõpos, ſimul etiam pericula non vera ſibi à multis mortalibus imminere augurans, fidẽ ipſi datã iureiurando confir- D mauit. Tunc Mutius nouã doli rationem cõmentus, quæ manifeſtò refelli non poſſet, regi dixit, Trecenti Romani iuuenes, omnes eiuſdẽ ætatis, omnes patricij, in tuũ caput, rex coniurauimus, & interpoſito iureiurando fidẽ mutuò dedimus & accepimus. Nobis autẽ de inſidiarũ modo conſultantibus placuit, vt neque omnes ſimul rẽ aggrederẽtur, ſed alius poſt aliũ, neque alter alteri diceret, quando, aut vbi, aut quomodo, aut quibus adminiculis vſus, te eſſet aggreſſurus, vt hoc pacto faciliùs latere poſſemus. His ita apud nos decretis rẽ ſorti commiſimus, & mihi primo ſors obtigit vt rei periculũ facerem. Tu igitur præmonitus, tã multos, & tam fortes viros gloriæ cupiditate eandem mentẽ habere: quorũ ſiquis meliore quàm ego fortuna vtatur, conſidera quonã modo ab omnium inſidiis tibi cauere poſſis. Rex his auditis, illũ à ſuis ſatellitib. in vincula abduci, & accuratè aſſeruari iuſſit: ipſe verò fidiſſimis amicis E *in conſiliũ* aſſumptis, & filio Arunte cũ illis ſibi aſſidere iuſſo, quibus rationibus eorũ inſidias propulſare poſſet, conſultabat. Quũ igitur ex illis ſinguli propulſandarũ inſidiarũ & tutãdæ ſalutis ineptas rationes proferrẽt, nemo illorũ quid faciẽdũ eſſet ſatis intelligere videbatur: at filius eius poſtremus ſuam declarauit ſentẽtiã, longè prudẽtiorẽ quàm illa ætas ferret, cẽſens ipſi nõ cogitãdũ quib. rationibus hoſtiũ inſidias propulſare

Mutius regis Porſenæ ſcribam, quem putat eſſe regẽ, interficit.

Porſenæ regis verba ad Mutium de cæde ab illo perpetrata.

Mutii ad regẽ Porſenã reſpõſum.

Mutius regi fingit trecẽtos Romanos iuuenes patricios in eius caput cõiuraſſe.

propulſare

propulſare poſſet,ſed operā dādam ne cuſtodiis vllis opus ipſi eſſet.Omnib.autē eius
ſentētiā admirātibus,& quomodo id poſſet fieri ſcire cupiētibus,ſi,inquit,eos ex hō
ſtibus amicos feceris,& tuā ipſius vitā antiquiorē duxeris ipſa reſtitutione exulū,qui
ſunt cū Tarquiniis.Rex optimè eū ſentire dixit:ſed tamen rē eā cōſultatione dignā
putauit,quomodo honeſtis conditionibus pax cū illis fieri poſſet: magnū fore dede-
cus dicens,ſi ſibi qui eos prælio viciſſet, & intra mœnia compulſos obſideret, abeū-
dum eſſet infecta re, prçter Tarquinij expectationem,quaſi victus eſſet ab illis quos
vicerat,& quaſi fugeret eos qui ne auderent quidem extra portas progredi; demon-
A ſtrans etiam vnam tantùm eſſe honeſtam pacis faciendæ rationē, ſi ab hoſtibus mit-
terentur legati,qui de pace agerent.Atque hçc quidē tunc filio & cæteris qui aderāt
dixit.Paucis tamen poſt diebus ipſe coactus eſt prior Romanos ad pacis conditiones
prouocare,tali de cauſa.Diſperſis per agrum militibus, & commeatus qui in vrbem
portabantur intercipientibus,idque aſſiduè facientibus,Romani conſules quū inſi-
dias illis in loco opportuno collocaſſent,multos eorum interfecerunt,& longè plu-
res ceperunt quàm interemerunt:quam rē ægrè ferentes Etruſci,inter ſe colloque-
bantur in conuenticulis,regē & cæteros duces incuſantes,quòd tamdiu bellū trahe-
rent:& ad ſuos proprios lares redire cupientes.Rex igitur ratus, omnibus pacē gra-
tam fore, miſit legatos de ſuis domeſticis maximè neceſſarios.Sunt autem qui dicūt
B ipſum etiam Mucium cum his fuiſſe miſſum, regi fide cum iureiurando data fore vt
rediret:alij verò dicunt,hunc donec pax fieret obſidē in caſtris fuiſſe aſſeruatū,quod
certè veriſimilius videtur.Mandata porro,quæ rex legatis dederat,hæc fuerunt. Vt
de Tarquiniis in regnum reſtituendis nulla verba facerent: ſed poſtularēt *à Romanis*
vt bona illis reſtituerēt,præcipuè ea omnia quæ Tarquinius Priſcus heredibus ſuis
reliquerat,& quæ ipſi iuſtè parta poſſidebant:ſinminus, vt ſaltem quātum fieri poſ-
ſet,integra ruſticorum vrbanorúmque prædiorū,& pecoris,& frugū, quas ex agris
collegerāt,pretia darent,vtro modo eis magis cōducere videretur, ſiue à poſſeſſori-
bus,qui iis fruebantur,conferri,ſiue ex ærario perſolui mallēt, & hçc quidē pro illis.
Sibi verò pro pace peti iuſſit, Septē pagos,quos ita vocāt.Hic enim ager olim Etru-
C ſcorum erat: ſed Romani eum armis occuparāt,ſuis poſſeſſoribus ademptū, vtque
Romani cōſtanter in Etruſcorū amicitia permanerēt, ab illis liberos nobiliſſimarū
familiarum pro ciuitate obſides peti iuſſit. Quum autē legati Romā veniſſent, ſena-
tus decreuit ex Publicolæ alterius cōſulis ſentētia omnia cōcedere quæcunque Etru-
ſcus poſtulabat,quia exiſtimabat populū & inopem turbā rerum ad victum neceſſā-
riarū inopia laborare, & libētiſſimè pacē,quibuſcunque conditionibus fuiſſet facta,
accepturā.At populus reliquas partes ſenatuſcōſulti ratas fecit: ſed bonorum reſti-
tutionē nō tulit, quinimò cōtra ſciuit,vt neque ex çrario,neq; à priuatis hominibus
quicquā Tarquiniis reſtitueretur:vtque his de rebus ad regem Porſenā mitterentur
legati,qui ab eo peterēt,vt obſides quidē & agrū acciperet:de bonis verò,vt ipſe iu-
dex inter Tarquiniū & Romanos conſtitutus,vbi vtroſq; audiſſet,quod iuſtū eſſe vi-
D deretur,pronūtiaret,neq; gratia, neque odio impulſus.Etruſci igitur abierūt, & hæc
reſponſa ad regem tulerunt, & cū ipſis *iuerūt* legati, qui à populo fuerāt decreti, ad-
ducētes ex primariis familiis viginti pueros, quos pro patria obſides eſſe oportebat,
& ipſi conſules primi ſuos liberos dederunt,Marcus Horatius filiū,& P. Valerius fi-
liam iā nubilem.Quum autē iſti in caſtra veniſſent, rex lætus, multis laudibus Ro-
manos extulit,& inducias cū illis fecit ad certū ac præſtitutum dierū numerum, &
illius controuerſiæ iudiciū recepit. At Tarquinij iniquiſſimo ferebāt animo ſe ma-
gna ſpe fruſtratos,quā in rege ponebant:quippe qui exiſtimarant ſe ab illo in regnū
reſtitutū iri:verumtamen in præſenti rerum fortuna acquieſcere,& conditiones illas
admittere cogebantur.Quum autē ad prçſtitutam diem veniſſent ex vrbe ad dicen-
E dā cauſam ſenatores natu maximi,rex pro tribunali cum amicis ſedēs, adhibito etiā
ad id iudicium filio,dicendi copiam illis fecit. Dum autē adhuc hæc cauſa diſcepta-
retur, venit quidam qui nuntiauit obſides virgines fugiſſe. Quū enim à cuſtodibus
precibus contendiſſent vt ſibi flumen adire, & ſe lauare permitterent, quum id im-
petraſſent, eos rogarunt vt tantiſper à flumine recederent,donec ſe lauiſſent, & ve-
ſtes reſumpſiſſent, † ne ſe nudas viderent:quúmque id illi feciſſent Cloëlia illas ad-
hortante,primaque incipiente,fluuio tranato in vrbem ſunt reuerſæ.Tunc Tarqui-
nius vehementer in Romanos inuehebatur, periurium & perfidiam illis obiiciens,
regémque inſtigabat, vt, quippe qui ab hominibus fraudulentis deceptus fuiſſet,

Porſena vndē coactus ſit Romanos ad pacis conditiones prouocare.

Inter Porſenā regem & Romanos induciæ.

Obſides datæ virgines Rom. fluuio tranato in vrbem reuertūtur. Cloelia hortante aliiſque præeunte.

Quidam non ita interpr.

Ne dictis illorum attenderet.

animum ad illos non aduerteret. Conſule autem ſe purgante, idque facinus iniuſſu pactum ab ipſis virginibus auſum aſſerente, & breui ſe fidem facturum dicente, nihil à ſe inſidioſe admiſſum, rex eius verbis adductus ei permiſit vt abiret, & quẽadmodum erat pollicitus, virgines reduceret. Valerius igitur virgines reducturus diſceſſit. At Tarquinius eiuſque gener, neglecto iure, nefarij facinoris conſilium occultum iniuerunt, & equitum turmam clam ad iter obſideodum miſeruot, vt virgines quæ ducebantur caperent, & ipſum conſulem, & cæteros qui ad caſtra proficiſcebaotur, comprehenderent, vt ipſi inter ea hæc corpora pro pignore booorum Tarquinio à Romanis ereptorum retinerent, non expectato amplius iudicij fine. Sed deus non permiſit vt iſtæ inſidiæ ipſis ex animi ſententia ſuccederent. Dum enim A ex caſtris Latinis inſidiatores, qui Romaoos aggreſſuri erant prodeunt, conſul romanus eos anteuertens, virgines adduxit. Et quum iam ad ipſas Etruſcorum caſtrorum portas acceſſiſſet, illi qui eum ex alteris caſtris inſequebantur, eum aſſequuntur, & ibi manus conſerunt: ſed ſtatim Etruſci id ſenſerunt, & regis filius cum equitum turma properè ſuppetias rulit, & pedites qui pro caſtris ſtationem habebant eò concurrerunt. Quamobrem indigatus Porſena ad concionem Etruſcos conuocauit, & illis declarauir quemadmodum delaro ad ſe à Romanis iudicio, & ſibi commiſſa cognitione criminum quæ ipſis Tarquinius obiiciebat, nondum definita cauſa, contempta induciarum religiooe, legatorum & obſidum ſacroſancta corpora, ij qui iure optimo ab ipſis fuerant expulſi, violare conari fuiſſent. Quare Etruſci ſuis ſuffragiis Romanos criminibus obiectis liberarunt, & Tarquiniis atque Mamilio hoſpitium renuntiarunt, eóque ipſo die eos caſtris excedere B iuſſerunt. Tarquinij igitur, qui principiò bonam ſpem habuerant, vel ſe tyraonidẽ Etruſcorum opera & auxilio recepturos, vel bona ſua recuperaturos, ob legatos & obſides contra ius violatos vtraque re fruſtrati ex caſtris cum ignominia & omniũ odio diſceſſerunt. Rex autem Etruſcorũ obſides romanos ad tribuoal produci iuſſit, & conſuli reſtituit, dicens ſe pluris facere fidem populi romani quàm omnes obſides. Vnam verò virginem, quæ reliquis tranandi fluuij autor & dux fuerat, laudans ob animos maiores quàm ſexus & ætas ea ferret, & vrbem beatam prædicans, quòd non ſolùm viros fortes, ſed etiam virgines viris ſimiles produceret, hanc, io- C quam, puellam equo bellico inſignibus phaleris oroato donauit. Poſt dimiſſam concionem icto cum romanis legatis pacis & amicitiæ fœdere, ipſiſque hoſpitaliter acceptis, dono ciuitati reducendos dedit omnes captiuos ſine redemptionis pretio, qoorum valde magnus erat numerus, & locum ipſum vbi caſtra poſuerat, non vt caſtra in ſolo peregrino ad exiguum tempus, ſed vt oppidum priuatim ac publicè ſatis ornatum, quamuis mos Etruſcorum hoc non ferret, vt quoties ex hoſtili agro rex caſtra moueret, milites erecta tentoria relinquerent, ſed vtereot, tamen non cremauit: ſed ita vt erat, manere eſt paſſus, largitus vrbi non paruum donum, ſi res ad pecuniæ æſtimationem reuocetur. Ipſa eoim auctio, quã quæſtores poſt regis diſceſſum fecerunt, id declarauit. Bellũ igitur quod populus Rumaous cũ Etruſcis, & Larte Porſena Cluſinorũ rege geſſit, & quod in maxima pericula pop. rõ. adduxit, hũc D habuit finem. ¶ Romanorum autẽ ſenatus poſt Etruſcorũ diſceſſum coactus cenſuit mittendam Porſenæ ſellã eburoeam, & ſceptrum, & coronam auream, & triũphalem veſtem, qua reges ornabantur. Mutio verò, qui vltro pro patria mortem oppetere paratus erat, quòd viſus fuiſſet belli finieodi cauſa præcipua, agrũ de publico largiendum trans flumeo Tiberim, eodem modo quo Horatio, qui antè in primo pontis aditu pugnarat, quantum circum atare vno die poſſet. hicque locus vſque ad noſtram ætatẽ Mutia prata appellatur. Atque hæc quidẽ viris *præmia dedêre*: at Cloeliam virginem ſtatua ænea donauêre, quam virginũ patres in via ſacra, quæ in comitium fert, ei erexerunt. Nos tamen non inuenimus hanc adhuc extantem & erectam: ferunt enim eam incendio circa proximas ędes exorto abſumptam. Hoc anno templum Iouis Capitolini abſolutum eſt, de quo ſuo loco in ſuperiore libro egi. Eius verò dedicationem, & inſcriptionẽ alter conſul, Marcus Horatius, ante ſui collegæ aduentũ occupauit. Tunc enim Valerius fortè ex vrbe cum exercitu ad agrum tuẽdũ exierat. Quum enim nuperrimè agreſtes caſtella reliquiſſent, & in agros conueoiſſent, Mamilius miſſa latronũ manu agricolas valde infeſtabat. Atq; hęc tertio cõſulatu ſunt geſta. ¶ ANNO autẽ quarto conſules creati Sp. Largius, & T. Herminius qui totum magiſtratus ſui tẽpus ſine bello tranſegerunt. His conſulibus Arũs Porſenæ Etru-

Etruſci Tarquinis & Mamilio hoſpitium renũtiãt, eoque ipſo die excedere caſtris iubent.

Porſena quàm liberaliter & magnificè cũ Romanis egerit.

Romanorum erga rege Porſenã, & Mutiũ & Cloeliam liberalitas.

A. V. C. 248. conſ. Sp. Largius & T. Herminius.

næ Etruſcorum regis filius, quum Ariciam vrbem ſecundũ iam annũ oppugnaret,
obiit. Nam ſimulatque percuſſum eſt fœdus cũ Romanis, dimidiam exercitus partẽ
à patre accepit, & expeditionem contra Aricinos fecit, ſibi proprium paraturus im-
perium, & quũ parum abfuiſſet quin vrbem caperet, quũ auxilia Aricinis ab Antio,
& Tuſculo, & Cumis Campaniæ veniſſent, minoribus copiis cum maioribus acie in-
ſtructa cõfligens, cæteros quidem in fugã vertit, & ad vrbem vſque cõpulit, at ipſe à
Cumanis, quos Ariſtodemus, Malacus cognomine, ducebat, victus occubuit. Et Etru
ſcorum exercitus poſt illius mortẽ quum hoſtiũ impetũ diutius ſuſtinere nõ poſſet,
fuſus & fugatus eſt. Multi autẽ eorum in fuga à Cumanis eos perſequentibus fuerũt
cæſi: plerique verò eorũ diſperſi, in Romanorum agros non longè diſtantes cõfuge-
runt, tum quia amiſerant arma, tum etiã quia vulneribus debilitati vlterius progre-
A di non poterãt, quos Romani ex agris in vrbem plauſtris & carpentis, & aliis iumẽ-
tis, nonnullos ſemimortuos comportantes, & in ſuas domos ferẽtes, & cibis, & me-
dicamentis, & aliis humanitatis officiis eum magna commiſeratione refecerunt, ita
vt eorum multi his beneficiis inuitati nullo amplius deſiderio domũ redeundi tene-
rentur, ſed mallẽt apud homines bene de ſe meritos remanere, quibus ſenatus locũ
vrbis dedit, conuallem illã quæ inter Palatiũ & Capitoliũ ad quatuor ferme ſtadio-
rum longitudinẽ exporrigitur, vbi ædes extruerent. Quem locũ ad mea vſque tẽpo-
ra Romani ſua lingua vicũ Thuſcum appellant, quâ tranſitur à foro ad circũ maxi-
mum. Pro quibus officiis rex eorũ illis munus rependit plurimi faciendũ, quod illis
B fuit longè acceptiſſimum: agrum tranſtiberinũ, quo ei ceſſerãt, quum pacẽ fecerunt:
& ſacrificia magno impendio diis perſoluerũt, quæ ſe illis facturos vouerant ſi ſeptẽ
pagos recuperaſſent. ¶ANNO autẽ quinto poſt exactos reges olympias erat ſexa- A. V. C. 249. Olym. 69. cõſ. M. Valerius & P. Poſtumius.
geſima nona, qua vicit in ſtadio Iſchomachus Crotoniates, Athenis verò iterũ archõ
erat Aceſtorides: at Romæ cõſules creati M. Valerius, frater Valerij Publicolæ, & P.
Poſtumius, qui Tubertus vocabatur. His conſulibus bellum aliud à finitimis populis
contra pop. rom. exortum eſt, cuius initium à latrociniis eſt factum: ſed progreſſum
eſt ad multa & magna prælia, verumtamen tandem honeſtis pacis conditionibus fi-
nitum eſt, quartis poſt hos conſulibus, ad quorũ vſque tempora, ſine vlla intermiſſio-
ne geſtum eſt. Sabini enim quidam quum animaduertiſſent remp. rom. aduerſo Etru-
C ſcorum bello debilitatam, quaſi priſtinam dignitatem amplius recuperatura non eſ-
ſet, eos qui ex caſtellis in planitiem deſcendebant, prędonum incurſionibus adorie-
bantur, & agreſtes magnis afficiebant detrimentis. Quamobrem Romani, quum le-
gatos ad eos miſiſſent, antequam ad arma venirent, pœnas repoſcebãt *ſuáſque res re-
petebant*, & poſtulabant vt rationem iniuriarum redderent, & ab omni vi & iniuria
agricolis inferenda abſtinerent. A quibus quum ſuperba accepiſſent reſponſa, bel- Sabinis bellũ indicunt Romani.
lum illis indixerunt: & ab altero conſule Valerio cum equitatu, & lectiſſimis leuis ar-
maturæ militibus prima expeditio in prædones repentina facta eſt, & eorum, qui in
D pabulationibus deprehenſi fuerant, quorum magnus erat numerus, ingens cædes
edita, (vt veriſimile eſt,) quia nullos ordines ſeruabant, nec hoſtiũ aduentum præſen
ſerant. Deinde, miſſo à Sabinis contra eos ingenti exercitu ductu imperatoris rerũ
bellicorũ periti, Romani ex vrbe iterũ egreſſi cũ omnibus copiis, quas ambo conſſ.
ducebant, illis obuiam venerunt. At Poſtumius quidem propè vrbem in montanis
locis caſtra poſuit, veritus nequa repentina incurſio ab exulibus in ſe fieret. At Va-
lerius prope hoſtes ad Anienem fluuium, qui ex vrbe, quæ Tybur vocatur, præceps
& cum impetu de alto ſaxo labitur, & per Sabini & Romani agri planitiem fertur,
vtranque regionem diſterminans. Influit autem in flumen Tiberim aſpectu amœ-
nus, & potu dulcis. In altera verò fluuij parte Sabinorum caſtra erant poſita, & ipſa
E non longè à flumine diſtantia, in quodam colle leuiter decliui, nec valed munito. Pri
mùm igitur vtrique viciſſim ſibi cauebant, & traiecto flumine pugnæ initium fa-
cere metuebant. Sed poſtea nulla ratione *nullóue certo propoſito*, nec vlla vtilitatis cõ-
ſideratione moti, ſed ira & ambitioſa vincendi cupiditate accenſi prælιũ cõmiſerũt.
Nã quidã dũ aquarentur, & equos ad fluuiũ potandi gratia ducerent, longè in fluuij
alueũ prouecti ſunt, tunc enim nõ valde erat profundus, quia hybernis imbribus nõ-
dũ erat auctus: quare quũ eorũ genua vix ſuperaret, cũ traiiciebãt. Primũ autẽ quòd
pauci cũ paucis fuiſſent congreſſi ex vtroq; vallo, quidã ſuis ſuppetias laturi procur-
rerunt. Deinde rurſus alij hinc inde ſuis, qui ab hoſte premebãtur, auxilio venerũt, &

modò Romani Sabinos à fluuio repellebant, modò Sabini Romanos ab eodem arcebant. Magna autē cæde vtrinque edita, & multis illatis & acceptis vulneribus, quũ omnium animos vincendi ſtudium inuaſiſſet, vt in leuibus prœliis temerè commiſſis accidere ſolet, ipſos quoque caſtrorũ duces idem animi ardor ad fluuiũ traiiciendũ accendit. Sed cōſul romanus hoſtem anteuertit, & prior cũ exercitu eum traiecit, & dũ adhuc Sabini ſe armarent & aciē inſtruerent, manus cũ illis conſeruit. Veruntamen ne illi quidem prœliũ cōmittere ſunt cunctati, hoſte contempto, & valde elati, quòd neque cum ambobus cōſſ. neque cum omnibus Romanorum copiis eſſent dimicaturi: quare cum impetu irruentes pugnarunt, omnem animi præſentiam & alacritatem exerentes. Commiſſo autem acri prœlio, quum dextrum Romanorum cor- A
nu vbi erat conſul Poſthumius, hoſtes grauiter vrgeret, & vlterius progrederetur, at ſiniſtrum iam laboraret, & ab hoſtibus ad fluuium pelleretur, cōſul qui altera Rom. caſtra tenebat, re cognita eduxit exercitum, ac ipſe quidem peditum aciem ducens pedetentim ſequebatur: Spurium verò Largium legatum, qui ſuperiore anno conſulatum geſſerat, cum equitatu celeriter miſit, qui laxatis habenis equitans, & flumen nullo prohibente facilè traiecit, & dextrum hoſtium cornu obequitans, in trāſuerſum equitatus Sabini latus impreſſionem fecit: atque ibi inter vtrorumque equites comminus pugnantes, acriter diúque eſt certatũ. Interea & Poſthumius qui peditatum ducebat ad eos acceſſit, & cum peditatu facto in eos impetu pugnans multos occidit, & reliquos fudit ac fugauit. Et niſi nox interueniſſet, omnes Sabini à B
Romanis equitatu ſuperioribus iam circũdati internecione deleti fuiſſent. Iam verò ipſæ tenebræ, eos qui ex prœlio diffugerant, qui erant inermes, & pauci, ſeruarunt, effecerúntque vt incolumes ad ſuos redirent. Conſules verò eorum caſtris ſine vllo certamine ſunt potiti, quæ à præſidiariis, ſimulatque ſuos in fugam verſos viderunt, deſerta ſunt. Ex quibus parta ingenti præda, quam militibus diripiendam conceſſerunt, copias domum reduxerunt. Tunc primùm pop. Rom. ex clade ab Etruſcis accepta viribus recollectis priſtinos reſumpſit ſpiritus, & finitimorũ populorum imperium, vt antea, auſus eſt ſibi vendicare, & decernere vt ſimul ambo conſſ. triumpharent: ſed priuatim alteri eorum, Valerio ſcilicet, area ad ædificandum in præſtantiſſima palatij parte daretur dono, vtque ei ex ærario ſum- C
ptus ad id ædificium ſuppeditarentur. Huius domus ad quam ſtat taurus æreus valuæ ſolæ, præter morem omnium romanarum ædium, tam publicarum quàm priuatarum in exteriorem partem aperiuntur. ¶ANNO ſequenti conſules creati P. Valerius Publicola quartum, T. Lucretius iterum Valerii collega. His conſſ. omnes Sabini ex communi concilij ſententia bellum Romanis inferre decreuerunt, quaſi rupta eſſent fœdera ex quo rex Tarquinius regno fuit pulſus, cum quo fœdus interpoſito iureiurando fecerant, impulſi à Sexto altero Tarquinij filio, qui vniuſcuiuſque ciuitatis primores priuatis officiis ſibi concilians, & ſuppliciter orans, omnes eorum animos ab omnibus Romanis alienauit, duóſque populos Fidenates, & Camerinos ad defectionem à Romanis faciendam impulit, illiſque vt ad ſuas partes tranſirent perſuaſit. Quapropter impe- D
ratorem cum ſummo imperio eum crearunt, eique ex omnibus ciuitatibus copias conſcribere permiſerunt: quaſi in ſuperiore prœlio ob copiarum imbecillitatem, & ducis ſtultitiam, cladem accepiſſent. Illi igitur in his erant occupati. Fortuna verò quædam detrimentis Romanorum commoda exæquare volens, pro ſociis, à quibus fuerant deſerti, ex ipſiſmet hoſtibus aliud non ſperatum auxilium hoc modo illis addidit. Vir quidam Sabinæ gentis, qui Regillum vrbem incolebat, nobilis & opulentus, nomine † T. Claudius ad eos transfugit, cum magno cognatorum comitatu & magna amicorum & clientium manu, qui cum ipſis familiis integris inde migrarunt, inter quos erant circiter quinque millia eorum qui per ætatem arma ferre poterant. Neceſſitas autem quæ illum coegit Romam ſedes transferre, talis fuiſſe E
fertur. Principes nobiliſſimorum populorum quũ ei eſſent infenſi ob eius in rep. ambitionem, reum fecerunt, proditionis inſimulantes, quòd parum propenſus eſſet ad bellũ Romanis inferendũ, quinetiam ſolus in cōmuni concilio aduerſaretur iis qui fœdera rupta cenſebant, ſuóſque ciues nō fineret ea rata facere quæ aliis placuiſſent. Ille hoc iudiciũ formidās (in alieno enim foro eius cauſæ cognitio futura erat) cũ pecunia ſua & amicis ad pop. rō. † migrauit, ſeque ei adiũxit: ſuóq; aduētu rebus Romanis nō paruā acceſſionē attulit, eiúſque belli feliciter cōfecti præcipuus autor omnibus eſt

Romanorum de Sabinis victoria.

Rom. pop. ex clade ab Etruſcis accepta ſe recolligit.

A. V. C. 250. conſſ. P. Valerio Publicola quartum, & T. Lucretio iterum, bellum Sabinum recrudeſcit.

De Tito Claudio, qui Sabinæ gentis erat, ad Rom. trāſfugiente. *Vocatur ab alijs* Appius Claudius. *Sic & Gel. interpr.* adiunxit ſe Romano populo *ſed voluit Dionyſius aliquid amplius ſignificare, quũ dixit,* [illegible] id *eſt* ad Romanorum ciuium numerum accedit. *Ad verbum* Romanis ciuibus adiicitur.

buſ eſt viſus.Quapropter S.P.Q.R. eũ in ordinẽ patriciorũ retulit,eiq; vrbis partẽ
quantã voluit ad ædificandum conceſſit,agrúmq; de publico qui eſt inter Fidenas,
& Picentiã addidit,vt ſuis omnibus agrum viritim diuidere poſſet: vnde etiam tem-
poris progreſſu facta eſt quædam tribus Claudia, quæ ad mea vſque tempora nomẽ
conſtãter retinebat.Rebus autẽ omnibus ad bellum hinc inde paratis,Sabini priores
ſuas copias eduxerunt,& caſtra bina fecerunt,altera non longè à Fidenis ſub dio,al-
tera in ipſis Fidenis,tum vt oppidanis eſſent præſidio,tum etiam vt ij qui caſtra ſub
dio habebãt, ſi quam cladem accepiſſent,refugium paratũ haberent. Deinde,Rom.
conſſ.poſtquam cognouerunt Sabinos cũ infeſto exercitu contra ſe venire,ipſi quo-
A que cum omnibus militaris ætatis hominibus profecti, bina caſtra ſeparatim fece-
runt, Valerius prope Sabinorũ caſtra quæ ſub dio erant.Lucretius non procul ab eo
loco,in quodã colle,vnde altera collegæ caſtra conſpiciebantur. Romani igitur pri-
mo quoque tẽpore cum hoſte confligendũ cenſebant,quòd in aperto prelio de bel-
li exitu iudiciũ celeriter factũ iri ſperarent. At Sabinorũ imperator metuens apertè
ſigna conferre cum audacia & tolerantia hominũ,qui ad quæuis grauia pericula ſu-
beunda parati erant,eos noctu aggredi ſtatuit:paratíſque rebus ad cõplendas foſſas
& vallum tranſcendendũ neceſſariis,quũ omnia ad certamen iã eſſent parata, poſt
primum ſomnum excitatam totius ſui exercitus præſtantiſſimã partẽ ad Romano-
B rum munitiones erat ducturus: & illis quæ Fidenis caſtra habebant, denuntiauit vt
vbi ſuos egreſſos ſenſiſſent,ipſi quoque ex vrbe exirent leuiter armati.Deinde iuſſit
eos per opportuna loca inſidiis collocatis,ſi qui ex alteris caſtris Valerio ſuppetias
laturi contra ſe venirent,ex inſidiis ſurgere, & à tergo eos cum ingenti clamore &
ſtrepitu inuadere.Quum igitur Sextus hæc in animo haberet, ſuum conſilium cen-
turionibus aperuit:quod poſtquam illi quoque probarant, occaſionem expectabat.
Sed quidam transfuga profectus ad vallum Romanorum, conſuli eius conſilium in-
dicauit, nec multo poſt quidam equites Sabinos captiuos adduxerũt, quos ad ligna-
tionem egreſſos comprehenderant.Hi ſeparatim interrogati quid ipſorum impera-
tor facere pararet,reſponderunt,ſcalas & pontes ab eo fabricari: ſed quo in loco, &
C quãdo ipſis eſſet vſurus ſe ignorare dixerũt.His rebus cognitis Valerius mittit Mar-
cum legatũ ſuũ in altera caſtra,qui hoſtiũ conſilia indicaret Lucretio, qui in illis ca-
ſtris erat, & qui eũ admoneret quo modo hoſtes eſſent adoriendi.Ipſe verò tribunis
& centurionib.conuocatis,& declaratis iis quæ ex transfuga & captiuis audierat,ad-
hortatus eos vt viri fortes eſſent,exiſtimantes ſe occaſionem ſummopere optandam
nactos,qua egregias de inimicis pœnas ſumerent, eos quid faciendũ eſſet admonuit,
ipſiſque teſſeram dedit,atque ita in ſuos ordines eos dimiſit. Nondũ autem erat me-
dia nox,quum imperator Sabinorum excitatis militibus validiſſimam eorum partẽ
ad Romanorum vallum duxit,indicto omnibus ſilentio,iuſſíſque nullum armorum
ſtrepitum edere,ne hoſtes ſuum aduentum ſentirent, antequàm ad ipſa caſtra iam
D ventum eſſet.Poſtquam autem illi qui præibant acceſſerunt ad caſtra, neque vllum
ſplendorem ignium viderunt,neque voces vigilium audierunt,magnam Romano-
rum ſtultitiam damnãtes, quaſi caſtra incuſtodita reliquiſſent,& extra dormirent,
foſſas materia variis in partibus compleuunt,& nullo impediente eas tranſiuerunt.
At Romani in cohortes diuiſi conſederant inter foſſas & vallum, & ob tenebras
cerni non poterant, & hoſtes qui tranſibant, quum in ipſorum manus veniebant,
trucidabant.Aliquandiu igitur ij qui poſtremi accedebant, ignorarunt cædem ſuo-
rum qui præcedebant.Sed quum lunę orientis lux apparuiſſet,qui ad foſſam appro-
pinquabãt, ad ipſam aceruos cadauerum conſpientes, & validos hoſtium globos
impetum in ſe facientes,armis abiectis fugæ dederũt terga. At Romani ſublato in-
E genti clamore (hoc enim ſignum datum fuerat illis qui in alteris erãt caſtris) omnes
in eos conferti procurrunt. Tunc Lucretius,audito clamore,præmiſſo equitatu qui
exploraret nequi hoſtes in inſidiis deliteſcerent,interpoſito modico interuallo,cum
lectiſſimis quibuſque peditibus eum ſequebatur. Et eodem tempore quũ equitatus
incidiſſet in eos qui Fidenis fuerant miſſi vt in inſidiis deliteſcerent, in fugã eos ver- Ex Sabiniseo-
tit,& peditatus eos qui ad ſua caſtra venerãt cædẽs perſequebatur,neque arma ne- rũmque ſociis
que ordinem ſeruantes. In his præliis ex Sabinis eorũque ſociis ceciderunt circiter cadunt circiter
tredecim millia,capta verò quatuor millia & ducẽti præterea, eodémque die caſtra tredecim mil-
capta.Fidenę verò,poſt paucorũ dierũ oppugnationẽ,à qua parte potiſſimùm inex- lia, capiuntur
pugnabiles eſſe videbãtur, & à paucis cuſtodiebantur,ab ea captæ ſunt: verũtamen quatuor mil-
lia & ducenti.
Sabinis cæſis
Fidenæ ca-
ptæ.

neque ciues in ſeruitutem redacti, neque ipſa vrbs euerſa eſt: & capta ea pauci cæſi
ſunt. Ciuitas enim eiuſdē gentis, ipſa bonorū & mancipiorū direptione, & clade eo-
rū qui in pugna deſiderati ſunt, ſatis pœnarū conſulibus dediſſe videbatur. Sed ne in
poſterū illi qui in ipſorum poteſtatē venerant, arma temerè caperent, ſatis fore exi-
ſtimarunt ſi moderata cautio adhiberetur, & in defectionis autores more Romano
animaduerteretur. Itaque conuocatis in forū Fidenatibus qui capti fuerant multis
in eorū amentiā inuecti: dixerunt omnes eos eſſe dignos qui cum ipſis pueris inter-
necione delerentur: quippe qui neque beneficiorū acceptorū cauſa gratiam ſibi ha-
berēt, neque ipſis calamitatibus ad bonā frugē reuocari poſſent. Quare nobiliſſimos
quoſque, omnibus inſpectātibus, virgis cęſos ſecuri percuſſerunt. Reliquis verò per- A
miſerunt vt in vrbe habitarēt, vt antea, collocato ibi præſidio, quod cum illis habita-
ret, quod ſenatus decreuerat: & agri partē illis ademptā præſidiariis dederūt. His re-
bus geſtis copias ex hoſtili agro reduxerunt, & ex ſ.c. triūpharunt. Atque hæc quidē
in iſtorū cōſulatu ſunt geſta. ¶ PUBL. autem Poſtumio Tuberto iterum, & Agrippa
Menenio Lanato conſulibus, Sabini tertiùm cū maiori exercitu in agrum romanum
irruptionē fecerunt, antequā Romani eorū expeditionem ſentirēt, & vſque ad ipſa
vrbis mœnia acceſſerunt. Ibi magna Romanorū cædes edita, nō ſolùm ipſorū ruſtico-
rū, quos nihil tale expectantes ex improuiſo hoc malū inuaſerat, antequā omnes in
proxima caſtella refugerent, ſed etiā ciuiū qui tunc in vrbe degebant. Nā Poſtumius
alter conſul, hanc hoſtium contumeliā non ferendā ratus, feſtinanter auxiliū ſuis la- B
turus egreſſus eſt, obuios quoſque† temerè potiùs quàm prudenter ducens. Quos Sa-
bini conſpicati magna cū cōtemptione in ſe ferri, nullis ſeruatis ordinibus, & diſſipa-
tos, quò magis eorū contemptionē augerent, celerius quàm militari gradu pedē re-
ferebant, fugā ſimulantes: donec in ſyluas denſas venerunt, vbi reliquus eorū exerci-
tus ſubſederat. Deinde conuerſi, Romanis perſequentibus ſigna infeſta tulêre, & qui
erant in ſylua magno ſublato clamore eos inuaſêre. Quū autē homines nullum or-
dinē ſeruantes & perturbatos, atque ob curſum fatigatos & anhelantes, multi acie
egregiè inſtructa inuaderent, ſternunt obuios quoſque qui ſecū congredi audebant,
& reliquos qui in fugam ſe dederant, interclуſis itineribus ad vrbē ferētibus, in quo-
dā deſerto & aſpero montis dorſo concludūt: armiſque prope eos poſitis (nox enim
eos iam oppreſſerat) per totā noctē excubantes ſeruabant, ne clam aufugerent. Qua C
clade Romā renunciata, ingēs tumultus ortus, cōcurſúſque ad mœnia factus, omnéſ-
que timor cepit ne noctu vrbē hoſtes victoria elati inuaderent, eóſque ſuorū cæſorū
miſerebat, & reliquorū cōmiſeratione mouebantur, quod eos mox ob rerū neceſſa-
riarū inopiā in hoſtiū poteſtatē facilè venturos putarent, niſi celeriter illis ſuccurre-
retur. Illā igitur noctē animis mœrore deiectis inſomnes tranſegerunt. Sequenti die
alter conſul, Menenius, omnes iuniores armatos & egregiè inſtructos, ordinémque
ſeruantes duxit, vt auxiliū ferret iis qui in monte obſidebantur. At Sabini quum eos
aduentantes vidiſſent, diutius ibi nō manſerunt, ſed cōfeſtim caſtra mouerūt, & co-
pias à monte abduxerunt, exiſtimantes debere ſe præſenti felicitate cōtentos eſſe: nec
diutius ibi cōmorati ad ſuos magna cū iactatione redierunt, pecoris, & mancipiorū, D
& pecuniarū maxima præda abacta. At Romani eā cladē iniquo animo ferentes, &
culpā in alterū conſulē Poſtumium cōferentes, † totis viribus in agrum Sabinum ex-
peditionē celeriter facere decreuerunt, tū quia vehementer cupiebant fœdā & in-
ſperatā cladē ſarcire & corrigere, tū etiā quia recēti hoſtium legatione valde ſuper-
ba & arroganti miruminmodū offenſi fuerant. Nā quaſi eos iā eſſent vi coacturi, niſi
mallent imperata facere, Tarquinios in patriam reuocare, & imperio ſibi cedere iu-
bebant, & formā reipublicæ ac leges cōſtituere, quas victores ipſis impoſuiſſent. Re-
ſponſum autē legatis, vt ſuæ gēti & reipublicæ hæc renunciarēt, Romanos imperare
Sabinis vt arma deponerēt, vrbes ſibi dederēt, populique rō. imperio denuo, vt ante,
parerent: & his peractis, ita demum venirent petitum veniam iniuriarum & damno- E
rum datorum in ſuperioribus irruptionibus quas in ſuum agrum fecerant, ſi pacem
& amicitiā vellent impetrare: quę imperata niſi feciſſent, bellum primo quoque tē-
pore domi expectarent. Quum igitur talia ſibi inuicem imperaſſent, poſtquā omni-
bus rebus ad bellum neceſſariis inſtructi fuerunt, copias *ex ſuis finibus* eduxerunt. Sa-
bini quidē lectiſſimā cuiuſque ciuitatis iuuentutē armis inſignibus ornatam adducē-
tes. At Romani, cōtracto quicquid erat viriū vel in vrbe vel in caſtellorū præſidiis,

A. V. C. 251. conſ. P. Poſtumius Tubertus iterum, & Agr. Menenius Lanatus.

Vel potius, Maloſticum prōpeitudine quā prudentia. *vel* maiori cum celeritate quā prud. *Nam Dionyſii verba ſunt*, [illegible]

Cladem à Sabinis Romani accipiunt, duce Poſtumio.

Sic etiam Gel. [illegible] *interpr.* totis viribus *ſed* [illegible] *hic de copiis ſeu exercitibus dicuntur.*

rati eos qui militarem ætatem exceſſiſſent, & ſeruitiorum, ac domeſticorum turbam, ad vrbem & munitiones agri rom. tutandum ſufficere. In vnum autē coacti caſtra poſuerunt vtrique modico interuallo à ſe inuicem diſtantia, non longè ab Ereto Sabinæ gentis vrbe. Vbi verò vtrique res hoſtium cognouerūt, tū ex ipſa caſtrorū magnitudine coniecturā facientes, tum etiā ex ipſorum captiuorum relatione, Sabinis audacia creuit, & contemptio hoſtiū paucitatis. Romanis verò hoſtium multitudo timorē incuſſit: tamen animos ſumpſerunt, & in exiguā victoriæ ſpē venerunt, cùm ob alia ſigna ſibi diuinitus data, tum verò ob poſtremum †prodigium quod pugnam præceſſit. Ex pilis defixis ad tentoria, (hæc autem ſunt tela Romanorum, quæ quū manus conſerunt eiaculantur, ligna oblōga, & ea craſſitudine quæ manū implere poteſt, quæ habent præfixa ferrea veruta, non minora quàm tripedalia, quæ hinc inde ab vtraque ſummitate recta prominent, cum ipſo ferro modicis iaculis paria,) ex iſtis inquam, pilis circa ipſorum verutorum ſummitates flammæ emicantes viſæ ſunt, & per tota caſtra ſplendor tanquam ex facibus effulſit, & magnam noctis partem durauit. Ex hoc †oſtento coniecerunt, quemadmodum ipſi prodigiorum, interpretes declararūt, & quiuis facilè poterat colligere, breui inſignem victoriam ſe adepturos à numine ſignificari: quandoquidem omnia cedunt igni, & nihil eſt quod ab igne non abſumatur. Quum igitur hic ignis in ipſorum telis effulſiſſet, magna cum fiducia è caſtris progreſſi ſunt, & facta in Sabinos impreſſione, quamuis inferiores eſſent numero, tamen cum longè maioribus copiis collatis ſignis conflixerunt, ſola audacia, & longa experientia freti, quæ cum ipſo laborum ſtudio coniuncta, vt quoduis periculum contemnerent, efficiebat. Primus igitur Poſtumius, qui ſiniſtrum cornu ducebat priorem cladem ſarcire cupiens, dextrum hoſtium cornu loco pepulit, nullam habens ſuæ ſalutis rationem, dummodo vinceret, ſed inſtar furentis & mortem appetentis in medios hoſtes ſe coniiciens. Deinde, qui cum Menenio alterum cornu tenebant, quum iam laborarent & loco pulſi cederent, vbi cognouerunt ſuos qui cum Poſtumio erant hoſtes ſibi oppoſitos vincere; collectis animis hoſtes inuaſerunt, & vtrumque Sabinorum inclinantium cornu penitus fuſum ac fugatum eſt. Neque enim qui in media acie erant ab vtroque latere iam nudati ſubſiſtere potuerunt, ſed ab equitatu Romano turmatim impreſſionem faciente pulſi loco pedem retulerunt. Omnibus autem caſtra effuſa fuga repetentibus, Romani ſequentes & vnà irrumpentes, vtriſque eorum caſtris potiti ſunt. Ne autem totus hoſtium exercitus internecione deleretur ipſe noctis interuentus prohibuit, & quòd eam cladem *Sabini* in ſuo agro accepiſſent: qui enim fugiebant, ob locorum peritiam facilius ad ſuos incolumes euadebant antequam ab ipſis hoſtibus inſequentibus, & nullam diuerticulorum variorum notitiam habentibus, prehendi poſſent. Sequenti die conſules crematis ſuorum cadaueribus, & collectis ſpoliis, (inter quæ capta etiam fuerunt quædam arma à viuis in ipſa fuga abiecta) non paucos captiuos abduxerunt, & pecuniis multis potiti ſunt, prçter eas quas milites diripuerunt. His autem publicè venditis, omnes receperunt ſuas pecunias, quas viritim contulerant, quibus milites armarant, & domum maximè inſignem victoriam reportantes redierunt. Et conſules ambo ex ſenatuſconſulto triumpho fuerunt decorati: Menenius, maiore & honoratiore, vectus curuli regiáque ſella: at Poſtumius minore & minus honorato, quem *Romani* vocant ouationem, deflexo nomine Græco in nomen obſcurum & incertum. Nam primùm hæc ouatio dicta eſt ab euentu, *& re ipſa* vt & ego coniicio, & in multis Romanis hiſtoriis ſcriptum comperio: quod triumphi genus tunc primùm à ſenatu inuentum Licinius prodidit. Differt autem ab altero, primùm quòd in ipſa ouatione dux cum exercitu vrbem ingreditur pedibus non autem curru, vt ille *qui maiore triumpho ornatur*, deinde quia non geſtat togam pictam & clauis aureis diſtinctam, neque ornatur trabea qui eſt conſulum & prætorum patrius cultus, at laurea corona redimitur: quinetiam hac in re altero eſt inferior quòd non geſtet ſceptrū, in cæteris verò rebus illi eſt par. Ne autem Poſtumius honore æquaretur Menenio, quamuis in pugna omnium maximè egregiam operam nauaſſet, in cauſa fuit ingens & ignominioſa clades quam paulò ante acceperat dum hoſtes inſequeretur ardentius, qua & multos de ſuis militibus amiſit, & parum abfuit quin ipſe quoque cum reliquis, qui fuſi fugatíque fuerant, in hoſtium poteſtatem veniret. His conſulibus P. Valerius Publicola ex morbo moritur, omnium illius ſeculi Romanorum præſtantiſſimus omnium virtutum genere iudi-

Vel potius viſum, quam Dionyſius dicat φάσμα: declarans quod genus σημείου eſſet. nam hac voce generali modò vſus erat.

Hic quoque Ex hoc viſo.

De Sabinis triumphat vterque conſul.

Ouatio quo differat ab altero triumphi genere.

P. Valerii Publicolæ obitus, funus, laudes.

catus. Cætera igitur illius viri facinora, ob quæ admiratione & memoria eſt dignus, à me dici non eſt opus. In Iiuius enim libri principio multa fuerunt dicta. Sed quæ omnium illius viri laudum maximè eſt admiranda, & quæ nondum eſt dicta, hanc exiſtimo non eſſe prætereundam ſilentio, quia cenſeo hoc præcipuè hiſtoriarum ſcriptores decere, non ſolùm res bello geſtas à claris imperatoribus narrare, & ſi quod inſtitutum præclarum & ſalutare ciuitatibus excogitatum in lucem ediderint, ſed etiam eorum vitæ rationem, ſi modeſti, ſi temperantes fuerint, ſi patrios mores, & inſtituta perpetuò ſeruarint, oſtendere. Ille igitur vir, qui cum tribus aliis præcipuis patriciis reges expulerat, & eorum bona publicauerat, quater conſulatum geſſerat, & ex duobus grauiſſimis bellis confectis victoriam reportarat, & ob vtrumque triumpharat, in priore quidem, de Etruſca gente, in poſteriore verò, de Sabinis, quum tales parandæ pecuniæ occaſiones, *& facultates* habuiſſet, quas nullus vt turpes & iniuſtas criminari potuiſſet; tamen non fuit captus auaritia, quæ omnes homines ſubactos tenet, cogitque res inhoneſtas perpetrare: ſed paruo patrimonio contentus temperantem & frugalem, nullique cupiditati obnoxiam vitam conſtanter exegit, & liberos ſuos in exigua re familiari educauit, tali genere dignos. Et omnibus demonſtrauit, non eum eſſe diuitem, qui multa poſſidet, ſed qui paucis indiget. Frugalitatis autem, qua vir ille toto vitæ tempore eſt vſus, argumentum certum & minimè dubium eſt ipſa rerum inopia, quæ poſt eius mortem apparuit. Nam ne tantum quidem fortunarum reliquit, quantum ſatis eſſet ad funeris elationem, & ſepulturam tanto viro dignam: ſed cognati cadauer eius ex vrbe elatum, miſerè & tanquam hominis vulgaris *cadauer* crematuri & humaturi erant. At ſenatus cognita ingenti eius egeſtate, decreuit vt ex ærario ſumptus ad eius funus ſuppeditarentur, & miſericordia motus, locum vbi crematus & ſepultus eſt, illi ſoli ex omnibus viris illuſtribus, qui vſque ad meam ætatem fuerunt, in vrbe prope forum aſſignauit. Hic autem locus omnibus illius gentis poſteris, vt ſacer, ad ſepulturam eſt conceſſus bonum quibuſlibet opibus & regnis præſtantius, ſi quis non voluptatibus, ſed honeſtate felicitatem metiatur. Valerius igitur Publicola licet nihil præter res ad victum neceſſarias ſibi comparare voluiſſet, tamen inſtar alicuius opulentiſſimi regis ab ipſa rep. ſplendido funere fuit elatus. Et omnes matronæ Romanæ eum communi conſenſu, eodem modo quo Iunium Brutum, depoſito auro & purpura, per integrum annum luxerunt, vt in neceſſariorum & cognatorum funeribus lugere ſolent. ¶ ANNO ſequenti conſules facti Spurius Caſſius, cognomine Viſcellinus, & Opiter Virginius Tricoſtus. Quibus conſulibus bellum quod cum Sabinis gerebatur, ab altero conſule Spurio confectum eſt, magno prælio ad Cures commiſſo in quo cæſa ſunt Sabinorum millia decem, & trecenti præterea, capta circiter quatuor millia. Hac poſtrema clade perculſi Sabini legatos miſerunt ad conſulem qui de pace agerent. Quum autem Caſſius ad ſenatum eos relegaſſet, & Romam illi veniſſent, vix multis precibus amicitiam & pacem impetrare potuerunt, frumento exercitui dato quantum imperauit Caſſius, & certa pecuniæ ſumma vicitim mulctati, & agri culti decies mille iugeribus priuati. Spurius igitur Caſſius ex hoc bello triumphans rediit. Alter verò conſul Virginius, Camerinis qui in bello à popu. Rom. ſocietate defecerant cum dimidia exercitus parte arma intulit, nullique declarauit quò eſſet iturus, & noctu iter confecit, vt oppidanos imparatos, & ſui hoſtilis aduentus penitus ignaros adoriretur. Id quod accidit. Acceſſit enim ad ipſa mœnia quum iam dies illuceſcere inciperet, antequàm ab vllo ipſius aduentus præſentiretur & antequam caſtrametaretur, arietes, & ſcalas muris admouit, & omni oppugnationis genere eſt vſus. Camerinis verò repentino eius aduentu perculſis, & aliis cenſentibus portas aperiendas, & conſulem recipiendum, aliis verò totis viribus reſiſtendum, neque vt in vrbem hoſtes ingrederentur permittendum, interea dum illi tumultuantur, & inter ſe contendunt, conſul portas effregit, eorúmque munitiones, qua parte humillimæ erant, ſcalis ſuperatas occupauit, & vi vrbem cepit. Per totum igitur illũ diem & noctem ſequentem, ſuis militibus permiſit vt bona oppidanorum ferrent & agerent ac diriperent. Poſtero die quum captiuos in vnum locum cogi iuſſiſſet, omnes defectionis autores ſecuri percuſſit, reliquam turbam ſub haſta vendidit, & ipſam vrbem euertit. ¶ OLYMPIADE autem ſeptuageſima, qua vicit in ſtadio Nicæas Locrenſis Opuntius, archonte Athenis Myro, conſules creati † Poſtumius Cominius,

A. V. C. 252. conſſ. Spurio Caſſio & Op. Virginio, cum Sabinis eſt debellatum.

Cameria à Virginio conſule capta.

A. V. C. 253. Olymp. 70, conſſ. Poſtumio Cominio & T. Largio, Latini rebellant, & ſerui conſpirāt. *Sed qui hic Poſtumus ab aliis Poſthumus appellatur, & Ποστούμιος pro Ποσθούμιος apud Dionyſiũ ſcribitur.*

Cominius,& Titus Largius. His cõſulibus Latinorũ populi à pop. rom. amicitia defecerũt, Octauio Mamilio, qui erat gener Tarquinij, vniuſcuiuſque ciuitatis primoribus, partim pollicitationibus munerũ, partim precibus perſuadente, vt exulibus in patriam redire conantibus opẽ ferrent. Indictũmque cũmune concilium ad Ferentinũ, quò omnes conuenerunt præter ſolos Romanos. His enim ſolis non nuntiarunt, quẽadmodum ante ſolebant, vt adeſſent. In eo autem cõcilio oportebat eos populos bellũ decernere,& duces creare,& de cætero apparatu cõſultare. Fortè autẽ eo tempore M. Valerius, vir conſularis, à pop. rom. legatus fuerat miſſus ad finitimos populos, vt eos rogaret ne quid rerũ nouarũ molirentur. Nõnulli enim eorum agros fini-
A timos latrociniis infeſtabant, à potentioribus miſſi, & magnis detrimentis agricolas afficiebant. Qui, vbi cognouit eorũ populorũ cõmunem cõuentum haberi, vt omnes bellũ decernerent, profectus ad id conciliũ,& petita dicendi copia ab ipſis conſeſſus præſidibus, dixit ſe à po. rom legatũ miſſum ad eos populos, qui latrones emittebãt, vt rogaret eos vt ſontes perquiſitos, & inuẽtos ſibi dederẽt ad ſuppliciũ, ex lege quã in fœderib. ſanxerant, quãdo pacẽ fecerunt: vtque poſtularet ab illis, vt in poſterũ cauerent, ne quod publicũ delictũ admitterent, quod ſuã amicitiã & cognationem dirimeret. Quũ autẽ videret omnes populos conueniſſe ad bellum cõtra Romanos decernendũ,& hoc ipſum, cùm ex multis aliis cõiiceret, tum verò præcipuè, quòd ſolis
B Romanis non denuntiaſſent vt ad conciliũ venirẽt, quũ tamen in fœderis cõditionibus, ſcriptum eſſet, vt cõmunibus cõciliis intereſſent omnes populi, quotquot eſſent nominis Latini, ídque ab ipſorũ cõciliorum præſidibus euocati: mirari ſe dixit, quanã iniuria accepta, aut quo pop. rom. crimine cõſeſſus præſides ſolã eã ciuitatẽ ad cõcilium nõ admiſiſſent, quã omniũ primã adeſſe oportuerat,& primã rogari ſentẽtiam, vtpote quæ gẽtis principatũ obtineret, quẽ ſibi ab ipſis vltrò pro multis & magnis beneficiis acceptis oblatũ accepiſſet. Poſtea Aricini petita dicendi copia Romanos accuſabãt, quòd ipſi, qui ſui erant cognati, bellũ Etruſcum cõtra ſe ſuſcitaſſent,& quãtum in ipſis fuiſſet, omnium Latinorum populorũ libertatẽ Etruſcis prodidiſſent. Et rex Tarquinius renouãs cum omnium illorum populorum rep. percuſſa amicitiæ &
C ſocietatis fœdera, rogabat eos vt iuſiurãdum ſeruarẽt cõfirmarẽntque,& ſe in regnũ reducerent. Et Cametinorum & Fidenarum exules, alij quidẽ patriã captã, ſuúmque exilium: alij verò ſeruitutẽ & vrbis euerſionẽ deflẽtes, eos ad bellum adhortabãtur. Poſtremus verò Mamilius, Tarquinij gener, qui eo tẽpore apud Latinos plurimum poterat, quũ ſurrexiſſet, lõga oratione in pop. rom. eſt inuectus. Quũ autem Valerius omnia crimina obiecta dilueret,& iure ſuperior eſſe videretur, illo die in accuſationibus & purgationibus cõſumpto, nullum cõſultationi finẽ impoſuerunt, nec quidquã certi decreuerunt. Sequẽti die præſides conſeſſus, non introductis amplius Romanorũ legatis in conciliũ: ſed Tarquinio,& Mamilio,& Aricinis,& cæteris quicũque voluiſſent pop. rom. accuſare, facta dicẽdi poteſtate, quũ omnes audiſſent, decre-
D uerunt rupta eſſe fœdera à Romanis,& Valerio legato reſpõſum dederũt, ſe per otiũ deliberaturos quonãmodo iniurias, quibus illi cognationis iura violarant, vlturi eſſent. Interea autẽ dũ hæc gerũtur, coniuratio contra ipſam vrbẽ facta eſt à multis ſeruis, qui cõmuni cõſenſu decreuerunt arces occupare,& vrbẽ multis in locis incẽdere. Re autẽ indicata ab illius cõiurationis cõſciis, cõfeſtim portæ à coſſ. clauſæ,& munitiſſima quęque vrbis loca ab equitibus occupata,& ſtatim ſontes partim in priuatis ædibus cõprehẽſi, partim in foro correpti, omnes ad vnũ in crucẽ ſublati fuerũt. Atque hæc quidẽ his coſſ. ſunt geſta. ¶ DEINDE conſulibus Seruilio Sulpitio Camerino,& Manio Tullio Longo, quidã Fidenates quũ milites à Tarquiniis accerſiuiſſent, arcẽ occuparunt,& aduerſæ factionis ciuibus partim cæſis, partim expulſis,
E effecerũt vt rurſus ea ciuitas à pop. rõ. deficeret: & quũ legati Romani eò veniſſent, *ciuibus ſuaſerũt vt* eos tanquã hoſtes tractarent. Sed à ſenioribus impediti eos ex vrbe expulerunt, neque illis dicendi poteſtatẽ facere, neque etiã eos audire voluerũt. His rebus cognitis, ſenatus romanus nõdum reip. Latinorũ bellũ inferre volebat, quòd intelligeret nõ omnibus placere ea quæ à primoribus cõcilij fuerant decreta, ſed in vnaquaque ciuitate ipſos plebeios bellũ recuſare, & plures eſſe qui cẽſerent fœdera adhuc eſſe integra, quàm qui ea rupta dicerent. Cæterùm, cõtra Fidenates alterũ cõſulẽ Maniũ mittere decreuerunt cum magno exercitu, qui eorũ agro ſine vllo metu impunè vaſtato, quòd nullus eũ defenderet, caſtris ad ipſa mœnia poſitis, cauebat ne vllus cõmeatus, aut arma in vrbẽ portarentur, nęve vllũ aliud auxiliũ oppidanis fer-

A. V. C. 254. conſſ. Ser. Sulpicio, & Manio Tullio Fidenæ obſeſſæ. Sed Seruius Sulpicius, non Seruilius, dictus fuit hoc cõſulatu: vt apud Dionyſium Zequin pro Zeuuiλιο legendum ſit.

Latinorũ principes conſultant de ratione belli cum pop. Rom. gerendi.

retur. Fidenates igitur obſeſſi ad Latinorũ populos legatos miſerunt, rogãtes vt ſibi
celeriter auxilium mitterẽt. Principes verò Latinorũ indicto populorum cõcilio, &
Tarquiniis, & obſeſſorũ legatis, qui eò venerant, facta rurſus dicẽdi poteſtate, cõuo-
carunt ſuos aſſeſſores ad ſententiam ferendam de ratione belli cũ pop. rom. gerendi,
à natu maximis & clariſſimis quibuſque viris initio facto. Quũ autem multa verba
fuiſſent facta, ac primùm quidem de ipſo bello, an eſſet decernendum, qui totius
conſeſſus erant turbulentiſſimi, cenſebant regem in regnum eſſe reducendum, &
ſuadebant vt Fidenatibus ſuppetiæ ferrentur, id agentes, vt ipſi militibus præfice-
rentur, & res magnas tractarẽt. Potiſſimùm verò illi qui in ſua quique patria princi-
patum & tyrannidem affectabant, quam opera Tarquiniorũ, ſi in regnum reſtitu- A
ti fuiſſent, ſe adepturos ſperabant. Opulentiſſimi verò & æquiſſimi quique ciuita-
tum viri in fœdere permanendum cenſebant, neque temerè arma capienda. atque
hi apud plebem authoritate plurimum valebant. A pacis igitur ſuaſoribus repulſi
qui ad bellum adeò erant propenſi, tandem hoc concilio perſuaſerunt, vt Ro-
mam mitterentur legati, qui pop. rom. rogarent, & ſimul ei ſuaderent, vt Tar-
quinios in vrbem reciperent, & cæteros exules, ea conditione vt illis impunita-
tem concederent, & omnem veterum iniuriarum memoriam deponerent, vtque
his rebus iureiurando confirmatis patrio more rempub. adminiſtrarent, & à Fide-
nis copias abducerent, quique declararent ſe non paſſuros vt cognati & amici pa-
tria carerent. Quòd ſi neutrum horũ facere voluiſſent, tunc ſe de bello deliberatu-
ros, idque fecerunt non quòd ignorarẽt Romanos neutrum eſſe facturos: ſed quòd B
honeſtas & ſpecioſas belli cauſas quærerent, & exiſtimarent à ſe aduerſarios ſuos
interea officiis & beneficiis deliniri poſſe. His decretis, & dato anno integro Ro-
manis ad deliberandum, ſibi verò ad bellum apparandum, & legatis arbitratu Tar-
quinij deſignatis, concilium dimiſerunt. Diſperſis autem Latinis per vrbes, Ma-
milius & Tarquinius animaduertentes ipſam plebem ad pacem & fœdera pro-
nam eſſe, externas ſpes, vt non admodum certas, miſſas fecerunt. Sed mutata
ſententia bellum ciuile, & inexpectatum, *& quod caueri ac vitari non poſſet* in ipſa
vrbe concitare doloſè conabantur, pauperes contra diuites ad ſeditionem impel-
lentes. Iam autem magna plebis pars, præcipuè verò egena, & ea quæ ære alieno
premebatur, commouebatur, & alieno animo à repub. erat, ita vt in poſterum C
nullam eius curam gerere nec ei fauere cogitaret: fœneratores enim in ſua poteſta-
te immoderatè ſe gerebant, & obæratorum corpora in vincula abducebant, qui-

A Tarquinio in vrbem vnà cum legatis Latinorũ mittuntur quidã, à quibus plurimi ciues corrumpuntur. Coniuratio in vrbe facta contra optimates, non ſolum ab ingenuis, qui egeni erant, ſed etiam à ſeruis.

bus non aliter quàm empticiis mancipiis abutebantur. His rebus cognitis, Tar-
quinius miſit in vrbem vnà cum legatis Latinorum quoſdam homines minimè
ſuſpectos, qui pecuniam ſecum ferebant. Hi cum egenis & audaciſſimis quibuſ-
que in colloquium venientes, & partim illis iam largientes pecuniam: partim, ſi
reges in vrbem rediſſent, promittentes, plurimos ciues corruperunt. Factáque eſt
coniuratio contra optimates, non ſolum ab ipſis ingenuis egenis, ſed etiam à ſeruis
improbis, ſpe libertatis inductis, qui ob ſuos conſeruos ſuperiore anno ſupplicio
affectos, infenſi dominis ſuis, iiſque inſidiantes, tum quòd ſibi ab illis fides non ha- D
beretur, tum quòd illis eſſent ſuſpecti, quaſi ipſi quoque aliquando, ſi occaſionem
fuiſſent nacti, eos eſſent aggreſſuri, lubenter iis qui ſe ad eos inuadendum incita-
bant, paruerunt. Illorum autem coniurationis hæc erant capita. Principes coniura-
tionis oportebat nocte obſcura obſeruata, arces & loca vrbis munita occupare: ipſos
verò ſeruos, quũ primùm ſenſiſſent loca opportuna ab illis occupata, (hoc autẽ ipſi
ex clamore edito cognituri erant) dominos dormientes interficere: hiſque rebus

Coniuratio illa detegitur.

confectis, domos diuitum diripere, & portas tyrannis aperire. At diuina prouiden-
tia, quæ ſemper & aliâs vrbem eam ex periculis eripuit, & ad mea vſque tempora
incolumem etiam tuetur, eorum conſilia detexit, re ad alterum conſulem Sulpi-
cium delata per indicium duorum fratrum Tarquiniorum, Publij & Marci Lau-
rentinorum, qui inter illos coniuratos erant præcipui, & qui diuina quadam ne-
ceſſitate rem indicare coacti fuerunt. In ſomnis enim obuerſabantur ipſis horribi-
les quædam ſpecies, quæ graues pœnas minabantur, niſi cœptis & conatibus illis
deſiſterent, & ſe à quibuſdam dæmonibus exagitari & verberari, oculóſque ſi-
bi effodi, denique multa alia miſeranda perpeti putabant. Quibus rebus perterri-
ti, & metu trepidantes excitabantur, & ne ſomnum quidem ob hæc terriculamen-
ta capere poterant. Primùm igitur quibuſdam ſacrificiis auerruncatoriis & expiato-
riis, iſtos

riis, iſtos dæmonas, à quibus infeſtabantur, auertere conabantur: ſed quum nihil proficerent, ad vaticinia confugerunt, conſilium ipſum coniurationis ſilentio tegentes, ſed hoc ſolùm cognoſcere volentes, an tempus iam eſſet peragendi, quæ in animo haberent. Vate autem reſpondente eos prauam & exitialem inire viam, & niſi ſententiam mutaſſent, fœdiſſimo mortis genere perituros, illi veriti ne ab aliis anteuerterentur, hæc arcana conſilia conſuli, qui tunc erat in vrbe, indicarunt. Couſul, laudatis iis, & ſe multa beneficia in illos collaturum pollicitus, ſi eorum facta verbis reſpondiſſent, eos apud ſe domi retinuit, nulli re indicara: Latinorum verò legatis, qui-
A bus ad eam vſque diem reſponſum dare diſtulerat, tunc introductis in cu-
» riam ex ſenatuſconſulto, ita reſpondit, AMICI noſtri & cognati, do- Legatis Latinorum datum à Sulpicio cōſule reſpōſum.
» mum reuerſi, nuntiate Latinorum reipublicæ, neque antea Tarquinienſibus
» orantibus tyrannorum reditum conceſſiſſe, neque poſtea omnibus Etruſcis
» eadem poſtulantibus, & Porſenæ ductu bellum ſibi longè omnium grauiſ-
» ſimum inferentibus ceſſiſſe: ſed poſt vaſtatos agros, villáſque in ſuo con-
» ſpectu incenſas, obſidionem pro communi libertate pati maluiſſe, quàm fa-
» cere imperata quæ non placerent. Et demiramur vos, Latini, quòd, quum
» hæc ſciatis, nihilominus tamen imperetis vt tyrannos recipiamus, & Fide-
» narum obſidionem ſoluamus, & bellum nobis, niſi imperata fecerimus, mi-
B nari audeatis. Deſinite igitur frigidas iſtas, & minimè probabiles odij *bel-*
» *lique* cauſas prætexere, &, ſi propterea eſtis cognationis vincula diſſolutu-
» ri, & bellum decreturi, rem amplius ne differatis. Quum hæc legatis reſponſa dediſſet, eóſque extra vrbem eſſet proſequutus, poſtea ſenatui occultam coniurationem patefecit, quam ex indicibus cognouerat: & accepta ab illo ſumma poteſtate inquirendi ſocios illius occultæ conſpirationis, & animaduertendi in eos qui in eo numero fuiſſent inuenti, non eſt ingreſſus viam arrogantem & tyrannicam, quemadmodum alius quiſpiam feciſſet, ad tantas redactus anguſtias: ſed rationi conſentaneam, & tutam, & formæ ciuitatis, quæ tunc erat, conuenientem eſt ſequutus. Neque e- Quomodo Sulpicius conſul inquiſierit ſocios illius occultæ conſpirationis, & quo illos modo comprehēderit.
C num domi correptos, & à coniugibus, liberis & parentibus abſtractos ciues ad capitale ſupplicium duci voluit: cogitans quàm miſerabile futurum eſſet ſi vnuſquiſque propinquorum vltimum vale ſuis neceſſariis diceret, & veritus ne fortè deſperatione adducti ad arma recurrere inciperent, & ad ciuilem ſanguinem iniuſtè profundendum ſe cogerent. Neque indicia ipſis conſtituenda cenſebat, conſiderans omnes inficiaturos, & indices nulla certa & minime dubia argumenta habituros, præter ipſum indicium, cui fide habita ciues noxios capire eſſent damnaturi. Sed nouum quoddam doli genus excogitauit, quo rerum nouarum ſtudioſos detexit, & quo effecit vt primùm ipſi coniurationis duces nullo cogente in vnum locum venirent:
D deinde minimè dubiis argumentis conuincerentur, ita vt nullus purgationi locus illis relinqueretur. Præterea non in locum aliquem deſertum coacti, neque vbi à paucis teſtibus conuincerentur, ſed in ipſo foro, omnibus inſpectantibus deprehenſi, merito ſupplicio afficerentur, & nullus tumultus in vrbe excitaretur, nec vllus aliorum motus fieret: quemadmodum ſolet accidere quum ſupplicium ſumitur de iis qui rebus nouis ſtudent, præſertim periculoſis tempotibus. Hîc alius fortaſſe exiſtimaret ſatis eſſe ipſam rei ſummam perſequi, comprehenſos à conſulibus coniurationis clandeſtinæ ſocios & capitali ſupplicio affectos, credens his rebus narratione prolixiore opus non eſſe; at ego ipſum etiam modum, quo illi fuerunt comprehenſi, dignum qui ſcriptis Dionyſius rationem reddit cur contentus non ſit ipſam rei ſummam dicere.
E proderetur exiſtimans, ſtatui ſilentio minimè præterire: illud cogitans hiſtoriæ lectores non ſatis capere vtilitatis, ſi ipſum ſolum rerum exitum audiant. Nam vnuſquiſque vult ipſas etiam rerum cauſas quærere, & modos quibus res peracta ſit, & mentem eorum qui rem peregerunt, & varios † fortunæ caſus, *& quantum illis fortuna vel fauerit, vel aduerſata fuerit*: denique nullas rerum circunſtantias præterire, ſed omnes audire cupit. Hominibus verò rempublicam tractantibus *puto* valdè neceſſariam eſſe harum rerum cognitionem, vt in ſimilibus caſibus exempla in promptu habeant quæ ſequantur. Mo-

Dionyſius hic [illegible] appellatione fortunā intellexiſſe non videtur, ſicut nec ſuprà, in eo quo annotatum fuit loco.

dus autem quem conſul excogitauit vt coniuratos comprehenderet, talis fuit.
Delectis è ſenatorum numero qui ætate & viribus maximè valebant, illis impe-
rauit, vt ſimulatque ſignum à ſe accepiſſent, cum fidiſſimis amicis & cognatis lo-
ca vrbis munita & ſuis domiciliis proxima occuparent. Ipſos quoque equites
præmonuit, vt in opportuniſſimis circa forum ædibus cum gladiis præſtò adeſ-
ſent, facturi quicquid imperatum fuiſſet. Sed ne fortè, dum ſontes comprehen-
derentur, eorum propinqui aliíve ciues aliquid noui molirentur, néue rebus
perturbatis cædes inter ciues fierent, miſſis literis ad ſuum collegam qui Fidenas
obſidebat, ſignificauit ei vt noctis initio cum lectiſſima totius exercitus parte ad
vrbem veniret, & prope mœnia in montano loco caſtra poneret. His rebus præ- A
paratis, indicibus imperauit vt ad coniuratorum principes venirent in forum
circa mediam noctem cum fidiſſimis quibuſque ſociis: quaſi ibi ordinem & lo-
cum & teſſeram accepturi, & audituri eſſent quid vnicuique faciendum eſſet.
factum eſt ita. Poſtquam autem omnes cum ſuis ſociis in forum conuenerunt,
dato ſigno illis incognito, confeſtim omnes arces repletæ ſunt hominibus, qui
pro republica arma ceperant, & totum forum circum circa ab equitibus custo-
diebatur, nec vlla diſcedere volentibus euadendi facultas relinquebatur. Eo-
dem tempore, alter conſul Manius motis caſtris à Fidenis in campum *Martium*
cum exercitu aduenit. Statim autem ſimulatque dies illuxit conſules militibus
armatis ſtipati tribunal proceſſerunt & per omnia vrbis compita edici per præ-
cones iuſſerunt, vt populus ad concionem veniret: & quum tota vrbana turba
eò confluxiſſet, illis declararunt coniurationem factam de reuocando in vrbem
tyranno, & ipſos indices in medium produxerunt. Poſtea, facta omnibus ſui pur-
gandi poteſtate, ſi qui fortè fidem indicum in dubium vocarent, vbi nemo rem
inficiari eſt auſus, è comitio in curiam digreſſi, de iis ſententias in ſenatu roga-
runt: & ſcripto ſenatuſconſulto ad concionem ſunt reuerſi, ipſúmque ſena-
tuſconſultum recitauerunt. Factum autem erat in hanc ſententiam, Tarquiniis

Senatuſconſultum in coniuratos factum quid complecteretur.

qui coniurationis indicia detulerant, ius ciuitatis dandum, & vtrique eorum ar-
genti decies mille drachmas, & de agro publico viginti iugera: coniurationis ve-
rò ſocios capite plectendos, ſi ita populo placuiſſet. Quum autem totus po- C
pulus qui eò confluxerat ratum feciſſet ſenatuſconſultum, conſules iuſſis pri-
mùm ſecedere è foro qui ad concionem conuenerant, deinde vocatis lictoribus
qui gladios habebant, imperarunt vt omnes coniuratos interficerent. Hi verò
omnes eiuſdem criminis ſocios in eo ipſo loco, in quo fuerant concluſi, co-
rona cinxerunt, & contrucidarunt. His autem interfectis, conſules nullum
amplius indicium admiſerunt aduerſus quenquam eius coniurationis ſocium,
ſed omnes qui præſentem pœnam effugiſſent eo crimine abſoluerunt, vt om-
nis tumultus materia penitus ex vrbe tolleretur. Qui igitur coniurationem fe-
cerant, hoc modo perierunt. Senatus autem quum cenſuiſſet omnes ciues lu-

Luſtratio publica ex ſenatuſconſulto.

ſtrandos eſſe, quòd ciuilis cædis autores fieri coacti fuiſſent, ita vt nefas illis D
eſſet ſacris intereſſe, & ſacra auſpicari, antequàm id piaculum fuiſſet expia-
tum, & calamitas illa ſolennibus luſtrationibus fuiſſet luſtrata, poſtquam
quicquid pium ſanctúmque erat peractum eſt more patrio ab iis qui rem diui-
nam procurabant, tum demum ſacrificia vt diis *ob rempublicam ſeruatam* gratias a-
gerent, & ludos fieri ſuo decreto iuſſit, ad quæ celebranda tres dies ſacros ſta-
tuit. Quum autem alter conſul Manius Tullius in ſacris ludis *Romanis*, ab ipſa
vrbe denominatis, de ſacro curru decidiſſet in ipſo circo, & tertio die poſt il-
lam pompam obiiſſet, per reliquum ſpatium temporis, quod erat breue, ipſe Sul-

A. V. C. 255. conſſ. P. Veturio & T. Æbutio. Fidenæ obſeſſæ. Signia defenſa.

picius magiſtratum ſolus geſſit. ¶SEQVENTI autem anno conſules creati fue-
runt Publius Veturius, & Publius Æbutius Eluas. Horum alteri, Æbutio *in-* E
quam res vrbanæ commiſſæ, quia non parua cuſtodia opus ipſis eſſe videbatur,
nequis alius nouus tumultus à pauperibus exoriretur. Veturius verò cum di-
midia exercitus parte, agrum Fidenatem vaſtauit nullo prohibente, & obſeſſam
vrbem continuis tentabat oppugnationibus: ſed quum non poſſet eam obſi-
dione expugnare, vallo foſſáque eam cinxit, vt oppidanos fame ad deditio-
nem compelleret. Fidenatibus verò iam laborantibus Latinorum auxilia
venerunt, quæ miſit Sextus Tarquinius, vnà cum frumento & armis & cæ-

teris

toris rebus ad bellum neceſſariis, quibus rebus freti auſi ſunt cum non paruis copiis ex vrbe egredi, & caſtra ſub dio ponere. Itaque circumuallatio Romanis nihil amplius proderat, & res prælio indigere videbatur, pugnatúmque eſt prope vrbem aliquandiu æquo marte: ſed tandem Romanorum duritia & laborum tolerantia, quæ ob diuturnam exercitationem in illis inerat, Fidenates quamuis numero longè eſſent ſuperiores, tamen à paucioribus loco pulſi, fugæ ſe dederunt: ſed cædes non ingens facta, tum ob propinquum refugium, tum etiam quia qui in muris erant, ipſos hoſtes inſequentes repellebant. Poſtea ſociorum copiæ diſperſæ in diuerſas partes abie-
A runt, nec vlla in re oppidanos iuuerunt. Ipſa verò ciuitas iterum ad eaſdem anguſtias redacta eſt, & rerum omnium ad victum neceſſariarum inopia laborabat. Eodem tempore Sextus Tarquinius cum copiis Latinorum profectus eſt ad Signiam quæ à Romanis detinebatur, ſperans ſe primo impetu id caſtellum occupaturum. Sed Romanis qui in eo erant ſtrenuè pugnantibus, multum temporis ibi triuit nulla re geſta, quæ eſſet memoratu digna: & hac quoque ſpe fruſtratus miſſo à conſulibus præſidio, commeatu & auxilio, ſoluta obſidione copias ſuas abduxit. ¶ SEQVENTI anno Romæ creati conſules Titus Largius Flauius & Quintus Cloelius Siculus. Cloelio rerum vrbanarum cura & adminiſtratio à ſenatu commiſſa, vt cum dimidia
B exercitus parte caueret nequid turbarum ab hominibus qui nouis rebus ſtudebant, excitaretur. Is enim vir mitis ingenij & popularis videbatur. At Largius ad bellum contra Fidenates inſtructum duxit exercitum, rebúſque neceſſariis ad obſidionem paratis abiit. Fidenates autem belli diuturnitate fatigatos & inopia rerum omnium ad victum neceſſariarum laborantes infeſtabat grauiter, ipſa murorum fundamenta cuniculis ſubruens, & aggeres excitans, & machinas bellicas ad muros admouens, neque interdiu, neque noctu oppugnationem intermittens, breui vrbem ſe expugnaturum exiſtimans. neque enim Latinorum populi, quibus ſolis Fidenates freti bellum illud tolerabant, tunc poterant eos ſeruare. Nullus enim populus per ſe poterat eos obſidione
C liberare. Nondum autem communes totius gentis copiæ coactæ erant, ſed ſæpe illis legatos mittentibus, principes earum ciuitatum eadem reſponſa dabant, auxilia ipſis breui ventura. Res autem ipſis promiſſis nullo modo reſpondebant: ſed verbis tantùm auxilij ſpes fouebatur. Non tamen penitus de Latinorum auxiliis Fidenates deſperarunt, ſed illa ſpe ſeſe fouentes, acerba quæuis mala obſtinato animo perferebant. Præcipuè autem dira fames, malum intolerabile, eos premebat, multóſque mortales confecit. Sed calamitatibus iam fracti legatos ad conſulem miſerunt inducias ad certum dierum numerum petentes, vt interea deliberarent de pace cum Romanis facienda, & de conditionibus quibus ea fieret. Sed reuera tempus poſtulabant, non deliberandi, ſed auxilij comparandi
D cauſa, vt ex transfugis quibuſdam compertum eſt qui nouiſſimè venerant. Superiore enim nocte nobiliſſimos ciues, & qui plurimùm apud Latinorum populos poterant, legatos ad eorum rempublicam ſupplicum more ornatos miſerant. His igitur rebus cognitis, Largius legatis inducias petentibus imperauit, vt armis depoſitis & apertis *vrbis ſuæ* portis, tunc demum ſecum agerent, alioqui neque pacem, neque inducias, neque aliud quidpiam humanum moderatúmve à populo Romano illos impetraturos dixit. Ne autem legati ad Latinam gentem miſſi in vrbem redirent, cauit omnibus itineribus quæ ad oppidum ducebant, cuſtodia accuratè interclusis: quare qui obſidebantur coacti ſunt deſperatis auxiliis externis ad preces confugere, & veniam ab hoſtibus petere. Itaque conuocata
E concione decreuerunt conditiones pacis quaſcunque victor dediſſet æquo animo accipere. Adeò autem mores ducum illius ſeculi ciuiles *ac modeſti* erant, & ab omni tyrannica arrogantia alieni, (quam pauci admodum noſtræ ætatis duces poteſtatis magnitudine elati effugere potuerunt) vt conſul oppido per deditionem recepto, nihil de ſua ſententia fecerit, ſed iuſſis ciuibus arma deponere & præſidio in arce relicto, ipſe Romam venerit, & coacto ſenatu ei permiſerit vt conſultaret qua ratione quóue modo illi qui ſe dediderant tractandi eſſent. Patres læti ob tantum honorem ſibi à conſule delatum,

A. V. C. 256. conſſ. T. Largio Flauio, & Q. Cloelio Fidenæ deditæ. Sed hic T. Largium Flauium alij T. Largium Flauum vocât: vnde & [illegible] apud Dionyſium pro [illegible] poſitû habemus.

Fidenates calamitatibus fracti legatos ad Largium conſulē mittunt de de inducijs.

Deditionem Fidenatū, quæ ſequuta ſunt.

æquum eſſe cenſuerunt vt nobiliſſimi quique Fidenates, & defectionis autores,
quos conſul nominaſſet, virgis cæſi capite plecterentur. De cæteris verò rebus
ei poteſtatem fecerunt, vt quicquid voluiſſet ſuo arbitratu faceret. Largius verò
totius negotij arbiter factus, paucos quoſdam Fidenates ab aduerſa factione ac-
cuſatos inſpectantibus omnibus interfecit, eorúmque bona publicauit. Cæte-
ris verò permiſit vt patria ſua, ſuíſque bonis fruerentur, dimidiámque agri par-
tem illis ademit, quam diuiſit Romanis militibus quos in vrbe reliquerat ad ar-
cis præſidium. His rebus geſtis copias domum reduxit. ¶ Quum autem nun-
tiatum fuiſſet Latinis Fidenas captas, omnes populi erecti & terroris pleni e-
rant, & reipublicæ principibus vt ſociorum proditoribus infenſi omnes erant, A
& ad Ferentinum coacto concilio, ij qui arma capienda cenſebant, multis inue-
cti ſunt in belli diſſuaſores: præcipuè verò Tarquinius & gener eius Mamilius &
Aricinorum principes, quorum popularibus concionibus moti quotquot Latini
nominis erant, bellum communi omnium conſenſu aduerſus Romanos ſuſce-
perunt, & ne quis populus reipublicæ ſocietatem proderet, néue ſine communi
omnium conſenſu pacem priuatim antè alios faceret, ſe mutuò iureiurando
obſtrinxerunt, & eos qui fœderis huius conditiones non obſeruaſſent fœdifra-
gos & execrandos ac pro hoſtibus ab omnibus habendos ſuo decretò cenſue-
runt. Principes autem qui hæc in fœderibus ſcripſerunt & iuſiurandum iura-
runt, hi fuêre, Ardeatæ, Aricini, Bouillani, Bubetani, Corani, Cornetani, Gabi- B
ni, Laurentini, Lanuuini, Lauinienſes, Labicanni, Nomentani, Norbani, Præ-
neſtini, Pedani, Querquetulani, Satricani, Scaptini, Setini, Telleni, Tiburtini,
Tuſculani, Tricrini, *aliis Trebani*, Veliterni. Ex omnibus his populis habito
iuniorum delectu, tantum copiarum contractum eſt quantum Octauio Mamilio
& Sexto Tarquinio ducibus ſatis eſſe viſum eſt. Ad illos enim ſummam rerum
& imperium detulerant. Vt autem honeſtas belli cauſas habere viderentur, ex v-
noquoque populo nobiliſſimos viros Romam legatos miſerunt, qui in curiam in-
troducti, dixerunt populum Romanum accuſari à populo Aricino, quòd quum
Etruſci bellum Aricinis inferrent, non ſolùm illis per agrum ſuum tutò tranſire
permiſerint, ſed etiam illos adiuuerint rebus quibuſcunque ad bellum indige- C
bant, & eos qui ex prælio effugerant receperint, omnéſque ſaucios & inermes
ſeruarint, quum tamen minimè ignorarent illos omnibus populis eiuſdem gentis
bellum intuliſſe: &, ſi Aricinos ſubegiſſent, nihil futurum fuiſſe impedimento
quominus reliquos quoque populos ſubigerẽt. Si igitur vellent ipſi iure cum A-
ricinis experiri ad cõmune Latinorum iudicium profecti, atque ſtare iis, quæ ab
omnibus iudicata fuiſſent, dixerunt bello illis non fore opus. Quòd ſi ſolita arro-
gantia vſi, nihil æqui, nihil moderati ſuis cognatis cõcedere voluiſſent, minaban-
tur bellũ illis omnes Latinos totis viribus illaturos. Quum igitur legati populum
Romanum ad hæc inuitarent, ſenatus nolens iure cum Aricinis experiri, quòd
ipſi accuſatores criminum obiectorum iudices futuri eſſent, & exiſtimans hoſtes D
ſuos non fore contentos, ſi de his tantùm cognoſcerent & iudicarent, ſed etiam
addituros his longè grauiora imperata, bellum ſuſcipere decreuit. Et quod ad
fortitudinem & rei militaris peritiam attinet, arbitrabatur populum Roma-
num nullam accepturum calamitatem, at hoſtium multitudinem formidabat.
Quare, miſſis varias in partes legatis, finitimos populos ad belli ſocietatem ſolici-
tabat. Sed ipſi quoque Latini legatos ad eoſdem populos mittebant, & grauiter
populum Romanum accuſabant. Hernici igitur communi concilio habito, ſuſpe-
cta quædam & minimè ſincera reſponſa vtrique legationi dederunt, dicentes ſe
neutris in præſentia auxilia miſſuros, ſed ſe deliberaturos per otium, vt cognoſce-
rent vtrorum poſtulata eſſent æquiora, & ad eam conſultationem anno ſibi opus E
eſſe. Rutuli verò palàm profeſſi ſunt ſe auxilia Latinis miſſuros: Romanis verò, ſi
inimicitias deponere voluiſſent, pollicebantur fore vt ipſis Latinos ęquiores red-
derent, & ipſarum pacis conditionum arbitri eſſent. Volſci demirari ſe dixerunt
Romanorum impudentiam, qui conſcij ſibi cùm aliarum iniuriarum, tum illius
nouiſſimæ, quòd optimam agri partem ſibi adeptam retinerent, nihilominus ta-
men ſe hoſtes ad ſocietatem belli ſolicitare auderent: illíſque ſuadebant vt reſti-
tuto agro, tunc peterent ab amicis id quod æquum eſſet. Etruſci verò vtroſque
ſruſtrabantur

Poſt Fidenatũ deditionẽ Latini nominis populi omnes commune bellum cõtra Romanos ſuſcipiunt.

Finitimorum populorum in dando vtrique legationi reſponſo tergiuerſatio.

fruſtrabantur: dicebant enim cum Romanis recèns fœdus ictum eſſe, & ſibi cum
Tarquinijs cognationem & amicitiam intercedere. Talibus acceptis reſponſis
Romani non abiecerunt animos, id quod ſolet accidere iis qui magnum aliquod
bellum ſuſcipiunt, & qui nullam auxiliorum ſpem habent, ſed ſolis ſuis domeſti-
cis copiis freti longè alacriores ad certamen facti ſunt, vtporè ipſa neceſſitate
coacti viri fortes in periculis futuri, & ſi ſibi res ex animi ſententia succeſſiſſet,
ſua virtute bello feliciter confecto cum nullo gloriam partam communicaturi.
Tanti ſpiritus, tantáque audacia ob longam rei militaris experientiam in illis in-
erat. Quum autem res ad bellum neceſſarias appararent, iámque milites con-
A ſcribere cœpiſſent, in magnas difficultates *& conſilij inopiam* inciderunt, quod
non omnes pari alacritate nomina darent, neque operam ſuam offerrent. Qui
enim erant egeni, & præcipuè qui ſuum æs alienum creditoribus diſſoluere non
poterant, quorum valdè magnus erat numerus, ad arma vocati *non veniebant*,
neque *vocantibus* parebant, & nulla in re patriciorum ſocij volebant eſſe, *nihilque
ſibi cum illis eſſe dicebant*, niſi prius debita ſenatuſconſulto ſibi remitterentur: quin-
etiam nonnulli eorum ſe vrbem deſerturos dicebant, & mutuò ſe hortabantur
ne deſiderio vrbis incolendæ tenerentur, à qua nullius boni participes fierent.
Aliquandiu igitur patricij eos conſolari & hæc illis diſſuadere conati ſunt. Sed
quum his hortationibus illi nihilo modeſtiores redderentur, ita demum coacto
B ſenatu, conſultare cœperunt quánam honeſta ratione vrbem tumultu liberare
poſſent. Qui igitur erant clementioris ingenij & quibus mediocris erat facul-
tatum cenſus, autores erant vt æs alienum inopibus remitteretur, & paruo diſ-
pendio ciuium beneuolentia redimerentur, ex qua cùm ſinguli priuatim, tum
vniuerſi publicè magnos quæſtus eſſent facturi. Huius autem ſententiæ autor
erat Marcus Valerius, Marci Valerij filius, vnius illorum qui tyrannidem euer-
terant, frater illius Publij, qui ob ſuam in populum beneuolentiam Publicola
fuerat cognominatus: demonſtrans illis in iis qui pro paribus præmiis certant,
par etiam ſtudium & gloriæ cupiditatem ad ipſas res gerendas innaſci ſolere: in iis
verò, ad quos nullus inde fructus & emolumentum redit, nunquam innaſci ge-
C neroſos ſpiritus. Addebat, irritatos eſſe omnes inopes, & per forum ambulan-
» tes dictitare, Quid nobis proderit externos hoſtes vincere, ſi domi fœneratoribus
» ob noſtrum æs alienum licebit nos in neruum abducere? & ſi parto reipublicæ
» imperio ipſi ne libertatem quidem noſtrorum corporum ſeruare poterimus? Et
» non ſolùm id periculum ipſis impendere demonſtrabat ſi plebs à ſenatu abaliena-
» retur, ne vrbem in periculis deſereret, id quod omnibus publicæ ſalutis ſtudioſis
» eſt metuendum: ſed illud quoque quod cæteris longè grauius erat, ne tyranno-
» rum blandimentis decepta, contra patricios arma caperet, Tarquiniúmque in re-
» gnum reſtitueret. Hactenus igitur plebem verbis tantùm & minis vſam fuiſſe, nul-
» lum tamen improbum facinus patraſſe *dicebat*. Quare ſuadebat vt hac ope be-
D neuolentiam plebis ſibi conciliarent, præſertim quum neque ipſi primi hoc inſti-
» tutum eſſent conſtituturi, neque propter id in magnum dedecus incurſuri, ſed
» habituri multos, quorum exempla afferre poſſent, qui hoc & alia longè grauio-
» ra pertulerunt, quum nullum aliud remedium inueniri poſſet. Neceſſitatem enim
» humana natura potentiorem eſſe *dicebat*, & omnes cenſere tunc demum honeſta-
» tis rationem habendam, quum res iam ſunt in tuto. Multis autem multarum
» ciuitatum exemplis enumeratis, poſtremùm attulit reipublicæ Athenienſis, cuius
» nomen eo tempore ob ſapientiam celeberrimum erat, quæ non multis antè annis,
» ſed patrum ſuorum memoria remiſſionem debitorum pauperibus ſuaſu Solo-
» nis decreuerat. Ob quod factum à nullo reprehenſam fuiſſe *dicebat*, neque
E eius conſilij autorem ſeditioſum aut improbum habitum: ſed & eorum qui pa-
» ruerant magnam prudentiam, & eius qui id ſuaſerat, magnam ſapientiam om-
» nium teſtimonio laudibus efferri. Quis autem ſana mente præditus vitio ver-
» tat Romanis, qui in periculo rerum non parui momenti verſantur: ſed ne i-
» terum obiiciantur crudeli & quauis fera immaniori tyranno, ſi hac humani-
» tate pauperes belli ſocios pro inimicis reipublicæ reddiderint? Enarratis au-
tem peregrinis exemplis tandem ad facta domeſtica tranſiuit, commemo-
rans neceſſitates & anguſtias quibus paulo ante detinebantur, quum agro
ſuo ab Etruſcis occupato mœnibus incluſi, & ad magnam rerum ad victum

Diſcordiæ inteſtinæ ab inopi plebe excitatæ.

M. Valerij de remittendis plebi debitis ſuaſio.

neceſſariarum inopiam redacti nequaquam hominum inſanorum & mortem ap-
petentium mentem habuerunt, ſed temporum iniquitati, qua premebantur, ceſſe-
runt, & ipſam neceſſitatem vtilitatis magiſtram acceperunt, obſidéſque regi Porſe-
næ nobiliſſimorum virorum liberos date ſuſtinuerunt, nunquam antè hoc paſſi, &
agri parte mulctari, Etruſcis ſeptem pagis cedentes, & hoſtis iudicio committere
cognitionem criminum, quę ipſis tyrannus obiiciebat, dato prętetea commeatu, &
armis, rebúſque aliis, quaſcunque Etruſci ſibi, vt pax fieret, præberi poſtularũt. His
igitur vſus exemplis, non eiuſdem prudentię dicebat eſſe, hoſtibus quidem rem nul-
lam quam petiuiſſent denegaſſe: cum ſuis verò ciuibus de re parui momenti con-
tendere, qui pro imperio multa & egregia bella geſſiſſent, quo tempore reges rem- A
publicam regebant, quíque magnam animi alacritatem exhibuiſſent in liberanda
à tyrannis republica, & qui multo maiorem eſſent exhibituri in poſterum, ad reli
qua peragenda *hac ratione* inuitati, victus quidem inopia laborantes, ſed corpora &
animas, quæ ſola illis erant reliqua, periculis nequaquam parcè obiicientes, dixitq;
quamuis illi præ pudore nihil tale auderent petere, neque enuntiare, oportere ta-
men patricios rationem prout decet eorum habere, & quibuſcunque rebus eos in-
digere cognoſcetent, eas promptè & publicè & priuatim illis largiri, illud cogitan-
tes, ſuperbè eos facturos ſi corpora ab illis petant, & tamen ipſi ne pecunias quidem
eis largiantur, & ſi apud omnes ſe iactent ſe communis libertatis cauſa bellum ge-
rere, & tamen ſuis adiutoribus eam eripiant, non quòd illis improbitatem poſſint B

Appius Claudius diſſuadet quod M. Valerius ſuaſerat.

exprobrate, ſed inopiam, quæ miſeratione potiùs quàm odio eſt digna. Hac ora-
tione à Valerio habita, & multis eius ſententiam laudantibus, App. Claudius Sabi-
nus, ſuo loco ſententiam rogatus, contrarium ſuaſit: docens ſeditionem ex vrbe
minimè ſublatum iri nouis tabulis, ſed longè periculoſiorem fore ſi à pauperibus ad
diuites tranſeat. Illud enim omnibus iam liquere, eos iniquo animo laturos qui ſuis
pecuniis ſtaudabuntur, quum ipſi ciues ſint, & viri inſignes, & qui omnibus expedi-
tionibus à republica factis interfuerint, indignum eſſe cenſentes ſuum patrimo-
nium, & ea quæ ipſi ſua induſtria & parſimonia comparatint, publicari nequiſſimis
& ignauiſſimis omnium, *& rem non ferendam iudicantes*, eos qui aliena bona publi-
cant, ea dominis eripere, qui iuſtè ſibi ea quæſiuerint. Quare, ab ipſis petebat vt cõ- C
ſiderarent non à pauperibus, & iis qui nullas vires habent perdi reſpub. quòd ipſa
neceſſitate coacti in officio contineantur, ſed à diuitibus, & qui res ciuiles tractare
poſſunt, quum ab inferioris conditionis hominibus iniuria afficiuntur, & ius ſuum
obtinere non poſſunt. Atque licet illi qui pecuniis ſuis fraudabuntur, nõ iniquo ſed
quodammodo æquo animo ſint laturi & neglecturi ſnas iacturas, tamen ne ſic qui-
dem eos rectè aut ſine periculo ſuo facturos dicebat, ſi tale donum pauperibus do-
narent, propter quod à communi vita *ac humana ſocietate* commercia tollerentur, &
mutua odia naſcerẽtur, & rerum neceſſariarũ, ſine quibus vrbes habitari nequeunt,
penuria ſequeretur, ipſis colonis agros non ampliùs ſerentibus, neque quidquam
in iis plantantibus, neque ipſis mercatoribus mare nauigantibus, neque merces D
tranſmarinas permutantibus, ipſiſque pauperibus nulla alia iuſta opera ampliùs fa-
cientibus. In hæc enim omnia, quotieſcunque opus fuerit, nullum de diuitibus fo-
re, qui pecunias ſuas temerè impendere velit, atque ita opes inuidioſas fore, & ope-
randi ſtudium euerſum iri, potiorémque fore conditionem perditorum quàm frugi
hominum, & iniuſtorum quàm iuſtorum, & corũ qui res alienas interuertunt quàm
eorum qui res ſuas ſeruant. Has autem eſſe cauſas ſeditionum in ciuitatibus, & mu-
tuarum ſine fine cædium, & cuiuſuis alius malorum generis, ob quæ fortunatiſſimæ
ciuitates libertate ſpoliantur, minùs verò felices funditus euertuntur. Sed pręcipuè
cenſebat illis nouam reipublicæ formam conſtituentibus, cauendum ne qua praua
conſuetudo in eam ingrederetur, omnino neceſſarium eſſe dicens, vt qualia fuerint E
publica ciuitatum ſtudia, talis etiam ſit priuatorum vita. Nullã autem peiorem eſ-
ſe conſuetudinem aut ipſis rebuſpub. aut familiis, quàm ſi vnuſquiſque ſemper pro
ſua libidine viuat, & ſi omnia à potentioribus cõcedantur inferioribus, ſiue id ſpon-
te, ſiue coacti faciant. Neque enim expleri hominum amentium cupiditates, ſi quę-
cunque petierint conſequantur: ſed continuò alia maiora appetere, & in infinitum
progredi, hoc verò præcipuè multitudini accidere. Quæ enim vnuſquiſque ſolus
aut pudore proprio, aut ab alio impeditus facere veretur, ea ſi more publico reci
piantur ab eo in ſua voluntate aliorum exemplo & conſuetudine confirmato, fa-

ciliùs &

« ciliùs & audaciùs patrari dicebat. Quum igitur cupiditates vulgi ſtulti ſint inex-
« plebiles & infinitæ, earum principiis obſtandum dicebat, quandiu ſunt adhuc in-
« firmæ, non autem quando iam ita ſunt corroboratæ & auctæ, vt euelli nequeant.
« Omnes enim iniquiore animo ferre ſi rebus ſibi conceſſis priuentur quàm ſi rebus
« ſperatis fruſtrentur. Vt autem hæc probaret, multis exemplis eſt vſus, Græca-
« rum ciuitatum res geſtas commemorans, quæ intempeſtiua lenitate, quam res
« ipſæ non requirebant, prauorum ſtudiorum principia admiſerunt, quæ poſtea ne-
« que impedire, neque tollere potuerunt, ob quæ in fœdas & inſanabiles calamitates
« coactæ ſunt venire. Et rempublicam ſimilem eſſe vni homini dicebat, in quo per
A quandam proportionem ac ſimilitudinem animus ſenatum, corpus vero plebem
« refert. Si igitur patiantur plebem dementem imperare ſenatui, ita illos facturos di-
« cebat, vt qui animum corpori ſubiiciunt, & qui non ex rationis præſcripto, ſed pro
« ſua libidine viuunt. Quòd ſi aſſuefecerint plebem vt patiatur ſe regi & duci à ſena-
« tu, ita facturos, vt qui animo corpus ſubiiciunt, vitæque genus degunt & ſectantur
« quod eſt optimum, non autem quod eſt iucundiſſimum. Nullam autem magnam
« iacturam à republica factum iri demonſtrabat, ſi inopes moleſtè ferentes tabulas no-
« uas ſibi denegatas, nollent pro ea arma capere, omninò paucos quoſdam eſſe dicens,
« qui præter ipſum corpus nihil ſibi reliquerant, qui neque magnam aliquam vtilita-
« tem reipublicæ afferre poſſent, ſi expeditionibus intereſſent, neque damnum dare
B ſi abeſſent. Et illis in memoriam reuocabat, eos quorum minimus erat cenſus po-
« ſtremum in bellis locum tenere, eóſque additamentum quoddam legionum eſſe,
« tantummodo ad terrorem hoſtibus incutiendum ſua præſentia, vtpote qui nulla
« alia arma geſtarent præter fundas, quarum minimus eſt vſus in prœliis. Illis verò qui
« ciuium paupertatem miſeratione dignam cenſebant, quique ſuadebant iuuandos
« eos eſſe qui ſuum æs alienum diſſoluere non poſſent, conſiderandum dicebat quæ-
« nam eſſet eorum egeſtatis cauſa, quum hereditates ſibi à patribus relictas accepe-
« rint, & magnum quæſtum in militia fecerint, & poſtremò tyrannorum bonis publi-
« catis partem quique ſuam habuerint: deinde, quos videret ventri & fœdiſſimis vo-
« luptatibus indulgere, & propterea patrimonia abſumpſiſſe, dedecus & detrimen-
C tum reipublicæ exiſtimandos, & rempublicam magnum facturam quæſtum, ſi ipſi
« vltrò ex vrbe excederent, & in malam rem abirent: quos verò cognoſcerent fortu-
« næ iniquitate ſua patrimonia amiſiſſe, iis de bonis priuatis benefaciendum dicebat.
« Optimè enim hoc ſcire, & facturos dicebat eorum creditores, & illos ipſos eorum
« infortuniis opem eſſe laturos, non ab aliis coactos, ſed ſua ſponte, vt pro pecunia
« illis credita præclara gratia ipſis habeatur. Omnibus verò communem opem ferre,
« cuius participes ſint futuri æquè ipſi improbi atque probi, & non de ſuis facultati-
« bus, ſed de alienis beneficia in aliquos conferre, & quibus pecuniæ auferuntur, his
« ne gratiam quidem pro beneficiis relinquere, hoc Romanæ virtuti minimè conue-
« nire dicebat. Præcipuè verò dicebat rem eſſe longè omnium grauiſſimam, & mini-
D mè ferendam Romanis imperium ſibi vendicantibus, ſi quæ maiores multis labori-
« bus parta ſuis poſteris reliquerunt, *ea ipſi* neque ſua ſponte, neque aliorum oratione
« adducti, neque eo tempore, quo potiſſimùm reipublicæ vtilitatibus, & commodis
« eſt conſulendum, ſed quaſi capta vrbe, aut breui in hoſtis poteſtatem ventura, &
« ciuibus id formidantibus, contra ſuam voluntatem darent *illis* ex quibus aut nul-
« lam, aut certè perexiguam vtilitatem eſſent percepturi, & à quibus fœdiſſimas cla-
« des iam ſibi imminentes eſſent accepturi. Longè enim ipſis eſſe ſatius Latinorum
« imperata, vt æquiora, facere: neque belli fortunam experiri, quàm hominibus, quo-
« rum nullus prorſus eſſet vſus, concedere ea quæ peterent, atque ita de ciuitate fi-
« dem tollere, quam templo extructo, & ſacrificiis anniuerſariis maiores honorati
E voluiſſent, præſertim quum ſibi ad eius belli ſocietatem funditores eſſent aſciturі.
« Summa autem eius ſententiæ hæc fuit, vt ciues qui belli fortunæ participes eſſe
« vellent, iiſdem conditionibus, quibus & vnumquemque alium, aſſumerent ſibi ſo-
« cios ad res gerendas. Eos verò qui quomodocunque de armis pro patria ſumendis
« paſciſci vellent, valere ſinerent, vt nihil profuturos ſi ea cepiſſent. Si enim hoc illi
« cognouiſſent, dicebat eos vltrò venturos, & obtemperaturos, ac operam ſuam ob-
« laturos iis qui de republica optimè ſentiunt. Omnium enim ſtultorum id ſemper
« eſſe ingenium, vt, quum quis ipſis aſſentatur, magnificè de ſe ſentiant, at quum ter-
ror illis incutitur, ſapiant. Hæ igitur ſententiæ, maximè inter ſe diſcrepantes, Aliæ aliorum ſuper eadem re ſententiæ.

fuerunt dictæ, & præter has multæ aliæ, quæ mediam quandam viam ſequendam cenſebant. Alij enim cenſebant iis tantùm remittenda debita qui nihil poſſiderent, ita vt creditoribus in ipſa tantùm bona, non etiam in corpora ius abducendi eſſet. Alij verò ſuadebant vt ex ærario diſſolueretur æs alienum eorum qui ſoluendo non eſſent, vt fides pauperum hac munificentia publica ſeruaretur, & creditores eorum nullam iacturam facerent. Nonnulli etiam cenſebant, nexos nectendóſue in libertatem vendicandos: & facta permutatione, pro illis danda fœneratoribus alia bello quæſita mancipia. Quum igitur hiſce de rebus multa hoc ferè modo fuiſſent dicta, vna ſententia vicit, qua decretum fuit vt nullum in præſentia de iis rebus ſenatuſconſultum fieret: at bello feliciter confecto, tunc demum conſu- A
les ad ſenatum ea de re referrent, & ſenatoribus calculos diſtribuerent, *eorúmque ſententias exquirerent.* Interea verò nulla fieret exactio pecuniarum, aut ex contractu, aut ex re iudicata debitarum, néue magiſtratus de vlla alia re cognoſcerent, præterquàm de iis, quæ ad bellum pertinerent. Hoc ſenatuſconſultum ad populum elatum, aliquantulum tumultum ciuilem imminuit: verumtamen non propterea omnis ſeditio ex vrbe ſublata eſt. Erant enim quidam de mercenariorum numero, qui non magnam in ſenatus auxilio ſpem collocandam cenſebant, quippe quòd nihil manifeſti neque certi haberet. Quare poſtulabant vt ſenatus è duobus alterum faceret, aut ſibi ſuum æs alienum remitteret, ſi ſe periculorum ſocios habere vellet; aut ne his dilationibus fucum ſibi faceret. Dicebant enim B
aliam eſſe mentem hominum egentium, aliam illorum qui abundant rebus omnibus quibus indigent. In tali igitur rerum ſtatu, ſenatus conſiderans quánam potiſſimùm ratione poſſet efficere nequid nouarum rerum plebs ampliùs moliretur, decreuit in præſentia poteſtatem conſulatem tollere, alium verò magiſtratum cum ſummo imperio creare, belli & pacis, & omnium aliarum rerum arbitrum, à quo conſiliorum factorúmve rationem repoſcere non liceret. Atque huic nouo magiſtratui ſemeſtre tempus præfinitum eſt, vt eo exacto conſules iterum reipublicæ gubernacula reciperent. Cauſæ autem quæ ſenatum coegerunt voluntariam tyrannidem ſubire, quò finem tyrannico bello imponeret, cùm multæ aliæ fuerunt, tum verò præcipuè lex lata à conſule Publio Valerio Publicola, de C
qua antè egi. Nam conſulum ſententias irritas faciebat, ne in quempiam ciuem Romanum ante cauſæ dictionem animaduerteretur, permittens reis qui ad ſupplicium ducebantur, prouocare ab ipſis conſulibus ad plebis iudicium, & donec ipſa plebs ſuffragia de illis tuliſſet, eorum corpora & bona in tuto eſſe iubens: qui verò aduerſus hæc quidpiam facere auſus fuiſſet, eum impunè occidi iubebat. Videbat igitur, ſi hæc lex rata manſiſſet, pauperes magiſtratibus minimè obtemperaturos ſi cogerentur, contemptis (vt veriſimile erat) ſuppliciis quæ non ſtatim ſubituri eſſent, ſed vbi à populo fuiſſent condemnati: ſed ſi ſublata fuiſſet, neceſſariò omnes coactos imperata facturos. At ne pauperes aduerſarentur, ſi quis palàm ipſorum legem abrogaret, magiſtratum qui parem tyranni- D
cæ poteſtatem haberet, quæ legibus omnibus ſuperior eſſet, in rempublicam inducere decreuit. Fecit itaque ſenatuſconſultum, quo pauperes decepit, & legem, quæ libertatem illorum confirmabat, aſtu clandeſtino ſuſtulit. Tale autem fuit ſenatuſconſultum, vt Largius & Clælius, qui tum conſules erant, poteſtatem deponerent, & ſi quis alius magiſtratum gerebat, aut rerum publicarum procurationem habebat: vtque vnus, quem ſenatus elegiſſet, & populus ſuis ſuffragiis confirmaſſet, rerum omnium accepta poteſtate non ampliùs quàm ſemeſtre tempus imperaret, & maiorem poteſtatem quàm conſules haberet. Plebs quum ignoraret quamnam vim hoc haberet, ſenatuſconſultum ratum fecit. (hic autem magiſtratus erat maior quàm dominatio legitima.) permiſitque ſenatui vt E
ipſe per ſe conſultaret, eúmque qui imperaturus eſſet, eligeret. Poſtea principes ſenatus cœperunt valde accuratè quærere, & prouidè conſiderare quíſnam idoneus eſſet cui hoc imperium traderetur. Videbatur enim illis reſpublica indigere homine induſtrio, & rei militaris non modicè perito, prætereà prudente & ſapiente, & qui præter poteſtatis amplitudinem, ad aliquam dementiam non adduceretur, ſed præcipuè qui præditus eſſet reliquis artibus quæ in bonis imperatoribus requiruntur, qui ſeuerè imperare ſciret, nec molliter contumacibus cederet, quo potiſſimùm homine tunc ipſis opus erat. Quamuis autem omnia

Senatus poteſtatem conſulatem in præſens tollendam & alium magiſtratũ creandum cenſet.

viderent

videtent quæcunque deſidetabant, in altero conſule T. Largio (Cloelius enim excellens artibus ciuilibus, induſttiæ militari, & rerum bellicarum ſtudio carebat, neque erat imperioſus, neque etiam formidabilis: ſed mitior in ſumendo ſupplicio de iis qui dicto audientes non eſſent) ſenatus tamen pudore quodam impediebatur, ne legitimum magiſtratum illi abrogaret, & huic largiretur vtriuſque poteſtatem, quæ ſpeciem regia maiorem habebat. Quinetiam metus eum ſubiit ne Cloelius ſecum ipſe reputans magiſttatum ſibi quaſi indigno ablatum, vt ignominia à ſenatu affectus, deinde ſententiam mutaret & plebis patrocinium ſuſcipiens totam rempublicam eutrteret. Omnibus igitur præ pudore ſuam ſen-
A tentiam in medium proferre cunctantibus, ídque diu facientibus, tandem natu maximus, & honoratiſſimus inter viros conſulares ſententiam ſuam apetuit, qua ambobus conſulibus honute pari ſeruato, ab illis ipſis virum magis idoneum
» ad imperandum acceperunt. Se enim cenſere dixit, quando & ita ſenatus de-
» creuiſſet, & populus id ſuis ſuffragüs confirmaſſet, vt vni viru impetij ſumma
» committeretur, quòd hæc duo reſtarent quæ non parua conſultatióne & con-
» ſideratione indigerent, cuinam magiſtratus par regio eſſet dandus, & à qua le-
» gitima poteſtate is eſſet creandus: alterum ex iis qui tunc erant conſules, ſiue
» collega cedente, ſiue etiam ſortitò aliquem alium ex ciuibus Romanis eligere
» debere, quem iudicaret optimè rempublicam adminiſtraturum, eiúſque com-
B modis conſultutum. Interregibus enim, penes quos antè in regio dominatu
» regem nominandi ius erat, quum reſpublica ſanctum *& legitimum* magiſtratum haberet, in præſentia opus non eſſe *dixit*. Omnibus autem eam ſententiam collaudantibus, poſt eum alius ſurgens, ita eſt loquutus. Ego verò, patres con-
» ſcripti, hoc quoque huic ſententiæ addendum cenſeo, quum duo viri ſpectatiſ-
» ſimæ virtutis hoc tempore rempublicam adminiſtrent, quibus præſtantiores
» alios vix inuenetiris, alteri quidem ſummam nominandi poteſtatem dandam,
» alterum verò à ſuo collega creandum, vbi tamen prius illi inter ſe viderint vter
» ad id futurus ſit magis idoneus, vt honore æquari, gaudio quoque pari fruan-
» tur, alter quidem quòd ſuum collegam virum optimum eſſe pronuntiarit, alter
C verò, quòd optimus à ſuo collega fuerit iudicatus. Vtrumque enim & iucundum
» & honeſtum. Equidem ſcio, etiamſi hæc pars addita ſententiæ non fuiſſet, il-
» los tamen ita facturos fuiſſe: attamen ſatius eſt id vobis volentibus fieri. Ea ſententia omnibus placuit, & quum nihil à quoquam additum fuiſſet, ſenatuſconſultum factum eſt. Vbi verò conſules poteſtatem acceperunt dignoſcendi vter ad imperandum eſſet aptior, admirandum quiddam & præter omnem humanam opinionem fecerunt. Vterque enim non ſe, ſed ſuum collegam imperio dignum eſſe dicebat, & totum illum diem conſumpſerunt, dum alter alterius laudes recenſet, & imperium deprecatur: ita vt patres conſcripti valde inopes eſſent conſilij. Dimiſſo autem ſenatu, cognati vtriuſque, & honoratiſſimi qui-
D que cæterorum ſenatorum ad Largium profecti, eum vſque ad noctem precibus multis precati ſunt: docentes in illo totam ſenatus ſpem eſſe ſitam, & iſtam honoris ac imperij contemptionem reipublicæ damnoſam eſſe dicentes. At ille immotus manebat, ipſiſque conſtanter, partim precibus, partim obteſtationibus diu reſtitit. Poſtridie autem coacto iterum ſenatu, quum tunc etiam repugnaret, & licet omnes hoc ei ſuaderent, tamen de ſententia non decederet, Cluelius ſurgens eum nominauit, vt facere ſolebant interreges, ſéque conſulatu abdicauit. Hic primus Romæ † dictator creatus eſt cum ſumma ac libera belli & pacis, aliarúmque omnium rerum poteſtate, noménque dictatoris ei impoſitum, ſiue à poteſtate iubendi & præſcribendi aliis arbitratu ſuo quicquid
E vellet, quod iuſtum & honeſtum eſſet: (præcepta enim & præſcriptiones rerum iuſtarum & iniuſtarum Romani edicta vocant) ſiue, vt nonnulli ſcribunt, quòd tunc dictus ac nominatus fuiſſet. Siquidem non à populo magiſtratum more patrio acceptum erat habiturus, ſed ab vno viro creatus. Neque enim exiſtimabant nomen inuidioſum & moleſtum imponendum magiſtratui, qui ciuitatis liberæ adminiſtrationem haberet, tum ipſorum ſubditorum cauſa, ne odioſis appellationibus perturbarentur, tum etiam vt cauerent ne iis qui magiſtratus acciperent, vel per imprudentiam ab aliis iniuria fieret, vel ipſi aliis facerent,

† Apud Dionyſiũ nomen dictatoris hic non ponitur, ſed tantum paulo poſt. at hic eſt μόναρχος, quod vulgò monarcha.

quemadmodum homines in tanta poteſtate conſtituti facere ſolent: quandoquidem poteſtatis amplitudo, quam dictator habet, non ſatis ipſo nomine declaratur. Romani autem videntur mihi hoc quoque inſtitutum à Græcis accepiſſe. Qui enim olim apud Græcos αἰσυμνῆται vocabantur (vt Theophraſtus ſcribit in libris de Regno) erant tyranni quidam electi. Eligebantur autem à ciuitatibus non certis temporibus, non in perpetuum, neque ſemper: ſed pro temporum ratione, quoties id expedire videbatur, & ad certum temporis ſpatium, quemadmodum Mitylenæi quondam elegerunt Pittacum aduerſus exules Alcæi poëtæ ſocios. Hac autem ratione vſi ſunt ij qui primi vtilitatem ipſa experientia cognouerunt. Principio enim omnes Græciæ ciuitates à regibus rege- A bantur: non tamen, vt barbaræ gentes, tyrannicè: ſed ex legibus & moribus patriis, optimúſque rex habebatur qui & iuſtiſſimus & legum obſeruantiſſimus, & qui nuſquam à patriis inſtitutis diſcedebat. Id quod ex Homero liquet, qui reges vocat δικασπόλους & θεμιστοπόλους. diuque regnatum eſt certis conditionibus, ſicut apud Lacedæmonios. Sed poſtquam eorum nonnulli cœperunt ea poteſtate abuti, & rarò quidem vti legibus, plerunque verò pro ſua libidine res adminiſtrare, multi Græciæ populi eam rem iniquo animo ferentes, regna & id inſtitutum ſuſtulerunt, & legibus conſtitutis, & magiſtratibus creatis, his ciuitatum præſidiis vti cœperunt. Sed quum neque leges ab ipſis latæ iuſtitiam ſatis tueri poſſent, neque ipſi magiſtratus qui earum curam ſuſcipiebant, legibus opem ferre B poſſent, neque ipſa tempora quæ multas res innouant, non optima inſtituta, ſed ea quæ maximè conuenirent caſibus, in quos incidiſſent, eligere *& ſequi* cogebantur, non ſolùm autem in calamitatibus improuiſis, ſed etiam in nimia proſperitate, quum ob eam bona ciuitatum inſtituta corrumperentur quæ correctionem celerem & liberam poſtularent, cogebantur iterum regias & tyrannicas poteſtates in medium producere, appellationibus honeſtioribus eas velantes. Sic Theſſali ἀρχοὺς, Lacedæmonij verò ἁρμοστὰς vocabant, quos metu impediti vel tyrannos vel reges appellare nolebant, quòd ipſis nefas eſſet poteſtates quas iureiurando & diris execrationibus deorum monitu ſuſtuliſſent, reſtituere & iterum confirmare. Mihi igitur ab ipſis Græcis Romani hoc ex- C emplum ſumpſiſſe videntur, quemadmodum dixi. At Licinius exiſtimat ab Albanis Romanos dictatoris creandi morem hauſiſſe; quia aſſerit hos primos poſt Amulij & Numitoris obitum, deficiente regia ſtirpe, annuos magiſtratus creaſſe, qui eandem quam reges habebant poteſtatem, eóſque dictatores vocaſſe. Ego verò haud tam quærendum duxi vnde Romana ciuitas hoc nomen ſumpſerit, quàm poteſtatis hoc nomine comprehenſæ exemplum. Sed fortaſſe de hac re plura ſcribere præſentis operis non fuerit. QVAS verò res Largius primus dictator creatus geſſerit, & quem ornatum huic magiſtratui addiderit, compendioſè narrare conabor, quia exiſtimo vtiliſſima lectoribus hæc fore, quæ magnam copiam honeſtorum ac vtilium exemplorum præ- D bebunt legiſlatoribus & iuuentutis doctoribus, & cæteris omnibus qui ad rempublicam adminiſtrandam animum appellunt: neque enim illaudatæ aut humilis ciuitatis inſtituta & vitæ rationes, neque ignobilium atque abiectorum hominum conſilia aut res geſtas ſum narraturus; ita vt aliqua in re moleſtus ſim futurus, & videar res paruas & leues nimis accuratè & verboſè perſequi: ſed de ea ciuitate ſum acturus, quæ omnia iuſtè & honeſtè ſtatuit *ac facit*, & de ducibus qui eam ad hoc dignitatis faſtigium perduxerunt: quarum rerum cognoſcendarum ſi quis fuerit ſtudioſus, is facilè & ſapiens & ad ciuilia negotia aptus euadet. Simulatque igitur poteſtatem eam accepit, equitum magiſtratum dixit Spurium Caſſium, qui conſulatum geſſerat olympia- E de ſeptuageſima. Hic mos vſque ad noſtram ætatem à Romanis eſt ſeruatus, & nullus ad hanc vſque diem dictator ſine equitum magiſtro dictaturam geſſit. Deinde, quum vellet oſtendere quanta eſſet eius poteſtatis vis, ad terrorem potiùs quàm ad vſum lictoribus imperauit, vt cum faſcibus ſecures per vrbem ſibi præferrent, patrio quidem more quo reges vtebantur: ſed à conſulibus intermiſſo, ex quo Valerius Publicola primus eum, dum conſulatum gereret imminuit, ad vitandam imperij inuidiam: at ab ipſo tunc inſtaurato. His

De magiſtratibus apud Græcos regias ac tyrannicas poteſtates habêtibus, ſed eas honeſtioribus vocabulis velantibus.

Dictator primus quas res geſſerit.

to. His autem cæteriſque regij principatus inſignibus ciues turbulentos & re-
rum nouarum ſtudioſos terruit, & primùm, ex longè optimo inſtituto Ser-
uij Tullij regis populariſſimi, imperauit omnibus Romanis vt tributim ſuarum
facultatum cenſum profiterentur, adſcriptis vxorum & liberorum nominibus,
& ſua libernrúmque ætate. Breui autem temporis ſpatio omnibus propter
pœnæ magnitudinem cenſis, (qui enim non paruiſſent, bona & ciuitatem a-
miſſuri erant) puberum Romanorum inuenta ſunt CL. millia & ſeptingen-
ti præterea. Poſtea ſegregauit à ſenioribus eos qui erant ætatis militaris, eóſ-
que in centurias diſtribuit, & diuiſit pedites & equites in quatuor partes, qua-
A rum eam quæ ex lectiſſimis conſtabat militibus circa ſe habuit, reliquarum
verò Cloelio in conſulatu collegæ optionem fecit, vt quam vellet caperet:
tertiam Spurio Caſſio magiſtro equitum attribuit, at illi quæ erat reliqua,
fratrem Spurium Largium præfecit: hanc iuſſit cum ſenioribus manere in vr-
be, eíque præſidio eſſe. Quum autem res omnes ad bellum neceſſarias pa-
raſſet, copias in loca aperta eduxit, & terna caſtra fecit ab ea parte, quâ po-
tiſſimùm Latinos cum infeſto exercitu venturos ſuſpicabatur. Cngitans au-
tem prudentium eſſe imperatorum non ſolùm res ſuas corroborare, ſed e-
tiam res hoſtium debilitare, præcipuè verò ſine vllo prælio & labore bella
conficere: ſin minus, ſaltem cum minimo militaris multitudinis detrimen-
B to, eáque omnium bellorum peſſima & moleſtiſſima ducens, quæ homi-
nes coacti contra cognatos & amicos ſuſcipiunt, hæc æquitate aliqua potiùs
quàm ſummo iure finienda exiſtimabat. Quare, clàm mittens ad primores
Latinorum homines quoſdam minimè ſuſpectos, ſuadebat ipſis vt de amici-
tia inter ciuitates concilianda agerent. Et palàm miſſis legatis, cùm ad ſin-
gulos populos, tum etiam ad eorum rempublicam, facilè effecit ne omnes
amplius æquè ad bellum eſſent propenſi. Huiuſmodi autem beneficio *de quo
mox agetur*, ipſos maximè ſibi demeruit, & ab ipſis ducibus alienauit. Nam
Mamilius & Sextus, ad quos totius belli ſummam Latini detulerant, in vr-
be Tuſculo copias continentes, parabant ſe vt Romam peterent: ſed mul-
C tum temporis in ea cunctatione conſumebant, ſiue quòd expectarent popu-
los eos qui nondum venerant, ſiue quòd litare non poſſent. Interea verò quæ-
dam pars à reliquo exercitu diuulſa agrum Romanum populabatur. Lar-
gius hac re cognita Cloelium in eos immiſit cum fortiſſimis quibuſque & e-
quitibus & peditibus, qui quum illos ex improuiſo adortus fuiſſet, paucos quoſ-
dam repugnantes interfecit, reliquos viuos cepit. Largius hos ex vulneri-
bus refectos, & cæteris humanitatis officiis ſibi deuinctos, ſimul omnes Tuſcu-
lum nullo redemptionis accepto pretio remiſit, & cum ipſis legatos Romano-
rum nobiliſſimos miſit. Iſti effecerunt vt Latinorum copiæ dimitterentur,
& induciæ in annum inter ciuitates fierent. His rebus geſtis, domum ex
D locis ſubdialibus exercitum reduxit, & nondum exacto toto imperij tempo-
re, conſulibus deſignatis, dictatura ſe abdicauit, nullo ciue Romano aut cæ-
ſo, aut patria pulſo, aut alia graui calamitate affecto. Hoc præclarum iſtius
viri exemplum poſtea omnes dictatores ſequuti ſunt vſque ad ætatem ab hac
noſtra tertiam. Nuſquam enim in hiſtoria proditum reperimus, quenquam
fuiſſe qui in hoc magiſtratu non geſſerit ſe moderatè & ciuiliter, quamuis reſ-
publica ſæpe fuerit coacta, legitimis magiſtratibus abrogatis, rerum ſummam
vnius poteſtati permittere. Et, ſi in externis bellis dictatores tantummodo
egregiè patriam defendiſſent, imperij amplitudine non corrupti, hoc minus
mirandum eſſet. Iam verò etiam in ciuilibus ſeditionibus, multis & graui-
E bus, & in eiiciendis iis qui in ſuſpicionem vel regni vel tyrannidis affectatæ
venerant, &, in ſexcentis aliis calamitatibus arcendis, quotquot tantam po-
teſtatem adepti ſunt, omnes ad vnum ſine vlla reprehenſione primi dicta-
toris exemplum penitus ſunt ſequuti, ita vt omnes idem ſentirent dictaturam
eſſe cuiuſuis inſanabilis mali vnicum remedium, & extremam ſalutis ſpem,
cæteris omnibus deficientibus: idque quoties ipſæ res ita flagitarent. At pa-
trum noſtrorum ætate integris quadringentis annis elapſis à Titi Largii di-
ctatura res iſta damnari cœpit, & omnium hominum iudicio odioſa viſa eſt,

Digitized by Google

Dictaturæ odium cõflauit Sylla, crudeliter ea vtens.

quando Lucius Cornelius Sylla primus & ſolus acerbè & crudeliter, ea eſt vſus, ita vt tunc primùm Romani cognorint id quod toto ſuperiore tempore ignorarant, nimirum dictaturam tyrannidem eſſe. Senatum enim ex quibuſuis vulgaribus hominibus conſtituit, & tribunitiam poteſtatem quam minimam fecit, & vrbes integras deſolauit, & regna partim ſuſtulit, partim ipſe conſtituit: denique multa alia arroganter fecit, de quibus longum & arduum eſſet dicere. Ciuium quoque, præter eos qui in prælijs abſumpti fuerant, non minus quàm quatuor millia, quæ ſe ipſi dediderant, interfecit: ex quibus aliquot antè tormentis cruciauit. Verum autem hæc fecerit ipſa neceſſitate coactus, an quòd ea è republica eſſe exiſtimaret, non eſt præſentis tempo- A
ris inquirere. Hoc enim mihi demonſtrandum propoſueram dictatoris nomen ob haſce cauſas odioſum & graue viſum fuiſſe. Hoc autem non ipſis ſolis poteſtatibus, ſed etiam alijs rebus maximè expetendis, & quæ vulgò in humana vita admirationi ſunt, accidere ſolet. Omnia enim honeſta & vtilia videntur vtentibus, quando quis rectè illis vtitur, turpia verò & detrimentoſa, quando malos patronos & defenſores ſunt nacta. Huius autem rei cauſa eſt ipſa natura, quæ addit omnibus bonis quaſdam etiam inſitas peſtes. Sed de his opportunius alio loco agetur. ¶ Sequenti anno conſules creati ſunt Aulus Sempronius Atratinus, & Marcus Minucius, ſeptuageſima prima olympiade, qua vicit in ſtadio Tiſicrates Crotoniates, archonte Athenis Hipparcho. B

DIONYSII, ALEXANDRI F. HALICARNASSEI, ANTIQVITATVM ROMANARVM,

LIBER SEXTVS.

A SEQVENTI anno creati conſſ. Aulus Sēpronius Atratinus, & M. Minucius, ſeptuageſima prima olympiade, qua vicit in ſtadio Tiſierates Crotoniates, archonte Athenis Hipparcho, nihil foris domíve memoria dignum in ſuo conſulatu geſſerunt. Nam & induciæ cum Latinis factæ ipſis magnam ab externis bellis quietem dabant, & ſuſpenſa ex ſenatuſconſulto exactio fœnorum, donec bellum quod expectabatur tutò cõficeretur, ſedauit vrbanos motus inopum, qui ſe ære alieno publico decreto, publicáque pecunia liberari poſtulabant. Senatus autem conſultum ſanxerunt, vt ſi quæ Latinæ gẽtis mulieres nuptæ eſſent Romanis, viris æquiſſimis & magni nominis, vel Romanæ Latinis, penes eas arbitrium eſſet, vel apud ſuos maritos manendi, ſi ita vellent, vel etiam, ſi id nollẽt, patrias ſuas repetendi. Et liberis verò, mares quidem apud patres remanerẽt, fœminæ verò & adhuc innuptę matres ſuas ſequerentur. Erat autem frequens con- B nubium inter vtrunque populum, tum ob cognationem, tum etiam ob amicitiam. Mulieres verò eo decreto facta ſibi libera poteſtate, ſatis declararunt quanto Romæ degendi deſiderio tenerentur: nam & Romanæ quæ erant in Latinis ciuitatibus ferè omnes ſuis maritis relictis in patriam ſunt reuerſæ, & Latinæ quæ Romanis datæ fuerãt in matrimonium, exceptis duabus, reliquæ omnes neglecta patria apud viros ſuos remanſerunt, quod fuit omen feliciſſimum victoriæ, quam pop. rom. erat adepturus. His conſulibus ferunt Saturno templum conſecratum fuiſſe in cliuo Capitolino, quà è foro eò aſcenditur, & ſumptu publico ſolennitates, & ſacrificia anniuerſaria huic deo decreta. Antea verò aram ab Hercule extructam ibi fundatam fuiſſe ferunt, ſupra quam illi qui ſacrorum ritus ab eo acceperant, more græco primitias C eas ſacrificabant, quæ in ignem coniici & cremari ſolebant. Quidam autem prodũt T. Largium ſuperioris anni conſ. id templum faciendum locaſſe. At alij à Tarquinio rege, qui regno fuerat expulſus, hoc opus faciẽdum aiunt locatum. Dedicatum verò ex ſ.c. à Poſtumio Cominio. His igitur conſulibus (vt dixi) contigit, vt maxima pace fruerentur.

¶ POSTEA creati conſules Aulus Poſtumius, & T. Virginius, quibus conſſ. annuæ induciæ cum Latinis factæ finitæ ſunt. Magni autem vtrinque belli apparatus fiebant. Ac Romana quidem multitudo tota conſtabat ex voluntariis militibus, qui magna animi alacritate ad bellum ferebãtur. Latinorum verò maior pars, remiſſo animo ac neceſſitate coacta ad id bellum ibat, quia principes ciuitatum fere omnes donis & pollicitationibus à Tarquinio & Mamilio fuerant corrupti: plebeij D verò, contra quorum voluntatem id bellum ſuſcipiebatur, ab adminiſtratione & cura reip. arcebantur. Neque enim amplius dicendi poteſtas volẽtibus dabatur. Quare multi eam rem moleſtè ferentes vrbes *ac patriam* relinquere, & ad Romanos trãsfugere cogebantur. Qui enim in illis ciuitatibus dominabantur, nolebant eos impedire, quinimò ſuis aduerſariis ob voluntarium exilium magnam gratiam habebant. Romani verò eos recipiebant, & eos qui cum coniugibus ac liberis veniebant, in numerum vrbanorum militũ referebant, vrbaníſque cohortibus immiſcebãt, reliquos verò in caſtella quæ circa vrbẽ erant dimittebant, & per colonias diſtribuebant, ne quid noui molirentur diligenter cauentes. Et quum omnes idem cenſerent, rem iterum indigere libero imperio vnius viri, qui omnia arbitratu ſuo adminiſtraret, E nulliſque reddendis rationibus eſſet obnoxius, iunior conſul A. Poſtumius à collega Virginio dictator dicitur. Ipſe verò eodem modo, quo prior dictator, magiſtrum equitum T. Æbutium Eluam dixit. Et quum breui temporis ſpatio omnes iuniores Romanos conſcripſiſſet, & exercitum in quatuor partes diuiſiſſet, vni parti ipſe præerat, ſecundæ ſuum collegam Virginium præfecit, tertiam Æbutio magiſtro equitum attribuit, quartæ verò præfectum A. Sempronium reliquit, cui vrbis cuſtodiam commiſit. Ei autem apparanti res omnes quæ ad bellum erant neceſſariæ, exploratores nuntiarunt Latinos cum omnibus copiis ex ſuis finibus egreſſos, &

A. V. C. 257. Olymp. 71. A. Sempronio & M. Minucio conſulibus, ceſſatum a bellis.

A. V. C. 258. A. Poſtumio & T. Virginio cõſulibus, redintegratũ bellum Latinum.

Dictator II. creatus A. Poſtumius.

rurſus alij cũ certiorẽ fecerunt, ex itinere, primo impetu expugnatũ ab illis fuiſſe caſtellũ quoddã munitũ, quod Corbionẽ vocant, in quo exiguus Romanorũ præſidiariorũ numerus cuſtodiendi gratia erat, quos omnes interfecerunt, & locũ illũ occupatũ belli ſedem fecerunt. In agris tamen nõ inuenerunt tãtum mancipiorũ aut pecoris quantũ Corbione ceperunt: quia ruſtici iã multo ante pro viribus quique ſuis quęcunque ferre aut agere poterant, ſecum in proximas munitiones cõportarant: horúmque domos deſertas incenderunt, & agrũ vaſtarunt. Quũ autẽ ex ſuis finibus iã egreſſi fuiſſent, acceperunt ab Antio Volſcorũ vrbe nobiliſſima, & nouas copias, & arma, & frumentũ, & alia quibuſcunque ad bellum ipſis opus erat. Quibus rebus maximè fidentes in bonã ſpẽ venerunt, exiſtimãtes alios quoque Volſcos ſe ad illius A
belli ſocietatem addituros, facto ab Antiatibus initio. His rebus cognitis, Poſtumius celeriter occurrit hoſtibus, antequam omnes ipſorum copiæ in vnũ cõuenirent, noctúque ducto exercitu, itinere concitato acceſſit ad Latinos, qui caſtra poſuerant ad lacũ Regillum, in loco munito, & caſtra poſuit in colle excelſo, cuius aditus erat difficilis, quíque hoſtium capiti imminebat, in quo ſi manſiſſet multis in rebus meliore conditione quàm hoſtes erat futurus. At Latinorum duces Octauius Tuſculanus Tarquinii regis gener, ſiue, vt nonnulli ſcribunt, generi filius, & Sextus Tarquinius (tunc enim ſeorſum caſtra poſuerant) in vnum locum copias coegerunt, & adhibitis in conſilium tribunis militum & centurionibus, conſultabant quonam modo bellũ B
eſſet gerendũ, & varię ſententię dictę fuerunt. Alij enim cenſebant impetum faciendum in eos qui cum dictatore collem occuparant, dum adhuc illis eſſent formidabiles, exiſtimantes non fiduciæ, ſed timoris id argumentum eſſe, quòd loca munita occupaſſent: alij verò foſſa circunducta eos aliqua exigua cuſtodia coërcendos, & cum reliquis copiis Romam eundum, quòd abſente lectiſſimę iuuẽtutis robore, facilè expugnari poſſe videbatur. Alij verò cenſebant Volſcorum & aliorum ſociorum auxilia expectanda, & tutiora conſilia audacioribus præferenda. Romanis enim nihil tam moram profuturam, rerum verò ſuarum conditionem meliorẽ futurã, ſi cunctatione vſi fuiſſent. Illis autẽ adhuc conſultantibus, alter conſul T. Virginius ex vrbe cum ſuo exercitu venit, improuiſo proxima ſequenti nocte itinere cõfecto. Et ſeor- C
ſum à dictatore in alterius mõtis dorſo aſpero, & natura munito caſtra poſuit, ita vt Latinis vtrinque exitus in hoſticũ intercluſus eſſet, quia cõſul à parte lęua cõſidebat, dictator verò à dextra. Perturbatis autẽ multò magis hoſtiũ ducibus, qui nullã rectã aut tutam viã ſequebantur, & verentibus ne iſta cunctatione cõmeatus, quamuis eſſent magni, abſumere cogerentur, Poſtumius quum animaduertiſſet quanta eſſet in illis artis imperatoriæ imperitia, miſit magiſtrum equitum T. Æbutium cum lectiſſimis equitibus & leuis armaturæ militibus, & imperauit vt occuparet collem quendam opportunè in ipſo tranſitu ſitũ, quà commeatus domo Latinis apportabantur. Copiæ autẽ cum equitũ magiſtro miſſæ, antequam hoſtes id ſentirent, celeriter noctu prætierunt, & per ſyluæ itinera non trita tranſiuerunt, collémque occuparunt. D
Vbi verò hoſtium duces cognouerunt à tergo etiam loca munita occupata eſſe, quũ non ampliùs ſperarent commeatus ſatis tutò ad ſe domo portari poſſe, Romanos ex eo colle per vim pellere ſtatuerunt, antequam vallo & colle ſe munirẽt. Quare, Sextus alter eorum dux cum equitatu totis viribus eò contendit, quaſi Romanus equitatus impetum ipſius minimè eſſet excepturus. Sed quum equites Romani eorũ impreſſionem fortiter ſuſtinuiſſent, aliquandiu quidem reſtitit, modò ſuos ſubducens, modò etiam iterum eos conuerſo agmine in hoſtem adducens. Sed quũ & ipſius loci natura eos qui collis verticem occuparant plurimum iuuaret, illis verò qui ex inferiore parte collem ſubibant, nihil præter plurima vulnera & labores irritos afferret, & nouus exercitus militũ legionariorum ex peditatu delectorũ ſubſidio veniret Ro- E
manis, quos ſtatim Poſtumius miſerat & aliorũ veſtigia ſubſequi iuſſerat, quũ nihil amplius facere poſſet, re infecta in caſtra copias ſuas reduxit. Romani verò iã firmè eum locũ tenentes, palàm præſidiũ ibi collocarunt & munierunt. Poſtea Mamilio & Sexto non longas moras interponere, ſed celeriter de re prçlio decernere placuit. At Romanus dictator, quamuis principiò apud ſe ſtatuiſſet, bellum ſine vlla pugna cõficere, & præcipuè ſe hoc facturum ſperaſſet propter commeatuum inopiam, qua hoſtium duces laborabant, *tamen ſententiam mutauit*, & prælij committendi cauſa hæc videtur fuiſſe. Ab equitibus enim, qui vias obſeruabant, intercepti fuerant quidam nuntij qui literas ferebant à Volſcis ad duces Latinorum, quibus ſignificabatur

cabatur, magnas ſociorũ copias ad diẽ tertiã ad ſummũ illis ſubſidio venturas, & alias præterea ab Hernicis. Hæ igitur fuerunt cauſæ, ob quas Romani duces tunc præter ſuũ propoſitũ celeriter prælio decernere coacti ſunt. Vbi verò ab vtriſque pugnę ſignũ datũ eſt, vtrique in mediũ caſtrorum ſpatiũ progreſſi aciem hoc modo inſtruxerunt. Sextus Tarquinius in læuo Latinorũ cornu collocatus eſt, Octauius Mamilius in dextro, mediã verò aciẽ tenebat alter Tarquinij filius Titus, in qua Romanorum transfugæ & exules collocati erãt. Totus verò equitatus trifariã diuiſus in vtrunque cornu & mediã aciẽ diſtributus eſt. At in Romano exercitu læuũ cornu tenebat T. Æbutius equitũ magiſter Sexto Tarquinio oppoſitus, dextrũ Titus Virginius cõſul,
A locũ in acie Octauio Mamilio oppoſitũ tenens, mediã verò aciẽ ipſe Dictator Poſtumius implebat, cum T. Tarquinio & exulibus qui circa eũ erãt, cõflicturus. Numerus autẽ copiarũ, quæ ex vtroque exercitu in aciẽ deſcenderãt, hic erat: Romanorũ, peditũ viginti quatuor millia, equitũ tria: Latinorum verò, quadraginta peditũ millia, & tria equitũ. Quũ verò iã ad manus eſſent venturi, Latinorũ duces ſuus milites conuocatos longa oratione ad fortitudinẽ hortati ſunt, & multas preces addiderunt. At Romanus animaduertẽs ſuos perterritos, quòd cõgreſſuri eſſent cum numero qui ſuo lõgè eſſet maior, & metũ illũ ex eorũ animis eximere volens, eos ad concionem conuocauit, & cum maximis natu ſenatorij ordinis, & honoratiſſimis quibuſque in mediũ progreſſus, talẽ habuit orationẽ: Dii (milites) auſpiciis, extis, & aliis vaticiniis
B reip. noſtræ libertatẽ, & felicem victoriã pollicentur, egregiè nos remunerantes pro perpetua pietate qua eos colimus, & pro iuſtitia quam perpetuò exercemus, & inimicis noſtris infenſi, (vt æquũ eſt) quòd quũ multis & magnis beneficiis à nobis fuerint affecti, & ſint cognati ac amici noſtri, & iurarint communes vtriſque fore & inimicos & amicos, tamen his omnibus contẽptis iniuſtũ bellũ nobis inferant, non de imperio aut principatu, vtros noſtrũ potiùs hæc habere oporteat contendentes, (hoc enim minus eſſet graue) ſed de tyrannide Tarquiniorũ, vt noſtrã ciuitatẽ, quæ eſt libera, illis in ſeruitutẽ tradant. Oportet igitur vos, cẽturiones, & milites, quũ ſciatis deos eſſe vobis ſocios, qui vrbẽ iſtã perpetuò ſeruant, in hoc certamine viros fortes eſſe, illud ſcientes, diuinũ auxiliũ præſto eſſe illis qui fortiter pugnãt, & iis qui to-
C tas ſuas vires omni animi alacritate exerunt, vt victoriã adipiſcantur, nõ iis qui pericula fugiunt: ſed iis qui pro ſalute ſua quæuis mala perpeti non dubitant. Habetis autẽ fortunæ beneficio cùm multa alia cõmoda, quæ ad victoriã parandã faciunt, tum verò tria præcipua, eáque manifeſtiſſima. Primùm quidẽ mutuã fidẽ, qua re potiſſimùm opus eſt iis qui ex hoſtibus victoriã ſunt reportaturi, neque enim oportet vos hodie incipere amicos cõſtantes, & ſocios fideles mutuò eſſe: ſed patria iã multo ante omnibus hoc bonũ præparauit. etenim ſimul educati fuiſtis, & eandẽ habuiſtis diſciplinã, & diis ſupra eaſdem aras ſacrificia feciſtis, & multa bona percepiſtis, multa etiam mala ſimul eſtis experti quod validiſſimũ & indiſſolubile amicitiæ vinculũ inter mortales omnes natura eſſe voluit, quoties cõmune omnibus certamen de rebus
D maximis imminet. Si enim in hoſtiũ poteſtatẽ veneritis, non eſt quòd putetis fore vt veſtrũ alij quidẽ expertes ſint omniũ malorũ, alij verò grauiſſima quæque experiantur, ſed ęquè omnes dignitatẽ, imperiũ, & libertatẽ amittetis, & neque cõiugibus, neque liberis, neque fortunis, denique nullis aliis bonis, quæ habetis, frui vobis licebit. Ipſi verò ciuitatis principes & magiſtratus reip. miſerrimo mortis genere, verberibus cæſi & excruciati necabuntur. Si enim nulla aut magna, aut parua iniuria à nobis affecti, nos omnes multis & variis iniuriis, & cõtumeliis inſolenter affecerunt, quid putandũ eſt eos facturos, ſi nunc armis fuerint ſuperiores, in memoriam priſtina mala reuocantes, ſe à vobis patria expulſos, & ſibi bona ſua erepta, neque in natale ſolũ ſibi redire per vos licere? Id autẽ, quòd eſt omniũ antè dictorũ poſtremũ, certè nũ dixeri-
E tis vllo alio cõmodo eſſe minus, ſi rectè rẽ cõſideraueritis, *nimirum* res hoſtiũ nũ tales vobis occurriſſe quales ſuſpicabamur, ſed lõgè deteriores quàm putabamus. Nã prę ter Antiatũ auxilia, nullos alios belli ſocios illis videtis adeſſe, at nos exiſtimabamus omnes Volſcos illis auxilio venturos, & multos Sabinos, & Hernicos, & hac inani opinione alia ſexcenta terriculamenta nobis ipſis fingebamus. At hæc omnia erãt Latinorũ ſomnia, quæ inanibus pollicitationibus & irrita ſpe nitebantur. Alij enim deſeruerunt eorũ ſocietatẽ, contẽptis taliũ imperatorum imperiis: alij verò cunctabũtur potiùs quàm auxilium ferent, tempus ſpe terentes: illi verò qui nunc ſe parant, quia ſeriùs profecti prælio nõ intererunt, nullo modo ipſis amplius prodeſſe poterũt.

Poſtumii dictatoris ad ſuos cum Latinis præliaturos oratio, qua eos ad fortitudinem adhortatur.

Quòd ſi qui veſtrũ hæc à me rectè dicta exiſtimant, & tamen hoſtium multitudine
terrentur, eos res minimè formidabiles metuere paucis docebo, imò potiùs hoc illis
in memoriã reuocabo. Primùm quidẽ conſiderent maiorẽ eorũ partẽ coactam arma
cõtra nos ſuſcepiſſe, ſicut ex multis ipſorũ & factis & dictis ſatis cõpertum habemus:
reliquorum verò, qui vltrò & animi alacritate impulſi pro tyrannis certant, numerũ
eſſe valde exiguũ, quinimò vel minimã partẽ, ſi cum noſtris cõferantur: deinde verò
omnia bella feliciter cõfici non ab illis qui numero ſunt ſuperiores, ſed ab iis qui for
titudine excellunt. Arduũ ac longũ eſſet exẽpla afferre, quot barbarorũ Græcorúm-
que exercitus hominum multitudine lõgè ſuperiores, à minimis copiis ſuperati fue-
rint, adeò vt multi ea quæ de illis feruntur credere non poſſint. Cætera omitto. Vos A
ipſi quot bella feliciter confeciſtis, quũ copias lõgè minores quàm nunc haberetis,
oppoſiti maioribus copiis quàm ſunt illæ quas nũc hoſtes paratas habent? At fortaſ-
ſe aliis quidẽ, quos prælio vincere ſolebatis, formidabiles eratis: ſed Latini iſti, Vol-
ſcíque eorum ſocij vos contemnent quòd vos in pręliis iam ſunt experti. At omnes
ſcitis vtramque hanc gentem multis præliis à maioribus noſtris fuiſſe ſuperatã. An
igitur hoc veriſimile eſt, iſtorum quidem qui toties victi fuerunt, ob tot inſignes
clades à nobis acceptas conditionẽ meliorẽ eſſe, noſtrã verò, qui toties illos vicimus,
ob tot tãtáſque res feliciter geſtas, deteriorẽ? Quis ſana mente præditus hoc dixerit?
Demiror certè ſi quis veſtrũ multitudinẽ hoſtiũ formidat, in qua pauci ſunt viri for-
tes: domeſticas verò copias tantas & adeò validas contemnit, quibus neque virtute B
præſtantiores, neque numero maiores vnquã à nobis in vllo alio bello ad hãc vſque
diem geſto coactæ fuerunt. Hoc quoque, ciues, ad minimè formidandũ, & pericula
non refugiendum debet maximum eſſe incitamentum, quod omnes ſenatorij ordi-
nis principes adſint, quemadmodum videtis, communẽ belli aleam vobiſcum ſub-
ituri, quibus & ipſa ætas & lex immunitatem militiæ conceſſit. Nónne igitur turpe
eſt vos qui viribus valetis, pericula fugere: illos verò qui iam militarẽ ætatem exceſ-
ſerunt, ea ſectari? Et ſenes quidem ita eſſe paratis animis, vt quando vires ipſis ad ho-
ſtes cædendos non ſuppetunt, ſaltem pro patria mori non dubitent: vos verò, qui ro-
bore valetis, quibus, ſi res feliciter ſucceſſerit, vtrunque licebit, & vitã ſeruare, & tu- C
tò vincere, ſin minus, & facere & pati facinus aliquod forte, tamen neque fortunã
experiri, neque veſtræ virtutis opinionẽ poſteris relinquere? Nónne, Quirites, ante
veſtrũ ſeculũ multa & admiranda facinora edita ſunt apud alios, quos oratio pro di-
gnitate celebrabit? nónne multas etiã, eáſque celebres res à vobis geſtas veſtra poſte-
ritas audiet & fructũ ex ipſis percipiet, *eáſque celebrabit*, ſi hoc bellum feliciter confe-
ceritis? Ne autẽ iis qui inter vos optimè ſentiunt hæc fortitudo ſit infructuoſa, néue
illi qui timent pericula plus quàm par eſt, antequam in ipſa venerint, hoc impunè fe-
rant, quænam vtróſque præmia maneant, audite ex me. Cuicũque præclari & gene-
roſi alicuius facinoris in pugna editi teſtimoniũ dicent ipſi rerũ geſtarum gnari, cùm
alios honores ſtatim ei dabo, qui patrio illo more *militibus*, *qui fortiter ſe geſſerunt in* D
præliis ſolent deferri, tũ etiã de agro publico partẽ addã, quę tanta erit, vt rebus nul-
lis ad victũ neceſſariis illi opus ſit futurũ. Cui verò ignauus & peruerſus animus fugę
turpis cupiditatẽ iniecerit, huic mortẽ ipſam quam fugit, repræſentabo. Talem enim
ciuẽ mori ſatius eſt, cùm ipſius, tum aliorũ ciuiũ cauſa. Præterea illi qui ita obierint,
neque ſepulturæ, neque aliarũ rerũ, quæ ſolent tribui defunctis participes erũt, ſed
neglecti, indefleti, ab alitibus, & feris laniabũtur. His igitur antè cognitis omnes ala-
criter ad certamen ite, bonã ſpem præclarorũ facinorũ ſequuti ducem: quia ſi hoc v-
num periculum habuerit exitum optimũ, & quẽ omnes maximè optant, maxima bo-
na adipiſcemini nam metu tyrannorũ vos ipſos liberabitis, patriæ quæ vos genuit, e-
ducationis debitam gratiã repoſcenti referetis, & quicunque de vobis liberos adhuc E
tenella ętate habent, & vxores legitimas ab inimicorum libidine & grauiſſimis malis
defendetis, & efficietis vt parentes veſtri iã ætate graues reliquũ tẽporis exiguũ ſpa-
tiũ iucundiſſimè viuant. O vos beatos, quibus cõtinget ex hoc prælio triumphũ age-
re, excipientibus vos liberis & vxoribus, & parentibus: ô vos glorioſos, & ob fortitu-
dinẽ admirandos, qui corpora veſtra patriæ donabitis: mors enim omnibus mortali-
bus eſt fatalis, ignauis æquè atque fortibus, ſed præclara & glorioſa mors ſolis viris
fortibus contingit. Illo autẽ eos ad fortitudinẽ adhuc adhortante, audacia quædam
immiſſa diuinitus exercitũ inuaſit, & quaſi vno ore omnes ſuſtulerunt clamorẽ, Bo-
no ſis animo, imperator, & nos ducas. Poſtumius laudata eorũ alacritate diis vouit, ſi

ea pugna

ea pugna felicē & præclarū habuiſſet exitum ſe ſacrificia magna, & magnis impen-
ſis facturum,& ludos ſplendidiſſimos inſtituturum, qui quotannis à pop.rom.cele-
brarentur,atque ita eos in ſuos ordines dimiſit.Poſtquam autē milites à ducibus teſ-
ſerā acceperunt,& tubę belli ſignū cecinerunt,ſublato clamore manus conſeruerūt,
primùm quidē vtrinque leuis armaturæ milites & equites, deinde pedites legiona-
rij pariter armati & inſtructi.Et omnibus promiſcuè pugnantibus acre prælīū com-
miſſum eſt,idque cominus.Quum autē vtroſque longè ſua fefelliſſet opinio(neutri
enim ſperarant prelio ſibi opus fore,ſed primo impetu hoſtē à ſe territū iri exiſtima-
runt: Latini quidē ſui equitatus multitudine freti,cuius ne impetū quidē à Roma-
A nis equitibus ſuſtineri poſſe arbitrabantur.Romani verò,credētes audacia ſua & pe-
riculorū cōtēptione ſe hoſtibus terrorē incuſſuros)quum,inquam, vtrique hac falſā
opinione decepti fuiſſent, ſtatim in ipſo initio viderunt rē ſibi ſuccedere cōtrà quā
ſperarant.Quare vtrique nō amplius in hoſtiū formidine,ſed in ſua fortitudine, ſa-
lutis & victoriæ ſpem ac fiduciam poſitam eſſe exiſtimantes,ſtrenuos ac ſupra vires
egregios pugnatores ſe præſtiterunt. Varia autem & reciproca eorū certaminis for-
tuna fuit.Primùm enim Romani,qui in media acie collocati erant,vbi dictator Po-
ſtumius erat circa ſe lectos equites habēs,& ipſe inter primos pugnās,cornu ſibi op-
poſitū loco pellūt:quòd Titus alter Tarquinij filius pilo in dextrū humerū impacto
B ſauciatus fuiſſet, neque manu amplius vti poſſet. At Licinnius & Gellius,quòd mi-
nus accuratè perpenderint quid veriſimile eſſet,& quid fieri poſſet,inducunt ipſum
regem Tarquinium,ex equo pugnantem,& ſaucium,virum qui ad nonageſimū an-
num accedebat.Proſtrato autem Tito eius milites non diutius præliati, viuóque eius
corpore ſublato,nullum poſtea generoſum facinus ediderunt,ſed inuadentibus Ro-
manis pedē referentes cedebant.Deinde rurſus conſtiterunt,& ſigna cōuerſa in ho-
ſtes intulerunt,quia Sextus alter Tarquinij filius cum Romanis exulibus,& alijs de-
lectis equitibus ſubſidio illis venit.Iſti igitur redintegratis viribus pugnarūt. Vtriuſ-
que verò aciei duces,T. Æbutius,& Octauius Mamilius,quū longè omnium fortiſ-
ſimè pugnarent,& hoſtes ſibi reſiſtentes profligarent,quàcunque in partem ſe ver-
C tiſſent,& ſuos perturbatos in aciem reſtituerent,ſe inuicē ad certamen prouocarūt,
& concurrerunt infeſtis armis,factàque impreſſione,grauia,non tamen lethalia vul-
nera mutuò intulerunt & acceperūt,equitum magiſter in pectus Mamilij haſta per
thoracē acta,at Mamilius illius dextro brachio per mediū trāsfixo:& ambo ex equis
deciderunt.Ambobus autē ex acie relatis,M. Valerius,qui legatus iterū ipſi *AEbutio*
datus fuerat, & qui *duorū* legatorū maior erat natu, quū in locū magiſtri equitū ſuc-
ceſſiſſet,cum ſuis equitibus reſtitit hoſtibus à frōte ſibi oppoſitis:ſed quū diutius eo-
rū impetū ſuſtinere nō poſſet,longè ab acie reiectus eſt. Exulum enim Romanorum
equitatus,& leuis armaturæ milites ſubſidio illis venerāt.Et Mamilius quū ſe ex vul-
nere recollegiſſet,reuerſus eſt in aciem cum valida manu & equitū & peditum leui-
D ter armatorum.In hoc prælio Marcus Valerius legatus,qui primus de Sabinis trium-
phauit,quique animos pop. rom. ob cladem ab Etruſcis acceptam deiectos erexit,
haſta ictus cecidit,&circa eum multi alij Romani egregij & fortes viri:& circa ipſius
cadauer acre prælium commiſſum eſt,P.& M. Publicolæ filiis,patruū protegētibus.
Quum igitur illum minimè ſpoliatum,& nonnihil adhuc ſpirantem armigeris tradi-
diſſent,in caſtra remiſerūt,ipſique cum magna animi præſentia & alacritate,in me-
dios hoſtes ſeſe coniicientes, acceptis multis vulneribus à confertis & circunfuſis
exulibus,ſimul occubuerunt.Poſt iſtum caſum Romana acies loco pulſa eſt,& à ſini-
ſtro cornu longè, atque adeò vſque ad mediam aciem ordinibus ægrè ſeruatis eſt
compulſa. At poſtquam dictator animaduertit ſuos iam ad fugam inclinatos, cele-
E riter cum equitibus quos circa ſe habebat, illis ſubſidio venit, & iuſſit alterum lega-
tum, T. Herminium, cum equitum ala à tergo ſuæ aciei circumuehi, & ſuorum
fugam ſiſtere,& niſi parerent, eos occidere: ipſe verò vnà cum fortiſſimis quibuſ-
que in confertum hoſtium agmen impreſſionem fecit. Atque vbi propius ad hoſtes
acceſſit,primus in eos equum totis habenis laxatis concitauit. Tanta autem & tam
terribilis fuit vis ipſorum impetum facientium, vt hoſtes, quum furorem illum
& efferatam rabiem ferre non poſſent, terga verterint, & multi ceciderint. In-
terea verò & ipſe legatus Herminius ſuos ex pauore fugæ receptos & confir-
matos duxit in hoſtes confertos qui cum Mamilio erant, & congreſſus cum
ipſo, qui ſtatura erat maxima, & robore præſtantiſſimus omnium ſuæ ætatis

mortalium,illúmque interfecit,& ipſe dum cadauer eius ſpoliaret,à quodam per la-
tus gladio ictus obiit.At Sextus Tarquinius,qui læuū Latinorū cornu ducebat,malis
adhuc reſiſtebat,& Romanos qui erant in dextro cornu loco depulit. Verùm poſt-
quā præter expectationē ſuā vidit Poſtumium cum lectiſſimis equitibus in ſe tendē-
tē,deſperatis omnibus rebus,in medios eos ſe cōiecit.Ibi à Romanis equitibus & pe-
ditibus circundatus,& vndique telis petitus inſtar feræ periit,nō inultus tamen, ſed
cæſis multis,qui cum ipſo congredi auſi fuerant. Cæſis autē ducibus,cōfeſtim omnes
Latini cōferti fugæ ſe mandarunt, eorúmque caſtra à cuſtodibus deſerta capta fue-
runt. Ex quibus Romani magnam & opimam prædam abſportarunt, fuítque iſta
clades Latinis maxima, iſtáque calamitas eos diu afflixit, tantáque eorum ſtrages A
tunc edita quanta nunquam antea. Nam ex quadraginta peditum, & tribus equi-
tum millibus,vt dixi, pauciores quàm decies mille ſuperſtites fuerunt, qui domum
incolumes redierint.In hac pugna ferunt dictatori Poſtumio & militibus, quos circa
ſe habebat, duos equites apparuiſſe, & forma & ſtatura longè præſtantiores quàm
quos natura ætate noſtra producit,qui pubeſcere incipiebant,& equitatui Romano
præibant, & Latinorum obuios quoſque comminus haſtis feriebant, & in effuſam
fugam vertebant. Et poſt fuſos fugatóſque Latinos, & caſtra eorum capta, ferunt
circa veſpertinum crepuſculum,finito prælio, Romæ in foro eodem modo conſpe-
ctos fuiſſe duos adoleſcentes, militaribus indutos veſtibus, maximè proceros & B
maximè formoſos, & eadem ætate, & in ipſo vultu adhuc retinentes, quaſi ex
prælio redirent, eandem ſpeciem quam in certamine habuerant: & equos ſudore
madidos adduxiſſe:ex quibus quum ambo deſcendiſſent,ſéque abluiſſent aqua,quæ
profluit ex fonte qui eſt ad ædem Veſtæ, quæque paruum quidem, ſed profundum
lacum efficit, multis eos circundantibus, & ſcire cupientibus ecquid noui ex caſtris
adhuc afferrent,pugnam ipſis narraſſe, vt fuerat commiſſa,& victoriam nuntiaſſe.
Quos, quum è foro ſeſe recepiſſent, à nullo poſtea conſpectos fuiſſe tradunt, li-
cet ab vrbis præfecto diu & accuratè quæſiti fuiſſent. Quum autem poſtero die
reipub. principes à dictatore literas accepiſſent, & præter alia, quæ in eo prælio
acciderant, cognouiſſent etiam hanc deorum viſionem, rati vtrobique eotundem C
deorum ſpectra oculis obuerſata, vt veriſimile erat, crediderunt eas fuiſſe Caſto-
ris & Pollucis imagines. Huius incredibilis & admirandæ deorum viſionis Ro-
mæ multa extant monumenta, cùm ipſa ædes Caſtoris & Pollucis, quam in foro
pop. rom. ædificauit, in eo ipſo loco vbi viſæ fuerunt illorum imagines,tum fons
ædi vicinus, qui iſtis diis ſacer dicitur, & qui ad hanc vſque diem talis creditur:
tum etiam magnifica ſacrificia quæ quotannis pop. rom. per primarios equeſtris
ordinis viros idibus Quintilibus peragit, quo die bellum hoc feliciter eſt confe-
ctum. Sed præter hæc omnia eſt illa pompa, quæ peracto ſacrificio ducitur ab iis
qui equum publicum habent, qui tributim & centuriatim diſtincti, ordine o-
mnes equis vehuntur, quaſi è pugna redeant, coronati fronde oleagina, & togis D
purpureis, & punicei coloris materiam prætextam habentibus induti, quas vo-
cant trabeas, initium pompæ facientes à quodam templo Martis extra vrbem ex-
tructo, & tranſeuntes cùm alias vrbis partes, tum etiam ædem Caſtoris & Pol-
lucis in foro ſitam prætereuntes, interdum numero quinquies mille homines,qui
ferunt quæcunque fortitudinis ſuæ præmia in præliis à ducibus acceperunt, egre-
gium certè & dignum illius imperij amplitudine ſpectaculum. Atque hæc ſunt,
quæ ob Caſtoris, & Pollucis viſionem à Romanis dici & fieri obſeruaui. Quibus
ex rebus, præter multas alias eáſque magnas, coniicere eſt quam chari diis eſſent
illius ſeculi homines.Poſtumius autem eam noctem tranſegit in caſtris quæ in plani-
tie poſuit. Poſtero die coronatis iis qui in prælio fortiter ſe geſſerant, & diſtri- E
butis captiuis, vt aſſeruarentur, votiua ſacra ob victoriam quam fuerat ade-
ptus diis perſoluit. Dum autem adhuc eſſet coronatus, & aris primitias i-
gne cremandas imponeret, exploratores quidam ex editioribus locis decurren-
tes nuntiant, hoſtilem exercitum contra ſe venire. Erat autem Volſcorum
iuuentus delecta, quæ Latinis auxilio miſſa fuerat, antequam finis ipſorum
prælio imponeretur. Qui quum hæc intellexiſſet, ſtatim omnes ad arma con-
currere iuſſit, & in caſtris ad ſua quenque ſigna manere, cuſtodias agentes, &
ordinem ſeruantes, donec ipſe quid agendum eſſet ipſis imperaret. Quum
autem Volſcorum duces ſuas copias in locum excelſum duxiſſent, vnde Ro-
manos

Latini, cæſis ſuis ducibus, confeſtim fugam arripiūt. Latinorum clades maxima, & ſtrages quāta nunquam antea.

Caſtoris & Pollucis ædē conſtruendi quid Romanis occaſionem præbuerit.

Poſtumio adhuc coronato & primitias aræ imponēti nuntiatur hoſtilem exercitum contra ſe venire.

manos videre poſſent, vbi viderunt planitiem cadaueribus conſtratam, & vtra-
que caſtra erecta, neque ex munitionibus quenquam vel hoſtem, vel amicum pro-
dire, aliquandiu id admirati ſunt, nec ſatis coniicere potuerunt quiſnam eſſet rerũ
ſtatus. Sed poſtquam ex iis qui ex fuga euaſerant, omnia quæ in prælio acciderant,
cognouerunt, cum aliis ducibus conſultare cœperunt quidnam eſſet faciendum. Illi
igitur, qui inter eos erant audaciſſimi, cenſebant optimum eſſe Romanorum vallum
ex itinere, & primo impetu inuadere, dum adhuc multi ob vulnera laborarent, & o-
mnes labore maximè defatigati eſſent, & arma eſſent maxima ex parte inutilia, &
partim acie obruſa, partim fracta, nec dum ab vrbe vllum recẽs auxilium ipſis ſubue-
niſſet. Suum enim exercitum, quòd eſſet & ingens & ſtrenuus, & egregiè inſtructus,
& bellis exercitatus, & illis minimè expectantibus de repente improuiſus aduenii-
A ſet, nec audaciſſimis quibuſque formidabilem fore dicebant. At viris prudẽtioribus
nequaquam tuta periclitatio illa videbatur, non expectatis ſociorum auxiliis cõgre-
di cum viris fortibus & bellicoſis, & qui nupertimè tantas Latinorum copias dele-
uiſſent: præſertim quum pro ſumma rerum in alieno agro periculum eſſent ſubituri,
vbi ſi qua clades fuiſſet accepta, nullum tutum refugium eſſent habituri. Iſti igitur
cenſebant potius de reditu in patriam celeriter cogitandum, & ſaluti conſulendum,
& pro magno lucro reputandum, ſi ex ea expeditione nullam calamitatem accepiſ-
ſent. Alij verò neutrum horum faciendum cenſebant. Dicebant enim audacem illũ
impetum quo adeò alacriter ad dimicandum ferebantur, iuuenilẽ eſſe, & turpe eſſe
B ſine vlla cauſa domum refugere, & vtrum horum feciſſent, ipſos rem hoſtibus gra-
tiſſimam facturos. Horum autem ſententia erat, vt in præſentia quidem munirẽt ca-
ſtra, & res neceſſariis ad pugnam pararent, & miſſis legatis ad reliquos Volſcos, è
duobus alterũ poſtularent, vel vt ſibi alias copias mitterent, quæ pares eſſent Roma
norũ viribus, vel etiã eas quæ fuerant miſſæ reuocarent. Sententia verò quæ maximę
illorum parti placuit, & quam exercitus duces ratam fecerunt, hæc cenſebat, mitten-
dos eſſe aliquos exploratores, in Romanorũ caſtra, legatorũ nomine protectos, qui
data imperatori dextra, eóq; ſalutato, dicerẽt ſe Romanorũ ſocios à repub. Volſcorũ
miſſos venire, & ſe moleſtè ferre, quòd ſeriùs ad præliũ venerint, nullam vel certè
perexiguam ſui in eos ſtudij gratiã reportaturi: cæterùm, ſe eorũ fortunæ gratulari
C qui re feliciter geſta ſine vllis ſociorũ auxiliis ingenti prælio hoſtẽ vicerint. Ita enim
fore vt Romanos verborum blanditiis decipiant, eóſque inducant vt ſibi tanquam
amicis fidem habeant, atque interea omnia explorent, & reuerſi ad ſuos, ſignificent
quis ſit eorum numerus, quæ armatura, quis apparatus, & quæ eorum conſilia. His
autem accuratè cognitis, tunc ſe deliberaturos vtrum præſtet eos accerſitis nouis
copiis adoriri, an verò præſentes etiam domũ reducere. Quũ igitur omnes in hãc
ſententiã iuiſſent, poſtquam legati ab illis electi ad dictatorem venerunt, producti
in cõcionem, mandata ad decipiendum cõpoſita expoſuerunt. Poſtumius verò pau-
D lo poſt ipſis ita reſpondit. Mala conſilia, Volſci, bonis verbis tegitis, & quum hoſti- Poſtumii reſponſum ad Volſcorũ exploratores, qui legatorum nomine protecti venerant.
» lia facinora faciatis, tamen de vobis vt de amicis opinionẽ haberi vultis. Vos enim
» eſtis miſſi à repub. Volſcorum, Latinis auxilium cõtra nos laturi: ſed quia ſetiùs veni-
» ſtis, quàm vt prælio intereſſe poſſetis, & quia victos eos cernitis, nobis imponere vul
» tis, dicentes contraria illis quæ facere decreueratis, neque beneuolentia, quam ver-
» bis in præſentia ſimulatis, neque iſte ſimulatus veſtræ legationis aduentus, ſanus eſt,
» ſed doli & fraudis plenus. Neque enim miſſi fuiſtis vt congratulatemini noſtris bo-
» nis, ſed vt exploraretis quàm validæ aut quàm infirmæ ſint noſtræ vires, & verbis
» quidem legati eſtis, ſed reipſa exploratores. Legatis autem omnia inficiantibus, bre-
ui ſe eius rei fidem illis eſſe facturum dixit, & ſtatim eorum literas, quas intercepe-
rat antequam prælium committeretur, quæ ducibus Latinorum afferebantur, qui-
E bus ſe illis auxilia miſſuros pollicebantur, protulit, & illos qui eas tulerant produxit.
Quum autem lectæ fuiſſent eæ literæ, & ipſi captiui mandata quę acceperant, expo-
ſuiſſent, tota multitudo militaris concitata eſt in Volſcos, quos vt manifeſtos explo-
ratores percutere volebat. At Poſtumius exiſtimauit minimè oportere probos im-
probis ſimiles eſſe, dixitque ſatius & animi excelſioris ac generoſioris eſſe, iram re-
ſeruare in eos qui ipſos miſerant quàm in eos qui miſſi fuerant, eóſque ob certum
legationis nomen potiùs dimittendos, quàm ob incertũ explorationis facinus per-
dendos, ne Volſcis honeſtam belli occaſionem præberent, legatos ſuos contra ius
gentium cæſos ſimulantibus: néue alij inimici hãc occaſionem arriperent, & de po-

pulo Romano dicerent ea,quæ licet falſa eſſent,tamen neque à ratione, neque à fi-
de remota eſſent. Repreſſo igitur multitudinis impetu,imperauit vt illi dimitteren-
tur,& ad ſuos rectà redirent,nec ſe conuerterent:& cuſtodię cauſa equites illis ad-
didit,qui eos vſque ad Volſcorum caſtra proſequuti ſunt. Eiectis autem explorato-
ribus,imperauit militibus vt res ad prælium pararent, quòd poſtridie eorum aciem
eſſet inſtructurus *eóſque in hoſtem ducturus*. Sed nullo prælio ei opus fuit. Volſcorum
enim duces, nocte adhuc intempeſta motis inde caſtris domum redierunt. Quũ
autem omnia ei ex voto ſucceſſiſſent,humatis ſuorum cadaueribus,& luſtrato exer-

Poſtumii dictatoris de Latinis triũphus.

citu, Romam rediit inſigni triumpho ornatus, armorum cumulos multis plauſtris
vehens,& ſuppellectilem militarem abundantiſſimam *in vrbem* importans,& homi- A
num in pugna captorum adducens quinque millia,& quingentos præterea. Et quũ
de manubiis decimas exemiſſet,ludos & ſacrificia diis fecit, quadraginta talentorũ
impendio,ædemque quam vouerat Cereri,Libero,Liberęque,extruendam locauit.
Initio enim belli laboratum eſt victus inopia, & magnus erat metus ne victus peni-
tus deficeret,tum ob terræ ſterilitatem,tum quòd nulli amplius commeatus extrin-
ſecus ob bellum afferrentur. Ob iſtum igitur timorem, quũ iuſſiſſet Sibyllinos libros
conſuli ab eorum cuſtodibus, & cognouiſſet oraculorum monitu hæc numina pla-
canda eſſe,vouit,quum eſſet iam educturus exercitum, ſi imperij ſui tempore felix
prouentus fuiſſet in vrbe,qualis antè fuerat,ſe & templa illis extructurum,& ſacri-
ficia quotannis peragenda conſtituturum. Dij verò exauditis eius precibus, effece- B
runt,vt nõ ſolùm ſegetes,ſed etiam arborifera terra fruges opimas produceret,vtque
vrbs magis quàm antè,omni importatorum commeatuum genere abundaret. Quę
animaduertens Poſtumius, tunc templa ædificate decreuit. Romani igitur bello
tyrannico deorum beneuolentia propulſato,feriis & ſacrificiis operã dabant. Pau-

Latini ad pacẽ petendam ſupplices veniũt.

cis autem poſt diebus legati à Latinorum rep. ex omnibus delecti populis, qui ſuis
ſententiis huic bello aduerſati fuerant, ſupplices cum ramis oleæ lana obuolutis,
& velamentis quę porrigebant,ad eos venerunt. Iſti in ſenatum introducti,primùm
cauſas belli in ſingularum ciuitatum principes reiiciebant, ipſum verò vulgus hac
tantùm in re peccaſſe dicebant, quòd improbis ductoribus ſuum lucrum quærenti-
bus obtemperaſſet. Ob iſtam autem fraudem,ad quam maxima neceſſitas nõ repre-
hendẽda acceſſerat,vnamquamque ciuitatẽ pœnas dediſſe dicebant, præſtantiſſima C
iuuentute ſublata,ita vt difficile eſſet aliquam domum luctus expertem inuenire: &
ab illis petebant vt ſe vltrò deditionem facientes reciperent, neque ampliùs de im-
perio contendentes,neque de iuris æquabilitate pertinacius diſceptantes, bellique
ſocios & ſubditos in omne poſterum tempus futuros,& quidquid fortuna Latinorũ
dignitati ademiſſet,id ad felicem Romanorum fortitudinem addituros. In ipſo au-
tem orationis fine,eos per cognationem obteſtabantur, & iis in mentem reuocabãt
ſuam quondam in ferendis auxiliis non ſimulatam alacritatem, & calamitates de-
plorabant,in quas miſeri inſontes incidiſſent,quæ longè plures erant quàm ipſa de-
linquentium delicta,lamentis ſingula proſequentes, & ad totius ſenatus genus ac-
cedentes,& ſupplicum inſignia ad Poſtumij pedes ponentes,ita vt totus patrũ con- D
ſeſſus lacrymis & precibus eorum commoueretur. Vbi verò è curia exceſſerunt, &

T.Largius quã dixerit de Latinis pacem petẽtibus ſententiam.

ſententiæ dicendæ poteſtas,de more,ſenatus principibus eſt facta, T.Largius, qui
primus ſuperiore anno dictator fuerat creatus, ipſis ſuaſit vt fortuna moderatè vte-
rentur: dicens maximam eſſe laudem,vt vnius viri,ita etiam totius ciuitatis ſecundis
ſucceſſibus non corrumpi, ſed æquo & moderato animo bona ſua ferre. Omnem
enim proſperitatem maximè inuidioſam eſſe, præſertim eam in qua eſt contumelia
& aſperitas in homines afflictos ac miſeros,ac in noſtram poteſtatem redactos. For-
tunæ autem non eſſe fidendum,quum ipſi ſæpe eam ſint experti in ſuis malis & bo-
nis,quàm ſit incerta & variabilis, neque ad extremorum periculorum neceſſitatem E
adducendos aduerſarios, ob quam ſæpe præter omnem expectationem nõnulli au-
daces & ſupra vires pugnaces efficiuntur: ipſis autem *Romanis* metuendum eſſe dice-
bat,ne cõmune odium omnium eorum in quos affectabant imperium,ſibi concilia-
rent,ſi acerbas & inexorabiles pœnas à delinquentibus exigerent, recedentes à cõ-
ſuetudine ſuorum inſtitutorum, obliti quibus artibus ad tantum ſplendorẽ fuiſſent
prouecti,& imperium,quod antea erat principatus,& patrocinium quoddam,in ty-
rannidem conuertentes,& delicta mediocria, neque indignatione digna eſſe dice-
bat, ſiqui populi qui quondam in libertate viuere conſueuerunt,quique aliis impe-

rato

rare didicerunt, priſtinam dignitatem retinere cupiant. Quod ſi optimarum rerum cupidi ſua ſpe fruſtrati aliquo inſanabili malo afficiantur, nihil fore quod prohibeat quominus omnes homines cæde mutua pereant. In omnibus enim libertatis deſiderium innatum eſſe. Addebat, longè optimum ac firmiſſimum id eſſe imperiū, quod beneficiis non ſuppliciis ſubditos in officio continere ſolet. Illorum enim beneuolentiam, horum verò timorem eſſe comitem. Quicquid autem eſt formidabile, id neceſſitate naturali omnibus maximè eſſe exoſum. In fine autem ſuę orationis ab illis petiit, vt exempla præſtantiſſima ſuorū maiorū ſequerentur, ob quæ magnā laudē illi eſſent cōſecuti, recenſens vrbes per vim ab illis captas, quas quòd illi minimè A euertiſſent, neque puberes interfeciſſent, neque ipſos colonos in ſeruitutem abſtraxiſſent, ſed Romanas colonias feciſſent, & quicūque de victis apud ſe remanere voluiſſent, eos ciuitate donaſſent, ſuam rempublicam ex parua magnam feciſſent. Sūma autem eius ſententiæ hæc fuit, renouandum cum repub. Latinorum fœdus antè factum, & omnem memoriam iniuriarum ab illis populis acceptarum deponendā.

Sententia T. Largii de Latinis pacē petentibus quæ fuerit ſumma.

Seruius verò Sulpicius contra pacem & fœderum renouationē nihil dixit: ſed quòd Latini priores rupiſſent fœdera, idque non tunc primùm, ita vt aliqua venia illis neceſſitatē & fraudem prætendentibus eſſet danda: ſed & ſæpe iam ante, iſta vt correctione *ac animaduerſione* opus ipſis eſſet, ſuaſit vt omnibus quidem impunitas & libertas ob cognationis ius concederetur, ſed agri dimidia pars illis adimeretur: & coloni Romani in eam mitterentur qui ea fruerentur, & cauerent ne iſti aliquid rerū nouarum amplius molirentur.

Seruii Sulpicii de Latinis pācem petentibus ſententia.

At Sp. Caſſius eorum vrbes ſolo æquandas cenſe- B bat, dicebátque ſe demirari fatuitatem eorum, qui ſuadebant vt eorum peccata impunita ſinerentur, quòd non animaduerterent eos ob inuidiam innatam, & quæ eximi nequit, qua perſequuntur pop. Rom. creſcentem, bella alia poſt alia molituros, nec ab inſidiarum ipſi ſtruendarum propoſito vnquam ſponte receſſuros, quādiu in ipſorum animis miſera iſta clades inhæreret, ſiquidem poſtremò conati ſunt ciuitatem cognatā in tyranni omnibus feris longè immanioris poteſtatem redigere, omnibus fœderum conditionibus conculcatis, & diis eorum teſtibus cōtemptis, nulla alia ſpe freti quàm populi Romani clementia, quòd nullas pœnas, aut certè leuiſſimas daturi eſſent, ſi hoc bellum ſibi ex animi ſentētia non ſucceſſiſſet. Ipſe quo- C que ab illis petebat vt exemplis maiorum ſuorum vterētur, qui vrbem Albam, cuius & ipſi & omnes Latini populi eſſent coloni, quū eā felicitati ſuę inuidere cognouiſſent, & priorū delictorū impunitate, quā cōſequuta fuerat, abuti ad maiores inſidias ſtruendas vno die deleri ſuo decreto iuſſerant, exiſtimantes perinde eſſe nullius miſericordia moueri ad veniam ipſi ob delicta leuia dandum, ac in nullum animaduertere, qui grauiſſimum atque incorrigibile facinus patraſſet. Id autē magnæ ſtultitiæ & ſtupiditatis eſſe, non autem humanitatis aut modeſtiæ, eorū quorū eſſent coloni, inuidiā, quòd immodica & intolerabilis videretur, pati noluiſſe: eandē tamen ferre in cognatis, & eos qui in leuioribus criminibus hoſtes deprehenſi fuerāt, patria mulctaſſe, ab iis verò qui ſæpius *in ipſos* ſuū odiū implacabile demōſtrarint, nullas exige- D re pœnas. His dictis, & enumeratis omnib. Latinorū defectionibus, & ciuibus Romanis qui in bellis cōtra eos geſtis ceciderāt, eorúmq; multitudine illis in memoriā reuocata, cenſebat eos à Romanis eodē modo tractādos, quo Albanos ante tractaſſent, & eorum vrbes euertendas, eorúmque agrum Romano addendum, homines verò qui aliquod beneuolentiæ ſignum erga pop. Rom. dediſſent, ſaluis ſuis fortunis ciuitate donandos, autores verò defectionis, à quibus fœdera fuiſſent violata, vt proditores interficiendos. Reliquum verò vulgus mendicum, otioſum & inutile in mancipiorum numero habendum.

Sp. Caſſii de Latinis pacem petētibus ſententia.

Hæ igitur ſunt ſententiæ à ſenatus principibus dictę. Sed quum dictator Largij ſententiam cęteris prætuliſſet, & nullus amplius ei aduerſatus fuiſſet, legati in ſenatum reuocati ſunt, vt reſponſa acciperent. Tū Poſtumius, E malitia incorrigibili ipſis exprobrata, Digni, inquit, eſſetis extremis malis, ſiquidem facturi eratis, ſi vobis ex animi ſentētia ſucceſſiſſent ea quæ toties contra nos tentaſtis: tamen non eſt Romanorum vt ſummum ius ipſi clementiæ anteponant, quia illud cogitant, *Latinos* ſibi cognatione coniunctos eſſe, & ad miſericordiam eorū quibus iniurias fecerunt, confugiſſe. Quare hæc quoque delicta ſe illis cōdonare dixit, tum deorum cauſa, quib. iura cognationis curæ ſunt, tum etiā fortunæ incertæ gratia, cuius beneficio pop. Rom. victoriam obtinuiſſet. Nūc igitur omnino liberi diſcedite. Vbi verò captiuos dimiſeritis, & transfugas nobis dedideritis, & exules expule-

Poſtumii ad Latinos pacē petentes reſpōſum.

ritis,tunc mittite legatos ad nos qui de amicitia & ſocietate agant, quia nullorum
æquorum poſtulatorũ patiemini repulſam. Legati his reſponſis acceptis abierunt,
& paucis poſt diebus redierunt,liberatis captiuis,& transfugas quos ceperãt vinctos
adducentes,& pulſis ex vrbib.ſuis exulibus,qui cũ Tarquinio erant,pro quibus me-

Cum Latinis fœdus renouatur

ritis à ſenatu in priſtinã amicitiam & ſocietatẽ recepti ſunt, & fœdera quondã hiſce
de rebus cum ipſis icta per fœciales renouata ſunt. Hic igitur fuit finis belli quod

Finis belli quod cum tyrãnis poſt eorum eiectionẽ per XIIII annos geſtum eſt.

cùm tyrannis poſt eos expulſos per X I I I I annos geſtum eſt. Rex autem Tarqui-
nius (iſte enim ſolus ex ſuo genere ſuperſtes erat) ferme nonageſimo ætatis anno,
quum tunc liberis & ſuorum affinium familia orbatus eſſet,& ſenectutem vel inimi-
cis miſerabilem toleraret, quòd neque Latini eum amplius intra oppida reciperẽt, A
neque Etruſci,neque Sabini,neque vllus alius vicinus ac liber populus,Cumas agri
Campani petiit,diuertitque apud Ariſtodemum,cognomine Malacum,tunc tem-

Tarquinii regis obitus.

poris Cumanorum tyrãnum,apud quem quum perpaucos dies vixiſſet,obiit, & ab
eo ſepulturæ mandatus eſt.Exulum autem qui cũ eo erant,alij Cumis remanſerunt,
alij in aliis vrbibus diſſipati vitam in exilio finierunt. ¶Quum autẽ Romani exter-

Inteſtina ſeditio Romæ recrudeſcit.

na bella confeciſſent ac ſedaſſent,domi ſeditio iterum eſt exorta, quia ſenatus de-
creuerat vt iudicia reſtituerentur,& controuerſiæ, quarum cognitio propter bellũ
dilata fuerat, ex legibus dirimerentur. Sed illi qui de contractibus *& ære alieno* inter
ſe contendebant,graues tempeſtates excitabant, & ad indignam inſolentiã, & im-
pudentiam prouehebantur.Ipſi enim plebeij ſimulabant ſe ſoluendo non eſſe, tum B
quòd diuturno bello ſe agricultura prohibitos fuiſſe,tum quòd ſuum pecus interiiſ-
ſe,& à ſe multa mancipia amiſſa dicerent,quæ partim transfugerant, partim in ho-
ſtium excurſionibus capta fuerant,tum etiam quòd omnia bona, quæ in vrbe habe-
bant,impenſis in militiam factis exhauſta affirmarent. Ipſi verò creditores dicebãt
eas calamitate non ipſis ſolis debitoribus,ſed æquè omnibus cõmunes fuiſſe : & mi-
nimè ferendum arbitrabantur, ſi non ſolùm ea quæ ſibi ab hoſtibus propter bellum
fuiſſent erepta,ſed etiam quæ pacis tempore nonnullis ciuibus egenis mutuò dediſ-
ſent,amitterent. Itaque,quum neque ipſi creditores ad vllas æquas conditiones de-
ſcendere,neque ipſi debitores quicquam æqui facere: ſed illi ne vſuras quidem re-
mittere,iſti ne:ipſam quidem ſortem perſoluere vellent,ob has cauſas,omnes qui in C
pari verſabantur fortun.,paſſim per vias iam coibant & conglobabantur,& in foro
aduerſa ſtabant acie,quin etiam interdum à manibus ſibi non temperabãt, & omnis
ciuilis diſciplina turbata erat. Hæc videns Poſtumius, cui etiam tunc honos æquè
ac antè ab omnibus habebatur,pręclarum eſſe duxit graui bello tempeſtates vrbanas
ſedare,& antequam vltimum,ac totũ dictaturæ ſuæ tempus expleret,dictatura ſe ab-
dicauit,& indicto comitiorum die, vnà cum ſuo collega patrios reſtituit magiſtra-

A. V. C. 259. conſulibus Appio Claudio & P.Seruilio turbæ domi, foris autem bellum cum Volſcis.

tus. ¶Rurſus igitur annuum & legitimum magiſtratum acceperunt conſules Ap-
pius Claudius Sabinus, & P.Seruilius Priſcus,qui multo ante rectè animaduerterãt
eſſe è repub.turbulentam plebem ad bella externa diuertere,*& in iſtis eam occupatam*
detinere.Quare,parabant ſe vt cõtra Volſcorũ gentem alter conſul exercitum duce- D
ret, tum quia cupiebant eos vlciſci ob auxilia Latinis contra Romanos miſſa, tum
etiam quia volebant præuertere eorũ apparatus,qui adhuc erant exigui.Erant enim
qui nuntiabant illos quoque omni ſtudio exercitum iam conſcribere, & miſſis ad
finitimas gentes legationibus,ad belli ſocietatem eas ſolicitare, quòd audirent ple-
bem à patriciis diſſidere, & vrbem inteſtino bello laborantem facilè capi poſſe ſpe-
rarent. Quum igitur conſules expeditionem aduerſus hos faciendam cenſuiſſent,
eorumque ſententia,vt recta,à toto patrum conſeſſu fuiſſet comprobata,edixerunt
vt omnes iuniores præſtò eſſent ad certum tempus, quo tempore milites conſcri-
pturi erant. Sed quum plebeij ad militare ſacramentum ſæpius vocati non venirẽt,

Conſulum diſcordes ſententiæ.

nec ipſis parerent,non amplius inter vtrumque conſulem conueniebat:ſed iam in- E
de diſcordes eſſe cœperunt, & contrariis actionibus ſibi inuicem toto magiſtratus
tempore ſunt aduerſati. Seruilius enim cenſebat eundum mitiori via, ex M. Valerij
ciuis populariſſimi ſententia,qui ſeditionis principiis medendum cenſebat, decreta
remiſſione,vel imminutione debitarum pecuniarum,ſi fieri poſſet. Sin minus, ſaltẽ
impediendos creditores in præſentia, ne eos qui præſtitutum ſolutioni tempus ex-
ceſſiſſent,in neruum abducerent, & adhortatione potiùs quàm neceſſitate *ac vi* ad-
ducendos pauperes ad militare ſacramentum, neque pœnas graues & inexorabiles
contumacibus infligendas,vt in ciuitate concordi, ſed moderatas aliquas & æquas.
Verendum

Verendum enim eſſe *dicebat*, ne homines victus quotidiani inopia laborantes, cœtu facto ad deſperationem adducerentur, ſi ſuis ſumptibus militare cogerentur. Appij verò, qui præcipuus erat inter principes factionis optimatũ, ſententia auſtera & rigida erat, nihil indulgendũ plebi: quinimò debitorũ in contractib. expreſſorũ exactiones ipſis creditoribus permittendas, quocunq; iure & cõditionibus eas eſſent facturi, & ab altero conſule qui in vrbe remaneret, conſtituenda eſſe iudicia more patrio, & pœnas, quas leges in vadimonij deſertores ſtatuerunt, exigẽdas: nihil verò niſi quod æquum eſſet, plebi concedendum, neque eam in praua potentia paranda iuuandã. » Nunc enim (inquiebat) ob nimiam libertatis licẽtiam, plus quàm par eſt laſciuire, A immunis tributorum, quæ regibus pendebat antea, & immunis pœnarũ, quas illis corpore luebat, quoties celeriter imperata non feciſſet. Quòd ſi eò audaciæ prouecti fuerint plebeij, vt aliquid aut mouere aut innouare conentur, coërceamus ipſos per partem ciuitatis ſobriam & ſanam, quæ longè maior erit quàm pars quæ morbo laborat, nec ſana mente eſt prædita. Nec parũ viriũ ad rem peragendam nobis afferet iuuẽtus patriciorum, ad imperata noſtra faciendum parata. Sed validiſſimum & inuictum telum, quo vſi facilè plebeios ſuperabimus, eſt ipſius ſenatus potentia, qua à nobis qui ſtamus à legibus, terrebuntur. Quòd ſi ipſis poſtulata concedamus, primùm in dedecus incurremus, quòd reipublicæ adminiſtrationem plebi permiſerimus, B quæ ab optimatib. regi poterat, deinde in periculũ nõ minimũ veniemus, libertatis iterũ amittendæ, ſiquis ingenij tyrannici vir, eius fauore, meritis, ac officiis ſibi conciliato, potentiam legibus ſuperiorẽ ſibi cõpararit. Hoc igitur modo diſceptantib. inter ſe cõſulibus, vel in ipſo Senatu, quoties cogebatur, & multis vtriq; adhærẽtibus *ac fauentibus*, ſenatus, quũ nihil præter altercationes & tumultũ, ac verba parũ decora & conuicia, quibus ſe mutuò afficiebant, audiret, nec vllum ſalutare decretũ faceret, dimittebatur. Multo autem tempore in his contentionibus abſumpto, alter conſul Seruilius (fortè enim ea expeditio ei obtigerat) multis precibus & obſequiis demerita plebe, vt ad huius belli ſocietatem ſequi vellet, cum copiis non ex delectu per vim coactis, ſed voluntariis, prout ipſa tempora poſtulabant, ad bellum eſt pro- C fectus, Volſcis adhuc ſe parantibus, atque exiſtimantibus Romanos cum exercitu cõtra ſe minimè venturos, vtpote quorum reſp. tanta ſeditione laboraret & premeretur, ipſiq; ciues mutuis odiis ſe proſequerẽtur: & putantibus eos nõ auſuros congredi cum iis qui ipſos vltro inuaderẽt, ſibi verò magnam fore facultatẽ belli inferẽdi quotieſcunque libuiſſet. Sed quum Romani bellum gerere cœpiſſent, quum tamẽ ipſi bello eſſent petendi, tunc eorum celeritate, conſternati honoratiſſimi quique ex ciuitatibus, more ſupplicum, progreſſi ad Seruilium venerunt, ſéque ei dediderũt, permittẽtes ipſi vt arbitratu ſuo de ſe tãquam de ſontibus ſtatueret. At ille accepto ab illis in vſum exercitus commeatu, & veſtibus, ac trecẽtis obſidibus nobiliſſimarũ familiarũ delectis, abiit, id bellũ cõfectũ eſſe ratus. Sed reuera hoc nõ fuit belli finis, at potiùs dilatio quædam & facultas ad ſe inſtruendum ac parandum data hoſtibus D inſperato Romanorum aduentu præuentis. Nam poſt diſceſſum Romani exercitus, iterum Volſci bellum parare, & oppida munire cœperunt, & loca omnia quæ opportuna erant ad ſuos ab hoſte tuẽdũ, maioribus præſidiis *quàm antea* cuſtodiebãt. Hernici autem & Sabini apertè ſe ad illius periculoſi belli ſocietatem addiderunt, clam verò & multi alij. Sed Latini, quum legati ad eos ſocietatem petitum veniſſent, eos vinctos Romam abduxerunt, quibus ſenatus gratiam referens ob fidei conſtantiam, & multò magis ob eorum alacritatem ad id bellum (vltrò enim ſuam operã ad bellum illud offerebant,) quod eos maximè cupere, ſed præ pudore petere nõ audere arbitrabatur, hominum ferme ſex millia, quæ fuerãt in bellis capta, illis ſine pre- E tio largitus eſt, vtque ad eam munificentiam accederet ornamentum cognationi maximè conueniens, omnes eos veſtitos ac cultos liberaliter dimiſit. Cæterùm, dixit ſe auxilio Latinorum non indigere. Satis enim fore dixit pop. Rom. copias domeſticas ad vlciſcendum eos qui defectionem fecerant. Cum hoc reſponſo dimiſſis Latinis bellum contra Volſcos decreuit. ¶ Patribus autem adhuc in curia ſedentibus, & de copiarum mittendarum numero conſultantibus, quidam iam ſenior ſe in forũ proiecit, ſordida, laceráque, ac denſa indutus veſte, barba valde promiſſa ac denſa, & ſqualida coma, vociferans, hominúmque fidem & auxilium implorãs. Facto autem concurſu à turba proxima, ille ſtans in loco vnde à multis cõſpici poſſet, dixit ſe ingenuum eſſe, & militem emeritum, atque duodetriginta prælijs decertaſſe, & ſæpius

Volſci ſupplices ad Seruilium veniunt, & veniam deprecantur.

Volſci poſt diſceſſum Romani exercitus, perfidè bellum parãt.

Querimonia cuiuſdã à creditore in ſeruitutem vnà cum duobus filijs abducti: cuius exẽplo & alij ſe in publicum proijciunt & de ſuis creditoribus conqueruntur.

ex bellis præmia ſuæ fortitudinis reportaſſe,& ſe reipub. extremis temporibus qui-
bus ad maximas anguſtias redacta fuerat,æs alienum facere coactum fuiſſe,vt tribu-
tum imperatum conferret,quòd agellus ſuus hoſtium excurſionibus fuiſſet vaſtatus,
& rem familiarem annonæ vrbanæ caritas abſumpſiſſet. Quare ſe, quum ſolueodo
non eſſet,à creditore vnà cum duobus filiis in ſeruitutem abductum fuiſſe, &, quòd
domino ſuo durius quiddam imperanti reſpõſaſſet, cæſum ſe verberibus affatim.
His dictis veſtem illam ſqualidam abiecit,& pectus cicatricibus plenum oſtendit, &
tergum recenti verberum ſanguine totum repletum. Ob cuius rei indignitatem cla-
more cum lamentatione à circumſtantibus ſublato,ſenatus eſt dimiſſus, & tota vr-
be inopes diſcurrebant,deflentes ſuum infortunium,& auxilium à vicinis implorã- A
tes,ſimúlque ex priuatis ædibus,nexi ob ſuum æs alienum, capillitio hirſuto ac pro-
miſſo proripiebant ſe in publicum, & plurimi eorum cum ipſis catenis & compedi-
bus,nemine eos retinere audente:quos ſiquis vel tantummodo attigiſſet, ſtatim, vt
iure belli,diſcerpebatur,tanta rabies eo tempore plebem corripuerat:nec ita multo
poſt totum forum repletum eſt hominibus ex creditorum manu effugientibus. Ap-
pius igitur metuens ſibi à plebis impetu, quòd ipſe eſſet malorum illorum autor, at-
que propter ipſum hæc accidiſſe videreotur,ocius ſe ex comitio proripuit. At Serui-
lius abiecta prætexta,ad ſingulos de plebe cum lacrymis procumbeos,vix tandem il-
lis perſuaſit vt eo die ſe continerent,& poſtero die redirent,promitteos rem eorum
ſenatui curæ fore. Ita loquutus,quum per præconem edixiſſet, nemioi creditorum B
licere quenquam ciuem Romanum ob ipſius æs alienũ in neruum abducere, donec
ſenatus de illis cognouiſſet, & præſentes poſſe tutò abire quocunque libuiſſet, hoc
modo tumultum illum ſedauit. Tunc igitur illi ex foro diſceſſerunt. Poſtero autem
die adfuit non ſolùm ipſa vrbana turba:ſed etiam ex proximis agris popularis mul-
titudo,& ſummo manè totum forum plenum erat. Coacto autem ſenatu, vt quid

Appii Claudii cum Seruilio collega iurgiũ

his de rebus ſtatuendum eſſet,conſultaretur, Appius quidem ſuum collegam plebis
adulatorem vocabat,& ducem pauperum inſoleotiæ. Seruilius verò eum auſterum
& arrogantem, & præſentium reipublicæ malorum autorem: & nullus alterca-
tionum finis fiebat. Interea autem Latini equites equis ſummo ſtudio concitatis in
forum aduenerunt, nuntiaruntque hoſtes cum ingenti exercitu domo egreſſos, & C
iam eſſe in ſui agri finibus. Atque illi quidẽ hæc oũtiarunt. Patricij verò,& equeſtris
ordinis viri,& cęteri quotquot vel diuites vel nobiles erant, vt pote qui pro magnis
rebus periclitabantur,arma ocius ceperuot,at quotquot ex illis erant inopes, præci-
puè verò qui ære alieno premebantur, neque arma tangebant, neque vllum aliud
reipub. auxilium ferebant: ſed lætari, & exultare cœperunt bello externo,quaſi ita
præſentibus malis ipſi liberari poſſent:atque iis qui eos abhortabantur ad patriam
defendendam, catenas & compedes cum conuiciis oſteodebant,atque ex ipſis quę-
rebant,num horum bonorum ſeruandorum cauſa æquum eſſet ſe bellũ gerere:quio
etiam multi dicere audebant,ſatius eſſe ſeruire Volſcis quàm patriciorum contume-
lias perferre. Et tota vrbs vlulatus & tumultus, ac variarum muliebrium lamenta-
tionum plena erat. Patres quum hæc viderent,Seruilium alterum conſulem, cuius D
in eo rerum ſtatu magna autoritas apud plebem videbatur eſſe, rogarunt vt patriæ

Seruilii ad plebem concio, qua hortatur vt vnanimes in hoſtẽ eant.

opem ferret. Ille verò,populo ad concionem conuocato, demonſtrabat præſentis
temporis oeceſſitatem non pati amplius ciuiles contentiones, & eos orabat vt tunc
vnanimes in hoſtem irent,neque patriam funditus euerti paterentur,in qua dij pa-
trij & monumenta maiorum ſingulis eſſent, quæ omnibus mortalibus pretioſiſſima
ſunt:vtque parentes vererentur, qui ſe per ætatem non poſſent defendere, vtque
miſericordia mouerentur mulierum, quæ mox mox graues & nefarias contumelias
coactæ eſſent laturæ,præcipuè verò iofantium non ad talem ſpem educatorum in-
iurias & crudeles contumelias miſerarentur. Cæterùm, poſtquam præſens pericu-
lum omnes pari animi contenſione vſi propulſaſſent, tunc viderẽt quónam modo E
æquam & communem ac ſalutarem omnibus reipublicæ formam conſtituerent,ita
vt neque inopes diuitum fortunis inſidiarentur,neque illi contumelioſè humiliorũ
hominum fortunæ inſultarent. Hæc enim in ciuitate nullo modo ferenda *dicebat*.
Quinetiam *viderent* quódnam auxilium ciuile pauperibus. & quódnam moderatũ
ſubſidium creditoribus ferri poſſet. Nam *inquiebat* optimum in vita cõtra omnes in-
iurias remedium,& quod in omnibus ciuitatibus concordiam ſeruat, contractuum
videlicet fides,non omnino,neque io perpetuũ ex ſola rep. R. tolletur. Quum igitur

hæc &

hæc & alia, quæ tale tempus poſtulabat, dixiſſet, poſtremò de ſua erga plebem con-
ſtanti beneuolentia paucis egit, & ſe purgauit, ac ab ea petiit vt ſecum ad hanc expe-
ditionem proficiſceretur, & hanc gratiã ſibi pro ſuo erga ipſam ſtudio referret, quòd
vrbis cura collegæ obtigiſſet, & ad ſe belli imperium delatum fuiſſet: hanc enim for-
tunam ſibi ab ipſa ſorte datam. Dicebat autem, patres ſibi polliciros eſſe ſe ratum fa-
cturos quicquid ipſi plebi promiſiſſet, ſéque illis viciſſim promiſiſſe, fore vt perſua-
deret ipſis plebeiis ne patriam hoſtibus proderent. Hac oratione habita, per præconẽ
edixit, nemini licere ciuium Romanorũ, qui ad bellũ contra Volſcos ſecum profici-
ſcerentur, aut domos retinere, aut vendere, aut oppignerare, aut eorum familiam vl-
A lius contractus cauſa in neruũ abducere, aut etiã impedire quominus quilibet no-
men ad militiam daret, eiúſque particeps eſſet: & qui militiam deſeruiſſet, cõtra eos
creditoribus ius eſſe exigendi quibuſcunque conditionibus pecuniã ipſis mutuò de-
diſſent. Pauperes his auditis confeſtim cõſenſerunt, & magna animi alacritate o-
mnes ad bellum ferebantur, alij quidem lucri ſpe exciti, alij verò Imperatoris gratia,
plurimi verò vt effugerent Appium, & contumelias *patriciorum* in eos qui in vrbe re-
manſiſſent. Seruilius igitur cum hoc exercitu itinere continuato, valde properauit vt Seruilij in Volſcos expeditio.
prius cum hoſtibus congrederetur, quàm ipſi in Romanum agrũ irrumperent. Quũ
autem eos offendiſſet caſtrametatos in agro Pomptino, & Latinum agrum populã-
tes, quòd à ſe inuitati belli ſocij eſſe noluiſſent, circa veſpertinum crepuſculum in
B colle quodam qui XX. ferme ſtadia ab eorum caſtris aberat, caſtra poſuit. Noctu ve-
rò Volſci eos adorti ſunt, exiſtimantes paucos eos eſſe, & ob iter longum fatigatos,
& animis ad operam nauandam minùs paratis ob inopum ſeditiones propter æs alie-
num excitatas, quæ tum maximè vigere credebantur. At Seruilius, quandiu nox
durauit ex ipſo vallo pugnauit, ſed vbi primùm dies illuxit, & animaduertit hoſtes
nullis ſeruatis ordinibus palantes, iuſſit omnes caſtrorum portas clam aperiri, & ſi-
mul vno ſigno exercitum in eos immiſit. Quum autem Volſci in graue, repenti-
num, & inopinatum malum incidiſſent, eorum pauci quidam auſi reſiſtere ad val-
lum pugnantes conciſi fuerunt. reliqui verò effuſa fuga fugientes, multis ſuorum
C amiſſis, plerique ſaucij, & inermes in ſua caſtra ſe receperunt. Sed Romanis illos è
veſtigio inſequentibus, & caſtra circundantibus, poſt non longam defenſionem
caſtra dediderunt multis mancipiis, & pecore, & armis, & reliquo bellico appa-
ratu referta. Captus eſt etiam hominum ingenuorum magnus numerus, partim
ipſorum Volſcorum, partim gentium, quæ ipſis auxilium in eo bello tulerant, &
quicquid pecuniatum, auri, argenti, & veſtium milites habebant: quarum rerum ibi
maxima erat copia haud aliter ac in opulentiſſima aliqua vrbe expugnata. Seruilius
autem hæc omnia militibus conceſſit, vt vnuſquiſque aliquid lucraretur, & nihil
in publicum referret, & prædam diuidi iuſſit: & caſtris incenſis cum exercitu ad
Pometiam vrbem Sueſſæ proximam profectus eſt. Hæc enim ambitus magnitudi-
D ne, & colonorum multitudine, præterea gloria & opibus, longè cæteris antecel-
lere videbatur, & erat tanquam illius gentis caput. qua obſeſſa, & exercitu neque
interdiu, neque noctu ab oppugnatione reuocato, ne vllum temporis ſpatium ho-
ſtibus daretur ad quieſcendum, aut ſomnum capiendum, néve à prælio vnquam
ceſſarent, eos fame confectos, & conſilij inopia, ac ſociorum penuria laborantes,
breui temporis ſpatio expugnauit, & omnes puberes interfecit: omnibúſque
rebus, quæcunque ibi quoque erant, militibus in prædam conceſſis, ad alias vrbes
copias duxit, quòd nullus de Volſcis ipſi amplius reſiſtere poſſet. Quum igitur Ro-
mani res Volſcorum ita afflixiſſent, Appius Claudius, alter conſul, productos in
forum eorum obſides, qui erant trecenti, ne qui in poſterum fidem datis obſidi-
E bus confirmatam temere violarent, in omnium conſpectu virgis cæſos ſecuri per-
cuſſit. Deinde, poſt paucos dies collegæ ex illa expeditione reuerſo, & trium-
phum, qui Imperatoribus ob rem in prælis præclarè geſtam *bellúmque feliciter con-
fectum* concedi ſolet, à ſenatu petenti obſtitit, ſeditioſum & prauæ diſciplinæ ama-
torem eum vocans: præcipuè verò eum accuſans quòd ex eius belli præda ni-
hil in ærarium retuliſſet, ſed quibus voluiſſet, ea omnia largitus fuiſſet. & ſe-
natui perſuaſit ne triumphum ei concederet. At Seruilius, quum exiſtimaret
ſe contumelia à ſenatu affectum, præter Romanorum morem ſe geſſit arro-
gantius. Conuocato enim ad concionem populo in campum ante vrbem ſitum,
& narratis rebus à ſe in bello geſtis, & declarata collegæ inuidia, atque ſena-

r. j.

tus contumelia,dixit ſe à rebus ipſis quas geſſerat,& ab ipſo exercitu ſuorũ laborũ ſo-
cio habere poteſtatẽ triũphandi,ob rẽ præclarè & feliciter geſtam .Hac oratione ha-
bita,faſces coronari iuſſit,& ipſe coronatus & triũphali veſte indutus vrbẽ ingreſſus

Seruilius abſque conſenſu Patrũ de Volſcis triumphat

eſt,toto populo eum proſequente in Capitolium vſque. Quò poſtquam venit,vota
diis perſoluit,ac ſpolia dicauit.Quo facto in multò maiorem patriciorum inuidiam
incurrit,ſed plebis fauorem ſibi conciliauit.Quamuis autem reſp.in talibus ſeditio-
nibus,*talique tumultu* verſaretur,aliquandiu tamen quędam inducię fuerunt ob ſacra
patria, & dies feſtos ac celebritates magnificas,quæ quandiu celebratæ ſunt plebis
ſeditionem cohibuerunt. Illos autem,dum hos dies feſtos celebrarent, Sabini cum
ingenti exercitu inuaſerũt,hac ipſa occaſione iam multo ante obſeruata, noctis ini- A

Sabinos feſtorum dierũ tẽpore irruentes fundit & fugat idẽ Seruilius.

tio iter ingreſſi, vt antequam Romani ſuum aduentum ſentirent, ipſi in vrbe iam
adeſſent,& facillimè eos viciſſent,niſi velites quidam à reliqua exercitus acie diuul-
ſi prædæ cupiditate,villas quaſdam adorti tumultum excitaſſent. Confeſtim enim
clamor exortus eſt, & concurſus agreſtium ad mœnia factus, antequam hoſtes ad
portas accederent. Quorum aduentu à Romanis cognito, qui interea coronati in
ſpectacula erant intenti, ludis relictis ad arma concurrerunt. Et Seruilius militum
voluntariorum manum ſatis firmam præſtò habuit, qua inſtructa impreſſionem in
hoſtes fecit, vigilia & labore defeſſos,neque infeſtum Romanorum aduentum ex-
pectantes. Quum autem ad manus veniſſent concurrerunt vtrique nullo ordine, &
nulla militari diſciplina ſeruata,præ feſtinatione nimia:ſed prout ſors tulit,legio le- B
gioni,cohors cohorti,vir viro occurrit,& equites ac pedites promiſcuè pugnabant.
Vtriſque autem auxilia celeriter venerunt ex ciuitatibus, quæ haud procul inde ab-
erant,quæ quum ſuis laborantibus animos redintegraſſent,effecerunt vt diutius ma-
lis *& laboribus* reſiſterent. Tandem tamen Romani quum equitatus auxilium ipſis
tuliſſet, Sabinos iterum vicerunt, & multis cæſis in vrbem redierunt cum magno
captiuorum numero,& Sabinos,qui in vrbe erant, & qui per ſpeciem ſpectandi cò
profecti, in ſuorum aduentantium gratiam arces & loca vrbis munita occupaturi e-
rant,vt inter illos conuenerat,diligenter conquiſitos in carcerem coniecerunt. Sa-
cra verò quæ bello interrupta fuerant,duplo maiore quàm antè ſumptu ex ſenatuſ-
conſulto inſtaurata ſunt:atque ita populus iterum in epulis atque hilaritatibus ver-
ſabatur. Illis autem adhuc feſtum celebrantibus,legati ab Auruncis venerunt,qui C

Legati ab Aurũcis ad Rom. veniunt.

agri Campani pulcherrimam planitiem tenebant.Iſti in ſenatum introducti,poſtu-
larunt vt ſibi reſtituerent agrum Volſcorum,qui Ecetrani vocabantur,quem Roma
ni Ecetranis ademptum,colonis ad eius gentis præſidium miſſis diuiſerant : & inde
præſidium deducerent.Quæ niſi feciſſent, denuntiabant Auruncos breui in agrum
Romanũ venturos,& pœnas pro iniuriis,quas populis finitimis intulerant, ſumptu-

Romanorum ad Auruncorũ legatos reſpõſum.

ros.Romani verò hæc reſponſa illis dederunt. Renuntiate,legati,Auruncis nos Ro- «
manos æquum eſſe cenſere,vt quæcunque quis ſua virtute hoſtibus ademerit, & ſibi «
compararit,ea ſuis poſteris tanquam res proprias relinquat, bellum autem Aurun- «
corum non timere,vt pote quod neque primum, neque grauiſſimum futurum ſit, «
ſed aſſuetos nos eſſe cum quibuſuis de imperio, & de virtute decertare, & ſi rem ad D
certamen perductam viderimus, nos impetum intrepidè excepturos. Poſtea Aurũ- «

Seruilii in Auruncos expeditio.

cis cum ingenti exercitu ex agro ſuo venientibus, Romani cum ſuis domeſticis co-
piis ductu Seruilij occurrerunt ad Ariciam vrbem , quæ ab vrbe centum & viginti
ſtadia abeſt,& vtrique caſtra poſuerunt in mõtibus natura munitis, parum inter ſe
diſtantia:& vallo munito, in mediam planitiem dimicaturi proceſſerunt, collatiſ-
que ſignis à matutinis horis vſque ad meridiem pugnarunt,alteri alteris fortiter re-
ſiſtentes,ita vt magna hinc inde cædes facta fuerit.Gens enim Auruncorum bellico
ſa erat,& corporis magnitudine, & robore, & truci oris aſpectu feritatem maximè
formidabilem præ ſe ferebat. In hoc prælio virtus atque egregia opera equitum E
Romanorum, & ducis eorum A.Poſtumij Albi,qui anno ſuperiore dictator fuerat,
maximè enituiſſe fertur. Locus enim vbi prælium commiſſum eſt minimè equita-
bilis erat,& confragoſos colles, & profundas conualles habebat,ita vt neutris equi-
tatus vllo modo prodeſſet. Sed Poſtumius iuſſis equitibus quos ſecum habebat,
ex equis deſcendere, & facto ſexcentorum hominum globo, qua parte maximè la-
borabat acies Romana loco pulſa,ab ea parte cum hoſtibus congreſſus eſt, & confe-
ſtim eorum impetum repreſſit. Vt verò ſemel barbari reiecti fuerunt, audacia Ro-
manos ſubiit,accenſis peditibus equitum æmulatione, factóque ex vtriſque agmine
quadrato,

quadrato,dextrum hoſtium cornu ad collem vſque propuleſsũt. atque alij quidẽ hoſtes ad caſtra fugiẽtes inſequuti,magnum eorũ numerũ occiderunt.alij verò eos qui adhuc pugnabant à tergo premebant.Quos etiam in fugam verſos,quum laborioſè & tardè ſe reciperent ad loca accliuia *ac aſpera*, Romani perſequebantur, neruos pedum ſuccidentes, & poplites obliquis gladiis diuidentes, donec ad eorum vallum peruenerunt.Cuius defenſoribus,qui pauci erãt,vi ſubmotis,caſtris ſunt potiti eáque diripuerunt,non magnam tamen prædam ibi inuenerunt, præter arma & equos,& ſi quod aliud bellicum inſtrumentum erat.Atque hæ ſunt res à Seruilio,& Appio conſulibus geſtæ. ¶ POST hos creati ſunt conſules A. Virginius Montanus,& Titus Veturius Geminus,archonte Athenis Themiſtocle, anno ab v.c.ducenteſimo ſexageſimo,quorum conſulatus præceſſit initium ſeptuageſimæ ſecundæ olympiadis,qua iterum vicit in ſtadio Tiſicrates Crotoniates. His conſulibus Sabini iterum contra pop.rom.maiorem quàm antè exercitum ducere parabant:& Medullini facta à Romanis defectione cum Sabinorum gente fœdus adhibito iureiurãdo fecerunt.Patricij,cognito eorum cõſilio,ſeſe ocius apparabant vt totis viribus in eos proficiſcerentur.Plebs verò eorum dicto minimè audiẽs erat:ſed recordabatur ſe toties deceptam fuiſſe eorum pollicitationibus de ſubleuanda egenorũ inopia,& ea omnia quæ pro illis decreuiſſent,ab ipſis irrita fuiſſe facta.Itaque paulatim,& pauci coeuntes iureiurando ſe inuicẽ obſtrinxerunt,nequis amplius patricios in vllo bello adiuuaret,& vt vnicuique pauperum contra cuiuſuis violentiam communi conſenſu omnes auxilium ferrent.Itaque conſpiratio cùm multis aliis in rebus, tum etiam in verborum contentionibus & rixis apparuit,præcipuè verò cõſulibus delectũ habentibus. Quũ enim citati ad danda nomina nõ venirẽt,& lictores conſſ. iuſſu quẽdã de plebe corripuiſſent,pauperes cõferti & cõglobati eũ qui abducebatur eripuerunt,& lictores qui eum dimittere nolebant,ipſi pulſantes repulerũt, neque ab ipſis equitibus,& patriciis quicunque aderãt,quíque id impedire volebant, manus abſtinuerunt,& breui tota vrbs confuſionis & tumultus plena fuit.Et interim dũ ſeditio in vrbe creſcit,foris quoque bellũ lõgè maiore conatu & apparatu ab hoſtibus parabatur.Volſcis enim & Æquis ad defectionẽ iterũ ſpectãtibus,legati ab omnibus Romanorũ ſubditis venerunt,qui petebant vt ſibi opẽ ferrent,néve ſe in ipſa via hoſtibus obiectos desererent.Latini enim dicebant,Æquos irruptione facta in ſuũ agrum omnia populari,& nõnullas vrbes iã diripuiſſe.Cruſtumerini quoque præſidiarij ſignificabãt Sabinos propè eſſe,& ſummo ſtudio illius oppidi præſidiũ oppugnare:alij verò aliquã aliã calamitatẽ acceptã,vel imminentem nuntiabãt,& vt ocius ſibi ſubſidiũ ferretur,poſtulabant. Venerunt etiã ad ſenatũ legati à Volſcis miſſi,qui petebant vt ager ſibi ab illis adẽptus reſtitueretur,antequã belli initiũ fieret.Coacto autẽ ſenatu vt hac de re conſultaretur, T Largius primus à cõſulibus ſententiã rogatus, tũ quia cæteris dignitate antecellere,tum etiam quia prudentiſſimus exiſtimabatur, progreſſus in mediũ ſic eſt loquutus, MIHI certè,p.c.ea quæ alij timenda,& celeri indigere auxilio exiſtimant,neque timenda,neque valde vrgẽtia videntur,quonam modo videlicet auxiliũ ſociis ſit ferendũ,aut quonã modo hoſtes repellẽdi, *ac vlciſcendi*.Quæ verò neque maxima mala alij exiſtimãt,neque in præſenti rerũ ſtatu vrgentia,& quæ neglIgũt quaſi nullũ damnũ nobis ſint allatura,hæc mihi maximè formidanda,& niſi ocius hæc repreſſerimus,extremã euerſionẽ & confuſionẽ reip. allatura videntur,nimirũ contumacia plebis recuſantis conſſ.imperata facere, & noſtra ipſorum in refractarios & liberiùs ſe gerentes acerbitas. Exiſtimo autẽ nulli alij rei vobis in præſentia tam eſſe proſpiciendũ quàm huic,vt ex vrbe hæc mala tollãtur,& omnes vno cõſenſu cõmoda publica priuatis anteponẽtes rẽp. adminiſtremus. Si enim reip.potẽtia cõcors fuerit,facilè poterit & amicos ab hoſte tutos reddere,& inimicis terrorẽ incutere:ſed ſi(vt nũc)diſcors fuerit,horũ neutrũ præſtare poterit. Mirabor verò niſi *hæc diſcordia* ipſam rẽp.cõficiat ac perdat,& ſine vllo labore hoſtibus victoriã tradat:id quod per Iouẽ cæteróſq; deos breui euenturũ puto, ſi ita rẽp.adminiſtrare pergatis. Diuiſi enim ſumus(vt videtis)& duas habemus ciuitates:quarũ alterã paupertas & neceſſitas regunt:alterã,ſatietas & ſuperbia. Pudor verò & modeſtia ac iuſtitia quibus omnis ciuilis ſocietas conſeruatur,ab vtraque exulant.Iã enim per vim mutuò alij ab aliis ius noſtrũ repetimus,& in ſumma violẽtia ſummũ ius ponimus,tanquã feræ,malumúſque aduerſarios noſtro malo perdere,quã noſtræ incolumitati conſulentes, ſimul cum ipſis aduerſariis ſeruari. Quibus rebus vt accuratè

A. V. C. 260, conſulibus A. Virginio & T. Veturio bellũ foris, & domi ſeditio.

Sabini aduerſus Rom. maiorem quàm antea exercitũ parant.

Plebeiorum conſpiratio.

Volſcorum legati ad ſenatũ veniunt.

T. Largii ad ſenatum oratio.

proſpiciatis,de his inſtituta conſultatione poſt dimiſſos legatos, à vobis peto. Reſponſa verò quæ legationibus in præſentia cenſeo danda,hæc ſunt(quandoquidem Volſci à nobis repetunt ea quæ victores armis quæſiuimus, & nobis niſi imperata fecerimus bellum minantur, hæc reſpondeamus) nos Romanos exiſtimare ea honeſtiſſimè & iuſtiſſimè quæſita eſſe, quæ iure belli fuerint parta, neque vnquam nos paſſuros vt virtus ſtultitia deleatur, quod fieret ſi res iam partas traderemus iis qui eas amiſerunt. Sed nos daturos operam vt hæc communicemus cum noſtris omnibus poſteris, atque hæc ipſis relinquamus. Alioqui ſi rebus iam partis ipſi nos fraudaremus, nos ipſos hoſtiliter tractaremus. Laudata autem Latinorum beneuolentia, eorum animos confirmemus, & metum eximamus, & polliceamur fore vt in nullo periculo, quod noſtra cauſa ſubierint, eos vnquam deſeramus donec fidem *erga pop. rom.* ſeruarint, *dicamus etiam* breui nos illis miſſuros tantum copiarum quantum ſatis fuerit ad hoſtium vim propulſandum. Hæc reſponſa & optima & æquiſſima fore iudico. At poſt diſceſſum legatorum primùm ſenatum vrbanis tumultibus dandum cenſeo, idque non longo temporis ſpatio interpoſito,ſed craſtino die. Quum igitur Largius hanc ſententiam dixiſſet, eáque ab omnibus collaudata fuiſſet, tunc legati acceptis reſponſis, de quibus antè actum, diſceſſerunt. Poſtero die conſules, coacto ſenatu de corrigendis, *ac ſedandis* vrbanis tumultibus ad eum retulerunt. Primus igitur rogatus ſententiam P. Virginius, vir popularis, mediam tenens viam, ita eſt loquutus, QVANDO plebs ſuperiore anno ſummam animi alacritatem in bellis pro repub. geſtis demonſtrauit, quo tempore Volſcis & Auruncis cum ingenti atque infeſto exercitu venientibus ſeſe nobiſcũ oppoſuit,cenſeo illos qui tunc nos adiuuerunt, quíque horum bellorum ſocij fuerunt, dimittendos, & nullius eorum vel corpus, vel fortunas à creditoribus detinendas. Et idem ius eorum parentibus vſque ad auos, & filiis vſque ad nepotes concedendum, cæteros verò debitores ex contractuum obligationibus à creditoribus iure abduci poſſe iudico. Poſtea T. Largius, Mihi (inquit) patres conſcripti, optimum videtur ſi non ſolùm illi, qui in bellis ſtrenuè ſe geſſerunt, ſed etiam tota reliqua plebs contractuum obligationibus liberetur. Hac enim ſola ratione totam ciuitatem concordem reddemus. Tertius verò App. Claudius, ſuperioris anni conſul, ita eſt loquutus, Quoties, patres conſcripti, de his rebus agitur, ſemper in eadem permaneo ſententia,nihil eſſe concedendum plebi quod petat, niſi ſit legitimum & honeſtum, neque generoſos reip. animos imminuendos *ac deprimendos.* Et ne nunc quidem aliter ſentio ac principio: alioqui omnium mortalium eſſem ſtultiſſimus, ſi,quum anno ſuperiore conſul collegæ mihi aduerſanti, & plebem in me concitanti reſtiterim, & conſtanter in propoſito perſeuerauerim, nec vllo terrore vt de ſententia decederem compelli potuerim, nec vllis precibus aut gratiæ ceſſerim, iam priuatus me ipſe deiicerem, & meam loquendi libertatem proderem. Siue igitur hanc animi mei libertatem vnuſquiſque veſtrum velit appellare generoſitatem, ſiue arrogantiam, tamen(quandiu viuam) nunquam in gratiam improborum hominum nouas tabulas introducam, ſed etiam omni ſtudio eos oppugnabo, qui eas introducere voluerint, illud conſiderans omnia vitia, diſſentiones, & (vt paucis rem complectar) omnem reipub. ſubuerſionem ex nouis tabulis naſci: & ſiue quis aliqua cum prudentia, ſiue per inſaniam (ſi quidem non priuatam,ſed publicam incolumitatem ſpectandam cenſeo) ſiue quocunque alio modo hæc à me dici putabit, ei permitto vt, prout voluerit,ſentiat:ego tamen ſemper aduerſabor iis, qui inſtituta noua contra patrium morem in rempub. inducent. Quoniam verò tempus non patitur vt de ære alieno agatur, ſed magno aliquo auxilio opus eſt ipſi, quod ſolum eſt ſeditionis in præſentia remedium, cenſeo dictatorem quamprimùm creandum, qui vſus poteſtate nullis reddendis rationibus obnoxia, & ſenatum & populum optimè de repub. ſentire cogat. nulla enim alia ratione tantum malum tolli poterit. Hanc Appij ſententiam, vt optimam, iunioribus ſtrepitu comprobantibus, Seruilius contradicturus ſurrexit, & alij quidam de ſenioribus, qui ad hoc ipſum parati venerant, & valde obnitebantur: tandem tamen vicit Appij ſententia. Poſtea conſules de communi conſenſu, maxima hominum parte exiſtimante Appium dictatorem creatum iri, quaſi ſolus ille *reipubl.* patrocinium fortiter retinere poſſet, illum

P. Virginii ſententia de corrigendis vrbanis tumultibus.

T. Largii eadē de re ſententia.

Appii Claudii eadem de re ſententia.

lum repulerunt,& Manium Valerium, fratrem P. Valerij, qui primus Romæ con-
ſulatum geſſit, quique populariſſimus fore exiſtimabatur, iam ſenem crearunt;
rati ſatis ad terrorem ipſam poteſtatem ſufficere, & præſentem rerum ſtatum ege-
re viro penitus clementi, ne quem nouum tumultum excitaret. Valerius, acce
pto eo magiſtratu, & dicto equitum magiſtro Q. Seruilio, fratre Seruilii collegæ
Appij, populum ad concionem aduocauit. Quum autem ingens turba eò con-
fluxiſſet, tunc primùm ex quo Seruilius magiſtratum depoſuerat, & plebs edu-
cta in expeditiones ad manifeſtam deſperationis inſolentiam ſe verterat, progreſ-
» ſus in tribunal, iſtam concionem habuit, Probè ſcimus, Quirites, id veſtra volun-
A tate fieri vt ſemper aliquos magiſtratus de gente Valeria habeatis, cuius opera ty-
» rannide grauiſſima liberati fuiſtis, & nullius rei quæ eſſet æqua repulſam tuliſtis,
» permittentes vos ipſos arbitrio eorum qui populariſſimi videbantur. Quare, apud
» vos verba faciam non vt vos doceam nos plebis libertatem confirmaturos, quam
» ab initio ei dedimus (vt ſcitis) ſed vt vos paucis moneam, poſſe vos tutò nobis
» fidere, nos, quicquid polliciti fuerimus id re ipſa præſtare velle. Ad eam enim
» ætatis perfectionem venimus, quæ dolis ac imposturis vti non ſolet, & digni-
» tate ſatis ampla præditi ſumus, quæ minimè patitur vt fraudulenter agamus, &
» reliquum vitæ ſpatium non alibi, ſed inter vos ipſos tranſigemus, ita vt ſi qua
» in re vos à nobis deceptos exiſtimaritis, pœnas de nobis ſumendi poteſtas vobis
B ſit futura. Hæc igitur, vt dixi, quum prolixa oratione non indigeant, apud vos
» rei gnaros omittam. Quod autem mihi videmini ab aliis perpeſſi meritò de o-
» mnibus ſuſpicari, quòd videatis ſemper aliquem conſulem hortari vos ad bel-
» la, pollicentem ſe quicquid petieritis, *& quacunque re vobis opus fuerit*, à ſenatu
» impetraturum, & tamen nihil præſtare eorum quæ fuerit pollicitus, hoc vos
» immeritò de me quoque ſuſpicaturos eſſe iſtis duobus præcipuis argumentis fi-
» dem faciam, tum quia ſenatus me, qui plebis ſtudioſiſſimus habeor, minimè a-
» buſus fuiſſet ad tale miniſterium, præſertim quum alij ſint magis idonei, tum e-
» tiam quia non ornaſſet me ſummo hoc dictaturæ imperio, vt ea quæ mihi o-
C ptima viderentur, vel ſine ſua voluntate ad veſtram opem conferre poſſem. Ne
» igitur exiſtimetis me fraudis alicuius conſcium velle vos vnâ cum ipſo ſenatu de-
» cipere, aut me conſilium iniuiſſe vnâ cum eo aſtutè vos circumueniendi. Si e-
» nim hæc vobis in mentem veniunt de me, quaſi ego ſim omnium mortalium
» fraudulentiſſimus, tractate me arbitratu veſtro dummodo habita mihi fide iſtam
» ſuſpicionem ex animis veſtris eximatis. Iras porro ab amicis in hoſtes transfera-
» tis qui veniunt vt patria vos ſpolient, & ex libertate in ſeruitutem redigant, quí-
» que cladibus cæteris quæcunque inter homines grauiſſimæ habentur, vos affi-
» cere primo quoque tempore cupiunt, nec procul à noſtris finibus eſſe nuntian-
» tur. Alacriter igitur accingite vos, & oſtendite ipſis Romanorum potentiam
D vel quum diſſidio laborat, tamen eſſe potentiorem concordi aliorum potentia:
» aut enim illi impetum noſtrum ſuſtinere non poterunt, ſi vnanimes inuaſerimus
» eos, aut pœnas ſua audacia dignas dabunt. Illud enim vobis eſt cogitandum, eſ-
» ſe Volſcos & Sabinos, toties prælio à vobis ſuperatos, qui iam nobis bellum in-
» ferunt, & neque corpora maiora nunc quàm antè afferre, neque animos fortio-
» res quàm ante habere, ſed ſola veſtra diſcordia fretos vos contemnere. Vbi ve-
» rò hoſtes vlti fueritis, ego ſpondeo vobis ſenatum veſtri æris alieni, pro quo con-
» tenditis, rationem habiturum, & quicquid mediocri ab ipſo petieritis, pro eo
» ac metuerit virtus quam in hoc bello exhibueritis, vobis conceſſurum. Inter-
» eà verò omnia bona, omnia corpora libera ſunto, nulli que liceat vllum ciuem
E rom. qui ſit bonæ exiſtimationis & integritatus, vel ob creditam pecuniam, vel
» ob vllum cuiuſcunque contractus ac obligationis nomen pro pignore retine-
» re. Illi autem qui alacriter operam ſuam in prælio nauauerint pulcherrimam co-
» ronam habebunt, nimirum patriæ ſuæ incolumitatem, & præclaram laudem à
» ſociis ſuis referent. Nos quoque eos iis honeſtabimus præmiis, quæ & eorum rem
» familiarem in integrum reſtituere, & genus honoribus illuſtrare poterunt. Et à
» vobis peto vt alacritatis ad ſubeunda pericula exemplum à me ſumatis. Ego e-
» nim non ſecus ac robuſtiſſimus quiſque veſtrûm pro patria pugnabo. Quum
» hanc orationem ab illo habitam tota plebs libenter audiſſet, vt pote quę ſpera-
» ret ſe non amplius deceptum iri, ad id bellum ſuam operam pollicita eſt: & decem

Dictator tertius Manius Valerius creatur.

Manii Valerii dictatoris oratio ad populũ, qua eum ad ſocietatem expeditionis permouit.

legiones conſcriptæ ſunt quarum ſingulæ quatuor hominum millia continebant. Ex his ternæ ſingulis conſulibus attributæ, & tantum equitum quantum ſat eſſet, vnicuique diſtributum eſt: at quatuor reliquas legiones & equites ipſe dictator ducebat: atque inſtructi omnes confeſtim maturarunt iter, & in Æquos T. Veturius, in Volſcos A. Virginius, in Sabinos ipſe dictator Valerius iuit. Ad vrbis verò cuſtodiam cum ſenioribus & exigua quadam iuniorum manu T. Largius relictus eſt. At cum Volſcis citò debellatum eſt. Quum enim ſe militum numero longè ſuperiores hoſtibus exiſtimarent, ſuperiorum cladium memores, celeriùs quàm prudentius coacti pugnare, ocius in Romanos ipſi priores impetum fecêre ſimulatque in mutuum conſpectum venêre, & alteri alterorum caſtra vidêre. Commiſſo autem acri A prælio multa quidem egregia facinora ediderunt, ſed longè maiori clade accepta in fugam verſi ſunt, & caſtra eorũ capta ſunt, & inſigne illius gentis oppidũ, cui nomẽ erat Velitræ, obſeſſum in pop. rom. poteſtatem venit. Pari quoque modo perexiguo temporis ſpatio illa Sabinorũ ſuperbia domita eſt, vno prælio vtriſque de ſumma rerum decernere volentibus: deinde ager vaſtatus, & oppidula aliquot expugnata, vnde magnum hominum numerum milites abegerunt, magnámque pecuniæ vim aſportarunt. Æqui verò ſuis viribus diffidentes, poſtquam audiuerunt debellatum cum ſociis, continebant ſe in locis munitioribus, neque in aciẽ prodire audebant, & quò poterant recipiebant ſe per montiũ & ſaltuum iuga, & tempus terentes bellum aliquandiu produxerunt. Non potuerunt tamen incolumem exercitum redu B cere, quia Romani in locis præruptis audacter eos ſunt adorti, & caſtra eorum expugnarunt. Poſtea & ipſi ex agro Latino fuga ſe proripuerunt, ac mox ſequutæ crebræ deditiones vrbium, quas primo ſuo aduentu atque impetu ceperant, nonnullæ etiam expugnatæ ſunt, quarum arces obſtinatè hoſtes tuebantur, nec dedere volebant. Valerius autem, quum id bellum ex animi ſententia ipſi ſucceſſiſſet, de more ob partam victoriam acto triumpho milites dimiſit, quum tamen ſenatus nondum id opportunum tempus eſſe arbitraretur, ne inopes promiſſa repeterent. In agrum autem bello partum, quem Volſcis ademerant, colonos miſit, quos de inopum numero ſelegerat, vt & hoſtilem agrum quem ceperant, tuerentur & ſeditionem vrbanam minuerent. His rebus geſtis, petiit à ſenatu vt pro egregia opera, in ipſius gratiam in præliis alacriter nauata, plebi ea quę promiſerat, præſtaret. Sed C quum ſenatus ad eius verba mentem non adhiberet, at (vt antea) eius ſententiæ aduerſaretur, iuniores & violenti homines, qui etiam aliis numero longè ſuperiores erant, facta in eum conſpiratione tunc quoque ei aduerſabantur, & grauiter in eum inuehebãtur, ipſius familiam populi adulatricem appellantes, & morum improborum autorem. Sed quum nuntiatum fuiſſet hos ipſos homines in cõcione & iudiciis hac reip. adminiſtrandæ ratione totam patriciorum potentiam ab eo ſublatam queri, tunc verò præcipuè Valerius grauiter indignatus, & de iniuſtis eorũ calumniis cũ exprobratione apud populum queſtus, & deplorato infelici talium conſiliorum futuro exitu, & (vt ſolet accidere in tali malo) partim præ dolore, partim etiã quod eſſet præcellenti prudentia præditus, infortunia futura vaticinatus è curia ſe proripuit, D & conuocato ad concionem populo, ſic eum eſt alloquutus, Quum magnam gratiã vobis, Quirites, habeã ob alacritatem quam mihi exhibuiſtis, vltrò bellum hoc ſuſcipientes, & in eo me iuuantes, & multò maiorem ob ſpectatam veſtram virtutem in bellicis certaminibus, equidem multũ ſum conatus gratiam vobis referre, tũ aliis rebus, tum hac, vt præſtarẽ ea quæ ſenatus nomine vobis pollicitus fueram, vtque cõſiliarius ac arbiter vtriuſque partis conſtitutus, iam tandem veſtram ſeditionem ſedarem, vóſque ad concordiam perducerem. Sed huic meo ſtudio obſtant ii, qui non optimè reip. conſulunt, ſuíſque commodis in præſentia ſtudere malunt, cæteróſque ſuperant, & hominum multitudine & viribus, quas illis ætas iuuenilis dat maiores E quàm præſens rerum ſtatus poſtulet. at ego iam ſum ſenex, vt videtis, & alios ſimiles habeo ſocios, quorum vires quum in ſolo conſilio poſitæ ſint, nequeunt re ipſa exequi quod illi ſentiunt, nec aliud nobis eſt reliquum, quàm vt hæc noſtra prouidẽtia, qua reip. conſulere videmur, priuatim nobis apud vtramque partem odium conciliet. Nam & ſenatus me accuſat, quòd veſtræ multitudinis ſim ſtudioſus, & apud vos malè audio quaſi maiorem beneuolentiam in ipſum demonſtrem. Si igitur plebs beneficio antè affecta promiſſis ſenatui à me factis non ſtetiſſet, ad hoc fuiſſet mihi reſpondendum vos fidem veſtram fefelliſſe: at in me nulla fraus fuiſſet.

iam verò

Cum Volſcis citò debellatũ eſt & quomodo.

Sabinorum ſuperbia perexiguo temporis ſpatio domita.

Æqui ex agro Latino fuga ſe proripiunt.

M. Valerius triumphat.

Manii Valerii oratio ad populum, qua ſe apud ipſum excuſat de eo quòd promiſſa illi non præſtet, & culpam in ſenatũ confert.

» iam verò quia ſenatus non præſtitit quæ vobis promiſit, neceſſe eſt vt apud populũ
» verba feciã, quib. probẽ hæc vobis meo conſenſu non accidiſſe, ſed æquè nos vtroſq;
» deceptos, ac præter expectationẽ circumuẽtos fuiſſe, & me multò magis quàm vos,
» quia non ſolùm iniuriam patior, quòd cũ cæteris omnibus fuerim deceptus, ſed etiã
» quia priuatim malè audio, quaſi prædam ex hoſte captam non ex communi ſenatus
» ſententia illis, qui de vobis ſunt egeni, dederim, ſtudens priuatis meis commodis, &
» quaſi ciuium bona, velit nolit ſenatus, publicare cupiam, & quaſi cõtra leges & præ-
» ter militię diſciplinam fecerim, quòd repugnante ſenatu vos dimiſerim, quos in ho-
» ſtico caſtrenſibus laboribus & erroribus fatigare oportuerat. Quinetiam exprobra-
A ta mihi eſt colonia à me in Volſcos miſſa, quòd agrum amplum ac feracem non pa-
» triciis aut equitibus largitus fuerim, ſed iis qui de vobis ſunt egeni diuiſerim, præci-
» puè verò quod mihi maximum ſtomachum mouet, illud eſt, quòd plures quàm qua-
» dringentos plebeios in ordinem equeſtrem à me relatos dicant, qui in hac expedi-
» tione rem ſuam familiarem non mediocriter auxerint. Certè ſi hæc mihi viribus
» corporis valenti accidiſſent, re ipſa inimicis demonſtraſſem, quali viro contumeliam
» fecerint. Iam verò, quum ſeptuageſimum ætatis annum exceſſerim, neque amplius
» mihi ipſe opem ferre, *ac iniurias illatas propulſare, & vindicare* poſſim, quumque vi-
» deam veſtras ſeditiones à me ſedari amplius nõ poſſe, imperium depono, & quibuſ-
« libet, (ſiquid fraudis à me admiſſum exiſtimant) mei corporis poteſtatem facio, vt
B me arbitratu ſuo tractent, prout æquum eſſe iudicarint. Hac oratione habita, tota
» plebs commiſeratione mota eſt, eumque de foro decedẽtem proſequuta eſt: id quod
Patrum animos longè magis in ipſum exaſperauit. Statim autem hæc poſtea conſe-
quuta ſunt. Inopes non amplius clam, neque noctu, vt antè, ſed propalam iam coẽũ-
tes, conſultabant de defectione à patriciis facienda. Quum autem ſenatus id pro-
hibere vellet, imperauit conſulibus vt exercitus nondum dimitterent. Adhuc enim
in poteſtate ſua habebat ſacras legiones, quæ militaribus ſacramentis tenebantur,
nec eorum quiſquam ſigna relinquere audebat. Tantùm apud vnumquemque iu-
riſiurandi religiò valebat. Prætexebatur autem ſpecioſa educendi exercitus cauſa,
C quaſi Æqui & Sabini facta conſpiratione bellum pop. Rom. inferre decreuiſſent.
Sed poſtquam conſules cum copiis ex vrbe ſunt egreſſi, & caſtra non magno ſpatio
inter ſe diſtantia poſuerunt, milites in vnum omnes coẽũtes, armorúmque & ſigno-
rum domini, Sicinnio quodam Belluto eos concitante, raptis ſignis à conſulibus de-
fecerunt. Hæc autem militiæ à Romanis in ſummo honore & tanquam ſacra deorũ
ſimulacra habentur: creatiſque nouis centurionibus, & belli totius ſumma ad Sicin-
nium delata, occuparunt montem quendam ad Anienem amnem, non procul ab
vrbe ſitum, qui nunc ab eo tempore mons ſacer vocatur. Quum autem conſules &
centuriones eos cum precibus & fletu reuocarent, & multa pollicerentur, reſpon-
» dit Sicinnius, Quo animo, patritij, eos quos patria expuliſtis, & ex liberis ſeruos fe-
D ciſtis, nunc reuocatis? aut qua fide promiſſa veſtra firmabitis, quam toties à vobis fal
» ſam fuiſſe conſtat: Sed quando ſoli vrbem vultis tenere, hinc abite, nec vobis inopes
» atque humiles homines moleſti erunt. Nos verò omni regione, in qua libertatem no
» ſtram retinere poterimus, contenti erimus, & vbicumque illa fuerit, eam patriã no-
» ſtram ducemus. His in vrbem renuntiatis, ingens tumultus & fletus eſt exortus, &
per vias factus concurſus, plebeiis vrbem deſerere parãtibus, patriciis verò eos à pro-
poſito deterrere conantibus, & vim illis qui parere nolebant, afferre volentibus. Et
clamor, atque comploratio ingens ad portas erat, nec à dictis, nec à factis hoſtilibus
homines ſibi temperabant, quia nullus amplius aut ætatis aut ſodalitatis, aut digni-
tatis ac virtutis reuerentia mouebatur. Quum autem qui à ſenatu ad exitus ſeruan-
E dos ſtatuti fuerant, diutius *plebis furori* reſiſtere non poſſent quòd numerus ipſorum
eſſet exiguus & per vim à plebe diſiecti cuſtodiam deſeruiſſent: tum verò magna ple
bis multitudo ſeſe effundebat, erâtque non ſecus ac capta vrbe commiſeratio & vlu-
latus eorum qui remanebãt, & incuſatio mutua eorũ qui vrbẽ deſeri conſpiciebant.
Poſtea ſenatus crebro habitus, & ſeceſſionis huius autores accuſat. Eodem autem tẽ-
pore hoſtes etiam eos inuaſerunt, & prædabundi vſque ad ipſa mœnia excurſiones
fecerunt. Verumtamen qui ſeceſſionem fecerant, res ad victum neceſſarias ex pro-
ximis agris ſumentes, & à cæterjs agri maleficiis ſibi temperantes, ſub dio manebãt,
& eos qui ex vrbe & finitimis caſtellis adueniebant, quorum iam magnus erat nu-
merus, excipiebant. Non ſolùm enim ad eos confluebant illi, qui ære alieno liberari,

Pauperes conſultant de deficiendo à patriciis.

Plebis ſeceſsio in montẽ qui poſtea ex eo dictus fuit ſacer.

Sicinnii reſpõſum ad eos qui plebem reuocabant.

& iudicia & impendentes neceſſitates effugere cupiebant, verùm etiam alia turba
hominum otioſorum & ſegnium, & eorum qui non habebant vnde ſuis cupidita-
tibus ſatisfacerent, & qui malis artibus ſtudebant, & qui aliorum felicitati inuide-
bant, denique, qui ob aliquam aliam calamitatem vel cauſam, iniquo animo præſen-
tem reip. ſtatum ferebant. Interea verò patricij in magnam perturbationem &
animi conſternationem inciderunt, ingénſque timor eos inuaſit, quaſi mox mox
ij qui ſeceſſionem fecerant, vrbem coniunctis cum externo hoſte copiis eſſent ag-
greſſuri. Deinde, tanquam ſigno dato, correptis armis cum ſuis quique clien-
tibus, alij quidem ad vias ſeruandas, qua hoſtes venturos putabant, accurre-
bant: alij verò ad caſtella munitionum cuſtodiendarum cauſa prodibant: alij in A
adiacentibus vrbi campis caſtra ponebant. Qui verò propter ſenium nihil ho-
rum facere poterant, ad muros acie inſtructa collocati ſunt. Verùm, vbi ani-
maduerterunt, plebem, quæ ſeceſſionem fecerat, neque ſe cum hoſtibus con-
iungere, neque agrum vaſtare, neque vllum aliud damnum dare, quod eſſet

Conſultatur quibus conditionibus compoſitio fieri cũ plebe poſſit.

alicuius momenti, metuere deſierunt, &, mutata ſententia, conſultare cœperunt
quibuſnam conditionibus compoſitio cum ea fieri poſſet. Et variæ ac plurimùm
inter ſe diſcrepantes ſententiæ à principibus ſenatus dictæ ſunt, atque moderatiſ-
ſimæ & præſenti fortunæ maximè conuenientes eæ fuere, quas eorum natu ma-
ximi dixere, quibus docebant nulla malitia plebem à ſe feciſſe ſeceſſionem, ſed B
partim vrgentibus calamitatibus compulſam, partim à malis conſiliariis deceptam,
& quodam animi impetu magis quàm certa ratione in vtilitate iudicanda vſam: id
quod imperitæ multitudini accidere ſolet: deinde pleróſque eorum ſibi conſcios eſ-
ſe ſe mala iniiſſe conſilia, & ſtudere peccata ſua abolere honeſtam aliquam occa-
ſionem nactos. Et certè re ipſa pœnitentiam præ ſe ferre, & ſi quam bonam ſpem
de futuro haberent, ipſis ex ſenatuſconſulto impunitate data, factaque honeſtis
conditionibus compoſitione, acquieturos, ſeque lubenter in ſuas ſedes recepturos.
Dum autem patribus conſilium hoc darent, orabant eos ne ipſi qui erãt hominibus
deterioribus præſtantiores ſe ira vinci paterentur, néue in illud tempus compoſitio-
nem differrent, quo tempore ſtulti vel neceſſitate coacti ſapere, vel minus malũ ma C
iori ſanare, & traditis armis, & corporibus deditis, libertatem ipſi ſibi eripere coge-
rẽtur, hæc enim vix fieri poſſe dicebant. Petebant itaque ab ipſis vt moderatè ſe ge-
rentes conſiliorum vtilium autores eſſent, & plebẽ ad compoſitionem prouocarent,
illud cogitantes, adminiſtrationem & curam reip. ad patricios pertinere, amicitiã &
pacẽ ad bonos ciues, ſenatus verò amplitudinem non propterea multũ imminutum
iri dicebant, ſi fortiter caſus neceſſarios ferentes tuta conſilia ſequerentur, ſed ſi ira-
cundia in animis pertinaciter ſeruata remp. euerterent. Inſani autẽ eſſe, decori ita
cupidum eſſe vt propriam ſalutem negligas. Optandum enim eſſe vtrunque poſſe
conſequi, ſed ſiquis alterutro prohibeatur, ſalutem honeſtati, vt rem magis neceſſa-
riã præferendam eſſe. Denique eorũ conſiliũ eò ſpectabat vt legari ad plebem quæ D
ſeceſſionem fecerat, de pace acturi mitterentur, quum nullum ab ea peccatum

Legati ad plebem mittuntur.

admiſſum eſſet quod ſanari non poſſet. Placuit id ſenatui. Poſtea delectos ad
eam rem maximè idoneos viros miſit in caſtra eorum qui ſeceſſionem fecerant,
cum mandatis vt quærerent ex illis quidnam peterent, & quibuſnam æquis
conditionibus in vrbem redire vellent. Nam ſi quid æqui aut quod fieri poſ-
ſit poſtularent, ſenatum illis non aduerſaturum *dicebant*: nunc igitur ſi arma
depoſuerint, & in vrbem redierint, delictorum impunitatem ſenatum illis con-
ceſſurum, & omnem iniuriarum memoriam ab illa die in poſterum depoſiturum.
Quòd ſi ſtrenuam operam reip. nauarint, & alacriter pro patria pericula ſubierint,
non defutura etiam honeſta ac fructuoſa præmia. Legati hæc mandata allata apud E
exercitum expoſuerunt, addiderúntque ea quæ ad cauſam facere arbitrabãtur. Sed

Plebs conditiones ſibi propoſitas non admittit.

quum ipſa plebs quæ à patriciis ſeceſſionem fecerat, eas conditiones ad quas inuita-
batur non admiſiſſet, at in patriciorum ſuperbiam & acerbitatem, & magnam ſi-
mulationem grauiter fuiſſet inuecta, quòd illi ſimularent ſe ignorare quaſnam res
ipſa plebs peteret, & quibus coacta neceſſitatibus ab ipſis ſeceſſiſſet, & ei impu-
nitatem concederent, ne ob ſeceſſionem factam vllas pœnas daret, quaſi rerũ ſum-
ma penes illos adhuc eſſet, quum tamen ipſi egerent ciuium auxilio contra externũ
hoſtẽ, totis viribus iamiam affuturum, cui ne reſiſtere quidẽ poſſent ipſi, qui ſalutem
ſuam non tam ſibi vtilitatem quàm ſuis belli ſociis felicitatem allaturam putabant.

Quum

Quum autem *plebeii* poſtremæ ſuæ orationi hoc addidiſſent, ipſos patricios iam melius cognitis difficultatibus quibus reſp. premebatur, intellecturos cum quibus aduerſariis certamen ſibi ſit futurum, & quum præterea multas & graues minas ipſis intentaſſent, Legati, quum adhæc nihil amplius reſpondiſſent, diſceſſerunt, & patriciis quid à plebe quæ ſeceſſerat, reſponſum eſſet, declarauit. Vbi autem ciuitas hæc reſponſa accepit, multò grauius quàm antè tumultuari ac trepidare cœpit: & neque ſenatus vllum malorum remedium inuenire poterat, neque dilationem: ſed quum per dies multos nihil aliud quàm maledicta & accuſationes mutuas inter primores patrũ audiret, ita nullo ſ.c. facto dimittebatur: neque plebs quæ adhuc patri-
A ciorum beneuolentia, vel patriæ deſiderio in vrbe præter voluntatem detinebatur, ſui perſtabat ſimilis, ſed huius quoque & palam & clam magna pars dilabebatur, & nihil certi ac firmi eſſe videbatur in iis qui remanebant. Interea conſſ. (reliquum enim magiſtratus eorum tempus breue erat) comitia ad certam diem indixerunt. Plebs autẽ, poſtquam dies venit magiſtratuum in campo *Martio* ſuffragiis populi eò conuenientis creandorum, quum nullus cõſulatum ambiret, neque oblatum accipere auderet, ipſa conſſ. fecit qui eum magiſtratum iam antè geſſerant, viros qui & apud plebem & apud optimates gratioſi erant, Poſtumium Cominium, & Sp. Caſſium, quorum auſpiciis Sabini debellati, Romanis imperio ceſſerũt: ſeptuageſima & ſeptima olympiade, qua vicit in ſtadio Tiſicrates Crotoniates, archonte A. V. C. 261. Olym. 72. coſſ. Poſtumius Cominius & Sp. Caſſius.
B Athenis Diogneto. Iſti inito magiſtratu calendis ſeptembris, maturius quàm ſuperiores conſſ. facere conſueuerant, antequàm aliud quidpiam agerent, conuocato ſenatu de plebis reditu ad eum retulerunt, petierúntque vt patrum vnuſquiſque diceret quidnam ea de re ſentiret, primumque ſententiam rogarunt Agrippam Menenium, virum qui tunc ætate præſtantiſſima erat, & qui cæteris prudentia antecellere exiſtimabatur, & qui præcipuè laudabatur quòd optimè in reip. adminiſtratione ſe gereret, quia in neutram factionum partem inclinabat, ita vt neque optimatũ ſuperbiam augeret, neque plebi daret licentiam faciendi quicquid vellet. Is ſenatum ad compoſitionẽ faciendam hac oratione eſt hortatus, SI, PATRES CONSCRIPTI, omnes qui hîc adſunt, eandem haberent mentem, & nullus impedimen-
C to futurus eſſet, quominus compoſitio quibuſcunque cõditionibus ſiue æquis ſiue iniquis cum plebe fiat, ſimul etiam ſi de his tantùm in præſentia nobis eſſet conſultandum, paucis meam ſententiam vobis aperirem: iam verò quoniam nonnulli hoc ipſum conſultatione indigere arbitrantur, vtrum vobis magis expediat compoſitionem cum plebe quæ ſeceſſit facere, an bellum cum ea gerere, nõ facile mihi eſſe puto paucis vos monere quid factu optimum cenſeã: ſed neceſſe eſt vt prolixiore vtar oratione, qua doceam eos qui de vobis à pace ſunt alieni, contrariũ ſuadere, vel certè grauiſſimis & inſanabilibus malis ſatis inconſideratè prouidere, dum volunt vos
D terrere obiectis, quas ipſi formidãt, quibuſdã difficultatibus leuiſſimis, & ad quas remediũ facilè adhiberi poteſt: idque ob nullã aliam cauſam facere, quàm †quia nõ ratione, ſed potius ira & inſania vtilitatẽ ſuã metiuntur. Quomodo enim iſti dicẽtur mente præuidere aliquid quod ſit vtile, aut quod fieri poſſet, qui exiſtimant tantam rẽp. & cuius imperium tam longè latéque patet, & quæ iam odioſa & grauis eſt populis finitimis, poſſe vel ſine plebe ſubditas gentes facilè in officio continere atque tutari, vel aliam plebem meliorem in huius nequiſſimæ locum in vrbem inducere, quæ foris pro ipſorum imperio pugnet, & quietiſſimè in ciuitate viuat, ac ſe cùm pacis tum belli tempore modeſtè gerat? nihil enim aliud poſſet afferre, quo freti pacem à nobis minimè accipiendam cenſeant. Quorum vtrunque quantæ ſit plenum
E ſtultitiæ, vellem vt ex ipſis rebus conſideraretis: illud cogitantes, quum plebs à vobis ſeceſſerit, propter eos qui neque ciuiliter neque moderatè in ipſius aduerſa fortuna ſe geſſerunt, & ex vrbe diſceſſerit, nullúmque aliud maleficium vobis fecerit aut facere in animo habeat, ſed tantummodo ſpectet quânam ratione honeſtam pacem facere poſſit: multos eorum, qui animis erga vos malè ſunt affecti, hãc occaſionem à fortuna ſibi oblatã auidè arripuiſſe, & animis eſſe elatis, atque illud ſibi optatiſſimum tempus veniſſe arbitrari, quo veſtrum imperium euertant. Nam Æqui, Volſci, Sabini & Hernici, præter quàm quòd bellũ continenter nobiſcũ gerũt, recentibus etiam cladibus exaſperati, noſtros agros publicant. Campaniæ verò & Etruriæ populi quotquot dubia fide à nobis ſunt relicti, eorum alij apertè defectionem faciunt, alij occultè ſe ad eam parant. Quinetiam Latini cognati noſtri haud amplius

Agrippæ Menenii oratio, qua ſenatum ad cõpoſitionem cum plebe faciendam hortatur.

† *Vel potius,* Quia non ex ratione ſed ex ira & furore de eo quod expedit iudicant. *Siue,* Quia non rationis, ſed iræ & furori, iudicium de eo quod vtile eſt permittunt.

mihi videntur conſtanter in amicitia & fide permanere,ſed horum quoque magna
pars mutationis *ac rerum nouarum* cupiditate capta, cuius omnes natura ſunt cupid.,
laborare fertur. Nos verò qui antè ad hanc vſque diem aliis bellum inferebamus,
nunc ipſi mœnibus incluſi ſedemus,& agros incultos relinquimus, & villas noſtras
in noſtro conſpectu diripi patimur,& prædam abigi, & ſeruitia transfugere, igno-
ramuſque quomodo in his malis nos gerere debeamus.Et hæc quidem patimur quia
adhuc ſperamus plebem nobiſcum compoſitionem eſſe facturam , & quia ſcimus in
noſtra eſſe poteſtate,vno ſenatuſconſulto omnem ſeditionem ſedare.Quum autem
foris rerum noſtrarum ſtatus adeò ſit miſer,ne domeſtica quidem mala minus ſunt
formidanda:neque enim ad tolerandam obſidionem auxilia multo ante parauimus, A
neque ipſi ſatis numeroſas copias aduerſus tot hoſtium gentes habemus.Noſtri ve-
rò exigui,neque ſatis firmi numeri maior pars eſt ex plebeiis, mercenariis,cliētibus
& opificibus,qui ſibi manu victum quæritant, quique ſunt ſtatus optimatum per-
turbati non admodum firmi cuſtodes. Et crebra transfugia ad eos, qui ſeceſſerunt,
faciunt vt reliqui omnes ſint ſuſpecti:ſed præter hæc omnia commeatus,qui ad nos
apportari non poteſt,quòd ager ſit in hoſtium poteſtate,famem præcipuè nobis mi-
natur.Sed & vbi ad ipſam inopiam fuerimus redacti,*hoc* multò maiorem terrorē no
bis incutiet Præterea ipſum bellum, quod non ſinit vnquā animos noſtros quieſce-
re,*nos terrebit*.Sed quod atrociſſima quæque mala ſuperat illud eſt,quòd mulierculæ B
illorum qui ſeceſſionem fecerunt,& infantes,& parentes ſenio confecti,ſordidati,ac
lugubri habitu per forum & per compita vagantur, flentes, vnumquenque ſuppli-
citer orantes , dextram & genua vniuſcuiuſque attingentes, deplorantes ſolitudi-
nem ad quam ſunt redacti,& quæ in poſterum maior etiam eſt futura,atrox ſanè &
non ferendum ſpectaculum.Nullus certè eſt adeò efferatis moribus,quin , ſi hæc vi-
deat,animo grauiter turbetur , & hominum hoc infortunio vehementer commo-
ueatur.Quapropter ſi plebi diffidere volumus, tollenda quoque ſunt è medio cor-
pora iſta, quorum alia ad obſidionem tolerandam nullum vſum ſunt allatura , alia
verò conſtanter in amicitia & fide non ſunt permanſura. Si igitur hæc quoque ex-
pellantur,quænam copiæ ad vrbem tuendam relinquentur?aut quibus freti auxiliis C
grauia mala ingruentia ferre audebimus? Illud enim noſtrum domeſticum refugiū,
ac ſola certa ſpes,patriciæ iuuentutis robur paruum eſt,vt videtis, nec ſatis dignum
ob quod magnificè de nobis ſentiamus . Quid igitur belli ſuſtinendi autores de-
lirant,nobiſque fucum faciunt? quin potiùs apertè ſuadent vt ſine ſanguine & ſine
labore vrbem hoſtibus iam dedamus? At fortaſſe ego hæc inaniter iacto , & ea for-
midanda cenſeo quæ minimè ſunt extimeſcenda. Fortaſſe etiam nullum aliud peri-
culum,reip.iā impēdet quàm mutatio,res haud difficilis,quia perfacilè ex quibuſuis
gētibus & locis mercenariorum & clientium turbam in vrbem recipere poterimus.
Hoc enim eſt quod multi plebis aduerſarij , & certè quaſi res non contemnendas
vulgò iactant. Nonnulli enim eò ſtultitiæ iam ſunt prouecti vt non ſententiarum D
ſalutarium ſint autores,ſed vota quæ fieri nequeunt,proferant. Ex quibus libenter
quærerem , quodnam temporis ſpatium ad hæc liberè exequenda nobis in hoc ſta-
tu verſantibus dabitur,quum hoſtes vrbi adeò ſint propinqui? Quænam venia *da-
bitur* moræ & cunctationi venturi auxilij, in malis quę nullas moras & nullam cun-
ctationem patiuntur. Quis mortalium aut immortalium nos tutabitur, & paca-
tiſſimè *ac per amplum otium* auxilia vndecunque contrahet, & huc vſque ad nos
deducet?Præterea quinam illi ſunt , qui patriam ſuam deſerent , & ad nos migra-
bunt? vtrum illi qui iam certas ſedes & lares & res ad victum neceſſarias habent,
& qui ob maiorum nobilitatem , vel ob virtutis ſuæ gloriam apud ſuos ciues in ho-
nore eſſe poſſunt?At quiſnam ſuis bonis relictis alienorum malorum turpiter parti- E
ceps fieri æquo animo velit? neque enim pacis & deliciarum particeps futuri huc
venient , ſed periculorum & belli,quorum exitus felix necne ſit futurus incertū eſt.
An turbam plebeiam & laribus carentem in vrbē introducemus, cuiuſmodi ea erat
quæ hinc expulſa fuit , nimirum quæ æs alienum & mulctas aliaque iſtiuſmodi ma-
la libenter ſecum ſit tranſlatura,quocunque ei migrare contigerit? quæ licet alioqui
frugi & modeſta ſit , (vt hoc quoque eis largiamur ,) quia tamen neque domi nata,
neque eadem vitæ ratione vtitur,quia etiam noſtrorum morum & legum , & diſci-
plinæ imperita erit,proculdubiò longè,imò verò omnino hac noſtra plebe deterior
eſt futura.Huius enim indigenæ & liberos & coniuges, & parentes,& multos alios
neceſſarios

neceſſarios hîc obſides habemus,atque adeò ipſum natalis ſoli deſiderium, quod o-
mnibus ineſt neceſſariò,nec poteſt eximi. At aſcita hæc & inquilina turba,ſi nobiſ-
cum habitarit,quum nihil horum hîc habeat,cuius boni cauſa periclitari volet, niſi
quis polliceatur ſe ei & agri partem daturum, & vrbis portionem aliquam iis e-
reptam qui nunc eam poſſident, quæ tamen nolumus impertiti ciuibus. qui ſæpius
pro his certarunt? Ac fortaſſe ne bis quidem ſolis datis contenta erit,ſed etiam ho-
norum & magiſtratuum & aliorum bonorum ex æquo cum patriciis particeps eſ-
ſe volet? Quapropter, niſi quæcunque poſtularint eis conceſſerimus, eos ob acce-
ptam repulſam inimicos habebimus,quòd ſi conceſſerimus,patria & reſpub. à no-
A bis ipſis euerſa peribit. Non addam hoc loco nobis in præſentia opus eſſe hominibus
ad bellum idoneis, non agricolis,aut mercenariis, aut mercatoribus, aut etiam iis
qui ſordidis artibus operam nauant, quos vno eodémque tempore & res bellicas
diſcere,& earũ ſpecimen dare oportebit, ſed nõ aſſueto difficile eſt ſui ſpecimen da-
re. Neceſſe autem eſt tales eſſe eos,qui huc conuenient, & ex omnibus nationibus
migrabunt. Nullas enim militares ſociorum copias in noſtram gratiam iam coactas
video,neque ſi quæ ex inſperato apparerent, vobis eas intra mœnia temerè recipiẽ-
das cenſerem, quum nos ipſi ſciamus multas vrbes ab exercitibus præſidij cauſa
in eas introductis in ſeruitutem fuiſſe redactas. Hæc igitur & alia quæcunque à no-
bis antè ſunt dicta conſiderantes: præterea,eorum qui vos ad pacem hortantur me-
B mores,ſciatis nõ apud nos ſolos aut primos diſſenſiſſe pauperes à diuitibus, & igno-
biles à nobilibus: ſed in omnibus,vt ita dicam, & paruis & magnis ciuitatibus, ple-
runque multitudini paucitatem eſſe inimicam, in quibus rerumpub. principes, qui
moderatè ſe geſſerunt,patrias ſuas ſeruarunt,qui verò arrogantes fuerunt,vnà cum
cæteris viris bonis ipſi ſe quoque perdiderunt, & quicquid ex multis partibus con-
ſtat,ita natura comparatum eſſe,vt aliqua eius pars laboret: præterea,neque ſemper
partem,quæ in humano corpore laborat, reſecandam eſſe. Ita enim reliquum cor-
pus aſpectu turpe eſſet,nec ipſa natura diutius duraret: neque etiam ciuilis ſocietatis
laborantem partem expellendam, hoc enim pacto partibus corporis paulatim de-
C pereuntibus,totum corpus exiguo temporis ſpatio interiret. Conſiderantes etiam
quanta ſit vis neceſſitatis,cui ſoli vel ipſi dij cedunt, æquo animo feratis fortunæ vi-
ciſſitudines: neque, quaſi res omnes vobis ex animi ſententia ſint ſucceſſuræ, arro-
gantia & rerum imperitia tumeatis, ſed flectamini & cedatis, recti conſilij exempla
ſumentes,non ex rebus quas alij geſſerunt,ſed ex iis quas vos ipſi geſſiſtis. Oportet
enim tum ſingulos ciues, tum integram ciuitatem rebus ſuis præclariſſimè geſtis
gloriari,& dare operam vt poſtremæ primis reſpondeant. Vos igitur multos hoſtes,
à quibus grauiſſimas accepiſtis iniurias, in veſtram poteſtatem iam redactos neque
occidere,neque ex ſuis ſedibus expellere voluiſtis,ſed & domus,& agros ipſis reddi-
diſtis,& patriam ſuam,in qua nati erant,incolere permiſiſtis, quinetiam nonnullos
D eorum ciuitate donatos in parem iuris,libertatiſque conditionem,qua ipſi eſtis, re-
cepiſtis: Sed aliud veſtrũ facinus iſto lõgè admirabilius afferre poſſum, quòd ſcilicet
multis veſtris ciuibus,qui grauiter in vos deliquerant,pœnã remiſiſtis,ira in ſolos *de-
lictorum* autores effuſa,in quo numero ſunt coloni,quos Antemnas,Cruſtumerium,
& Medulliã & Fidenas miſiſtis,& multi alij. Quid enim iam omnes recẽſendi ſunt,
quos obſidione expugnatos moderatè & ciuiliter caſtigaſtis? neque tamen in vllum
propterea periculum aut vituperationẽ reſp. incurrit,ſed laudatur veſtra clementia
neque ſalus publica imminuta eſt. Vóſne igitur,qui hoſtibus parcitis,cũ amicis bellũ
geretis? & qui hoſtes in veſtrã poteſtatẽ redactos impunitos dimittitis,eos qui vos in
imperio parando adiuuerunt mulctabitis? & qui vrbem veſtram omnibus ea indigẽ-
E tibus tutum refugium præbetis, ſuſtinebitis ex ea expellere ipſos indigenas cũ qui-
bus diuturnam habuiſtis conſuetudinem, & cum quibus educati fuiſtis, & multorũ
cùm malorum, tum bonorum, & pacis & belli tempore participes fuiſtis? non: ſi id
quod æquum eſt,quódque veſtros mores decet, facere volueritis, & ſi ſine ira quid
vtile ſit iudicaueritis. Sed,dixerit quis,nos quoque ſeditionem ſedandã cenſemus,
hócque nobis non minus *quam tibi* placet,& ad hanc rem maximè ſumus propenſi,
ſed quomodo ſedanda ſit,hoc nobis oſtende ſi potes. Vides enim quanta ſit in plebe
arrogantia,quæ,quanuis ipſa iniuriam nobis fecerit, tamen nullos legatos de pace
ad nos mittit,neque noſtris legatis vllum ciuile ac humanum reſponſum dat,ſed fa-
ſtu tumet,& minitatur,nec quid illa ſibi velit facilè conijci poteſt. Quomodo igitur

in his rebus vos gerere debeatis,& quid nunc vobis faciendum cenſeã,audite. Equidem neque plebem adeo infenſam nobis exiſtimo,vt recõciliari nolit, neque quidpiam eorum quæ minatur facturam puto, hoc inde coniiciens,quia eius facta dictis non reſpondent: quinimò eam pacis multò magis quàm nos cupidam eſſe arbitror. Nos enim patriam chariſſimam incolimus,& res ad victum neceſſarias, & domos, & parentes,& omnia quæ ab hominibus plurimi fiunt in noſtra poteſtate habemus: at illa eſt extorris,& ſine laribus,& ſuis neceſſariis orbata, victúque quotidiano nõ admodum abũdat. Quòd ſi quis ex me quęrat,cur igitur,miſera, cõditiones ad quas eam inuitamus nõ accipit? cur nullã legationem ad nos mittit? Ei reſpõdebo.Quia, per Iouem,ad hanc vſque diem verba tantùm à ſenatu audit, & nihil eorum *quæ dicuntur* vel humanè vel moderatè fieri videt, & exiſtimat ſe ſæpius deceptam fuiſſe à nobis,qui ſemper promittimus nos aliquam eius rationem habituros, & tamen nihil præſtamus.Legatos verò mittere non vult,ob ſuos quotidianos accuſatores, qui hîc ſunt, & quia veretur ne rerum à ſe poſtulatarũ aliquã repulſam patiatur, fortaſſe etiam aliquo ſtultę ambitionis vitio laborat.Neque verò hoc mirũ, ſiquidẽ inter nos ipſos nonnulli ſunt,in quorum animis hæc grauia litigia & cõtentionum ſtudia reſident, & laborantes vulgari vitio,nolunt pati ſe ab aduerſariis ſuperari, ſed quauis ratione ſemper ſuperiores eſſe conantur,nec prius beneficium largiri volunt,quàm eos qui id ſunt accepturi,in ſuam poteſtatem redegerint. Hæc igitur cogitans cenſeo legatos ad plebem mittendos,ex iis quibus illa maximam ſit habitura fidem. Illis verò qui mittentur,liberam atque abſolutam poteſtatem dandam ipſius ſeditionis ſedandæ conditionibus quas iudicarint æquas, ita vt nihil amplius hac de re ad ſenatum referant. Qui enim nunc ſuperbi & graues videntur,illi hoc ſcient & cognoſcent, vos reuera concordiæ ſtudere,& ad æquiores conditiones deſcendent, & nihil quod turpe ſit, aut quod fieri nequeat,poſtulabunt. Omnes enim qui irritati ſunt,preſertim verò ſi ſint infimę cõditionis homines,ſolent aduerſus ſuperbos exaſperari,& mites & faciles ſe prębere iis,à quibus comitate officiorũ fouentur.Hac oratione à Menenio habita,murmur ingens in ſenatu eſt ortum ,& patres ſinguli per ordines,*& cateruatim* colloquebantur,atque illi qui plebi fauebant ſeſe inuicem adhortabantur ad omnem ſuam operam alacriter conferendam vt plebem in patriam reducerent,quando ſententiæ tunc dictæ ducem nacti eſſent,totius optimatũ factionis nobiliſſimũ.At optimates *cateri* quum priſtinũ ac patrium reip. ſtatum nullomodo mutari vellent,& dubitarent quonã modo in præſentia ſe gerere deberent,nec ſententiam mutare vellent,nec tamen in ea permanere poſſent, quum adhuc eſſent integri,& neutri factioni adhærerent, pacem cupiebant, & quonam modo obſidio præcaueri ac vitari poſſet ſpectandum cenſebant.Silentio autem facto ab omnibus, conſul maior natu laudata Menenij generoſitate,& cæteros hortatus vt ſimiles illi eſſent in reip.cura & adminiſtratione,tum liberè dicendo quod ſentirent, tum etiã ſine vllo timore quæcunque viſa eſſent faciendo, alium eodem modo nominatim vocauit,& vt ſuam ſentẽtiam aperiret rogauit,is erat Manius Valerius, frater vnius illorum qui patriam regio dominatu liberarant, vir omnium optimatum plebi chariſſimus.Qui quum ſurrexiſſet,primùm commemorauit patribus acta ſua, dixítque ſæpe ſe mala quæ euentura eſſent prædixiſſe,ſed ſuam orationẽ ſpretam ab illis fuiſſe: deinde petiit ab iis qui paci aduerſabantur,ne mediocritatis *ac æquitatis* rationem nimiùm tunc haberent,ſed quando ſeditionem ſedari paſſi non fuiſſent, quo tempore parua adhuc in rep.eius principia erant,nec admodum ei nocebant,tunc ſaltem darent operam vt ocius ea ſedaretur, ne,ſi clam longiùs progrederetur, fortaſſe fieret inſanabilis,vel certè curatu perdifficilis,& multas calamitates ſibi afferret.Et demõſtrauit plebis poſtulata non amplius eadem fore,quæ antè,ſeque ſuſpicari dixit,plebem non amplius intra eoſdem compoſitionis terminos ſtaturã, ita vt ſui æris alieni remiſſionem tantummodo peteret, ſed fortaſſe aliquod etiam auxilium poſtulaturam,quo tuta permaneret in poſterum.Ex quo enim dictatura in remp.fuerat introducta,*dicebat* antiquatam fuiſſe legem libertatis eius cuſtodem,quę neque ciuem vllum ab iſtiuſmodi hominibus interfici,neque plebeios in iudicio à patriciis ſuperatos,ipſis aduerſariis victoribus,quorum opera damnati fuiſſent,tradi ſinebat, ſed quibuſuis poteſtatem faciebat prouocandi à patriciis ad populum,& quod populus poſt cauſæ cognitionem iuſſiſſet,id ratum eſſe *iubebat*,& fere omnem aliam poteſtatem plebeiis ereptam fuiſſe *dicebat*,quæ ſuperioribus ſeculis penes eos fuerat,quòd

Manius Valerius ſuam ſententiam de cõpoſitione cum plebe faciẽda profert.

poſt partam

poſt partam de hoſtibus victoriam triumphum à ſenatu impetrare non potuiſſent,
P. Seruilio Priſco, qui vir erat omnium hominum hoc honore digniſſimus. Qua-
propter veriſimile eſſe plebem offenſam animum deſpondere, & de incolumi-
tate ſua malè ſperare: quia neque conſuli, neque dictatori curam ipſius gerere
volentibus, id facere licuit, ſed etiam præterea ipſa eorum contumeliæ & igno-
miniæ particeps fuit, ob multorum aduerſariorum ſtudium ac prouidentiam. Hæc
autem omnia clàm facta eſſe non à gratioſiſſimo quoque ordinis patricij, ſed ab
inſolentibus ac auaris quibuſdam, & iniuſtorum lucrorum auidiſſimis hominibus,
qui pecunia ingenti mutuò data, ídque magno fœnore, multos ciues in ſeruitu-
A tem abduxerunt, atque in eos crudele & ſuperbum ac violentum exercentes im-
perium totam plebem ab optimatibus alienarunt, & ſodalitate conflata, eiúſque
duce creato App. Claudio, viro plebeiis infenſo, & paucorum potentiæ ſtudio-
ſo, illius opera totam rempub. ſubuertunt. Quibus niſi ſana ſenatus pars obſti-
terit, periculum eſſe ne reſpub. in ſeruitutem redigatur atque euertatur. Poſtre-
mò dixit ſe quoque cenſere Menenij ſententiam ſequendam, & legationem ocius
mittendam cenſebat: autórque erat vt legati ad plebem profecti periculum fa-
cerent an arbitratu ſuo ſeditionem ſedare poſſent. quòd ſi plebs illis ea quæ pe-
terent non concederet, conditiones quæ ab ea offerentur, accipiendas cenſe-
bat. Poſt hunc App. Claudius vocatus ſurrexit, aduerſæ factionis vir, magnifi-
B cè de ſe ſentiens, idque non immeritò: nam & quotidiana eius vita modeſta &
veneranda erat, eiúſque animus in adminiſtranda repub. generoſus, & digni-
tatis optimatum conſeruandæ ſtudioſus, qui arrepta occaſione ex Valerij con-
» cione in hunc modum verba fecit, MINVS certè culpandus eſſet Valerius ſi
» tantùm ſententiam ſuam dixiſſet, nec eos qui contrariæ ſunt ſententiæ accuſaſ-
» ſet. Sic enim nullum ſuum vitium audiſſet. Iam verò quoniam non ſatis ei fuit
» ea dare conſilia, ex quibus nihil aliud ſequetur, niſi vt teterrimis ciuibus ſeruia-
» mus, ſed etiam eos, qui aduerſantur ipſi perſtrinxit, & mei obiter quandam men-
» tionem fecit, video mihi quoque magnam neceſſitatem impoſitam eſſe ad hæc
C reſpondendi: ac primùm quidem falſa crimina in me coniecta diluendi. Expro-
» bratum enim mihi fuit ab eo neque ciuile neque liberale ſtudiũ, me lucra quibuſuis
» artibus conſectari, & multis pauperibus libertatem eripuiſſe, & me præcipuum au-
» torem ſeceſſionis à plebe factæ, quorum nihil verum, neque ſanum eſſe facilè
» cognoſcere poteſtis. Eia enim, dic mihi, Valeri, quínam ſunt illi qui ob ſuum æs
» alienum in ſeruitutem à me rapti fuerunt? quos vnquam ciues in vinculis aut an-
» tè habui, aut iam habeo? quis eorum qui ſeceſſerunt, propter meam crudelita-
» tem aut auaritiam, patria ſua caret? ſed certè nullum nominare poſſes. Tantum
» enim abeſt vt vlli ciui libertatem ob ipſius æs alienum eripuerim, vt etiam per-
» multis largitus ſim de meis fortunis, & nullum eorum, qui me credita pecunia
D fraudarunt, mihi addixerim, *atque in ſeruitutem adduxerim*, aut ignominia nota-
» rim, ſed omnes ſint liberi, omnéſque mihi vt amici & clientes gratiam habeant,
» & ſint in numero eorum qui mihi neceſſitudine ſunt coniunctiſſimi. Neque
» verò hæc dico, vt accuſem eos qui idem quod ego non fecerunt, neque ſiqui
» legis permiſſu aliquid fecerunt, eos cuipiam iniuriam facere arbitror: ſed cri-
» mina mihi obiecta diluo. Quòd autem mihi morum aſperitatem, & improbo-
» rum hominum patrocinium exprobrarit, plebis hoſtem, & paucorum domi-
» natus ſtudioſum me appellans, quoniam optimatibus faueo, hæc crimina mihi
» ſunt communia vobiſcum, quotquot deteriorum imperium detrectatis, quum
» ipſi ſitis meliores, & quotquot eam reipublicæ formam, quam à maioribus ac-
E cepiſtis, à dominatu populari, qui eſt peſſimus omnium earum reipublicæ for-
» marum quibus homines vtuntur, eripi vobis ferre non poteſtis. Neque enim quod
» iſte nomen dominatus paucorum impoſuerit optimatum principatui, propter-
» ea res ipſa *hoc nouo nomine* in inuidiam adducta peribit. At nos multò iuſtius &
» verius ei exprobrare poſſemus plebis adulationem & tyrannidis affectationem.
» Nullus enim eſt qui non videat manifeſtè ex plebis adulatore omnem tyran-
» num fieri, & compendioſiſſimam eſſe viam iis qui ciuitatis libertatem opprime-
» re volunt, eam quæ per fauorem peſſimorum ciuium ducit ad potentiam, quos iſte
» ſemper coluit, & ne nunc quidem colere deſunt. Illud enim vos ſcitis, viles &

Appii Claudii oratio qua primum ad Valerii criminationes reſpondet, deinde cõtrariam aliorũ ſententiis ſententiam ferẽs, nullam ad plebem quæ defecerat legationẽ mittendam nec æs alienum remittendum cenſet.

abiectos homines tale flagitium patrare nunquam auſuros fuiſſe, niſi à veneran-
do iſto, ac reipub. ſtudioſo viro concitati fuiſſent, ſperantes fore vt in nullum
propterea incurrerent periculum, quinetiam præter ipſam impunitatem, con-
ditionem quoque priore meliorem conſequerentur. Hæc autem à me verè dici
cognoſcere poteſtis, ſi meminiſtis, eum, dum vos belli impendentis inani me-
tu terreret, & pacem neceſſariò faciendam diceret, illud etiam addidiſſe, pau-
peres non fore cõtentos æris alieni remiſſione, ſed etiam auxilium aliquod poſtula-
turos, nec veſtrum imperiũ vt antè laturos: poſtremò autem vobis ſuaſiſſe vt in præ-
ſenti rerum ſtatu acquieſceretis, & concederetis quæcunque reditus ſui cauſa plebs
poſtulaſſet, nullo ſtatuto diſcrimine inter res honeſtas & turpes, aut inter iuſtas A
& iniuſtas: tanta arrogantia inſanum vulgus ſenex iſte noſtro fauore omnibus
honoribus functus repleuit. An igitur, Valeri, id te decebat, aliis falſa probra ob-
iicere, quum tu ipſe ſis talibus obnoxius criminibus? Atque hæc quidem aduer-
ſus iſtius calumnias ſufficiunt. Quòd verò attinet ad præſentem conſultationem
cuius cauſa coacti eſtis, cenſeo æquum eſſe, & ex pop. rom. dignitate, atque è
re noſtra, non ſolùm ea quæ principio dixi, ſed ea etiam quæ nunc in eadem per-
manens ſententia dico, non confundendum bene conſtitutum reipub. ſtatum, nec
mutandam conſuetudinem à maioribus noſtris acceptam, quæ minimè eſt mu-
tanda, neque tollendam ex hominum conſortio fidem, rem ſactam, per quam
omnes ciuitates tutò habitantur: nec plebi ingratæ res iniuſtas ac nefarias ex- B
petenti concedendas. Et tantum abeſt vt de ſententia decedam territus ab ad-
uerſariis, qui vrbanam plebem in me concitantes me territare conantur, vt mul-
tò magis nunc quàm antè in mea ira confirmatus ſim, & duplò magis indigner
talibus plebis poſtulatis. Et veſtram, patres conſcripti, abſurdam mentem demi-
ror, qui quod ei negaſtis, quum nondum eſſet manifeſtus reipub. hoſtis, nouas
tabulas & damnationum remiſſionem petenti, iam quando eſt in armis & hoſti-
liter ſe gerit, ei hoc ipſum concedere velitis, quæ, quicquid præterea ipſi in men-
tem venerit (multa autem venient) faciet, atque id primùm *à vobis impetrabit*
quod poſtulat, *nimirum* vt ius æquum in gerendis honoribus ſibi detur, & earun- C
dem rerum nobiſcum ſit particeps. Non igitur conuertetis veſtræ reipub. formam
in dominatum popularem, qui (vt antè dixi) eſt imperitiſſimus, *ac peſſimus* omnium
reipubl. formarum quæ ſunt inter homines, & maximè damnoſus vobis, qui ad
aliorum imperium aſpiratis: certè non *mutabitis* ſi ſapueritis, alioqui omnium
ſtultiſſimi eritis, ſi quum vnius viri tyrannici imperium minimè vobis ferendum
exiſtimaueritis, nunc vos ipſos dedatis *ac ſubiiciatis* plebi, quæ eſt tyrannis ex mul-
tis capitibus conſtans, præſertim ſi neque eius gratia, neque oratione adducti *poſtu-
lata* concedatis, ſed neceſſitate coacti, & quaſi nihil aliud in præſentia facere poſſitis,
niſi præter animi ſententiam ipſi cedere. Nam ſi plebs inſana pro ſupplicio ſuis
peccatis debito, inſuper honores ob hæc ipſa acceperit, quàm arrogantem & quàm D
ſuperbam eam fore putatis? Ne enim illa ſpe efferamini, plebem in poſtulatis ſuis
moderatam fore, ſi cognouerit hoc à vobis omnibus ita fuiſſe decretum. Sed hac
in re potiſſimùm Menenium virum ſapientem, & aliorum mores ex ſuis metien-
tem, ac de iis bene ſentientem, opinio valde fefellit. Plebs enim grauiter, & vl-
tra modum inſtabit vobis præ arrogantia, quæ victoriam ſemper comitari ſolet,
& præ amentia, cui vulgus maximè eſt obnoxium, quòd ſi non principiò, *nec ſta-
tim*, at certè aliquando pòſt ob vnamquamque rem cuius repulſam paſſa fuerit,
arreptis armis eodem modo inſolenter nos adorietur. Itaque ſi prima poſtulata ei
conceſſeritis, id vobis conducere rati, mox vobis aliquid deterius acceſſetis, ac
mox rurſus aliud hoc ipſo moleſtius, quaſi & in illis primis poſtulatis terrore E
adducti morem ei geſſeritis: donec tandem illi vos ex vrbe pellant, quemad-
modum & in multis aliis ciuitatibus accidit, & nouiſſimè Syracuſis, vbi agro-
rum domini à colonis ſuis clientibus expulſi fuerunt. Si verò indignitate illo-
rum poſtulatorum commoti, ipſis eſtis aduerſaturi, quin tandem hinc ſpiri-
tus liberos ſumere incipitis? Præſtat enim leuiore de cauſa *& minore cum pe-
riculo* nondum vllo detrimento accepto, animi generoſitatem demonſtrare,
quàm poſt multas clades acceptas, tunc demum ob ea quæ acciderint, in-
dignari, & nolle reliqua concedere, & ſerò tandem ſapere. Ne verò quiſ-
quam

quam veſtrûm aut horum deſertorum motu, aut bello externo terreatur, néve domeſticas vires contemnatis, quaſi ad vrbem tutandam ſatis validæ non ſint futuræ. Nam profugorum iſtorum vires ſunt exiguæ, neque diuturnæ erunt, neque, vt nunc manent, ita etiam hyberno anni tempore ſub dio in tuguriis durare, & *aëris iniuriæ* reſiſtere poterunt, quia non ſolùm commeatus per raptum amplius ſibi comparare non poterunt, conſumptis iis quos in præſentia habent, ſed etiam ob paupertatem, nè aliunde quidem emptos *in ſua castra* aduehere poterunt, quia nec priuatam nec publicam vllam pecuniam habent. Bella verò plerunque pecuniarum copia ſuſtentantur, & quia ſunt ſine imperio, veriſſimi-
A le eſt ſeditionem quoque ex ea rerum omnium confuſione ortam, eorum conſilia breui diſſipaturam, diſiecturam atque fracturam. Neque enim volent aut Sabinis, aut Etruſcis, aut aliquibus aliis gentibus exteris ſe dedere, & illis ſeruire, quibus ipſi quondam nobiſcum libertatem ademerunt. Imò verò, ne fides quidem ipſis habebitur ab illis, quia timebunt ne qui tam malè & turpiter ad ſuam patriam perdendam parati ſunt, idem facturi ſint illi à qua fuerint recepti. Omnes verò gentes finitimæ & ipſæ ab optimatibus reguntur, & in nulla ciuitate plebs æquo iure cum optimatibus degit. Itaque cuiúſque ciuitatis principes non patientur ſuam plebem ſedibus expelli propriis, vt aduenam iſtam & ſeditioſam in ſuam patriam recipiant, neſi eos in parem iuris, libertatis, aliarúmque
B rerum conditionem receperint, ab illis poſtea his ipſis ſpolientur. quòd ſi fortè mea opinio me feſellerit, & ciuitas aliqua eos receperit, tunc cognoſcemus eos eſſe hoſtes, & hoſtiliter propterea tractandos. Habemus autem eorum obſides ipſas vxores, parentes, & reliquos cognatos (quibus pignoribus ne meliora quidem optare, & à diis petere poſſemus) quos in cognatorum conſpectu ſtatuentes trucidabimus, ſi auſi fuerint nos aggredi, & extremo & contumelioſo ſupplicij genere necabimus. Qui, ſi hoc intelligerent, mihi credite, mox ad vos venirent ſupplices cum lamentis, inermes, quantumuis duris conditionibns ſeſe vobis dedituri. Graues enim ſunt iſtiuſmodi neceſſitates, & quoſuis arrogantes animos frangere & penitus deiicere poſſunt. Hæc igitur ſunt quorum cauſa bellum ab
C exulibus minimè timendum puto. Externos verò terrores non nunc primùm experti ſumus intra minas tantùm conſiſtere: ſed etiam antea, quoties *hoſtes* nobis ſui ſpecimen dederunt, multò minores quàm ipſa opinio eſſet, apparuerunt. Qui verò exiſtimant, domeſticas reipub. vires non ſatis eſſe firmas, & propterea maximè bellum formidant, ſciant illi ſe non ſatis cognoſcere quantæ ſint. Nam aduerſus ciues, qui defectionem fecerunt, habebimus manum quam illis opponamus, ſi delectu ex ſeruitiis habito, robuſtiſſimos quoſque libertate donare voluerimus. Præſtat enim libertate iſtos donare, quàm imperio ab illis ſpoliari. Sunt autem rei militaris ſatis periti, quippe quòd ſæpius noſtris expeditionibus interfuerint. Cæterùm, externo hoſti obuiam ipſi omni animi alacritate eamus, & o-
D mnes clientes, & reliquam plebem nobiſcum adducamus. Vt autem alacriter in præliis operam nauet, æris alieni remiſſionem non communiter ac vniuerſè, ſed viritim ei largiamur. Si quid enim temporibus cedendo moderatè nos agere oportet, ne erga ciues hoſtes hac moderatione vtamur: ſed erga amicos, in quos non coacti, ſed oratione adducti beneficia conferre videbimur. Et ſi alio præterea auxilio opus fuerit, niſi iſtud ſufficiat, præſidiarios ex caſtellis accerſamus, & eos qui ſunt in coloniis, reuocemus. Horum autem quantus ſit numerus ex proximo cenſu habito facile eſt cognoſcere. Nam C X X X. millia puberum Romanorum cenſa ſunt, quorum ne ſeptimam quidem partem profugi nu-
E mero æquarint. Quid verò memorem triginta Latinorum populos, qui vel ſummopere optauerint pro nobis propter cognationem dimicare, ſi modò æquum ciuitatis ius, quod precibus aſſiduis petunt, ipſis decernatis? Quod autem in bellis eſt maximi momenti, & quod nondum cuiquam de vobis in mentem venit, neque conſiliariorum quiſquam dixit, id poſtquã addidero, finẽ dicendi faciã. Nulla re ad felicem victoriã ex præliis reportandã æquè opus eſt atque bonis ducibus, his noſtra ciuitas abundat: aduerſariorum verò ciuitates horum inopia laborant. Numeroſæ enim copiæ ſi nactæ fuerint duces imperandi minimè peritos, nullũ præclarum facinus faciũt, & ſæpiſſimè ipſæ ſuarũ cladium ſunt autores, & tantò magis cõflictantur

quantò maior eſt earum numerus. At egregij impetatores quamuis exiguas habeant copias, tamen celeriter eas angent. Quapropter donec duces idoneos ad imperandum habuerimus, non deerunt nobis qui eorum ductu lubenter militare velint. Hæc igitur conſiderantes, & rerum à pop. rom. geſtarum memores, nihil demiſſè, nihil non generoſè, nihil denique contra veſtram ipſorum dignitatem decernatis. At ſi quis ex me quærat, quid igitur? quid nobis faciendum cenſes? Hæc enim fortaſſe iampridem ſcire vehementer cupitis: *cenſeo* nullam legationem ad illos patriæ deſertores mittendam, neque æris alieni remiſſionem decernendam, neque quidquam aliud faciendum, quod timoris & inopiæ conſilij ſpeciem præ ſe ferat. Quòd ſi depoſitis armis in vrbem redierint, & de ſe per A otium deliberandi, & rem examinandi vobis poteſtatem fecerint, moderatè cum ipſis agendum, quia ſcitis omnes ſtultos (prætertim verò vulgus) in humiles arroganter, erga ſuperbos demiſſè ſolere ſe gerere. Quum autem App. Claudius dicendi finem feciſſet, magna vociferatio & ingens tumultus diu in ſenatu fuit. Qui enim optimatum factionis eſſe videbantur, & qui iuſta iniuſtis præferenda cenſebant, in Claudij ſententiam ibant, & conſules rogabant vt ipſi præcipuè ad meliorem partem accederent, illud cogitantes, ſe regiam non autem plebeiam poteſtatem habere: ſin minus, ſaltem æquos vtrique ſe præberent, & neutri factioni vim afferrent, ſed dinumeratis ſenatorum ſententiis, maiori eorum parti adhærerent. Quòd ſi hoc vtrunque neglexiſſent, & ad ſe compoſitionis arbi- B trium traxiſſent, negabant ſe id ipſis permiſſuros, ſed omni ſtudio repugnaturos, & verbis, donec licuiſſet, & armis, ſi neceſſitas ipſos cogeret. Hic autem globus erat validus, & penè tota patriciorum iuuentus huic ſententiæ adhærebat. At pacis ſtudioſi, præcipuè verò ij qui ætate prouectiores erant, Menenij & Valerij ſententiæ adhærebant, ſecum ipſi reputantes quantæ calamitates ex bellis ciuilibus ciuitatibus contingere ſoleant. Sed victi clamore & petulantia iuuenum, & eorum ambitionem atque ſuperbiam in conſules ſuſpectam habentes, & veriti niſi illis ceſſiſſent, mox mox à manibus temperatum non iri, tandem ad lacrymas & preces confugerunt, & aduerſarios obteſtari cœperunt. C Tumultu autem ſedato, & ſilentio vix tandem facto, conſules iterum inter ſe

Conſules ſententiam ſuã pronunciant.

colloquuti, tandem talem ſententiam pronunciarunt, NOS, patres conſcripti, in primis vellemus vt vos omnes conſentiretis, præſertim quum de publica ſalute conſuletis: ſin minus, ſaltem vt iuniores vobis ſenioribus cederent, neque pertinacius vobiſcum contenderent, cogitantes ſe quoque vbi ad hanc ætatem peruenerint, parem honorem à natu minoribus habituros. Sed quoniam videmus vos in contentionem omnium humanorum morborum pernicioſiſſimam prolapſos, & magnam iuuenum arrogantiam inter vos verſari, nunc quia reliquum diei ſpatium eſt breue, nec tam citò ad finem veſtra decreta perduci poſſent, abite ex curia, & ad proximum ſenatum moderatiores & melioribus men- D tibus redite. Quòd ſi hoc contentionis ſtudium in vobis permanſerit, vobis iunioribus, neque iudicibus, neque conſultoribus in iudicanda rerum vtilitate vtemur, ſed poſthac veſtram iſtam petulantiam lege coërcebimus, ſtatuto annorum numero, quem ſenatores habere oporteat: ſenioribus verò facta iterum dicendi poteſtate, ſi diſſenſerint, eorum contentionem compendiaria via dirimemus, quam præſtat à vobis antè audiri & cognoſci. Scitis nobis eſſe, iam inde ab v. c. legem, quæ rerum omnium ſummam ſenatus poteſtati permittit præter magiſtratuum creationem, legum lationem, & belli vel inferendi vel finiendi arbitrium: horum enim trium poteſtatem eſſe penes ſuffragia populi. In præſentia verò de nulla alia re quàm de bello & pace conſultamus: quare, omnino E neceſſe eſt vt populus harum rerum dominus, ac ſummus arbiter ſententias noſtras ſuffragiis ſuis ratas faciat. Indictis igitur populo ex hac lege comitiis, vbi vos ſententias veſtras tuleritis, eius ſuffragiis eas committemus, quia ita potiſſimùm veſtram contentionem tolli poſſe exiſtimamus. Quod verò maior pars decreuerit, id ratum habebimus. Qui autem perpetuò & conſtanter reipub. beneuoli fuerunt, quique malorum & bonorum participes nobiſcum ſunt futuri, hoc honore profectò ſunt digni. His dictis ſenatum dimiſerunt. Diebus inſequentibus, quum per nuntios imperaſſent vt omnes qui in agris & præſidiis degebant, in vrbem venirent,

venirent, & ſenatui denuntiaſſent vt ad eandem diem in curiam veniret: vbi adnimaduerterunt vrbem turba plenam; & patriciorum animos victos precibus quibus cum fletu & lamentatione parentes, & paruuli liberi eorum qui ſeceſſionem fecerant, eos fatigarant, ad præſtitutam diem ante ſolis ortum, & ſummo manè in forum omnis generis turba refertum, prodierunt. Et quum in Vulcani ædem veniſſent, vbi conciones habere ſolebant, primùm quidem populum laudarunt quòd tanto ſtudio & tanta animi alacritate frequens adeſſet: deinde hortati ſunt eum vt quietè expectaret, donec ſenatuſconſultum fieret. Neceſſarios verò eorum qui ſeceſſerant, bene ſperare iubebant, quòd breui res chariſſimas
A eſſent recepturi. Poſtea ingreſſi curiam, & ipſi leniter ac moderatè ſunt loquuti, & alios † orarunt vt vtiles ac humanas ſententias dicerent. Primùm autem omnium ſententiam rogarunt Menenium, qui quum ſurrexiſſet, iiſdem verbis eſt vſus quibus antè, ad pacem ſenatum hortans, & eandem protulit ſententiam, cenſens primo quoque tempore ad eos qui ſeceſſionem fecerant, legatos cum ſumma ac libera compoſitionis faciendæ poteſtate mittendos. Poſt hunc alij viri conſulares, pro cuiúſque ætate vocati, ſurrexerunt: qui omnes L. Menenij ſententiam ſequendam cenſuerunt: donec ventum eſt ad Appium. Qui quum ſurrexiſſet, » Video equidem (inquit) & conſulibus & vobis cæteris ferme omnibus « placere plebem reduci, quibuſcunque conditionibus ipſa voluerit, & me ex o-
B mnibus, qui compoſitioni antea aduerſabantur ſolum ſupereſſe, méque illis exo- » ſum, nec vobis amplius vtilem eſſe. Veruntamen non propterea de priſtina mea » ſententia decedam, neque mea ſponte reipub. cauſam deſeram. Quò enim ma- » gis nunc deſeror ab aliis, qui eandem ſententiam antea ſequebantur, eò maiore » in pretio aliquando apud vos ero, & viuus laudem merebor, & mortuus me- » moriam apud poſteros conſequar. Faxis igitur, Capitoline Iupiter & dij noſtræ » vrbis præſides & heroes & genij, quotquot agrum Romanum tuemini, vt hone- » ſtus & vtilis ſit omnibus iſtorum profugorum reditus, & me mea fallat opinio, » quam de futuro tempore concepi. Quòd ſi qua calamitas ob iſta conſilia rei-
C » pub. acciderit, (hoc autem breui manifeſtum erit) vos iſta celeriter corrigatis, » & tutam ſalutem rebus labantibus afferatis. Mihi verò, qui neque aliâs vnquam » res iucundiſſimas vtiliſſimis in dicendo antepoſui, neque nunc rempub. prodo, » meæ priuatæ ſaluti conſulens, benigni ac propicij ſitis. Hæc ſunt quæ precibus » à diis peto. Verbis enim non opus eſt amplius. Sententiam autem eandem quam » & antè, profero, plebeios quidem, qui in vrbe permanent, ære alieno liberandos, » cum iis verò qui à nobis defectionem fecerunt, bellum omni ſtudio *totiſque viribus* gerendum, quandiu in armis perſtiterint. Hæc loquutus tacuit. Poſtquam verò omnes ſeniores in Menenij ſententiam iuerunt, & ad iuniores, ex ordine rogandi, ventum eſt, omnibus patribus expectatione arrectis, ſurrexit Sp.
D Nautius, ex illuſtriſſima natus familia (nam Nautius autor eius generis erat vnus ex Æneæ ſociis, qui coloniam deduxerunt, erátque Mineruæ † *πολιάδος, id eſt, vrbium cuſtodis*, ſacerdos, qui aliò migrans illius deæ ſimulacrum abſportauit, cuius cuſtodiam per ſucceſſionem remanſit penes gentem Nautiam:) qui & propter ſuam virtutem omnium iuniorum clariſſimus, & breui conſulatum aſſequuturus videbatur. Hic igitur tunc exorſus à communi omnium iuniorum purgatione, negauit eos vel contendendi ſtudio vel arrogantia à patribus diſſenſiſſe, quòd contrariam ſententiam in ſenatu antè habito tueri voluiſſent, & culpam, ſiquid erat culpæ, in ætatem ad lapſum facilem transtulit, & tandem eos mutata ſententia fidem huius rei facturos dixit. Itaque illos permittere ipſis, vtpo-
E te prudentioribus, vt decernerent quicquid è republica eſſe exiſtimarent, ſe enim nulla in re ipſis aduerſaturos, ſed ſenioribus obtemperaturos. Quum autem reliqui quoque iuuenes idem dixiſſent (præter paucos quoſdam Appio cognatione iunctos) conſules laudata illorum modeſtia, & hortati eos vt in omnibus publicis conſiliis ita ſe gererent, decem legatos ſeniorum nobiliſſimos crearunt, omnes (vno excepto) viros conſulares. Creatorum autem hæc fuère nomina, † T. Largius Flauus, Agrippa Menenius, C. F. M. Valerius M. F. P. Seruilius P. F. P. Poſtumius Q. F. Tubertus, T. Æbutius T. F. Flauus, Ser. Sulpicius P. F. Camerinus, A. Poſtumius P. F. Albus, A. Virginius A. F. Cœlimõtanus, & Sp. Nautius. Poſtea dimiſſo ſenatu, conſſ. quum in concionem proceſſiſſent, s. c. recitarunt,

Vel potius, orarunt vt mites & humanas ſententias dicerent. *Nam χρηστὰς cum φιλανθρώπους iungens Dionyſius duo propemodū ſynonyma iungere voluiſſe videtur: quum hanc quoque ſignif. vox prior habeat. Quidam interpr.* benignas atque humanas.

Appius ſe in priſtina ſententia permanere teſtatur.

Quidā interpr. Mineruæ vrbicæ.

Ex ſenatuſconſulto legati decem ad plebem mittuntur, vt quibuſcunque poſſint rationibus eam patriciis reconcilient.

Alibi hæc ſunt nomina, & hoc ordine. T. Largius Flauius. Agrippa Menenius, C. F. Manius Valerius, M. F. P. Seruilius, P. F. P. Poſtumius. Q. F. Tubertus, T. Æbutius, T. F. Flauius, Ser. Sulpicius P. F. Camerinus, A. Poſtumius P. F. Albus, A. Virginius A. F. Cælimontanus. & Sp. Nautius.

& legatos produxerunt. Omnibus autem cupientibus mandata illis data cognoſcere, apertè reſponderunt mandatum ipſis eſſe, vt quibuſcunque poſſent rationibus plebi patricios reconciliarent ſine dolo & fraude, & primo quoque tempore exules in ſuas ſedes reducerent. Cum his igitur illorum mandatis, eo ipſo die legati abierunt. Sed fama ipſorum aduentum anteuertit, & res omnes in vrbe geſtas nuntiauit illis qui erant in caſtris: quare confeſtim omnes vallo relicto, legatis qui in itinere adhuc erant obuiam ibant. Erat autem in caſtris eorum vir quidam valde turbulentus & ſeditioſus, præditus acri ingenio ad præuidendum multò antè res futuras, qui, vt loquax & garrulus, quicquid ſentiebat facilè & liberè dicebat, & vocabatur L. Iunius, eodem nomine quo ille qui reges expulerat. Quare, quum appellationis ſimilitudinem explere vellet, ſe etiam Brutum cognominari volebat. Multis igitur inane illius hominis ſtudium & affectatio riſum mouebat, & quum eum irridere volebant, Brutum vocabant. Iſte quum demonſtraſſet Sicinnio caſtrorum præfecto, minimè expedire plebi ſe facilem oblatis conditionibus præbere, ne iniquioribus legibus reditum minùs honoratum conſequeretur: ſed diu aduerſari, † & rebus aliquod tragicum commentum addere, quùmque pollicitus fuiſſet ſe pro plebe verba facturum, eiúſque cauſam ſuſcepturum atque acturum, quum etiam de cæteris rebus, quæ facienda aut dicenda eſſent, Sicinnium commonuiſſet, rem ipſi perſuaſit. Poſteà Sicinnius conuocata ad concionem plebe, iuſſit legatos ſui aduentus cauſam exponere, tum Manius Valerius legatorum maximus natu & plebis ſtudioſiſſimus, quum in medium proceſſiſſet, plebe ſummum eius ſtudium blandiſſimis acclamationibus & ſalutationibus teſtante, poſtquam ſilentium impetrauit, in hunc modum verba fecit. A B

Vel potius, Et rebus aliquã ſimulatam tragœdiam imponere. Quidam interpr. tragicã rebus laruam affingere.

Manii Valerii legati oratio ad plebē quæ ſeceſſerat.

NIHIL amplius, Quirites, vetat vos ad veſtras ſedes reuerti, & in gratiam cum patribus *ac patriciis* redire: ſenatus enim honeſtum atque vtilem vobis reditum decreuit, decreuit etiam omnem iniuriarum præteritarum memoriam deponere, & nos, quos plebis ſtudioſiſſimos & apud vos meritò in ſummo honore non eſſe, legatos miſit cum ſumma ac libera poteſtate compoſitionis faciendæ, ne opinionibus & coniecturis, de veſtra voluntate vſi, ſed ex veſtro proprio ore auditis conditionibus, quibus diſcordias finiri cupitis, ſi quid æqui poſtulaueritis, & ſi id fieri, atque ſalua ſenatus populíque Romani dignitate concedi poſſit, id vobis cócedamus, non expectato amplius ſ.c. neque rebus in longum tempus dilatis, aut aduerſariorum inuidiæ permiſſis. Quum igitur tale ſit ſenatus decretum, accipite, Quirites, lubenter ipſius beneficia cum omni animi alacritate & ſtudio tantam felicitatem magni facientes, & magnam diis pro ea gratiam habentes, quòd pop. rom. cuius tam latè patet imperium, & ſenatus penes quem ſunt omnia huius ciuitatis ornamenta, quamuis maiorum ac patriæ conſuetudo non ferat vt vlli aduerſario cedant, vobis tamen ſolis vltrò dignitate cedant, vobis *inquam* inferioribus ipſi qui ſunt ſuperiores: neque nimium accuratè conſiderare voluerint quid vtroſque deceret: ſed ipſi priores legatis miſſis vos ad amicitiam inuitent, neque vobis ob veſtrum ſuperbum reſponſum quod ſuperiori legationi dediſtis, infenſi ſint: ſed veſtram iſtam petulantiam & iuuenilem ac grauem arrogantiam, non ſecus ac boni patres ſtultorum filiorum, ferant, & alteram legationem mittendam denuo cenſuerint, & de ſuo iure decedere: denique, Quirites, ad quaſuis † mediocres *& tolerabiles* conditiones deſcendere voluerint. Tantam igitur nacti felicitatem ne cunctemini, Quirites, iudicare quibus rebus indigeatis, néve in nos † petulanter vos geratis: ſed ſedata ſeditione redite cum lætitia in ciuitatem, quæ vos genuit ac educauit, cui malam educationis remunerationem & gratiam refertis, qui eam (quantum in vobis fuit) deſeruiſtis, & pecori depaſcendam reliquiſtis. Quòd ſi hanc occaſionem elabi patiamini, aliam talem nanciſci ſæpe optabitis. Quum autem Valerius dicendi finem feciſſet, progreſſus Sicinnius dixit, non ex vna tantùm ratione debere eos qui bene *de re aliqua* conſultant, vtilitatem æſtimare, ſed ſibi etiam contrariam rationem proponere, præſertim quum de rebus tanti momenti conſultetur. Quare, imperauit vt qui vellet, omni pudore & timore poſito, ad hæc reſpondeat. Dixit enim præſentem rerum ſtatū nō ferre, vt ad tales redacti anguſtias, aut timori aut pudori cederent. Facto autē ſilentio quū alij in alios oculos conuerterent, quærentes aliquē qui communē cauſam ſuſciperet ac defenderet, & nullus prodiret, Sicinnio ſæpius eadē repetēte verba, tandē vt erat pollicitus, prodiit L. ille Iunius, qui ſe Brutū cognominari vo- C D E

Vel potius, æquas cõditiones

Quidã interpr. & nolite nobis illudere. Dicit enim Dionyſius, μηδ' ἐντρυφᾶτε ἡμῖν.

L. Iunii (qui Brutus cognominabatur) ad legatos reſponſio.

nari volebat, totiúſq; multitudinis magno conſenſu talē habuit concionē, Timor patriciorū, Quirites, qui animos veſtros occupauit, terrere vos videtur: & propterea demiſſi non audetis in medium proferre ea quæ quotidianis ſermonibus inter vos iactare ſoletis, fortaſſe verò vnuſquiſque veſtrûm putat aliquē alium proximū cauſam publicā ſuſcepturū & acturū, & omnes ſimul periculum, ſi quod eſt, faciliùs ſubituros, ſe verò tutò & ſecurè eius boni, quodcunque ex aliena audacia prouenerit, partem habiturum. Sed ſanè de his malè ſentit. ſi enim omnes eandē ſequamur ſententiam, noſtra hæc ſingulorum timiditas vniuerſis æquè erit damnoſa, &, dum vnuſquiſque ſuæ priuatæ conſulet, communem vniuerſorum perdet. Quare, ſi antè A ignorabatis vos hoc metu liberatos eſſe, & libertatem ſtatim ex quo arma cepimus confirmatā eſſe, nunc ſaltē iſtis vſi magiſtris hoc diſcatis. Superbi enim & imperioſi homines veniunt ad nos, iā non vt antè imperitantes & minitātes, ſed rogantes atq; inuitātes nos vt in noſtras ſedes reuertamur, & iam vt cū hominibus æquè liberis atque ipſi ſunt, incipiunt nobiſcum agere. Quid igitur eos amplius formidatis, & tacetis? Quin liberam mentem ſumitis, & diſruptis iam tandem frænis, coram omnibus profertis iniurias quas ab illis accepiſtis? O miſeri: quid veremini ne vobis accidat, ſi me ducem ſequuti, liberè quod ſentitis proferatis? Ego enim illis pro vobis meo cū periculo liberè, id quod æquum eſt dicam, & nihil celabo. Et quia Valerius dixit nihil eſſe impedimento vobis quominus in veſtras ſedes redeatis, quòd ſenatus vobis B reditum concedat, & præterea decreuerit omnium iniuriarum præteritarum memoriam deponere, illi ea reſpondebo, quæ & veritas dictat, & ipſa neceſſitas poſtulat. Cùm multæ aliæ cauſæ, Valeri, vetant armis poſitis veſtrę fidei nos ipſos committere, tum verò tres maximæ & manifeſtiſſimæ. Primùm quidem, quia huc venitis vt nos accuſetis, quaſi deliquerimus, & beneficium aliquod in nos conferre putatis, dum reditū conceditis. Deinde, quia ad pacē nos inuitantes, nullo modo indicatis quàm æquis aut humanis conditionibus eam ſimus facturi. Poſtremò, quia nihil eorū quæ nobis eſtis polliciti certū *ac firmum* eſt: ſed iā ſæpius nobis imponere ac fucū facere nō dubitaſtis. Dicam autem ſeparatim de ſingulis, facto à iure initio: etenim C tum in priuatis, tum in publicis diſceptationibus à iure ducēda ſunt orationis exordia. Nos igitur ſi vobis iniuriam facimus, nullam impunitatem, nullam iniuriarum obliuionē petimus: atque adeò ne eiuſdē quidem ciuitatis vobiſcum participes amplius eſſe volumus, ſed fortunā & genios duces ſequuti, ſedes ibi figemus quocunq; fatū nos deduxerit. Quòd ſi à vobis iniuriā paſſi coacti fuimus hanc fortunā experiri, in qua ſumus: quin fatemini vos, qui nobis iniuriam feciſtis, indigere venia, & illatarum iniuriarum obliuione? Nunc verò, quum veniam petitis, eam *nobis* vos dare dicitis, & iram quam vobis remitti cupitis, quaſi nobis eam remittatis, magnificè ac ſuperbè loquimini, confundentes veritatis naturam, & iuris dignitatem peruertentes. Quòd autem non patiamini, ſed faciatis iniuriam, quòd etiam multis & magnis be- D neficiis à plebe affecti, partim in libertate tuenda, partim in imperio parando, non egregiam gratiam ei retuleritis, audite: verba autem faciam ducto initio à rebus, quas vos ipſi ſcitis, & vos per deos obſecro, ſi quod mendacium dixero, ne feratis, ſed confeſtim arguatis. Noſtra reſpub. olim regibus fuit, & ad ſeptimam vſque ætatem hac reip. forma maiores noſtri conſtanter ſunt vſi. Quandiu tamen regius ille dominatus durauit, plebs nullum vnquam detrimentum à regibus, præſertim verò à nouiſſimis accepit. Miſſa facio multa & magna bona, quæ ex eorum regno percepit, nam præter alias blanditias & aſſentationes, quibus eam ſibi deuincire & conciliare, vobíſque inimicam reddere ſtudebant, quod ſolent facere omnes qui legitimam poteſtatem in tyrannicam conuertere cupiunt, diuturno bello expugnata Sueſſa vrbe E valdè fortunata ac opulenta, quum illis liceret prædam nulli impertiri, ſed ſibi ipſis retinere, & cæteros reges diuitiis ſuperare, hoc tamen facere noluerunt: ſed omnem prædam tulerunt, ac in medio poſuerunt, ita vt nos, præter mancipia & pecus & res alias multas & pulchras, quinque argenti minas viritim acceperimus. Quibus rebus neglectis, poſtquam illi tyranni poteſtate ſua abuti cœperunt, non in plebem delinquentes, ſed in vos ipſos, illa eorum facta iniquo animo ferentes à regum beneuolētia alienati ſumus, & nos vobis adiunximus, & conſpiratione vobiſcum in eos facta, tam qui in vrbe quàm qui in caſtris eramus, eos expulimus, vobíſque illorū imperiū detulimus. Et quum ſępius arbitratu noſtro id ad reges exactos transferre poſſemus, magnis allecti muneribus, quæ nobis afferebant, ne tamen fidem vobis datam fal-

Vel potius, qui animis veſtris inhæſit. *Loquitur enim de timore, qui non tūc primùm ſed multò antè animos eorum inuaſiſſet. Dionyſii verba ſunt*, τὸ δέος ἐντετηκὸς ὑμῶν ταῖς ψυχαῖς.

leremus, hoc facere noluimns, ſed multa & grauia atque aſſidua pericula & bella
propter vos ſubiimus & pertulimus, & ad hanc vſque diem annum iam decimum
ſeptimum atterimur pro communi libertate, cum omnibus mortalibus pugnantes.
Nam reip. ſtatu nondum compoſito, *nec ſatis ſtabilito* (quemadmodum ſolet accidere
in repentinis mutationibus) duobus nobiliſſimis Etruſcorum populis, Tarquinien-
ſibus & Veientibus, reges in regnum reducere volentibus, non ſine noſtro periculo
cum ingentibus copiis obuiam iuimus, & pauci cum multis pugnauimus, & maxi-
ma animi alacritate demonſtrata, & hoſtes à nobis ſuperatos repulimus, & ſuperſti-
ti conſuli imperium conſeruauimus. Neque multis poſt annis Porſenam, Etruſco-
rum regem, qui & ipſe exules in patriam reducere volebat, quum totis Etru- A
riæ viribus quas ſecum ducebat, & copiis ab illis iam multò antè coactis pares
non eſſemus, ac propterea intra mœnia compulſi obſideremur, & ad conſilij
inopiam, & rerum omnium penuriam redacti eſſemus: tamen, quòd duriſſi-
ma quæque mala perferremus, coëgimus eum nobis amicum diſcedere. Poſtre-
mò autem quum reges tertium tentaſſent reditum in patriam, opera & auxilio
gentis Latinæ, & triginta populos ſibi adſciuiſſent, quum videremus vos ſup-
pliciter orantes & lugentes, & vniuſcuiuſque opem implorantes, & ſodalitates,
& communes educationes communémque militiam commemorantes, vos de-
ſerere non ſuſtinuimus. Sed exiſtimantes certamen pro vobis ſuſceptum hone-
ſtiſſimum ac præclariſſimum eſſe, cum hoſtibus immanibus manum conſeruii- B
mus, maximum illud periculum tunc ſubire non dubitantes, in quo acceptis
multis vulneribus, & amiſſis multis cognatis & ſodalibus & contubernalibus,
hoſtes vicimus, eorumque duces interfecimus, & totum regium genus extin-
ximus. Hæc igitur ſunt quæ pro communi veſtra libertate à tyrannis vindican-
da vobis præbuimus, illud videlicet noſtrum ſtudium, quod vires ſuperabat, quod
non neceſſitate potius coacti quàm virtutis ergô vobis exhibuimus. Quæ verò præ-
ſtiterimus veſtra cauſa, vt & honorem & imperium in alios conſequeremini, &
principatum maiorem quàm initiò exiſtimabatur, vobis comparatetis, audite: &,
ſi qua in re à veritate vel minimum receſſero, quemadmodum principiò dixi, mi- C
hi reclamate. Vos enim poſtquam exiſtimatis libertatem veſtram iam tutam & fir-
mam eſſe, hac contenti non fuiſtis, neque in hoc rerum ſtatu manere voluiſtis:
ſed eò audaciæ prorupiſtis, vt res nouas moliri non dubitaritis, eos omnes qui
libertatis tuendæ eſſent ſtudioſi, pro hoſtibus habentes, & bellum penè omnibus
mortalibus indicentes, atque in his periculis & præliis pro hac veſtra pluris ha-
bendi cupiditate ſuſceptis, noſtris corporibus vobis abutendum eſſe putaſtis.
Quot verò ciuitates, modò ſingulas, modò duas ſimul vobiſcum pro libertate
bellum gerentes, partim acie ſuperatas & in noſtram poteſtatem redactas, par-
tim obſeſſas ac expugnatas ſubegerimus, prætereo. Quid enim oportet minu-
tatim res geſtas recenſere, quæ tantam verborum materiam præbent? Vniuer- D
ſam verò Etruriam in duodecim principatus diuiſam, & magna cùm terreſtri,
tum maritima potentia pollentem, quinam vobis compararunt, & in veſtram
ditionem redegerunt? ita vt veſtro imperio pareret? quorum verò ope factum
eſt vt Sabini iſti, gens tam valida, quibuſcum continenter de principatu con-
tendebatis, de æquo iure vobiſcum amplius non contendant? Quid? Latino-
rum triginta populos non ſolùm magnitudine potentiæ elatos, ſed etiam ob æ-
quiora poſtulata magnificè de ſe ſentientes, quinam ſubegerunt? quinam eos
coëgerunt, ne in ſeruitutem abriperentur, & vrbes ipſorum euerterentur, ſup-
plices ad vos confugere? Alia multa prætereo, quæ quum nondum à vobis diſ-
ſideremus, nos quoque nonnihil commodorum ex imperio ſpectantes, vobiſ- E
cum non ſine noſtro periculo militiæ geſſimus. Verùm, poſtea quàm manifeſtè
conſtitit vos imperium veſtrum in tyrannidem iam conuertiſſe, & nobis tan-
quam mancipiis abuti, nos quoque eodem animo erga vos eſſe deſtitimus. In-
terea verò omnes fere populi, qui imperio pop. Rom. parebant, à vobis defe-
cerunt, initio defectionis facto à Volſcis, quorum exemplum Æqui, Hernici,
Sabini, multique alij ſequuti ſunt, & occaſio opportuna illis qualis nunquam
antè, videbatur oblata, ſi nos hoc voluiſſemus, ad alterum è duobus faciendum, vel
ad veſtrum imperium euertendum, vel ad id in poſterum moderatius reddendum.
An recordamini in quantam imperij deſperationem veneritis? & quàm ſolicito

animo

» animo perpetuò eſſetis ne vel operam noſtram vobis in bello denegaremus, vel ira
» perciti ad hoſtes tranſiremus, & quàm multas preces & pollicitationes effuderitis?
» Quid igitur nos humiles atque à vobis contumelia affecti tunc fecimus, veſtris victi
» precibus, & adducti pollicitationibus quas optimus iſte Seruilius tunc conſul plebi
» obtulit? Omnem à vobis antè acceptarum iniuriarum memoriam depoſuimus, &
» quum in poſterum meliorem rerum ſtatum ſperaremus, nos vobis præbuimus, & o-
» mnibus hoſtibus breui temporis ſpatio debellatis, cum multis captiuis & præda opi-
» ma rediimus. Pro ea opera quam gratiam nobis retuliſtis? an iuſtam, & illis pericu-
» lis dignam? vnde? certè multùm abeſt. nam fruſtrati nos eſtis omnibus iis rebus, quas
A conſulem reip. nomine nobis promittere iuſſeratis. Et ipſum iſtum, optimum virũ,
» cuius opera ad nos decipiendum abuſi fueratis, fraudaſtis triumpho, quum tamen is
» omnium hominum digniſſimus eſſet, qui hunc honorẽ conſequeretur. Et hac contu-
» melia eũ affeciſtis nulla alia de cauſa, quàm quia poſtulabat vt id quod æquum erat,
» (quemadmodum polliciti fueratis) faceretis, & quia conſtabat eum iniquo animo
» ferre factum nobis fucum. Nuper autem (nam vbi hoc vnum addidero ad meã hanc
» de iure orationem, finem dicendi faciam) quando Æqui, & Sabini, & Volſci de
» communi ſententia, tum ipſi in vos arma ſumpſerunt, tum alios etiã ad idem ſolici-
» tarunt, nónne coacti fuiſtis, vos venerandi viri & graues, ad nos abiectos atque viles
» confugere, nihil non pollicentes præſentis ſalutis gratia? & ne iterum nos decipere
B videremini, quod ſæpiùs feciſtis, veſtræ fraudis velamentum inueniſtis, iſtum Ma-
» nium Valerium, virum plebis amantiſſimum, cui nos habita fide (vt pote qui exiſti-
» maremus à dictatore, præſertim viro erga nos bono minimè deceptum iri) vobis in
» hoc quoque bello noſtram operam nauauimus, hoſtéſque magnis, multis, atque in-
» ſignibus prælijs commiſſis vicimus. Quum autem id bellum omnium ſpe citius feli-
» ciſſimè confectum fuiſſet, tantum abfuit vt lætaremini, & magnam plebi haberetis
» gratiam, vt etiam nos adhuc inuitos retinere volueritis ſub ſignis in armis, vt poſſetis
» promiſſa veſtra irrita facere, quemadmodum principiò apud vos ipſos ſtatueratis.
» Quum autem vir iſte veſtram fraudem pati non poſſet, neque iſtius facti dedecus:
C ſed relatis in vrbem ſignis, exercitum in ſuas domos dimiſiſſet, ſpecioſam hanc nacti
» cauſam, ne faceretis quæ iuſta ſunt, iſtum contumelia affeciſtis, & nihil eorum quæ
» nobis promiſeratis præſtitiſtis, ſed vno hoc facto ius triplici nomine grauiſſimè vio-
» laſtis, ſublata ſenatus dignitate *ac autoritate*, huiúſque viri fide fracta, ac hominibus
» bene de vobis meritis relata infructuoſa laborum gratia. Quum igitur hæc & mul
» ta alia his ſimilia vobis, patricij, obiicere poſſimus, noluimus vos ſuppliciter orare, ne-
» que precari: neque etiam, quaſi aliquod ſcelus atrox patrarimus, impunitatis & o-
» bliuionis iniuriarum conditionibus impetratis, *in vrbem* redire *volumus*. Verum-
» tamẽ diligentiùs de his in præſentia diſſerendum non arbitramur, quando acturi de
» pace & concordia conuenimus: ſed ea negligimus, & obliuioni tradimus, atque æquo
D animo ferre volumus. Quin igitur apertè dicitis quæ ſit veſtræ legationis cauſa, &
» quid petituri veneritis? Quánam propoſita ſpe in vrbem nos redire vultis? quam
» fortunam viæ ducem ſequutos? qua lætitia, quo gaudio excipiendos? Nihil enim
» humani aut boni nobis à vobis offerri hactenus audiuimus, nullos honores, nul-
» los magiſtratus, nullum inopiæ leuamen: denique, vt rem paucis expediam, nihil
» aliud ne vel minimum quidem. Quanquam non oportebat, vos, quid facturi ſitis di-
» cere, ſed facere, ac ita demum dicere, vt accepto iam antè aliquo beneficio à bene-
» uolentia veſtra, ex eo de cæteris in poſterum coniecturam facere poſſimus. Sed arbi-
» trot eos fortaſſe ad hæc reſpõſuros, ſe cum ſumma ac libera rerum omnium poteſta-
» te venire, ita vt quicquid alteri alteris perſuaſerimus, id ſit ratum futurũ. Faciamus
E hæc eſſe vera: reſpondeant facta verbis: nihil contrà dico. Sed quæ poſtea ſint euen-
» tura, cupio ex illis intelligere. Vbi nos dixerimus conditiones, quibus in patriam
» velimus redire, & hæc noſtra poſtulata nobis fuerint conceſſa, quis erit nobis harum
» conuentionum ſponſor? qua cautione freti arma de manibus ponemus, atque iterũ
» horum poteſtati nos committemus? vtrùm ſenatuſconſultis, quæ de his fient? (nam
» nondum ſunt facta.) At quid, vetabit hæc iterum nouis ſenatuſconſultis irrita fieri,
» vbi Appio, & reliquis eiuſdem factionis hominibus ita placuerit? An legatorum di-
» gnitati, qui fidem ſuam interponunt? Atqui horum opera & antè illi nos deceperũt.
» An conuentionibus, quas fide nobis data, & iuriſiurandi religione interpoſita, diis
» teſtibus confirmarint? At hæc mihi multò magis, quàm omnis humana fides ſuſpecta

eſt, quia eam video à poteſtatibus, ac principibus contemni. Et conuentiones, quæ inter imperandi cupidos & ſuæ libertatis conſeruandæ ſtudioſos contra voluntatẽ fiunt, quum non nunc primùm, ſed ſæpè ante hoc cognouerim, ſcio tandiu durare quandiu neceſſitatis vinculo retinentur. Quænam igitur hîc eſſe poteſt amicitia, & fides, vbi cogemur præter voluntatem nos inuicem colere, obſeruantes vtrique opportunas occaſiones? Præterea, nũquam aberunt ſuſpiciones, mutuæ criminationes, inuidiæ, odia, & quoduis aliud malorum genus, & vtrique ſtudebunt aduerſarios dolo præuentos perdere, †quòd in cunctatione periculum eſſe intelligent. Nihil autem (vt omnes norunt) ciuili bello eſt peius: in quo victos ſequitur miſeria & *infortunium*, victores iniuſtè faciunt, & accidit illis quidem vt ab amiciſſimis perdãtur, iſtis A verò vt amiciſſimos perdant. Ne igitur vos, patricij, nos ad talem fortunam, & tales calamitates minimè optandas vocetis, neue nos, Quirites, ipſis obtemperemus: ſed in ea fortuna quæ nos alios ab aliis ſeparauit acquiſcamus. Atque iſti quidẽ habeant ſibi totam vrbem, & ſine nobis eius commoda percipiant; & cæteris omnibus bonis ſoli fruantur, qui nos homines abiectos ac ignobiles patria expulerunt. Et nos quoque eamus quocunque fortuna nos duxerit, exiſtimantes locum alienum, non noſtram vrbem à nobis derelinqui. Nullus enim noſtrûm hîc relinquit aut agrum aliquem ſibi fortitò datum, aut paternum domicilium, aut ſacra communia, aut dignitatem velut in patria, quarum rerum deſiderio capti, vel contra noſtram voluntatẽ, hîc manere cupiamus, immo ne libertatem quidem armis & multis laboribus partã B relinquir. Quandoquidem res noſtras partim ipſi hoſtes corruperunt, partim verò ipſa quotidiani victus inopia conſumpſit, partim iſti ſuperbi fœneratores nobis eripuerunt. Ob quas cauſas eò tandem eſt ventum, vt nos miſeri cogamur agros noſtros ipſis colere, fodiendo, plantando, arando, pecus paſcendo: ita vt ſimus conſerui noſtrorum mancipiorum bello captorum, & partim catenis nexi, partim compedibus, partim, vt truculentiſſimæ feræ, collaribus ligneis ac ferreis. Taceo verbera, & contumelias, & flagra & continuatos labores à ſummo manè ad noctem vſque, & omnem aliam neceſſitatis crudelitatem, & inſolentiam, & ſuperbiam, quam paſſi ſumus. Tot igitur ac tantis malis à deo liberati, quanto maximo quiſque poteſt ſtudio, ac totis viribus ab iſtis fugiamus læti, fortunam & deum qui nos ſeruant, viæ duces ſequuti, & exiſtimemus noſtram libertatem eſſe patriã noſtram, noſtramque virtutem diuitias eſſe noſtras. Quæuis enim terra nos excipiet ſocios: quia partim minimè moleſti, partim vtiles iis qui nos excipient futuri ſumus. Hac autem in re nobis ſint exemplo multi Græci, & plurimi barbari, præcipuè verò maiores iſtorum, & iidem noſtri. Quorum alii cum Ænea ex Aſia in Europam migrantes, in agro Latino vrbem condiderunt, alij verò poſtea ex Alba migrantes, Romulo coloniæ duce in hic locis verbem, quæ nunc à nobis derelinquitur, fundarunt. Habemus autẽ copias non ſolùm paulò maiores illis, ſed etiam triplò maiores, & migrationis iuſtiorẽ cauſam. Nam qui ex Ilio migrarunt, ab hoſtibus expulſi ſunt, at nos hinc ab amicis D Profectò autem miſerabilius eſt à ſuis domeſticis quàm ab alienis expelli. Atque qui cum Romulo expeditionem ſuſceperunt, vt meliorem agrum ſibi compararent, ſuum patrium neglexerunt: nos verò deſerentes vitam iſtam, & patria, & laribus carentem, neque diis inuiſam, neque hominibus moleſtam, neque vlli agro grauem coloniam deducimus. Sed, quum nihil ſanguinis effuderimus, & nullam ciuium qui nos expulerunt, cædem fecerimus, nec igne, nec ferro agrum qui à nobis derelinquitur vaſtauerimus, nec vllum ſempiterni odij monumentum reliquerimus: (quemadmodum nationes contra fœderis conditionem violatæ, & ad graues ac duras neceſſitates redactæ facere ſolent) deos & genios, qui omnes res mortaliũ iuſtè moderantur, teſtati, illiſque permittentes vt pœnas pro nobis exigant, illud E ſolùm poſtulamus, vt qui de nobis in vrbe habent infantes & parentes, aut etiam vxores, ſi quæ noſtræ fortunæ comites eſſe volent, eos, eaſque illis recipere liceat, hæc enim recipere nobis eſt ſatis, nec aliud quidpiam de patriæ rebus præterea petimus. Sed agite feliciter, & vt lubet viuite, quando tales geritis animos in humilioris fortunæ homines, & adeò inciuiles, atque inſociabiles eſtis. Brutus igitur tali oratione habita finem dicendi fecit. Illis verò qui aderant ibi, vera viſa ſunt tum ea quæ de iure, tum ea quæ de ſenatus ſuperbia dixerat, in quam inuectus fuerat: ſed præcipuè ea quibus conuentionum fidem & cautionem doli & fraudis plenam eſſe demonſtrauit. Quum autem in extrema

ſua ora-

† *Vel potius, quòd cunctationem malũ ſibi allaturam intelligẽt. Nã Gr. verba ſunt, ὡς ἐν τῷ μέλλειν κειμένου τοῦ παθεῖν.*

ſua oratione percurriſſet, graues iniurias, quibus à fœneratoribus fuerant affecti,
& vnicuique ſua mala in memoriam reuocaſſet, nullus fuit animo tam duro, quin
totus lacrymis perfunderetur, & communes calamitates crebris ac repetitis lamen-
tis deploraret, idque non ipſis ſolis accidit, ſed & iis qui à ſenatu fuerant miſſi.
Nam ne legati quidem à lacrymis ſibi temperare poterant, cogitantes miſerias
quæ ex hac ciuium ſeceſſione contigerant, & eos diu mœſtos & lacrymantes &
quid dicendum eſſet dubitantes, ſilentium tenuit. Sed vbi hæc magna lamenta
ceſſarunt, ſilentiumque tota concione factum eſt, tunc ad crimina obiecta reſpon-
ſurus, eáque diluturus prodiit T. Largius, qui cæteris ciuibus ætate & dignitate an-
A tecellere videbatur, qui iterum conſul creatus effecit vt inuidioſus ille magiſtratus
dictatoriæ poteſtatis, quòd ſe in ea præclariſſimè omnium hominum geſſiſſet,
» ſacer & venerandæ maieſtatis plenus exiſtimaretur. Aggreſſus autem de iure diſ-
» ſerere, & modò fœneratores, quòd crudelia & inhumana facinora perpetraſſent,
» incuſans, modò pauperes perſtringens, quòd iniqua poſtularent, dum mallent vi
» quàm gratia ſuo ære alieno liberari, & quòd neque rectè *neque meritò* ſenatui in- T. Largii oratio.
» fenſi eſſent, quod nihil moderati aut æqui ab eo poſſent impetrare, potius quàm
» ipſis eius rei autoribus: & conatus demonſtrare exiguam eſſe plebis partem quæ
» inuita peccaret, & quæ magna rerum inopia coacta ſui æris alieni remiſſionem pe-
» teret, ſed maiorem partem petulantiæ & inſolentiæ & voluptuario vitæ generi
B deditam eſſe, ac paratam ad inſeruiendum ſuis cupiditatibus per raptum rerum
» alienarum, diſcernendóſque cenſens improbos à calamitoſis, & odio dignos ab illis
» qui humanitate indigent, & alia quædam in hanc ſententiam locutus, (vera illa qui-
dem, ſed tamen non grata omnibus iis qui ea audiebant,) hæc plebi perſuadere non
poterat, ſed ingens murmur ad ſingula quæ dicebat, oriebatur: & alij indignaban-
tur, quòd ille ſuos dolores refricaret, alij apertè confitebantur rem ita ſe habere,
quòd ille veritatem minimè celaret. Hæc autem pars longè minor erat quàm al-
tera, ita vt multitudine obſcuraretur, & indignantium pars alteram clamore ſu-
peraret. Quum autem Largius bis pauca addidiſſet, & eorum ſeceſſionem & con- Sicinnii patroni ac ducis plebis ad legatos reſponſio.
ſiliorum temeritatem perſtrinxiſſet, tunc Sicinnius plebis patronus ac dux, eius ver
» ba excipiens, multò magis eorum animos exaſperauit dicens, eos ex his verbis præ-
C cipuè poſſe cognoſcere quinam honores, quæ beneficia maneant ipſos in patriam
» reuerſos. Quibus enim in ſummo periculo verſantibus, & plebis opē implorātibus,
» & ad hoc ipſum venientibus, ne nunc quidem in mentem venit vt moderata & hu-
» mana vtantur oratione, quem animum exiſtimandum eſt illos habituros vbi res ipſis
» ex voto ſucceſſerint, & quos nunc contumelioſis verbis lacerant, ſuæ poteſtati ob-
» noxios habuerint? à quo ſuperbiæ genere eos ſibi temperaturos? à qua verberatione
» contumelioſa? à qua crudelitate tyrannica? Sed ſi vobis placet toto vitæ tempore
» ſeruire, ita vt nexi, verberibus cæſi, & igne & ferro & fame & cæteris iniuriis ac con-
» tumeliis perdamini, ne teratis tempus, ſed abiectis armis, & manibus poſt tergum re-
» flexis *ac reuinctis*, eos ſequamini. Quòd ſi quo libertatis deſiderio tenemini, ne eos fe
D ratis, & vos legati, aut dicite quibus conditionibus nos *in patriā* reuocetis, aut, ſi hoc
» dicere non vultis, ex concione diſcedite, neque enim amplius vobis dicendi po-
» teſtatem faciemus. Quum autem ille dicendi finem feciſſet, omnes qui aderant Vel, Neque enim amplius ad ea quæ dicetis reſpondebimus.
plauſu ac ſtrepitu eius orationem approbarunt, ipſique ſunt aſſenſi, quòd eius ra-
tiones ac verba, bona & opportuna eſſe cognoſcerent. Poſtea facto ſilentio, Me-
nenius Agrippa, qui etiam pro plebe in ſenatu verba fecerat, & vt legatio cum ſum-
ma ac libera poteſtate mitteretur, ſua ſententia præcipuus autor fuerat, ſignificauit,
ſe quoque velle aliquid dicere. Illis verò id pergratum & optatum viſum eſt, & tūc
demum ſperarunt ſe audituros orationē, quæ veras cōpoſitiones & ſententias vtri-
E que parti ſalutares contineret: ac primùm quidem omnes ingenti voce acclamarūt,
iubentes eum verba facere, deinde verò ita quieuerunt, & tantū ſilentium tota con-
cione factum eſt, vt locus ille à ſolitudine nihil differre videretur. Ille verò & cæte-
ris in rebus quantum in ipſo fuit oratione viſus eſt vti, quæ ad probandū ac perſua-
dendum maximam vim habebat, & ad voluntatem eorū qui audiebant, maximè ac-
commodata erat, ſed in fine ſuæ concionis, fertur fabulam quandā ad Æſopearum
formam cōfictam dixiſſe, ad rem præſentem maximè accommodatam, & hac potiſ-
ſimum eos flexiſſe: quapropter etiam digna iudicata fuit quæ memoriæ proderetur:
& omnibus priſcis hiſtoriis celebratur. Ille igitur qui legationis princeps erat, in

Agrippæ Menenii (qui legationis erat princeps) oratio ad plebem quæ ſeceſſerat

hunc modum eſt loquutus, Nos à ſenatu miſſi ſumus ad vos, Quirites, neque iſ-
lum purgaturi, neque vos accuſaturi, (neque enim hæc opportuna eſſe, neque etiam
miſero ſtatui, in quo reſpub. verſatur, conducere videbantur) ſed ſeditionem omni
animi alacritate & quauis ratione ſedaturi, & remp. in priſtinum illum egregium
ſtatum reſtituturi. Quum autem huius rei ſummam ac liberam habeamus poteſta-
tem, exiſtimamus prolixiore oratione de iure diſſerendum non eſſe, quemadmodum
Iunius iſte fecit. Sed quibus conditionibus humanis arbitremur ſeditionem ſedan-
dam, & quæ fides conuentiones noſtras ſit confirmatura, de his ea quæ ſentimus ac
ſtatuimus, vobis dicemus. Cogitantibus nobis, omnem ſeditionem in quauis ciuita-
te curari poſſe, ſi diſſidiorum cauſæ tollantur, neceſſarium eſſe duximus huius di- A
ſcordiæ cauſas cognoſcere, eáſque tollere. Quum autem comperiamus, aſperas
æris alieni exactiones præſentium malorum cauſam eſſe, ſic eas corrigimus. Illis
omnibus qui æs alienum contraxerunt, nec ſunt ſoluendo, vt id remittatur æ-
quum eſſe cenſemus: &, ſi quorum corpora, elapſo iam legitimo ac præſtituto
pecuniæ perſoluendæ tempore à creditoribus detinentur, hæc quoque libera eſ
ſe placet. Et quotquot in iudiciis damnati, priuatim addicti ſunt creditoribus
qui eos damnandos curarunt, hos quoque liberos eſſe volumus, & eorum dam-
nationes irritas facimus. Ac præteritos contractus, propter quos hæc ſeceſſio à
vobis videtur facta, ita corrigimus, *& de iis ita ſtatuimus*: de futuris verò † quic-
quid à vobis, populo, & ſenatu de communi ſententia ſtatutum fuerit, id pro B
lege habeatur. Nónne hæc ea ſunt, Quirites, quæ vos à patriciis alienarunt, &
his impetratis contentos vos fore † putatis, nec quidquam præterea deſiderabi-
tis? dantur nunc vobis. Iam igitur læti in patriam redite. Fides autem quæ has
conuentiones firmabit, & qua vobis cauebitur, ea erit quæ legitima ac ſolen-
nis eſt omnibus in gratiam redeuntibus. Hæc autem ſenatus ſuo decreto rata
faciet, rebúſque quæ ſcriptæ fuerint, ſenatuſconſulto legis autoritatem tribuet.
Quinimò hîc ſcribantur à nobis ea quæ videbuntur, & ſenatus his parebit. Vt
autem, quæ nunc conceduntur, rata fore certò ſciatis, nec ſenatum quidquam
in poſterum contra hæc moliturum, primùm quidem nos legati erimus fideiuſ- C
ſores, vobis corpora & animas & familias noſtras oppignerantes: deinde reli-
qui ſenatores *idem facient*, quorum nomina in ſenatuſconſulto ſcribentur. Ni-
hil enim profectò inuitis nobis contra plebem ſcribetur. Nos enim ſumus ſena-
tus principes, & cæterorum omnium primi noſtras ſententias diximus. Vltima
verò fides eſt, communis omnibus tum Græcis tum barbaris gentibus, quam
nullum vnquam tempus tollet, ea ſcilicet quæ iureiurando interpoſito & fœde-
ribus ictis ipſos deos ſponſores conuentionum facit, quæ multas & graues pri-
uatorum hominum inimicitias, & multa bella inter populos coorta compoſuit ac
finiuit. Hanc quoque fidem accipite, ſiue paucis ſenatus principibus permittatis
vt totius ſenatus nomine iuſiurandum dent vobis, ſiue mauultis omnes, quo- D
rum nomina in ſenatuſconſulto ſcribentur, iurare per ſacra, vtique ſe omnes fœ-
deris conditiones firmas ſeruaturos: dextras verò vt fidem quæ diis teſtibus in fœ-
dere vltro citróque datur & accipitur, ne crimineris, ô Brute, néve pulcherri-
mum omnium humanorum inſtitutorum tollas, neque vos patiamini eum im-
piorum & tyrannicorum hominum † ſcelera commemorare, à quibus Romana
virtus plurimum abeſt. Vbi verò vnam præterea attulero, quæ à nullis mortalium
ignoratur, & de qua minimè dubitatur, finem dicendi faciam. Quænam verò
eſt illa? ea videlicet, quæ communis vtilitatis eſt autor, & quæ vtranque partem
mutuo auxilio ſeruat. Hæc certè prima & ſola nos in vnum contraxit, nec vn-
quam alteros ab alteris ſeparari patietur. Semper enim egebit, & nunquam ege- E
re deſinet imperita quidem multitudo ducibus prudentibus: ſenatus verò, qui
aliis præeſſe poteſt, turba quæ ipſius imperio velit parere. Neque verò hoc ex
ſola opinione coniicientes, ſed re ipſa experti ſcimus. Quid igitur mutuis mo-
leſtiis nos inuicem terremus? quid malis verbis vtimur, quum bona facta ſint
præ manibus? Quin potius paſſis vlnis, ac manibus nos mutuò amplexantes re-
dimus in patriam priſtinam rerum iucundiſſimarum oblectationem recuperatu-
ri, & longè ſuauiſſimum deſiderium iterum percepturi? At nobis inaudito cau-
tionis genere caueri, & fidem infidam requirimus, tanquam infenſiſſimi hoſtes
omnia in peius ſuſpicantes. Nobis quidem ſenatoribus, Quirites, vna fides ſuffi-
cit,

Vel potius, poſtquam de eo ſancita lex fuerit, ratum ſit.
Vel potius, putabatis, nec q. pr. deſiderabatis.

Vocat [illegible] quæ ab illis improbè contra fidem datam facta fuerunt.

» cit, & perſuaſum habemus fore vt ſi in patriam redeatis erga nos mali non ſi-
» tis, quia nota nobis eſt veſtra bona educatio, & ſtudia legitima, & cæteræ
» veſtræ virtutes ſæpiùs tum pace tum bello nobis ſunt ſpectatæ. Quòd ſi ad res
» componendas & ad melioris ſtatus ſpem publicè confirmandam fides neceſſa-
» ria videtur, uos certè & cætera bona in vobis fore credimus, *& vobis fidimus*,
» nec petimus à plebe aut iuſiurandum, aut obſides, aut vllam aliam fidem: nul-
» lis tamen veſtris poſtulatis aduerſabimur. Ac de fide quidem, propter quam
» Brutus nos calumniari eſt conatus, hæc ſufficiunt. Quòd ſi qua non iuſta in-
» uidia in veſtris animis reſidet, quæ vobis ſuadeat vt malè de ſenatu ſentiatis, vo-
A lo & ad hæc aliquid reſpondere, Quirites, & me, per deos oro, quietè & atten-
» tè audiatis. Reſpublica quodammodo humano corpori ſimilis videtur. Vtrunque
» enim eſt compoſitum, & conſtat ex multis partibus, quarum ſingulæ nec ean-
» dem vim habent, nec vſus pares exhibent. Si igitur humani corporis partes
» ſingulæ proprium ſenſum, & propriam vocem ſeparatim accipiant, deinde or-
» ta inter eas ſeditione reliquæ omnes partes conſpirent contra vnum ventrem,
» & pedes dicant ſibi totum corporis onus incumbere: manus verò, ſe artes ex-
» ercere, & victum comparare, & cum hoſtibus pugnare, & multas alias vtili-
» tates in commune conferre: humeri verò, ſe omnia onera ferre: caput, ſe vi-
» dere, & audire: os, ſe loqui, & reliquos omnes ſenſus quos *à natura* accepit
B in ſe complecti, quibus ipſa corporis vniuerſitas conſeruatur: deinde ventri
» dicant, Tu verò bone quid horum facis? quam gratiam nobis refers, & ad quid
» prodes? certè tantùm abeſt vt nos aliqua in re iuues, & aliquid in communem
» vtilitatem conferas, vt etiam nobis ſis impedimento *nobiſque afficias*, & negotium
» faceſſas, quia cogis (id quod minimè ferendum eſt) nos tibi inſeruire, & vn-
» dique conquirere quæ tuas cupiditates expleant. Eia, cur non aſſerimus nos in
» libertatem, & tot moleſtiis nos liberamus, quas huius gratia perferimus? Si
» igitur hæc ipſis placeant, & nulla corporis pars amplius ſuum faciat officium,
» fierine poteſt vllo modo vt corpus diutius duret, ac non intra paucos dies fa-
» me, peſſimo mortis genere, conſumatur? Nullus certè eſt qui poſſit aliter di-
C cere. Eodem ſanè modo & de ciuitate ſentiatis. Nam & hæc quoque con-
» ſtat ex multis & diſſimilibus gentibus, quarum vnaquæque proprium aliquem
» reipublicæ vſum præbet, vt membra corpori. Alij enim agros colunt, alij pro
» ipſis pugnant cum hoſtibus, alij mercaturam exercentes multa commoda reipu-
» blicæ ex mari afferunt, alij neceſſarias artes exercent. Quòd ſi omnes hæ gen-
» tes in ſenatum, qui ex optimatibus conſtat, conſpirent, & dicant, Tu verò,
» ſenatus, quid boni nobis facis? & quam ob cauſam aliis imperare vis? Nullam
» certè afferre poſſes: nónne tandem aliquando ab hac tua tyrannide nos libera-
» bimus, & ſine principe degemus? Si igitur *hæ gentes* hæc cogitantes à conſue-
» tis ſtudiis diſcedant, quid vitabit hanc ciuitatem malam, malè perire fame, &
D bello, & quouis alio calamitatum genere? Hoc igitur ſciatis, Quirites, quem-
» admodum venter in noſtris corporibus, conuiciis immeritò à multis petitus, dum
» alitur alit corpus, & dum ſeruatur, id ſeruat, éſtque velut commune quod-
» dam penuarium, quod omnibus membris id impertitur, quod ipſis conducit,
» & quod pacem omnium conſeruat: ſic etiam in ciuitatibus ſenatum, qui rem-
» publicam adminiſtrat, & qui ſolicitus eſt de eo quod vnicuique conuenit, om-
» nia ſeruare, cuſtodire, & corrigere: quare, deſinite inuidioſas in eum voces iactare,
» vos ab eo patria expulſos vt errones & mendicos, propter eum vagari. Nullo e-
» nim maleficio ille vos affecit, nec affecturus eſt, ſed ipſe vos reuocat, & orat,
» & paſſis manibus, & ſimul portis patentibus vos recipiet. Dum hæc diceret
E Menenius, per totam concionem multæ & variæ voces emittebantur ab illis qui
ibi aderant. Quum verò in extrema ſuæ concionis parte ſeſe ad lamenta ver-
tiſſet, & reipublicæ calamitates imminentes, tam illis qui in vrbe remanebant,
quàm illis qui expulſi fuerant, & vtrorumque miſerias defleuiſſet: tunc om-
nes lacrymas effundere cœperunt, & vna voce, ac de communi ſententia
conclamarunt, vt ſe in vrbem reduceret, néue tempus tereret. Et certè pa-
rum abfuit quin celeriter ex concione abirent, rebus omnibus legatorum

Vel, & nullo eorum quæ ad ſecuritatẽ pertinebant confecto.

L. Iunius Brutus impetũ plebis, in vrbem reuerti paratæ, reprimit.

arbitrio permiſſis, † & cæteris ſuæ incolumitatis cautionibus temerè neglectis: niſi
progreſſus Brutus eorũ impetũ repreſſiſſet, dixiſſétq; cętera quidẽ quę ſenatus plebi «
offerebat, rectè ſe habere, & ſe magnam ei ob poſtulata conceſſa gratiam habendam «
cenſere: ſed tamen ſe omne poſterum tempus timere, & homines ingenio tyranni- «
co præditos, ne rurſus aliquando (ſi ſe occaſio obtulerit) præteritas plebis iniurias in «
memoriam reuocent, eáſque vlciſci conentur. Vnam verò rationem eſſe, qua caueatur omnibus qui potentiores timent, hãc videlicet, ſi compertum habeant, iis qui in- «
iuriam ipſis facere volent, poteſtatem defore: quandiu enim malefaciendi faculta- «
tem illi habuerint, non defore improbis voluntatem. Si igitur hãc cautionem plebeij «
fuerint conſequuti, nulla re illis præterea opus fore. Quum autẽ Menenius eius ver- A
ba excepiſſet, & iuſſiſſet dicere cautionẽ qua plebem adhuc egere exiſtimabat. Con- «
cedite, inquit, nobis vt quotãnis aliquot ex ordine noſtro eligamus, qui magiſtratum «
gerant, quiq; nullam aliam autoritatem ac poteſtatem habeant: ſed tantùm plebeiis «
iniuriam & vim patientibus opem ferãt, nec quenquam iure ſuo fraudari patiantur. «
A vobis autem ſupplicirer petimus, & precibus cõtendimus, vt præter alia quę vltro «
nobis conceſſiſtis, (ſi modò non verbis, ſed reuera de pace agitur) hoc quoque detis «
& largiamini. Plebs igitur his auditis ingenti ac longo clamore hominem laudauit,
& à legatis petiit vt hoc quoque ſibi concederent. Tum legati, quum è concione ſe-
ceſſiſſent, poſt habitum inter ſe breue colloquium, nõ multò poſt redierũt. Facto au-
tem ſilentio, Menenius progreſſus, ita eſt loquutus, Hæc res. Quirites, magna eſt, & B
multis ſuſpicionibus abſurdis plena: & timor & cura nos ſubit, ne fortè duas ciuita- «
tes in vna faciamus: veruntamen, quantum in nobis erit, ne huic quidem veſtræ pe- «
titioni aduerſabimur. Hoc tamen nobis concedite, quod etiam pro vobis facit: per- «
mittite legatis vt in vrbem redeant, & hæc ſenatui declarent. Quanuis enim pote- «
ſtatem ab eo acceperimus arbitratu noſtro compoſitionem faciendi, & liberè ac ab- «
ſolutè pollicendi quicquid placuerit, tamen minimè ęquum cẽſemus, vt tantũ nobis «
aſſumamus: ſed quia præter opinionem noua hæc res nobis occurrerit, quaſi hac no- «
ſtra poteſtate priuati, rem totam ad ſenatum referemus. Perſuaſum tamen habemus «
eadem illi quæ & nobis, probatum iri. Ego igitur hîc manebo, & mecum pars aliqua «
legatorum: Valerius verò cum reliquis ſuis ſociis abibit. Placuerunt iſta. Quum i- C
gitur properè equos conſcendiſſent ij qui ſenatui nuntiaturi erant quæ gerebantur,
ad vrbem contenderunt. Quum autem conſules rem ad ſenatum retuliſſent, Vale-
rius hoc quoque beneficium plebi dandum cenſuit: at Appius, qui iam ab initio pa-
ci aduerſabatur, tunc quoque apertè contrà dixit, vociferans & deos obteſtans, &
prædicens quantarum reipublicæ calamitatum ſemina *Valerius* iacturus eſſet: ſed
maximæ eorum parti hoc perſuadere non potuit: quia, vt antè dixi, ad pacẽ erat pro-
cliuior. Factum igitur eſt ſenatuſconſultum, vt cùm cætera, quæ legati plebi promi-
ſerant rata eſſent, tum etiam ei hanc cautionem quam petebat, permitterent, *& con-
cederent*. His peractis, legati poſtero die in caſtra redierunt, & ſenatuſconſultũ expo-
ſuerunt. Poſtea, quum Menenius ſuaſiſſet plebi vt aliquos ad ſenatum mitteret, qui D
ab eo fidem acciperent, mittitur L. Iunius Brutus, de quo antè feci mentionem, &
cum eo M. Decius, & Sp. Icilius. Legatorum verò à ſenatu miſſorum dimidia pars cum
Bruto in vrbem eſt miſſa: Agrippa verò cum reliquis remanſit in caſtris, rogatus vt
perſcriberet leges plebi, quibus magiſtratus crearet. Sequenti die Brutus cum colle-
gis reuerſus eſt, icto fœdere cum ſenatu per εἰρηνοδίκας, quos Romani feciales vocãt.
Plebs verò diuiſa in φρατρίας, quæ tunc erant, ſiue quocunque alio nomine velit quis
eas appellare, quas illi curias vocant, annuos magiſtratus creauit, Lucium Iunium
Brutum, & Caium Sicinnium Vellutum, quos & ad id vſque tempus duces habe-
bant: & præter iſtos Caium & Publium Licinios, & Caium Iuſillium Ruganum.
Hi quinque primi tribunitiam poteſtatem acceperunt quarto idus Decembris, E
quemadmodum vſque ad hanc noſtram ætatem fit. Poſt comitia peracta, legatis
à ſenatu miſſis, ea omnia quorum cauſa fuerant legati, rectè ſe habere viſa ſunt.
Brutus verò conuocata concione ſuaſit plebi, vt ſuum magiſtratum ſacroſanctum eſſe
decerneret, lege & iureiurando confirmata eius rei cautione. Placuerunt hęc omni-
bus, léxque ab ipſo eiúſque collegis ſcripta eſt. Legis autem verba hæc ſunt, Tribu- «
num plebis inuitum, nemo, vt vnũ de vulgo, quidquam facere cogito, neq; verbera- «
to, nec ab alio verberari iubeto: neq; interficito, neq; interfici iubeto. Quòd ſi quis «
cõtra ea quę interdicuntur aliquid fecerit, ſacer eſto, & bona eius Cereri ſacra ſunto: «
& qui

L. Iunij Bruti pro plebe poſtulata, ad ſecuritatem ei dandam.

Aliquot ex legatis Romam reuertuntur, ſignificaturi ſenatui quid actũ eſſet, & de iis quę à plebe petebantur eius ſententiam ſciſcitaturi.

Legati reuertuntur.

Quinque qui primi tribunitiam poteſtatẽ acceperunt.

De tribunitiæ poteſtatis iure inuiolabili, lex lata.

& qui eum occiderit, qui tale facinus patrarit, purus à cæde eſto. Et ne in poſterum
liceret plebi hanc legem abrogare, ſed vt in perpetuũ immobilis maneret, decretum
fuit vt omnes ciues Ro. iurarent per ſacra, vtique ſe ſuóſque poſteros in perpetuum
hac lege vſuros: additáque eſt ad iuſiurandũ precatio, vt iis qui hanc legẽ confirmaſ-
ſent & immobilẽ ſeruaſſent, & dij ſuperi, & dij inferi propitij eſſent: iis verò qui eam
violaſſent, omnia cõtraria à diis vtriſque, vt maximo piaculo obnoxiis cõtingerent.
Hinc mos apud Romanos obtinuit vt tribunorũ corpora ſacroſãcta eſſent, & ad no-
ſtra vſque tẽpora durauit. His ita decretis arã extruxerũt in ſummo mõtis vertice,
vbi caſtra poſuerant, quam à terrore, qui tũc ipſos corripuerat *ac infeſtarat*, ſuo patrio
A ſermone, Iouis terrorẽ incutientis, *aram* appellarunt. Cui *deo* peractis ſacrificiis, & lo-
co, à quo fuerãt recepti, conſerato, in vrbem cum legatis deſcenderunt. Quum au-
tem diis quoque, qui in vrbe colebantur, victimas & ſacrificia, vt ipſis *ob pacem factam*
gratias agerent, perſoluiſſent, & patriciis perſuaſiſſent vt ſuffragiis magiſtratũ ſuum
confirmarent, hac quoque re ab illis impetrata, petierũt prętereà à ſenatu vt ſibi per-
mitteret, vt duos de plebe quotannis crearent qui tribunis pleb. miniſtrarent ea om-
nia quibus indigerent, & de cauſis quæ eorũ arbitrio permiſſæ fuiſſent, cognoſcerẽt,
& ſacrarum ędium, & publicorum locorũ, & annonæ curam gererent. Hac quoque
re à ſenatu impetrata, crearunt quoſdam quos miniſtros tribunorum plebis & col-
legas & iudices appellabant. Nunc tamen patrio Romanorum ſermone ab vno offi-
B cio, quo funguntur, vocantur ædiles, & poteſtatẽ alterius magiſtratus miniſtram, vt
antea, habent. Multæ autem & magni momenti res illis committuntur, & quodãmo-
do ferè plurimis in rebus ſimiles ſunt iis qui apud Græcos ἀγορανόμοι vocantur. Pace
autem domi parta, & repub. in priſtinum ſtatũ reſtituta, ad bella externa à ducibus
delectus habebantur magna plebis alacritate, ita vt breui temporis ſpatio res omnes
ad bellum neceſſariæ paratæ fuerint. Quum autẽ conſules, de more, munia ac pro-
uincias ſortiti fuiſſent, Sp. Caſſius, cui rerum vrbanarũ cura obtigerat, delecti exerci-
tus partem, quanta ad vrbis cuſtodiam ſufficeret, apud ſe retinuit, reliquos ad militiã
miſit. Poſtumius verò Cominius eduxit reliquum exercitum, qui cõſtabat ex Roma-
norum ipſorum non contemnendis copiis, & Latinorum auxiliis non paruis. Quum
C autem ſtatuiſſet primùm Volſcos aggredi, Longulam eorum vrbem primo impetu
cepit, & licet oppidani fortitudinem aliquam ſibi vendicare conati fuiſſent, *ſeque vi-
ros ſtrenuos præſtare, ac demonſtrare voluiſſent*, licet etiam ex vrbe in campos apertos
copias quaſdam miſiſſent, quibus Romanum exercitũ venientẽ à ſe arceri poſſe cõ-
fidebant, turpiter tamen terga fugę dare ſunt coacti, antequàm præclarum vllũ faci-
nus ederent, ne in ipſa quidem murorũ oppugnatione vllo forti facinore edito. Vno
igitur die Romani & eorum agro ſine vllo labore potiti ſunt, & vrbem abſque magno
negotio vi ceperunt. Imperator autem Romanus, quum res in vrbe relictas *ac inuen-
tas*, militibus in prædam conceſſiſſet & præſidium in ea reliquiſſet, eduxit copias in a-
liam vrbẽ Volſcorum, quæ Poluſca vocatur, & à Longula non multum abeſt. Quum
D autem nullus obuiam ei venire auſus fuiſſet, itinere per agrum illum facillimè confe-
cto, mœnia oppugnare cœpit, quúmque militum alij portas fregiſſent, alij ſcalis mu-
ros conſcendiſſent, eo ipſo die hanc quoque vrbem in ſuam poteſtatem redegerunt.
Hac vrbe recepta paucos quoſdam defectionis autores delegit, eóſque ſecuri per-
cuſſit: reliquos verò pecuniis mulctatos & armis ſpoliatos, in poſterum populi Ro-
mani imperio parere coegit. Relicta autem hîc etiam exigua militum manu præſi-
dij cauſa, poſtero die cum exercitu Coriolos petiit, vrbem valde inſignem, & quaſi
Volſcorum antiquam patriam & caput: vbi & validus exercitus iam coactus erat, &
muri non facilè expugnari poterant, & res ad bellum neceſſariæ iam multò antè ab
oppidanis fuerant paratæ. Quum autem hanc aggreſſus fuiſſet, & ad veſpertinũ vſ-
E que crepuſculum eam oppugnaſſet, ab hoſtibus, amiſſis ſuorum compluribus repul-
ſus eſt. Poſtero die comparatis arietibus & vineis & ſcalis, ſeſe ad vrbis oppugnatio-
nẽ inſtaurandã totis viribus parabat: ſed quũ audiſſet Antiates, ob cognationis vin-
culũ, cum magna militũ manu Coriolanis ſubſidio venturos, & eos qui miſſi fuerãt, iã
eſſe in via, diuiſo exercitu ſuo, cũ dimidia eius parte vrbẽ oppugnare ſtatuit, cui Titũ
Largiũ pręfecit: cũ reliqua verò parte hoſtẽ aduentantẽ arcere decreuit. Bis autem
eo die pugnatum, ſed *in vtraque pugna* Romani victores fuerunt, & omnium egregia
enituit opera. Sed pręcipuè vir quidam facinora fortitudinis incredibilia, & omnem
orationis fidẽ ſuperãtia edidit. Is genere erat patricio, & minimè obſcuris natalibus,

Tribunorũ corpora ſacroſancta. Dionyſij etiam tempore.

Ædiles creantur plurimis in rebus ἀγορανόμοις Græcorum ſimiles.

Aduerſus Volſcos expeditio Poſtumij Cominij conſulis.

Corioli Volſcorũ vrbs, aduerſus quam Poſtumius Cominius exercitum ducit.

Antiates Coriolanis auxilia mittunt.

C. Marcius qualibus parẽtibus ortus, quibus virtutibus præditus, quàm fortiter in Coriolanorũ expugnatione ſe geſſerit.

nomine C. Marcius, homo frugi in quotidiano victu, & liberali ac generoſo animo prẹditus. Ita autem in vtroque prælio pugnatum eſt. Largius ſimulatque dies illuxit, copias eductas ad mœnia Coriolana admouit, & variis locis ea oppugnare cœpit, Coriolani verò elati Antiatũ auxilio, quod iamiam affore ſibi credebãt, apertis omnibus portis conſerto agmine eruptionẽ in hoſtes fecerunt. Romani verò primum eorum impetum exceperunt, & multa vulnera intulerunt iis qui in ſe ruebant. Deinde verò quum maior hoſtium numerus eò procurreret, pulſi ſunt per loca decliuia & reliqua acies inclinauit, & ad caſtra refugere cœpit. Hac re animaduerſa, Marcius, de quo antè mentionẽ feci, cum paucis ſubſtitit, atque impetũ conſerti hoſtium agminis in ſe ruentis excepit, multiſque eorũ proſtratis, reliquis cedentibus, & in vrbẽ fuga ſe re- A
cipientibus, inſtabat à tergo ſemper cædens poſtremos quoſq; qui in ipſius manus incidiſſent, & ſemper hortans ſuos, qui dederãt ſe in fugã, vt ſeſe cõuerterent, & bono eſſent animo, & ſe ſequerentur. Illi verò prẹ pudore talis flagitij conuerſi ſunt, & oppoſitis ſibi hoſtibus, cædentes & perſequentes inſtabant, & quum breui tẽporis ſpatio ſinguli eos qui cum ipſis manus conſeruerant, in fugã vertiſſent, ad muros accedebant, & Marcius tunc audacius periculis ſeſe obiectãs vlterius progrediebatur, & quum ad ipſas portas acceſſiſſet in vrbem vnà cum ipſis hoſtibus fugientibus irrupit. Quum autẽ multi alij cum eo ſimul irrupiſſent, in multis vrbis partibus magna vtrorumque cædes facta, quòd alij pugnarent in ipſis viarum anguſtiis, alij in ædibus quæ expugnabantur. Adiuuabant autẽ oppidanos & ipſæ mulieres, de tectis hoſtes tegu- B
lis petentes, & vnuſquiſque pro viribus alacriter patriæ opẽ ferebat. Veruntamẽ malis diutius reſiſtere nõ potuerũt, ſed ſeſe victoribus dedere coacti ſũt. Hoc igitur modo expugnata vrbe, cæteri milites Romani ad res quæ in ea fuerant relictæ, diripiendas ſe cõuerterunt, & ad multũ tẽpus in prædã intenti fuerunt, quia & multæ pecuniæ, & multa mancipia in vrbe erant.

Marcius Coriolis captis in Antiatũ etiam expugnatione prẹclaram operam nauat.

At Marcius, qui etiam primus hoſtiũ impetũ ſuſtinuerat, omniúmque Romanorum fortiſſimũ tum in ipſa murorũ oppugnatione, tum in præliis in vrbe cõmiſſis ſe manifeſtiſſimè præſtiterat, in ſecunda pugna contra Antiates cõmiſſa fortitudinis longè maioris ac illuſtrioris facinora fecit. Nam ne ab hoc quidem prælio abeſſe voluit, quòd hoc indignũ iudicaret. Sed ſtatim poſt vrbem captã, cum paucis qui ſe ſequi poterãt, *ad alios Romanos* accurrit, & nactus acies iã in- C
ſtructas & mox cõgreſſuras, vrbem captam primus ſuis nuntiauit, & argumentũ eius rei fumũ oſtendit, qui magnus ex incenſis ædificiis erũpebat, & venia à cõſ. impetrata, è regione firmiſſimi hoſtium roboris aciem explicauit. Dato autem pugnæ ſigno primus cum hoſtibus cõgreſſus eſt, & multis cæſis qui cum ipſo ad manus venerãt, in mediam eorum aciem perrupit. Antiates verò eius impetũ diutius cõminus ſuſtinere nõ poterant: ſed ordines, in quoſcũque ille impreſſionem feciſſet, deſerebant, & cõferta acie eum circundabant, cúmque ſuos inuadentem & inſequentem, ipſi pedẽ referẽtes telis eminus petebãt. Poſtumius verò, ea re cognita, veritus ne illi ab omnibus deſtituto grauius aliquid accideret, lectiſſimos ac fortiſſimos quoſq; iuuenes ſubſidio ei miſit. Illi facto globo, & acie denſata impreſſionem in hoſtes fecerunt. Quũ autem D
hoſtes à fronte oppoſiti impetum eorum ſuſtinere non potuiſſent, ſed in fugam ſe vertiſſent, vlterius progreſſi inuenerunt Marcium vulneribus vndique ſauciatum, & circa eum viderunt multos milites cẹſos, multóſque qui ſemimortui iacebant. Poſtea omnes ſimul, ductu ipſius Marcij, reliquos hoſtes qui ordines adhuc ſeruabant, inuaſerunt, eos qui ipſis reſiſtebant, interficientes & eos haud aliter quàm mancipia trahantes. Egregiam autem & memorabilem operã nauarunt in illo prẹlio cùm alij milites Romani, tum verò præcipuè qui Marcium protexerunt. Sed eos omnes virtute ſuperauit Marcius, qui citra omnem controuerſiam autor præcipuus illius victoriæ fuit. Quũ autẽ iam adueſperaſceret, Romani ob victoriã valde elati, multis Antiatibus cæſis & multis captis, in caſtra ſe receperunt. Poſtridiè Poſtumius, exercitu ad E

Marcius à Poſtumio laudatur, & præmiis donatur.

concionem conuocato, prolixa oratione Marcium laudauit, cúmque virtutis ergò corona decorauit, & ob egregiam in vtroque prælio nauatam operam, ei præmia dedit, gratiámque retulit, cúmque bellico equo imperatoriis inſignibus ornato, & decem captiuis, data ipſi optione vt quos vellet eligeret, & argento quantum ille ſecum abſportare poſſet, & ex reliqua præda prẹclaris prẹmitiis donauit. Sublato autẽ ingẽti ab omnibus clamore, vt laudantibus & cõgratulantibus, Marcius progreſſus dixit: ſe & cõſuli, & cæteris omnibus ob honores quibus ſe dignabãtur, gratiã habere: verũtamen ſe iis minimè abuſurũ, ſed ſe cõtentũ fore equo ob ornamẽtorũ pulchritudinẽ

& vno

& vno captiuo,qui ſuus erat hoſpes. Milites verò qui & antè illius viri generoſũ animum admirabãtur, multò magis tunc eum ſunt admirati quòd diuitias cõtemneret, & in tãta felicitate modeſtè ſe gereret. Ob hoc igitur facinus Coriolanus eſt cognominatus,& omnium ſuę ætatis nobiliſſimus fuit.

Marcius ob frugalitatem & modeſtiam admirationi eſt.

Quum igitur prœliũ cum Antiatibus cõmiſſum,talẽ habuiſſet finẽ, reliqui Volſcorum populi depoſitis inimicitiis pacem cum Romanis fecerunt,& quotquot idẽ,quod illi cogitabãt,& qui in armis iã erant, & qui bellum parabãt,quieuerunt. Quibus omnibus clementer tractatis,Poſtumius domũ rediit,exercitúmq; dimiſit.

De rebus ab altero conſule Caſſio in vrbe interim geſtis

Alter verò cõſul Caſſius,qui in vrbe relictus fuerat,interim ædẽ Cereris,Liberi,Liberæque cõſecrauit,quæ eſt ad metas Circi maxi-
A mi,ſupra ipſos carceres ſita,quã A. Poſtumius dictator pro reip.ſalute ſe diis iſtis dedicaturum vouerat,quo tẽpore cum Latinorum copiis dimicaturus erat,& quæ poſt partam victoriã ex S.C.locata fuerat,vt tota de manubiis extrueretur: ſed eius opus tunc demum abſolutum eſt.

Cum omnibus Latinorum populis renouatũ fœdus.

Eodẽ tẽpore cum omnibus Latinorum populis fœdus iureiurãdo interpoſito renouatum eſt,& pax atque amicitia inſtaurata, tum quia ſeditionis tẽpore nihil cõtra pop.Rom.moliri ſunt conati, tũ quia cõſtabat eos omnes plebis reditu lętari,tum etiam quia in bello cõtra populos,qui à Romanis defecerãt, alacri animo fidelẽ operã nauaſſe videbantur.

Quæ fœdere illo continebantur.

Quæ autẽ in illo fœdere cõtinebantur, hæc erant,Romanis & omnibus Latinorũ populis ſit pax dum cœlum & terra eandẽ ſtationẽ obtinuerint: & neutri alteris bellũ inferant, néue aliunde hoſtes accerſant,
B néue bellũ inferentibus tutũ iter præbeant: & infeſtatis bello totis viribus opẽ ferãt, & manubiarum ac prædæ in bello,cõmunibus auſpiciis geſto, æquam vtrique partẽ ſortiantur. Priuatorúmque contractuum iudicia intra decẽ dies in foro eius populi vbi cõtractus fuerint facti,finiãtur. Iſtis autẽ fœderib. nihil aut addi, aut demi niſi ex cõmuni omnium Rom.& Latinorum conſenſu liceat. In has igitur cõditiones Romani & Latini fœdus inter ſe,per omnia ſacra iurantes,fecerunt: ſenatúſque ob pacem & gratiæ reconciliationẽ cum plebe factã diis ſacrificia perſoluere, & ſupplicationes facere decreuit,addito vno die Latinis feriis(quę ita vocãtur)quum duo tantùm earum dies antè eſſent:quorũ alter à Rege Tarquinio conſecratus eſt,quo tẽpore Etruſci ab eo deuicti fuerunt, alter verò à populo additus, quando exactis regibus
C remp.in libertatẽ vindicauit: quibus tertius additus eſt ob reditũ plebis,quæ ſeceſſionem fecerat. Munus autem procurationémque ſacrificiorũ & ludorũ,qui in illis feriis fiebant, Tribunorum plebis miniſtri acceperũt,qui nunc ædilitiam habẽtes poteſtatẽ(vt dixi)à ſenatu prætexta & ſella eburnea & reliquis regiis inſignibus ornantur.

Menenius Agrippa mortuus, effertur publicis impẽſis, & magnificentiſſimè ſepelitur.

Nec multò poſt has ferias Menenius Agrippa vir cõſularis, diem ſuũ obiit, ille qui Sabinos vicerat,& maximè inſignẽ triumphũ de illis egerat,cuius ſuaſu ſenatus profugis reditum conceſſerat,& cuius fidẽ plebs ſequuta ab armis diſceſſerat. Elatúſque eſt publicis impẽſis,& lõgè omnium mortaliũ pulcherrimè & magnificentiſſimè ſepultus eſt: nã priuatæ illius hominis facultates ad honeſtum & magnificũ funus & ſepulturã non ſufficiebãt. Quare liberorũ eius tutoribus,poſt habitã cõſultationem,
D placuit eum vt vnũ de vulgo,vili funere efferre,atq; ſepulturę mãdare. Plebs tamẽ id fieri nõ eſt paſſa,ſed tribuni aduocata plebe ad cõcionẽ, & multis laudib. res tũ bello tum pace ab illo viro geſtas perſequuti,eiúſque temperãtia & frugalitate, præcipuè verò à quæſtibus abſtinẽtia ſũmis laudibus in cœlũ elata,facinus lõgè turpiſſimũ fore dixerũt,ſi vir tãtus ignobile atque humile funus ob inopiam cõſequeretur: plebíque autores fuerũt vt eos funeris ſumptus in ſe reciperet,cõferrétque quantũ à ſe imperatũ eſſet. Plebi verò his auditis grata hæc fuerunt. Quũ autẽ confeſtim vnuſquiſque imperatam ſummã attuliſſet,magna vis pecuniæ coacta eſt. Senatus verò hac re cognita,eã ſibi dedecori fore putauit. Quare,decreuit minimè pati virũ Romanorum nobiliſſimum ſtipe viritim coacta ſepulturę mandari: ſed ęquum eſſe cenſuit vt ſum-
E ptus ex ærarij pecunia fieret,huius rei cura quæſtoribus cõmiſſa. Illi verò ingenti ære funus libitinariis locauerunt,eiúſq; cadauer ornatum magnificentiſſimè,cæteriſq; omnibus rebus ad magnificentiam ac ſplendorem ſuppeditatis,pro dignitate ac virtute hominis ſepulturæ mandarunt. Quum autem plebs in honoranda defuncti memoria ſenatui minimè cederet, ne ipſa quidem illud collatitium æs recipere voluit, quàmuis quæſtores id ipſi reſtituere vellent, ſed id largita eſt illius viri liberis, miſerata inopiam eorum,ne quid indignum paterna virtute exercerent. Eodem tempore à conſulibus habitus eſt cenſus, cenſaque ſunt vniuerſorum capitum centum & decem millia & amplius. Atque his conſulibus hæc à Romanis ſunt geſta.

DIONYSII, ALEXANDRI F. HALICARNASSEI, ANTIQVITATVM ROMANARVM, LIBER SEPTIMVS.

> A.V.C. 262. T. Geganio & P. Minutio conſulibus grauis annonę caritas.

EIT o Geganio Macerino, Publio Minutio conſulibus, grauis annonæ
caritas ex ſeceſſione orta vrbem inuaſit. Plebs enim à patriciis ſeceſſerat A
poſt autumnale æquinoctium, ſub ipſum fermè ſementis faciendæ ini-
tium. Coloni verò agrum deſeruerunt ſimulatque hic motus factus eſt,
ac ij quidem qui ditiores erant partes patriciorum ſunt ſequuti, mercenarium verò
vulgus ad plebeios tranſiit. atque ab eo tempore ira alij ab aliis ſegregati manſerunt,
donec ciuitas (quæ non multò ante ſolſtitium hybernum gratiæ reconciliationem
fecerat) componeretur, & in vnum coiret. At medio tēporis ſpatio quod ad omnem
ſementem faciendam maximè eſt appoſitum, agri colonis erant vacui, idque diu du-
rauit, ita vt ne poſt ipſum quidem agricolarum reditum cultura facilè reparari poſ-
ſet, tum ob ſeruorum fugam, tum ob iumentorum interitum, quibus ad agrum colen-
dum, qui vaſtatus fuerat, opus erat, tum etiam quia non magna aut ſeminum aut ali- B

> Ob annonæ caritatem legati à ſenatu ad coemenda frumenta mittuntur.

mentorum copia in ſequentem annum parata erat. Senatus his rebus cognitis lega-
tos dimiſit in Etruriam & Campaniam, & in agrum Pomptinum, vt quantam maxi-
mam poſſent frumenti copiam coëmerent. Publius autem Valerius, & Lucius Gega-
nius in Siciliam miſſi ſunt, Valerius quidem Publicolæ f. Geganius verò alterius con-
ſulis frater. Tyranni autem tunc oppidatim dominabantur, inter quos nobiliſſimus
erat Gelo Dinomenis f. qui nuperrimè Hippocratis fratris ſui, *cui hereditario iure ſuc-
ceſſerat*, tyrannidem adeptus fuerat, non autem Dionyſius Syracuſanus, quemadmo-
dum ſcripſerūt Licinius & Gellius & multi alij Romani ſcriptores, nullo modo tem-
porum rationibus accuratiùs examinatis, vt res ipſa indicat, ſed temerè quicquid in
mentem venit, narrantes. Nam decreta in Siciliam legatio, anno ſecundo ſeptuageſi- C
mæ ſecundæ olympiadis eò nauigauit, archonte Athenis Hybilidæ, decimo & ſepti-
mo anno poſt exactos reges: quemadmodum & iſti & alij ferè omnes hiſtorici com-
muni conſenſu ſcribunt. Dionyſius verò ſenior, octogeſimo quinto poſt anno quum
inuaſiſſet Syracuſanos, tyrannidem occupauit, anno tertio nonageſimæ tertiæ olym-
piadis, archonte Athenis Callia, qui ſucceſſit Antigoni. Certè ferendum eſſet in hi-
ſtoricis, ſi exiguo annorum numero in ipſa temporum ſupputatione fallerentur, prę-
ſertim quum priſcam & multorum annorum hiſtoriam componunt. Sed totis dua-
bus tribúſue ætatibus à veritate aberrare nullus ipſis permiſerit. At qui primus hoc
in ſúos annales retulit (quem cæteri omnes ſunt ſequuti) hoc ſolùm in priſcis annali-
bus videtur inueniſſe, his conſulibus legatos in Siciliam miſſos vt frumentum eme- D
rent, atque inde quod tyrannus dono dederat aduexiſſe. Non tamen videtur vlterius
Græcorum ſcriptorum hiſtorias ſcrutatus eſſe, quiſnam tunc Siciliæ tyrannus eſſet,
ſed temerè & inconſideratè, prout ei in mentem venit, Dionyſium poſuiſſe. Legati
igitur qui in Siciliam nauigabant, tempeſtatibus in mari iactati, & coacti circumna-
uigare inſulam, ſerò ad tyrannum peruenerunt, & ibi exacta hyeme, primo vere in

> Legati Romanorum parum abfuit quin, vt exploratores, à Volſcis interficerentur.

Italiam reuerſi, magnam commeatuum copiam aduexerūt. Qui verò in agrum Pom-
ptinum miſſi fuerant, parum abfuit quin, vt exploratores, à Volſcis interficerentur,
falſò delati ab exulibus Romanis. Quum autem ęgrè admodum ſuorū hoſpitum ſtu-
dio *ac fauore* ipſa corpora ſeruare potuiſſent, pecunia amiſſa & re infecta Romam re-
dierunt. Idem accidit iis, qui ad Italicas Cumas iuerant. Quum enim in hac ciuitate E
multi Romani degerent, qui cum Tarquinio rege euaſerant, profugerántque ex vl-
timo prælio, primùm quidem illos à tyranno ad ſupplicium depoſcere conati ſunt:
ſed quum hoc impetrare non potuiſſent, poſtularūt vt ſaltem ſibi liceret eorum cor-
pora pignoris loco detinere, donec à ciuitate quæ eos miſerat ſua bona reciperent,
quæ à populo Romano iniuſtè publicata dicebant, atque ipſum tyrannum iſtius ſuæ

> Cumarum tyrannus Ariſtodemus Malacus, vnde ſit dictus.

litis iudicem eſſe oportere cenſebant. Tunc autem Cumis tyrānus erat Ariſtodemus
Ariſtocratis filius, vir non obſcuri generis, qui à Cumęis Malacus vocabatur, & tem-
poris progreſſu illa nominis appellatio magis innotuit, ſiue quòd puer adhuc effœ-

minatus

minatus eſſet, & muliebria pateretur, quemadmodum quidam produnt, ſiue(vt alij
ſcribunt)quòd miti & minimè iracundo eſſet ingenio. Quibus autem tyrannidis oc-
cupandæ rationibus, *quibus occaſionibus* ſit vſus, & qua via ad eam peruenerit, & quo-
modo ſe in ea geſſerit, & quem vitæ exitum habuerit, non intempeſtiuum iudico,
intermiſſa pauliſper rerum Romanarum narratione, ſummatim percurrere. Sexageſi-
ma & quarta olympiade, archonte Athenis Miltiade, Cumas, Græcam vrbem, in O-
picis, ab Eretrienſibus & Chalcidenſibus conditam, Etruſci qui circa Ionium ſinum
habitabant, inde à Gallis temporis progreſſu pulſi, & vnâ cum illis Vmbri, & Daunij,
& multi alij barbari, euertere ſunt conati, quum nullam aliam iuſtam odij cauſam,
A quàm ipſam vrbis felicitatem afferre poſſent. Cumæ enim illis temporibus tota Ita-
lia celebres erant ob diuitias & potentiam & alia bona, quòd totius Campani agri
fertiliſſimam partem poſſiderent, & opportuniſſimos circa Miſenum portus haberēt.
Barbari his bonis inſidias ſtruentes, expeditionem contra eam vrbem fecerunt, fere
cum quingentis peditum, & decem & octo equitum millibus. Illis autem non pro-
cul ab vrbe caſtra habentibus admirandum prodigium apparuit, quale nunquam
aut apud Græcos, aut barbaros vſpiam accidiſſe memoratur. Nam amnes qui præter
eorum caſtra fluebant, quorum alter Vulturnus, alter Glanis vocatur, omiſſo natura-
li curſu aquas retorſerunt, & ab oſtiis ad fontes ſuos recurrerunt, cùmque curſum diu
tenuerunt. Hac re cognita Cumæi tunc demum auſi ſunt cum barbaris congredi,
B quòd ex hoc prodigio coniicerent deum res hoſtium elatas depreſſurum, & ſuas quę
videbantur humiles elaturum. Quare, diuiſis trifariam totius iuuentutis viribus, par-
tem vnam ad vrbis præſidium, alteram ad nauium cuſtodiam reliquerunt, tertiam
pro mœnibus inſtruxerunt, impetum hoſtium excepturi. atque horum numerus
continebat equites 600. peditum verò quatuor millia, & quinquentos præterea. Et
quamuis tam exiguum militum numerum haberent, tamen tot *hoſtium* millia ſuſti-
nuerunt. Vbi verò barbari cognouerunt eos ad pugnam paratos eſſe, clamore ſubla-
ro, vt fert barbarorum mos, eos inuaſerunt, nullo ſeruato ordine, pedites & equites
promiſcuè, quaſi eos omnes primo impetu eſſent deleturi. Locus autem vbi pugna-
batur erat vallis anguſta ante vrbem, montibus & paludibus vndique clauſa, pro
C Cumęorum virtute faciens, & iniqua barbarorum multitudini. Quum enim alij alios
euerterent, humíque deiicerent & conculcarent, cùm multis aliis in locis, tum verò
præcipuè circa cœnum paludis, ne congreſſi quidem cum acie Græcorum plerique
eorum à ſuis obtriti interierunt. Atque ingens ille eorum peditatus mutua colliſione
afflictus, & nullo forti facinore edito, diſſipatus eſt, & alius aliò fugit. Equites verò
pugnarunt illi quidem, & multum negotij Gręcis exhibuerunt: ſed quum non poſ-
ſent hoſtes circundare ob locorum anguſtias, quinetiam ipſo deo fulminibus, imbri-
bus, & tonitruis Græcos adiuuante, territi terga verterunt. In eo prælio omnes Cu-
mæorum equites egregiè pugnarunt, atque hi potiſſimùm vel omnium confeſſione
victoriæ autores fuerunt. Sed inter cæteros Ariſtodemi cognomine Malaci virtus
D præcipuè enituit. Etenim ipſe ſolus impetum ſuſtinens, ducem hoſtium & alios mul-
tos ſtrenuóſque viros interfecit. Bello autem confecto, Cumæi, ſacrificio dijs pro
parta victoria facto, & iis qui in pugna ceciderant, honorificè ſepultis, magna con-
tentione certarunt cuinam ob rem fortiter geſtam prima corona danda eſſet. Nam
ſinceri iudices Ariſtodemum hoc honore dignabãtur, & plebs ei fauebat: at poten-
tes ciues Hippomedontem magiſtrum equitum, & totus ſenatus huic ſuffragabatur.
Erat autem tunc temporis penes optimates Cumęa reſp. & plebs non multum pote-
rat. Ob hanc igitur contentionem orta ſeditione, maiores natu veriti ne ad arma &
cædes ambitio iſta progrederetur, perſuaſerunt vtrique factioni vt æquos honores
capere illis ambobus permitteret. Ob hanc igitur cauſam Ariſtodemus cognomine
Malacus plebis patronus eſt factus, qui quòd in ciuili genere dicendi nō mediocriter
exercitatus eſſet, concionibus plebē ductabat, eam actionibus popularibus recreans
ac reficiens, & proceres qui publica depeculabantur arguens, & de ſuis pecuniis bene-
ficia in multos ciues conferens. Quapropter primoribus optimatum grauis & formi-
dabilis erat. Vigeſimo autem anno poſt pugnam cum barbaris cōmiſſam, ad Cumęos
venerunt Aricinorum legati, ſuppliciter opē illorum implorantes contra Etruſcos,
à quibus bello premebantur. Nam Porſena, rex Etruſcorum, poſt pacem cum pop.
Romanō factam, filium ſuum Aruntem cum dimidia copiarum parte miſit, quia pro-
prium imperium ſibi quærere volebat, quemadmodū ſupra declaraui. Ille igitur Ari-

Ariſtodemus ille Cumanus tyrannus quomodo tyrannidem occupârit, quomodo ſe in ea geſſerit, quē vitæ exitū habuerit.

Valde mirabile prodigiū, amnium omiſſo naturali curſu aquas retorquentium.

Ariſtodemus fortiſſimā patriæ operā nauat in profligandis hoſtibus barbaris.

Ariſtodemus plebis fauorem modis omnibus ſibi conciliat.

cinos intra mœnia compulſos tūc obſidebat, & ſe breui vrbem fame expugnaturum
ſperabat. Quum legatio iſta veniſſet,principes optimatum,Ariſtodemum odio pro
ſequentes,& veriti ne quam calamitatem reip.afferret,pulcherrimam occaſionem ſe
nactos arbitrabantur,qua illū per ſpeciem honeſtæ cauſę de medio tollerent.Quum
igitur populo perſuaſiſſent,vt auxilio Aricinis duo hominum millia mitteret, & du-
cem eorum creaſſent Ariſtodemum,quòd eſſet rebus bellicis clarus,poſtea pararunt
inſidias homini,per quas ipſum vel ab Etruſcis in pugna conciſum iri,vel in mari pe-
riturum arbitrabantur.Nam à ſenatu accepta poteſtate delectus habendi eorum qui
auxilio mittendi eſſent,nullos nobiles aut memoratu dignos conſcripſerunt: ſed de-
lectis ex plebe pauperrimis ac nequiſſimis quibuſque, quos ſemper ſuſpectos habe- A
bant, & metuebant ne quid rerum nouarum molirentur, ex his claſſem compleue-
runt:& decem vetuſtis nauibus,& parum idoneis ad nauigandum,in mare deductis,
quarum præfecti erant Cumæorum pauperrimus quiſque, in his illos poſuerunt, pœ-
nam capitalem minati,ſiquis eam militiam deſeruiſſet. At Ariſtodemus hæc tantùm
loquutus,perſpectum ac notum eſſe ſibi inimicorum conſilium,qui verbis quidem ſe
ad auxilium *Aricinis* ferendum mitterent, re verò ipſa ad manifeſtum exitium,acce-
pit earum copiarum imperium, & cum Aricinorum legatis celeriter portu ſoluit, &
medium illud maris ſpatium laborioſè & periculoſè emenſus,appulit ad littora Ari-
ciæ proxima, & præſidio in nauibus relicto quantum ſatis erat ad earum cuſtodiam,
illa eadem nocte confecto terreſtri itinere,quod non erat longum,ſub diluculum in B
Aricinorum conſpectum ex improuiſo venit,caſtríſque prope illos poſitis, perſuaſit
iis qui intra mœnia confugerant, vt in campum apertum prodirent, & ita tunc E-
truſcis pugnandi copiam fecit. Collatis autem ſignis acre prælium commiſſum eſt,
in quo Aricini non diu hoſtium impetum ſuſtinuerunt, ſed omnes inclinarunt, atq;
iterum intra muros fuga ſe receperunt. At Ariſtodemus cum exigua lectorum Cu-
mæorum manu,qua ſtipatus erat,totam illius pugnę molem ſuſtinuit,&Etruſcorum
ducem ſua manu interfecit,& gentes exteras ac barbaras in fugam vertit, & maximè
inſignem victoriam ex hoſte reportauit.His rebus geſtis,& ab Aricinis multis deco-
ratus muneribus celeriter diſceſſit, quòd ipſemet ſuæ victoriæ nuntium Cumæis af-
ferre vellet. Eum autem ſequebantur permultæ Aricinorum onerariæ naues, ſpolia C
& Etruſcos captiuos vehentes.Quum autē iam ad Cumas acceſſiſſent,claſſe ad littus
appulſa exercitum ad concionem vocauit, & longa oratione in ciuitatis principes
& gubernatores inuectus, & multis laudibus eos proſequutus, quorum egregia ope-
ra in prælio enituerat, diuiſáque viritim pecunia, & muneribus Aricinorū in medio
poſitis,vt omnibus eſſent cōmunia, rogauit eos vt horum beneficiorum eſſent me-
mores vbi in patriam rediſſent, & ſiquod fortè periculū ſibi ab optimatibus aliquan-
do immineret,opem pro viribus vnuſquiſque ferret. Omnibus autem vno ore ſe illi
magnam habere gratiam dicentibus,tum ob inſperatā ſalutem quam eius opera fue-
rant adepti,tum ob reditum in patriā minimè vacuis manibus: & ſuam potius vitam
quàm illius ſalutem hoſtibus ſe prodituros pollicentibus,collaudatis iis, concionem D
dimiſit. Poſtea in ſuum tentorium vocatos eorum ſceleſtiſſimos quóſque & manu
fortiſſimos,largitionibus & humanis alloquiis,& ſpe (quæ omnes decipit) corrupit,
& paratos habuit ad ſe iuuandum in præſenti reip.ſtatu mutando. Quibus aſſumptis
ad operæ & periculi ſocietatem, & monitis quid cuique agendum, & captiuis quos
adducebat,libertate gratis data, vt illorum quoque beneuolentiam ſibi conciliaret,
inſtructis nauibus in portus Cumæos eſt delatus. Tunc militum patres & matres, &
reliqui omnes cognati & liberi & vxores obuiam illis *ex nauibus in terram* exſcedenti-
bus iuerunt,cum lacrymis eos amplectentes, & oſculātes, & ſuauiſſimis vnumquem-
que appellationibus ſalutātes. Quinetiam tota reliqua multitudo vrbana cum gra-
tulatione,&plauſu ducē ſalutans,redeuntē domum proſequuta eſt.Quam rem mo- E
leſtè ferentes ciuitatis primores, præcipuè verò illi qui exercitus imperium ei dede-
rant,& alia in eius perniciem machinati fuerāt, malè de futuris cogitare cœperunt.
Ille verò intermiſſis paucis quibuſdā diebus,quibus votiua ſacrificia diis perſoluit,&
onerarias naues,quę tardiores erāt,expectauit:poſtquā tēpus opportunū iam veniſſe
exiſtimauit,dixit ſe velle in ſenatu res à ſe in prælio geſtas narrare,& prædā eo bello
partā oſtendere.Quum autē frequens ſenatus & magiſtratus in curiam cōueniſſent,
ipſe in medium progreſſus cœpit concionari, & ordine narrare quæcunq; in prælio
geſta fuerant.Interim verò illius conſpirationis ſocij,iā antè ab eo parati,cū ſicis ſub
veſte

Ariſtodemus exercitus Aricinis auxilio miſſi dux creatur.

Ariſtodemus valde inſignem victoriam reportat.

veſte tectis magna manu in curiam irrũpentes, omnes optimates iugularũt. Ac mox
omnes è foro diffugere,&currere,alij domum,alij extra vrbem,exceptis iis qui con-
ſpirationis erant conſcij. Iſti enim & arcem & naualia & munitiones ciuitatis occu-
parunt. Sequenti verò nocte ſolutis iis qui erant in vinculis, & qui capite damnati
fuerãt,quorum magnus erat numerus,& armatis illis vnà cum ſuis amicis,inter quos
erant & Etruſci iuuenes captiui,ex his ſatellitium ad corporis ſui cuſtodiam cõſtituit.

Ariſtodemus, omnibus Cumæorum optimatibus interemptis, tyrannidẽ occupat.

Quum autem dies illuxiſſet,conuocato ad cõcionem populo,& lũga oratione inue-
ctus in ciues à ſe cæſos,illos quidem ſibi toties inſidiis ab ipſis appetito meritas luiſſe
pœnas,& ſe cæteris ciuibus iam libertatem,& ius æquũ,& multa alia bona afferre di-
A xit. Hæc loquutus,& omnibus plebeiis mira ſpe repletis,à duabus lõgè omnium pul-
cherrimis actionibus reip. adminiſtrationem orſus eſt,quę ſolent eſſe cuiuſlibet tyrã-
nidis primordia,ab agrorũ videlicet diuiſione & æris alieni remiſſione. Pollicitus au-
tem eſt ſe vtriuſque huius rei curam in ſe recepturum, ſi imperator cum ſummo ac
libero imperio creatus fuiſſet, donec reſp. in tuto eſſet, & ſe popularem dominatum
conſtituturum. Quum autem plebs,& improba multitudo libenter alienorũ bono-
rum rapinam accepiſſet,ipſe accepto ſummo imperio, aliud à ſe excogitatum conſi-
lium intulit,quo eos decepit,& omnes libertate ſpoliauit: ſimulans enim ſe vereri ne
diuites tumultum aliquem excitarent, & in plebem impetum facerent ob agri diui-
ſionem,& æris alieni remiſſionem,ne quod ciuile bellum oriretur,néue quæ ciuium
B cædes fierent,vnicã rationem, qua id præcaueri poſſet antequam ad ipſa mala eſſet
ventũ,ſe inuenire dixit,ſi omnes arma ex ædibus prolata diis cõſecrarent, vt poſſent
illis vti contra externa bella, quæ ipſis inferrentur, ſi qua neceſſitas vrgeret, non au-
tem contra ſe ipſos. Interim verò apud ipſos deos rectè reponi poſſe dicebat. Vbi ve-
rò hoc quoque illis perſuaſum eſt, eodem die omnibus Cumæis arma abſtulit, & ſe-
quẽtibus diebus priuatas ædes ſcrutabatur,in quibus multos & bonos ciues interfe-
cit,quaſi non omnes arma diis indicaſſent. Poſt hæc tribus præſidiis tyrãnidem ſuam
firmauit,quorũ vnum conſtabat ex ſordidiſſimis atque ſceleſtiſſimis ciuibus,quorum
ope & auxilio ſtatum reip. quæ ab optimatibus regebatur,euertit. Alterũ ex impiis
ſeruis,quos ipſe manumiſerat,quòd dominos ſuos interfeciſſent: tertium,ex merce-

Ariſtodemus tribus cuſtodiis tyrannidẽ ſuam firmat.

C narijs immaniſſimis barbaris. Iſti non pauciores erant duobus millibus, & re militari
longè cæteris præſtantiores. Cæſorum autem hominum ſtatuis ex omni templo ab-
latis,& in loca profana delatis,ſuas in earum locum ſubſtituit & erexit: domos verò
eorum,prædia,& reliquas fortunas occupauit,& exportato inde auro & argento,&
ſi qua alia res tyrannide digna erat, reliqua largitus eſt iis quorũ opera & auxilio im-
perium ſibi cõpararat: plurima verò & maxima dona dedit ſeruis qui dominos ſuos
interfecerant. At illi petebant etiam eorum filias & vxores in matrimonium. Cæte-
rùm,quum virilem hominum occiſorum progeniem principiò contemneret, poſtea
tamẽ,ſiue aliquo oraculo monitus,ſiue etiam veriſimili aliqua ratione motus, exiſti-
mãs eam in magnum ſuum metum ac periculũ ali, conatus eſt vno die totã perdere.
D Sed deprecantibus hoc omnibus,apud quos & matres ipſorum erant,& ipſi pueri a-
lebantur, quum hoc quoque donum illis largiri vellet, illos quidẽ à mortis periculo
præter ſuam ſententiam liberauit: ſed tamen vt ſibi caueret, ne qua cõſpiratione in-
ter ſe facta aliquid contra tyrannidem molirentur, omnes iuſſit ex vrbe abire alium
aliò, & in agris degere, atq; nullis diſciplinis, aut ſtudiis pueros ingenuos decẽtibus
operam dare,ſed paſtoralia munia exercere,& cætera opera agreſtia facere,mortem
interminatus ſi quis eorum intra mœnia deprehenſus fuiſſet. Illi verò relictis paternis
laribus, in agris,vt ſerui alebantur,patrum ſuorum interfectoribus ſeruientes. Et ne
vel in aliorum ciuium quopiam animus aut generoſus, aut virilis eſſet, inſtitutis ſuis
totam vrbanam iuuentutem quæ alebatur, effœminare eſt aggreſſus, ſublatis gym-
E naſiis & armorum exercitationibus, & mutata viuendi ratione,qua pueri priùs vte-
bantur. Iuſſit enim mares more virginum comam alere, eámque colore flauo infice-
re, cincinnóſque facere, & reticulis capillos religare, & pictis atque talaribus togis
indui,& palliolis tenuibus ac mollibus amiciri,& in vmbra degere. Eos autem comi-
tabantur ad ludum ſaltatorum & tibicinum & aliarum huiuſmodi muſicarum illece-
brarum,puerorum magiſtræ mulieres,cum vmbellis & flabellis,& ipſæ lauabant eos
allatis ad balnea pectinibus,& vnguentorum alabaſtris,& ſpeculis. Tali educatione
corrumpens pueros donec annum ætatis vigeſimum impleuiſſent ac exegiſſent, ita
demum eos poſtea inter viros referri patiebatur. Sed quum his,aliiſq; multis modis

Ariſtodemus quum ſibi iam tyrannidē ſuam tutam eſſe, ab exulibus oppugnatur.

cum cōtumelia illuſiſſet,& inſolēter inſultaſſet Cumæis,& à nullo libidinis aut crudelitatis genere ſibi temperaſſet,quum putaret ſuam tyrannidem tutam eſſe, iam ſenex graues diis hominibúſque pœnas dedit,vnâ cum tota ſtirpe exciſus.Qui autem in eum inſurrexerunt, & ciuitatem ab eius tyrannide in libertatē vindicarunt, fuêre filij ciuium ab ipſo cæſorum , quos quum olim omnes vno die interficere decreuiſſet,deſtitit incœpto(vt dixi)cohibitus precibus ſuorum ſatellitum,quibus in matrimonium matres eorum dederat : ſed eos in agris vitam degere iuſſerat. Nam aliquot annis poſt, dum per pagos iter faceret , conſpecta iuuentute multa & valida, veritus ne facta conſpiratione in ſe inſurgerent,eóſque præuenire volens,ſtatuit omnes interficere,antequàm id aliquis præſentiret : & adhibitis in cōſilium amicis,cum A illis conſultabat quánam ratione & facillimè & celerrimè illi clàm de medio tolli poſſent.Iuuenes hac re cognita ſiue alicuius conſcij indicio,ſiue etiam ipſi per ſe veriſimili aliqua ſuſpicione moti,in montes fugerunt,arreptis armis ruſticis.Illíſq; celeriter auxilio venerunt Cumæi exules,qui Capuæ degebant : inter quos nobiliſſimi erant.& magnum Campanorum hoſpitum numerum adducebant Hippomedontis filij ,eius qui bello Etruſco magiſter equitum fuerat, & ipſi armati, & arma illis quoque afferentes,adducentes etiam Campanorum mercede conductorū & amicorum manum non paruam,quam collegerant. Viribus deinde omnibus in vnum collatis, agros hoſtium incurſionibus & latrociniis infeſtabant ac populabantur,& ſeruos ad defectionem à dominis faciendam impellebant,eóſque abducebant,vinctóſque ſol- B uebant,& armabant,& quaſcunque pecunias aut pecus agere aut ferre non potuiſſent, partim cremabant, partim iugulabant. Tunc quum tyrannus animo perplexo eſſet,& ignoraret quánam ratione bellum cum ipſis eſſet gerendum,quòd neque apertè illi rem gererent , neque in iiſdem locis diutius morarentur, ſed modò à nocte ad crepuſculum vſque matutinum,modò à matutinis horis vſque ad noctem graſſarētur,& ita iter ſuum metirentur,quúmque ſæpius milites ad agri præſidium,& cuſtodiam fruſtra miſiſſet , quidam ex illis corpore verberibus lacerato ab exulibus , vt transfuga miſſus ad eum venit,qui petita impunitate & fide publica pollicitus eſt tyranno,ſi ab eo accepiſſet copias,quas erat miſſurus,ſe deductūrū eas in eum locum,in quo proximam ſequentem noctem exules erant acturi. Cuius oratione adductus ty- C rannus fide illi habita,quòd ideo nullum prēmium peteret,& ſe obſidem offerret,miſit cum illo fideliſſimos duces cum magna equitum & peditum mercede conductorum manū,quibus mandauit diſertiſſimis verbis vt omnes exules, ſin minus, quamplurimos eorum vinctos ad ſe adducerent.Ille igitur transfuga,qui hæc commentus & machinatus fuerat,per tramites minimè tritos ac inuios,& ſaltus deſertos tota nocte continuato itinere,exercitum magno cum labore duxit ad partes ab vrbe remotiſſimas. Interea verò fugitiui & exules, circa montem auernum vrbi propinquum, in inſidiis deliteſcentes,vbi cognouerunt tyrāni copias ex vrbe exiſſe, ſigno,vt inter eos conuenerat,à ſpeculatoribus dato,miſerunt ex ſuis circiter ſexaginta audaciſſimos,pellibus paſtoralibus indutos,& faſces ſarmentorum ferentes.Iſti circa veſper- D tinum crepuſculum,alij per alias portas vt operarij clàm ſe in vrbem inſinuauerunt, vrbémque ingreſſi depromptis ſicis,quas in faſcibus occultarant, omnes in eundem locum conuenerunt, deinde ſimul inde confecto agmine cum impetu currentes ad portam, quæ ad auernum montem ducit, & ipſos cuſtodes ſopitos interfecerunt,& omnes ſuos iam muris propinquos apertis portis in vrbem receperunt , ídque ſentiente nemine.Fortè enim illa nocte celebrabatur quidam publicus dies feſtus.Quare,quum tunc tota vrbana multitudo indulgeret potationibus & aliis voluptatibus, id præbuit illis facultatem ſine vllo metu ac periculo,omnes vias quæ ad tyranni regiam ferebant,tranſeundi:& ne circa fores quidem magnam vigilum cuſtodiam inuenerunt,ſed hîc quoq; alios iam ſopitos, alios ebrios ſine magno negotio trucida- E runt, & vno agmine in tyranni æde facta irruptione , reliquos omnes nec corporis, nec mentis præ vino amplius cōpotes, inſtar pecudum iugularunt. Ipſum verò Ariſtodemum,eiúſque liberos,& reliquos cognatos cōprehenſos,vſque ad multam noctem verberibus laceratos & tortos,& omnium (vt ita dicā) cruciatuum generibus affectos interfecerunt. Atque tota tyranni familia,ac ſtirpe radicitùs exciſa,ita vt neque filios,neque vxores,neque vllos eorum cognatos relinquerent:& per totam noctem ſcrutati omnes, qui eum in tyrannide occupāda adiuuerant,ſimulatq; dies illuxit,in forū progreſſi ſunt.Deinde, cōuocato ad cōcionē populo, arma depoſuerūt,

Ariſtodemus cum tota familia interficitur.

& remp.

& remp. in priſtinum ac patrium ſtatum reſtituerunt. Quum igitur ad hunc Ariſtodemum, qui annum iam fermè decimumquartum tyrannidem Cumis obtinebat, exules, Tarquinij ſocij, veniſſent, iudicium contra patriam petebant. At Romanorum legati aliquandiu illi quidem negarunt ſe ad hoc iudicium veniſſe, dixerúntq; ſe poteſtatem agendæ cauſæ publicæ nullam habere, quam à ſenatu non accepiſſent. Sed quum nihil proficerent, & viderent tyrannum in alteram partem propenſiorem eſſe ob ſtudium & preces exulum, petito temporis ſpatio ad dicendā cauſam, & pecuniis pro vadimonio promiſſis, ſi id deſererent, pendente adhuc cauſa, nullo ampliùs eos obſeruante aufugerunt. Horum verò famulos & iumenta & pecunias coemendi frumenti cauſa allatas tyrannus retinuit. His igitur legationibus contigit vt tales iniurias paſſę re infecta domum redirent. Sed qui miſſi fuerāt in Etruriam, milium, & far ab eius regionis populis coemptum, fluuialibus ratibus in vrbem comportarunt. Ille commeatus Romanos exiguum temporis ſpatium ſuſtentauit: ſed poſtea hoc abſumpto ad eandem inopiam, qua antè laborabant, redacti ſunt. Nullum autem cibi genus intentatum reliquerunt, ad quod neceſſitas ſolet homines adigere, accidítque multis eorum, tum ob rerum penuriam, tum ob inſolentiam inſueti cibi, vt alij quidem infirmis & malè affectis eſſent corporibus, alij verò ob inopiam neglecti prorſus inualidi eſſent. Qua re cognita, Volſci nuper bello deuicti, ſe inuicē occultis legationibus ad bellum contra Romanos ſolicitabāt, rati, ſi quis eos bello & fame vexatos adoriretur, fore vt illi hoſtibus reſiſtere nō poſſent. Sed diuina prouidētia, cui curæ erat nō pati populum romanum in hoſtium poteſtatem venire, tunc quoque manifeſtiſſimè vim ſuā demonſtrauit. Tanta enim peſtilentia repentè Volſcorū vrbes inuaſit, quantam nuſquam *vel apud Græcos* vel apud barbaros accidiſſe memorię proditū eſt, quippe quòd nulli ætati, nulli conditioni, nulli ſexui parceret, ſed æquè valida atque inualida corpora conficeret. Cuius ingentis cladis magnitudo ſatis cognoſci poteſt ex inſigni Volſcorum vrbe, cui nomen erat Velitræ, quæ tunc ampla & frequens erat; cuius tātam incolarum multitudinem peſtis exhauſit, vt de decem partibus vnā tantùm reliquerit, cæteras verò corripuerit & aſſumpſerit. Qui verò tandem incolumes ex ea clade ſuperfuere, miſſis ad Romanos legatis, ſuam deſolationem indicarunt, & vrbem illis dediderunt. Quia autem etiam antè colonos Roma miſſos acceperant, ideo nouos colonos ſorte delectos ab illis petebant. Hac re cognita, Romanos eorum calamitatis miſeratio ſubiit. Quare, cēſuerunt in tā afflicta hoſtium fortuna, omnem præteritarum iniuriarum memoriam deponendam, quòd ſatis pœnarū diis, pro ſcelere contra populum romanum cogitato, dediſſent. Velitras antē ipſis recipere placuit, miſſo non paruo colonorum numero, quia multa commoda inde prouentura ſecum ipſi reputabant. Nam & ipſe locus idoneus videbatur, ſi ſatis firmo præſidio occupatus fuiſſet, ad magnum impedimentum afferendum illis qui aliquid rerum nouarum moliri, aut aliquos motus excitare voluiſſent. Et ipſam alimētorum penuriam qua reſp. premebatur, multò leuiorem fore arbitrabātur, ſi ex vrbe plebis pars aliqua non contemnenda migraret. Pręcipuè verò ſeditio noua quæ excitabatur, priore nōdum ſatis bene extincta, impulit eos vt nouam coloniam mittere decernerent. Iterū enim, vt & antè, plebs concitabatur, & patriciis erat infenſa, & multa grauia conuicia in illos iactabantur, aliis incuriam eorum, & negligentiam incuſantibus, quòd non multò antè præuidiſſēt fore annonæ inopiam, neque aduerſus eam calamitatem aliqua remedia antè excogitaſſent *ac præparaſſent*: aliis apertè dicentibus eos per inſidias & conſultò annonæ caritatis autores eſſe, quòd irati eſſent, cuperéntque plebem vexare, à qua ſe deſertos recordarentur. Ob has igitur cauſas ociùs colonia decreta eſt, triumuiris ad eam deducēdam à ſenatu creatis. Plebi autem principiò quidem gratū erat aliquos ſorte delectos in coloniam mitti, quòd ſe fame liberatum iri, & regionem fertilem ſe habitaturam ſperaret. Deinde verò conſiderans peſtē, quæ in vrbe ſibi deſtinata graſſata fuerat, & quæ incolas abſumpſerat, nouóſque colonos eodē modo tractatura videbatur, ſententiam paulatim mutare cœpit, ita vt nō multi eſſent qui nomina dare, & in numerum nouorum colonorū referri vellēt, ſed multò pauciores quàm ipſe ſenatus decreuerat: atq; hos ipſos iā ſui cōſilij pœnitebat, quòd malè ſibi cōſuluiſſent: nec exire volebāt, ſed tergiuerſabantur. Hæc igitur pars domi relicta eſt, & alij quotquot in coloniā lubēter nō proficiſcebātur: ſed facto poſtea S. C. vt ex omni ciuium romanorum numero coloni ſorte delecti deducerētur, & grauiſſima atque inexorabili pœna propoſita iis in quo ſors cecidiſſet, ſi eò ire recuſaſſet,

Margin letters: A (at "menti cauſa allatas"), B (at "retur, fore vt"), C (at "vrbem illis dediderunt"), D (at "non contemnenda migraret"), E (at "& regionem fertilem").

Romanorum legati, qui ad coemendū frumentum erant miſſi, Ariſtodemi Cumęorum tyranni metu aufugiunt.

Romani ad ſūmam alimentorum penuriā rurſum rediguntur.

Volſci nuper bello deuicti ſe inuicem occultis legationibus ad bellum contra Rom. ſolicitant.

Volſcos, dum de bello Romanis inferendo cogitāt, peſtilentia maxima inuadit.

Seditio plebis patriciis infenſæ recrudeſcere incipit.

ita demũ & egregia iſta colonia neceſſitate coacta Velitras eſt miſſa,& alia noua paucis poſt diebus deducta eſt Norbam Latini nominis vrbẽ non ignobilẽ. Fefellit tamẽ ſua ſpes patricios, quòd ad ſeditionẽ attinet, quam ſopitũ iri ſperabãt, nec quidquam eorum quæ cogitarãt ipſis ſucceſſit: nam reliqui plebei multò grauiùs iraſcebãtur,& patres valde incuſabant,& per cœtus & ſodalitia paucis primũ coeuntibus mox gregatim inopia grauiùs eos iam vrgente: concurſuq; in comitium facto, tribunos plebis vocabant. Coacta deinde ab illis concione, progreſſus Sp. Icilius, qui tũc tribunorum collegij princeps erat,& ipſe vehemẽter in ſenatũ inuectus eſt, in quantam maximè fieri poterat inuidiam eum rapiens, & alios iuſſit corã populo ſuam mẽtem aperire,

Sicinnius & Brutus ædiles quæ aduerſus diuites concionati ſint, quaſi eorum inſidiis annonæ caritas contigiſſet.

præcipuè verò Sicinnium & Brutũ, qui tunc erant ædiles, vtrumque nominatim ap- A
pellans, qui & primæ ſeceſſionis plebi autores fuerãt,& introducto in rẽp. tribunatu, primi eum magiſtratũ geſſerant. Hi in medium progreſſi, malignitſſimas cõciones iã multò antè præparatas habuerũt, quæ plebis auribus admodũ erãt gratæ, quaſi data opera, & diuitũ inſidiis præſens annonæ caritas & inopia cõtigiſſet, quòd libertatẽ illis inuitis plebs per ſeceſſionẽ ſibi cõparaſſet. Dicebant enim illa calamitate *& fame* nõ æquè premi diuites atque pauperes: imò ne vel minimũ quidẽ *diuites* ea grauari. Illis enim eſſe alimẽta occulta, & pecunias quibus emant cõmeatus in vrbẽ importatos, quibus freti hoc malũ facilè poſſint cõtemnere:& plebẽ vtriuſq; huius rei inopia laborare. Addebãt coloniã ab illis in loca peſti obnoxia emiſſã in manifeſtũ & peſſimũ exitium fuiſſe pulſam: & mala, quantũ poterant, exaggerabant,& ſcire volebant B
quis tandẽ malorũ finis futurus eſſet, & in memoriam ipſis reuocabãt verbera & cõtumelias quibus olim à diuitibus fuerãt affecti, & alia his ſimilia libertimè dicebant.

Conſules ſenatum conuocãt, nouo plebis motu grauiter perculſi.

Poſtremò Brutus orationẽ ſuam tali cõminatione clauſit, ſi velint ſibi patere, ſe breui effecturũ, vt qui hoc malũ accendiſſent, idẽ coacti hoc reſtinguerẽt: atque ita cõcio dimiſſa eſt. Poſtero die cõſules ſenatũ conuocarunt hoc nouo motu grauiter perculſi, & illã Bruti popularem cõcionem in graue aliquod malum erupturam exiſtimantes. Multæ autẽ & variæ ſententiæ in ſenatu dictæ fuerunt, cùm ab illis ipſis conſulibus, tum ab aliis natu maioribus, nonnullis cenſentibus deliniendã plebem omni verborum comitate & operæ pollicitatione, & eius duces placandos, propoſita illis rerum difficultate, rogandámq; e plebem vt ſecum cõmuni reip. vtilitati cõſuleret: aliis cõ- C
trà cẽſentibus, nullo modo cedendũ, nulla in re indulgendũ vulgo arroganti & imperito,& audaci ac intolerabili tribunorum plebi aſſentantium inſaniæ, ſed reſpondẽdum patricios nullo modo horum malorũ autores eſſe, & ſenatui pro viribus rem curæ fore promittendũ. Cæterùm, plebis turbatores obiurgandos, addita intermina-

Appij ſententia euincit de obiurgãdis plebis turbatoribus. Cæterum, τοιαύτην γνώμην quidam interpr. Huius ſententiæ princeps, qui dapræcipuus autor vel, præcipuè autor.

tione, ni ſeditiones excitare deſinãt, eos meritas pœnas daturos. Huius ſentẽtiæ † autor fuit Appius, quæ etiam euicit magna patrũ cõtentione: ita vt populus, exaudito eorum clamore, vehementer permotus ad curiam cõcurreret,& tota ciuitas expectatione rerum erecta eſſet. Poſtea conſſ. egreſſi è curia, populum ad cõcionem conuocarunt (exiguum autem diei ſpatium reliquum erat) progreſſique ſenatus volũtatem exponere conabãtur. Sed tribuno pleb. intercedente, exorta eſt inter eos importuna D
& indecora altercatio: nã & ſimul vociferabantur,& ſibi inuicem obſtrepebant, ita vt ij qui aderant, difficulter, quid ipſi ſibi vellent intelligere poſſent. Cõſules enim æquũ eſſe cẽſebant ſe, qui maiorẽ haberent poteſtatẽ, totius etiã vrbis imperiũ habere. Tribuni verò dicebãt concionẽ ſuum eſſe locũ, ſicut illorũ, ſenatum,& in ſua eſſe poteſtate quicquid apud populũ iudicandũ decernendúmue eſſet. Pro his ſtabat plebs, acclamationibus addens animos,& cõgredi parata (ſi opus fuiſſet) cũ iis qui impedimento eſſe voluiſſent. A conſulũ partibus ſtabãt patricij, qui eos cõferto agmine ſtipabãt. Atq; ingenti cõtentione certatũ eſt ne alteri alteris cederẽt, quaſi in vna iſta præſẽti victoria ius omne quod in poſterũ vtrique eſſet habituri, cõſiſteret. Iámq; ſol ad occaſũ vergebat,& reliqua multitudo ex ædib⁹ in forũ concurrebat,& niſi noctis E
interuẽtu cõtentio fuiſſet dirẽpta, illi ad vulnera lapidúmque iactus veniſſẽt. Sed, ne hoc fieret, Brutus in medium progreſſus à cõſ. petiit vt ſibi dicẽdi poteſtatẽ facerẽt, pollicitus ſe ſeditionẽ ſedaturũ. Illi igitur putãtes ſe viciſſe, quòd pręſẽtibus tribunis pleb. popularis ille cõcionator hãc gratiã nõ ab illis ſed à ſe petiiſſet, ei dicẽdi poteſtatem fecerũt.

Bruti interrogationes quas conſulibus propoſuit,& conſulum ad eas reſponſiones.

Brutus impetrato ſilẽtio nihil aliud dixit, ſed in hũc modum cõſ. interrogauit. Nónne (inquit) meminiſtis inter pacis cõditiones nobis hoc ius à vobis conceſſum, quoties tribuni quacũq; de cauſa plebẽ cõuocarint, vt minimè liceat patriciis ei cõcioni aut intereſſe, aut eã turbare & impedire? Meminimus, reſpõdit, Geganius.

Tum

» Tum Brutus infert, Cur igitur nos impeditis, nec ſinitis tribunos, quæ volunt dice-
» re? Ad hæc Geganius reſpondit, Quia plebs ad concionem non ab illis, ſed à nobis
» conſſ. conuocata fuit: ſi enim illi concionem cunuocaſſent, certè neque vobis im-
» pedimento eſſe, neque curioſius in eam nos ingerere vellemus. Sed quia nos con-
» cionem conuocauimus, non impedimus quominus iſti concionentur, ſed ab his nos
» impediri iniquum eſſe ducimus. Tunc Brutus eius orationem excipiens, Vicimus
» (inquit) Quirites, & ab aduerſariis quęcũque petebamus nobis ſunt conceſſa. Nunc
» igitur abite, & contendendi finem facite: cras verò polliceor me vobis demonſtratu-
» rum quantam habeatis potẽtiam, & vos, tribuni, in præſentia foro illis cedite: neque
A enim in perpetuum illis cedetis, vbi quanta ſit veſtri magiſtratus potentia cognoue
» ritis, ſed breui cognoſcetis. Ego igitur me vobis hoc demonſtraturum polliceor, &
» iſtorũ ſuperbiã moderatiorem redditurũ. Quòd ſi me fucũ vobis feciſſe conſtiterit,
» de me arbitratu veſtro ſtatuite. Quũ autẽ nullus contra hæc dixiſſet, ex cõcione di-
ſceſſerunt, nõ eadẽ vtrique expectatione, ſed inopes quidẽ exiſtimantes egregiã ali-
quã rationẽ à Bruto excogitatã, *qua malis præſentibus liberarẽtur*: neque temere rẽ tan-
tã cũ pollicitum eſſe. Patricij verò contemnentes hominis leuitatẽ, & pollicitationũ
audaciã vltra verba non proceſſurã exiſtimantes. *Sciebant* enim tribunis nihil aliud
conceſſum à Senatu, niſi vt opẽ ferrent plebeiis iniuriã patientibus. Nõ tamẽ omnes
(præſertim verò natu maximi) negligebant hoc negotiũ, ſed cenſebant cauendũ ne
B hominis iſtius furor graue aliquod & inſanabile malũ afferret. Brutus verò ſequẽti
nocte ſuo conſilio cum tribunis cõmunicato, & præparata non modica plebeiorum
manu, cũ illis in forũ deſcendit, & ante clarã lucẽ occupata Vulcani æde, vbi cõcio-
nes haberi ſolebant, plebem ad concionem vocauit, ac mox referto foro (tanta enim
turba eò conuenerat quanta nunquam antè confluxiſſe videbatur) tunc progreſſus
Icilius tribunus, prolixa oratione inuectus eſt in patricios, cõmemorans quæcunque — *Icilius tribunus in patricios inuehitur*
» contra plebeios illi fecerant. Deinde dixit ſe heſterno die ab illis dicere prohibi-
» tum, & ſui magiſtratus poteſtate priuatum. Cuius enim (inquiebat) alius rei poteſta-
» tem amplius habebimus, ſi ne loquendi quidem facultas nobis detur? quomodo ali-
C cui de vobis vim ab illis patienti opem ferre poterimus, ſi poteſtas vos conuocandi
» nobis erepta fuerit? Verba enim initium ſunt omnium operum, & certum illud eſt,
» quibus non licet proferre ea quæ ſentiunt, multò minus illis licere facere quæ vo-
» lunt. Aut igitur recipite poteſtatem, quam nobis dediſtis, quando eam confirma-
» re cunctamini, vt ſit tuta, aut lege lata vetate ne quis in poſterum nobis ſit impe-
» dimento. Hac oratione habita quum plebs ingenti acclamatione iuſſiſſet eum le-
gem ferre, ipſe eam iam ſcriptam habens recitauit, plebique calculos diſtribuit, vt
ex tempore ſuffragia de ea ferret. Neque enim res aut dilationem aut cunctationem
pati videbatur, ne fortè conſulum interuentu impediretur. Legis autem verba hæc
erant. Tribuno concionem ad populum habenti nemo contraria oratione aduerſa- — *Lex tribunis autoritatẽ ſuã confirmans.*
D tor, néve dicentem interpellato. ſiquis contra fecerit, vades tribunis dato ſe, ſi in iu-
» dicium fuerit vocatus, ſoluturum mulctam, quam ei irrogarint. Qui vades non de-
» derit, morte mulctator, eiúſque bona ſacra ſunto. Siquid cõtrouerſiæ huiuſmodi mul
» ctatum cauſa inciderit, iudicia penes populum ſunto. Tribuni hac lege ſuffragiis cõ-
firmata concionem dimiſerunt, & plebs bono animo, & optimæ ſpei plena abiit, ma
gnam Bruto habens gratiam quòd hanc legem eius inuentum exiſtimaret. Deinde
multæ, variíſque de rebus inter tribunos & cõſules altercationes ſunt ſequutę, & ne- — *Inter tribunos & conſules multæ variis de rebus altercationes.*
que ipſa plebs ſenatuſconſulta rata habebat, neque ſenatus ipſe vlla plebiſcita ap-
probabat. Sed magna cõtentione vtrique alteris aduerſabãtur, & ſe inuicẽ ſuſpectos
habebant. Veruntamẽ eorum illud odium non proceſſit vlterius ad facinus aliquod
grauius, vt in iſtiuſmodi tumultibus accidere ſolet. nam neque pauperes impetũ fe-
E cerunt in diuitum domos, vbi putarent ſe inuenturos aliqua alimenta recõdita, aut
commeatum propalam venalem expoſitum auſi ſunt diripere, ſed æquo animo res
paruas magno pretio emebant, & quum pecunia eos deficiebat, radicibus ex ter-
ra euulſis, & herbis ſeſe paſcentes famẽ tolerabant. Neque diuites vi imbecillio-
ribus allata, freti ſuis & clientelarum magnis opibus, vrbem ſoli tenere voluerunt,
aliis ex ea expulſis, aliis cæſis, ſed vt patres, qui ſe prudentiſſimè ac moderatiſ-
ſimè erga filios gerunt, eorum peccata beneuolo ac ſolicito animo conſtan-
ter ferebant. Quum igitur reſpublica Romana in tali eſſet ſtatu, vicini popu-
li inuitabant Romanos ciues, quotquot apud ſe habitare vellent, eos ad id alli-

Multi cum totis familiis Roma emigrant.

Conſules cur ex ſenatuſcõſulto exercitũ eduxerint.

cientes oblato iure ciuitatis, & ſpe aliorum officiorum atque humanitatis, alij quidẽ optima mente, ob ſuam erga pop. rom. beneuolentiã, & ob illius cladis cõmiſeratio-nẽ, maior verò pars ob priſtinæ felicitatis inuidiã. Et valde magnus fuit numerus eo-rũ qui cum totis familiis Roma migrarunt: ſedibus ſuis aliò tranſlatis, quorũ alij cõ-poſito reip. ſtatu redierunt, alij ibi permanſerunt. Conſulibus autẽ hæc videntibus, placuit ex ſenatuſconſulto delectum habere, & exercitũ educere. Huius autẽ conſilij ſui occaſionem honeſtã arripuerũt, quòd crebris incurſionibus & depopulationibus ager ab hoſtibus vaſtaretur. Secũ enim reputabãt, cùm alia cõmoda ex hac re ſequu-tura, ſi exercitus extra agri Romani fines mitteretur, *tum verò illa*, quòd *videlicet* qui domi remãſiſſent, ad minorẽ numerũ redacti, maximã annonę copiã habituri eſſent, A & illis, qui ad militiã profecti fuiſſent, maior cõmeatuum copia eſſet futura, ex hoſti-co ſeſe alentibus: tũ etiã quòd ſeditio durãte militia eſſet quietura. Præcipuè verò cõ-munis patriciorũ & plebeiorũ militia, & in periculis proſperæ aduerſæque fortunæ ex æquo futura ſocietas, re ipſa eorum reconciliationem confirmatura videbatur. Ve-rùm, plebs illis non obtẽperabat, neque vt antè vltrò ad nomina danda veniebat. Eã verò inuitã legibus cogere conſules nolebant, ſed voluntarij quidam patricij vnà cũ cliẽtibus cõſcripti ſunt, quos ad militiã proficiſcentes pauci de plebe ſunt ſequuti. Illius autem exercitus dux erat C. Marcius qui Corioſos ceperat, & in prælio contra Antiates cõmiſſo rẽ fortiſſimè geſſerat. Tunc maxima pars plebeiorũ, qui ſe ad illam B expeditionem ſocios addiderant, quũ eum ad militiam euntẽ vidiſſent, animis ſunt confirmati, alij quòd eum amarent, alij quòd bonam ſpem rei feliciter gerendæ conciperẽt. Iã enim illius viri nomẽ celebre erat, & magno hoſtibus erat terrori. Iſte exercitus Antium vſque progreſſus, præter magnam frumenti copiam in agris reli-ctam *ac interceptam*, mãcipiis quoque, & magna pecoris copia potitus eſt: neque mul-tò poſt rebus ad victum pertinentibus ditior factus domum rediit, ita vt qui in vrbe remanſerant mœſti de tribunis grauiter cõquererentur, quorum culpa ſimili felici-tate ſe fraudatos putabant. Geganius igitur & Minucius, hujus anni cõſules, qui ma-gnis ac variis tempeſtatibus iactati fuerunt, & qui ſępius remp. penè ſubuerterũt, ta-men ei nullam grauiorem calamitatem attulerunt, ſed in ipſis fortunæ caſibus ma- C iore prudentia quàm felicitate vſi, eã ſeruarunt. ¶ Hos ſequuti ſunt conſſ. M. Mi-nucius Augurinus, & A. Sempronius Atratinus iterũ eundem magiſtratũ adepti, viri & rei militaris & dicendi periti, qui prouidè magnã adhibuerũt diligentiã, vt frumẽ-to & alio cõmeatu vrbẽ replerent, quòd in annonæ vilitate populi concordia ſita eſ-ſet. Veruntamen non contigit illis vt hoc vtrunque ſimul poſſent conſequi, ſed vnã cum ipſa bonorum ſatietate, eorum etiam qui illis erant vſuri, petulãtia in temp. eſt ingreſſa. Et quo tẽpore hoc minimè expectabatur, tunc denuò pop. rom. in maximũ periculum incurrit. Nam & legati ad frumentum coëmendum ab ipſis miſſi, ex ma-ritimis & mediterraneis emporiis coëmptum frumentum in horrea publica aduexe- D runt: & ipſi frumentarij mercatores, qui commeatus in vrbẽ ferre ſolebãt, vndique confluxerunt, quorum merces ciuitas ære publico emptas accuratè reſeruabat. Ge-ganius etiã & Valerius, legati in Siciliã antea miſſi, redierunt cũ multis onerariis na-uibus, in quibus aduehebantur frumenti quinquagies mille modij Siculi, quorum di-midiũ vili admodũ pretio emerant, reliquum verò tyrannus dono miſerat, ſuíſque ſomptibus aduehendũ curarat. Vbi verò nuntiatũ eſt in vrbe, naues frumẽto onuſtas ex Sicilia redire, diu inter patricios agitatum eſt † quónam modo eo vtendum eſſet. Nam qui inter illos æquiſſimi plebiſque amantiſſimi erant, conſiderantes in quan-tis neceſſitatibus reſpub. verſaretur, donum tyranni plebeiis diuidendum cenſebant frumentúmque ære publico emptum paruo pretio illis vendendum, docentes his E potiſſimùm beneficiis pauperes delinitos, diuitibus æquiores ſeſe præbituros: at qui arrogantiores & † dominatus paucorum fautores erant, omni ſtudio & quauis ratione plebem premendam cenſebant, & ſuadebant vt patricij quàm poſſent ca-riſſimè cõmeatus plebeiis venderent, vt neceſſitate coacti fierent modeſtiores, & iu-ris ac reliquarum ciuilium legum obſeruãtiores. In numero eorũ qui paucorũ domi-natui fauebant, erat & ille Marcius, Coriolanus cognomine, qui nõ (vt reliqui) clàm & cautè ſuam ſententiam dixit, ſed apertè & audacter, ita vt vel multi de plebe eam audirẽt. † Nam præter publicas criminationes, quandã etiã priuatã ac nouã cauſam habebat, ob quam plebeios meritò odiſſe videbatur, illam videlicet iniuriam recèns acceptam. Proximis enim comitiis illi conſulatum petenti, & patricios ſuffragan-tes habenti

A. V. C. 263. M. Minucio & A. Sempronio conſſ. domeſtici tumultus recrudeſcunt.

† Vel quonam modo diſpenſandum eſſet, aut, diſtribuẽdum eſſet.

† Vel potius, & dominatus paucorum magis fauebant. ſiue, dominatus pauc. magis fautores erant. Eſt enim [illegible]

M. Marcius Coriolanus quam priuatam etiã odii cauſam aduerſus plebem haberet.

† Sonant autem verba Græca, Habebat enim præter eas criminationes, quæ illi cum cæteris communes erant, quaſdam etiã cauſas, recens præbitas, ob quas meritò plebeios odiſſe videbatur.

tes habenti, plebs aduerſata magiſtratum illum dari non eſt paſſa, quòd illius viri claritatem & audaciam ſuſpectam haberet, ne fortè propterea aliquid rerum nouarum moliretur, & tribunitiam poteſtatem euerteret: pręcipuè verò quòd timeret patriciorum multitudinem, quæ nulli candidato tanta animi alacritate vnquam antè fauerat, quantam erga ipſum tunc demonſtrarat. Ille igitur ob hanc contumeliam ira percitus, & mutatam reipublicæ formam, in priſtinum ſtatum reſtituere cupiens, & ipſe, vt antè dixi, apertè plebem oppugnabat, eiúſque potentiam euertere ſtudebat, alióſque ad idem faciendum impellebat. Iámque circa ſe habebat validam ſodalitatem nobilium iuuenum, quorum maximus erat cenſus: & mul-
A tos clientes, quos militiæ commoda illi conciliarant: quibus elatus ferociebat, & illuſtris erat, & ad maximam claritatem prouectus fuerat: veruntamen non propterea felicem rerum exitum habuit. Nam quum hac de cauſa ſenatus coactus fuiſſet, & natu maximi, vt fert ipſorum mos, primi ſententias ſuas dixiſſent, inter quos pauci quidam fuerunt, qui apertè contrarias plebi ſententias dicerent, vbi ad iuniores ordine ventum eſt, ille petita à conſſ. venia & facultate dicendi quæcunque vellet, omnibus alacriter annuentibus, & attentas aures ei præbentibus, talem concionem contra plebem habuit, NON neceſſitate inopiáue coactam plebem, patres conſcripti, ſed praua ſpe elatam ſeceſſiſſe, quòd veſtrum optimatum ſtatum à ſe euerſum iri ſperaret, ſéque rerum omnium ad reip. gubernacula pertinentium domi-
B nam fore putaret, exiſtimo vos ferme omnes cognouiſſe ex pacis cõditionibus, quas adeò iniquas videtis. Quandoquidem non ſatis illi fuit fidem è contractibus tollere, & leges de his latas abrogare, & in his ſaltem acquieſcere: ſed nouum etiam magiſtratum conſtituit vt conſulatum tolleret, cúmque lege lata ſacroſanctum fecit, & nunc is recenti plebiſcito per veſtram imprudentiam, patres conſcripti, tyrannica poteſtate eſt firmatus. Quum enim tribuni plebis hac maxima poteſtate præditi ſpecioſam cauſam prætendant, ſe videlicet hanc poteſtatem adeptos eſſe vt plebeiis iniuriam patientibus opem ferant, & tamen hac poteſtate abutentes agant & ferant quicquid ipſis placet, & nullus ſit qui eorum iniurias prohibeat, non priuatus, non
C magiſtratus, metu legis quæ vobis & dicendi & faciendi libertatem eripit, & pœnam mortis minatur, liberam vocem emittentibus, quódnam aliud nomen huic poteſtati decebat imponi ab iis qui ſanam mentem habent quàm illud tyrannidis, quod verum eſt vel omnium veſtrûm confeſſione? quid enim refert vtrum vnius viri, an totius plebis tyrannidem feramus? Effectus enim vtriuſque idem eſt. Optimum igitur fuiſſet ſi ne ſemina quidem huius poteſtatis iaci permiſiſſetis: ſed quiduis potius pertuliſſetis, quemadmodum præſtantiſſimus Appius hæc mala multò antè proſpiciens, faciendum cenſebat. Quod quia *antè* non eſt factum, nunc ſaltem oporteret nos omnes vno conſenſu hanc radicitus euulſam è republica eiicere, donec adhuc eſt infirma & expugnatu facilis: neque verò, patres conſcripti, hoc nobis
D primis aut ſolis contigit: ſed & multis aliis, idque iam ſæpius, qui per inconſiderantiam ad neceſſitates adacti, quòd in rebus maximi momenti ab optima ſententia aberraſſent, nec mali principiis obſtitiſſent, poſtea eius incrementa *impedire atque ipſum malum penitus* tollere ſunt conati. Quamuis autẽ pœnitentia corũ qui ſerò ſapere incipiunt, non ſit conferenda cum prouidentia, tamen conſtat eam alio modo illa non eſſe inferiorem, quia delet id quòd initio ignorabatur, dum impedit ne res ad finem perducatur. Quòd ſiqui veſtrûm moleſtè ferunt grauem plebis inſolentiam, & compeſcendam putant, ne peccandi licẽtia vlterius progrediatur, ſed tamen metu, *ac religione quadam* tenentur, ne priores à cõuentis diſcedere, & fœdus vio-
E lare videantur, ſciant iſti ſe, dum hoc facient, non illaturos iniuriam, ſed illatã repulſuros, nec violaturos pacta, ſed eorũ violatores vlturos, ſéque apud deos in nulla culpa ideo futuros, & piè ac iuſtè ſuis commodis conſulturos. Hoc autẽ magnum ſit vobis argumentum non à vobis prioribus cõpoſitionis & fœderis conditiones violatas, ſed à plebe, quòd nolit ſtare conditionibus quibus reditum impetrauit. Nõ enim vt maleficio ſenatum afficeret, ſed ne ab illo afficeretur, tribunitiam poteſtatem petiit. Iam verò ea vtitur non ad quæ vti debet, neque ad quæ inuenta eſt: ſed ad corruptelam & confuſionem patrij reipublicæ ſtatus. Nam certè meminiſtis concionis nuper habitæ, & eorum quæ à tribunis ibi dicta fuerunt, quantam arrogantiam, quantam petulantiam oſtenderint: & nunc *videtis* quam efferantur inſani

M. Marcii Corioloni ad ſenatum concio aduerſus plebem.

homines vbi cognouerunt totam reipub. potentiam in ſuffragiis poſitam eſſe, quam facilè obtinebunt, quòd numero nos vincant. Quid igitur nobis faciendum reſtat, quando ipſi priores & fœdera & iura violarunt, niſi vt iniuriam illatam propulſemus, & quæ ad hanc vſque diem iniuſtè habent, ea illis iure adimamus, & in poſterum hanc rerum maiorum cupiditatem compeſcamus? diis gratiam habentes, quod non paſsi fuerint eos maiorem autoritatem ac potentiã in rep. adeptos, in cæteris rebus modeſtè ſe gerere, ſed illis iniecerint hanc impudentiã & effrænatam rerũ cupiditatẽ, vt ea vos coacti, & res amiſſas recuperare, & reliquas diligenter, vt decet, cuſtodire conemini. Nec alia melior occaſio, quàm iſta, vobis ſeſe offeret (ſi modò nũc tandẽ ſapere incipitis) quando maxima eorũ pars fame eſt confecta, & reliqua ob inopiã *huic malo* diutius reſiſtere nõ poterit, ſi paucos & caros habuerit cõmeatus. Qui enim improbiſſimi ſunt, & qui nunquam optimatum dominatu lætantur, illi vrbem deſerere, qui verò ſunt æquiores *ac modeſtiores*, illi ſe modeſtè gerere, & nullam moleſtiam vobis amplius exhibere cogentur. Annonam igitur diligenter ſeruate, & nihil de rerum venalium pretio remittite, ſed quanto maximo pretio vnquam antè venditę fuerunt, tanti nunc quoque eas vendi veſtro decreto iubete, iuſtas haberes cauſas, & rationes probabiles, ingratæ plebis accuſationem, quaſi hæc annonæ caritas, & inopia à vobis in vrbem fuerit inducta, quæ ob illorum ſeceſſionem accidit, & ob agri vaſtationẽ, quem tanquam hoſtilem ſunt populati, & ob pecunias ex ærario depromptas, datáſque iis qui ad frumentum coëmendum miſſi ſunt, & multas alias iniurias ab illis accepiſtis; *ob quas hoc facere iure poteſtis*, vt nunc tandem intelligamus quodnam ſit malũ illud quo nos ſunt affecturi, niſi omnia ad plebis voluntatẽ & libidinẽ fecerimus, quemadmodũ iſti concionatores, qui eorũ aurã captãt, nos territantes dixerũt. quòd ſi paſſi fueritis hanc quoque occaſionẽ ex veſtris manibus elabi, ſæpe aliã ſimilẽ nãciſci optabitis. Et, ſi plebs hoc reſciuerit, vos in animo habuiſſe ſuã poteſtatẽ euertere, ſed incœpto deſtitiſſe, multò grauius vobis inſtabit: quia volũtatẽ veſtrã pro hoſtili habebit, veſtrámque timiditatẽ viriũ imbecillitatem iudicabit.

Hac concione à Marcio habita, inter patres ſententiis variatũ eſt, & ingẽs tumultus inter eos eſt exortus. Nã qui ab initio plebi aduerſabantur, & pacẽ inuiti fecerant, in quo numero iuuentus penè tota erat, & è ſenioribus ditiſſimi & ambitioſiſſimi quique rẽ eã grauiter ferentes, laudabant hominẽ vt generoſum, & patriæ amantem, & optima reip. cõſilia dantẽ. At qui propenſiores erant in plebẽ, & qui ea ingenia & diuitias haud vltra quàm par eſt æſtimabant, quíque nihil magis neceſſariũ quã ipſam pacẽ ducebant, illius orationẽ moleſtè ferebant, neque eius ſententiã probabant. Et cenſebant non vi ſed manſuetudine humilioris fortunæ homines vincendos, neque indecoram, ſed neceſſariã exiſtimandã eſſe moderationem, præſertim verò ſi animo beneuolo ea vtamur erga ciues qui nobiſcũ viuunt, eiúſque conſiliũ inſaniã, non autem dicendi licentiã aut libertatẽ eſſe dicebant. Hæc tamẽ pars quòd parua & debilis eſſet, cedere cogebatur vi numeróque potentioribus. Hæc videntes tribuni (aderant enim in ſenatu à cõſſ. vocati) vociferabãtur & fremebant, & Marcium reip. peſtem perniciémque appellabant, qui plebi malediceret: & niſi eũ qui ciuile bellum in remp. inducebat, patricij cohiberent, eũ vel morte, vel exilio mulctantes, ipſi ſe id facturos minabantur. Quũ autẽ ob hæc tribunorũ verba longè maior tumultus exortus eſſet, præcipuè verò ex iunioribus minas illas indignè ferẽtibus, Marcius his fretus & elatus, arrogãtius iam & audacius in ipſos tribunos inuehebatur. Niſi, inquiebat, deſieritis remp. perturbare, & veſtris concionibus inopem turbam concitare, nõ amplius verbis ſed factis vobiſcum contendam. Exacerbato autem ſenatu, quum tribuni cognouiſſent maiorem eſſe numerum eorum qui daram populo poteſtatem adimere vellent, quàm eorum qui pacis conditionibus ſtandum cenſerent, ſeſe ex curia vociferantes, & deos fœderum teſtes implorantes proripuerunt: poſtea plebe ad concionem conuocata, indicarunt ei quid in ſenatu Marcius dixiſſet, eíque vt ad cauſam dicendam veniret diem dixerunt: quos quum ille contemneret, atque adeò eorum miniſtros, à quibus citabatur, contumelioſis verbis repelleret, ob eam rẽ multò magis indignati tribuni, aſſumptis tum ipſis ædilibus, tum multis aliis ciuibus, impetum in eum fecerunt. at ille adhuc pro curia ſtabat, multis patriciis ſtipatus, & reliquam ſodalitatem circa ſe habens. Quem quum conſpexiſſent tribuni, ædilibus imperarunt vt manibus iniectis eum comprehenderent, & niſi ſpõte ſequi vellet, eum vi adducerent. Tunc autem ædiles erant L. Iunius Brutus, & Sp. Icilius Ruga, qui acceſſerunt

In Marcium Coriolanum inuehuntur tribuni.

Marcius Coriolanus ab ædilibus, tribunorũ iuſſu arreptus, defenditur à patriciis.

ceſſerunt vt eum comprehenderent. At patricii hoc facinus nimium audax ac intolerandum rati, aliquem ſui ordinis à tribunis ante cauſæ dictionẽ vi abripi, pro Marcio ſe illis oppoſuerunt, vt eum tutarentur, & obuios quoſque, qui acceſſiſſent cædentes repulerunt. Cuius facinoris rumore iam per totam vrbem vulgato, omnes ex ædibus proſiliebant, ac ij quidem qui in aliqua dignitate, & bene numati erant, vt Marcium adiuuantibus patriciis protegerent, & priſtinum reip. ſtatum recuperarent. Qui verò humili fortuna erant, & victus inopia laborabant, vt tribunos defenderent, parati facere quicquid illi imperaſſent. omnémque verecundiam, qua hactenus retenti à mutuis iniuriis abſtinuerant, tunc ſuſtulerunt. Veruntamen eo die nihil

A atrocius commiſerunt, ſed rem in ſequentem diem diſtulerunt, ſententia & precibus conſulum victi. Poſtero die tribuni in forum primi deſcenderunt, & plebem ad concionem conuocarunt, & per vices progreſſi grauiter patricios accuſarunt, quòd fidem pactorum fefelliſſent, & iuſiurandum fœderis violaſſent, quod cum plebe fecerant, ea conditione vt omnis præteritarum iniuriarum memoria deponeretur: & argumenta attulerunt, quibus eos cum plebe non ſincerè reconciliatos eſſe probarunt, tum ipſam frumenti inopiam, cuius ipſi autores erant, tum vtranque coloniam deductam, tum quicquid præterea ad minuendam plebis multitudinem moliti fuerant. Et in ipſum Marcium longa oratione inuecti ſunt, eiúſque verba in ſenatu facta

B narrarunt: & addiderunt, eum à plebe ad cauſam dicendam citatum, non ſolùm noluiſſe venire, ſed etiam ædiles ad ipſum miſſos pulſaſſe & abegiſſe. Et citarunt teſtes eorum quidem quæ in ſenatu fuerant dicta, honoratiſſimos quoſque illius ordinis: iniuriæ verò ædilibus factæ, omnes plebeios qui tunc in foro aderant. His dictis fecerunt patriciis (ſi vellent) dicendæ cauſæ, ſuíque purgandi copiam, plebem in comitio detinentes, donec ſenatus dimitteretur. Nam de his ipſis rebus in curia patres conſultabant, dubitantes vtrum apud plebem ad crimina ſibi obiecta reſpondendum an quieſcendum eſſet. Deinde, quum maior eorum pars in ea eſſet ſententia, vt humanitatem ſuperbiæ anteponendam cenſeret, conſules dimiſſo ſe-

C natu in comitium proceſſerunt vt & publica crimina diluerent, & plebem rogarent nequid grauius in Marcium ſtatueret. Et Minucius conſul natu maior, progreſſus talem habuit concionem. QVOD AD frumenti inopiam attinet, Quirites, pauciſſimis verbis nos purgabimus, neque alios noſtræ orationis teſtes, quàm vos ipſos producemus. Nam & frugum ſterilitatem ob intermiſſam ſationem accidiſſe vos ipſi ſcitis, nec oportet vos ex aliis cognoſcere quænam fuerit agri vaſtatio, & quæ eius cauſa, quóue modo acciderit vt poſtremò maxima, eáque optima agri pars laboraret inopia omnium frugum, & mancipiorum, & pecoris, partim quòd hoſtes agrum populati fuerint, partim quòd ipſe *ager* tantæ veſtræ multitudini, quæ nulla alia alimenta aliunde habeat, victum ſuppe-

D ditare non poſſet. Quapropter famis cauſas non eas, quas iſti tribuni per calumniam afferunt, ſed quas vos ipſi ſcitis, exiſtimantes fuiſſe, deſinite hanc calamitatem noſtris inſidiis aſcribere, & nobis innocentibus iraſci. Cæterùm, colonias neceſſitas coegit deduci, ídque de communi omnium veſtrûm ſententia, vt eſſent præſidio locis ad bellum opportunis. Hæ verò duriſſimis reipublicæ temporibus deductæ, tum ipſis qui in colonias emiſſi ſunt, tum vobis, qui remanſiſtis, valde profuerunt. nam illi rerum ad victum neceſſariarum vberiorem ibi copiam habent: & qui hîc remanſerunt, minore annonæ penuria laborant: & exæquatio fortunæ, cuius nos patricij cum plebeiis participes ſumus, quòd ſorte delectos in colonias emiſerimus, vituperanda non eſt. Cur igitur concionatores

E iſti nobis dant crimini ea quorum æquè vobiſcum eandem ſententiam & fortunam habemus, ſiue ea ſint mala, vt iſti aiunt, ſiue bona, vt nos exiſtimamus? Nam & crimina quæ nobis in ſenatu nuper habito obiecerunt, nolle nos moderata ſtatuere rerum venalium pretia, & conari per inſidias tribunitiam poteſtatem tollere, & iniuriam ſeceſſionis veſtræ in memoriam reuocare, & quauis ratione plebem afflictam cupere, & omnia iſtiuſmodi crimina breui re ipſa diluemus, nullo maleficio vos afficientes, & tribunitiam poteſtatem iiſdem conditionibus, quas tunc vobis côceſſimus, nunc quoque confirmâres, & frumentum, prout vobis omnibus viſum fuerit, vendentes. Expectate igitur, & ſi quid horum non præſtetur, tunc demum nos accuſate. Quòd ſi velletis acuratiùs hanc controuerſiam examinare, certè nos pa-

Minucii conſulis ad plebeios oratio, ad diluendas publicas calumnias, & ad rogãdos eos nequid grauius in Marcium ſtatuerent.

tricij iuſtius plebẽ accuſaremus quàm vos ſenatũ criminari poſſetis. Vos enim, Qui-
rites, iniuriã *nobis* facitis, neque moleſtè feratis dum hęc auditis. Siquidem non expe-
ctato noſtrorum conſiliorũ exitu, vt quænã ſint cognoſcatis, iam ea accuſare vultis.
Atqui, quis neſcit facillimũ fore cuilibet concordiã turbare, & è ciuitate tollere, hæc
criminanti, fidẽ quæ adhuc pendet, & quæ incerta eſt, non prohibete à nobis male-
ficiũ: ſed eſſe ſpecioſam cauſam, qua in officio contineamur, & à mutuis iniuriis no-
bis temperemus? Neque verò ſoli veſtri duces & patroni ob crimina & calũnias qui-
bus ſenatũ impetunt, obiurgatione ſunt digni, ſed etiã vos ipſi non minus, quia fidẽ
illis temere habetis, & nondũ quidquã experti indignamini. Oportebat enim vos, ſi
quas in poſterũ timebatis iniurias, irã quoque in illa tẽpora reſeruare. At certè nunc A
conſtat vos celeriùs quàm prudentiùs rebus veſtris conſuluiſſe, & veſtræ ſalutis ſpem
in maleficiis collocare. Atque quòd attinet ad publicas iniurias, ob quas tribuni totũ
ſenatũ falſò accuſarunt, hæc quæ à me ſunt dicta ſufficere arbitror. Sed quia vnum-
quemque noſtrũ calumniantur ob ſententias in ſenatu à nobis dictas, & nos vt reip.
diſſidiorum autores accuſant, & nunc C. Marcium virũ patriæ amantem, & liberè
de repub. loquutum necare, aut patria expulſum exilio mulctare cupiunt, volo hac
quoque de re id quod æquũ eſt apud vos dicere. Vos verò conſiderate an modeſtè &
verè ſim loquuturus. Vos, Quirites, quando rediiſtis in gratiam cum ſenatu, ſatis vo-
bis fore putabatis, ſi veſtro ære alieno liberaremini, & in auxiliũ pauperum, qui vim
paterentur, vt magiſtratus de veſtro ordine creare vobis liceret petiiſtis, & hoc vtrũ- B
que impetraſtis: ita vt nobis magnam gratiã haberetis. Sed non petiiſtis vt vobis con-
ſulatũ tollere, aut ſenatui reipub. adminiſtrationẽ adimere, aut ipſum ordinem patrij
reip. ſtatus peruertere liceret, neque etiam hoc petituri eſtis. Quid igitur vobis acci-
dit vt nunc hæc omnia confundere conemini? aut quo iure freti honoribus noſtris
nos priuare cupitis? Si enim veſtris minis ſenatores à ſententiis liberè, prout ſentiũt,
dicendis deterrueritis, quid æqui à veſtris magiſtratibus expectãdum eſt? aut qua le-
ge vel capitali ſupplicio, aut exilio aliquos patricii ordinis illi mulctare poterunt?
Nam nec veteres leges dant vobis hãc poteſtatem, nec nouæ conditiones fœderis cũ
ſenatu facti. Legum verò præſcripta tranſgredi, & vim iure potiorem facere, certè C
hoc non eſt amplius populare, ſed (ſi veritatem audire vultis) tyrannicum. Ego igitur
vobis autor eſſem vt beneficia, quæ ſenatus benignitate impetraſtis, retineatis. Quæ
verò tunc minimè poſtulaſtis quando in gratiam cum ſenatu rediiſtis, ne nunc qui-
dem vobis vendicetis. Sed vt meliùs intelligatis veſtros tribunos nihil moderati, ni-
hil æqui poſtulare, ſed iniqua, & quæ fieri nequeunt, cupere, rem ad vos ipſos tranſ-
latam, perindeac ſi veſtrum negotium eſſet conſiderate, & fingite à ſenatoribus
magiſtratus veſtros accuſari, quòd ſenatui maledicant, & patrium ſtatum, quo reſp.
ab optimatibus regebatur, euertant, & ſeditiones in ciuitate concitent (quæ omnia
ſanè vera ſunt: hæc enim faciunt) &, quod omnium eſt grauiſſimum, poteſtatem ma-
iorem quàm ſit ipſis cõceſſa, ſibi vſurpent, dum quemlibet noſtri ordinis indicta cau- D
ſa interficere conantur: *fingite etiam ſenatum dicere* eos qui hæc faciunt impunè occi-
dendos. Quónam modo hanc ſenatus arrogantiam ferretis? Quidnã diceretis? Nón-
ne indignaremini, & atrocẽ iniuriã vos pati diceretis, ſi quis & liberè loquendi licẽ-
tiã, & ipſam libertatẽ vobis adimeret, propoſito capitis periculo liberam vocem pro
plebe emittere audentibus? Hæc negate non poteſtis. Et quę vos ipſi ferre nolletis, ę-
quũ eſſe putatis alios ea ferre? Hæccine ſunt, Quirites, illa ciuilia & moderata veſtra
cõſilia? Nónne hoc pacto crimina quę vobis obiiciũtur vera eſſe confirmatis? Nónne
vos ipſi declaratis eos, qui ſuadent ne hanc veſtrã iniquã potentiã creſcere ſinamus
bene ac iuſtè reip. cõſulere? Hoc certè facere mihi videmini. Quòd ſi cõtra quàm in-
ſimulamini facere vultis, me autore modeſti ſitis: & ſi qua in re verbis noſtris offen- E
dimini, hoc ciuiliter non autem iracundè feratis. Hoc enim modo & vos ipſi opinio-
nem virorum bonorum lucrifacietis, & inimicos veſtros ad pœnitentiam adduce-
tis. Quũ igitur reddita ſit vobis ratio (noſtro ſaltem iudicio) iuſtiſſima, ſuademus ne
quid præter officium faciatis. Licet autem beneficia humaniter in vos collata, præ-
ter vetera, hæc quoque in veſtro reditu nuper data (quorum nos quidem obliui-
ſci volumus, ſed tamen æquum eſt vos eſſe memores) vobis exprobrare nolimus, ſed
tantùm vos æquiores erga nos reddere velimus, eorum tamen nunc mentionem
facere cogimur, illud petentes, vt pro multis & magnis beneficiis, quæ vobis ro-
gantibus largiti ſumus, hanc vnam gratiam nobis rependatis, vt neque interficiatis,

neque

» neque vrbe expellatis virum patriæ amantem,& rebus bellicis longè omnium præ-
» ſtantiſſimum. Nam non paruam iacturam faciemus, perſuaſum illud habeatis,
» Quirites, ſi rempub. tali virtute fraudauerimus. Æquiſſimum igitur eſt vt illius po-
» tiſſimum cauſa, memores quot de vobis in bellis ſeruati ſalutem ei debeant, hanc
» iram remittatis, neque praua eius verba, ſed egregia facinora in memoriam reuo-
» cetis. Illius enim verba nihil vobis obfuerunt, at eius egregia facinora multùm vo-
» bis profuerunt. Quòd ſi huic ita infenſi eſtis, vt cum eo in gratiam redire nolitis,
» ſaltem noſtris & ſenatus precibus eum condonate,& tandem aliquando in firmam
» & ſtabilem gratiam nobiſcum redite,ac ciuitati priſtinam vnitatem reddite. Quòd
A ſi nobis ſuadentibus non ceſſeritis, ſcitote nos quoque violentiæ veſtræ minimè
» ceſſuros: ſed vbi plebis voluntatem experti fuerimus, hanc vel ſinceræ amicitiæ,
» & multò maioris gratiæ cauſam omnibus fore,vel denuò belli ciuilis, & grauiſſimo-
» rum malorum initium. Quum igitur Minucius in hunc modum diſſeruiſſet, tribuni
videntes hac illius modeſta oratione,& humanis pollicitationibus plebem flecti, id
ægrè moleſtéque ferebant,ſed præcipuè C.Sicinnius Bellutus, qui pauperibus au-
tor fuerat vt à patriciis ſeceſſionem facerent, & qui dux ab ipſis creatus, quandiu
in armis fuerunt, vir infenſiſſimus optimatibus fuerat, & propterea à ciuibus ſuis
ad claritatem promotus, tribunitiam hanc poteſtatem iam iterum adeptus fuerat,
minimè omnium collegarum ciuitatis concordiam & priſtini reip. ſtatus recupe-
B rationem ſibi expedire ducebat. Tantum enim aberat vt honores & poteſtatem
eandem ſe adhuc habiturum ſperaret, ſi reſp. ab optimatibus gubernaretur, quòd
ipſe eſſet homo improbus, & obſcuris natalibus, & qui nullum egregium facinus
aut militiæ aut domi pacis tempore edidiſſet, vt etiam ſe in ſummum periculum
capitis venturum putaret,quòd ſeditionem in ciuitate concitaſſet,& multarum eius
calamitatum autor fuiſſet. Hic igitur meditatus,& quid dicendum, & quid agen-
dum eſſet, & conſilio cum collegis communicato, vbi eos ſecum conſentire cogno-
uit,ſurrexit,& pauca quædam de plebis miſeriis cum lamentatione præfatus,conſu-
» les laudauit,quòd dignati eſſent plebi, eius humilitatem non aſpernati, rationem
» reddere: patriciis quoque magnam ſe habere gratiam dixit,quòd tandem aliquan-
C do de inopum ſalute ſoliciti eſſe inciperent: adiecit præterea ſe multò faciliùs cum
» cæteris teſtem futurum, ſi dictis facta reſponderent. His dictis quum iam videretur
» mitior,& ad reconciliationem propenſior,conuerſus ad Marcium cõſulibus aſtan-
» tem,Tu verò,inquit,ô generoſe vir,cur hîc apud ciues tuos nõ purgas te de iis,quæ
» in ſenatu dixiſti? Imò verò cur non ſuppliciter eos oras,irámque deprecaris,vt mul-
» ctam leuiorem tibi irrogent? Neque enim autor tibi fuerim vt inficieris ea quorum
» tot viri teſtes ſunt, neque vt ad impudentem defenſionem confugias,quũ ſis Mar-
» cius,& maiores geras ſpiritus quàm priuatum hominem deceat, niſi fortè conſuli-
» bus quidem,& patriciis decorum eſt pro te cum plebe agere,& eam exorare,te verò
» idem tua ipſius cauſa facere dedecet.Hæc autem dicebat, quia perſuaſum habebat,
D virum illum magnanimum nunquam adductum iri vt ſe ipſe accuſaret, &,quaſi
deliquiſſet,peteret vt pœna liberaretur,*ſibique mulcta remitteretur*,neque ad lamẽta-
tiones,aut preces præter morem ſuum ſeſe conuerſurum,ſed certè aut omnino cau-
ſam dicere recuſaturum,aut pro innata arrogantia quam retinebat, ſine omni mo-
deſtia,blanditiiſque ad plebem verba facturum.Id quod accidit, facto enim ſilentio,
& fere omnibus plebeiis ad abſoluendum hominẽ propenſis,ſi tempori præſenti in-
ſeruire voluiſſet,ſua oratione tantam arrogantiam demonſtrauit, & eos adeò con-
tempſit,vt in medium progreſſus, nihil eorum inficiaretur quæ contra plebem in
ſenatu dixerat, nec vllam horum præ ſe ferens pœnitentiam,ad miſericordiam &
veniam petendam ſe conuerteret. Quinetiam initio ne iudicio quidem eorum ſe
E vlla in re ſubmittere volebat, quaſi illi legitimam iudicandi poteſtatem non habe-
rent.Quòd ſi quis apud conſules(apud quos id legitimè fieri poterat) ſe reum agere
& vel factorum vel dictorum rationes à ſe exigere vellet ,paratum ſe aiebat ad cau-
ſam dicẽdam.Quòd verò à plebeiis vocatus fuiſſet,ſe ad ipſos prodiiſſe dicebat, par-
tim vt reprehenderet ipſorum ſcelera,& iniquas pluris habendi cupiditates,in quas
eruperant,& ſeceſſionis tempore,& poſt ipſum reditum: partim vt ſuaderet illis vt
tandem aliquando cohiberent ac refrænarent ſuas iniquas cupiditates. Poſt hæc
acriter admodũ & audacter in omnes inuectus eſt,& præcipuè in ipſos tribunos. In-
erat autem in eius verbis non vt alicuius ciuis plebem admonentis reuerentia, pro-

C. Sicinnii Belluti verba ad Marcium Coriolanum, quibus in eum inuehitur.

Marcius Coriolanus tempori inſeruire non vult, ſed arroganti oratione vtitur.

babili ratione nixa, nec vt priuati hominis plebi odioſi, & verba facientis ad po-
tentiores ſibi infenſos, modeſta cautio: ſed tanquam hoſtis inſultantis intrepi-
dè ſuæ poteſtati obnoxiis, impotens quædam ira, & grauis contemptio homi-
num iniutia affectorum. Quapropter, eo adhuc loquente, inrer illos ingens tumul-
tus eſt exortus, aliis in hanc, aliis in illam partem crebrò inclinantibus, quemad-
modum in diuerſarum gentium mulritudine ſolet accidere: nec eadem erat o-
mnium voluntas, quoniam illius oratio aliis quidem iucunda erat, aliis verò iniu-
cunda. Quum autem finem dicendi feciſſet clamor & tumultus longè maior eſt
exortus. Nam parricij præſtantiſſimum virum appellantes, eum laudabant quòd tam
liberè loqueretur, & ſolum omnium liberum eſſe affirmabant, qui nec inimicorum A
imperum in ſe facientium turbam formidaſſet, nec ciuium iniquos ác ſuperbos co-
narus blanditiis delinire voluiſſet. Plebeij verò ægrè ferentes eius conuicia cum ex-
probratione cõiuncta, grauem & acerbum hoſtiúmque omnium ſibi infenſiſſimum
eum appellabant, & multi iã parati erant (quibus id factu perfacile erat) facto impe-
tu ex tempore eum, vt iure belli, interficere. Illiſque prarrocinabárur, eóſque iuua-
bant tribuni, præcipuè verò Sicinnius eos ad id maximè inſtigabat. Tandem autem
quum multis in hominẽ inuectus fuiſſet, & iram plebeiorum accendiſſet, grauem irã
ſpirans, accuſationem ſuam hac ſententia clauſit, capitali ſupplicio à rribunorũ col-
legio eum damnari, ob factam ædilibus iniutiã, quos pridie iuſſos à ſe eum ducere,
pulſatos abegiſſet. Nam contumelioſam illã iniuriam ſuis miniſtris factam in nullos B
alios, quàm in eos qui id iuſſerant, tecidere. His dictis, iuſſit eum ad imminentem fo-
ri collem duci: hic autem locus eſt vaſta rupe hortendus, vnde capite dãnatos dei-
cere ſolebant: ædiles igitur acceſſerunt, vt eũ comprehenderent. At parricij ingenti
clamore ſublato conglobati impetum in eos fecerunt, & poſtea plebs in patricios, &
nulla amplius modeſtia in factis ſeruabatur, & vtrique contumelioſiſſimis verbis ſe
mutuò petebant, ſeque inuicẽ pellebant, nec à manibus ſibi tẽperabant. Illi tamẽ qui
motus iſtos excitabant, cœpro deſtiterunt, & ſapere coacti ſunt à conſulibus qui in
medios irruperunt, & lictoribus imperarunt vt turbã ſummouerenr. Tãta erat huius
magiſtratus apud illius ætatis homines reuerentia, & rantũ honoris regiæ poteſtatis C
dignitati tribuebatur. Quibus rebus Sicinnius anxius & perturbatus, quòd valde
meruerer ne cogeret aduerſarios vim vi repellere, quum cœptis nollet deſiſtere,
quando ſemel rem aggreſſus erat, nec tamen in ſua ſententia permanere poſſet,
multum ſecum ipſe cogitabat quid faciendum eſſet. Quem quum conſilij inopem
animaduertiſſet L. Iunius Brutus, popularis ille cõcionator ac tribunus plebis, qui pa
cis conditiones excogitarat, vir acer cùm aliis in rebus, tum in expediendis difficul-
tatibus, ſolus cum ſolo egit, monuitque ne pertinacius contenderet, vtque diſiſteret
ab eo fetuenri ac iniquo conatu, quũ videret omnes parricios irritatos, & omnes pa-
ratos, ſi à conſulibus vocarentur, arma capere: plebis verò firmiſſimam partẽ animo
dubio eſſe, nec libenrer pari nobiliſſimũ ciuem ad ſuppliciũ rapi, idque indemnatũ, D
eíque ſuaſit vt tunc quidẽ cederet, néue cũ conſulibus pugnaret, ne quod grauius ma
lum patraret: ſed homini diem diceret, tempore quanrumcunque voluiſſer ſtatuto,
quo ad cauſam dicendam veniret, & de eo ciues tributim mitteret in ſuffragia, &
quòd plutiũ ſuffragiis ſtatutum fuiſſer, id faceret. Tyrannicum enim & violentũ id
eſſe dicebat, quod tunc facere conabatur, quòd ſcilicet idẽ & accuſatot & iudex &
pœnæ moderator arbitérque ſummus eſſet: ciuile verò eſſe vt reus ex legibus facta ei
dicendæ cauſæ poteſtate, quod plutibus iudicibus viſum eſſet, id pateretur. His pa-
ruit Sicinnius quòd nullum melius conſilium videret, & progreſſus, Videtis (inquit) «
Quirites, ſtudium quo patricij ad cædes & violentiã feruntur, ſiquidem vnũ hominẽ «
ſuperbũ, & qui toti reipu. fecit iniutiã, vobis omnibus anteponunt. † Sed tamẽ non E
decet nos eſſe eorũ ſimiles, nec oportet nos aut bellũ inferentes, aut illatum propul- «
ſantes, in noſtram perniciem rnere ptæcipites. Sed quoniam nõnulli ſpecioſam præ- «
tendunt cauſam, legẽ, cuius propugnatores *fontem* ſupplicio eripiunt, quòd ea nullũ «
ciuem Rom. indemnatũ occidi ſinat, hoc ius illis concedamus, quamuis ipſi nobiſcũ «
neq; legibus, neq; iure agãt. Et oſtẽdamus nos malle, ciues à quib. iniuria afficimur, «
clementia quàm violentia ſuperare. Vos igitur abite, & tẽpus quod breui aderit, expe «
ctare. Nos verò interim res vrgẽtes curabimus, & præſtituto tẽpore huic homini, vt «
ad dicẽdã cauſã veniat, diẽ dicemus, cauſæq; cognitionẽ veſtro indicio permirtemus, «
vt vos ipſi hac de re ſententiã feratis. Vbi verò ex lege in ſuffragia miſſi penes vos ea «
habueritis,

Marcius Coriolanus à patricus contra tribunorũ & plebis impetum defenditur.

At Gel. ſeparãs verba hæc, [illegible] *à ſequent. participijs, malè interpr.* Sed nos non oportet eorum eſſe ſimules, nec tã præcipites, neque vel bellũ inferre, vel inferentibus repugnare.

» habueritis, tunc illi mulctam, qua eum digni eſſe comperietis irrogate. Atque hac » quidem de re hæc ſint ſatis. Quòd autem attinet ad frumenti venditionem & » diſpenſationem, vt hoc quàm iuſtiſſimè fiat, niſi hoc conſulibus ſenatuíque cu- « ræ fuerit, nos ipſi huius rei curam ſuſcipiemus vt ei proſpiciamus. Hæc loquu-tus concionem dimiſit. ¶ Poſt hæc conſules, coacto ſenatu, per otium conſultabant quánam ratione præſens tumultus ſedari poſſet. Et placuit ipſis primùm quidem magna annonæ pretiique vilitate plebem delinire, deinde verò eius magiſtratibus perſuadere vt in ſenatus gratiam cœpto diſiſterent, néue Marcium in populi iudicium adducerent. Quòd ſi hoc illis perſuadere non poſſent, ſal-

A tem in quàm longiſſimum tempus rem differrent, donec ira plebis langueſcens in dies concideret. His decretis ſenatuſconſultum de annona promulgarunt, & omnibus approbantibus ratum id fecerunt. Erat autem in hanc ſententiam factum, pretia rerum venalium ad quotidianum victum pertinentium non maiora eſſe quàm quæ minima ante ciuilem ſeditionem fuiſſent. A tribunis verò multis precibus quum remiſſionem integram impetrare non potuiſſent, dilationem iudicij impetrarunt quantam petierunt, eámque mox ipſi etiam prorogarunt, his artibus & hac occaſione vſi. Legatos ex Sicilia à tyranno miſſos, & qui frumentum pop. Rom. dono datum aduexerant, domum redeuntes, Antiates miſſa

[illegible] Senatuſcõſultum de annona.

Vel(vt Gr. verba ſonant) ipſique aliam moram excogitarunt, hac occ

B piratarum manu interceperunt, ipſorúmque naues in ſuos portus deduxerunt, à quibus illæ non longè aberant anchoris iactis in ſalo ſtantes: & eorum pecunias vt hoſtium diripuerunt, & ipſos in carcerem coniectos cuſtodiebant. Conſules, his rebus cognitis expeditionem in Antiates decreuerunt, quòd miſſa ad eos legatione, nihil quòd æquum eſſet facere vellent, habitóque iuniorum delectu ex vtroque ordine, militem eduxerunt, facto ſenatuſconſulto vt omnia tam priuata quàm publica iudicia ſuſpenderentur quandiu in armis forent. Hoc autem tempus non quantum ipſi ſperarant, ſed multò breuius fuit. Nam vbi Antiates cognouerunt Romanos totis viribus ex finibus ſuis egreſſos, ne vel minimum quidem temporis ſpatium ipſis reſtiterunt; ſed eos precari & ſupplici-

Legati Siculi ab Antiatibus intercepti.

Antiates Romanis in ipſos exercitum educentibus non reſiſtunt, ſed ipſa legatorũ corpora & pecunias reſtituunt

C ter orare cœperunt, & ipſa Siculorum corpora & pecunias reſtituerunt: quare, Romani vrbem repetere coacti ſunt. Dimiſſo autem exercitu, Sicinnius tribunus, plebe ad concionem coacta, Marcio diem dixit, quà die eius cauſæ iudicium faciendum erat. Rogabátque non ſolùm eos qui in vrbe erant, vt frequentes ad illius cauſæ cognitionem ac iudicium venirent: ſed etiam illos qui in agris degebant, vt intermiſſo opere ad eandem diem præſtò eſſent: quòd pro libertate & ſalute totius reipublicæ ſuffragia ipſis eſſent ferenda. Denuntiauit etiam Marcio vt ad cauſam dicendam veniret, pollicitus fore vt nullius rei legitimæ *ac iuſtæ*, in iudiciis repulſam pateretur. Conſulibus verò poſt conſultationem cum patribus ha-

A Sicinnio tribuno dies Marcio dicitur.

D bitam, plebis arbitrio tantam poteſtatem minimè permittere placuit. Iuſtam autem & legitimam eius inhibendæ rationem inuenerunt, qua omnia aduerſariorum conſilia à ſe diſſipatum iri putabant. Poſtea tribunos plebis vnà cum eorum neceſſariis ad colloquium vocarunt, & Minucius in hũc modum eſt loquutus. Nobis, » tribuni, ſeditio ex vrbe totis viribus tollenda, nec cum plebe pertinacius vlla de re » cõtendendũ videtur: præſertim verò quũ videamus vos omiſſa vi, iure ac verbis age- » re. Quam veſtrã voluntatem licet laudemus, tamen ſenatuſcõſulta reip. præter more » patrio æquũ eſſe cẽſemus. Poteſtis autẽ & vos ipſi eſſe teſtes, ex quo hæc vrbs à ma- » ioribus noſtris eſt condita, ſemper hunc honorem ſenatui habitum, & nũquam ple- » bẽ de vlla re abſq; præeunte ſenatuſcõſulto iudicaſſe, neque quidquã ſuis ſuffragiis

Minucii ad tribunos in colloquium vocatos verba.

E decreuiſſe, non ſolùm nunc, ſed ne ſub regibus quidẽ. Quæcunque enim ſenatui pla- » cuiſſent, hæc ipſa reges ad populũ referebant, atque ita rata faciebant. Hoc igitur ius » nolite nobis auferre, néue hunc priſcum & præclarum morem tollite, ſed ſi qua re » iuſta ac moderata vobis eſt opus, de ea ſenatum monete, & quod illi viſum fuerit, id » plebis arbitrio ac poteſtati permittite. Conſulibus hæc dicentibus Sicinnius eorum verba ferre non poterat, nec vllam rem in ſenatus arbitrio ac poteſtate eſſe volebat. At eius collegæ qui eandam, qoam ille, poteſtatem habebant, ex †Lucij ſententia ſenatuſconſultum fieri permiſerunt, quum & ipſi iuſtum quiddam antè poſtulaſſent, quod conſules ipſis negare non poterant. Petierunt enim vt patres, facta dicendi copia, & ipſis tribunis cauſam plebis agentibus, & aliis qui vel eadem vel contraria ſuadere vellent, vbi quæ eſſet omnium conſultorum voluntas audiſſent, tum demũ

Non Lucii ſed Decii alij hic legunt.

id quod iuſtum,& è rep.illis viſum fuiſſet, pronuntiarent: vtque omnes poſt legitimum iuſiurandum iuratum, quemadmodum in iudiciis fieri ſolet, ſententiam ſuam dicerent,& quod plurium ſententiis comprobatum fuiſſet, id ratum eſſet. Quum autem conſules ſenatuſcõſultum fieri permiſiſſent, quemadmodum tribuni poſtulabant, tunc colloquium eſt ſolutum. Poſtero die coactus eſt ſenatus. Quum autem cõſules ei indicaſſent quid inter ſe ac tribunos conueniſſet, eos in ſenatum vocarunt, & ſui aduentus cauſam aperire iuſſerunt. Tunc progreſſus Lucius, qui s.c. fieri permiſerat, in hunc modum verba fecit, NON latet vos P.C. quid euenturum ſit, nos, ob cauſas quas ſuſpicamur, quòd huc ad vos venerimus, ſenatuſque conſultum fieri paſſi fuerimus, ab vno collega noſtro apud plebem accuſatum iri. Nam putat à vobis minimè petẽda ea eſſe, quæ nobis ipſæ leges dant, neque hoc ius in beneficiorũ acceptorũ numero ponendũ, nóſque non minimũ ſubituros periculum ſi in iudiciũ adducti fuerimus, ſed tanquam transfugas & proditores damnatos, ignominioſiſſimo ſupplicio affectũ iri. Sed quanuis hæc probè ſciremus nõ dubitauimus tamen ad vos accedere iure freti, & iuriiurando fidentes, quo iurati ſententias feretis. Quãuis autem nos viles ſimus, nec nobis adſit ea grauitas, quæ requiritur in hominibus qui de rebus tantis verba faciunt, res tamen de quibus ſumus acturi, non ſunt parui momẽti. Quare, attẽtè hæc audiatis, & ſi noſtra poſtulata vobis iuſta, & ę republica eſſe videbuntur (addam etiam neceſſaria) vltrò nobis ea concedatis. Ac primùm de iure dicam. Vos, p.c. quo tempore noſtrę ſocietatis ope reges expuliſtis, eámque reip. formam, qua nunc vtimur, conſtituiſtis, quam non reprehendimus, quùm videretis plebeios deteriore conditione eſſe in iudiciis, quoties aliquid controuerſiarum inter eos & patricios ortum fuiſſet (id quod non rarò fiebat) legem ſanxiſtis, autore altero conſſ. P. Valerio, licere plebeiis, qui vim à patriciis paterentur, ab populum prouocare: & nulla alia re adeò vt hac lege ciuitatis concordiam conſeruaſtis, & reges reditum vi tentantes repuliſtis. Hac igitur lege freti, quam vobis proponimus, ob iniuriam & vim, quam nobis omnibus ab hoc C. Marcio factam aimus, eum ad populum citamus, ibiq; cauſam dicere iubemus, nec s.c. hic eſt opus. De quibus enim rebus nullæ extant leges latæ, in illis locus eſt veſtris s.c. & populi ſuffragiis. Quibus verò in rebus, præſtò eſt lex inuiolabilis, etiamſi vos nullum ſ.c. feceritis, hac lege eſt vtendum. Neque verò dixerit hoc quiſpiam, priuatos quidem homines, quibus contigerit vt ſint deteriore conditione in iudiciis, *& iniquo iudicio premantur*, prouocationem ad populum habere, nobis verò tribunis idem iuris non eſſe. Huius igitur legis conceſſione freti, & propterea non ſine noſtro periculo veſtrum iudicium ſubituri venimus. Quòd autem attinet ad illud ius naturæ non ſcriptum, nullíſque legibus ſancitum, æquum eſſe cenſemus p.c. vt (in iure ſaltem) plebeiorum conditio neque melior neque etiam deterior ſit quàm veſtra, quia multa, magnaque bella vobiſcum geſſerunt, & maxima animi alacritate in illis conficiendis operam vobis nauarunt, & præcipui autores fuerunt ne pop. Rom. aliorum imperio pareret, ſed ipſe aliis id quod æquum eſſet imperaret. Sic autem non deteriore iuris conditione erimus p.c. ſi illis qui corporibus noſtris & libertati iniuriam facere conantur, iudicij terrorem intentetis, *metúque pœnarum eos cohibeatis*. Magiſtratus ſanè, & principẽ locum in ſedendo, & honores iis qui & virtute & fortuna inter vos excellunt, tribuendos putamus, verùm iniurias non pati, & ſi quis intulerit, de eo pœnas pro meritis ſumere, hæc omnibus ciuibus æquè communia eſſe debere cenſemus. Quemadmodũ igitur ſplendore, & magnificentia vobis cedimus, ſic iſta cõmuni iuris æquabilitate non cedimus. Atque de iure hæc ſufficiant, licet & alia multa afferri poſſint. Quòd autem hæc quoque reip. profutura ſint, ſi fiant, quemadmodum plebs poſtulat, me paucis diſſerentem, æquis auribus audite. Eia igitur, ſi quis ex vobis quæreret quænã maxima calamitas, quæ ciuitatibus contingere poſſit, & quænam celerrimi exitij cauſa vobis videtur eſſe, nónne reſponderetis, diſcordia? Ego certè ita ſentio. Quis igitur veſtrum adeò eſt fatuus, aut ineptus, aut vltra modum iuris æquabilitatis inimicus, qui non videat data populo poteſtate iudicandi legitimè eas cauſas quarum cognitio ad eum pertinet, remp. fore concordem? quòd ſi aliter ſtatueritis, & nobis libertatẽ eripueritis (libertatem enim eripietis ſi ius & legẽ tollatis) vos iterum diſſidendi, & bellum vobis inferendi neceſſitatem nobis impoſituros? Nam ex qua ciuitate iura & leges expelluntur, in eam ſeditio bellúmque ingredi ſolet. Et qui nunquam experti ſunt calamitates bellorum ciuilium, mirum non eſt, ſi nec præteritis

malis

Lucii tribuni concio ad ſenatum vel potius Decii.

» malis offendantur,nec futura multò antè prohibeant. Qui verò, vt nos,*leuiſſimis pe-*
» riculis tentati,libentèr(pro vt temporis ratio poſtulabat)ſe malis liberarunt,quam-
» nam honeſtam aut æquam cauſam hi poterunt afferre, ſi in eaſdem calamitates ite-
» rum inciderint,& iiſdem iterum conflictentur? Quis verò non damnauerit vos ma-
» gnæ amentiæ & inſaniæ,cogitans vos paulò antè ne diſſiderent à vobis plebeii, mul-
» ta præter animi veſtri ſententiam tuliſſe,quorum nonnulla fortaſſe neque pulcher-
» rima neque vtiliſſima erant?nunc verò,quum neque in veſtris facultatibus, neque
» in bona exiſtimatione, neque in vlla alia re communi damnum ſitis accepturi, in
A gratiā eorum qui plebeios oderunt,plebē iterum à vobis vos alienare velle? Nequa-
» quam ſi ſapitis hoc facietis. Lubenter autem ex vobis quærerem quidnam tunc co-
» gitarètis, quum reditum nobis,quibus voluimus conditionibus conceſſiſtis:vtrum
» ratione prouidentes id quod optimum erat,an neceſſitati cedentes? Si enim hæc
» maximè è repub. eſſe credebatis,quin in eadem ſententia nunc quoque manetis? ſin
» neceſſaria, & quæ aliter fieri nō poſſent,cur ea iniquo fertis animo? Principiò enim
» fortaſſe(ſi poteratis)non oportuerat vos hæc nobis concedere: at quum conceſſeri-
» tis,ea vobis minimè ſunt reprehendenda ac vituperanda,*ſed æqui boníque ſunt conſu-*
» *lenda.* Mihi certè videmini P. C. paci publicæ optima ratione conſilióque proſpe-
» xiſſe,cuius conditionibus neceſſariò vobis cedendum,vt ea, quæ inter nos pacti ſu-
B mus,firma ratáque ſeruetis. Deos enim fœderum ſponſores nobis dediſtis, multa &
» atrocia mala imprecati iis qui fœdera violaſſent, tum ipſis, tum in ſempiternum eo-
» rum poſteris. Quòd igitur noſtra poſtulata ſint iuſta & vtilia, (quæ etiam omnino
» neceſſe eſt vos facere iuriſiurandi memores) his demonſtratum eſt:quare, nō video
» cur oporteat me vobis omnibus rei gnaris aures pluribus obtundere. Quòd verò no-
» ſtra quoque non parùm interſit hoc certamen nō deſerere,aut vi depulſos,aut frau
» de deceptos:quod etiam magna neceſſitate coacti in hoc venerimus, grauibus, imò
» verò grauiſſimis iniuriis ab hoc homine affecti,audite P. C. vel potiùs in memoriam
» reuocate. Nihil enim ſum dicturus,quod non ſit vobis omnibus notum. Simul etiā
C fingite nunc veſtram rem agi,hoc cogitantes, ſiquis de noſtro plebeio ordine auſus
» fuiſſet apud plebē contra vos talia dicere aut facere,qualia Marcius hic auſus eſt di
» cere, quónam animo in eum eſſetis? Nā pacis conditiones ſenatui non violandas,&
» propemodum adamantinis vinculis aſtrictas,quas neque vobis iuratis,neque veſtris
» poſteris violare fas eſt, quandiu hæc vrbs habitabitur,primus ex vobis hic Marcius
» violare eſt conatus, quadriennio nondum exacto, ex quo pax facta, idque non ta-
» citè, neque in aliquo obſcuro angulo ſe occultans: ſed palam in hoc loco vobis o-
» mnibus præſentibus pronuntiata ſententia, tribunitiam poteſtatem haud ampliùs
» nobis concedendam,ſed tollendam: quo primo & ſolo libertatis præſidio freti pa-
» cem fecimus. Neque verò intra hos arrogantiæ terminos ſtetit,ſed pauperum liber-
D tatem inſolentię contumelioſæ,& iuris æquabilitatem tyrannidis nomine appellās,
» hæc nobis adimenda cenſuit. Et,quod maximè omnium eorum quę iſte tūc faciēda
» cenſuit,impiū eſt,in memoriam reuocate P. C. quum apertè dixit opportunū veniſſe
» tempus, promendi omnes iras ſuperioribus plebis criminibus debitas: tuncque vo-
» bis ſuaſit,quando plebs incommodis eſſet attenuata, & iam diuturna rerum ad vi-
» ctum neceſſariarum inopia laboraret, vt rem totam ſibi permitteretis, annonam &
» res ad victum neceſſarias in eadem penuria *& in iiſdem difficultatibus* retinentes.
» Neque enim nos diutius duraturos, ſi magno pretio nos homines pauperes exiguū
» cibum emeremus:ſed alios abituros relicta vrbe,& quicunque remanſiſſent, infeli-
» ciſſimo mortis genere perituros. Adeò autem inſanus & mente captus erat, quum
E hæc vobis ſuaderet, vt ne illud quidem incommodum præter alia quæ ſequutura
» erant hoc ipſius conſilium,quo ſuadebat vt ſenatus fœdus frangeretur, animaduer-
» tere potuerit,futurum fuiſſe vt pauperes quorum tantus eſt numerus, neceſſario vi-
» ctu priuati cogerentur cum illius calamitatis autoribus congredi, eóſque omnes pro
» hoſtibus habere. Quòd ſi vos pari inſania eius conſilia rata feciſſetis, nihil impedi-
» mento fuiſſet,quominus aut tota plebs funditus deleretur,aut omnis gens patricia
» extingueretur, neque enim ita mancipiorum inſtar præbuiſſemus nos partim pa-
» tria pellendos, partim necandos, ſed inuocatis diis geniíſque noſtrarum iniuria-
» rum teſtibus, multis (mihi credite)cadaueribus fora & compita repleuiſſemus,&
» magnam ciuilis ſanguinis craterem ſtatuiſſemus, atque ita demum fatalem mor-
» tem alacriter ſubiiſſemus. Adeò impiorum facinorum,patres conſcripti,hic au-

tor nobis erat,atque de talibus rebus concionem habendam arbitrabatur. Neque
verò Marcius dictis quidem ſeditionem in ciuitate conatus eſt excitare, ab iis verò
faciendis,quæ dicebat,abſtinuit: ſed ſtipatus hominum globo ad quamuis operam
parato vocatus,ad magiſtrarum non venit, & noſtris miniſtris, quum iuſſu noſtro
eum ducere vellent,plagas inflixit,& poſtremò ne à noſtris quidem corporibus ma-
nus abſtinuit.Quapropter, quòd ad hunc attinet ſpecioſum ſacroſancti magiſtratus
nomen, ad irriſionem impoſitum habebimus, & tamen ne vel minimam quidem
earum rerum quæ huic magiſtratui attribuuntur,facere poterimus. Quomodo igi-
tur aliis de iniuria ſibi illata conquerentibus opitulabimur, ſi ne ipſi quidem tuti ſi-
mus?Quum igitur his iniuriis fuerimus affecti nos pauperes,ab vno ſolo homine nō- A
dum tyranno, ſed ad tyrannidē aſpirante:quúmque,P. C. partim res atroces iā ſimus
perpeſſi,partim moxmox eſſemus perpeſſuri,niſi maior veſtri ſenatus pars *Marcii co-
natibus* impedimento fuiſſet,nónne,P.C.meritò indignamur, & aliquod auxilium ſi-
ne veſtra indignatione nobis habendum putamus, hunc ad æquum & legitimum
iudicium vocantibus,in quo totus populus per tribus diuiſus facta rogantibus dicen-
di poteſtate,iuratus ſuffragia feret? Marci eò,& quæ hîc es dicturus,ea apud omnes
tuos ciues congregatos tui purgandi cauſa dic, ſiue optimo animo optimum conſi-
liū his dediſti, ſiue iudicaſti hæc,ſi fierent,è rep.futura fuiſſe,ſiue putaſti minimè æ-
quum eſſe,vt qui hîc ſententiā dicunt,earum rationes *alibi* reddant, ſiue nō conſul- B
tò,nec per inſidias,ſed iræ indulgens eò prouectus es,vt hæc impia conſilia dares,ſi-
ue quancunque aliam defenſionem habes: & demitte elatos illos ac tyrannicos ſpi-
ritus quos geris, modeſtiámque ciuilem indue, & te, ô miſer, tandem aliquando
aliis hominibus ſimilem redde, ſume rei deprecantis habitum humilem, miſerabi-
lem,qualem calamitates poſtulant,haud vim afferens iniuria affectis, ſed elatos ani-
mos demittēs pete ſalutem.Sint autē tibi exemplo modeſtiæ(qua ſi vſus fueris apud
omnes tuos ciues minimè reprehenderis)horum virorū bonorum facta,qui licet tot
ſint numero,quot nunc vides, & tot virtutibus tā militarib.quàm ciuilibus ſpectati,
quibus recēſendis ne longū quidē tempus ſufficeret,tamen nihil ſæui, nihil ſuperbi
in nos viles,atque abiectos homines,ipſi venerandi,ac magni viri ſtatuerūt:ſed etiā C
ipſi priores de pace nobiſcum egerunt,& priores ad pacem nos inuitarunt, quo tē-
pore fortuna nos ab illis ſepararat,paciſque conditiones non quas ſibi putabant cō-
modiſſimas,ſed quas nos poſcebamus, conceſſerunt. Et poſtremas iſtas offenſiones
ob frumenti diſtributionem nuper ortas,ob quas ipſos incuſabamus, maxima dili-
gentia diluerunt.Omitto cætera.Sed pro te ipſo & pro tuo diuinitus immiſſo furo-
re, quas preces non adhibuerunt, & publicè apud vniuerſos plebeios, & priuatim
apud ſingulos,pœnam tuam deprecantes?& conſſ.& ſenatum tantæ vrbis guberna-
tores decebat,Marci,ob crimina obiecta populi iudicium ſubire,te verò idem facere
non decebit? nec turpe ſibi putant hi omnes, plebem precibus ſolicitare pro te vt
abſoluaris, tu verò hoc ipſum tibi dedecori fore putas? neque his contentus es, vir D
generoſe,ſed quaſi præclarum aliquod facinus ediderís, elatis ceruicibus, & cum
magna iactatione obambulas, nec quidquam de priſtina ſuperbia remittere cona-
ris.Omitto enim te etiam plebi conuicia dicere, quinetiam eam criminari, eique
minari.Et tamen,P. C. eius ſuperbiæ non ſuccenſetis, qui ſolus ſe rebus tantis dignū
iudicat,quantis ne vos quidem omnes vos ipſos dignos iudicaretis:quem oporteret
(etiam ſi vos omnes pro eo bellum decernere velletis)beneuolentia veſtra ac prom-
pta voluntate contentum eſſe,nec accipere priuatum beneficium,quod reip. detri-
mentū afferat:ſed potius æquo animo cauſam dicere,& mulctam ſubire, ſi opus fue-
rit,& quæuis perpeti.Hæc enim eſſent facinora boni ciuis,& virtutem factis non di-
ctis exercentis. At vis qua iſte nunc vtitur, cuiuſnam vitæ inſtituti eſt ſignum?cuius E
animi ſunt indicia,fœderis iuſiurandum violare, fidem datam fallere, pacis condi-
tiones tollere,bellum plebi inferre,magiſtratus ipſos inſolēti iniuria afficere,& nul-
lius facti velle rationem reddere,ſed contemptis iudiciis,indicta cauſa, nullis vſum
deprecationibus,& quaſi nulli ciuium,quorum tantus eſt numerus,ſit æqualis, im-
pauidè obambulare?nónne hæc ſunt ingenij tyrānici? Mihi ſanè ſic videtur. Et tamē
ſunt quidam veſtri ordinis qui ei fauent & applaudunt,in quorum animis odium in
plebeios implacabile eſt inſitum, neque intelligere poſſunt hoc malum in ciuitate
ſuccreſcere non magis in humilioris ciuiū partis, quàm in honoratioris perniciem.
ſed putant ſe in tuto fore ſi aduerſarij, quos naturæ impulſu oderūt, ſubigantur. At

reuera

» reuera non ita ſe res habet, ô imperiti homines, qui ab optima ſententia aberratis,
» ſed Marcij iſtius experimento docti,& temporis progreſſu,& externis, ſimul & do-
» meſticis exemplis ſapientiores facti, cognoſcetis, tyrannidem quæ contra plebem
» alitur,contra totam remp.ali,atque hæc nunc quidem à nobis iocipit, ſed vbi inua-
» luerit, ne vobis quidem parcet.. Quum autem † Lucius talem habuiſſet oratio-
nem, & cæteri tribuni, quæ illum prætermiſiſſe exiſtimabant, addidiſſent,quúm-
que iam ſententiæ à patribus eſſent dicendæ,primi quidem conſulares viri,maximi
quiq; natu,de more à conſulibus vocati ſurrexerunt:deinde verò illi qui his vtraque
hac in re inferiores eraot : at poſtremi fuerunt iuniores,qui oulla illi quidem verba
A faciebant,(adhuc enim tunc apud Romanos indecorum hoc habebatur, & nullus
iuuenis ſe ſapientiorem homine ſeniore exiſtimabat) ſed ſeotentias à conſulatibus
iam dictas confirmabant. Omnibus verò, qui aderant, imperatum fuerat vt non
ſecus ac in iudicio iurati ſeorentiam ferrent. Appius igitur Claudius,quem & an-
tè dixi ex omnibus patriciis plebi infenſiſſimum eſſe,nec voquam pacis cooditiones
plebi conceſſas approbaſſe,ſenatuſconſultum fieri ooo ſinebat, hac oratione vtens,
» Vellem equidem (id quod ſæpe precibus à diis petij) vt me mea feſelliſſet opinio,
» quam de pace com plebe facta habebam, cenſens neque honeſtum, oeque iuſtum,
» neque nobis vtilem fore hunc profugorum reditum, & quotieſcuoque hæc res
B nobis fuit propoſita vt de ea conſultaretur, ego & primus omnium aliorum, &
» poſtremus fui, qui ſolus *huic paci* ſemper & conſtanter ſum aduerſatus, quod reli-
» qui me deſeruiſſent : & vos, P. C. qui ſpem meliorum rerum concipiebatis, & o-
» moia iuſta & iniuſta in plebis gratiam alacri animo concedebatis, me prudentio-
» res eſſe videremini : verùm, quaodo non vt optabam, oeque vt precibus à diis
» contenderam : ſed vt ſuſpicabar, res vobis ſucceſſerunt, & veſtra beneficia in
» inuidiam & odium ſunt conuerſa, vos ob veſtra peccata non obiurgabo, neque
» moleſtiis inanibus afficiam, quod cuilibet eſt facillimum, & quod plerunque fie-
» ri ſolet, ſed hæc omittam, quod ea in præſentia non opportuna fore iudicem.
C Ea verò quorum ope & præterita corrigemus, quorum curatio oondum peni-
» tus eſt deſperata, & præſentibus rebus meliùs cooſulemus, dicere conabimur.
» Quanquam non me latet,fore vt oonnullis veſtrûm inſanire & mortem appete-
» re videar, qui de his rebus liberè ſeotentiam dicere non dubitem, licet animad-
» uertam quàm periculoſa ſit dicendi libertas, licet etiam mecum ipſe reputem
» miſerum caſum Marcij, qui nunc non ob aliam cauſam in capitis diſcrimine ver-
» ſatur. Sed minimè arbitror maiorem priuatæ ſalutis, quàm publicæ vtilitatis ra-
» tionem habendam. Nam, P. C. periculis veſtra cauſa ſubeundis meum corpus iam
» deſtinatum eſt, & pro reipub. certaminibus deuotum. Itaque quicquid deo viſum
» fuerit, & cum omnibus, & cum paucis, &, ſi neceſſe fuerit, ſolus generoſè per-
D feram. Cæterùm, quandiu vixero, me nullus metus à ſeotentia liberè dicenda
» deterrebit. Ac primùm quidem tandem aliquando hoc vos certò ſcire volo, vos
» infeſtam inimicámque præſenti reipub. ſtatui plebeiam turbam habere, & quæ-
» cunque nimis indulgenter ei conceſſiſtis, fruſtra à vobis abſumpta fuiſſe, vóſque
» eo nomine cootemni, quaſi vi oeceſſitatis adducti,non autem animi beneuoleotia,
» & cum iudicio ea conceſſeritis. Conſiderate enim quomodo plebs,quo tempore ca-
» ptis armis ſeceſſiooem à vobis fecit, & ſe palàm veſtrum hoſtem profiteri auſa eſt,
» quum de nulla iniuria conquereretur,ſed ſe ſoluendo nõ eſſe ſimularet, vóſque no-
» uas tabulas,& peccatorum per ſeceſſionem admiſſorum impunitatem veſtro decre-
» to ipſi conceſſiſſetis, ſe nihil præterea poſtulaturam dixerit, licet plerique veſtrûm
E (neque enim omnes à conſiliariis iſtis decepti ſunt) leges de contractuum fide latas
» abrogare, & omnium tunc factarum iniuriarum memoriam deponere, nunquam è
» rep. fore iudicarẽt:non fuit tamen hoc beneficio impetrato cootenta, cuius ſolius
» deſiderio à ſe ſeceſſionem factam dicebat, ſed ſtatim aliud donum iſto longè maius
» & iniqoius petiit, vt ſibi per patricios liceret tribunos de ſuo ordine quotan-
» nis creare, prætexens noſtram potentiam : vt pauperes iniuriam & vim patien-
» tes aliquod auxilium & refugium haberent : ſed reuera reipublicæ formæ inſi-
» dians,& hoc reipublicæ adminiſtrandæ genus in popularem dominatum conuerte-
» re volens. Hoc quoque nobis conſiliarij iſti perſuaſerunt vt tribunorum colle-
» gium in ſenatum admitteremus, quod in reipublicæ perniciem & maximam pa-
» trum inuidiam, receptum eſt, me (ſi modò meminiſtis) multum reclamante,

His iiſdem non Lucius, ſed Decius ſcribendũ fuerat, ſi in præced. ſcriptum fuerit.

Appii Claudii, ſenatuſconſultum fieri non permittentis, concio.

& deos homineſque obteſtante à vobis perpetuum ciuile bellum in vrbem intro-
ductum iri, & omnia quæ vobis euenerunt, prædicente. Quid igitur fecit bona
iſta plebs, poſtquam hunc quoque magiſtratum ipſi conceſſiſtis? Tanto benefi-
cio non eſt moderatè vſa, nec id cum reuerentia & modeſtia, ſed à nobis tanquam
ab hominibus potentiam ipſius formidantibus, & metu conſternatis extortum ac-
cepit. Poſtea ſacroſanctum & inuiolabilem hunc magiſtratum creandum dixit, iu-
reiurando confirmatum, maiorem honorem poſtulans quàm ipſis conſſ. dederitis.
Hoc quoque tuliſtis, & ſtantes ad victimas cæſas in veſtram & veſtræ progeniei
perniciem iuraſtis. quid autem fecit hæc quoque re impetrata? Quum gratiam
vobis habere, & conſeruare patrium reip. ſtatum deberet, ducto initio ab iſtis frau- A
dibus, atque horum iniquorum facinorum adminiculis vſa, vt ſibi viam ad ma-
iora ſterneret, leges ſine vllo veſtro s. c. fert, eáſque ſuis ſuffragiis, vobis inuitis
confirmat, & veſtra s. c. contemnit, & conſſ. vt remp. malè adminiſtrantes accu-
ſat, & quicquid contra veſtrorum pactorum conditiones accidit, (multa autem ſunt
quæ humana ratiocinatio aſſequi nequit) non fortunæ (vt dixi) ſed animi noſtri ma-
litiæ aſcribit, & ſimulans ſe à nobis appeti inſidiis, & vereri ne libertatem ſibi eripia-
tis, aut ſe patria expellatis, ipſa contra vos hæc perpetuò molitur, & conſtat eam
exiſtimare ſe nulla alia ratione ab iniuriis, quas ſe timere dicit, ſibi cauere poſſe,
niſi nos anteuertat, & prior eas nobis inferat. Hoc autem & antè ſæpius declarauit
in multis rebus quas perpetrauit, quarum in præſentia memores eſtis: ſed præcipuè B
quòd Marcium iſtum bellicoſum virum, & claris natum maioribus, neque vlli noſtri
ordinis virtute ſecundum accuſarit, quòd inſidias ipſi ſtruat, & malignas hîc dicat
ſententias, & indemnatum occidere conata ſit. Et niſi conſules, & ij de vobis quo-
rum melior eſt ſententia, rei indignitatem non ferentes conglobati eorum ſcelus
cohibuiſſetis, vno illo die omnibus ſpoliati fuiſſetis, quę maiores veſtri magnis labo-
ribus parta vobis reliquerunt, & quæ vos quoque non minoribus cum periculis tue-
mini dignitate, imperio, & libertate. Vos verò, qui generoſiores eſtis, & qui vitam
ipſam vobis peracerbã duxiſſetis, ſi ſine his bonis ea vobis traducenda fuiſſet, animas
potiùs quàm hæc vobis eripi paſſi fuiſſetis, alij ſubitò, alij nõ multò poſt. Quid enim C
obſtitiſſet, Marcio iſto adeò turpiter, adeò ignauiter, tanquam in ſolitudine aliqua
ab ipſis abrepto, quominus ego quoque poſt eum ab inimicis diſcerptus interirem,
& cæteri quotquot vnquam aduerſati ſunt, aut qui in poſterum iniquis plebis cupi-
ditatibus aduerſaturi videbantur: neque enim ei ſatis fuiſſet nos duos tantùm de me-
dio ſuſtuliſſe, neque iam eò prouecta ab aliis ſceleſtis facinoribus abſtinuiſſet, ſi licet
ex præteritis coniecturam de futuris facere: ſed à nobis ducto initio omnes aduerſa-
rios, & qui ipſi cedere noluiſſent, inſtar torrentis, qui magno impetu fertur, non no-
bilitati, non virtuti, non ætati parcens, rapuiſſet & abſportaſſet. Plebs igitur, P. C. pro
multis ac magnis beneficiis acceptis, hanc præclaram gratiam nobis iam retulit, &
aliam relatura erat, niſi vos eam cohibuiſſetis. Eia igitur, illud quoque nunc conſide- D
rate, quod fecit poſt veſtrum hoc generoſum & modeſtum facinus, vt ſciatis quo-
nammodo cum ea agendum ſit. Illa igitur vbi animaduertit ſuam inſolentiam à no-
bis ampliùs ferri non poſſe, vóſque ſecum congredi paratos, territa eſt, & aliquan-
tulum ſe ipſam, velut è crapula aut inſania colligens, à vi abſtinuit, & ad ius ſe con-
uertit, diémque certam homini dixit, ad quam eum adeſſe iubebat, vt cauſam diceret
in iudicio, in quo idem & accuſator, & teſtis, & iudex, ac pœnæ magnitudinis arbiter
futurus erat. Sed quum huic quoque conatui obſtitiſſetis, rati nõ ad iudicium, ſed ad
ſupplicium hominem vocari, illa animaduertens nullam rem in ſua abſoluta pote-
ſtate eſſe: ſed ſe tantùm poteſtatem habere ſuis ſuffragiis rata faciendi, quæ veſtro
s. c. decreta fuerint, nunc remittit de ſuperbia illa quam tunc multam ſpirabat, & ad E
vos venit, vt ipſi hoc quoque beneficium largiamini. Hæc igitur cogitantes, tan-
dem aliquando ſentite & cognoſcite, quidquid hactenus ei ſimpliciùs quàm pru-
dentius gratificati eſtis, id calamitates & detrimenta vobis attuliſſe. Quoties ve-
rò fortiter iniquis & violentis eius conatibus reſtitiſtis, toties rem vobis fe-
liciter & vt decebat, ſucceſſiſſe. Quid igitur hæc vobis ſcientibus faciendum
ſuadeo? quámnam de re præſenti ſententiam dicam? Autor ſum vobis, vt
quæcunque pacis cauſa gratificati eſtis, & conceſſiſtis plebi, ea quomodo-
cunque rata ſeruetis, & nihil (quod fuerit conceſſum) irritum faciatis, non
quaſi illa ſint honeſta, & ex reipublicæ dignitate (quomodo enim eſſe poſ-
ſunt?)

ſunt?) ſed vt neceſſaria, & quæ corrigi amplius nequeunt. Quæcunque verò præterea per vim & nefas inuitis vobis extorquere conabitur, ea neque ipſi concedatis, neque permittatis: ſed dictis factíſque, & omnes ſimul, & ſinguli priuatim ei reſiſtatis. Neque enim eum qui ſemel vel precibus adductus, vel vi coactus peccauit, in cæteris quoque eodem modo ſe gerere oportet: ſed memorem prioris peccati, cauere ne in poſterum in aliud ſimile incidat. Hæc igitur ea ſunt quæ vobis omnibus communiter nota eſſe arbitror, autórque vobis ſum vt iniquis plebis cupiditatibus reſiſtere parati ſitis. Quòd autem hoc quoque, de quo nunc agitur & conſultatur, ſimile ſit cæteris eius iniuſtis ac iniquis conatibus, non autem iuſtum, A aut æquum, quemadmodum tribunus vobis imponens conatus eſt demonſtrare, iam diſcite vos qui nondum certò rem ſcitis. Lex enim de populi iudiciis, quam † Lucius potiſſimùm ſtabiliuit, non eſt ſcripta contra vos patricios, ſed in gratiam plebeiorum, vt illis vim patientibus aliquo auxilio caueretur, quemadmodum ex ipſius legis verbis nihil ambigui habentibus patet, & vos omnes, qui probè hoc tenetis, perpetuò hoc dicitis. Hoc autem magnum eſt argumentum, quòd etiam præſtantiſſima ratio videtur, qua quoduis ius controuerſum diiudicari poſſit, ipſum tempus decem & nouem annorum iam præteritorum, ex quo lex iſta lata eſt. Hoc enim toto temporis ſpatio nullam actionem aut publicam contra quenquam ordinis patricij, aut priuatam ex hac lege tentatam Lucius demonſtrare poſſet, quòd ſi dixerit, de- B monſtret: nec verbis ampliùs nobis eſt opus. Nam ipſæ conditiones, quibus nuper plebs vobiſcum pacem fecit, (nam de his quoque apud vos agendum eſt, quādo tribunus eas malè interpretatur) hæc duo conceſſa cōplectuntur, vt plebi æs alienū remittatur, & magiſtratū hunc quotannis ei creare liceat, vt opem ferat iis qui vim patiuntur, & iniuriā ab illis prohibeat, nihil verò præterea. Maximo autem argumento vobis ſit, nec ex lege, nec ex pactis ius eſſe plebi de quoquam patricij ordinis iudicādi id ipſum, quod nunc plebs facit. Petit enim à vobis quod antè non habebat: nullus verò ab aliis id petendū cenſet, quod per ipſas leges ei permittitur. Quomodo igitur, P. C. hoc erit ius naturæ non ſcriptum, (Lucius enim hoc quoque nobis ſpectandū cē- C ſebat) vt, ſiue plebeij à patriciis rei agantur, ſiue illos ipſi rei agant, iudiciū ſit populi? patriciorū verò lites, neque quum ipſi aliquem de plebe reum agunt, neque quū ipſi periclitantur, à patriciis dirimantur? ſed iſtorum quidem conditio vtroque modo ſit melior, nos verò neutrius huius iuris participes ſimus? Quòd ſi Marcius, aut alius quiuis patricius plebi iniuriā aliquā facit, & dignus eſt qui morte mulctetur, aut in exiliū pellatur, nō apud ipſos, ſed hic iudicatus ex legibus pœnas ipſis det. Niſi fortè, Luci, dicas ipſam plebem iudicem æquū fore, & nihil ſibi ipſi gratificaturam contra inimicum ſuum, quum ſuffragium feret. Iſtos verò, ſi eorum arbitrio ſuffragia cōmittantur, reum pluris facturos, quàm læſam ab eo remp. pro periurio execrationes & hominum odia & iram deorum ex hoc iudicio relaturos, & mala ſpe victuros. Haud D æquum cenſeo, Quirites, vos de ſenatu ita ſentire, cui honoribus & magiſtratibus & cæteris rebus quæ in vrbe ſunt præſtantiſſimæ, vos ceſſiſſe propter virtutem eius fatemini, & vos ei magnam habere gratiam dicitis, ob operam animo prompto in veſtro reditu nauatam. Hæc tamen inter ſe pugnant, nec vlla ratione hoc ſtare poteſt, vt quos laudatis, hos timeatis, & ſimul, quibus maiora commiſiſtis, in cæteris diffidatis. Quin potiùs ipſis vno conſenſu aut in omnibus fidem habetis, aut in omnibus diffiditis? Cur idoneos eos ad proſpiciendum ea quæ ſunt iuſta, at ad iudicandum de his ipſis, qui præuiderint, & de quibus conſultarint, minimè idoneos putatis? Poteram, P. C. & multa alia de iure dicere, ſed hæc ipſa ſufficiunt. Verùm, quoniam Lucius de vtilitate conatus eſt dicere, bonam eſſe concordiam, malam ſedi- E tionem, & ſi plebi obſequamur, concordem fore ciuitatem, ſin prohibeamus ne patricios, quos volunt, aut vrbe pellant, aut occidant, nos belli ciuilis autores fore, quum multa poſſim dicere, paucis tamen rem expediam. Ac primùm quidem demiror Lucij diſſimulationem, (non enim dicam fatuitatem ſi putat reipublicæ vtilitatem meliùs à ſe intelligi, qui nuper ad reipublicæ adminiſtrationem acceſſit, quàm à nobis qui in eius adminiſtratione conſenuimus, & qui ciuitatem ex parua magnam fecimus. Deinde, ſi exiſtimauit ſe vobis perſuaſurum vt aliquem ad ſupplicium inimicis dedatis, præſertim verò ciuem veſtrum, nec obſcuro, aut vili natum genere, ſed quem vos ipſi & bellica virtute clariſſimum, & hominem maximè frugi, & in reipublicæ adminiſtrationem nulli

† Ab alijs hic quoque Decius legitur, non Lucius. cum tamen lectio in cæteris huius concionis locis ab illis retineatur.

ſecundũ ducitis. Atque hæc auſus eſt dicere, quũ tamen ſciat, vos maximè revereri
ſupplices, & ne hoſtibus quidem huc cõfugientibus hanc humanitatẽ intercludere.
Quòd ſi, Luci, contrariis ſtudiis nos operam dare cognouiſſes, & nos eſſe impios in
deos, & iniuſtos in homines, quidnam hoc ipſo atrocius nobis perferendum cen-
uiſſes, quo funditus omnes omnino & diis & hominibus inuiſi perderemur? Non
opus eſt nobis te conſultore, Luci, neque in ciuium deditione, neque in vlla alia re,
quæ nobis ſit facienda, nec putamus externa iuuenis hominis prudentia nobis de
noſtris vtilitatibus iudicandum, qui ad hanc vſque ætatem longa aduerſarum & ſe-
cundorum bellorum experientia docti peruenimus: & minas quibus nos territatis,
vt non nunc primùm à vobis ſolis, ſed ſæpius iam & à multis aliis intentatas, con- A
ſueta lenitate intrepidè feremus. Et ſi dictis facta ſimilia addideritis, diis adiuuan-
tibus, qui belli iniuſti autoribus ſunt infenſi, ab hominibus etiam non paruam auxi-
liorum manum habituri nos defendemus. Nam & omnes Latini, quos nuper ciui-
tatis iure donauimus, à nobis ſtabunt, & pro hac ciuitate iam vt pro patria pu-
gnabunt, & multæ ac bonæ coloniæ hinc deductæ ſalutem ſuæ antiquæ patriæ to-
tis viribus tueri conabuntur, eique opem ferent. Quòd ſi ad eam neceſſitatem nos
redegeritis vt vndique auxilia contrahere nobis non liceat, ſuſtinebimus, Luci, &
ſeruis ad libertatem, & hoſtibus ad amicitiam vocatis, & omnibus hominibus ſpe
præmiorum ad victoriam communem inuitatis, vobiſcum congredi. Quibus præ-
ſidiis ne hæc vrbs indigeat, faxis Iupiter, & cæteri dij, qui huius eſtis cuſtodes: B
ſed hæ res formidandæ ad verba vſque proceſſerint, neúe quidquam inde quod
fit moleſtum ſequatur. Atque hæc Appius dixit. At Manius ille Valerius, qui o-
mnium ſenatorum maximè popularis erat, & qui in compoſitione facienda maxi-
mum ſtudium demonſtrarat, tunc quoque apertè plebi patrocinabatur, & oratio-
nem magna cura compoſitam habuit: obiurgans eos qui vnam eſſe ciuitatem non
ſinerent: ſed plebeios à patriciis diuiderent, & leuibus de cauſis belli ciuilis ma-
teriam rurſus accenderent, laudánſque eos qui publicæ vtilitati ſtudebant, & con-
cordiam rebus omnibus anteponebant, illas hac longè inferiores eſſe ducentes, do-
cebat ſi plebis arbitrio (quemadmodum ipſa poſtulabat) iudicium permitteretur, & C
hoc quoque beneficium à ſenatu volente acciperet, fortaſſe eam ad finem vſque
non proceſſuram: ſed contentam hominis deditione, æquiùs quàm duriùs eum tra-
ctaturam. Quòd ſi fortè tribunis illud iudicium ad finem vſque legitimum quauis
ratione perſequendum putantibus, penes eam ſuffragia eſſent, hominem crimine
abſoluturam eſſe, partim ipſius periclitantis reuerentia motam, cuius multa & præ-
clara facinora memoria teneret, partim etiam ſenatui, qui ipſi hanc potentiam de-
diſſet, & ipſius æquis poſtulatis nullomodo aduerſatus fuiſſet, gratiam referret. Sua-
debat tamen, vt & conſules & omnes ſenatores, & reliqui patricij, ſequentes ei iudi-
cio intereſſent, & reum cauſam dicentem defenderent, & plebem rogarent ne quid
durius in eum ſtatueret: (nam dicebat horum etiam præſentiam nõ paruum allaturã D
momentum ad rei ſalutẽ) neque verò ipſi ſoli hoc animo eſſent: ſed etiã ſinguli cliẽ-
tes ſuos aduocarent, & omnes amicos in vnũ cogerent, & ſi quos plebeios beneficiis
ſibi deuinctos haberent, eos officiis maioribus ſibi conciliatos eò ſecum ducerent, &
ab ipſis gratiam antè debitã repeterent, quũ ad ſuffragia ferẽda ventũ eſſet. Dicebat
etiam non paruam plebis partẽ patriæ amantẽ, & improbis ciuibus infenſam, magno
vſui hîc futuram: ſed longè maiorẽ fore numerũ eorũ, qui humanis caſibus cõmoue-
rentur, & qui viros dignitate præditos, aduerſa fortuna ad humilẽ ſtatũ redactos, mi
ſerari noſſent: ſed maxima eius orationis pars ad Marciũ verſa eſt, quæ adhortationẽ
cum admonitione, & preces cũ neceſſitate mixtas habebat. Rogabat enim eũ, quan-
do diſſidij inter plebẽ & ſenatũ autor eſſe inſimulabatur, & tyrannici ingenij crimine E
propter morũ arrogantiã premebatur, & omnes metuebãt ne propter eũ ſeditio ori-
retur, & mala inſanabilia inde ſequerẽtur, quę bella ciuilia ſecũ afferunt, ne crimini-
bus ſibi obiectis fidẽ aſtrueret, eáque confirmaret in inuidioſo vitæ genere perſeue-
rans: ſed humilẽ rei habitũ priore mutato ſumeret, & ſui corporis poteſtatẽ faceret
de iniuria querentibus, neúe refugeret iniuſtũ crimen ſibi obiectũ, quòd verbis iuſtè
diluere poſſet. Hoc enim & ad eius ſalutem tutiſſimum, & ad gloriam, cuius deſide-
rio tenebatur, ſplendidiſſimum, & rebus antè geſtis conſentaneum *fore dicebat*, quòd
ſi arrogantior quàm modeſtior eſſet, & ſenatum omne periculum pro ſe ſuſtinere
vellet, dicebat fore vt afferret grauem cladem victis, & turpem victoriam victoribus,
quibus

Manii Valerii, omnium ſenatorum maximè popularis, concio qua apertè plebi patrocinatur.

quibus hoc ab ipſo perſuaſum fuiſſet. Hic verò ad affectus mouendos longa lamentatione eſt vſus,& maximas ac manifeſtiſſimas calamitates, quæ ob ſeditiones vrbibus contingunt, recenſuit. Quòd autem de his fuſiùs ageret cum multis lacrymis non fictis,aut ſimulatis, ſed veris,vir & ætate ac dignitate in primis venerandus,vbi cognouit ſenatum ſua oratione commotum,tunc maiore cum confidentia loqui cœpit. Quòd ſiqui veſtrûm,P.C.(inquit)perturbantur,exiſtimantes prauam conſuetudinem in remp. inuehi, ſi plebi permiſeritis vt ſuffragia contra patricios ferat,& tribunitiam poteſtatem,ſi vis eius ſit magna,nihil boni reipub.allaturam ar-
A bitrantur, ſciant illi ſe opinione falli, ſéque contra quàm conuenit ſuſpicari.Nam ſi quidquam aliud valere poterit ad huius reipub. ſalutem & libertatem, ac potentiam eius ſemper tuendam, & ad communem omnium concordiam, & animorum coniunctionem in hiſce rebus perpetuò conſeruandam,certè ipſa plebs hoc potiſſimùm præſtabit,ſi ad reip.adminiſtrationem aſſumpta fuerit: & reipub. adminiſtrandæ formam ita temperauerimus,vt nec penes ſolos optimates, nec penes plebeios ſit: ſed ſi ex omnibus ſtatus ſit mixtus, hoc nobis maximè proderit. Facillimè enim vnaquæque harum reipub. formarum,ſi per ſe ſola ſit, ad inſolentiam,& iniurias prolabitur. Sed ſi omnia mediocriter miſceantur, ea pars quæ ſemper aliquid innouat, & quæ à conſueto diſciplinæ ciuilis genere recedit, ab altera, quæ
B ſæpit, & quæ conſtanter priſtinas conſuetudines ſeruat, coërcetur. Nam vnius viri dominatus ſi fuerit crudelis & inſolens, & tyrannica ſtudia ſectari cœperit, à paucis iiſque bonis viris euertitur: at paucorum dominatus, qui ex optimis quibúſque viris conſtat,(qua reip.forma vos quoque nunc vtimini)quum diuitiis & ſodalitiis elatus,iuſtitiam cæteráſque virtutes contemnit, à prudenti populo tollitur: populus verò qui modeſtè & legitimè in rep.ſe gerit,quum à modeſtia recedere, & ad iniuriam tranſire incipit, ab optimo viro ad ſuum officium vi retrahitur. Vos autem, P. C. ne regius dominatus in tyrannidem verteretur,pro viribus remedia ſatis bona inueniſtis. Quamuis enim pro vno duos crearitis,penes quos ſumma rerũ ſit,
C corúmque magiſtratum non perpetuum, ſed annuum eſſe volueritis, nihilominus tamen ipſis addidiſtis trecentos cuſtodes, quos elegiſtis,viros ordinis patricij optimos,& natu maximos,ex quibus iam ipſe ſenatus conſtat:vobis verò ipſis vt conueniẽtem ac honeſtam diſciplinam ſeruaretis, hactenus nullam adhibuiſtis cuſtodiam, quod manifeſtum eſt. Atque quod ad vos attinet,nondum timui ne præ nimia felicitate animis peruerteremini,qui nuper rempub. ex diuturna tyrannide in libertatem vindicaſtis, & quibus nondum per otium licuit inſolenter & petulanter viuere, ob continua & diuturna bella. Sed dum veſtram poſteritatem, quæ vobis ſuccedet, cogitatione præcipio, & mecum ipſe conſidero quantas longum æuum mutationes afferat, vereor ne tandem potentiores ſenatores rebus innouatis rei-
D pub. formam per ciuium imprudentiam in vnius viri tyrannicum dominatum artibus clandeſtinis conuertant. Si igitur & plebem ad rempublicam vobiſcum adminiſtrandam admiſeritis, nihil hinc naſcetur mali: ſed qui maiorem potentiam quàm alij habere voluerit, quíque factionem aliquam in ſenatu ſibi pararit, vt habeat qui ſuorum conſiliorum fautores & ſcelerum adminiſtri eſſe velint (iis enim qui de repub. conſultant omnia quæ veriſimiliter accidere poſſunt, proſpicienda ſunt)magnus ille & venerandus vir die à tribunis dicta, vili ac humili plebi factorum & conſiliorum ſuorum rationem reddet. Et ſi conſtiterit illum aliquod facinus iniuſtum feciſſe, meritas quoque pœnas dabit. Ne autem ipſa plebs tantam adepta poteſtatem petulanter laſciuiat,néve à peſſimis hominibus ducta,eorúmque
E aſſentationibus impulſa viros optimos infeſtet, (nam in vulgo tyrannis naſci ſolet) cauebit hoc, & illam iniuriæ faciendæ licentiam comprimet vir aliquis prudentia inſignis, dictator à vobis dictus,qui pro ſua poteſtate libera, & nullis rationibus reddendis obnoxia,& vitioſam partem ex ciuitate tollet,& eam quæ nõdum fuerit corrupta,non patietur vitiari,eius prauis vitæ moribus correctis,idque legitimorum ac optimorum inſtitutorum ope, & creatis magiſtratibus à quibus prudentiſſimè rempublicã adminiſtrari poſſe duxerit. Et his rebus intra ſemeſtre tempus adminiſtratis ad vitã priuatã redibit,ex his nihil aliud quàm ſolum honorẽ lucratus. Hęc igitur cogitantes,& hanc reipublicæ formã optimam exiſtimantes, à re nulla arceatis plebẽ: ſed quemadmodũ hãc poteſtatẽ impertiſtis ei,vt magiſtratus annuos creet, qui reip.

præſint,& leges partim ratas faciat, partim abroget, & pacem bellúmque decernat (quæ maxima & præcipua ſunt omnium rerum quę in rep.geruntur)& nihil horum penes ſenatum ſolum eſſe voluiſtis,ſic etiam ad iudicia eã admittatis,præcipuè verò in cauſis quæ ad remp.pertinent,quum quis eius violatæ accuſatur, quòd ſeditionis autor ſit,aut tyrannidẽ affectet,aut de proditione cum hoſtibus agat,aut huiuſmodi aliquod ſcelus patrare conetur.Quãto enim maiorẽ terrorẽ propoſueritis legũ violatoribus,& morũ corruptoribus,ſuperbis,& auaris hominib. multos oculos & cuſtodes adhibentes,tantò meliùs reſp.veſtra ſe habebit. Hæc & his ſimilia loquutus,finem dicẽdi fecit.Senatores verò reliqui,qui poſt eũ ſurrexerunt,omnes, paucis quibuſdã exceptis,in hanc ſententiam iuerũt.Et quũ iam s.c.eſſet ſcribendũ, Marcius A

Marcii ad ſenatum verba, quum iam ſenatuſconſultũ eſſet ſcribendum, quo plebis iudicio permitteba tur.

petita dicendi copia,in hunc modum eſt loquutus, Quomodo,p.c.me in hac rep. geſſerim,& quomodo propter meã erga vos beneuolentiã in hoc diſcrimẽ ſim adductus,& quomodo præter omnem ſpem meã veſter fauor mihi deſit, omnes ſcitis & multò meliùs ſcietis vbi meũ negotiũ ad exitum perductum fuerit.Sed quando ſententia Valerij vincit,vtinam hæc vobis conducat,& malus ego ſim futurorũ coniector.Sed vt & vos qui s.c.ſcribitis,ſciatis quibus de cauſis plebi ſitis me dedituri, & ego minimè ignorem,qua de re in iudicio ſim certaturus,iubete tribunos corã vobis dicere quódnam ſit illud crimen,cuius me ſunt accuſaturi, & quónam nomine dicã mihi ſint ſcripturi. Atque ille quidem hæc dixit,quia exiſtimabat ſe verborum in ſenatu factorum cauſam dicturum,& quia volebat tribunos profiteri Marcium hac de B

Marcio crimẽ affectatæ tyrannidis obiiciunt tribuni.

cauſa à ſe accuſatum iri. At tribuni,communicato inter ſe conſilio,crimen affectatæ tyrannidis ei obiecerunt, iuſſerúntque eum ad cauſam de hac re dicendam venire: quia nolebant crimẽ illud in vna cauſa,eáque non valida,nec ſenatui grata concludere,ſed ſibi reſeruabant poteſtatem arbitratu ſuo illum accuſandi,& ſe omne auxilium ac patrocinium ſenatus Marcio *ita* erepturos putabãt. Tũc Marcius, Si(inquit) mihi ad iſtud crimen eſt reſpondendum,permitto me populi iudicio, & nihil ſit impedimento quominus s.c.ſcribatur. Maximæ autem ſenatorum parti gratum fuit

Marcium huius criminis reum agi, cur maximę ſenatorum parti gratum fuerit.

quòd is huius criminis nomine reus eſſet agendus,idque duabus de cauſis: tũ quòd ſi quis in ſenatu poſthac ſuam ſententiam liberè diceret, hoc nullis accuſationibus ac reprehenſionibus obnoxium eſſet futurũ, tum etiã quòd virũ perpetuò vitæ modeſtæ & integræ ſtudioſum,facilè crimẽ obiectũ diluere poſſe ſperabãt. Poſt hæc igi- C tur factũ eſt s.c.de hoc iudicio,& homini ad parandã defenſionẽ tempus in trinundinum præſtitutũ eſt:nundinę autẽ apud Romanos *tunc* nono quoque die fiebant,vt & ad hanc vſque noſtrã ætatẽ fiunt.Hoc die plebeij ex agris in vrbem conueniebãt, & rerũ venaliũ permutationes faciebãt,& iure inter ſe diſceptabant,& res publicas, quarumcumque ius ex legibus penes eos erat,& quaſcũque ſenatus ipſis permittebar,ſuis ſuffragiis ratas faciebant.Septẽ verò dies,qui inter *ſuperiores & ſequentes* nũdinas intercedebãt,quũ plerique eorũ ſuis manibus opus facerẽt,& pauperes eſſent,

Tribuni accepto ſenatuſcõſulto,& apud populũ lecto, diem Marcio dicunt.

in agris tranſigebant Vbi verò tribuni s.c.acceperunt,progreſſi in comitiũ,populũ ad concionẽ cõuocarunt.Et valde laudato ſenatu,lectóque eius decreto,diẽ Marcio D dixerunt,qua die finẽ huic iudicio impoſituri erant,omnéſque ciues rogarunt vt ad eã diẽ adeſſent,quòd de rebus maximis eſſent cognituri.Quæ vbi diuulgata ſunt, ingenti ſtudio & cõcertatione plebeij & patricii ad hoc certamẽ ferebantur:illi quidẽ vt hominẽ arrogantiſſimũ vlciſcerẽtur,iſti verò ne ſtatus optimatũ propugnator in inimicorũ poteſtatẽ veniret. Vtrique autẽ omne ſalutis & libertatis ius in illius iudicij euentu poſitũ exiſtimabãt. Quũ autẽ dies trinundini inſtaret,turba ex agris quanta nunquã antè,in vrbẽ cõfluxit,& ſummo manè forũ occupauit. Tribuni verò plebẽ ad tributa comitia vocarunt,& comitij loca funibus vndique clauſerũt,in quibus ſingulæ tribus diſtinctæ,& aliæ ab aliis ſeparatæ erant futuræ:& tunc primùm pop. E

Tribuni plebẽ ad tributa comitia vocant.

rom.tributis comitiis de hoc viro ſuffragia tulit,multũ reclamãtibus patriciis,& impedire volentibus ne hoc fieret,atque cẽturiata comitia more patrio habẽda cenſentibus. Antè enim quoties populus ſuffragia erat laturus de quauis re ex s. c. ipſi permiſſa,per conſſ.ad centuriata comitia vocabatur, ſolennibus quibuſdam ſacris antè patrio more peractis,quorum nonnulla etiam noſtra ætate fiunt. Conueniebat au-

Ad centuriata comitia populus antea vocari ſolitus: & qualia ea eſſent.

tem tota multitudo in campum Martium,qui eſt ante vrbem,ſub centurionibus,& ſignis non ſecus ac in bello inſtructa. Suffragia verò ferebant non omnes ſimul ſed ſinguli in ſuis centuriis, quando à conſulibus vocabantur. Quum autem vniuerſæ centuriæ eſſent centum & nonaginta tres, & hæ in ſex claſſes eſſent diuiſæ, prima

ſæ, prima ad ſuffragia *ante cæteras* vocabatur: atque hæc conſtabat ex iis quorum cenſus erat maximus, & qui primum in bellis locum obtinebant, in qua cenſebantur equitum decem & octo centuriæ, peditum octoginta. Secunda claſſis, quæ ſuffragia ferebat, cōſtabat ex hominibus, quorum cenſus erat minor, & qui in acie ſecundum locum obtinebant, nec eādem armaturam, quam prima claſſis, habebant, ſed leuiorem. Hæc autem multitudo in viginti centurias diſtributa erat. His additæ duæ fabrorum lignariorum, & ærariorum centuriæ, & alij quotquot bellicarum machinarum erāt opifices. Tertia verò claſſis, quæ tertio loco vocabatur, conſtabat ex viginti centuriis, ſed cenſu erat minor quàm ſecunda, & proximum ab
A ea locum in acie tenebat, nec eadem arma ferebat, quæ præcedens claſſis. Qui verò quarti deinceps vocabantur, vt cenſum minorem habebant, ita in bello tutiorem locum obtinebant, & armaturam expeditiorem habebant. Hi quoque in viginti centurias diuiſi erant, & his quoque duæ cornicinum tubicinúmque centuriæ addebantur. Quinta claſſis erat eorum qui cenſum minimum habebant, & eorum arma erant tela, quæ iaculabantur, & fundæ. Hi locum certum in acie non habebant, ſed leuiter armati, & expediti vnà cum militibus grauis armaturæ militabant in triginta centurias diuiſi. Pauperrimi verò ciues, qui non erant cæteris omnibus nume-
B ro inferiores, vltimum habebant ſuffragium, in vnam omnes reiecti centuriam. Hi immunes erant militiæ & delectuum militarium & tributorum quæ ex cenſu pendebantur, & ob vtramque iſtam cauſam in ſuffragiis ferendis minima erat eorū autoritas. Si igitur primæ claſſis centuriæ nonaginta & octo, quæ conſtabant ex equitibus & peditibus, primū locum in acie obtinentibus, cōcenſiſſent, finis imponebatur ſuffragiis, nec reliquę nonaginta & quinq; cēturię ad ſuffragia vocabātur, quòd niſi fieret, ſecunda claſſis, quæ conſtabat ex duabus & viginti cēturiis, vocabatur, & tertia deinceps, donec conſentirent nonaginta & ſeptem centuriæ: & ſæpe iudicia primæ claſſis ſuffragiis abſoluebantur, ita vt vltimis non eſſet amplius opus. Raro autem res tantæ ambiguitatis occurrebat, vt vſque ad vltimæ inopum centuriæ ſuffra-
C gia veniretur, atque hoc erat tāquam finis, diuiſis bifariam primis centum & nonaginta duabus centuriis: hæc enim poſtremo loco latis ſuffragiis ad vtram partem acceſſiſſet, ſuo momento efficiebat vt altera earum præponderaret. Marcij igitur propugnatores poſcebant hæc centuriata comitia, quæ ex cenſu fiebant, ſperantes fore vt fortaſſe à primæ claſſis nonaginta & octo centuriis, ſin minus, à ſecunda ſaltem, aut tertia abſolueretur. At tribuni hoc ſuſpicati, & ipſi tributa comitia habenda eſſe putarunt, & id iudiciū illis committendum, vt neque pauperes deteriore eſſent conditione quàm diuites, neque tribules minus honoratum locum quàm milites grauiter armati haberēt: neque plebs, in vltimas reiecta claſſes, à ſuffragiorum æqualitate excluderetur: ſed æquo & ſuffragiorum & honorum iure omnes inter ſe fruerentur,

Tributa comitia cur habenda tribuni cēſuerint.

D & pariter vocati ſuffragia tributim ferrent. Et ipſorum poſtulata videbātur æquiora eſſe quàm aliorum, quòd cenſerent populi iudicium potiùs penes plebem quàm penes paucorum dominatum eſſe debere, atque læſæ reip. crimen æquè ad omniū cognitionem pertinere. Quum autem hæc quoque res illis ægrè à patriciis fuiſſet
» conceſſa, quum iam cauſa eſſet dicenda, Minucius alter conſul ſuggeſtum primus
» aſcendit, & ſenatus mandata expoſuit, exorſus à commemoratione beneficiorum
» quæcunque plebs à patriciis acceperat. Deinde pro tot & adeò præclaris facinori-
» bus, hanc vnam gratiam ſibi rogantibus neceſſariam à plebe in totius reip. commo-
» dum rependi poſtulauit. Præterea concordiam & pacem laudauit, & quantam feli-
» citatem hoc vtrunque ciuitatibus afferat, pluribus demonſtrauit: & inuectus eſt in
» diſcordiam & bella ciuilia, quibus *multas* ciuitates vnà cum ſuis populis exciſas, &
E gentes integras internecione deletas dicebat: & *plebeios* orauit ne iræ indulgentes
» deteriora melioribus anteponerent, ſed maturo conſilio ſapienter res futuras pro-
» uiderent, néue conſultantes de rebus maximi momenti, nequiſſimos quoſque ciues
» in conſilium adhiberent: ſed eos quos iudicarent viros eſſe optimos, & quos ſcirent
» pacis bellíque temporibus patriæ valde profuiſſe, de quorum fide dubitare non poſ-
» ſent, quaſi iam naturam, *& animum* mutaſſent. Summa autem orationis totius illa
» fuit, ne vlla ſuffragia contra Marcium ferrent, ſed potiſſimum abſoluerent homi-
» nem propter ipſius virtutem, memores quàm bene eſſet meritus de rep. & quot
» bella pro communi totius pop. Rom. libertate imperióque feliciter geſſiſſet: & nec
» piè nec iuſtè nec ex officio ſuo facturos dicebat, ſi inania eius verba in memoriam

Minucii oratio quam habuit quum iā illa cauſa dicenda eſſet.

Orationis Minucii ſumma.

reuocarent,& ob præclara eius facinora nullam gratiam ei rependerent. Honeſtam autem hominis abſoluendi occaſionẽ ſeſe offerre dicebat,quòd & ipſe vltrò ſui corporis poteſtatem inimicis faceret,& quicquid illi de ſe ſtatuiſſent,in eo acquieturus eſſet. Quòd ſi cum illo in gratiã redire non poſſent,ſed ei grauiter infenſi eſſent,eúmque odio implacabili proſequerentur,rogabat eos vt ſaltem id conſiderantes,ſenatũ pro eo deprecantẽ adeſſe,trecentos viros totius ciuitatis optimos,aliqua miſericordia mouerentur,animiſque flecterentur,nec propter vnius inimici pœnam,tot amicorum preces repellerent:ſed multorũ ac proborũ virorũ gratiæ vnius hominis pœnam condonarẽt. Hæc & his ſimilia loquutus, poſtremò ſic clauſit orationem ſuã,ſi ſuffragiis ſuis hominem abſoluerent, fore vt eum abſoluiſſe viderentur, quòd plebi nullam iniuriam feciſſet,ſed ſi hoc iudicium ad finem vſque perduci prohiberet, fore vt in gratiam eius deprecatorum pœnam ei remiſiſſe viderentur. A

Orationis Minucii clauſula.

Quum autem Minucius finem dicendi feciſſet, Sicinnius tribunus progreſſus, dixit,neque ſe plebis libertatem proditurum, neque ſponte ab aliis prodi paſſurum:ſed, ſi reuera patricij hominem plebis iudicio permitterent, ſe in ſuffragia plebem miſſurum, & nihil aliud præterea facturum. Poſt hunc progreſſus Minucius, Quandoquidem (inquit) tribuni, adeò cupitis de hoc homine omnino ſuffragia ferri, nihil præter obiectum crimen contra eum dicite,ſed quando affectatæ tyrannidis nomine eum detuliſtis,hoc docete,& quibus poteſtis,rationibus hoc probate. Verborũ verò,quæ ab eo in ſenatu contra plebẽ dicta criminamini,neque mentionẽ facite, neque propterea illum accuſate. Nam ſenatus ſuo decreto eũ hoc crimine liberauit, eúmque ad plebis iudicium certis conditionibus, quæ diſertiſſimis verbis expreſſæ fuerunt, venire æquum eſſe cenſuit,ac mox ſenatuſconſultũ recitauit. Ille igitur hæc loquutus & obteſtatus,deſcendit. B

Sicinnii ad Minucii orationẽ reſponſio.

Minucius quid dixerit ad ea quæ Sicinnius reſponderat.

Tum Sicinnius,tribunorum primus, accuſationẽ à ſe accuratiſſimè præmeditatam eſt aggreſſus,& quicquid vnquã reus aut feciſſet, aut dixiſſet,id ad tyrannidis affectationem retulit. Poſt illum tribuni, qui gratia & opibus plurimum valebant, verba fecerunt. Quorum orationem quum Marcius excepiſſet, exorſus à primis ſuæ adoleſcentiæ annis, recẽſuit quoties pro rep. militaſſet, & quot coronas pro victoriæ præmio ab imperatoribus accepiſſet, quot hoſtes viuos cepiſſet,& quot ciues in prælis ſeruaſſet, & ad ſingula dicta oſtendebat dona ſibi fortitudinis ergò data,& imperatores teſtes citabat,& ciues à ſe ſeruatos nominatim appellabat. Illi verò aderant,lamentates, & rogantes ciues ne ſuæ ſalutis autorem,tanquàm hoſtem,perderent & interficerent: vnámque pro multis animam repoſcentes,& ſe ipſos pro eo dedentes, vt arbitratu ſuo de ſe ſtatuerent. Horum autem plerique erant plebeij,eorúmque magnus erat in rep. vſus: quorum aſpectu & precationum reuerentia plebs mota,ad commiſerationem & lacrymas ſe conuertit. C

Marcius crimen affectatæ tyrannidis apud populum diluit.

Ad miſerationem & lacrymas conuerſa plebs.

Vt verò Marcius diſciſſa etiam veſte pectus oſtendit cicatricibus oppletũ,& cæteras totius corporis partes plagis repletas,*quæſiuit ex illis* nũ eiuſdẽ hominis hæc facinora eſſe putarent,multos in bello ſeruare,& ſeruatos in pace perdere, & qui fieri poſſet, vt qui tyrannidem affectaret,idem ex vrbe plebem expelleret, à qua potiſſimùm tyrannis augetur & alitur. D Adhuc autem eo loquente quotquot de plebe erant æquiores *ac mitiores*,& proborum hominum amantiores,abſoluendum hominẽ vociferabantur: eóſque pudebat quòd vel ab initio huiuſmodi criminis reus actus fuiſſet, vir qui toties pro communi omnium ſalute vitam ſuam contempſiſſet, ſed qui erant ingenio inuido *& maligno*,quíque bonos viros oderant, & ad quamlibet ſeditionem facillimè mouebantur, ægrè illi quidem ferebant quòd hominem eſſent abſoluturi: ſed tamen quid aliud facerent non habebant,quia nullum affectatæ tyrannidis (cuius cauſa in ſuffragia fuerant miſſi) manifeſtum argumentum reperire poterant. Quod quũ animaduertiſſet † Lucius ille,qui & in ſenatu verba fecerat,& qui callidis artibus autor fuerat vt s.c. de hoc iudicio fieret, ſurrexit, & indicto ſilentio, in hunc modum eſt loquutus. E

Hic quoque legitur ab aliis Decius non Lucius.

Quãdo,Quirites,patricij crimine orationis in ſenatu habitæ,& factorum quæ inde violenta & ſuperba ſequuta ſunt, Marcium abſoluũt, & eum ne accuſare quidem nobis permittunt, audite quod facinus præter illa verba generoſus iſte vir patrarit,*& videte* quàm ſuperbum,quàm tyrannicum, & qualem veſtram legem ipſe homo priuatus violarit,diſcite. Omnes profectò ſcitis,prædam ex hoſtibus captam,noſtráque virtute partam ad remp. legis iuſſu pertinere, & non modò nullum priuatum hominem, ſed ne ipſum quidem imperatorem in iſtã ius habere:ſed quæſtoris eſſe hanc acceptam vendere, & pecuniam hinc redactã in

» ærariũ ferre.Hanc legẽ ab vrbe condita nullus non ſolùm non violauit,ſed ne repre-
» hendit quidẽ vt male latã:at vnus iſte Marcius,eius iã latæ ac ſancitæ autoritate con
» tẽpta,ſolus,Quirites,præda noſtram rẽp.proximo ſuperiore anno, nec ita pridem,
» auſus eſt fraudare.Quum enim vos irruptionem in agrũ Antiatẽ feciſſetis, & multa
» mancipia,multum pecus,magnam frumenti vim, & magnam rerum aliarum copiã
» acquiſiſſetis,hæc tamen nec quæſtori dedit, nec ipſe ex horum vẽditione pecuniam
» redactam in ærarium retulit: ſed totam prædam amicis ſuis diuiſit, & elargitus eſt.
» Hoc igitur factum tyrannidis argumentum eſſe dico.quidni enim?ſiquidem ſuos aſ-
» ſentatores & ſatellites, & futuræ tyrãnidis aſſertores.de publica pecunia beneficiis

Marcius de præda ex Antiatibus capta & militibus data accuſatur, quaſi hoc factum argumentum tyrannidis eſſe dici poſſit.

A affecit:atque hoc legis manifeſtam abrogationem eſſe dico.Marcius igitur prodeat,
» & è duobus alterum demonſtret, aut ſe minimè prædam ex hoſtibus captam amicis
» ſuis diuiſiſſe, aut factum quidem, ſed ſaluis legibus:quorum neutrum dicere vobis
» præſentibus poterit. Vos enim ipſi vtrunque noſtis & legem & factum: quare,non
» eſt quòd putetis hunc à vobis abſolui poſſe,niſi contra leges & iuriſiurandi ſanctita-
» tem. Omiſſis igitur coronis & fortitudinis tuæ præmiis & cicatribus, cæteríſque
præſtigiis,ad hæc reſponde,Marci.Iam enim tibi hanc dicendi poteſtatẽ facio,huius
criminis obiectio fecit magnam mutationem *& inclinationem* in alteràm partem.
Nam qui prius æquiores ei erant,& qui ſtudebant eius abſolutioni,his auditis, ei fa-
uebant remiſſiùs.At omnes maligni,quorũ maxima pars erat ex plebeiis, qui quauis
ratione hominem perdere cupiebant, magna & manifeſta criminis huius occaſio-
B ne, quam arripuerunt, confirmati, multò magis in hanc partem inclinarunt. Ve-
rum enim erat prædam ab eo fuiſſe diuiſam,non tamen malo animo:nec ad ſtruen-
dam tyrannidẽ, vt Lucius criminabatur:ſed optimo conſilio,& publicæ calamitatis
leuandæ cauſa.Nam quum adhuc plebs ſeditione laboraret, & à patriciis diſſideret,
tunc hoſtes ideo audaciores facti agrum incurſionibus & continuis populationi-
bus infeſtabant: & quoties ſenatus volebat aliquas copias ad hæc hoſtium maleficia
arcenda mittere, nullus plebeius exibat, ſed alienis malis vehementer gaudebant,
eáque negligebant:patriciorum verò manus per ſe ad hoſtibus reſiſtendum non erat
ſatis valida. Hac re animaduerſa, Marcius promiſit conſulibus, ſi ſummam imperij
C belliqué ſibi permiſiſſent,ſe voluntariorum exercitum in hoſtes educturum, & bre-
ui pœnas de illis ſumpturum.Qua poteſtate impetrata, Marcius conuocauit & cliẽ-
tes & amicos & alios ciues, quotquot cum duce eiuſdem felicitatis & virtutis in
bello participes eſſe cupiebant:vbi verò exiſtimauit iam ſatis validam manum con-
ueniſſe, eam in hoſtes adhuc rei ignaros duxit. Facta autem irruptione in agrum
multis bonis refertum, & ingenti præda potitus, ſuis militibus permiſit, vt omnia
quæ ceperat,inter ſe diuiderent,vt qui ſibi in ea expeditione fuerant ſocij,percepto
ſuorum laborum fructu prompto, alacríque animo ad alias expeditiones venirent,
& qui per pigritiam domi remanſerãt, cogitantes quantis commodis(quorum par-
ticipes eſſe potuiſſent, ſi voluiſſent) ſeipſos propter ſeditionem fraudaſſent, in reli-

Marcius quo conſilio ſpolia ex Antiatibus capta militibus largitus ſit.

D quis expeditionibus prudentiores eſſent.Hoc igitur fuit illius viri ea in re conſilium.
Sed turba ſubdola & inuita hoc factum per ſe,& nudum,animo inimico perpendẽs,
plebis aſſentationem quandam & largitionem tyrannicam interpretabatur. Qua-
propter clamoribus & tumultu totum forum perſtrepebat,nec Marcius quid ad hæc
reſponderet,habebat:neque conſul neque alius quiſpiam, quòd præter omnem ex-
pectationem,& ſpem hoc crimẽ ipſis obiectum fuiſſet. Quare,quum nullus amplius
ad crimen illud reſponderet, tribuni litem exilio perpetuo æſtimarunt, & tribus in
ſuffragia miſerunt,quia(vt exiſtimo) verebantur ne is abſolueretur,ſi pœnam capi-
talem in eum ſtatuiſſent.Deinde,quum omnes ſuffragia tuliſſent, dinumeratis ſuf-
fragiis non magnum diſcrimen apparuit,nam quum eo tempore vna & viginti tri-
E bus eſſent,quæ in ſuffragia fuerant miſſæ,Marcius à nouem abſoluebatur. Itaque ſi
duæ tribus,*præterea* ſe ipſi adiunxiſſent, ob ſuffragiorum inæqualitatem *& numerum
maiorem* legitimè abſolutus fuiſſet. Hæc prima fuit de viro patricio ad populi iudi-
cium vocatio: poſtea ab illo tempore hoc in cõſuetudinem venit,vt tribuni plebis,
quibuſcunque ciuibus libuiſſet,diem dicerent, qua ad cauſam dicendam ad populũ
venirent:atque inde primùm plebis poteſtas magnum habuit incrementũ: at ſtatus
optimatum multum priſtinæ dignitatis amiſit, quòd homines plebeios in ſenatum
admiſiſſet,& magiſtratus ambire illis permiſiſſet, nec à ſacerdotiis eos repuliſſet, &
alios maximos quoſq; honores, ac ſolis patriciis peculiares, partim neceſſitate co-

Marcius damnatur, atque duobus tantum calculis: & iudicium ex eo tẽpore plebi in patricios etiam conceſſum fuit.

ctus & inuitus, partim prouidè ac ſapienter cum omnibus communicaſſet: de quibus ſuo tempore dicetur. Cæterùm, mos iſte vocandi principes ciuitatis ad cauſam dicendam in iudicio, cuius arbitrium ſit penes populum, multam materiam præbere poteſt, eum laudare aut vituperare volentibus. Iam enim multi boni & honeſti viri haud quaquam pro dignitate tractati, turpiter ac iniquè à tribunis vita ſpoliati fuerunt, multi etiam ſuperbi, atque tyrannici ingenij homines, coacti vitæ & ſtudiorum ſuorum rationem reddere, meritas pœnas dederunt. Quoties igitur optimo ac integerrimo animo de cauſis cognoſcebatur, & magnatum elati ſpiritus iure deprimebantur, hæc res valde magna & admiranda videbatur, & ab omnibus laudabatur, quoties verò vir aliquis virtute præditus, & remp. bene adminiſtrans per inuidiam iniuſtè tollebatur, hoc aliis atrox & indignum videbatur, & huius moris autores dānabantur. A Et quum ſæpè pop. rom. conſultaſſet vtrum iſte mos tollendus, an ita vt à maioribus acceptus fuerat conſeruandus eſſet, ad nullum finem id ſuum conſilium perduxit. Quòd ſi mihi quoque de rebus tantis meam ſententiam interponere licet, mihi videtur mos iſte, ſi per ſe conſideretur, vtilis eſſe, & reip. romanæ maximè neceſſarius, ſed magis & minus commodus eſſe pro tribunorum ingeniis. Quoties enim homines iuſti & moderati, & publicæ vtilitatis, quàm ſui priuati cōmodi amātiores hanc poteſtatem habebant, is qui rempu. læſiſſet meritis pœnis perſolutis, aliis, qui idem facere fuiſſent parati, metum ingētem incutiebat. At bonus vir, & qui optimo animo ad remp. acceſſerat, neque iudicium turpe ſubibat, neque in criminationes à ſuis ſtudiis alienas incidebat: B ſed quoties improbi & intemperantes & auari homines tantam poteſtatem adipiſcebantur, tunc his contraria fiebant. Quare, hic mos non erat corrigendus, vt vitioſus: ſed in creandis tribunis plebis danda erat opera, vt viri honeſti & boni ad id deligerentur, néve temere quibuſuis res tāti momenti committerentur. Prima igitur ſeditio, qua poſt reges exactos Roma laborauit, ob has cauſas eſt exorta, & hunc habuit exitum. Prolixior autem in hac rerum narratione fui, nequis fortè miretur quomodo patricij tantam poteſtatem plebi permittere voluerint, neque cæſis neque pulſis optimatibus, quemadmodum in multis aliis ciuitatibus accidit. Vnus enim quiſque dum audit res nouas & inauditas, cauſam ſcire cupit, & in hac ſola fidem ſuam collocat. Cogitabam igitur patuam, aut C certè nullam prorſus meæ orationi fidem habitum iri, ſi hoc tantùm dixiſſem, patricios plebeiis ſuam poteſtatem *ac principatum* tradidiſſe, & quum poſſent per optimates remp. adminiſtrare, rerum ſummam plebis arbitrio commiſiſſe, &, ſi quibus de cauſis hæc conceſſa fuiſſent, omiſiſſem: ideo igitur omnes recenſui. Et quoniam hanc mutationem non armis, non mutua vi, nec mutua neceſſitate coacti, ſed oratione adducti fecerunt, maximè neceſſarium eſſe duxi, ipſas orationes, quas tunc vtriuſque factionis principes habuerunt, fuſiùs explicare. Demiror autem illos qui res bello geſtas accuratè ſcribendas putant, & nonnunquam in vnico prælio plurimum verborum conſumunt, dum locorum naturam & armaturæ proprietates, & modum quo acies inſtructæ fuerint, & imperatorum adhortationes, & res alias, quæ D alterutris victoriam pepererint, oratione perſequuntur: dum verò ciuiles motus & ſeditiones deſcribunt, eas orationes quibus res incredibiles atque admirandæ peractæ ſunt, memoriæ prodendas nō arbitrantur. Siquid enim aliud in romana repub. valde laudabile ac dignum, quod omnes homines imitentur, hoc quoque(meo iudicio fuit: imò verò hoc cæteras omnes res, eáſque admirandas, longè ſuo ſplendore ſuperauit, quòd neque plebeij contemptis patriciis eos aggreſſi fuerint, aut magna cæde optimatum facta, res omnes illorum occuparint, neque viri dignitate præditi aut domeſticis opibus, aut auxiliis externis totam plebem oppreſſerint, vt in poſterum ſine metu in vrbe viuerent: ſed inter ſe non aliter ſe geſſerint quā fratres cū E fratribus, aut liberi cum parentibus in bene inſtituta familia, de iuris æquabilitate diſceptantes, & mutua oratione adducti, controuerſias diremerint, & nullum inſanabile aut impium facinus alij in alios patrare auſi fuerint: quemadmodum Corcyræi & Argiui & Mileſij & tota Sicilia, & multæ aliæ ciuitates in ſeditione fecerunt. Ob has igitur cauſas ego accuratiùs *ac fuſius* quàm compendioſiùs hæc narrare malui. Iudicium tamen vnicuique ſit liberum. Ergo, quum illius iudicij hic fuiſſet exitus, plebs dimiſſa ſtolidos ſpiritus aſſumpſit, & optimatum potentiam à ſe euerſam exiſtimauit. At patricij, præ mœrore vultu demiſſo animiſque deiectis *diſcedētes* incuſabant Valerium, quo ſuaſore ac autore plebi iudicium permiſerant. Marcius autem cum

Morem illum vocandi principes ciuitatis ad cauſam dicendam in iudicio, populi amplam præbere materiā, eum laudare vel vituperare volentibus.

Dionyſii de illo more iudicium.

Dionyſius ſe excuſat de eo quod in narratione rerū ad ſeditionem illam pertinentiū prolixior fuerit.

Dionyſius hiſtoricos reprehendit, qui in deſcribendis quibuſdam ad præliūaliquod pertinentibus verbuſi ſunt, at in deſcribēdis ſeditionibus orationes, quarum maxima fuerit efficacia, prætermittunt.

Dionyſius in rom. republ quid maximè laude & imitatione necnon admiratione dignum iudicet.

tem cum gemitibus & lacrymis hominũ qui eius fortunã miſerabantur, domum eſt
deductus. At ipſe, nec ſuos caſus deflens, nec vllos propterea gemitus edẽs, nec quid-
quam ſua magnanimitate indignum aut dicens aut faciens à quoquam conſpectus
eſt: ſed multò maiorem animi generoſitatem & conſtantiam demonſtrauit, quando
domum reuerſus, conſpexit vxorem & matrem peplis dilaceratis, pectora plangen-
tes, & (quemadmodum veriſimile eſt in huiuſmodi calamitatibus eas facere, quæ
ab hominibus ſibi neceſſitudine coniunctiſſimis, vel morte vel exilio ſeparantur) vo
ciferantes: nec tamen lacrymis aut lamentis mulierum commotus eſt, ſed ipſas tan-
tummodo ſalutauit, hortatúſque eſt vt forti animo calamitates ferrent: & filios illis
A commẽdauit (nam eorum natu maior annos decem natus erat, minor verò in vlnis
adbuc geſtabatur) nec vllis aliis ſermonum blanditiis vſus, *nec vllis rebus ſecum allatis*
quibus in exilio vti poſſet, domo egreſſus, properauit ad portas, & nulli quònã pro-
ficiſceretur declarauit. ¶ PAVCIS poſt diebus venit comitiorum tempus, &
conſules à populo creati Q. Sulpicius Camerinus, & Sp. Largius Flauus iterùm. *Eo
anno* multis cœleſtibus prodigiis reſp. aliquantulũ turbata eſt, nam & ſpectrorũ no-
uæ facies multis apparuerunt, & exauditæ voces à nullo certo autore emiſſę, & (vt
aiunt) hominum pecudúmque partus admodum alieni à natura, & vix credendi ac
B monſtroſi edebantur, & multis in locis oracula reddebantur, & mulieres furore di-
uino correptæ, miſerandas & graues reip. calamitates prædicebant: quidam etiã pe-
ſtilens morbus multitudinem tentauit, & magnam pecoris ſtragem fecit. Verumta-
men, haud multi homines morte ſublati ſunt, ſed grauibus morbis tantummodo cõ-
flictati ſunt, nec longiùs ſerpſit hoc malum. Alij igitur hæc dei voluntate accidere,
quòd indignaretur optimum ciuem ab illis patria pulſum, alij nihil horum diuina
indignatione fieri, ſed hos & omnes alios humanos caſus fortuitos eſſe iudicabant:
Tandem venit in ſenatum quidam nomine T. Latinus ægrotus, lectica eò delatus
vir ſenior, & ſatis amplarum facultatum dominus: cæterùm, ruri plerunque vitam
degere, & opus ruſticum exercere ſolitus. Hic in ſenatũ delatus, dicebat viſum ſibi
» in ſomniis Iouem Capitolinum aſtantem dicere, I, Latine, dic tuis ciuibus, eos mihi
C nuper in ludis non egregium præſultorem dediſſe, & iube eos iterum dies feſtos &
» ludos inſtaurare: neque enim hi fuerunt mihi grati. Se autem experrectum dicebat
ſortexiſſe, & id inſomniũ contempſiſſe, & id vnũ de vulgaribus & fallacibus inſom-
niis eſſe exiſtimaſſe. Deinde denuò ſibi in ſomniis eandem dei ſpeciem apparuiſſe,
iratam & indignabundam, quòd ſenatui non renuntiaſſet quæ renũtiare iuſſus fue-
rat, & minitantem (niſi hoc ociùs feciſſet) fore vt magno ſuo damno numina mini-
mè negligere diſceret. Quum autem & ſecundum ſomnum vidiſſet, ſe eandem de il-
lo opinionem habuiſſe dicebat, & ſimul ſe, qui opus ruſticum exerceret, & ſenex
eſſet, verecundia impeditum, auſum non fuiſſe ſenatui renuntiare ſomnia religionis
& terriculamentorum plena, ne riſum ei moueret: ſed paucis poſt diebus filium iu-
D uenem & formoſum, neque morbo correptum, neque vlla alia mortis manifeſta
cauſa repentè obiiſſe, & rurſus dei ſpeciem ſibi in ſomniis apparuiſſe, & declaraſſe ſe
ob neglecta & contempta ſua verba iam iſtas pœnas amiſſo filio dediſſe, & mox
mox alias daturum: ſe autem bis auditis dixiſſe ea verba ſibi grata eſſe, ſi ſibi morien-
dum eſſet, qui nullo amplius vitæ deſiderio teneretur: at deum non hãc pœnam ſibi
inflixiſſe, ſed in omnia corporis membra dolores intolerabiles & acerbos immiſiſſe,
ita vt nullos actus abſque grauiſſimo cruciatu mouere poſſet: ac tunc demum, caſu
ſuo cum amicis cõmunicato, ſuaſu eorum veniſſe ad ſenatum. Dum autem hæc nar-
raret, videbatur paulatim doloribus liberari: & rebus omnibus enarratis, quum ex le-
ctica ſurrexiſſet, & deum inuocaſſet, ſuis pedibus per vrbẽ domũ ſanus eſt reuerſus.
E Sed ingens timor patres corripuit, & vnuſquiſq; attonitus tacebat, quoniã nõ pote-
rat cõiectare quidnã id ſibi vellet quod à deo declarabatur, & quis eſſet ille pręſultor
qui ei diſplicuiſſet: tandẽ quidã ex illis facti memor id dixit, & cæteri ſuo teſtimonio
id cõfirmarũt. Id autem erat huiuſmodi. Quidẽ ciuis romanus non ignobilis, ſeruũ
ſuũ, damnatũ morte, conſeruis, vt eũ ad ſuppliciũ ducerent, tradiderat: &, quò magis
illius pœna eſſet cõſpicua, per mediũ forũ, &, ſiquis alius cõſpicuus vrbis locus eſſet,
per eũ trahi & virgis cædi iuſſerat: qui põpam ludorũ quos illo tẽpore pop. rõ. in dei
honorẽ faciebat, præceſſit. Qui verò ſeruũ ad ſuppliciũ duxerãt, ambas illius manus
extenderant, eúmq; ligno alligarãt, quod pectori & humeris impoſitũ, ad extremas
brachiorum partes, quæ cum manibus iungũtur, tranſuerſum exporrigebatur, eúm-

Marcius nihil magnanimitate ſua indignũ dixit aut fecit, quòd exilio damnatus eſſet.

A. V. C. 264. conſulibus Q. Sulpicio, & Sp. Largio varia prodigia.

T. Latinus ſomnium ſuum de ludis inſtaurandis ſenatui exponit.

Interpretatio verborum Iouis Capitolini, quæ Latino in ſomnis apparẽs dixerat.

Digitized by Google

que nudum virgis lacerantes ſequebantur. Is verò ad tales anguſtias redactus vocifa-
rabatur,& voces infandas emittebat,quas dolor ei extorquebat,& ob verbera geſtus
indecoros edebat. Hunc igitur omnes exiſtimarunt eſſe eum ſaltatorem non egre-
gium,qui à deo ſignificabatur. ¶Quoniam autem ad hanc hiſtoriæ partem veni,
exiſtimo ſilentio nō prætereunda,quæ in ludis à pop.Rom.fiunt,non vt iucundis &
theatricis & ſpecioſis digreſſionibus vtar, ſed vt cuiuſdam rei neceſſariæ fidem fa-
ciam,nimirum,gentes quæ primùm ad condendam Romam conuenerunt, Græcas
fuiſſe,eáſque ex locis illuſtriſſimis deductas, non autem, vt nonnulli putant, barba-
ras & extorres. Sum enim pollicitus in fine primi libri quem de earum origine com
poſitum in lucem edidi, me ſexcentis argumentis rem propoſitam confirmaturum, A
in medium productis priſcis earum moribus,inſtitutis,& ſtudiis,quæ ad mea vſque
tempora ita ſeruant, vt à maioribus acceperunt: quia exiſtimo non ſatis eſſe iis qui
antiquitates regionum deſcribunt, ſi eas,prout ab ipſis indigenis acceperunt, ora-
tione probabili enarrent: ſed etiam arbitror illis eſſe opus multis teſtimoniis,quæ nō
facilè refelli poſſint,ſi modò fidem iis haberi volunt. Inter quæ primùm ac præcipuū
tenere locum credo ipſos patrios cultus deorum & geniorum apud ſingulos popu-
los. Nam hæc diutiſſimè cuſtodiunt tum Græci tum barbari, & nihil in his immu-
tare audent iræ diuinæ metu retenti. Hoc verò præcipuè faciunt barbari ob
multas cauſas,quas in præſentia recenſeri tempus non patitur, nec potuit longa ſe- B
culorum ſeries ad hanc vſque diem efficere vt patrios deorum cultus dediſcerent,
aut impiè *& contra leges ac mores ſuos* mutarent in his aliquid, vel Ægyptij vel Afri
vel Galli vel Scythæ vel Indi, vel denique (vt paucis rem expediā) vlla alia gens bar-
bara, præter quoſdā qui in aliorum poteſtatē quondam redacti, coacti ſunt victo-
rum ritus recipere. At pop. rom. nunquam contigit vt talem fortunæ iniquitatē ex-
periretur, ſed ipſe perpetuò aliis iura reddidit. Si igitur eorum genus barbarum fuiſ-
ſet, non ſolùm ipſi prima ſacra & patrios ritus non dediſſent, ob quos ad tantam
felicitatem prouecti ſunt, ſed etiam aliis omnibus, quibus imperabant, præclarum
fore exiſtimaſſent deos ſuis ritibus ab ipſis coli, & nihil vetuiſſet quominus tota
Græcia (ſi modò barbari fuiſſent) eorum opera barbara fieret, quum ætatem iam ſe-
ptimam ſub illorum imperio degat. Alius igitur fortaſſe ſatis eſſe putaret vel ex iis C
ipſis, quæ nunc Romę fiunt, veterum inſtitutorum non leuia argumenta ſumere: ſed
ego, nequis abſurda illa opinione motus, hoc argumētum inualidū putet, Romanos
videlicet tota Græcia deuicta, lubenter, patriis ritibus neglectis, alios meliores didi-
ciſſe, ex illo tempore coniecturam ducam, quo tempore nondum Græciæ principa-
tum, neque vllam aliam tranſmarinam prouinciam habebant, & Q. Fabium autorē
ſequar, cuius vnius fides *ac autoritas* mihi ſufficiet, nec vlla alia præterea opus eſt mi-
hi. Hic enim eſt Romanorum ſcriptorum antiquiſſimus, qui, vt ſuæ hiſtoriæ fidem
faciat, non ſolùm affert res quas *ex aliis* audiuit, ſed illas etiam quas ipſemet *vidit &*
cognouit. Hos igitur ludos ſenatus Romanus decreuit (vt & antè dixi) à dictatore
A. Poſtumio votos, quum eſſet pugnaturus cum Latinis populis, qui à pop.rom.de- D
fecerant, & Tarquinium in regnum reducere conabantur. In hæc autem ſacrificia
& ludos quingentas argenti minas quotannis impendi ſtatuit, & ad bellum vſque
Punicum eam pecuniæ ſummam pop.rom. in hos dies feſtos *ac ludos* impendit. Per
iſtos autem dies ſacros, cùm multa alia more Græco fiebant & in celebritatibus, &
in hoſpitibus excipiendis, & in induciis, quæ commemorare valde difficile eſſet, tum
verò præcipuè ea quæ in ſolēni pompa & ludorum ſacrificiis fiebāt, quæ (nam & ex
his de iis quæ dicta non ſunt, facilè iudicare poterimus) huiuſmodi erant. Antequā
ludi committerentur, viri quorum maxima erat poteſtas, pompam diis à Capitolio
per forum in circum maximum ducebant: & in ea pompa primi erant eorum filij E
pubertati proximi, & qui per ætatem pompæ intereſſe poterant, equis inuecti, quo-
rum patres erant ordinis equeſtris, cæteri pedibus, qui in pedeſtri militia erant mili-
taturi, diſtincti in alas & centurias & claſſes & ordines, quaſi ludum literarium pe-
terent, vt appareret hoſpitibus vrbana iuuentus, quæ ad virilem ætatem erat peruē-
tura, vtque illi viderent quàm numeroſa & formoſa eſſet. Hos ſequebantur quadri-
garij, bigarij, & equorum ſingularium agitatores: poſt quos ibant leuiorum, grauio-
rúmque certaminum athletæ reliquo corpore nudi, pudendis tantùm tecti. Hic mos
& mea ætate, ſicut olim apud Græcos fuit, durabat. Sed in Græcia à Lacedæmoniis
antiquatus & ſublatus fuit. Primus autem qui corpus nudare cœpit, & qui in olym-
piaco

Ab iis qui antiquitates regionum deſcribunt quid requiratur.

De Ludis ex quibus apparet Romanorum progenitores Græcos fuiſſe, non barbaros.

Digitized by Google

piaco ſtadio decima quinta olympiade nudus cucurrit, fuit Acanthus Lacedæmonius. Antea enim apud omnes Græcos turpe habebatur totum corpus in certaminibus nudũ oſtendere, quemadmodũ Homerus omniũ teſtiũ grauiſſimus & antiquiſſimus fidem facit, dum ſuccinctos inducit heroas. Nam Aiacis & Vlyſſis luctã in ludis funebribus in Patrocli honorem factis deſcribens, his verbis vtitur,

» *Illi autem ſuccincti iuerunt in medium certamen.*

Et multò manifeſtiùs hoc in Odyſſea declarat, vbi Iri & Vlyſſis pugilatum deſcribit, his verbis.

» *Sic eſt loquutus, omnes autem laudarunt, ſed Vlyſſes*
A *Succinxit vilioribus ſubligaculis pudenda, oſtendebátque femora*
» *Et pulchra & magna: & apparebant eius lati humeri,*
» *Et pectus, & robuſta brachia.*

Dum autem mendicũ illum inducit certamen detrectantẽ & formidantẽ, hæc dicit,

» *Sic loquuti ſunt, ſed Ico præ ignauia commotus eſt animus:*
» *Verùm & ſic Proci illum inuitum ſubligaculis cinctum adduxerunt.*

Conſtat igitur, Romanos, qui ad hanc vſque ætatem hunc priſcum Græcorum morem ſeruant, eũ nõ à nobis poſtea didiciſſe: ſed ne progreſſu quidẽ temporis eũ mutaſſe, quemadmodum nos fecimus. Athletas autem ſequebantur. ſaltatorum chori
B trifariam diuiſi, primi erant viri, ſecundi imberbes: poſtremi, pueri: quos ſequebãtur tibicines, qui priſcas & paruas ac breues tibias inflabant, *iiſque ludebant*, quemadmodum & hoc quoque tempore fit: & citharistæ, qui eburneas lyras ſeptem fidium, & barbita, quæ ita vocantur, pulſabant, quorum vſus mea ætate obſoleuit, licet eſſet patrius. At Romani ad omnes antiquas ſacrorum cæremonias hæc adhibent. Apparatus autem ſaltatorum erant tunicæ puniceæ balteis æneis aſtrictæ, enſes de latere pendentes, & lanceæ mediocribus breuiores. At *reliqui* viri galeas etiam æreas criſtis inſignes penníſque ornatas geſtabant, & vnumquemque chorum vnus vir præcedebat, qui aliis ſaltationis formulas & modos præibat: vnus item qui militares ac cõcitatos motus plerunque rythmis proceleuſmaticis præcinẽs imitabatur. Hoc quo-
C que exercitationis genus græcanicum & peruetuſtum erat, armata *inquam* ſaltatio, quæ pyrrhiche vocatur, ſiue id Mineruæ eſt inuentum, quæ poſt deletos Titanas prima choreas duxiſſe, & armata ſaltaſſe, carmẽnque victoriæ præ lætitia ceciniſſe fertur: ſiue etiam id multo ante à Curetibus inſtitutum fuit, quo tempore Iouem infantem armorum ſonitu & concinnis geſticulationibus mulcere volebant, quemadmodum fabulis proditur. Hunc autem morem & vetuſtum, & Græcis patriũ ac vulgarem fuiſſe Homerus declarat, cùm multis aliis in locis tum præcipuè in ſtructura clypei, quẽ Achilli à Vulcano dono datũ dicit. nã fingens in eo duas ciuitates, alterã pace florentẽ, alterã bello vexatã: in qua fortunam feliciorẽ eſſe ſtatuebat, in ea dies
D feſtos & nuptias & conuiuia (quemadmodum veriſimile eſt) inducit: & hæc dicit,

Iuuenes autem ſaltatores ſaltabant: inter quos
Tibia & cithara reſonabant, & mulieres
Stantes admirabantur in ædium veſtibulis vnaquæque.

Et rurſus, *deſcribens* aliam in eo clypeo choream Creticam inſtructam, quæ ex adoleſcentibus & puellis innuptis & egregiæ ornatis conſtabat, hæc dixit,

» *In eo etiam clypeo chorum inſculpſerat valde inclytus Vulcanus*
» *Ei ſimilem, quem quondam in Gnoſſo ampla*
» *Dædalus inſtruxit pulchricomæ Ariadnæ.*
» *Hìc & iuuenes, & virgines eleganti forma præditæ*
» *Saltabant, manus ſibi inuicem tenentes.*

E Et ornatum eius enarrans, vt nobis declaret mares armatos ſaltaſſe, hæc dicit,

» *Atque illæ quidem pulchras coronas habebant: illi verò gladios*
» *Geſtabant aureos ex argenteis balteis* [*pendentes*]

Et præſultores eorum, qui modulos aliis præibant, & motus primi dabant, inducens, hæc ſcribit,

» *Ingens iucundum chorum circumſtabat turba,*
» *Quæ voluptatem ex eo ſpectaculo capiebat, duo autem ſaltatores inter ipſos*
» *Carmen præibant, & in gyrum ſaltabant intermedios.*

Nec ſolùm ex iſto ſaltationis concertatorio genere, quod chori exercebant, & quo Romani in ſacrificiis & pompis vtebantur, eorum cum Græcis cognationem

cognoſcere quis poſſit, verumetiam ex illo cauillatorio & mordaci ſaltandi gene-
re. Nam poſt armatos ſaltatorum choros in pompa ſequebantur ſatyriſtarum cho-
ri, qui Græcam ſicinnen referebant. Apparatus autem erant illis quidẽ qui Silenos
repræſentabant, tunicæ villoſæ, quas nonnulli χορταίους vocant, & amicula ex variis
floribus contexta: illis verò qui ſatyros repræſentabant, erãt ſubligacula, & hircinæ
pelles, & ſetæ in capite horrentes & erectæ, aliáque his ſimilia. Hi ſerias ſaltationes
ridiculè ſuis geſtibus imitabantur, eas per ludibrium deprauantes, vt ſpectatoribus
riſum mouerent. Ex triumphis autem qui aguntur, ſatis liquet hos luſus cauillatorios
& ſatyricos apud Romanos iam inde à priſcis ſeculis receptos fuiſſe. Licet enim iis,
qui triumphum proſequuntur, iambos & dicteria iacere in illuſtriſſimos quoſque A
viros, atque adeò in ipſos imperatores, quemadmodũ Athenis olim iis qui plauſtris
vecti pompam proſequebantur, obuios quoſque ſcommatibus impetere licebat: nũc
verò carmina ex tempore compoſita canunt. Quinetiam in illuſtrium virorum fu-
neribus, præter alias pompas, vidi & ſatyricos choros, qui lectulum præcedebant, &
ſicinnen ſaltationem ſaltabant, præcipuè verò in fortunatorum virorum funeri-
bus. Quòd autem ſatyricus ludus & ſaltatio, nec Ligurum nec Vmbrorum nec alio-
rum barbarorum Italiam incolentium, ſed Gtæcorum fuerit inuentum, vereor ne
cui moleſtus eſſe videar, ſi velim rei confeſſæ fidem prolixiore oratione facere. Poſt
iſtos choros multi citharistæ, & multi tibicines tranſibant: poſt eos incedebant alij, B
qui thuribula & argentea & aurea, & ſacra & publica ferebant. Poſtremum in pom-
pa locum obtinebant deorum ſimulacra, quæ hominum humeris portabantur, quæ
tales habebant formas quales apud Græcos finguntur, & eundem habitum, eadem
inſignia & munera, quæ ab eorum vnoquoque inuenta & hominibus data tradun-
tur: nec ſolùm Iouis, Iunonis, Mineruæ, Neptuni, & aliorum, quos Græci inter duo-
decim deos recenſent: ſed etiam antiquiorum, ex quibus duodecim illos deos geni-
tos fabulæ tradunt, Proſerpinæ, Lucinæ, Nympharum, Muſarum, Horarum, Gratia-
rum, Liberi, & aliorum ſemideorum, quorum animæ huius corporis mortalis ſolutæ
vinculis cœlos aſcendiſſe, & pari cum diis honore frui feruntur, Herculis, Æſcula-
pij, Caſtoris & Pollucis, Helenæ & Panis, & ſexcentorum aliorum. Atqui, ſi barbari C
fuiſſent Romæ conditores, & qui hunc diem feſtum inſtituerunt, quomodo ipſis
decorum fuiſſet omnes deos & genios Græcos colere, & patrios negligere? Aut
oſtendat nobis aliquis, præter Græcam nationem, aliam cui ſacra hæc ſint domeſti-
ca, & tum demum hanc probationem vt minimè ſanam reprehendat. Peracta au-
tem pompa confeſtim & conſules & ſacerdotes, quibus fas erat, & aruſpices victi-
mas immolabant, idque eodem modo quo nos vtimur. Ipſi enim lotis manibus, &
victimis aqua pura luſtratis, moláque aſperſis earum capitibus, deinde precibus
factis eas à miniſtris mactari iubebant, quorum alij tempora victimæ adhuc ſtantis
vecte percutiebant, alij verò ei cadenti cultros ſupponebant, ac detracta pelle mem-
bratim eam concidebant, & primitias ex ſingulis extis & omnibus aliis membris ca- D
piebant, quas farris farina aſperſas ad eos qui ſacrificium faciebant, in caniſtris affe-
rebant. Hi verò eas aris impoſitas ſuccendebant, & in eas, dum ſanctè & ritè crema-
rentur, vinum infundebant. Q òd autem hæc ſingula ex more in ſacrificiis à Cręcis
conſtituto fierent, ex Homeri poeſi quiuis facilè cognoſcat. Nam inducit heroes ma-
nus lauantes, & molis vtentes, vbi ſic loquitur,

Poſtea manus lauerunt, & molas ſuſceperunt.

Pilos quoque de capite ſectos, & ab illis in ignem coniectos, docet his verbis,

At ille ſacra auſpicatus, capitis pilos in ignem iecit.

Vectibus etiam victimarum frontem *ab illis* percuti, & collapſas mactari *dicit*: quem- E
admodum in Eumæi ſacrificio facit,

Percuſſit autem [eum] ſublata in altum querno ſtipite, quem reliquerat quum dormitum
iuerat:
Illum verò reliquit anima: at illi eum iugularunt, & aſſarunt.

Inducit etiam eos primitias extorum & aliorum membrorum capientes, eáſque fa-
rina aſpergentes, & adolentes ſupra aras, quemadmodum in eodem ſacrificio facit,

Carnes autem crudas [aris] imponebat ſubulcus,
Ex omnibus carpens membris primitias inuolutas pingui adipe.
Atque hæc quidem in ignem iecit aſperſa farinæ flore.

Hæc autem à Romanis etiam ætate mea in ſacrificiis obſeruati quum ipſe viderim,

ſcio:

Vel potius, amictus. Videtur e- nim Dionyſius voce [illegible] Pro amiculis autem, dicere poſſis in- dumenta.

De iis quæ in triumphorum deductione fiebant.

Satyricus ludus & ſaltatio inuentum Græcorum.

Digitized by Google

ſcio:& hoc vno argumento contentus,adducor vt credã Romæ conditores minimè
barbaros fuiſſe,ſed Græcos,qui ex varijs locis in vnum conuenerint. Fieri enim po-
teſt vt etiam barbari alioqui in paucis ſacrorum & feſtorum ritibus cum Græcis con-
ſentiant:ſed vt hæc omnia faciant,vix eſt credendum. Reliquum eſt mihi, vt pau-
cis etiam agam de ludis quos peracta pompa faciebant.Primus erat quadrigarum &
bigarum & ſingularium equorum curſus,ſicut olim apud Græcos, & ad hanc vſque
ætatem in ludis olympiacis fit. In equeſtribus autem certaminibus duo peruetuſta
inſtituta,quemadmodum olim fuerant inſtituta,à Romanis ad meam vſque ętatem
A obſeruantur,vnum eſt trigarum,quod in Græcia quidem obſoleuit,vetuſtum & he-
roicum inſtitutum,quo Gręcos in pręlijs vſos Homerus teſtatur.Nam duobus equis
iunctis,quo modo bigæ iunguntur,addebatur tertius equus funalis,qui loris adiũctus
erat,quem priſci vocabant *παρήορον*,quòd alijs eſſet adiunctus & adnexus.Alterũ ve-
rò eſt,quod adhuc apud quoſdam Græciæ populos obſeruatur,in vetuſtis quibuſdã
ſacrificijs,eorum videlicet curſus,qui curru vehuntur.Finito enim equeſtri certami-
ne,ij qui prius iuxta aurigas eodem curru vehebantur,quos poetę *παραβάτας*,Athe-
nienſes *ἀποβάτας* vocant,de curru deſilientes in ſtadio ipſi inter ſe curſu certãt. Poſt
peractos curſus equeſtres,tunc athletæ,curſores,pugiles,& luctatores *ſtadium* ingre-
diuntur.Hæc enim tria certaminum genera apud priſcos Gręcos erant,vt Homerus
B in Patrocli funere declarat.Cæterùm, medio temporis ſpatio quod inter certamina
intercedebat,ex more,qui Græcis maximè erat peculiaris,& longè omniũ optimus,
homines bene de ſe meritos coronis coronabant & honorabant , & voce præconis
laudabant(quemadmodum Athenis in Bacchanalibus fiebat)& omnia ſpolia hoſti-
bus erepta,illis qui ad ſpectacula conuenerant oſtendebant. Sedenim nec res præ-
clarè ſe habuiſſet ſi de his nullam prorſus feciſſem mentionẽ,ipſa argumenti ratione
hoc poſtulante, nec, ſi prolixiore oratione quàm par erat vſus fuiſſem , commo-
dum hoc fuiſſet.Tempus verò eſt vt ad intermiſſam narrationem redeamus.Vbi igi-
tur ſenatus cognouit quod acciderat illi ſeruo ad ſupplicium iuſſu domini abducto,&
pompæ præſultori,ob huius facinoris nouitatem eſt commotus,& exiſtimans hunc
C eſſe præſultorem illum,qui deo diſplicuerat,& qui ab eo (vt dixi) indicabatur, dili-
genter quæſiuit dominum,qui ſeruum ſuum adeò crudeliter ac fœde tractarat, mul-
ctáque illi pro meritis irrogata,deo pompam ludóſque duplo maiore ſumptu quàm
ante,inſtaurari ſuo decreto iuſſit.Atque hæc quidem his conſulibus ſunt geſta.

DIONYSII, ALEXANDRI F.
D
HALICARNASSEI, ANTIQVITATVM ROMANARVM,
LIBER OCTAVVS.

SEQVENTI anno, Olympiade ſeptuageſima tertia, qua vicit in
ſtadio Aſtylus Crotoniates,archonte Athenis Anchiſe, creati conſules
C.Iulius Iulus & P.Pinarius Rufus , viri minimè bellicoſi , & ob hoc i-
pſum potiſſimum à populo creati, multa & magna pericula coacti ſunt
ſubire,bello ipſis conſulatum gerentibus repentè exorto, quo parũ abfuit quin vrbs
funditus euerteretur. Nam Marcius ille Coriolanus, qui ob ſuſpicionem affectatæ
tyrannidis accuſatus & in perpetuũ exiliũ pulſus fuerat,ſuũ caſum indignè ferens,&
E pœnas de inimicis ſumere cupiens, ſed quónam modo quibúſne viribus id poſſet
facere conſiderans, vnam Volſcorum potentiam Romanis tunc parem comperie-
rat,ſi de communi ſententia,& nacti prudentem ducem bellum ipſis inferrẽt. Co-
gitabat igitur,ſi Volſcis perſuadere potuiſſet vt ſe reciperent, ſibique imperij belli-
que ſummam permitterent,facilè ſe rem confecturum. Sedenim conſcientia terre-
bat, quòd toties in prælijs graues clades illis attuliſſet, vrbéſque ſocias ademiſſet.
Non tamen ab hoc conatu periculi magnitudine territus deſtitit, ſed in ipſa pe-
ricula ruere, & quidnis ab illis perpeti ſtatuit. Itaque obſeruata nocte, eáque ob-
ſcura, venit Antium,nobiliſſimam Volſcorum vrbem,eo tempore quo vrbis incolæ
cœnam ſumebant, ingreſſúſque in ædes viri & nobilitate & opibus potentis, &

A.V.C. 265. conſulibus C. Iulio & P. Pinario, bellum à Volſcis,duce Marcio Coriolano.

Marcius Coriolanus, pœnas de inimicis ſumere cupiens, a Volſcis recipi cupit,& ſibi imperij belliq́ue ſummam permitti.

ob res bellicas magnificè de ſe ſentientis,& ſummæ in ea gente autoritatis,cui Accio Tullo nomen erat,ad genua ipſius ſedentis ad focum ſupplex accidit. Quum autem ei neceſſitates narraſſet,ad quas redactus erat, & quibus impulſus ad hoſtes confugere non dubitarat, orabat vt moderatè & humaniter de homine ſupplice ſentiret, néve hoſtem duceret eum quem in ſua poteſtate haberet, néue in calamitoſos & afflictos ſuas vires exereret,conſiderans humanæ fortunæ viciſſitudines & inconſtantiam. Poteris autem,inquit,hoc potiſſimùm vel mei ipſius exemplo diſcere,qui quum non ita pridem in maxima vrbe omnium præſtantiſſimus viderer, nunc ab omnibus deſtitutus, & exul & humilis atque abiectus id patiar, quod tibi hoſti libuerit. Polliceor verò tibi me tantum boni Volſcis allaturum, ſi in huius gentis a- A micitiam fuero receptus,quantum mali illis attuli dum hoſtis eſſem. Quòd ſi aliter de me ſentis,ex tempore iram tuam in me effunde, & mortem quàm citiſſimam mihi largire, tua manu, tuíſque in ædibus me ſupplicem mactans.Dum autem hęc diceret,Tullus porrecta dextra eum à foco ſubleuauit, bonóque animo eſſe iuſſit, quòd nihil ſua virtute indignum eſſet paſſurus, ſéque ipſi, quòd ad ſe veniſſet, magnam gratiam habere dixit,hunc quoque honorem non paruum eſſe interpretans, & promiſit ſe omnium Volſcorum amicitiam ei conciliaturum, facto à ſuis ciuibus initio,& quidquid promiſit, id etiam præſtitit. Nec ita multo poſt, quum Marcius & Tullus remotis arbitris inter ſe conſultaſſent,bellū populo romano inferendū cenſuerunt. Ac Tullus quidem cū omnibus Volſcorum viribus Romā confeſtim peten- B dam cenſebat,dum populus ſeditione aboraret,& duces imbelles haberet:ſed Marcius arbitrabatur prius cauſam piam & iuſtam belli inferendi quærendam: docens deos omnibus rebus adeſſe,præcipuè verò bellicis,idque tantò magis quantò hæ rebus aliis ſunt maiores,& quanto harum alea incertior & periculoſior eſſe ſolet. Tūc autem Romani Volſcíque arma ſuſpenderant, & inducias fœdúſque in biennium paulò antè fecerant.Si igitur,inquit,inconſideratè,& præproperè bellum ipſis intuleris,tu fœdus prior violaſſe videberis,nec numē diuinum propitium habebis, quòd ſi expectaris donec ipſi hoc faciant,bellum illatum propulſare, fœderibúſque violatis opem ferre videberis. Quomodo autem hoc fieri poſſit, & quomodo illi priores fœdera violare,nos verò pium,iuſtúmque bellum inferre videamur,ego poſt longam C cogitationem tandem inueni. Oportet autem illos à nobis deceptos iura priores violare. Modus autem eos decipiendi(quem ego hactenus cōtinui & occultaui, opportunam eius occaſionem expectans, iam verò quum te animo admodum propenſo ad rem aggrediendam videam,ocius in medium proferre cogor)hic eſt,pop. rom.ſacrificia ludóſque ſumptuoſiſſimos magnificentiſſimóſque eſt facturus:ad horum autem ſpectaculum multi peregrini confluent.Hoc tempore expectato,i tu quoque, & da operam pro viribus,vt quàm plurimi Volſci ad id ſpectaculum veniant. Vbi verò in vrbe fueris,tuum aliquem amicum, neceſſitudinis vinculo tibi coniunctiſſimum conſules adire iube,& ſecretò dicere,Volſcos noctu vrbem aggreſſuros & ideo tantum eorum numerum in vrbem cōuenire.Certò enim ſcias,ſi hoc audierint illi pro- D culdubio fore vt ſine vlla cunctatione vos ex vrbe pellant, atque ita iræ iuſtæ materiam præbeant.Tullus,his auditis,mirum in modum lætatus eſt, atque hac expeditione in illud tempus dilata,in belli apparatum incumbebat. Deinde quum tempus ludorum committendorum veniſſet,& Iulius ac Pinarius conſulatum iam iniiſſent, lectiſſima Volſcorum iuuentus ex omnibus ciuitatibus,autore Tullo,ad ludorū ſpectaculum venit,eorúmque maior pars diuertit in loca ſacra & publica, quòd hoſpitia priuata non ſufficerent ad omnes recipiendum,& quoties per vias ibant, cateruatim & magnis ſodalium globis ambulabant, ita vt ideo tota vrbe iam ingens eſſet murmur,nec graues abeſſent ſuſpiciones.Interea index à Tullo ſubornatus adit conſules,vt Marcius monuerat,& quaſi rem aliquam ſecretam contra ſuos amicos ho- E ſtibus eſſet declaraturus,conſules iureiurando obſtringit,tum vt ſuæ ſaluti conſuleret,tum etiā ne quis Volſcorum reſciſceret quiſnam fuiſſet qui indicia contra ipſos detuliſſet. Atque ita demum fictas illas inſidias declarat, eiúſque verbis ab illis viris facilè fides habita,quòd ea res vera videretur,ac mox viritim à cōſulibus coactus eſt ſenatus,& index in medium productus,accepta & ab illis fide dixit idem.Illis verò & iampridem res ſuſpicionis plena videbatur, quòd tanta multitudo iuuentutis ex vna gente ſibi inimica ad ſpectaculum veniſſet, ſed accedente huc indicio, cuius fraudem ignorabant, opinio illa valde confirmata eſt. Placuítque omnibus vt

Marcius Coriolanus ad Accium Tullium inter Volſcos nobilitate & opibus potentem ſupplex venit.

Accius Tullus Romanis bellum confeſtim inferendū cenſet: at Marcius cauſam iuſtam belli inferendi quærēdam.

bus vt ex vrbe excederent Volſci ante ſolis occaſum, & iis qui parere nollent pœ-
na capitalis per præconem denuntiaretur. Vt autem ſine vlla contumelia, & tu-
to illi diſcederent, conſules hoc curarent. Hoc ſenatuſconſulto facto, præcones
per omnia compita dimiſſi, qui edicerent vt Volſci è veſtigio ex vrbe diſcederent,
atque omnes per vnam portam Capenam egrederentur. alij verò cum conſulibus
eos abeuntes deducebant. Tunc maximè apparuit quantus eſſet eorum numerus,
& quantum eſſet omnium robur vno eodémque tempore, & per vnam portam
illis exeuntibus. Primúſque Tullus exiuit properè, & occupato non prócul ab vr-
be loco opportuno & commodo, ibi eos qui ſeriùs veniebant, excipiebat. Quum
A autem omnes conueniſſent, concione habita grauiter in pop.rom.eſt inuectus graui
& infanda contumelia Volſcos affectos ab eo dicens, quòd ipſi ſoli omnium hoſpi-
tum vrbe pulſi fuiſſent, & vnumquenque rogabat vt hæc ſuæ patriæ renuntiaret, da-
rétque operam vt hæc Romanorum ſuperbia pœnis ob hoc iuris violati ſcelus datis
compeſceretur. His dictis, & accenſis hominum animis, qui ob eam iniuriam indi-
gnabantur cōcionem dimiſit. Vbi verò ſinguli in ſuas patrias reuerſi, aliis acceptam
contumeliam, rem exaggerantes, declararunt, vnaquæque ciuitas indignabatur, nec
itā continere poterat: miſſiſque vltro citróque ad populos legationibus, totius Volſci
B nominis concilium indictum eſt, vt de communi omnium ſententia de bello conſul-
taretur. Hæc autem facta ſunt Tullo potiſſimùm inſtigāte, & ex ſingulis populis tam
ipſi magiſtratus quàm alia ingens turba in vrbem Ecetram conuenerunt. Hæc enim
in maximè opportuno loco ad concilium reliquorum populorum ſita videbatur. Ibi
poſt multa verba à primoribus cuiuſque ciuitatis dicta, ij qui aderant miſſi ſunt in
ſuffragia, & ſententia obtinuit bellum mouendum, quòd Romani priores fœderis iu-
ra violaſſent. Quum autem magiſtratus de modo belli gerendi conſultandum di-
xiſſent, Tullus in medium progreſſus iis ſuaſit vt Marcium acceerſerent, & ex eo
quærerent quonammodo Romanorum potentia euerti poſſet. Hunc enim omnium
hominum optimè ſcire & quà laborarent res Romanæ, & quà maximè valerent. A Marcio Coriolano habita orátio in Volſcorum comitiis.
Placuit hoc conſilium, & ſtatim omnes acclamarunt vocandum hominem. Tunc
C Marcius, nactus quam cupiebat occaſionem, ſurrexit mœſtus & lacrymabundus:
» & poſt modicum ſilentium hanc habuit orationem, Si exiſtimarem vos omnes idem
» de mea calamitate ſentire, de ea me apud vos purgare minimè neceſſarium eſſe
» arbitrarer: ſed cogitans in tanta ingeniorum varietate veriſimile eſſe non defore
» aliquos qui falſò atque immeritò opinabuntur me non ſine vera & iuſta cauſa à
» populo rom. patria pulſum, primùm & ante omnia mei exilij rationem in hoc
» publico veſtro concilio mihi reddendam arbitror. Verùm, illud à vobis per deos
» peto, vt vos, qui optimè ſcitis iniurias quas ab inimicis accepi, & *qui non igno-*
» *ratis* me immeritò ac præter ius in hoc infortunium, quod nunc experior, inci-
» diſſe, me loquentem æquis auribus audiatis, nec priùs meum conſilium deſide-
D retis, quàm me eius autorem, qualis ſim examinaritis. Quamuis autem rem al-
» tiùs ſim repetiturus, tamen in his prolixiore oratione non vtar. Pop. rom. prin-
» cipiò formam reipub. habuit mixtam ex poteſtate regia & optimatum dominatu,
» poſtea vltimus rex Tarquinius regnum in tyrannidem vertere voluit. Quare, opti-
» matum principes facta in eum conſpiratione, illum ex vrbe expulerunt, & ipſi
» rempub. adminiſtrarunt, optima & moderatiſſima, vel omnium confeſſione, reip.
» adminiſtrandæ forma conſtituta, nec multis antè ſeculis: ſed tertius tantùm, aut
» quartus hic eſt annus, ex quo paupertimi & inertiſſimi quique ciues, malos duces
» ſequuti, cùm alia multa inſolenter fecerunt, tum poſtremò dominatum optimatum
» euertere ſunt conati. Quamobrem omnes ſenatus principes id iniquo animo fere-
E bant, & quomodo reip. perturbatorum inſolentia compeſci poſſet conſultandum
» cenſebant. Atque inter ſeniores optimates Appius Claudius multis nominibus lau-
» dem meruit, inter iuniores ego, & verba in ſenatu perpetuò liberè faciebamus,
» nō plebem impugnantes: ſed malorum nimiam potentiam ſuſpectam habentes, nec
» quempiam ciuem rom. in ſeruitutem redigere: ſed communem omnium libertatem
» tueri volentes, & reip. gubernacula præſtantiſſimis viris reddenda cenſentes. Hæc
» animaduertētes nequiſſimi illi tribuni plebis, nos primos, qui ipſis apertiſſimè aduer-
» ſabamur, de medio tollere ſtatuerunt, non ambos ſimul aggreſſi, ad facinoris in-
» uidiam & atrocitatem vitandam: ſed à me iuniore, & qui facilè opprimi poteram,

initio facto. Ac primùm quidem me indicta cauſa perdere ſunt conati, deinde me à ſenatu ſibi ad ſupplicium dedi petierunt: ſed quum neutrum conſequi potuiſſent, diem mihi dixerunt ipſi futuri iudices, mihi affectatæ tyrannidis crimen obiicientes, nec illud viderunt à nullo tyranno plebem oppugnari cum optimatibus in eam conſpiratione facta, quin potiùs contrà plebis ope auxilióque præſtantiſſimos quoſque ciues ab eo tolli, nec mihi iudicium centuriatis comitiis more patrio dederunt: ſed id iudicium quod omnes peſſimum fatentur, & quod in me primum & ſolum conſtitutum eſt, in quo plus valitura erant ſuffragia mercenariorum & vagorum & alienis fortunis inſidiantium, quàm virorum bonorum, & iuſtorum & reipub. ſalutis ſtudioſorum. Tanta autem innocentia in me apparuit, A vt à plebe iudicatus, cuius maior pars viros bonos odio proſequebatur, & ideo mihi infenſa erat, duobus tantùm ſuffragiis fuerim damnatus, tribunis poteſtatem ſe depoſituros minantibus niſi condemnarer, & ſe grauiſſima quæque à me perpeſſuros dicentibus, & omni ſtudio & animi contentione in eo certamine me oppugnantibus. Hæc igitur paſſus à meis ciuibus, reliquam vitam mihi non viuendam duxi, niſi pœnas de illis ſumerem. Quapropter, quum liceret mihi tranquillam vitam degere, vel apud aliquos Latinos populos, ob cognationis iura, vel in coloniis recèns conditis, quas maiores noſtri deduxerunt, hoc tamen nolui: ſed ad vos confugi, quos ſcio plurimis iniuriis à pop. rom. affectos, eíque infeſtiſſimos, vt vobiſcum pro viribus communes iniurias vlciſcar, & verbis & factis prout res poſtularit. Et vo- B bis magnam habeo gratiam, quòd me receperitis, & multò maiorem pro honore, quo me honoratis omnium malorum & iniuriarum in bellis à me acceptarum memoria depoſita. Eia igitur, qualis vir eſſem, ſi gloria & honoribus mihi à meis ciuibus meritò debitis, ab illis priuatus, de quibus optimè eram meritus, præterea ſimul patria, domo, amicis, diis patriis, maiorum ſepulcris, & omnibus aliis bonis ſpoliatus, atque his omnibus apud vos inuentis, cum quibus bellum in illorum gratiam geſſi, eos non infeſtarem, quos pro ciuibus hoſtes ſum expertus? nec benefacerem iis quos pro hoſtibus amicos habui? Equidem pro viro eum non habuerim, qui nec hoſtibus eſt infenſus, nec ſuæ ſalutis autores beneuolentia proſequitur. Patriam C verò exiſtimo, non eam ciuitatem quæ me in ciuem abnegauit, ſed eam à qua ciuis ſum factus, licet ſim peregrinus, & regionem amicam puto non eam in qua affectus ſum iniuria, ſed in qua tutò manere poſſum. Et ſi deus nos iuuerit, & vos (vt par eſt) alacriter operam nauaueritis, ſpero breui magnam fore mutationem. Illud enim probè ſcitis pop. rom. iam multis bellis exercito nullum hoſtem magis formidandum eſſe quàm vos, nec eum in vllam aliam rem maiore ſtudio ſemper incumbere quàm *in hanc*, vt veſtræ gentis vires debilitet: & propterea veſtras vrbes partim bello captas, partim amicitiæ ſpe acceptas tenere, ne omnes coniunctis copiis commune bellum ipſi inferatis. Si igitur vos quoque viciſſim perpetuò illi obnitamini, & in bellum omnes conſentiatis, quod iam facitis, facilè D eius potentiam euertetis. Quoniam autem de modo & ratione belli gerendi vultis me meam ſententiam aperire, ſiue hoc meæ peritiæ, ſiue beneuolentiæ, ſiue etiam vtriuſque eſt teſtimonium, dicam, & nihil vos celabo. Primùm igitur, ſum vobis autor vt detis operam, vt piam & iuſtam belli cauſam quæratis. Quænam autem & pia & iuſta, & ſimul è re veſtra cauſa ſit futura, ex me audite. Ager quem populus rom. principiò habebat, eſt exiguus & ſterilis: ſed quem armis ſibi quæſiuit & finitimis ademit, eſt & amplus & fertilis. Et ſi vnuſquiſque populus partẽ ſuã ſibi per vim cõtra ius & fas ereptam velit *repetere ac* recipere, nihil erit tam paruum, tam debile, tam egenum, quàm reſpublica romana. Hinc igitur nobis initium ducendum arbitror. Mittite igitur legatos ad populum rom. qui repetant veſtras E vrbes quas occupat, & qui poſtulent vt ex munitionibus omnibus, quas in noſtro agro muniuit, excedat, & ſuadeant, vt ſiquid aliud de veſtro per vim vſurparit, id vobis reddat. Nec prius ipſi bellum inferatis quàm reſponſum ab eo acceperitis. Si enim hæc feceritis, alterutrum eorum quæ vultis, conſequemini, aut res veſtras ſine periculo & ſumptu recipietis, aut præclaram & iuſtam belli cauſam habebitis. Nam quum quis res alienas non appetit: ſed ſuas tantùm repoſcit, & paſſus repulſam armis ius ſuum perſequitur, hoc omnium confeſſione honeſtum eſt. Eia igitur, quid putatis Romanos facturos ſi vos hæc petere volueritis? vtrum veſtrum agrum reddituros? & quid vetabit quominus mox omnibus rebus alienis cedant?

Venient

Venient enim Æqui, Albani, Etruſci, & multi alij vt agrum ſuum recuperent. An retenturos loca occupata, & nihil quod ſit iuſtum, facturos? Ego certè ita opinor. Ergo vos iniuria ab illis laceſſitos teſtari, arma ipſa neceſſitate coacti capietis, & ſocios habebitis omnes, quotquot rebus ſuis ſpoliati ſe eas aliter quàm armis recuperare poſſe deſperarunt. Hæc autem occaſio eſt peropportuna, & qualis nulla alia ſe vobis poſthac offeret ad Romanos inuadẽdum, quam ne ſperatam quidem ipſa fortuna vobis iniuriam paſſis obtulit, dum illi ſeditione laborant, & ſibi inuicem ſunt ſuſpecti, ducéſque rerum bellicarum imperitos habent. Hæc igitur ſunt de quibus amicos ſumma beneuolentia ac fide monendos, & quæ illis ſuadenda verbis putaui.
A Quæ verò & conſilio prouidenda & arte excogitanda erunt, quoties res poſtulabit, ea veſtrarum copiarum imperatoribus cogitanda permittetis. Ego enim quemcunque locum mihi aſſignaueritis, in eo me nullo vel milite vel centurione vel duce deteriorem præſtare omni ſtudio conabor. Quare, mea opera abutamini in quibuſcũque rebus vobis prodeſſe poſſum, atque perſuaſum habeatis, me, qui hoſtis magna detrimenta vobis afferre potui, nunc quoque veſtrum ſocium magna commoda vobis afferre poſſe. Hæc dixit Marcius. Dum autem adhuc ille loqueretur, Volſcos eius verba lubenter audire conſtabat: & quum ille finem dicendi feciſſet, ingenti clamore eum optimè monere ſignificarunt: & nulli amplius facta dicendi copia, eius ſententiam ratam fecerunt. Quare, ſcripto decreto, cõfeſtim ex ſingulis ciuitatibus no-
B biliſſimos quoſque viros delegerunt, Romámque legarunt. Cæterùm, Marcio in omni ciuitate ius ſenatoriæ dignitatis, & gerendorum vbique magiſtratuum, & cæterorũ honorũ, quotquot apud ipſos maximi erant, decreuerunt. Nec expectatis pop. rom. reſponſis, rem aggreſſi, bellum parabant: & quotquot ex illis ad eam vſque diẽ prælijs ſuperioribus fracti demiſſiore erant animo, tunc omnes velut Romani imperij potentiam euerſuri vires colegerunt. Legati autem ab ipſis Romã miſſi, poſtquam in curiã introducti ſunt, Volſci (inquiebant) magnopere cupiunt omnes controuerſias tollere, & in poſterum pop. rom. amici & ſocij ſine dolo & fraude eſſe: firmam autem amicitiæ fidem inter vtroſque fore demonſtrabant, ſi agrum ſuum, &
C oppida ſibi à Romanis erepta reciperent: aliter verò nec pacem, nec amicitiam cum ipſis firmam fore. Natura enim ita comparatum *dicebant*, vt qui iniuriam patitur, iniuriam facienti ſit ſemper hoſtis: rogabántque eos ne ſibi belli neceſſitatem imponerent, rerum iuſtarum repulſam ferentibus. Quum legati hæc dixiſſent, patres illis curia ſubmotis, inter ſe conſultarunt. Poſtea, quum quid reſpondendum eſſet decreuiſſent, illis in ſenatum reuocatis hoc dederunt reſpõſum, Nõ latet nos, Volſci, amicitiam quidem à vobis non peti, ſed ſpecioſam belli occaſionem quæri. Nam quæ à nobis petituri huc veniſtis, probè ſcitis vos nunquam impetraturos. Poſtulatis enim iniqua & quæ fieri nõ poſſunt. Si enim nobis oppida dediſſetis, poſtea pœnitentia du
D cti nũc ea repeteretis, certè iniuria vobis fieret niſi ea reciperetis. Si verò iure belli iis ſpoliati fuiſtis, quũ nullũ amplius in ea dominium habeatis, iniuriam facitis, qui res alienas appetatis. Nos enim iuſtiſſimas poſſeſſiones ducimus, quas armis victores quæſiimus, nec legem iſtam nos primi cõſtituimus, nec eam hominum potiùs quàm deorum exiſtimamus: ſed quum omnes tam Græcos quàm barbaros hac vti ſciamus, nihil molliter vobis remittemus, nec rebus bello quęſitis cedemus. Magnum enim eſſet vitium, ſi quis res virtute & fortitudine partas, per ignauiam & ſtultitiam amitteret. Nullam autem belli ſuſcipiendi vobis inuitis neceſſitatem imponimus, nec ſi *in id* propenſi eſtis, *quominus id moueatis* deprecamur. Sed ſi priores bellum intuleritis, illatũ propulſabimus. † Hęc Volſcis renuntiate, & dicite, illos priores arma ſumpturos, nos poſtea ſequuturos. Legati hæc reſponſa accepta ad Volſcorum remp. re-
E tulerunt. Rurſus igitur conuocato concilio poſtea de communi omnium ſententia decretum eſt deos populo Rom. bellum indicere. Deinde Tullum & Marcium duces elegerunt, ad quos totius belli ſummã detulerunt. Et decreuerunt vt copiæ conſcriberentur, & pecuniæ conferrentur, & res cæteræ pararentur, quaſcũque ad vſus bellicos neceſſarias fore exiſtimabant. Quum autem iam dimittendus eſſet conuentus, Marcius ſurrexit, atque hæc addidit, Quæ, inquit, in iſto concilio à veſtra repub. decreta ſunt, bene ſe habẽt, & ſuo quæque fiant tempore: ſed interim dum exercitus conſcribentur, & alia parabuntur, quæ (vt veriſimile eſt) ſine aliquo negotio, & mora parari non poterunt, ego & Tullus abibimus. Qui igitur agrum hoſtilem depopulari, prædámque ingentem inde reportare cupiunt, nobiſcum veniant. Polliceor

Marcio decreti à Volſcis honores.

Legatorum à Volſcis Romam miſſorũ verba.

Senatus ad Volſcorum legatos reſponſum.

Vel potius, illos quidem priores arma eſſe ſumpturos, nos verò poſteriores ea depoſituros. *Vt legatur*, ἀποθησόμεθα δὲ ἡμεῖς ὕστεροι. *non antè*, ἀναληψόμεθα δὲ ἡμεῖς ὕστεροι, *Sic antè Lapus illam non hanc lectionem ſequens, verterat* nos poſterius deponemus.

enim vobis deo fauente) me magnam & opimam prædam vobis daturum, adhuc enim Romani ſunt imparati, quòd nullas dum noſtras copias in vnũ contractas videant. Itaque eorum agri quantum voluerimus ſine vllo metu *& periculo* percurrere nobis licebit. Hac quoque ſentẽtia à Volſcis probata, duces, antequam ſingula ipſorum conſilia Romanis innoteſcerent, cum ingenti voluntariorum militum manu

Volſcorum in Romanum agrũ irruptio, duce Marcio.

ocius *ex ſuis finibus* ſunt egreſſi: cum quorum parte Tullus in Latinorum agrum irrupit, vt impediret nequa inde auxilia hoſtium Romanis *ſubſidio* venirent: reliquas copias Marcius in agrum Romanum duxit. Quum autem id malum vtpote inopinatum agreſtes inuaſiſſet, multi ciues Romani ingenui, multi ſerui, boum & **A** iumentorum, & alius pecoris magna vis capta, & frumentum quod *in agris* relictum erat, & ferramenta aliáque inſtrumenta ruſtica, partim direpta, partim corrupta ſunt. Quinetiam poſtremò Volſci in villas ignem intulerunt ac iniecerunt. Vt nonniſi longo poſt tempore à dominis, qui eas amiſiſſent, reparari poſſent. Præcipuè verò in plebeiorum prædia ſæuitum eſt: ſed ab omni villarum, quæ patriciorum erant, maleficio temperatum. Quòd ſi qui eorum damnum acceperunt, id in mancipiis, & pecore accepiſſe viſi ſunt. Hoc enim Volſcis mandarat Marcius, vt patricij plebeiis magis eſſent ſuſpecti, néue ſeditio ex vrbe tolleretur: quod etiam

Vaſtatione agrorum Romam renunciata, cur diuites à pauperibus ſint accuſati, quòd Marcium contra ſe duxiſſent.

accidit. Vt enim Romam renunciata eſt agrorum vaſtatio, & ciues cognouerunt, eam calamitatem non æquè omnibus accidiſſe, pauperes accuſabant diuites, quòd **B** Marcium contra ſe duxiſſent. Sed patricij ſe purgabant, atque hanc eſſe malitioſam quandam ducis verſutiam demonſtrabant. Nullus tamen aut rebus pereuntibus ſuccurrere, aut reliquas ſeruare ob ſuſpiciones mutuas, & proditionis metum volebat. Itaque Marcius liberrimè atque impunè copias abduxit, omnéſque domum nulla clade affectas, & rebus quaſcunque volebant confectis, & valde ditatus reduxit. Tullus etiam paulo poſt ex agro Latino cum ingenti præda rediit. Nam ne illi quidem copias habebant, quibus cum hoſte congrederentur, quia erant imparati, & repentino malo præter ſpem oppreſſi fuerant. Hinc factum eſt vt omnes Volſcorum populi ingentes ſpes conciperent, & opinione citius exercitus conſcriberetur, & res aliæ ad bellum neceſſariæ imperatoribus ſuppeditarentur. **C**

Marcius cum collega de ratione belli in poſterum gerendi conſultat.

Coactis autem omnibus copiis, Marcius cum collega de modo ac ratione belli in poſterum gerendi conſultare cœpit. Mihi, inquit, Tulle, videtur optimum eſſe vt copiis inter nos bifariam diuiſis, alter noſtrum cum robuſtiſsimis quibuſque militibus obuiam hoſtibus eat, eóſque aggrediatur, & cum iis pugnet, &, ſi nobiſcum congredi auſi fuerint, vno prælio de ſumma rerum decernat. Sin (quod ego euenturum credo) exercitui tyronum, & ducibus rei militaris imperitis ſummam rerum aleámque committere non audeant, agros eorum incurſionibus populetur, & ſociorum auxilia diſtrahat, & colonias euertat: denique, ſibi à nullo maleficij genere temperet, quo eos vexare poſſit: alter verò hîc remaneat ad regionis & oppidorum præſidium cuſtodiámque, ne fortè hoſtes clàm noſtros incau- **D** tos inuadant, & maximam accipiamus ignominiam, & dum res abſentes appetimus, præſentibus interea ſpoliemur. Sed oportet eum qui hîc eſt remanſurus, mœnia, ſicubi collapſa ſunt, iam erigere, & foſſas purgare, & caſtella munire, vt agricolæ habeant refugia, & nouas præterea copias conſcribere, & commeatus iis qui ad militiam fuerint profecti, ſuppeditare, & arma fabricare, &, ſi quid aliud eſt neceſſarium, ocius miniſtrare. Tibi autem optionem do vtrum copiis, quæ extra Volſcorum fines bellum ſunt geſturæ, an iis quæ hîc ſunt manſuræ præeſſe malis. Hæc eo dicente, Tullus eam ſententiam vehementer eſt admiratus, & quum perſpectam haberet hominis induſtriam & felicitatem, ipſi exer- **E** citus qui ad externam militiam erat profecturus, imperium permiſit. Marcius,

Marcius cum exercitu oppidum Circeios petit, eoque potitur.

non amplius cunctatus, cum exercitu Circeios petiit, vrbem in qua coloni Romani vnà cum ipſis ciuibus promiſcue habitabant, eámque obiter recepit. Nam oppidani vbi cognouerunt agrum ſuum eſſe in hoſtium poteſtate, & copias ad muros adduci, apertis portis obuiam hoſtibus inermes venerunt, rogantes vt vrbem in deditionem acciperent. Quo etiam factum eſt vt nihil grauius paterentur. Imperator enim nullum eorum interfecit, neque ex vrbe quẽquam expulit: ſed veſtes ad vſus militũ, & frumenti quantũ in vnum menſem ſufficeret, pecuniæque modicã ſummam accepit, exercitúmq; abduxit parua manu in vrbe relicta, tũ ad ipſorũ ciuiũ pręſidiũ, nequid mali à Romanis acciperent, tum etiam nequid in poſterum

innouarent

innouarẽt. His Romã nũtiatis multò maior perturbatio & tumultus eſt exortus: quia patricij plebẽ incuſabant quòd virũ bellicoſum & induſtriũ & valde magnanimũ falſi criminis accuſatũ expuliſſent, & vt Volſcis dux eſſet effeciſſent. Tribuni verò plebis patres accuſabant, & dedita opera inſidioſè rẽ totã ab illis cõpoſitam dicebãt, & bellũ non æquè vniuerſis, ſed ſibi ſolis inferri ſimulatè criminabantur, & maligniſſimi quique de plebe ab illis ſtabant. Cæterùm, ob mutuas ſimultates & accuſationes, quibus in concionibus vtebantur, ne in mentem quidem illis venit vt exercitũ conſcriberent, aut ſociorum auxilia accerſerent, aut res vrgentes & neceſſarias

Patricii de plebeis queruntur, tanquam belli cauſa fuerint, & vt Marcius Volſcis dux eſſet effecerint.

Tribuni plebis de patriciis viciſsim queruntur.

A parent. Quod quum animaduertiſſent Romanorum natu maximi in vnum conuenerunt, & communicato inter ſe conſilio ſuadebant & priuatim & publicè ſeditioſiſſimis quibuſque de plebe vt deſinerent patricios ſuſpectos habere & accuſare, docentes, ſi ob vnius viri nobilis exilium in tanto periculo reſp. verſaretur, quid expectandum eſſet ſi maior patriciorum pars à plebe contumeliis affecta idem ſentire cogeretur. Atque iſti plebis tumultum & confuſionẽ ſedarunt. Quum autem ingens ille tumultus ſedatus fuiſſet, ſenatus coactus, Legatis à Latinorũ repub. ad belli ſocietatem petendam miſſis, reſpondit ſe non facilè illis auxiliũ in præſentia mittere poſſe. Sed ſe illis ipſis permittere, vt de ſuis militibus exercitum conſcriberẽt, eique duces ſuos præficerent, & tantas copias ad bellum mitterent, quantas ipſe pop. rom. B eſſet miſſurus. Nam in amicitiæ fœderibus, quæ cum illis fecerant, hoc vtrunque vetabatur. Conſulibus verò mandauit vt delectus haberent, exercitúmque conſcriberent, & vrbem præſidiis cuſtodirent, & ſociorum auxilia accerſerent, copias tamen ex vrbe non educerent antequàm res omnes paratæ eſſent, & populus hęc rata fecit. Conſulibus autem exiguum annui magiſtratus tempus ſupererat, quapropter nihil eorum quæ fuerant decreta, ipſi conficere potuerunt: ſed rem omnem ſemiperfectam ſuis ſucceſſoribus reliquerunt.

Sedato tumultu, ſenatus legatis Latinorũ ad belli ſocietatem petendã miſsis, quid reſponderit.

¶Qvi verò illis ſucceſſerunt, fuerunt S.P. Nautius, & Sex. Furius, qui copias quantas maximas potuerunt ex vrbana multitudine conſcripſerunt, & ignes & ſpeculatores in opportuniſſimis quibuſque caſtellis collocarunt, vt nihil eorum quæ in agris fierent ignorarent: & magnam vim C pecuniarum, frumenti, armorúmque breui compararunt. Domi igitur quàm optimè fieri potuit res omnes ab illis ſunt paratæ, ita vt nihil amplius deſiderari poſſe videretur. Sed non omnes ſocij alacriter parebant: & ſiqui vltrò ad huius belli ſocietatem ſuam operam offerebant, hoc etiam re ipſa præſtare non poterant: quare, ne illos quidem cogere volebant, quòd proditionem metuerẽt. Et iam eorũ nonnulli ab ipſis apertè defecerant, & Volſcos iuuabant. Æqui verò primi, ſimul atque bellum exortum eſt, ad Volſcos profecti, & interpoſito iureiurando ſocietate facta, à pop. rom. deſciuerunt, & hi copias maximas & animis paratiſſimas ad Marcium miſerunt. Horum autem exemplum ſequuti & multi alij ſocij clàm Volſcis fauebant, D non tamen ex decreto, aut de communi omnium ſententia illis auxilia mittebant: ſed ſi qui de ſuis eam militiam ſequi volebant, non ſolùm eos ab ea non deterrebant, verumetiam ad eam eos adhortabantur, breuíque temporis ſpatio tantum virium Volſcis acceſſit, quantum nunquam antè, ne rebus quidem in ſua gente maximè florentibus habuerant. Cum quibus Marcius iterum in agrum romanum irruptionem fecit: moratúſque ibi per multos dies, agrum † vaſtauit quẽ ſuperiore irruptione intactum reliquerat: paucis tamen hominum ingenuorum corporibus in hac expeditione eſt potitus. Iam enim illi multò antè cariſſimis quibuſque rebus collectis confugerant, alij in vrbem, alij in proxima caſtella, quæ munitiſſima erant, ſed eorum pecus, quod maturè abigere non potuerant, ſeruóſque id paſcentes cepit, E frumentúmque quod adhuc in areis iacebat, aliáſque fruges, quę vel adhuc in manibus *meſſorum* erant, vel iam collectæ *& in villas comportatæ* fuerant, abſportauit. Quũ igitur omnia vaſtaſſet, diripuiſſetque, nullo ſecum congredi auſo, copias ingenti præda onuſtas, atque ideò lentè iter facientes domum reduxit. Volſci autem quum tantam prædam afferri viderent, & Romanorum timiditatem audirent, quòd quum antè aliorum agros ipſi popularentur, iam ſuos in conſpectu ſuo impunè vaſtari paterentur, magnos ſumpſerunt ſpiritus, & imperij ſpem conceperũt, quaſi iam facilè & minimo negotio aduerſariorum potentiam poſſent euertere, ſupplicationéſque diis decreuerunt, dicatíſque ſpoliis tẽpla & fora ornarunt. Et omnes in epulationibus & lætitia verſabantur, Marciúmque cũ admiratione aſſiduè celebrabant, tũ quòd rei militaris peritia cæteros mortales ſuperaret, tum quòd eſſet imperator Ro-

A. V. C. 266, conſſ. Sp. Nautio & Sex. Furio, Volſci duce Marcio Coriolano in Romanum agrũ denuo irrumpunt.

Ex Romanorũ ſociis nonnulli ad Volſcos deficiunt

Vel potius vaſtauit quidquid agri ſup. &c.

Volſci ob ingentem prædã captam & ob Rom. timiditatem magnos ſpiritus ſumũt

manus,qualis nullus alius imperator aut Grçcorum,aut barbarorum fuiſſet:ſed prç-
cipuè eius felicitatē prædicabant,quòd omnia quæ aggreſſus fuiſſet, ex animi ſentē-
tia ſine vllo labore ipſi ſuccedere viderēt.Quapropter nullus erat militaris ætatis, qui
eius ducis auſpicia ſequi recuſaret. Sed omnes rerum quę ab eo gerebantur, par-
ticipes eſſe cupiebant:quare,ex omnibus populis ad eum confluebāt. At imperator,
poſtquam Volſcorum alacritatem confirmauit,& hoſtium fortitudinem ad humilē
& ignauam conſilij inopiam redegit,contra ſocias eorum ciuitates, quæ in fide ma-
nebant,exercitum duxit, rebúſque ad oppugnationem neceſſariis confeſtim para-

Volſci in Tolerinos, Latini nominis populum, impetum faciunt, duce Marcio.

tis,in Tolerinos Latini nominis populum,fecit impetum. At illi,iam multò antè pa-
ratis rebus ad bellum neceſſariis,& rebus quæ in agris erant in vrbem comportatis, A
eius impetum excipiebant.Et aliquandiu ex muris ipſi reſtiterunt,multóſque de ho-
ſtibus vulnerarunt, deinde à funditoribus depulſi, atque ad veſpertinum vſque cre-
puſculum fatigati,multis locis mœnia nudarūt. Qua recognita, Marcius cæteros
milites ad murorum partes nudatas ſcalas admouere iuſſit: ipſe verò cum lectiſſimis
quibuſque totius exercitus militibus ad portas contendit, licet telis de turribus pe-
teretur,fractíſque repagulis primus vrbem ingreditur. Ad illas autem portas ingens
& valida hoſtium manus ſubſtiterat, qui eius impetum fortiter exceperunt, & diu
ſtrenuè pugnantes ipſi reſtiterunt:ſed multis eorum cæſis,reliqui terga verterūt,&
diſperſi per vias fugere cœperunt.Ille verò à tergo inſtabat,cædens hoſtes quoſcun- B

Tolerinorum vrbs capitur, vnde magna prædæ copia abſportatur, & deſolata relinquitur.

que aſſequebatur, & quotquot abiectis armis ad preces minimè ſe cōuertebant. In-
terea verò & qui ſcalis aſcendebant mœnia ceperunt. Hoc igitur modo capta vrbe,
Marcius ſelectis è præda ſpoliis,quæ diis dicaturus,& quibus Volſcorū oppida orna-
turus erat ,reliqua militibus in prædā conceſſit.Ibi autem multa erant hominum ca-
pita,magna pecuniæ copia & magna vis frumēti.Quare , victores non facilè vno die
omnia exportare potuerunt.Sed alia ipſi, alia iumētis impoſita per vices agentes &
ferentes,multum temporis conſumere coacti ſunt. Imperator autem quum man-
cipia abduxiſſet, & res omnes abſportaſſet, vrbémque deſolatam reliquiſſet, e-

Marcius Volſcorum exercitum Bolam ducit.

xercitum inde ad Bolam duxit. Sed & ipſi Bolani eius aduentum iam præſen-
ſerant, & res omnes ad bellum neceſſarias præpararant. Marcius igitur quum ſe
primo impetu vrbem capturum ſperaret, multis murorum partibus oppugnatio- C

Marcius Bolā oppugnat.
Bolani ex vrbe erumpentes multos ex hoſtibus partim cædunt, partim fugāt.

nem inſtituit. Sed Bolani obſeruata opportuna occaſione portas aperiunt, & va-
lida militum manu egregiè inſtructa erumpunt, & in hoſtes ſibi à fronte oppoſitos
impetum faciunt,multíſque eorum cæſis, & longè pluribus vulneratis, & reliquis
turpiter terga fugæ dare coactis, in vrbem redierunt.At Marcius, cognita Volſcorū
fuga (nam fortè tunc non aderat quum clades ea accepta eſt) cum paucis properè
aduolauit,& eos collegit,qui fuga fuerant diſperſi,eóſque in ordinem reſtituit, ani-
móſque eorum confirmauit,& iis in ordinem reſtitutis,monitíſque quid faciendum
eſſet,iuſſit ab iiſdem portis vrbem oppugnare. Quū autem Bolani idem iterum ten-
taſſent,& magno numero eruptionem feciſſent, Volſci eorum impetum non exce-
perunt,ſed cedentes per loca decliuia fugere cœperunt, quemadmodum imperator D
illos monuerat.Et Bolani fraudis ignari longiùs eos perſequebantur :ſed eos iam lō-
giùs à mœnibus diſtractos,Marcius cum lecta iuuenum manu inuaſit:tūc magna eo-
rum partim reſtitentium,partim fugientium cædes eſt facta:ipſe verò à tergo hoſti-
bus in vrbem irrumpentibus inſtans,antequam portæ clauderentur,intra mœnia vi
eſt ingreſſus. Vbi autē porta ſemel in imperatoris poteſtatē redacta eſt, reliqua etiā
Volſcorum multitudo ſequuta eſt: at Bolani deſertis mœnibus in domos confuge-

Bola à Marcio vi capta, direpta,& incēſa.
Marcius exercitum ducit in Labicanos vrbem Latinæ gentis, Albanorum autem coloniam.

runt. Hac quoque vrbe potitus,militibus oppidanos in ſeruitutem abducere, & pe-
cunias diripere permiſit,& eodem modo quo & antè omni præda per otium & ſine
vllo impedimento exportata,poſtea oppidum incendit. Inde cum exercitu in Labi-
canos eſt profectus. Hæc autem ciuitas tunc Latinæ gentis & ipſa,vt altera, Alba- E
norum erat colonia. Quum autem oppidanos terrere vellet, vbi primùm in eorum
agros eſt ingreſſus,villas incendit, qua parte oppidanis flammam maximè conſpi-
cuam fore putauit.At Labicani quum mœnia bene firma & munita haberent, nec
eius aduentu ſunt conſternati,nec vllo modo ei ignauiter ceſſerunt, ſed ſtrenuè pu-
gnantes reſtiterunt,& ſæpius hoſtes mœnia conſcendentes repulerunt. Non ita ta-
men etiam ad finem vſque reſtiterunt, quòd pauci cum multis ſine vlla vel minima
temporis intermiſſione pugnarent.Nam Volſci crebrò ab omni parte vrbem oppu-
gnabāt per vices, & qui defeſſi erant ſemper ſe recipiebant, & alii recentes in ipſo-
rum lo-

rum locum ſuccedebant, cum quibus oppidani totum diem dimicantes, & ne noctis quidem ad capiendam quietem vlla intermiſſione data ob continuatum laborem, tandem muros deſerere ſunt coacti. Marcius hac quoque vrbe capta oppidanos in ſeruitutem abſtraxit, militibúſque prædam inter ſe diuidere permiſit. Et motis inde caſtris, Pedum vrbem (erat autem & ipſa nominis Latini) inſtructa acie petiit, eámque, ſimulátque ad muros appropinquauit, vi cepit. Et quum eam eodem modo quo & alias antè captas tractaſſet, poſtero die, manè ſtatim inde motis caſtris, copias Corbionē duxit. Sed ei ad muros appropinquāti, oppidani apertis portis effuſi ſupplices obuiam venerunt, vrbémque ſine vllo prælio ei dediderunt. Quū au-
A tem eos laudaſſet, quòd rebus ſuis optimè conſuluiſſent, ipſis imperauit vt res exercitui neceſſarias, pecuniam & frumentū afferrent. Atque vbi quæcunque imperarat accepit, inde copias Coriolos duxit. Quum autē oppidani illā quoq; vrbē ſine pugna dedidiſſent, & ingēti alacritate cōmeatus exercitui præbuiſſent, & pecunias, & quicquid aliud fuerat ipſis imperatum, exercitum abduxit tanquam per amicorum agrum. Hoc enim ei magnæ curæ erat, vt nullum eorum malorum quæ bellum afferre ſolet, populi, qui vrbes ſibi dedebant, paterentur, ſed & agrum intactum & pecus & mancipia, quæ in agris reliquerant, reciperent: nec ſinebat copias ſuas in eorū oppidis ſtationem habere, nequid mali vel ob earū rapinas, vel furta accideret: ſed ad muros caſtra ponebant. Inde autem motis caſtris exercitum duxit ad †Bolas, vrbem tunc nobilem, & rei militaris peritia nulli Latinæ gentis populo ſecundam. Quum autē oppidani eū nō recepiſſent, ſed firmis munitionib. & propugnatorū numero freti eſſent, is ſuos milites ad alacriter dimicandum cohortatus, & iis qui primi muros conſcēdiſſent, eóſq; occupaſſent ampla præmia pollicitus, rē eſt aggreſſus. atque ad hanc vrbē acriter pugnatū eſt. Bolanis enim non ſatis fuit hoſtes accedentes à muris repellere: ſed etiam apertis portis confecto agmine eruptionē fecerūt, hoſtémq; qui reſiſtere audebat, per decliuia loca vi depulerunt, ibíque maxima Volſcorum cædes facta, & oppugnatio diuturna fuit, vrbíſque expugnandæ tenuem ſpem omnes habebant. Sed imperator in cadentium locum alios ſubſtituens, efficiebat ne militum
C cæſorum abſentia, *numeríque diminutio* cognoſceretur. Alacritatem autem eorum qui ab hoſte premebantur ipſemet partem exercitus laborātem adeundo, animóſque addendo confirmabat: nec verbis tantùm, ſed etiam factis, exemplóque ſuo ad fortitudinem eos impellebat. Nam quoduis periculum ſubibat, & nihil intentatum reliquit, donec vrbs expugnata eſt. Hoc quoque oppido tandem in poteſtatem redacto, poſtquam oppidanos expugnatos partim iure belli interfecit, partim viuos cepit, victoria maximè inſigni relata, exercitum pulcherrimis plurimíſque ſpoliis onuſtū, permultíſque pecuniis, quibus potitus fuerat (ibi enim quanta in nulla alia captarum vrbium copia inuenta eſt) ditatum abduxit. Poſtea quacunque iter feciſſet, ager erat in eius poteſtate, nec oppidum vllum ei reſiſtebat præter Lauinium, quam
D vrbem primam Troiani Æneæ ſocij, quum ad Italiam appuliſſent condiderunt, vnde Romani originem ducebant, vt antè declaraui. Eius igitur incolæ quiduis potius ſibi perferendum, quàm fidem erga ſuos nepotes deſerendam putabant. Ibi igitur aliquoties in oppugnationibus acriter pugnatū eſt, præliáque atrocia pro munitionibus facta. Verumtamen, haud primo impetu vrbs expugnata eſt: ſed obſidio & mora indigere, ac diuturna fore videbatur. Marcius igitur obſidione omiſſa vrbē foſſa vallóque circundedit vias obſeruans, tū nequis cōmeatus illis afferretur, tum etiam ne qua auxilia externa ad illos venirent. Romani verò quum tot vrbium iam captarum excidium audirent, aliarúmque neceſſitatem qua compulſi Marcio ſe adiunxerāt, fatigati quotidianis legationibus ad ſe miſſis à ciuitatibus in amicitia
E permanentibus, & auxilia implorantibus, ad hęc præſenti Lauinij circumuallatione territi, &, ſi hoc oppidum caperetur, arma ſtatim in ſe conuerſum iri exiſtimantes, vnum omnium malorum remedium fore credebant, ſi Marcio reditus in patriam decerneretur: & tota plebs vociferabatur, tribuníque legem de abroganda eius dānatione ferri cupiebant. Sed patricij illis aduerſabantur, quia nihil, quod ſemel fuiſſet iudicatum, irritum fieri volebant. Quum autem nullum ſenatuſconſultum factum fuiſſet, ne tribuni quidem rem amplius ad populum referendam exiſtimarūt: quòd ſanè mirandum eſt, cur nam ſenatus, qui antea Marcij adeò ſtudioſus erat, tūc tamen plebi eum reducere volenti aduerſatus fuerit. Vtrum *autem id fecerit* vt animos eius exploraret, an vt magis eius deſiderium accenderet, ſi ſe facilem quibuſli-

Marcius Labicanorum vrbe potitur.

Pedum vrbem Marcius vi cepit, ſimulátque ad muros appropinquauit.

Corbione per deditionē potitus Marcius.

Corioli ani Marcio ſe dedunt.

Marcius exercitū ducit aduerſus Bolas, vel potius Bouillas. vt pro Βῶλας legamus Βοΐλλας ex Stephano. Cæterùm, alij hæc verba, ἐν ὀλίγαις πάνυ ταῖς ἡγεμονίσι τῶν Λατίνων γένους πόλεσιν ἐξεταζομένην interpr. vnum è primariis Latini generis ciuitatibus numero perexiguis.

Bolæ ſeu Bouillæ à Marcio vi captæ.

Lauinium à Marcio oppugnatur.

Senatus antea Marcii ſtudioſus, cur plebi eum reducere volenti, aduerſatus putetur.

bet eius poſtulatis non præberet, an quòd vellet crimina ſibi falſò obiecta diluere, vt
ita ſe nullius facinoris ab illo patrati aut autorem aut ſociũ fuiſſe fidẽ facere, incertũ
eſt. Difficile enim erat ſecretum eius conſilium aſſequi coniectura. Marcius autem
his per quoſdam tranſfugas cognitis, vt erat iratus, ſtatim motis inde caſtris, Romam
cum copiis contendit, exercitus parte quãta opus erat ad Lauinij cuſtodiã relicta, &
mox ad foſſas Cluilias circiter quadraginta ſtadia ab vrbe diſtãtes caſtra poſuit. Cu-
ius aduentu in vrbe cognito, maximus exortus eſt tumultus, quaſi iam iam mœnia eſ-
ſent oppugnanda. Quare, alij ad muros correptis armis nullius iuſſu currebant, alij
ad portas conglobari ſine duce ferebantur, alij ſeruis armatis ad parietes domeſti-
cos ſtabant, alij arcem capitolinam & cætera loca vrbis munita occupabant, & mu- A
lieres ſolutis crinibus ad delubra templáque currebant; lugentes, & ſuppliciter à diis
petentes vt imminens periculum ab vrbe auerterent. Sed quum nox illa prçteriiſſet,
& diei ſequentis maxima pars, & nihil eorum quç timuerant, accidiſſet, ſed Marcius
quieſceret, nec quidquam moueret, omnes plebeij in forum concurrerunt, & patri-
cios in curiam vocarunt, & niſi reditum homini ſenatuſconſulto decreuiſſent, ſe ſi-
bi ipſis, vt pote proditis conſulturos dixerunt. Tunc igitur patricij, quum in curiam
conueniſſent, decreuerunt legatos ad Marcium mittere, quinque viros ex maximis

Legatorum ad Marcium miſſorũ nomina.

natu, illi chariſſimos, vt de pace & amicitia agerent. Legatorum autem ab illis le-
ctorum hæc fuêre nomina, M. Minucius. Poſtumius Cominius, Sp. Largius, P. Pina-
rius, & Q. Sulpicius omnes conſulares. Qui vbi ad caſtra venerũt, & Marcius eorum B
aduentum cognouit, ſedens cum nobiliſſimis Volſcorum & ſociorum in eo loco,
vnde maximè exaudiri poſſent ea quæ dicerentur, eos ad rem vocari iuſſit. Qui
quum ingreſſi fuiſſent, Minucius qui plurimum in ſuo conſulatu eius cauſa labo-
rarat, & plebi vehementiſſimè aduerſatus fuerat, exorſus talem habuit orationem.

Minucii, vnius ex legatis oratio ad Marciũ.

OMNES ſcimus, Marci, te iniuria à plebe affectum, qui turpis criminis reus pera-
ctus patria pulſus fueris, nec putamus mirandum eſſe quòd indigneris, & hanc ad-
uerſam fortunam iniquo animo feras. Hoc enim communi naturæ lege apud o-
mnes gentes eſt receptum, vt qui iniuriam eſt paſſus, ei ſit infenſus à quo eam acce-
pit. Verùm illud miramur quòd non recta ratione, nec prudenter inquiras quos vl-
ciſci & quos vindicare tibi conueniat, nec modum vllum in exigẽdis pœnis ſerues: C
ſed eodẽ modo inſontes, quo ſontes, & amicos quo inimicos tractes, immobiléſque
naturç leges violes, & iura diuina confundas, *& contra omnẽ pietatẽ facias*, atque adeò
ne recorderis quidem amplius tui ipſius, quibuſnam ortus parentibus, & quiſnã ſis?
& nos è patriciis natu maximi, tuíque ſtudioſiſſimi legati à rep. venimus, vt defen-
ſionem cum deprecatione mixtam afferamus, & nuntiemus quibus conditionibus
poſtulemus vt cũ plebe in gratiam redeas, prætereà vt iis de rebus te admoneamus,
quas & pulcherrimas eſſe, tibique maximè conducere putamus. Ac primùm quidem
de iure verba faciamus. Cõſpirauit in te plebs à tribunis cõcitata, & quibus eras for-
midabilis, te indemnatum occidere ſunt conati: ſed hoc ne fieret nos ſenatores pro-
hibuimus, effecimúſq; ne quid cõtra ius tũc patereris. Poſtea qui te interficere pro- D
hibiti ſunt, criminantes te in ſenatu ſibi maledixiſſe, diem tibi dixerunt, qua ad cau-
ſam dicẽdam apud populũ venires. Hîc quoque, vt ſcis, reſtitimus, nec te vel ſenten-
tiæ dictæ, vel orationis habitæ pœnas luere paſſi ſumus. Quũ autẽ hoc quoque cona-
tu fruſtrati fuiſſent, tandem nos adierunt, tibi tyrannidis affectatæ crimen obiicien-
tes: & tu ipſe ad hoc crimen refellendum venire non dubitaſti, quòd ab eius culpa
plurimùm aberas, & te plebis iudicio permiſiſti. At tunc quoque ſenatus ad fuit, &
tua cauſa multas preces adhibuit: cuiuſnã igitur mali, quod tibi acciderit, nos patricij
autores fuimus? & cur nos bello petis, qui tantam erga te beneuolentiam in tua
cauſa, periculóque tunc demonſtrauimus? imo ne plebem quidem totam te expul-
ſum voluiſſe ſatis conſtat, duobus enim tantùm ſuffragiis damnatus fuiſti. Quare, ne E
his quidem iure hoſtis eſſe potes, qui te vt inſontem abſoluerunt. Sed faciamus, ſi li-
bet, de totius plebis, & totius ſenatus communi ſententia in hoc infortunium inci-
diſſe, & tuum in nos omnes odium iuſtum eſſe, quid tamen damni mulieres, Marci,
tibi dederunt, vt bellum illis inferres? quod ſuffragium tulerunt contra te vt in exi-
lium pellereris? quam malam concionem aduerſus te habuerunt? Quod verò faci-
nus iniuſtum noſtri liberi aut fecerunt aut cogitarunt contra te, vt nunc illis immi-
neat periculum ſeruitutis, & aliorum malorum, quæ, ſi per vim vrbs capiatur, eos
paſſuros veriſimile? Nõ rectè ſentis, nec iuſtè facis, Marci, qui putas ita ſontes & ini-

» micos odio perſequendos, vt ne inſontibus quidem & amicis parcatur. Proculdubio
» igitur non cogitas quod virum bonum decet. Sed vt hæc omnia omittam, quid,
» per Iouem, reſpondere poſſes, ſi quis te interrogaret? quánam iniuria à maiori-
» bus laceſſitus eorum monumenta euertis, & honores illis ab hominibus delatos
» eripis? deorum verò aras, delubra & templa, ob quam iniuriam ab illis acceptam
» ira percitus diripis, incendis, ſubuertis, deóſque cultu ſolenni & legitimo priuas?
» quid ad hæc reſpondere poſſes? Equidem nihil video. Atque quod attinet ad ius,
» hæc & pro nobis, Marci, & pro ſenatu, & pro cæteris ciuibus, quos perdere cupis,
» nulla iniuria ab illis affectus, & pro ſepulcris, & templis, & vrbe, quæ te genuit, &
A educauit, dicta ſint. An igitur decebat omnes homines, & eos qui nullam tibi iniu-
» riã fecerunt, vnà cum ipſis cõiugibus & liberis tibi pœnas dare, ita vt funditus euer-
» terentur, omnéſque deos & heroes genióſque, ipſámque remp. & agros tribuno-
» rum dementiam luere, ita vt nihil exciperetur, quod horum malorum eſſet im-
» mune, & nihil inultum à te relinqueretur? Annon ſatis pœnarum ab omnibus
» iam exegiſti tanta cæde facta, tot agris igne ferróque vaſtatis, tot vrbibus funditus
» euerſis, tot feſtorum ſolennitatibus & ſacrificiis, & deorum geniorúmque culti-
» bus ſublatis, quibus multa loca fraudaſti, ita vt in iis nulli dies feſti celebrentur, nul-
» la ſacrificia fiant, nec diis honores legitimi ac debiti tribuantur: Equidem exiſtimo
» indignum viro, cui virtus quantulæcunque curæ eſt, ſi ſine vllo diſcrimine inimicos
B & amicos occidat, & grauem atque implacabilem iram gerat in eos à quibus aliqua
» iniuria fuerit affectus, præſertim verò ſi ſæpius pœnas de illis, eáſque acerbas ſum-
» pſerit. Hæc igitur ſunt quæ attulimus, tum vt nos ipſos purgemus, tum vt pro ple-
» be te deprecemur. De quibus verò honoratiſſimi quique te beneuolentię cauſa ſum-
» mo ſtudio monent, & quę tibi in gratiam cum patria redeunti pollicentur, hæc ſunt.
» Qua in re maximè potes, & in qua numen diuinũ tibi fauet, in ea moderatè te geras,
» & fortunæ beneficia prudenter diſpenſes, *hiſque ſapienter vtaris*, cogitãs res omnes
» eſſe mutabiles, & nihil vnquã in eodẽ ſtatu permanere ſolere: quidquid enim excel-
» lit, quando ad ſummum claritatis faſtigium euaſit, indignationem deorum effu-
C gere nequit, & rurſus ad nihilum redigitur. Hoc autem potiſſimùm accidit ſæuis
» ac ſuperbis ingeniis, quæ humanæ naturæ terminos tranſgrediuntur. Nunc au-
» tem tibi honeſtiſſimis conditionibus bellum deponere licet. Nam & totus ſenatus
» ad decernendum tibi reditum, & populus ad perpetui exilij mulctam lege ſancita
» abrogandã eſt paratus. Quid igitur vetat te ſuauiſſimo chariſſimóque neceſſariorũ
» tuorum conſpectu iterum frui, & patriam exoptandam recuperare, & impera-
» re, vt te decet, imperantibus, & duces ducere, & liberis nepotibúſque maxi-
» mam gloriam relinquere? Atque horum omnium promiſſorum mox mox præſtan-
» dorum nos tibi ſponſores ſumus. Nunc enim non deceret ex ſenatuſconſulto aut
» plebiſcito tibi quidquam æqui aut moderati decerni, dum caſtra contra nos poſi-
D ta habes, & te hoſtiliter geris, quòd ſi ab armis diſceſſeris, decretum de reditu
» tibi à nobis breui afferetur. Atque hæc ſunt bona quæ habiturus es, ſi cum pa-
» tria in gratiam redieris. Quòd ſi iraſci pergas, nec odium contra nos conceptum
» deponas, in multa & grauia incides mala, quorum duo, quæ maxima & cer-
» tiſſima ſunt, nunc dicam. Primùm, quia rem factu difficilem, imò verò quæ nul-
» lo modo fieri poteſt, improbè concupiſti, pop. rom. potentiam, ídque Vol-
» ſcorum armis, euertere. deinde, quia ſi res tibi feliciter ſucceſſerit, & voti com-
» pos factus fueris, id conſequutus eris vt omnium hominum miſerrimus exiſtime-
» ris. Cur autem hæc mihi in mentem veniant vt ita de te ſentiam audi me, Marci,
» nec mea dicendi libertate exaſperare. Ac primùm quidem conſidera te rem, quæ
E nullo modo fieri poteſt, aggredi. *Nam* pop. Rom. vt tu ipſe ſcis, multa iuuentute
» domeſtica abundat, quam (ſi ſeditio ſublata fuerit, quod fiet ob grauem huius
» belli neceſſitatem: omnes enim qui inter ſe diſſident, communis periculi metus
» conciliare ſolet) non ſolùm Volſci non vicent, ſed nec vlla quidem alia gens,
» quæ Italiam incolit. Magna quoque eſt Latinorum & aliorum ſociorum noſtræ
» vrbis colonorum potentia, quam totam propemodum, nobis auxilio venturam
» expecta. Duces verò tui ſimiles, tam ſeniores quàm iuniores tot nobis ſunt,
» quot vix in vniuerſis aliis populis: ſed longè omnium maximum auxilium, quod
» nunquam in aduerſæ fortunæ periculis ſpem noſtram fefellit, &, quod omnibus

humanis viribus eſt præſtantius, eſt deorum beneuolentia, quorum beneficio
ad hoc vſque tempus hanc vrbem octauam iam ætatem, non ſolùm liberam,
ſed etiam fortunatam, & multis gentibus imperantem incolimus. Nec nos cum
Pedanis, aut Tolerinis, aliiſque paruis populis, quorum oppidula occupaſti, con-
feras: nam & alius imperator te minor, & minoribus quàm tantis inſtructus co-
piis munitiones à paucis defenſas, & infirmas expugnare potuiſſet: ſed conſidera
vrbis amplitudinem, & rerum bello geſtarum ſplendorem, & numinis diuini fauo-
rem, quo ex parua ad tantam magnitudinem excreuit, tuáſque copias quibus fretus
rẽ tantã aggrederis, ne putes nunc alias eſſe factas: ſed bene memento te Volſcorum
& Æquorum copias ducere, quos nos ipſi, qui nunc viuimus, toties prælio vici- A
mus, quoties in bello nobiſcum congredi ſunt auſi. Quapropter cum deterioribus
aduerſus præſtantiores, & cum iis qui perpetuò vincuntur, aduerſus eos qui ſem-
per vincere ſunt ſoliti, te certaturum ſcito: quòd ſi contra ſe res haberet, illud
tamen mirandum eſſet, quomodo tu rei militaris peritus, ignores in periculis
non parem audaciam ſolere eſſe in iis qui pro ſuis fortunis dimicant, & iis qui
alienas inuadunt. Niſi enim iſtis res feliciter ſuccedat, leuem cladem accipiunt:
illis verò, ſi rem malè gerant, nihil fit reliqui. Atque hinc potiſſimùm fit vt ſæpe
maiores copiæ à minoribus; & præſtantiores à deterioribus clade afficiantur.
Vehemens enim eſt neceſſitas, & extremum periculũ poteſt audaciam inſerere vel
in eo in quo antea innata non erat. Plura afferre potuiſſem, quibus demonſtrarem B
te aggredi rem quæ fieri nullo modo poteſt, ſed tamen & hæc ſufficiunt. Vnum
adhuc mihi dicendum reſtat, quod ſi non cum ira, ſed ratione iudicaris, re-
ctè dictum putabis, & ad pœnitentiam factorum adduceris, quidnam autem illud
eſt? Nulli mortalium dij certam futurorum ſcientiam dederunt, nec poſt homi-
nes natos inuenias quemquam cui omnia ex animi ſententia ſucceſſerint, ita vt
nulla in re fortuna ei ſit aduerſata. Propterea homines, qui aliis antecellunt pru-
dentia, quam longa ætas & longa experientia adfert, antequam rem aggre-
diantur, euentum eius ſpectandum putant, non alterum tantùm, quem ſibi ipſi
optant, ſed eum etiam qui præter omnem expectationem accidere poteſt. Præ- C
cipuè verò duces bellorum, in quos quò res maiores eorum poteſtati permit-
tuntur, *eò magis* felicium, aut infelicium euentuum cauſæ ab omnibus con-
feruntur, deinde ſi nulla, aut leuia, aut pauca damna bellum parum feliciter
geſtum ſequutura videant, tunc demum rem aggrediuntur, ſin multa & magna,
ab incœpto deſiſtunt. Hoc tu quoque fac, & antequàm rem aggrediaris, conſi-
dera ſi in bello res tibi malè ſucceſſerit, nec omnia quæ ſperas conſequutus fue-
ris, quid tibi ſit euenturum. Accuſaberis à tuis hoſpitibus, quòd res aggreſſus
fueris multò maiores, quàm quæ à te fieri poſſent, & quum noſter exercitus,
rurſus eò veniet, illotúmque agrum vaſtabit (neque enim illos inultos manere
patiemur, qui nos iniuria priores affecerunt) horum alterutrum vitare non po- D
teris, quominus vel ab illis ipſis quibus calamitatum magnarum autor fueris,
turpiter interficiaris, vel à nobis, quos interfecturus & in ſeruitutem redactu-
rus huc veniſti. Sed fortaſſe etiam illi ante quàm aliquid mali à nobis patian-
tur, pacis nobiſcum faciendæ deſiderio, te ad ſupplicium dedere non dubitabunt,
id quod multi tam barbari quàm Græci in talem fortunæ ſtatum compulſi, facere
coacti fuerunt. Hæccine igitur parua & nullius momenti tibi videntur? hæcne
contemnenda ita vt quæuis extrema mala perpeti malis? Age, ſi res tibi ex vo-
to ſucceſſerit, quódnam admirandum & adeò exoptandum bonum conſeque-
ris? quam gloriam inde referes? Nam & hoc conſidera. Primùm quidem chariſ-
ſimis & neceſſitudinis vinculo tibi coniunctiſſimis priuaberis, matre miſera, cui E
pro partu & educatione aliiſque laboribus quos tua cauſa pertulit, haud præcla-
ram refers gratiam: deinde pudica coniuge, quæ tui deſiderio in ſolitudine &
viduitate totum diem noctémque tuum exilium deplorans contabeſcit, præte-
rea duobus filiis, quos ex bonis natos maioribus, illorum etiam honoribus glo-
rioſè in fortunata patria frui oportebat. Quorum omnium miſerum & infelicem
vitæ exitum ſpectare cogeris, ſi copias ad muros auſus fueris admouere: nulli
enim tuorum parcent ij qui ſuis timent, & qui eodem ſæuitiæ genere à te
tractantur. Sed à nullis tormentis, à nullis crudelibus facinoribus, à nullo de-

nique

» nique contumeliæ genere in eos exercendo ſibi temperabunt, vi ſuarum cala-
» mitatum *ad id* adacti, horúmque *malorum* non ipſi, qui hæc facient, ſed tu,
» qui illis hanc neceſſitatem impones, autor eris. Atque, ſi res tibi ex voto ſuc-
» ceſſerit, has voluptates percipies: laudem verò & æmulationem & honores,
» qui viris bonis ſunt expetendi, quos & quales ſis conſequuturus, vide. matrici-
» da diceris, filiorum interſector, vxoris nefarius percuſſor, & patriæ malus genius,
» nec ad ſacra, nec ad epulas, nec ad domeſticos lares, quocunque veneris, te
» quiſquam pius ac iuſtus volet admittere ita vt tecum horum ſit particeps, ac ſub
» eodem tecto tecum degat, & ne ipſis quidem diis charus, in quorum gratiam hæc
A facis, vt tuam in eos beneuolentiam demonſtres: ſed ſinguli percepta aliqua vti-
» litate ex tuis impiis facinoribus, ingenij tui arrogantiam odio proſequentur. Omit-
» to enim dicere, te præter odium æquiſſimi cuiuſque viri, quod tibi conciliabis,
» magnæ etiam æqualium inuidiæ, & inferiorum metui, & ob hanc vtranque cau-
» ſam inſidiis, & multis aliis iiſque grauibus moleſtiis, in quas omnes veriſimile eſt
» hominem amicorum præſidio deſtitutum, & peregri degentem incurrere, obno-
» xium fururum. Taceo etiam furias, quæ à diis, geniiſque immittuntur impiis &
» facinoroſis hominibus, à quibus, & anima & corpore excruciati, vitam miſeram
» perpetuò tolerant, & triſtem vitæ finem expectant. Hæc igitur conſiderans, Mar-
» ci, reſipiſcas, & iniuriarum à patria tua acceptarum memoriam deponas, omniúm-
B que malorum, quibus à nobis affectus fuiſti, aut quibus à te affecti fuimus, cul-
» pam in ipſam fortunam reiiciens lætus domum reuertaris, ad gratiſſimos matris
» amplexus, ad vxoris ſuauiſſima comitatis officia, ad liberorum dulciſſimos ample-
» xus *& ſalutationes*, & te ipſum pulcherrimum ornamentum patriæ debitum, quæ
» te genuit, & tantum virum educauit, reſtituas. Quum Minucius in hunc mo- *Marcii ad legatos Romanorum ad ſe miſſos reſponſio.*
dum loquutus fuiſſet, Marcius poſt paruam moram ſic reſpondit, TIBI qui-
» dem, Minuci, cæteriſque vobis vnà cum iſto à ſenatu legatis ego amicus ſum, pa-
» ratus ſiqua in re poſſum vobis benefacere, quia & antè quum ciuis veſter eſſem,
» & remp. adminiſtrarem, ſæpius atque opportunè mihi profuiſtis, & poſt meum
C exilium non eſtis me auerſati, fortunæ ſtatum in quo tunc verſabar, deſpicien-
» tes, quaſi nec amicis amplius prodeſſe, nec inimicis obeſſe poſſem: ſed boni &
» conſtantes amici perpetuò fuiſtis, matris meæ vxoris, & liberorum curam geren-
» tes, eorúmque calamitates veſtra diligentia & cura leuiores reddentes. Verùm,
» reliquis Romanis ſum inimicus, & cum illis bellum totis viribus gero, nec vn-
» quam eos odio proſequi deſinam, qui me pro multis & præclaris facinoribus, ob
» quæ meritis honoribus afficiendus eram, quaſi grauiſſimè rempublicā violaſſem
» turpiter patria expulerunt, nec matris meæ reuerentia, nec liberorum miſericor-
» dia moti, nec vllo alio humano affectu in aduerſa mea fortuna tacti. Quum igi-
» tur hoc ſciatis, ſi quid vos ipſi à me impetrare vultis, liberè mihi dicite, quia nul-
» lius rei quæ fieri poſſit repulſam feretis. Cæterùm, de amicitia & pace, ad quam
D ſpe reditus mihi propoſita cum pop. rom. faciendam me hortamini, agere deſi-
» natis. Scilicet enim vehementer mihi optandus eſt reditus in eam vrbem vbi vi-
» tium fert præmia virtutis, & ſontium pœnæ inſontibus infliguntur. Si quidem, eia
» per deos, dic mihi cuius iniuriæ cauſa ego hanc fortunam experior? aut ob cuius
» rei ſtudium meis maioribus indignum? Prima enim militia, ad quam iuuenis ad-
» modum ſum profectus, ea fuit quum contra reges vi reditum in patriam tentan-
» tes dimicauimus. Ex eo prælio ob ciuem ſeruatum, & hoſtem interfectum ciui-
» cam coronam mihi pro meæ fortitudinis præmio ab imperatore donatam retuli.
» deinde in aliis tam equeſtribus quàm pedeſtribus præliis, in quibus pugnaui, in-
» ſignem nauaui operam, & ex omnibus fortitudinis præmia retuli: nec vrbs vlla
E expugnata eſt quin eius mœnia ego primus, aut certè cum paucis aſcenderim,
» nec hoſtes in acie fugati ſunt, quin mihi potiſſimùm omnes, qui præliis inter-
» fuerunt, propria confeſſione victoriam acceptam retulerint, nec vllum aliud in-
» ſigne, aut forte facinus in bello ſine mea ſiue audacia ſiue felicitate editum eſt.
» Verùm, fortaſſe & alius vir fortis hæc quoque, licet non tam multa, de ſe iactare
» poſſet. Sed quis imperator, aut quis centurio vrbem à ſe captam gloriari poſſet,
» ſicut ego Coriolos cepi? aut quis idem à ſe eodem die hoſtium etiam copias fuſas
» ac fugatas, quemadmodum ego *fugaui* Antiatum exercitum, qui obſeſſis auxilio

veniebat?Non dicã enim me talibus & adeò egregiis facinorib. editis ex præda multum auri,multũ argenti, mancipia,iumenta,& pecus,& amplum ac fertilem agrum accipere noluiſſe, quamuis hoc mihi liceret, ſed ad inuidiam maximè vitandam me vnum tantùm bellatorem equum ex præda, & meum hoſpitem ex captiuorum numero cepiſſe, reliquas verò diuitias in commune delatas depoſuiſſe. Ob hæc igitur facta vtrum pœna an honoribus dignus eram? & vtrum *dignus eram* qui nequiſſimorum ciuium poteſtati *ac iudicio* ſubiicerer, an verò qui inferioribus iura redderem? Verùm, non propterea me plebs expulit, ſed quòd in reliqua vita intemperans, luxurioſus, & flagitioſus fuiſſem. At quis oſtendere poſſet aliquem ob meas flagitioſas voluptates aut patria exulare, aut libertatem amiſiſſe, A
aut bonis ſpoliatum eſſe, aut in aliam aliquam calamitatem incidiſſe? Imò ne inimicorum quidem vllus me vnquam accuſauit,nec me ob quampiam harum rerum eſt criminatus: ſed quotidianæ meæ frugalitatis, & vitæ inculpatæ omnes mihi teſtimonium dixerunt. At certè dixerit quis, tua illa ratio exoſa, quam in rep. adminiſtranda ſequi voluiſti, te in hanc calamitatem coniecit: quum enim liceret tibi meliorẽ partem eligere,*eique adhærere*,tamen deteriorem elegiſti *ac ſequutus es* & quidquid perpetuò aut dicebas aut faciebas, eò ſpectabat,vt patria reipub.per optimates adminiſtrandæ forma euerteretur, teíque publicæ gubernacula penes imperitum atque improbum vulgus eſſent.Imò verò, Minuci, contraria ſtudia ſum ſequutus, & ſemper prouidè operam dedi vt reip. cura penes ſenatum perpetuò B
eſſet, eiúſque priſtinus ac patrius ſtatus & diſciplina ſemper conſeruaretur. atque pro his meis præclaris ſtudiis, quæ maioribus noſtris æmulatione digna videbantur, felicem hanc & beatam gratiam patria mihi retulit.Non enim à plebe ſola, Minuci, ſed multò antè à ſenatu expulſus fui, qui principiò me inani ſpe erexit, quando tribunis tyrannidem ſibi aſtruentibus aduerſabar, mihíque promiſit ſe omnem iniuriam ac vim à me prohibiturum, & effecturum vt tutò degerem: ſed vbi neſcio quid periculi à plebe ſibi imminere eſt ſuſpicatus, me deſeruit, inimicíſque prodidit. Tu, Minuci, conſul tunc eras, quum ſenatuſconſultum de meo iudicio eſt factum, & quum Valerius ille, qui ſuadebat vt plebi dederer, vehementer ob ſuam orationem eſt laudatus, & quum ego,vetitus ne ſenatus ſuffra- C
giis damnarer, aſſenſi,& dicta mihi die vadimonium me obiturum ſpopondi. Eia igitur, Minuci, reſponde, vtrum etiam ſenatui dignus pœna ſum viſus ob optimas res à me in reipub. adminiſtratione geſtas, an plebi ſoli? Si enim omnes tunc de communi ſententia me expuliſtis, patet vobis omnibus quorum voluntate hæc facta ſunt, virtutem eſſe inuiſam, nec vllum eſſe in vrbe locum, qui honeſtatem ac probitatem capiat. Quòd ſi ſenatus coactus id plebi conceſſit, eiúſque factum neceſſitatis, non voluntatis fuit, certè eum ab improbis vinci ac regi, nulláque eius decreta autoritatem habere fatemini, & tamen vultis vt in talem ciuitatem reuertar, vbi meliores parent deterioribus?profectò me magnæ inſaniæ damnatis. D
Age, finge hoc mihi perſuaſum, méque facta pace, vt petitis, reuerſum,quis poſtea erit meus animus? quam vitam viuam? Vtrum tuta conſilia & omni periculo carentia ſequutus, & magiſtratus & honores & alia bona quibus me dignum iudico ambiens, fauorem vulgi, penes quod eſt horum dandorum poteſtas,aſſentationibus captare ſuſtinebo? Malus igitur ex bono fiam,& priſtina virtus nihil vtilitatis mihi afferet.an eoſdem mores retinens,idémque inſtitutum in rep. ſeruans aduerſabor iis quorum ſtudia erunt contraria?At nónne illud manifeſtum eſt, fore vt iterum plebs mihi bellum inferat,& alias pœnas de me ſumere velit? hoc ipſum crimen primum obiiciens me ſuo beneficio in patriam reſtitutum ſuis voluptatibus non inſeruire:non poteſt hoc negari. Exorireturdeinde aliquis alius,Icilio vel Lu- E
cio ſimilis,tribunus audax,qui accuſabit me,quòd diſſidia inter ciues ſeram,aut plebi inſidias ſtruam,aut *remp.*hoſtibus prodam,aut tyrannidem affectem, vt fecit Lucius,qui me eius criminis inſimulauit,aut aliam iniuriam faciam,quæcunque ipſi viſa fuerit.Inimico enim crimina nõ deerunt,& præter alia crimina hæc quoque breui obiicientur,quæcunque durante hoc bello à me facta ſunt,agros veſtros à me cæſos,prædam abactam,vrbes ereptas,& harum propugnatores partim interfectos,partim in hoſtium poteſtatem redactos.Hæc accuſatoribus obiicientibus, quidnam vt me purgem ipſis reſpondebo?aut quo vtar auxilio?Nónne igitur manifeſtum eſt,Minuci,vos ſpecioſa & ſimulata oratione vti,honeſto nomine nefarium facinus velantes?neque

» tes? neque enim reditum mihi datis: ſed hoſtiã me plebi reducitis, fortaſſe etiã inito
» hoc cõſilio, nã nihil boni ampliùs de vobis ſentire poſſum, aut, ſi mauultis (faciamus
» enim hoc ita ſe habere) ignari eorũ quæ ſum paſſurus. Sed quid veſtra ignorãtia aut
» ſtultitia mihi proderit? quia hoc, ne ſi velitis quidẽ, impedire poteritis: ſed hoc quo-
» que præter cætera in plebis gratiã concedere cogemini. Sedenim prolixiore oratio-
» ne minimè vtendũ arbitror vt demonſtrẽ, hunc, quẽ vos reditum vocatis, & quem
» ego exiſtimo celerem viam ad exitiũ, ad meã ſalutem tutandã nihil mihi profuturũ.
» Quòd autem nec ad bonã exiſtimationem aut honorem aut pietatem *mihi ſit profu-*
» *turus*, quando tu quoque horum, Minuci, mihi rationem habendam rectè faciẽs mo-
A nuiſti: ſed turpiſſimè, & maximè impiè ſim facturus, ſi veſtram autoritatem, conſi-
» liúmque ſequar, audi viciſſim. Ego Volſcorum hoſtis fui, & illos patriæ imperium,
» potentiam, & gloriam parans, multis iniuriis in bello affeci. Nónne igitur æquum
» erat me coli ab hominibus, de quibus bene eram meritus, & iis qui iniuria affecti fue-
» rant, odioſum eſſe? Imò certè, ſi quid eorum, quod fieri debuit, factum fuiſſet. Sed for-
» tuna hoc vtrunque inuertit, & voluntates in contrarium mutauit: vos enim, in quo-
» rũ gratiam illis erã inimicus, me meis bonis omnibus exuiſtis, & maxima cum con-
» temptione in nihilũ redegiſtis, atque abieciſtis. Hi verò tot cladibus à me affecti, me
» inopem, extorrem, & abiectũ, atque exulem in ſuis ciuitatibus exceperunt, nec con-
» tenti fuerunt hoc adeò inſigni & magnanimo facinore: ſed etiam mihi apud omnes
B ſuos populos, ius ciuitatis, & magiſtratus, & honores qui apud illos ſunt maximi
» dederunt. Cætera omitto, ſed nunc me cum ſumma ac libera poteſtate crearunt im-
» peratorem copiarum, quas extra fines patriæ emiſerunt, totiúſque reip. gubernacula
» meæ ſolius poteſtati commiſerunt. Age igitur, quónam animo hos poſſem prodere,
» qui me tantis honoribus ornarunt, nulláque vel grauiore, vel leuiore iniuria me af-
» fecerunt? Niſi fortè eorum beneficiis lædor, vt vos meis. Egregiam verò laudẽ mihi
» apud omnes mortales iterata proditio cognita afferret. Quis verò me non laudarit,
» ſi audierit me quum amicos, quos in me beneficia cõferre conueniebat, hoſtes com-
» petiſſem, inimicos verò, à quibus me perdi oportebat, amicos, quũ deberẽ odio pro-
C ſequi eos qui me oderant, & amare eos qui me amant, cõtrario fuiſſe animo? Eia igi-
» tur, Minuci, cõſidera quales nunc erga me ſint dij, & quales reliquo vitæ ſpatio futu-
» ri ſint, ſi veſtrum conſiliũ ſequutus fidẽ his datã prodidero. Siquidem nunc quicquid
» contra vos aggredior, illi in eo me iuuãt, & omnes mei conatus mihi feliciter ſucce-
» dunt, atque hoc quantũ putatis eſſe meæ pietatis argumentũ? Si enim ego bellũ nefa-
» riũ patriæ intuliſſem, omnes deos mihi omnibus in rebus aduerſarios eſſe oportuiſſet.
» Sed quoniam ſecunda fortuna in bellis mihi aſpirat, & quicquid aggredior, hoc fe-
» liciter mihi ſuccedit, patet me eſſe virum pium, & me honeſta conſilia ſequutum.
» Quid igitur ſi ſententiam mutem, & res veſtras augere, horum verò affligere coner,
» mihi continget? Nónne omnia his contraria mihi contingent? Nónne numinis diui-
D ni indignationem in gratiam eorum qui iniuria ſunt affecti, vindicem experiar? &
» quemadmodum ex humili, deorum beneficio magnus ſum factus, ſic contra ex ma-
» gno paruus fiam? & meis calamitatibus alij docebuntur? Atque hæc quidem mihi
» in mentem veniunt, quæ de diis ſentiam, & perſuaſum habeo formidabiles illas
» & inexorabiles Furias, quæ perſequuntur eos qui facinus aliquod impium patra-
» runt, quarum tu quoque, Minuci, mentionem feciſti, tunc meam animam cor-
» púſque ſequuturas, & cruciatibus vexaturas, quum ego deſeram prodámque eos,
» qui me à vobis perditum ſeruarunt, & qui poſt datam ſalutem multis præclariſ-
» que beneficiis cohoneſtarunt, quibus deos ſponſores dedi me non veniſſe vt vllo
» malo ipſos afficerem, meámque fidem, quam hactenus puram & impollutam
E ſeruaui. Dum autem, Minuci, eos adhuc amicos appellas, qui me expulerunt, &
» patriam quæ me abnegauit, & leges naturæ imploras, & de pietate diſſeris, id
» quod tritiſſimum eſt, & quod à nullo alio ignoratur, tu ſolus ignorare mihi vi-
» deris, amicum ab hoſte, neque ipſis faciei notis, neque nominis impoſitione
» diſcerni: ſed vſu & factis hoc vtrunque cognoſci. Omnes enim amamus eos qui
» nobis proſunt, eóſque odio proſequimur qui nobis obſunt: quam legem non ab
» aliquibus hominibus datam, nec ab illis vnquam abrogandam, ſi contrarium il-
» lis viſum fuerit, ſed à ſempiterno communis naturæ iure omnibus ſenſum ha-
» bentibus datam, & in perpetuum duraturam accepimus, & ideo amicis ami-

citiam ob acceptam iniuriã renuntiamus, & eos qui nobis antè erant inimici, ami-
cos facimus, ſiquod beneficium ab illis in nos collatum fuerit, & patriam noſtram,
quum nobis prodeſt, colimus, quum obeſt, deſerimus, quia non ob ipſum locum,
ſed propter vtilitatem eam amamus: neque verò ſoli priuati homines, ſed etiam
integri populi & gentes hac in re conſentiunt. Quare, qui talem opinionem habet
nihil à iure diuino alienum ſentit, nec quicquam facit contra commune omnium
gentium ius. Ego igitur dum meas ipſius res ago, me & res iuſtas & vtiles & hone-
ſtas, ſimúlque à maxima in deos pietate minimè alienas agere arbitror. Nec opus
eſt mihi hiſce de rebus homines ſumere iudices, qui veritatem coniecturis & opinio-
ne coniectant, ſiquidem res diis gratas facio. Nam non exiſtimo me, res quæ res fieri A
nequeant aggredi, quum in illis deos duces ſequar, ſi modò ex præteritis argumen-
tum de futuris ſumere licet. Quod autem attinet ad moderationem, ad quam me
adhortamini, rogantes me ne gentem Romanam radicitus euellam, néue funditus
vrbem totam euertam, poſſem, Minuci, dicere non eſſe hoc in poteſtate mea, neque
hanc orationem ad me eſſe dirigendam, ſed me quidem eſſe copiarũ imperatorẽ,
iſtos verò belli & pacis arbitros. Quare ab iſtis petite, ſiue inducias, ſiue pacẽ vultis,
non autem à me. Haud tamen hoc reſpõſum vobis do: ſed quia deos patrios veneror,
& maiorũ ſepulcra reuereor, & patriæ meæ & coniugum liberorúmque veſtrorum
commiſeratione moueor, in quos immeritos parentum ac maritorum peccata reci-
dent: quinetiam, Minuci, potiſſimùm in veſtrã gratiam, qui à pop. rom. legati fuiſtis B
creati hæc reſpondeo, ſi pop. rom. Volſcis omnem agrum quem illis ademit, & vrbes
quas occupat, reuocatis colonis reddat, & amicitiam perpetuam cum illis fa-
ciat, & in parem iuris libertatíſque conditionem, ſicut Latinos iureiurando inter-
poſito, & diris execrationibus in fœderum violatores adhibitis recipiat, pacem illi
dabo. Sed primùm hæc illi renunciate, & eodem modo quo apud me, apud illum
etiam de iure accuratiſſimè diſſerite præclarum eſſe vt vnuſquiſque ſua bona poſſi-
deat, & in pace viuat, & multi faciendum eſſe, nullum inimicum, vel tempus me-
tuere: turpe verò eſſe homini ob rerum alienarum cupiditatem bellum non neceſ-
ſarium ſuſtinere, in quo & omnes ſuas fortunas in periculum ſit adducturus: eíque C
præmia oſtendite, quæ rebus tam feliciter quàm infeliciter geſtis eos manent, qui
agros alienos appetunt. Hoc etiam, ſi vultis, addite, fore vt dum vrbes eorum qui
iniuria ſunt affecti capere vult, niſi vincat, ſuo etiam agro & vrbe ſpolietur, &
præterea vxores ſuas fœdiſſimè tractari, liberóſque ad contumeliam rapi, & parentes
extrema ſenectute ex liberis ſeruos fieri videat. Simul etiam ſenatum docete, eum
horũ malorum cauſſam culpámque, non in Marcium, ſed in ſuam ipſius dementiam
conferre debere, qui quum ipſi liceat iuſtitiam exercere, & in nullam calamitatem
incidere, malit tamen de ſumma rerum aleam iacere, dum perpetuò alienæ di-
tioni nimiùm inhiat. Habetis reſponſa à me, nihil aliud præterea expectate: ſed
abite, & quid vobis agendum ſit, conſiderate. Vobis autem ad deliberandum D
triginta dies concedo. Interea verò in tuam aliorùmque gratiam, Minuci, ex hoc
agro copias abducam. Si enim hîc maneant, magnum damnum accipietis. Cæ-
terum, ad trigeſimum diem, me ad accipienda reſponſa venturum expectate. Hæc
loquutus ſurrexit, conuentúmque dimiſit. Sequenti verò nocte circiter quartam
vigiliam motis caſtris in reliquas Latinorum vrbes exercitum duxit, ſiue quòd reue-
ra audiſſet aliqua inde auxilia Romanis ventura, vt tunc *Minucius* in ſua concione
dixerat, ſiue quod eum rumorem ipſe finxiſſet *ac ſparſiſſet*, ſiue etiam ne in hoſtium
gratiam à bello ceſſare videretur. Aggreſſus autem Longulam, eam ſine negotio
in ſuam poteſtatem redegit, & eodem modo quo cæteras *vrbes* tractauit, ci-
uibus in ſeruitutem abſtractis, rebúſque omnibus direptis, atque ita demum co-
pias in Satricanos duxit. Et quum huius vrbis incolæ non diu ipſi reſtitiſſent, hanc
quoque oppugnauit, prædámque vtriuſque vrbis à parte exercitus Ecettram ab- E
ſportari iuſſit, & ipſe cum reliquis copiis ad aliam vrbem nomine Setiam conten-
dit. Hac quoque in ſuã poteſtatem redacta, & direpta, in agrum Poluſcanorũ irru-
ptionem fecit. Quum autem Poluſcani ipſi reſiſtere non potuiſſent, eorum quoque
oppido vi expugnato ad alias vrbes iuit. Albietas igitur & Mugillanos expugnauit,
at Coriolanos facta deditione in fidem recepit. Quum autem intra triginta dies ſeptẽ
Latinorũ oppida in ſuam poteſtatẽ redegiſſet, Romã cum multò maiore, quàm an-
tè, exer-

Marcius aduerſus reliquas Latinorũ vrbes exercitũ ducit.

tè,exercitu petiit,& paulò lõgiùs quàm trigeſimo ab vrbe ſtadio in via quæ Tuſculũ
ducit,caſtra poſuit. Interea autem dum ille Latinorum vrbes expugnabat, ſibíque
adiungebat, Romani poſt longam de Marcij imperioſis poſtulatis conſultationem
habitam,tandem decreuerunt nihil indignum pop.rom.maieſtate facere, & ſtatue-
tunt vt ſi Volſci ex ſuo ſociorúmque & ſubditorum agro copias deducerẽt, & bello
depoſito legatos mitterent, qui de amicitia agerent, ſenatus de amicitiæ *fœderiſque
conditionibus* conſultaret, ac ſuum decretum ad populum referret: ſed quandiu in
ſuo,& ſociorum agro permanerent,& hoſtiliter ſe gererẽt, nihil mite aut humanũ
de illis ſtatueretur. Sẽper enim pop.rom.diligenter cauit,ne vnquã vlla imperata fa-
A ceret,néve hoſti prę metu cæderet:ſed aduerſariis fœdere cũ ipſis facto,& ſeſe ſuo im
perio ſubmittẽtibus,quicquid æqui peterent,cõcederet & largiretur. Atq; hanc ma
gnanimitatẽ in multis & magnis periculis,tã in externis quàm in ciuilibus bellis ad
noſtrã vſque ætatẽ pop.ro.cõſtanter ſeruauit.Quũ igitur ſenatus hæc decreuiſſet,&
decem alios legatos viros conſulares elegiſſet,eos miſit vt Marcium rogarent, ne-
quid graue,aut indignum pop.rom.maieſtate imperaret, ſed depoſitis inimicitiis,& *Legatio altera ad Marcium.*
copiis ex agro Romano abductis, oratione & verbis amicis hæc impetrare conare-
tur, ſi firma & perpetua inter hos duos populos fœdera facere vellet, quia quæ vel
neceſſitate aliqua, vel occaſione, ſiue à priuatis hominibus, ſiue à rebuſpub.extor-
B quẽtur,ſimulátque occaſio,aut neceſſitas ſublata eſt,ſtatim diſſoluuntur. Legati ve-
rò à ſenatu deſignati,ſimul atque Marcij aduentum audierunt,ad eum profecti,lon-
ga,ac blanda oratione eum in ſuam ſententiam trahere conabantur, ita tamen vt
vel in ipſis verbis pop.rom.dignitatem ſeruarent. At Marcius nullum aliud reſpon- *Marcius legatis ſecundò miſsis quid reſponderit.*
ſum ipſis dedit,ſed ipſis ſuaſit vt rebus ſuis meliùs cõſulerent, & intra triduum ad ſe
redirent.has enim ſolas belli inducias eos habituros. Quum autẽ illi ad hæc neſcio
quid reſpondere vellent,non eſt paſſus eos quidquam addere:ſed ocius eos ex caſtris
excedere iuſſit,minatus,ni ita feciſſent,eos à ſe vt exploratores tractatum iri. Illi ve-
rò cum ſilentio confeſtim ſe dederunt in viam. Vbi autem ſenatus ſuperba Marcij
reſponſa,& minas ex legatis audiſſet,ne tunc quidem copias extra fines agri Roma-
ni mittere decreuit, ſiue quod militũ ſuorum rei militaris imperitiam timeret, (eo-
C rum enim plerique erant tirones), ſiue quòd conſulum ignauiam (nulla enim indu-
ſtria, *aut fortitudo* ad res celeriter peragendas in illis erat) periculoſam arbitraretur
ad tantum certamen ſubeundum,ſiue etiam quòd ipſi aduerſaretur numẽ diuinum
& ab educendis copiis ipſum deterreret,ſiue etiam quòd auſpiciis,aut ſibyllinis ora-
culis, aut aliqua patria religione deterreretur, quorum ætas ea erat longè obſer-
uantior quàm noſtri ſeculi homines,ſed vrbẽ præſidiis diligentiùs firmare,& ex ipſis
munitionibus impetum hoſtium propulſare ſtatuit. Interim dum hæc geruntur, *Legatio tertia ad Marcium, è ſacris ordinis hominibus.*
& parãtur,nondum abiecta omni ſpe Marcij flectendi, ſi per maiorem & honora-
tiorem legationem eum oraſſet, decreuit vt pontifices, & augures, & cæteri ſa-
cerdotes omnes, quotquot publicorum ſacrorum ac rerum diuinarum curam ſibi
D à populo commiſſam gerebant (permulti autem apud illos ſunt ſacerdotes, &
deorum miniſtri, atque hi ipſi ſunt omnium nobiliſſimi, qui tum ob claros na-
tales,tum ob ſuas virtutes dignitatem *eam* obtinent) vnà cum ipſis inſignibus deo-
rum quorum ſacra celebrabantur,& qui *à pop.rom.*colebantur, & ſacris velati veſti-
bus,vno agmine hoſtium caſtra peterent cum iiſdem mandatis,quæ priores legati
ante tulerant. Qui vbi eò peruenerunt, & omnia ſenatus mandata expoſuerunt, *Marcius his quoque legatis quid reſpõderit.*
Marcius ne ipſis quidem quæ petebant conceſſit,ſed ſuaſit vt, aut reuerſi impera-
ta facerent,ſi pacem habere vellent, aut bellum ad ipſa vrbis mœnia venturum ex-
pectarent, edixitque ne qui in poſterũ legati ad ſe colloquendi gratia mitterentur.
At Romani,hoc quoque conatu fruſtrati, & omni ſpe pacis depoſita, ſe ad obſidio- *Romani ſe ad tolerandã obſidionem parant.*
E nem tolerandam parabant,ac validiſſimos quoſque iuuenes ad foſſas & ad portas,ve
teranos verò iam emeritos, qui adhuc ad labores ferendos idonei erant,ad mœnia
diſpoſuerunt. Eorum verò coniuges, vt imminente iam vrbi periculo, ex priuata-
tum ædium penetralibus, neglecto decoro, egreſſæ ad deorum templa currebant *Valeria, Publicolæ ſoror ſalutare conſilium matronis & toti reip.in obſidio ni metu ſuggerit.*
cum lamentis, & ſe ante ſimulacra volutabant, omníſque ſacer locus eiulatus
& mulierum ſupplicantium plenus erat, præcipuè verò Iouis Capitolini templum.
Tunc quædam earum & genere & dignitate cæteris antecellens, & tunc ætate
iam matura, ſummęque prudentiæ fœmina, nomine Valeria,ſoror illius Publicolæ

qui cum ſociis ſuis remp. à regum tyrannide liberarat, diuino quodam inſtinctu impulſa in ſumma templi crepidine conſtitit, & cæteras matronas aduocatas primùm eſt conſolata, animóſque earũ confirmauit, orans eas ne periculi magnitudine conſternarentur: deinde declarauit, vnam eſſe reliquam ſalutis publicæ ſpem, hãc verò in ipſis ſolis eſſe poſitam, ſi quæ eſſent facienda facere vellent. Tunc vna ex earum numero reſpondit. Et quomodo nos mulieres, quum ipſi viri hoc præſtare nequeant, patriam ſeruare poterimus? quas tantas vires nos inualidæ & miſeræ habemus? Non opus eſt (inquit Valeria) armis, non manibus (naturæ enim priuilegio horum immunes ſumus) ſed beneuolentia & verbis: poſtea ſublato clamore, & omnibus A
rogantibus vt declararet quódnam eſſet illud auxilium, tunc illa, Cum hac, inquit, ſordida & inculta veſte, aſſumptis quoque cæteris matronis Romanis, & allatis noſtris filiolis, eamus ad ædes Veturiæ matris Marcij: & depoſitis ante ipſius genua pueris, eam rogemus cum lacrymis, vt nos nullius mali autores, patriámque in extremis periculis verſantem miſerata, ad hoſtium caſtra progrediatur, nepotéſque ſuos, & eorum matrem, & nos omnes ducat. Sequamur enim eam cum filiolis noſtris: deinde filium ſuum ſuppliciter oret, precibúſque ab eo contendat nequam grauiorem calamitatem patriæ inferat. Nam ob eius lamenta & preces aliqua miſericordia hominem ſubibit, atque humanitas tanget, nam non adeò durum & crudelem animum habet, vt matrem ad ſua genua proſtratam volutari patiatur. B
Hoc conſilio ab omnibus quæ aderant probato, deos precata vt vim perſuadendi & gratiam ſuis precibus adderent, ex templo proceſſit, cæteræ verò eam ſequebantur, ac mox cum aliis matronis omnes magna frequentia domum Veturiæ, matris Marcij, adierunt. Quibus conſpectis Volumnia, Marcij vxor, prope ſocrum ſedens, admirata eſt, dixitque, Quid vultis mulieres? & cur tanta frequẽtia ad domum miſeram & afflictam veniſtis? Valeria reſpondit, In extremis verſantes periculis, tum ipſæ tum filioli ipſarum ſupplices ad te, Veturia, confugerunt, ſolum & vnicum auxilium *quod eſt reliquum* à te imploraturæ: primùm, vt cõmunis patriæ miſericordia mouearis, nec ei, quum in nullius vnquã poteſtate fuerit, libertatẽ à Volſcis eripi patiaris, ſi modò victores ei parcent nec funditus eã euertere conabũtur: deinde pro nobis ipſis C
& pro infelicibus his pueris te rogaturę, ne in hoſtiũ cõtumelias incidamus, nos, quę nullius veſtri infortunij cauſa ſumus. Si qua igitur manſuetudinis, ſiqua humanitatis particula in animo tuo eſt reliqua, miſerare Veturia, mulier mulieres quæ quondam eorundem ſacrorum ac eiuſdẽ religionis tecum participes fuerunt, aſſumptáque tecum Volũnia, bona muliere, eiúſque liberis, nobíſque ſupplicibus, quæ hos infantes, progeniémque iſtã portamus, ito ad filiũ: & ei perſuade, cúmque ora, nec deſine precibus ab eo cõtendere vt tibi hanc vnam gratiã pro tot beneficiis repoſcenti referat, vt nimirum pacem cum ſuis ciuibus faciat, vtque in patriã, à qua deſideratur, redeat. Rẽ enim ei (certò ſcias) perſuadebis, nec te ad ſuos pedes manere proſtratã vir pius patietur. Quòd ſi filium in patriã reduxeris, & ipſa immortalẽ gloriam cõſequeris (vt D
veriſimile eſt) quippe quę tãto periculo & formidine patriã liberaueris, & nos honoratiores apud maritos facies: quòd quã belli nubẽ ipſi diſiicere nõ potuerint, nos diſpulerimus: & progenies illarũ mulierum videbimur, quæ quũ bellũ inter Romulũ & Sabinos coortũ ipſæ ſua legatione ſedaſſent, & duces ac populos conciliaſſent, vrbẽ ex parua magnã fecerunt. Pręclarum eſt periculũ, Veturia, filium recipere, patriam liberare, ſuas ciues ſeruare, & immortalẽ gloriã poſteritati relinquere. Largire nobis lubẽs & alacriter hoc beneficiũ, & propera, Veturia. Iſtud enim periculũ iã imminẽs nec cõſultationẽ nec moras patitur. Illa igitur his dictis, & multis lacrymis effuſis, cõticuit. Lamentantibus autem & aliis mulieribus, & multas preces adhibentibus, Veturia poſt paruam morã, & lacrymas emiſſas reſpondit, Ad infirmam & exilem ſpem E
confugiſtis, Valeria, ad noſtram opem, nam ſumus miſeræ mulieres, quibus charitas quidẽ erga patriã adeſt, & voluntas ſeruandi ciues, qualeſcunque illi ſunt: ſed vires & rei peragẽdæ facultas deeſt. Marcius enim, Valeria, nos auerſatur, ex quo plebs eũ acerbo illo iudicio damnauit, & vnà cũ patria totã familiã odio proſequitur, hoc autem nõ ab alio quopiã, ſed ab ipſo Marcio acceptũ dicere vobis poſſumus. Quũ enim dãnatus iudicio, domum ab amicis deductus rediiſſet, & nactus fuiſſet nos lugẽtes & ſordidatas & miſeros filios ſuos in gremio tenentes, & gementes & (vt conſentaneum erat) deplorantes fortunam, in qua vitam tranſacturæ eſſemus, illo orbatæ, quúmque aliquantulum à nobis ſemotus ſine lacrymis, inſtar lapidis, & immotis

Valeriæ verba ad Veturiam Marcij matrẽ.

Veturia ad Valeriæ exhortationem quid reſponderit.

oculti

» oculis ſtetiſſet, Periit, inquit, vobis Marcius, ô mater, & tu quoque Volumnia, mu-
» lierum optima, à ciuibus expulſus, quòd eſſet vir generoſus, & patriæ amans,
» quódque pro ea multa certamina ſubiiſſet: quare, vt decet bonas mulieres, ita ca-
» lamitates ferte, nihil indecorum, nihil illiberale facientes, atque hos pueros
» meæ abſentiæ ſolatium habenres educate, prout veſtra veſtræque familiæ dignitas
» poſtulat, quibus vbi iam ad ætatem virilem peruenerint, dii dent fortunam me-
» liorem quàm patri, virtutem non deteriorem, & valete. Iam enim diſcedo relicta
» vrbe, quæ bonos viros amplius non capit, *nec ferre poteſt*. Vos quoque dij penates, &
» lares patrij, geniique huius loci præſides, valete. Quæ quum ille dixiſſet, nos infelices
A voces, quas dolor extorquebat, edentes, & pectora plangẽtes in eius amplexus rue-
» bamus, vt poſtremam ſalutationem ab illo acciperemus: atque horum puerorũ ego
» maiorem natu ducebã, mater verò minorem in vlnis geſtabat. At ille auerſus, & no-
» bis repulſis, inqoit: Nec tibi, mater, poſthac Marcius erit filius: ſed patria abſtulit tibi
» ſenectutis nutritorẽ, nec tibi ab hoc die in poſterum, Volumnia, maritus erit: ſed fe-
» lix eſto alium maritũ me fortunatiorẽ nacta, neque vobis, ò chariſſimi filij, pater ero,
» ſed orbi & ab omnibus deſtituti apud has vſque ad virilẽ ætatẽ educabimini. Hęc lo-
» quutus, quũ nec vllo modo ſuis rebus domeſticis proſpexiſſet, nec vlla mandata de-
» diſſet, nec, quò iret, dixiſſet, ſolus, matronæ, ſine ſeruo, egenus, & ne vnius quidẽ diei
» viatico de ſuis pecuniis aſſumpto, miſer ille domo diſceſſit, & iã hic eſt quartus annus
B ex quo agens in exilio, nos omnes à ſe alienas ſibique inimicas ducit, nihil ſcribẽs, ni-
» hil per nuncios nobis mittens *aut ſignificans*, nec quid agamus ſcite curans. Apud talẽ
» igitur animum, tam durũ, & inhumanum, quã vim, Valeria, habebunt preces noſtræ,
» quum nobis nec ſalutẽ dixerit, *nec amplexus* nec oſcula dederit, nec vllũ aliud comita-
» tis genus exhibuerit ex ædibus extremùm digrediens? Verũtamen ſi hoc quoque pe-
» titis vos matronæ, & omnino vultis nos rem indecorã facientes videre, fingite me &
» Volumniam vnà cũ *his* pueris apud eum eſſe, quid primùm ego mater illi dicã? qui-
» bus precibus filium precabor? dicite & docete me. An hortabor eum vt ſuis ciuibus
» parcat, à qoibus patria expulſus fuit, idque ob nullam illis factam iniutiã? an vt miſe
C ricordia & commiſeratione plebeiorũ commoueatur, à quibus nullam miſericordiã,
» nullam cõmiſerationẽ impetrare potuit? An vt deſerat & prodat eos à quibus exul
» humaniter eſt exceptus, qui multis & grauibus cladibus antè ab illo affecti, haud
» tamen hoſtile odiũ, ſed amicorum & cognatorũ beneuolentiam erga eũ oſtenderũt?
» quo animo filium rogabo vt eos à quibus perditus eſt amet, illis verò, à quibus ſalu-
» tem accepit, iniuriam faciat? Non ſunt hæc verba matris ſana mente præditæ ad fi-
» lium, nec vxoris, ea quæ oportet, conſiderantis, ad maritũ, nec vos matronæ cogatis
» nos hæc ab eo petere, quæ ſunt contra humanũ ac diuinũ ius, & contra pietatẽ. Sed
» nos miſeras, in ea fortuna, in quam incidimus, afflictas nihil aliud præter decorum
» facientes iacere ſinaris. Quum autem illa finẽ dicendi feciſſet, tantus eiulatus mu-
D lierũ eſt coortus, tantiſque gemitibus ædes perſonuerunt, vt longè per vrbẽ clamor
manaret ac exaudiretur, & turbæ concurſu vici ædibus proximi cõplerentur. Poſtea
& Valeria denuò maiore contentione prolixis & affectuum plenis precibus eſt vſa:
& aliæ matronæ, quæ vtrique harum mulierum vel amicitiæ vel cognationis vincu-
lo coniunctæ erant, earũ genua tangentes eas ſuppliciter orare nõ deſinebãt. Itaque
Veturia quũ illarum luctus ferre non poſſet, & multis precibus victa eſſet, dedit ma-
nus, & tandẽ pro patria legationẽ obiuit vt ipſis promiſerat, ducta ſecũ vxore Marcij
eiúſque filiis, & aliis ciuibus, quotquot ſequi voluerant. Illę igitur mirũ in modũ lętę,
diiſque inuocatis vt ſuæ ſpei fauerẽt, ex eius ædibus diſceſſerũt, & quid egiſſent cõ-
ſulibus nuntiarunt. Illi, laudata harom egregia voluntate, ſenatũ conuocarunt, & ad
E eum retulerunt de mulierum profectione, & an illis hoc concedendũ eſſet ſentẽtias
viritim rogarunt. Multa igitur verba & à multis *ea de re* dicta ſunt, & ad veſperũ vſ- De mulierum ad Marcium, profectione, ad ſenatum referunt conſules.
que quidnã eſſet faciendum conſultatum eſt. Alij enim vrbi periculum non paruum
imminere demõſtrabant, ſi mulieribus permitteretur vt vnà cũ liberis ad hoſtiũ ca-
ſtra irent. Nã ſi illis, contempta legationis & ſupplicũ iure ac neglecta pietate, mu-
lieres nõ amplius dimittere placuiſſet, ſeram vrbẽ ſine vllo certamine captum iri di-
cebant: ſenſebántque ipſis ſolis Marcij cognatis permittendum vt vnà cũ eius liberis
eò proficiſcerentur. Alij verò ne iſtis quidẽ exeundi poteſtatem permittendã cenſe-
bant, quinimò ſuadebant vt diligẽter hæ quoque pro obſidibus aſſeruarẽtur, & exi
ſtimandũ dicebant has tanquã ſponſores ſibi ab hoſtibus datas, ne quã grauiorem ca-

lamitatẽ reſp.ab illis acciperet. Alij verò ſuadebant vt omnibus mulieribus quæ *exi-*
re vellent,exeundi poteſtas daretur, vt maiore cũ autoritate Marcij cognatæ pro pa
tria deprecarentur.Quominus autem quidquã mali ipſis accideret ſpõſores futuros
dicebant,primùm quidẽ ipſos deos,quibus conſecratæ ſupplicaturæ erant, deinde
verò ipſum virum,ad quẽ ituræ erãt, cuius vita omnis iniuſti & impij facinoris pura
& ab omni labe aliena perpetuò fuiſſet. Hæc tamen ſententia, qua mulieribus ex-
eundi poteſtas fiebat,cum maxima vtriuſque laude vicit, ſenatus, propter pruden-
tiam,quòd optimè res futuras *& feliciter ſucceſſuras*,nihil periculi magnitudine deter-
rius,præuidiſſet: Marcij, propter pietatem, de quo quanuis hoſtis eſſet, certa ta-
men erat opinio eum in infirmam ciuitatis partem, ſi in ipſius poteſtatem veniſſet, A
nihil impiè patraturum.Facto autem ſenatuſcõſulto, conſules in forum progreſſi,&
conuocata concione,quum iam eſſent tenebræ,ſenatuſconſultum expoſuerunt, &
edixerunt vt omnes manè præſtò eſſent ad portas, vt mulieres exeuntes proſeque-
rentur, ſe verò interim res neceſſarias curaturas. Quum autem iam inſtaret crepu-
ſculum matutinum,mulieres filiolos ſecum ducentes ad Veturiæ ædes cum facibus
venerunt,& cum ea ad portas proceſſerunt. At conſules quũ mulas iugales,& plau-
ſtra,& alia vehiculorum quàm plurima genera paraſſent,eas illis impoſitas, illiſque
vectas longè ſunt proſequuti. Eas autem comitabantur cùm ſenatores, tum multi
alij ciues,qui & laudibus & precibus earum profectionem illuſtriorem reddebant.
Quum autem mulieres eò proceſſiſſent,vnde vel eminus ex caſtris facilè conſpici po- B
terant, Marcius quoſdam equites miſit, quibus imperauit vt cognoſcerent quæ-
nam eſſet illa turba ex vrbe egreſſa, & quæ eſſet eius aduentus cauſa. Quum au-
tem ex illis cognouiſſet,mulieres eſſe Romanas,quæ cum ſuis filiolis veniebant, &
matrem ſuam,& vxorem,liberóſque illis præire, primùm quidem mulierum auda-
ciam eſt admiratus, quæ hoſtium caſtra ſine virorum præſidio auſæ fuiſſent petere,
filios adducentes,nec vllam pudoris,qui ingenuas & pudicas mulieres decet, ratio-
nem amplius habentes, quominus in hominum inſuetorum conſpectum ſe darent,
nec metu periculorum territæ,in quæ incurrere poterant, ſi ſibi vtilitatem iuſtitiæ
anteponentibus, eas lucri facere, & in ſuum commodum conuertere placuiſſet. C
Quum autem iam propè eſſent,ex caſtris prodire,& cum paucis matri obuiam veni-
re decreuit, iuſſis lictoribus, ſecures quæ imperatoribus præferri de more ſolebant
deponere, & faſces, vbi ad matrem acceſſiſſet,demittere. Hoc autem Romani
facere ſolent, quoties minores magiſtratus maioribus obuiam eunt, quemad-
modum fit ad noſtram vſque ætatem. Quam conſuetudinem Marcius tunc ſer-
uans, quaſi maiorem poteſtatem conuenturus eſſet, omnia ſui imperij inſignia
depoſuit:tanta in eo viro reuerentia, & pietatis erga parentem cura fuit. Quum
autem iam propius alij ad alios acceſſiſſent, mater prior ad eum ſalutandum pro-
ceſſit, more lugentium ſordidata, oculos præ lacrymis tabefactos habens, miſera-
bilis admodum. Qua conſpecta, Marcius, qui hactenus fuerat rigidus, & adeò D
durus vt omnibus moleſtiis reſiſteret, non potuit amplius vllo modo in propoſi-
to manere: ſed humanis affectibus abreptus eſt, & eam amplexus ſalutauit, &
iucundiſſimis vocibus eam ſæpius appellauit, & diu flens, eámque exanima-
tam labantémque in terram, fouens ſuſtinuit. Poſtquam verò matris amplexi-
bus ſatis indulſit, vxore liberiſque ſalutatis: Bonæ, inquit, mulieris officium
feciſti Volumnia, quòd apud matrem meam manſeris, & quòd eius ſolitudinem
non deſerueris,mihi certè donum longè omnium iucundiſſimum es largita, *rémque*
omnium longè gratiſſimam mihi feciſti, quum vtrumque filium exoſculatus fuiſſet,ſalu-
témque conuenientem illis reddidiſſet, rurſus ſe ad matrem vertit,iuſſitque dicere
quid poſtularet,& quænam eſſet aduentus cauſa.Illa verò omnibus audientibus ſe id E
dicturam,& nihil impij petituram reſpondit, cúmque hortabatur vt in quo loco ſe-
dens turbæ ius dicere ſolebat,in eo ſederet. Id reſponſum Marcio pergratum fuit,
quòd *hoc modo* iuſtas rationes, quibus eius precibus occurreret, ſibi non defuturas
putabat,& coram multitudine ſe opportunè,& preclarè reſponſum matri daturum
ducebat. Ergo ad imperatoriũ tribunal progreſſus,primùm iuſſit lictores ſellam inde
auferre,& humi ponere,exiſtimans nõ oportere ſe in ſublimiori loco, quàm mater
eſſet,ſedere,nec cũ ea pro poteſtate vllo modo agere.deinde nobiliſſimis quibuſque
ducibus & centurionibus ſibi aſſidere iuſſis, & admiſſis quotquot adeſſe voluiſſent,
matri copiam dicendi fecit.Tum Veturia,quum Marcij vxorẽ & liberos & nobiliſſi-

Legatio ad Marciũ quarta,quæ eſt mulierum, duce Veturia, Marcii matre.

Marcius quanta reuerentia matrem proſequutus.

Marcius,matrẽ & vxorem legatione pro patria fungẽtes,vt exceperit.

mas

mas quaſque Romanas matronas *ante tribunal* ſtitiſſet, primũ oculis in terrã diu defixis fleuit,& illis qui aderant magnã miſericordiã cõmouit. deinde quũ ſe collegiſſet,ſic eſt loquuta, MVLIERES, fili Marci,cogitantes contumelias,& alias calamitates,in quas incident,ſi vrbs noſtra in hoſtiũ poteſtatẽ veniat,omni alio auxilio deſperato,quandoquidem earum maritis pacem petentibus ſuperba & dura dediſti reſponſa,adductis ſecum liberis, & hiſce lugubribus ac ſordidis amictæ veſtibus,ad me matrẽ tuã,& Volumniam vxorẽ tuam confugerunt, rogaturæ ne paterer ſe grauiſſimis calamitatibus à te affici,quæ nullã aut grauiorẽ aut leuiorẽ iniuriã nobis feciſſent,nec vllo modo in nos deliquiſſent:ſed magnã etiã,quũ ſecunda fortuna vte-

Veturiæ matris Marcij ad ipſum oratio, qua vt patriæ miſereatur rogat.

A remur,beneuolentiã nobis pręſtitiſſent,& quũ in hæc infortunia incidiſſemus,cũmiſeratione noſtrorũ malorum manifeſtè cõmotæ fuiſſent. Poſſumus enim illis hoc teſtimonium dicere,eas ex quo tu ex patria diſceſſiſti,& nos deſolatæ,& ad nihilũ redactæ relictæ fuimus,continenter ad nos veniſſe,noſtráſque calamitates conſolatas, & earum cõmiſeratione non ſine graui dolore cõmotas fuiſſe. Horũ igitur memores & ego,& tua vxor,quæ mecũ habitat,earũ ſupplices preces auerſatę non ſumus,ſed auſæ ſumus,vt nos rogabant,ad te venire,& pro patria deprecari. Dũ autẽ adhuc ea loqueretur,Marcius eius verba excipiens, REM(inquit)quæ fieri non poteſt, huc peritura veniſti,mater. Petis enim vt hoſpites meos iis prodã qui me expulerũt, & iis qui me omnibus meis bonis ſpoliarunt,eos qui bona,quæ maxima inter homi-

Marcij ad Veturiæ matris orationem reſponſum.

B nes habentur,benignè mihi ſunt largiti:quibus ego,dũ hoc imperiũ ab illis acciperẽ, & deos & genios ſponſores dedi,fore vt neque eorũ remp. proderẽ, nec bellũ deponerẽ niſi de cõmuni omniũ Volſcorum ſententia. Quapropter,tum metu deorum, quos colo,& per quos iuraui,tũ hominũ reuerentia,quibus fidẽ dedi,bellum cũ Romanis ad finẽ vſque gerã. Quòd ſi reſtituerint Volſcis agrũ eorum quẽ inuitis illis occupant,eóſque in amicitiã & parẽ iuris libertatiſque conditionẽ,vt Latinos, receperint,pacẽ illis dabo:aliter verò nõ. Vos igitur matronæ abite, atque hæc maritis veſtris dicite,& illis ſuadete ne res alienas,nimia earũ cupiditate capti per iniuriã retineãt,ſed ſatis ipſis ſit ſi detur frui propriis,néve expectẽt donec Volſci res armis ſibi

C ereptas,eodẽ belli iure illis extorqueant,& recipiãt. Victoribus enim nõ erit ſatis res ſuas tantùm recepiſſe:ſed fortunas etiã eorum qui victi fuerint,habere volent quòd ſi ſolita arrogantiæ pertinacia,res quę nihil ad ſe pertinent retinẽtes,quiduis perpeti malint,illis venturas calamitates aſcribire,eóſque accuſate,nõ Marcium, nõ Volſcos, nõ alium quempiã mortalium. Te verò,ô mater,viciſſim ego tuus filius oro,ne ſis mihi autor facinorum impiorum & iniuſtorũ,néve ab hominibus & mihi & tibi ipſi infenſiſſimis ſtans,*mihi ſuadeas* vt pro hoſtibus habeam eos qui neceſſitudinis vinculo mihi ſunt cõiunctiſſimi:ſed apud me remanens,vt æquum eſt, eandẽ quam ego patriã incolas,& domum quam mihi paraui,meiſque honoribus fruaris, meæque gloriæ ſis particeps, eoſdẽ tu quoque quos ego, pro amicis & cognatis & hoſtibus ha-

D bens:iámque iſtum luctum deponas,quẽ propter meum exilium,miſera,pertuliſti,& te ſqualore iſto vexare deſinas. Mihi enim, mater,cætera quidẽ bona multò præſtantiora quàm ſperare,& maiora quàm optare potuiſſem,tum deorum fauore,tum hominum beneuolentia contigerunt. Tui verò cura,cui in ſenectute nutricandi gratiã non retuli,in ipſis meis viſceribus inhærens,facit vt mihi vita peracerba ſit, nec illis præſentibus bonis me frui ſinit. Quòd ſi à meis partibus ſteteris, & rerum mearum omnium particeps eſſe volueris, nihil mihi amplius ad ſummã humanã felicitatem deerit. Quum autẽ finẽ dicendi feciſſet, Veturia,parua mora interpoſita, dũ circumſtantium ingens & multa laudatio ceſſaret,ſic eum eſt alloquuta, AT ego, fili Marci,nec vt Volſcos prodas poſtulo,qui te exulẽ humaniter exceperunt, & cũ aliis

Veturiæ altera ad Marcium filium oratio, qua eum tandẽ permouit.

E honoribus affecerunt,tum etiã ſuum imperium tibi cõmiſerunt. Nec volo vt contra conditiones,& iuſiurandũ,quo te illis obſtrinxiſti, quando imperiũ copiarũ accepiſti,ſine cõmuni conſenſu priuatim inimicitias deponas: neque exiſtimes matri tuæ deos ſic omnẽ mentẽ ademiſſe,tantæque dementiæ eam plenam eſſe,vt dilectum & vnicum filiũm ad turpia & impia facinora adhortari velit. Sed à te peto vt de communi ſententia ab armis recedas,autoritate tua inductis Volſcis vt ad æquas compoſitionis conditiones deſcendant,& pacem vtrique genti honeſtam & conuenietẽtem faciãt. Hoc autem fieri poterit,ſi nunc motis caſtris copias abduxeris, induciis in annum factis. Interea verò per legatos vltrò citróque commeantes,de vera amicitia in-

eunda,& firma pace facienda agere poteris. Et certò illud ſcias,populum romanum
quæcunque ſalua ſua maieſtate ac honore facere poterit, omnia verbis & precibus
adductum non grauatè facturum:ſed ſi cogatur quemadmodum nunc tu vis, nihil
vnquam vobis aut maius aut minus largiturum, quod cùm ex multis aliis potes co-
gnoſcere, tum ex iis quæ nouiſſimè Latinis conceſſit, quum ab armis receſſiſſent.
Volſci verò (vt iis ſolet accidere,qui nimia felicitate vtuntur)valde ſunt inſolentes.
Quòd ſi eos doceas qualemcumque pacem quouis bello potiorem eſſe,& amicorum
reconciliationem ſi ſponte fiat, ea firmiorem eſſe,quæ ipſa neceſſitate extorquetur:
& virorum eſſe prudentia præditorum, quum res ipſis proſperè ſuccedere viden-
tur,fortuna moderatè vti, in rebus verò aduerſis & afflictis, ad nullum inhoneſtum A
facinus ſe dimittere. Denique, ſi addideris cætera documēta, quæ ſunt inuenta
vt iſtis homines ad manſuetudinem & æquitatem alliciantur: quæ vobis res ciui-
les tractantibus optimè ſunt nota, ſponte de ſua illa ſuperbia remittent,qua nunc
efferuntur, & tibi poteſtatem dabunt faciendi arbitratu tuo quicquid è re ipſo-
rum fore iudicaris. Quòd ſi tibi aduerſentur, nec tuam orationem admittant,ela-
ti rebus tuo ductu auſpiciiſque feliciter geſtis, quaſi perpetuò fortunam propi-
tiam ſint habituri, eorum imperium palàm deponas, nec ſis proditor eorum qui
fide tua nituntur,nec hoſtis eorum qui neceſſitudine tibi ſunt cōiunctiſſimi: vtrun-
que enim eſt impium. Hæc igitur ea ſunt fili Marci, quorum cauſa veni, & quæ
peto vt mihi concedas: quæ non habent illas difficultates quas tu memoras, & B
quæ ab omni iniuſto ac impio facinore ſunt aliena, ita vt ea facere poſſis con-
ſcientiam tuam nullo modo lædens. Age verò, infamiámne times, ſi ea quæ tibi
ſuadeo feceris, ne ingrati animi in bene de te meritos redarguaris, qui te ſuum
hoſtem hoſpitio exceptum in partem omnium bonorum, quorum ciues nati ſunt
participes receperunt? hæc enim ſunt quæ ſemper verbis tantopere exaggeras.
Nónne igitur illis magnam & præclaram gratiam retuliſti, & infinita quadam be-
neficiorum magnitudine illorum beneficia ſuperaſti? Quibus,quum hactenus ſe-
cum præclarè actum iri, ſéque ſummum bonum adepturos exiſtimarent, ſi ſibi in
patria liberè viuere licuiſſet, non ſolùm hanc ipſorum libertatem conſtabiliſti,ſed
etiam effeciſti vt iam conſultent vtrum pop. rom. imperium euertere ſit ſatius,an C
conſtituta republica in iuris eius æquabilitatem recipi. Omitto enim dicere quot
ſpoliis ex bello relatis milites tuos ornaris, & quantas diuitias illis ſis largitus. Eos
igitur qui tua opera adeò creuerunt,& ad tantam felicitatem euecti ſunt, non putas
contentos fore præſentibus bonis,ſed tibi fore infenſos,& iniquo animo laturos niſi
etiā patriæ ſanguinē ipſorum manibus libaris ac effuderis?Ego certè non puto. Vnū
adhuc ſupereſt dicendū, quod ſi ratione ad iudicium adhibita cōſideres, multū apud
te valebit, ſi iram, parū :de iniuſto odio quo patriā proſequeris,neq; enim ſana erat,
nec patriis inſtitutis regebatur,quando te iniuſtè damnauit: ſed morbo laborabat,
magnáque tempeſtate iactabatur,neque totius tunc eadem fuit ſententia, ſed malæ D
partis quæ prauos duces ſequuta fuerat. Si verò non ſolùm peſſimis quibúſque, ſed
cæteris etiam ita viſum fuiſſet,& ab illis vt ciuis qui rempub.malè adminiſtraret,ex-
pulſus fuiſſes, tamen ne ſic quidem te iniuriarum à patria tua acceptarum memo-
rem eſſe,& vindictam quærere decebat.Nam & multis aliis optimè rempub.admini-
ſtrantibus idem accidit, rarique ſunt illi quorum apparenti virtuti ciuium æmulo-
rum inuidia iniuſtè aduerſata non fuerit. Sed omnes viri fortes, Marci,calamitates
humanitus & æquo animo ferunt, ſuáſque ſedes in alias vrbes transferunt vbi de-
gentes patriæ nullas moleſtias afferant.Quemadmodum etiam fecit Tarquinius co-
gnomine Collatinus(quod exemplum ídque domeſticum ſufficit)ille qui ciues ſuos
ex tyrannide in libertatem ſuorum ſociorum opera vſus vindicauit, & qui deinde E
falſò apud eos accuſatus fuit,quaſi mutato animo tyrannis fauens eos in patriam re-
ducere conaretur,quíque propterea in exilium pulſus fuit,& tamen omnem memo-
riam iniuriarum acceptarum ab iis à quibus fuerat expulſus depoſuit,nec cum tyrā-
nis arma reip.intulit,nec factis ſuis aduerſariorum calumnias confirmauit: ſed quū
in veterem noſtram patriam,Lauinium,ſe contuliſſet, ibi totum reliquum vitæ ſpa
tium beneuolus & amicus patriæ exegit. Faciamus tamen & concedamus eos qui
iniuriam acceperunt,non diiudicare vtrum is qui fecit iniuriam ſit amicus, an ini-
micus,ſed æquè omnibus eſſe iratos,an non ſatis pœnarum exegiſti ab iis qui te con-
tumelia affecerunt, qui fertiliſſimum eorum agrum vaſtaris, & pecori paſcuum fe-
ceris

» ceteris *ac deſertum reddideris*,& ſocias vrbes diripueris, quas multis laboribus quæſitas
» in ſuam ditionem redegerant,& tertium iam annum in magnam inopiam rerum ad
» victum neceſſariarum eos cōpuleris? ſed etiam immani & inſano furore impulſus ad
» illos in ſeruitutem abducendos, vrbémque euertendam venis? & ne legatos quidē à
» ſenatu miſſos tibi criminum abſolutionem, reditúmque in patriam afferētes, amicos,
» bonóſque viros es reueritus, neque ſacerdotes poſtremò ab vniuerſo populo miſſos,
» viros ſenes, qui ſactas deorum coronas *ornamenta ac inſignia* habebant, & prætende-
» bant: ſed iſtos etiam repuliſti ſuperbo & imperioſo reſponſo non aliter ac victis da-
» to. Equidem nullo modo laudare poſſum hęc dura, & ſupra modum ſuperba, & mor-
A talis naturæ terminos tranſeuntia poſtulata, quòd videam omnibus hominibus re-
» fugia inuenta eſſe, & deprecationes mutuarum offenſarum, preces ſupplices, & pre-
» cationes, & vt is qui fecit iniuriam ad eos qui eam ſunt paſſi humiliter confugiat,
» qui mos nobis à diis eſt conſtitutus, quo omnis ita mollitur, & odium quod eſſet ex-
» ercendum in inimicum, in miſericordiam conuertitur. Contrà verò, omnes qui ſu-
» perbi ſunt, & qui ſupplicum preces cum contumelia repellunt, in deorum indigna-
» tionem incurrere, & tandem in miſeras calamitates incidere animaduertimus. Nam
» ipſi dij, qui primi hunc morem conſtituerunt, nobiſque tradiderunt, facilè humana
» peccata condonant, faciléque hominibus reconciliantur: & iam multi quum graui-
» ter in eos deliquiſſent, precibus tamen & ſacrificiis iram *eorum* placarunt. Niſi fortè,
B tu Marci, æquum eſſe cenſes, vt deorum ira ſit mortalis, hominum verò, immortalis.
» Rectè igitur & ex dignitate tua feceris, ſi tu quoque ipſi patriæ ſaltem pœnitenti, &
» tecum in gratiam redeunti, & omnia, quæ antè tibi abſtulerat, nūc reſtituenti, crimi-
» na remiſeris, & condonaris. Quòd ſi in illam es implacabilis, at mihi, fili, hunc hono-
» rem & gratiam concede, à qua beneficia non parui pendenda accepiſti, & quæ nec
» alius quiſpiam ſibi vendicabit: ſed maxima & pretioſiſſima, & quorum ope cæte-
» ras res omnes paraſti, corpus & animam. Hæc enim à me es mutuatus, nec vllus lo-
» cus nec vllum tempus hæc mihi auferet, nec ipſorum Volſcorum, nec cæterorum
» omnium hominum beneficia & merita tantum valebunt, licet ſua magnitudine cœ-
» lum attingerent, vt iura naturæ à te obliterentur & negligantur: Sed meus eris om-
C ni tempore, mihíque omnium primæ gratiam acceptæ vitæ debebis, & quæ petam,
» mihi ſine vlla cauſatione concedes. Lex enim naturæ omnibus qui ſunt ſenſus & ra-
» tionis participes, hoc ius ſtatuit, quo freta, fili Marci, te oro ne bellum patriæ infe-
» ras, & tuæ violentiæ obſiſto. Aut certè vbi priùs me matrem tuam tibi aduerſantem
» furiis propria manu mactatam obtuleris, tunc bellum contra patriam incipe moue-
» re, aut parricidij piaculum reformidans matri tuæ cede, eíque, ô fili, hoc beneficium
» da vltrò ac libenter. Quum igitur hanc legem, quam nullum vnquam tempus ſuſtu-
» lit, auxiliatricem ſociámque habeam, indignum eſſe cenſeo, Marci, me ſolam hono-
» ribus mihi ab hac conceſſis per te fraudari. Sed, vt hanc legem omittam, conſidera e-
» tiam quot & quanta ſint mea in te beneficia, quæ commemorare poſſum: ſiqui-
D dem quum te pupillum à patre relictum accepiſſem infantem, tua cauſa in vidui-
» tate permanſi, & educationis labores pertuli, nec matris tantùm, ſed etiam patris,
» fratris, nutricis, ſororis, & chariſſimarum neceſſitudinum loco tibi fui. Deinde ve-
» rò, poſtquam ad ætatem virilem euaſiſti, quum mihi tunc liceret his curis liberatæ
» alteri nubere, alióſque liberos educare, & multa præſidia mihi parare, quibus ſene-
» ctutem meam nutritum iri ſperare potuiſſem, hoc tamen facere nolui: ſed in ea-
» dem domo manſi, & eodem vitæ genere contenta fui, in te vno collocatis meis vo-
» luptatibus & commodis, quibus me partim inuitus, partim ſponte fruſtratus es, &
» omnium matrum miſerrimam feciſti: quando enim vnquam, ex quo ad virilem æ-
» tatem mea opera perueniſti, ſine dolore aut metu vixi? aut quando animum hila-
E rem propter te habui, quum te viderem ſemper bella poſt bella parare, & prælia
» poſt prælia ſuſcipere, & vulnera poſt vulnera accipere? at fortaſſe ego mater tua,
» ex quo ad rempublicam eiúſque adminiſtrationem acceſſiſti, voluptatem aliquam
» propter te percepi: imò verò tunc potiſſimùm infelix fui, quum te ſeditione ciui-
» li iactari viderem. nam in quibus actis florere videbaris, & plebi pro optima-
» tum factione vehemens odium ſpirans aduerſabaris, hæc me terrebant pluri-
» mum, quia cogitabam paruo momento vitæ humanæ vicem mutari; multiſque
» rebus variiſque caſibus auditis, ſciebam diuinam quandam indignationem vi-
» ris illuſtribus aduerſari, aut quandam hominum inuidiam illis bellum face-

re. Rerum igitur quæ tibi euenturæ erant vera vates eram, atque vtinam nunquam fuiſſē. Ingēs igitur ciuium inuidia ingruens te oppreſſit, & ex patria expulit. Vita autē mea poſt hęc (ſi modò vita eſt appellāda) ex quo me deſolatā cū hiſce pueris relinquens abiiſti, in his ſordibus, & laceris, ac lugubribus veſtibus eſt traducta. Pro quibus omnibus beneficiis hanc vnā gratiā repoſco, ego quę tibi nunquā fui moleſta, nec in poſterū, donec viuā, ſum futura, vt cū tuis ciuibus in gratiā redeas, & tandē aliquando tuam implacabilē irā contra patriam ſeruare deſinas, poſtulans vt rē vtriqꝫ noſtrum, non autē mihi ſoli cōmodam concedas: nā ſi me audieris, & nihil grauius admiſeris, tibi cōtinget vt cōſcientiam purā ac impollutā, & ab omni ira ac terrore diuino liberā habeas. Et mihi viuēti ab omnibus meis ciuibus tū maribus tū fœminis habitus ho- A
nor vitam beatā faciet, & mihi defunctę delatus (vt eſt veriſimile) gloriam immortalē afferet. Et ſiquis eſt locus, qui humanas animas corpore ſolutas recipiat, non infernus ille & luce carēs *locus* animā meam excipiet, vbi ſceleratorū ſedes eſſe ferūt, nec cāpi quos lethæos vocāt, ſed ſublimis & purus æther, in quo diis genitos felicē & beatam vitā degere fama eſt. Quibus annunciata tua pietate, tuiſq; beneficiis, quibus à te ornata fuerit, ſemper tibi pręclarā aliquā remunerationē à diis petet. Sed, ſi matrē tuam contēpſeris, & cū ignominia dimiſeris, eqnidē quid tibi propterea ſit euēturū dicere nō poſſum, verūtamen tibi nihil fauſti prædico. Illud ſat ſcio, etiā ſi cęteris in rebus felix fueris (fingamus enim hoc quoq;) fore tamē vt dolor, quē mei meatúmq; calami-
tatū cauſa ſenties, te perſequuturus, animámq; tuam nūquam dimiſſurus, nullis bonis B
vitā tuam frui patiatur: neque enim Veturia graui & atroci contumelia, pręſentibus tot teſtibus affecta, vel minimū tēporis ſpatium viuere poterit. Sed in conſpectu omnium veſtrûm tum amicorū, tum inimicorū, mihi ipſi manus violentas afferā, graues imprecationes, diráſque Furias, quę meas iniurias vlciſcātur, tibi relinquens. Quā neceſſitatē, dij imperij Romani cuſtodes, auertite, & piā bonámque mentē Marcio date, & ſicut modò me aduentāre ſecures depoſuit, faſcéſque demiſit, ſellámque de tribunali in terrā tranſtulit, cæteráque inſignia, quibus ſūmi magiſtratus, *& imperatores* ornari ſolēt, partim minuit, partim penitus amouit, quòd omnibus notū facere vellet, decere quidē ſe in alios imperium habere, ſed ſe materno imperio ſubiectū eſſe oportere: ita etiam nūc honoratā & cōſpicuam me faciat, & cōmuni patria mihi donata, C
me ex infeliciſſima feliciſſimā omnium mulierū reddat. Et, ſi decet, &, ſi fas eſt, matrē ad filij genua procūbere, nec iſtū nec alium quemuis humilē habitum miniſteriúmue pro patriæ ſalute ſubire grauabor. Quū hęc dixiſſet, ſe humi proiecit, & manibus ambabus Marcij pedes amplexa deoſculata eſt. Quū autē illa ſe proſtrauiſſet, omnes mulieres ſimul ſublato clamore, gemitū & longū eiulatum ediderunt. Volſci verò qui in conſeſſu aderant eius ſpectaculi nouitatē ferre nō potuerunt, ſed oculos auerterunt.

Marcius matris precibus tandē victus, conſultat cū ea quidnam ſibi facto ſit opus.

Ipſe verò Marcius, quum ex ſella proſiluiſſet, matrique incubuiſſet, eam exanimatam erexit, amplexúſque eam, & multis lacrymis effuſis, ita eſt loquutus, Viciſti mater, ſed victoriā nec tibi, nec mihi felicē reportaſti: patriam enim ſeruaſti, ſed me filiū pium, tibique nimium indulgentē perdidiſti. Hæc effatus tentorium petiit, vxore, matre, fi- D
liiſque ſe ſequi iuſſis: ibi reliquū diei ſpatiū cum illis cōſultando quid faciendū eſſet, abſumpſit. Quæ autē illis viſa ſunt, hæc fuerunt. Vt de reditu nec ſenatus quidquā ad populū referret, nec ille quidquā ſtatueret priuſquā fœdus & pax, quæ cum Volſcis fieret, parata eſſet: ipſe verò motis inde caſtris exercitū vt per amicū agrū abduceret, redditáque ratione rerum in imperio à ſe geſtarum, ſuiſque beneficiis cōmemoratis, rogaret eos qui exercitum ſibi commiſerant, vt hoſtes in amicitiam potiſſimùm reciperent, & fœdera æquis cōditionibus facerent, cōmiſſa ſuæ fidei cura proſpiciendi vt pax æquis conditionibus & ſine vlla fraude fieret. Sed ſi ob res feliciter à ſe geſtas ſuperbia inflati pacem recuſarent, ipſe imperium deponeret. Aut enim ob inopiam boni ducis eos alium imperatorem creare nō auſuros *putabant*, aut, ſi temerè alij cui- E
piam copias cōmittere auſi fuiſſēt, magno ſuo malo cognituros quidnā eſſet è re ſua, & quidnā eligere debuiſſent. Hęc igitur ſunt de quibus illi inter ſe cōſultarunt, *& quæ decreuerunt* quæ & iuſta & pia eſſe iudicarūt, & de quibus omnes bene ſenſuros (cuius rei vir ille maximè erat ſtudioſus) exiſtimarunt. Sed turbabat eos quędā ſuſpicio cum metu cōiuncta, ne fortè inconſultū vulgus, ſpe aduerſariorū debellandorū iā cōcepta, ſe ea re fruſtratū, iræ impotēs iniquo animo ferret, deinde ipſū vt proditorē, vel ante cauſam dictā manu ſua perderet. Hoc tamē, & ſiquod aliud grauius periculū eſſet, illis fidē cū virtute ſeruātibus ſubeundū videbatur. Etiam ſole ad occaſū vergēte, poſt mu-
tuos

tuos amplexus, *& ſalutationes mutuas*, ex tentorio egreſſi ſunt, ac mox mulieres in vrbē
redierunt. At Marcius pro concione cauſa reddita cur ab armis eſſet diſceſſurus, mi-
litibúſque multum rogatis vt ſibi veniam darent, & domum reuerſi, beneficiorum
memores ſibi adeſſent, ne quid grauius ab aliis perpeteretur, & multis aliis verbis, quę
eorum animos allicere poterant, dictis, imperauit vt proxima nocte caſtra moturi ſe
ad profectionem pararent. Romani verò vbi cognouerunt ſe periculo liberatos
(rumor enim huius rei aduentum mulierum præuerterat) cum ingenti lętitia, relicta
vrbe extra currebant, & mulieribus obuiam ibant, eas ſalutantes, & canentes pœana,
& quæcunque præ gaudio aut faciunt aut dicunt homines, qui magnis periculis li-

Romani, matronis à legatione ad Martium redeuntibus, obuiam eunt.

A berati inſperatam felicitatem ſunt conſequuti: horum partim omnes ſimul, partim
ſinguli ſeparatim ſignificationem dabant. Illam igitur noctem in conuiuiis & oble-
ctationibus totam tranſegerunt: ſequenti verò die coactus à conſulibus ſenatus, vt de
honoribus Marcio decernendis ageret, rem eam in aliud tēpus magis opportunum
differendam eſſe cenſuit.

Matronis ob legationem feliciter peractā qui honores ſunt habiti.

Sed matronis, ob egregiam operam reipub. alacri animo
nauatam, quamprimùm debitas laudes reddendas, *& meritis honoribus ornandas*, & ad
perpetuam poſteritatis memoriam, hæc in publicas tabulas referenda, & quoduis a-
liud præmium quod ipſis foret gratiſſimum & chariſſimum, dandum cenſuit. quod
ſenatuſconſultum plebiſcito confirmatum eſt. Illis autem, poſtquam inter ſe conſul-
taſſent, viſum eſt nullum donum inuidioſum petere, ſed à ſenatu poſtulare, vt ſibi eius
B permiſſu liceret templum Fortunæ muliebri extruere, in quo pro reipub. ſalute ipſę
ſeorſum preces facerent, & quotannis eo ipſo die quo bellum diſpuliſſent, eò conue-
nientes ſacrificia peragerent. Ipſe autem S.P.Q.R. ſuo decreto curauit aream publica
pecunia emptam deæ conſecrandam, & in ea templum & aram ex præſcripto pon-
tificum extruendam, ſumptúque publico ſacrificia facienda, ſacra auſpicante matro-
na, quam ipſæ ad id ſacrorum miniſterium delegiſſent. Itaque, ex hoc ſenatuſcon-
ſulto Valeria, quæ ipſis legationis autor fuerat, & quę Marcij matri perſuaſerat vt ſe
in illa profectione adiuuare vellet, tunc prima ſacerdos creata fuit. Primum autem
ſacrificium mulieres pro populo fecerunt, Valeria auſpicāte ſacra ſupra aram in illo
loco conſecrato factam, antequam templum cōditum, & ſimulacrum erectum eſſet,
C menſe decembri ſequentis anni noua luna, quam Græci *νουμηνίαν*, Romani verò Ca-
lendas vocant: hoc enim die bellum finitū fuerat. Anno deinde altero poſt primum
ſacrificium, id templum publica pecunia ædificatum, abſolutum, cōſecratúmq; fuit,
quintilis menſis circiter ſextum diem, ex ipſo lunæ curſu: hic autem dies apud Ro-
manos eſt prid. non. quint. Qui verò ipſum cōſecrauit, fuit alter conſul Proculus Vir-
ginius. Non alienum autem fuerit à legibus hiſtorię, ſed maximè neceſſarium ad cor-
rigendam eorum opinionem, qui putant deos nec honoribus ſibi ab hominibus dela-
tis gaudere, nec impiis & iniuſtis facinoribus indignari, declarare manifeſtam illius
deæ præſentiam, quæ eo tempore apparuit non ſemel: ſed iterum, quemadmodum
in pontificiis libris eſt ſcriptum, vt illos quidem qui ſunt cautiores, in retinendis opi-
D nionibus, quas ab hominibus de numine diuino acceperunt, iſtiuſmodi propoſiti non
pœniteat, ſed in eo conſtanter permaneant. Illi verò qui patrios mores negligunt, &
qui res humanas diuina prouidentia regi negant, hanc opinionem potiſſimùm mu-
tent: at ſi morbo inſanabili laborant, multò magis ſint ipſis diis odioſi, & multò magis
infelices. Ferunt igitur, quum ſenatus ſuo decreto iuſſiſſet omnes impenſas in tēplum
& ſimulacrum, ex ærario ſuppeditari, & mulieres feciſſent alterum ſimulacrū de pe-
cuniis quas ipſæ contulerant, & vtrumque ſimul primo dedicationis die conſecra-
tum fuiſſet, alterum ſimulacrū, quod mulieres faciendū curarant, multis præſentibus,
Latino ſermone, voce quæ facilè intelligi poterat & clara, loquutum eſſe. Cuius vo-
cis iſte eſt ſenſus, ſi Græco ſermone *rem* interpreteris, Ὁσίῳ πόλεως νόμῳ γυναῖκες γαμε-
E ταὶ δεδώκατέ με. *i. ſancta reipub. lege matronæ me dedicaſtis*. Quemadmodū autem accidere
ſolet in nouis & inopinatis vel vocibus vel viſionibus, mulieres quę aderāt, valde du-
bitarunt, ne fortè non ſimulacrum eſſet, quod vocē humanam edidiſſet. Præcipuè ve-
rò illæ quę tunc in aliquam aliam rem animis intentę erant, quòd nō vidiſſent quid-
nam eſſet id quod vocē emiſerat, iis quę viderant fidem non habebant. Poſtea iterum
quum tēplum magna frequentia mulierū refertum eſſet, quúmq; fortè maximū eſſet
ſilentium, maiore voce idē ſimulacrū eadē verba protuliſſe ferunt, ita vt nullo modo
amplius *ea de re* dubitaretur. Senatus, his rebus cognitis, alia annua ſacra, & cultus ex
pontificū præſcripto decreuit. Mulieres verò ex *ſua* ſacerdotis ſententia morē con-

ſtituerunt, vt neque coronę huic ſimulacro imponerentur, neque manus ad id à mu-
lieribus quæ ſecūdas nuptias expertę fuiſſēt, admouerētur: ſed recèns nuptis honor
iſte deferretur, & huius cultus cura omnis iis cōmitteretur. Verū, de his rebus, nec ea
ſilētio præteriri quæ ab eius gētis domeſticis ſcriptoribus produntur, nec de iis pro-
lixiore oratione agi præclarū fuiſſet. Sed redeo vnde ad hāc narrationē ſū digreſſus.
Poſt diſceſſum mulierū ex caſtris, Marcius ſub diluculū motis caſtris exercitum vt per
amicum agrū abduxit. Et quum in Volſcorū fines ingreſſus fuiſſet, totámque prędam
quam ceperat, militibus dono dediſſet, & ne vel minimā quidem rē ſibiipſi reſeruaſ-
ſet, copias domum dimiſit. Exercitus igitur qui ad cādem miliriam cum eo profectus
fuerat, diuitiis grauis domum reuerſus, lubēter datam ſibi belli quietem accepit, ani- A
móque in eum beneuolo erat: eúmque venia dignum eſſe cēſebat, quòd materni lu-
ctus, precumque reuerentia motus finem bello non impoſuiſſet: at iuuētus quæ domi
remanſerat, militibus ob ingentē prędā inuidēs, & ſua ſpe fruſtrata, quam cōceperat,
ſi vrbe capta ſpiritus Romanorū cōtuſi fuiſſent, contra ducē exaſperabatur, & valde
acerbo in eum erat animo: & tandē aſſūptis in odij ſocietatē iis quorū maxima erat

Accius Tullus populariū ſuorū iras in Marciū acuit: deinde & cædem illi molitur.

autoritas in ea gente, efferata eſt, facinúſque impium patrauit. Sed præcipuè Accius
Tullus non paruam ex ſingulis populis ſuæ factionis manum circa ſe habens, iram in
eum concitauit. Is iam multo ante quum inuidiam cōtinere non poſſet, ſi Marcius re
feliciter geſta, & Roma expugnata, Volſcorúmque imperio ſubiecta reuerſus fuiſſet,
clam & per inſidias eum interficere decreuerat: ſi verò conatu ſuo fruſtratus, re in- B
fecta rediiſſet, eum vt proditorē ſuę factioni interficiendū tradere *ſtatuerat*: quod tūc
fecit: & cōtracta nō exigua manu hominē veris cōiecturis nixus, nō autem futura ex
futuris coniiciens accuſauit, iuſſitq; depoſito imperio belli à ſe adminiſtrati rationes
reddere. Copiis autē, quæ ad vrbium præſidium remanſerant (vt antè dixi) præerat &
conuocādæ cōcionis, & diem, ſi libuiſſet, dicendi & in iudicium vocādi, ius habebat.
Marcius verò contra neutrum horū dicendum eſſe cenſebat, ſed de horū ordine con-
tendebat, quia priùs rerum in bello à ſe geſtarū rationem reddere, deinde, ſi omnibus
Volſcis ita viſum fuiſſet, imperium deponere volebat. Horū autem iudicium & arbi-
triū nulli ciuitati (cuius maior pars à Tullo corrupta eſſet) cōmittendum cēſebat, ſed
vniuerſę gentis legitimis comitiis, ad quę illi, quoties de rebus maximi momēti con- C
ſultandū eſſet, è ſingulis populis conſiliarios mittere ſolebāt. At Tullus his repugna-
bat, quia probè ſciebat, virū diſertū, multarū & pręclararū rerū à ſe geſtarum rationē
reddentē, ſi in imperatoria dignitate manſiſſet, multitudini rem facilè perſuaſurū: &
nō ſolùm nullas proditionis pœnas daturū, ſed etiam multò illuſtriorem & honora-
tiorē apud eos futurū, & pacis arbitrio ſuo faciendę poteſtatē omnium conſenſu ha-
biturū. Et quotidianis rixis & mutuis altercationibus in cōcionibus & in comitiis in-
gēti cōtentione multū tēporis cōſumpſerunt. Nā ipſis factis neuter alteri vim afferre
poterat, quòd vterq; pari imperij dignitate eſſet munitus. Sed quū nullus cōtentionis
fieret finis, Tullus, die dicta Marcio, ad quam eum venire iubebat vt imperium depo-
neret, & proditionis cauſam ſuſtineret, & audaciſſimis quibuſdā viris ſpe præmiorū D
impulſis, vt facinoris impij duces eſſent, ad indicta comitia venit, & in mediū progreſ-
ſus in concionē aſcendit, & longa oratione Marciū accuſauit, &, niſi imperium vellet
vltrò deponere, populū eſt hortatus vt totis viribus id ei eriperet. Quū autē Marcius
ad cauſam dicendā *ſuggeſtum* conſcendiſſet, ingēs clamor à Tulli factione ſublatus eſt,

Marcius à Tulli factione indicta cauſa interficitur.

qui eum loqui prohibebat, & poſtea audaciſſimi quique cæde feri, vociferantes, eum
circumſiſtūt, & lapidibus tundētes ac obruentes interficiūt. Quū autē is in foro pro-
ſtratus iaceret, tā ij qui illum caſum viderant, quàm ij qui eo iam mortuo poſtea ve-
nerant, eius infortunium lugebāt, vtpote cui haud egregia gratia à ſe fuiſſet relata: re-
cenſentes omnia eius beneficia quæ in remp. cōtulerat. Et eos qui cædem patrarant
cōprehendere cupiebāt, quòd ciuitatibus impij & pernicioſi facinoris, hominē, præ- E
ſertim verò ducē, indita cauſa per vim interficiendi, autores ſuo exemplo fuiſſent. Sed
illi potiſſimùm qui eius ductu auſpiciiſque militarant, id iniquo animo ferebant, &
quoniam ei viuo ſuccurrere, eámque calamitatem ab eo propulſare nō potuerāt, de-
functo debitā gratiam referre ſtatuerūt, collatis in forū rebus quibuſcunq; opus erat

Marcius triumphali funere decoratur.

ad honorē viris bonis neceſſarium. Iámque rebus omnibus paratis, quū eum in lecto
ſplendidiſſimè ornato cū imperatoria veſte collocaſſent, lectóq; eius preferri iuſſiſſet
manubias, & ſpolia, & coronas, & imagines vrbium ab eo captarū, iuuenes fortitudinis
in bello ſpectatiſſimæ lectū humeris extulerūt. Et quū eū detuliſſet ad ſuburbiū quod
maximè

maximè erat inſigne,rogo iam conſtructo impoſuerunt,toto populo cum gemitu &
lacrymis funus proſequente,deinde mactatis ei victimis,oblatiſque omnium aliarum
rerum primitiis,quas homines in regum vel imperatorum exequiis ſupra rogum of-
ferre ſolent, ij quibus erat chariſſimus ibi remanſerunt,donec flamma langueſcens
ſubſideret,deinde collectas reliquias in eodem loco humarunt,tumulo excelſo ſupra
eas multorum manu congeſto,monumentóq; inſigni extructo.Marcius igitur huoc *Marcius quibus virtutibus præditus fuerit.*
habuit vitæ exitũ,vir qui omnes ætatis ſuæ homines virtute bellica ſuperauit, & qui
omnibus voluptatibus quæ iuuentuti imperaot ſuperior fuit, & qui iuſtitiam coluit
non legũ potiùs neceſſitate ob pœnæ formidinẽ,quàm ſponte ſua,quia ad hãc aptus
A natus erat,& ne inter ipſas quidem virtutis partes innocentiam ponendam eſſe cen-
ſebat,nec ſolùm ipſe ab omni improbitate vehementer alienus erat: verùm etiam a-
lios *ad idem faciendum* cogi æquum eſſe iudicabat, erâtque magnanimus ac munifi-
cus, & ad ſingulorum amicorum inopiaoi (quoties eam cognouiſſet) ſubleuandam
promptiſſimus,rebúſque bellicis nulli optimatum ſecũdus.Et niſi ciuilis ſeditio eius
ſtudiis actiſq; impedimento fuiſſet,reſpublica romana ex eius adminiſtratione maxi-
ma incremẽta cepiſſet,eiúſque auſpiciis imperium romanum maximè creuiſſet. Sed *Marcij virtutibus adiuncta quædam vitia fuerunt.*
fieri non poterat vt omnes virtutes in humana natura eſſent, nec vllus vnquam è
mortali & caduco ſemine vir abſolutè bonus naſcetur.Quum igitur deus has virtu-
tes illi largitus fuiſſet,alias infelices peſtes,& morbos perniciosos adiunxit. Non ine-
B rat enim eius moribus manſuetudo & hilaritas,nec in ſalutationibus & colloquiis a-
liorum comitas,nec ingenium facilè placabile, nec in affectibus moderatio, quoties
alicui iratus eſſet, nec gratia, quæ omnes humanas actiones ornat: ſed acerbus ſem-
per & aſper erat: atque hæc ei ſæpe in bellis obfuerunt, præcipuè verò illa immodi-
ca & nimiuoi rigida iuris legúmque obſeruantia, & nulla lenitate temperata ſeueri-
tas: videtúrque id verum eſſe qood ab antiquis philoſophis eſt dictum,morales virtu-
tes eſſe mediocritates,non autem extremitates, præcipuè verò iuſtitiam. Nam non
ſolùm ſi infra modum ſit, verumetiam ſi modum excedat, ipſis hominibus conduce-
re non ſolet: & interdum magnas illis calamitates affert, & eos in mortes miſerabi-
les & lues inſanabiles conicit. Marcio ſanè oihil aliud exilium attulit,cęterorúmque *Marcio quid exilium attulerit.*
C bonorum fructum abſtulit, quàm nimis accurata & ſeueta iuris obſeruantia. Quum
eoim plebeiis mediocriter cedere debuiſſet, eorúmq; cupiditatibus aliquid remitte-
re,& inter eos priocipem obtinere locum,id facere noluit: ſed quòd cõtra res omnes
iniuſtas diceret,odium ſibi cõtraxit,& ab iis eſt expulſus. Quum etiam Volſcorũ im-
periũ ſtatim ſimulatq; bellũ finitũ eſt,deponere ei licuiſſet, & aliò migrare, donec ei
reditus à patria concederetur,neque ſe inimicorum ioſidiis,& imperitæ multitudini
obiicere,quanuis hæc videret, facere tamẽ noluit: ſed quum exiſtimaret oportere ſe
ſui corporis copiam facere,ſéqoe reddendis rationibus obnoxium reddere iis qui ſi-
bi imperium cõmiſerant,rerúmque in imperio à ſe geſtarũ rationibus redditis,ſi ma-
leficij cõuictus eſſet,pœnas legibus ſtatutas ſubire,ſuæ illius nimis accuratæ iuris ob-
D ſeruantiæ haud pręclarã mercedẽ cepit. Si igitur vnà cum corporibus quę diſſoluun-
tur,& ipſa quoque animæ (quæcunque tandem illa ſit) diſſoluitur,& penitus interit,
neſcio quomodo beatos ducere debeam eos qui nollo virtutis fructu percepto, ob
eam ipſã tamẽ perierũt. Sed ſi animę noſtræ ſunt immortales (quemadmodũ nõnulli
opinãtur) aut ſi poſtquam corporibus ſunt liberatę,ad aliquod tẽpus durãt,virorum
quidẽ booorũ ad longiſſimũ,malorũ verò ad breuiſſimũ,ſatis magnus honor virtutis
ſtudioſos (quamuis fortuna his fuerit aduerſata) ſeqoi videtur, *nimirum* quòd à viuen-
tibus laudẽtur,eorúmque memoria diutiſſimè permaoeat: quod & illi viro contigit.
Nõ ſolùm enim Volſci mortẽ eius luxerũt,& virũ optimũ coluot: ſed etiam Romani, *Marciam Romani pariter & Volſci luxerũt, ac ſempiterna memoria coluerunt.*
vbi eius caſũ cognouerũt,magnã calamitatẽ à repub. acceptã putãtes,eũ priuatim &
E publicè luxerũt. Et eorũ matrooę vt mos eſt illis in luctu domeſtico,& oeceſſariorum
funeribus,depoſito auro & purpura,cæterúq; ornatu,atratæ ipſũ per annũ integrum
luxerũt: Quinetiã quũ ab illius caſu ad hoc vſque tẽpus iam quingẽti ferme anoi in-
terceſſerint, eius tamẽ memoria nõ euanuit: ſed ab omnibus vt vir pius & iuſtus ca-
nitur & celebratur. Periculũ igitur in quo Romani verſati fuerãt ob arma ipſis à Vol-
ſcis & Æquis, Marcij ductu auſpiciiſque illata, quum fuiſſet omoiũ ſuperiorum ma-
ximũ, quumque parũ abfuiſſet quin eo vel tota vrbs fũditus euerteretur, hũc habuit *Conſules, educto magno exercitu re infecta redierunt, tametſi hoſtes rei bene gerẽdæ maximam occaſionẽ præbuiſſent.*
exitũ. Paucis autẽ poſt dieb⁹ Romani cũ ingẽtibus copiis,amborum conſulũ ductu
vrbe egreſſi,& vſq; ad fines ſuæ ditionis progreſſi,caſtra in duobus collibus poſuerũt,

Digitized by Google

& vterque conſul in munitiſſimis locis ſeorſum conſedit: nihil tamen memorabile geſſerunt: ſed re infecta redierunt, licet hoſtes rei bene ac fortiter gerendę occaſionem egregiam illis præbuiſſent. Nam & antè Volſci & Æqui cum exercitu Romanum agrum inuaſerant, in animo habentes hanc occaſionem non prætermittere, ſed aduerſarios aggredi, donec eos adhuc perterritos eſſe exiſtimabant, quaſi præ metu deditionem eſſent facturi. Sed orta inter illos ſeditione de imperio, arma corripuerũt & alij in alios facto impetu conflixerunt, nullis ſeruatis ordinibus, nec expectato ſigno: ſed confuſè & promiſcuè, itavt magna hincinde ſtrages edita fuerit. Et niſi ſolis occaſus eos anteuertiſſet, tũc vno illo certamine omnes eorũ copiæ internecione deletæ fuiſſent: ſed quum nocti prælium dirimenti inuiti ceſſiſſent, dirempti ſunt alij A ab aliis, & in ſua quique caſtra ſe receperunt. Manè verò motis caſtris vtriq; domum redierunt. Cæterùm, conſules quum ex tranſfugis & captiuis, qui ex ipſo prælio aufugerant, audiſſent quanta rabies & furor diuinitus immiſſus hoſtes inuaſiſſet, nec viſi ſunt oblata optatiſſima occaſione, quũ triginta ſtadia non ampliùs ab illis abeſſent, nec diſcedentes ſunt perſequuti, quo tempore illos iam defeſſos & ſaucios, & paucos è multis reliquos, incompoſito agmine abeuntes, ipſi recẽtes, & inſtructa acie ſequentes, facilè occidione omnes delere potuiſſent. Sed ipſi quoque motis caſtris in vrbem redierunt, ſiue quòd præſenti fortunæ beneficio contenti eſſent, ſiue quòd ſuo tironum exercitui non fiderent, ſiue etiam quòd ne vel minimam quidem ſuorum militum iacturam faciendam cenſerent, quòd eos plurimi facerent, & chariſſimos haberent. B Reuerſi autem in vrbem valde ignominioſè ſunt accepti, & ob ſuum illud facinus ignauiæ nota notati, nec vlla ampliùs expeditione facta, ſequentibus conſulibus magiſtratum tradiderunt.

A. V. C. 267. conſſ. C. Aquilio, T. Siccio, bellum cũ Hernicis & Volſcis.

¶ ANNO inſequenti C. Aquilius, & T. Siccius, viri rei militaris periti, conſules fuerunt creati. Senatus autem conſulibus ad eum de bello referentibus, primùm decreuit vt ad Hernicos mitterentur legati, qui vt ab amicis & fœderatis pœnas legitimas repeterent. Nam populus romanus Volſcorum & Æquorum bello, quòd illi ſuis latrociniis & excurſionibus agros finitimos infeſtaſſent, iniuriam acceperat. Interim verò dum ab illis acciperent reſponſum, conſules quantum maximum poſſent exercitum conſcriberent, & ſociorum auxilia miſſis legationibus accerſerent, frumentum, arma, pecuniáſque, & res alias ad vſus bellicos neceſ- C ſarias magna hominum manu, & celeriter pararent. Quum autem legati reuerſi, reſponſa ab Hernicis accepta ipſis renuntiaſſent, eos negare fœdus vnquã publico conſenſu factum ſibi cũ populo romano interceſſiſſe, & fœdus cum rege Tarquinio ictum ſolutũ eſſe criminari, tum quòd ille regno fuiſſet ſpoliatus, tũ etiam quòd in peregrino ſolo *ac in exilio* obiiſſet: quòd ſiquæ rapinæ & excurſiones in agris à prædonibus fuiſſent factæ, de communi omnium ſententia negare factas: ſed hęc iniuſta facinora eſſe priuatorum hominum ſuis quęſtibus inſeruientium. Et ne illos quidem qui hæc patraſſent, à ſe ad ſupplicium poſſe dedi, & ſibi quoque alias eiuſmodi iniurias illatas dicere, & de iis viciſſim conqueri, & ſe paratos eſſe ad bellum lubẽter excipiendum. Senatus his rebus cognitis copias ex iunioribus conſcriptas trifariam diuidi iuſſit, & D C. Aquilium cum vna harum parte Hernicorum exercitui obuiam ire. Nã illi quoq; in armis iam erant: ſecundam ab altero conſule T. Siccio contra Volſcos duci. cum tertia verò parte quæ erat reliqua, Sp. Largiũ, qui à conſulibus præfectus *vrbis* fuerat creatus, agros vrbi proximos cuſtodire. Veteranos verò milites, qui ob ætatẽ militiæ erãt immunes, quotquot adhuc arma ferre poſſent, ſub ſignis diſpoſitos, vrbis arces & mœnia cuſtodire, nequa vis hoſtium repentina ingrueret, tota iuuentute ad militiam profecta. His autem copiis A. Sempronium Atratinum, virum conſularem præeſſe. Hæc autem omnia breui temporis ſpatio peracta ſunt. Aquilius igitur alter conſul in agro Prænestino copias Hernicorum ſe expectantes nactus, caſtra ſua poſuit ex aduerſo quamproximè illos potuit, ita vt paulo plura quàm ducenta ſtadia ab vrbe abeſſet. E Tertio verò die ex quo caſtra poſuerat, quum Hernici ex caſtris copias acie inſtructa in planitiem produxiſſent, & pugnæ ſignum dediſſent, ipſe quoque ſuas copias ordine & acie inſtructa contra eos eduxit. Quum autem alij ad alios propius acceſſiſſent, ſublato clamore concurrerunt. ac primùm leuis armaturæ milites, miſſilium iactu & ſagittis & lapidibus funda emiſſis pugnantes, & multa vulnera alteri alteris intulerunt, & acceperunt: deinde verò equites in equites facto turmatim impetu conflixerunt, & peditatus cum peditatu cateruatim pugnans. Tunc acriter pugnatum eſt, vtriſque fortiter dimicantibus. diúque ita manſerunt, quòd neutri alteris loco,

ris loco, in quo collocati fuerant, cederent. Deinde Romana acies laborare cœpit, quòd poſt longum temporis interuallum tunc primùm ad bellum proficiſci ac præliari coacta fuiſſet. Aquilius hac re animaduerſa, iuſſit eos qui adhuc erant recentes, & qui ad hoc ipſum reſeruabantur, partibus aciei laborantibus ſuccedere: eos verò, qui ſaucij & defeſſi erant, in vltimam aciem ſe recipere. At Hernici, vbi cognouerunt eorum cohortes moueri exiſtimarũt Romanos fugæ initium facere: & cohortati ſe inuicem dẽſo agmine in hoſtium fluctuantem aciem impreſſionem fecerunt. Romani verò, qui recentes erant, eorum impetum exceperunt, vtriſque autem ſtrenuè pugnantibus prælium atrox redintegratum eſt. Nam & ipſorum Hernicorum

A cohortes explebantur recentibus quos duces in defeſſorum locum ſubmittebant. Quum autem iam veſpertinum crepuſculum inſtaret, conſul cohortatus equites vt tunc viri fortes eſſent, ipſe cum equitum ala, cui præerat, in dextrum hoſtium cornu impetum fecit. Illi verò quum aliquantulum eorum impetum ſuſtinuiſſent, inclinarunt, atque ibi magna cædes facta. Itaque, dextrum Hernicorum cornu iam laborabat & loco cedebat, in quo fuerat collocatum: ſed læuum adhuc reſiſtebat, & dextrum Romanorum premebat, veruntamen hoc quoque non multo poſt loco ceſſit. Nam Aquilius cum fortiſſimorum iuuenum manu eò quoque celeriter ſubſidio venit, & animos eorum confirmabat, nominatim appellans eos quorum virtus in ſuperioribus præliis ſpectata erat, & ſigna cohortium, quæ ſegniùs pugnare videbantur, i-

B pſis ſigniferis abrepta in mediam hoſtium aciem coniiciebat, vt metus pœnæ *militaribus* legibus ſtatutæ, niſi ſigna recepiſſent, eos rẽ fortiter gerere cogeret: & ipſe ſemper, ſiqua pars ab hoſte premeretur, opem ei ferebat, donec & alteram partem loco pepulit. Denudatis autem lateribus, ne ipſa quidẽ media acies locum tenuit: ſed poſt hæc Hernici perturbatis ordinibus, effuſa fuga vallum petere cœperunt, & Romani illos cædentes inſequebantur. Tantáque animi alacritas exercitum Romanorum in illo prælio tunc inuaſit, vt nonnulli vel ipſum vallum hoſtium aſcẽdere conarentur, id à ſe primo impetu captum iri ſperantes. Quorum alacritatem nec tutam nec vtilem cernens conſul, ſuos receptui canere iuſſit, & eos inuitos à munitionum oppugnatione reuocauit, veritus ne de ſuperiore loco telis petiti cum ignominia & ma-

C gna clade pedem referre cogerentur, & gloriam ex ſuperiore victoria partam delerent. Tunc igitur (iam enim ſol ad occaſum vergebat) Romani læti & canentes pæana in caſtra ſunt reuerſi. Sequenti verò nocte ingens ſtrepitus & clamor ex caſtris Hernicorum exaudiebantur, & faces multæ cernebantur quæ collucebant: deſperantes enim ſe ad iterandum prælium poſſe ſufficere, caſtra ſpõte ſua deſerere iniuſſu ducum decreuerant: atque hæc fuerat confuſionis & clamoris eorum cauſa. Nam omnes pro viribus & celeriter fugiebant, & alteri alterorum auxilium implorabant, & negligebant gemitus ac preces eorum qui vel ob vulnera, vel ob morbos relinquebantur. Quum Romani id ignorarent, & ex captiuis antè audiſſent nouas Hernicorum copias ſuis ſubſidio venturas, & clamorem & tumultum ob illorum aduentum

D excitatum exiſtimarent, arma corripuerunt, vallóque corona militum cincto nequa vis repentina noctu ſibi afferretur, modò colliſis armis omnes ſtrepitũ edebãt, modò quaſi in prælium ruerent, crebros clamores tollebant. At hæc quoque Hernicis ingentem terrorẽ incuſſerunt, &, quaſi iam inſequente hoſte premerentur, diſperſi alij alias in partes fuga ferebantur. Quum autem dies illuxiſſet, & equites, qui exploratum miſſi fuerant, ipſis renuntiaſſent, nec vllas nouas copias hoſtibus auxilio veniſſe & eos qui pridie acie inſtructa pugnarãt fugiſſe, Æquilius educto exercitu hoſtium caſtra iumentis, commeatibus, & armis referta in ſuam redegit poteſtatem, & milites eorum vulneratos cepit non pauciores iis: qui fugerant & emiſſo equitatu in eos qui per vias & ſyluas diſperſi erant multos viuos cepit, atque poſtea Hernicorum *Aquilius caſtra Hernicorũ capit, & eorum agros populatus prædas abegit.*

E agros factis in eos excurſionibus populatus eſt impunè, quòd nullus amplius cum eo manus cõferre auderet. Atque hæc quidem ab Aquilio geſta ſunt. Alter verò conſul, T. Siccius, qui in Volſcos cum totius exercitus robore fuerat miſſus, in Veliternum agrum irruptionem fecit. Nam ibi erat Accius Tullus Volſcorum dux, qui florentiſſimum exercitum comparauerat, in animo habens Romanorũ ſocios primùm vexare, vt fecerat Marcius belli initio, ratus in eadem formidine Romanos adhuc verſari, nec vlla auxilia *ſociis* pop. rom. cauſa periclitãtibus miſſuros. Vbi verò copiæ apparuerunt, & in multum conſpectũ venerunt, ſine vlla mora conflixerunt: Locus autem, qui inter vtraque caſtra intercedebat, in quo pugnandum erat, tumulus erat *T. Siccius Aquilij collega in Volſcos miſſus, in Veliternum agrum irrumpit.*

ſaxoſus & variis in partibus ſalebroſus, vbi equitatus neutris vſui erat futurus. Quum
autem Romanorum equites id animaduertiſſent, ſibique turpe duxiſſent, ſi certa-
mini intereſſent, & nihil ſuis prodeſſent, vno agmine conſulem adierunt, eúmque
rogarunt, vt (ſi hoc illi optimum videretur) ſibi ex equis deſcendere, & pedeſtrẽ pu-
gnam committere permitteret. Ille verò quum eos valde laudaſſet, ex equis deſcen-
dere iuſſit, & inſtructos circa ſe habebat, vt inſpicerent quid faciendum eſſet, & labo-
ranti aciei parti ſuccurrerent: iſtíque illius valde inſignis victoriæ à Romanis tunc
partæ præcipui autores fuerunt. Nam tũc vtrorumque pedeſtres copiæ & hominum
numero ferme pares, & armaturæ genere ſimiles, & aciei inſtruendæ ratione, & pu-
gnandi peritia, & in inuadendo hoſte, & pede referendo, & in infligẽdis vitandíſque A
ictibus pariter exercitatæ erant. Volſci enim omnem ſuam militandi ac belligerandi
rationem mutarant ex quo Marcium ducem habuerant, & ad Romanorum mores
ſe accommodarant. Itaque ad multum diem acies æquo marte pugnarunt, & lo-
ci inæqualis natura vtroſque multum iuuabat, vt nunc horum, nunc illorum melior
eſſet conditio. At equites romani bifariam diuiſi, pars in hoſtium latus à dextro cor-
nu impreſſionem fecerunt, pars verò ſuperato collis ambitu in eorum terga cum im-
petu irruerunt. ac mox alij lanceas eiaculati ſunt, alij verò equeſtribus gladiis longio-
ribus eorum qui cum ipſis congrediebantur, brachia ferientes, & ictus ad ipſos vſque
cubitos infligentes, multorum manus repugnantes, aut corpora protegentes, vnâ
cum ipſis armis, quibus ſe protegebant ac defendebant, amputarũt: multorum etiam B
genua & talos profundis vulneribus conſauciantes, de firmiſſimo gradu ſemineces de-
iecerunt. Iámque Volſci malis vndique premebantur: nam à fronte pedites, à latere
& à tergo equites illis inſtabãt. Quamobrem, quum ſupra vires fortiter ſe geſſiſſent,
& multa audaciæ & peritiæ facinora edidiſſent, omnes fere qui in dextro cornu e-
rant, conciſi fuerunt. Qui verò in media acie, & altero cornu collocati fuerant, vbi
dextrum viderunt perruptum, & eodem modo Romanorum equites contra ſe ten-
dentes, explicatis ordinibus pedetentim vallom repetebant, & equites Romani eos
inſtructa acie ſequebantur. Vbi autem ad munitiones ventum eſt, equitibus vallum
variis in partibus caſtrorum aſcendẽtibus, acriter ancipitíque prælio iterum pugna-
tum eſt: laborantibus verò Romanis, conſul iuſſis peditibus allata materia foſſas re- C
plere, primus iuit cum fortiſſimis equitibus ad firmiſſimam caſtrorum portã, qua par-
te aditus dabatur: reiectíſque eius propugnatoribus, exciſiſq; portæ cataractis val-
lum eſt ingreſſus, peditéſque ſuos venientes recepit. At Accius Tullus cum robuſtiſ-
ſimis & audaciſſimis quibuſque Volſcis cum eo congreſſus eſt, multíſque fortibus fa-
cinoribus editis (erat enim ille quidem valde ſtrenuus bellator, ſed ad imperium pa-
rum idoneus) labore feſſus, multíſque vulneribus fatigatus cecidit. Caſtris autem ca-
ptis, cæterorum Volſcorum alij pugnantes conciſi ſunt, alij abiectis armis ſe ad victo-
rum ſupplices preces verterunt. pauciſſimi verò fuga ſeruati domum redierunt in-

Triumphi de Volſcis & Hernicis cõſulibus decreti, ſed nõ pares ambobus.

columes. His autem Romæ cognitis per nuntios à conſulibus miſſos, maximo gau-
dio populus eſt affectus, & ſtatim diis ſupplicationes & ſacrificia ad gratias illis pro re D
feliciter geſta agendas, conſulibus verò triumphi honorem, non tamen ambobus pa-
rem, ſed Siccio quidem, quia maiore terrore rẽpub. liberaſſe videbatur, inſolenti Vol-
ſcorum exercitu deleto, & eorum duce cæſo, maiorem triumphum decreuit. Ille ita-
que præclaris ſpoliis, ductíſque captiuis, militibúſq; victoriæ ſociis proſequẽtibus, vrbẽ
eſt ingreſſus curru inuectus, quem equi aureis phaleris ornati trahebant, regia indu-
tus veſte: vt in maioribus triumphis fieri ſolet. Aquilio minorem triumphum, quem
ipſi ouationem vocant, conceſſerunt. Declaratum eſt autem à me & antè quod eſſet
diſcrimen inter hunc, & maiorem triumphum. Hic autem ingreſſus eſt vrbem pedi-

Anno V.C. 268. conſſ. Proculo Virginio & Sp. Caſſio tertium, Æqui, Volſci & Hernici debellati.

bus cum reliqua ſua pompa. Atque hic annus ita finitus eſt. ¶ ANNO ſequenti
conſules creati Proculus Virginius, & Sp. Caſſius, tertiùm. Hi cum vrbanis ſociorúm- E
que copiis ad bellum ſũt profecti. Et ſortiti inter ſe prouincias, Virginio Æqui, Caſ-
ſio Hernici & Volſci obtigerunt. Æqui autem munitis oppidis, & chariſſimis quibuſ-
que rebus ex agris in oppida comportatis, agrum vaſtare & villas in ſuo conſpectu
incendi patiebantur, ita vt Virginius facillimè quantam maximam potuit eorum a-
gri partem ceciderit & vaſtarit, quúmq; nullus amplius exiret ad eum defendẽdum,
copias *domum* reduxerit. At Volſci & Hernici contra quos Caſſius erat profectus, a-
gri vaſtationem pati ſtatuerant, & in vrbes confugerant: haud tamen in ea ſenten-
tia permanſerunt, tum quia æquo animo ferre non poterant fertilem agrum vaſtari,

quem

Digitized by Google

quem nõ facilè amplius à ſe reparari poſſe ſperabãt, tum etiam quia ſuis munitionibus parũ firmis, in quas cõfugerant, minimè fidebãt: ſed legatos ad conſulẽ miſerunt, pacem petituros, primùm Volci, & faciliùs iſti pacẽ impetrarunt, pecunia cõſuli perſoluta, quanta imperata fuerat, & ſuppeditatis cæteris rebus quæ exercitui erant neceſſariæ, atq; hi promiſerunt fore vt pop. rom. imperio parerẽt, de nulla iuris æquabilitate cum eo amplius cõtendentes. deinde Hernici, vbi ſe à cæteris deſtitutos viderunt, de pace & amicitia cũ cõſule egerũt. At Caſſius lõga oratione apud legatos accuſata eorũ gente, reſpõdit prius illis facienda, quę populos victos & ſubactos facere decet, ac ita demũ de amicitia agendũ. Quum autẽ legati dicerent ſe facturos quod
A fieri poſſet, & quod moderatum eſſet, illis aliquot mẽſium pecuniam, quæ militibus viritim pro ſtipẽdio numerari ſolet, & cõmeatus in vnum menſem imperauit, ad quę facilius parãda aliquot dierũ præſtituto tẽpore, illis inducias cõceſſit. Quum autem Hernici omnia celeriter & alacriter illis miniſtraſſent, & legatos de amicitia acturos iterum miſiſſent, Caſſius eos à ſe laudatos ad ſenatũ remiſit. Patribus poſt longã conſultationẽ placuit eos in amicitiã recipi: verùm, de cõditionibus & legibus fœderum Caſſium conſulẽ cognoſcere, eáſque cõſtituere, & quicquid illi placuiſſet, id à ſe ratũ haberi. Facto hoc ſenatuſc. Caſſius in vrbem reuerſus triumphum † maiorẽ agere volebat, quòd maximas gẽtes ſubegiſſet, gratia potiùs hunc honorẽ vſurpãs quàm iure capiens: ſiquidẽ quum nec vllas vrbes expugnaſſet, nec vllas hoſtium copias acie fo-
B ris fudiſſet, nullos captiuos aut ſpolia, quibus triumphus ornari ſolet, in põpa traducturus erat. Itaque hoc primùm arrogãtiæ opinionẽ ei conciliauit, & quòd præter alios ciues ſe ita extolleret, inuidiam ei cõflauit. Impetrato autẽ triumpho, pacis Hernicis datæ conditiones protulit. Hæ autẽ tranſcriptę erant ex Latinorũ fœdere, quas iniquo animo ferebãt maximi natu & honoratiſſimi quique, cúmque ſuſpectum habebant, quia indignum cenſebant Latinis cognatis ſuis Hernicos alienigen..s honore æquari, & eos, quorum ne vel minima quidem merita erga populum rom. extarẽt, eiuſdẽ humanitatis eſſe participes, cuius homines optimè de eo meriti, & ſpectatiſſimæ beneuolentiæ. Et eius ſuperbiam moleſtè ferebant, quòd quum ſenatus hunc honorem ei habuiſſet, viciſſim patribus eundem honorẽ non detuliſſet, nec de cõmuni
C patrum ſententia, ſed arbitratu ſuo ſcriptas pacis cõditiones protuliſſet. Ita nimia felicitas † homini eſt periculoſa & detrimẽtoſa. Hæc enim multis inſanæ ſuperbię clàm eſt cauſa, & cupiditatum humanã naturam excedentium illis eſt autor: quod & illi viro accidit. Nam tribus conſulatibus, & duobus triumphis ipſe ſolus hominum ætatis ſuæ à pop. rom. honoratus elatius ſe gerebat, & † tyrannidem affectabat. Cogitans autem, regnum vel tyrannidem affectantibus, longè omnium facillimam, & tutiſſimam eſſe viam quæ multitudinis fauorem aliquibus beneficiis conciliaret, eámque ex manibus eius qui publica largitur, res ad victum neceſſarias accipere aſſueſaceret, ad hanc ſe conuertit, & mox re cum nullo communicata (erat enim amplus quidam ager publicus neglectus, & à ditiſſimis occupatus) hunc ſtatuit plebi diuidere. Et niſi
D vlterius progreſſus fuiſſet, atque ſi his fuiſſet contentus, fortaſſe res ei ex animi ſententia ſucceſſiſſet. Iam verò quum plura affectaret, ſeditionẽ non paruã excitauit, ex qua infelix exitus ei cõtigit. Volebat enim & Latinos in agri deſignati partẽ recipere, & Hernicos recens ciuitate donatos, harúmque gentium fauorẽ ſibi hoc pacto conciliare. Hæc in animo habens, poſtridie eius diei quo triumphauit, plebem ad cõcionem conuocauit, & quum in ſuggeſtum proceſſiſſet, vt mos eſt iis qui triumpharunt, primùm rationẽ rerum à ſe geſtarum reddidit, cuius hęc erãt capita: primo, ſuo conſulatu Sabinos de principatu *cum pop. rom.* contendentes prælio à ſe victos, populique romani imperio parere coactos: ſecundo, ciuilem ſeditionem ſedatã, plebémque in patriam à ſe reductã, & Latinos pop. rom. cognatos, ſed ſemper eius imperij & gloriæ
E æmulos, ęquo ciuitatis iure illis impertito, à ſe patrię conciliatos, ita vt Romã nõ amplius aduerſariam, ſed patriam vocarẽt: hoc autẽ tertio, Volſcos ex hoſtibus amicos fieri à ſe coactos, & Hernicos gentem magnã & potentem, & pop. rom. vicinã, ita vt ei plurimum & obeſſe & prodeſſe poſſet, ſe autore vltrò deditionẽ feciſſe. Quum igitur hæc atq; his ſimilia recenſuiſſet, rogauit plebẽ vt animũ ad ſe aduerteret, quòd ſibi prę cęteris reſpub. maximæ curæ eſſet, & in poſterum futura eſſet. In fine autem orationis ſuæ pollicebatur ſe tot tantáque beneficia in plebem collaturũ, vt ſuperaturus eſſet omnes qui ob ſuum amorem in plebẽ, & eius ſalutis ſtudium laudabãtur, ídque breui ſe facturum dicebat. Dimiſſa concione, & ne minimo quidem tẽporis

Apud Dionyſium legimus μείζονα; id eſt, maximũ. verum, alij interpr. triumphum ſecundum, perinde ac ſi non μείζονα, nec μέγιστον, ſed δεύτερον legiſſent. Eſſe tamen μείζονα verâ lectiõ nõ credibile eſt. quòd huic ſuperlatiuo reſpondere videatur quod ſequitur; ὡς τὰ μέγιστα τῶν ἐθνῶν κατεστραμμένος.

Caſſius, ambitioſiore triumphi vſurpatione, & liberaliore Hernicorum tractatione, ſenatum à ſe alienat.

Vel potiùs, vt alij interpret. Ita nimia felicitas homini periculoſa fuit. *vt datiuus ἀνθρώπῳ de Caſſio peculiariter intelligatur: vt paulò poſt de eo dicit τῷ ἀνδρὶ ἐκείνῳ.*

Magis ad verbũ, principatu ſolus potiri cupiebat. *hic enim nõ τυραννίδος dicit, ſed μοναρχικῆς ἐξουσίας: quã poſtea in regnum & tyrãnidem diuidit.*

Caſſius plebe conuocata res à ſe geſtas commemorat.

Caſſius ſenatu in curiam conuocato, ſuam mentem, quam pl bi celauerat, in mediu profert.

ſpatio intermiſſo,ſequenti die ſenatũ in curiã cõuocauit, rerũ expectatione erectũ,&
metu perculſũ ob concionẽ ab illo habitã: & antequam aliud quidpiã diceret,ſuum
cõſilium quod apud plebẽ celauerat in mediũ protulit,rogãs patres,vt,quando plebs
tum in afferenda libertate,tum etiam ope ſua in parãdo in alios imperio reipub.adeò
vtilis fuiſſet,eius rationẽ haberent,diuiſo agro qui bello partus verbis quidẽ publicus
erat, ſed re ipſa patriciorum impudentiſſimorũ,& qui eum nullo iure occuparant:&
frumenti à Gelone Siciliæ tyranno ſibi dono miſſi(quod,quum gratis debuiſſet om-

Caſſio adhuc in ſenatu loquente, ingens tumultus excitatus.

nibus ciuibus diuidi,pauperes emerãt)pretia emptoribus ex ærario redderẽt. Adhuc
autem eo loquente ingens tumultus eſt excitatus, omnibus indignantibus, & eius o-
rationẽ iniquo animo ferentibus.Quum autẽ ille finẽ dicendi feciſſet, Virginius eius A
collega,longa oratione in eum eſt inuectus,quòd ſeditionẽ in rempub.introduceret:
& ex aliis ſenatoribus maximi natu & honoratiſſimi quique, ſed præcipuè Appius
Claudius, & ad multas horas inter eos exacerbatos, non ſine amarulentiſſimis cõui-

Caſſius continuatis concionibus, fauorem plebis ſibi conciliat, de diuidendis agris agens.

ciis,altercatio durauit. Diebus qui ſequuti ſunt, Caſſius cõtinuatis concionibus ple-
bis fauorem ſibi conciliabat, & de diuidendis agris agebat,& prolixiore oratione in
aduerſarios inuehebatur. At Virginius quotidie coacto ſenatu,de cõmuni patrũ ſẽ-
tentia viciſſim contra eum præſidia legitimáque impedimẽta parabat,& vterque in-
gentẽ aſſeclarũ globum ad corporis ſui cuſtodiam habebat. Ac inopes quidẽ ſordidi,
& ad quoduis facinus audendũ prõpti Caſſium ſequebãtur, eiúſque latera ſtipabant:
nobiliſſimi verò quique & puri *ac honeſti viri* Virginij partibus adhærebant. Itaque, a- B
liquandiu pars deterior in cõcionibus alterã ſuperauit,quòd altera numero lõgè ma-
ior eſſet. Sed æquatis partibus,quum tribuni meliori ſe adiunxiſſent,fortaſſe quòd è
repub.eſſe nõ videretur largitionibus & agrorũ publicorum diuiſionibus plebẽ cor-
ruptam,otioſam & improbam eſſe: fortaſſe etiam inuidia moti quòd huius beneficij
ipſi,qui erant tribuni plebis,autores nõ fuiſſent,ſ. d alius. Nihil tamẽ vetat quominus
id fecerint quod eius viri incrementũ maius quàm reipub.expediret,formidarent. Iſti
igitur iam totis viribus in cõcionibus aduerſabantur legibus quas Caſſius ferebat,do-
centes plebẽ minimè æquum eſſe res multis bellis ab ipſo partas, nõ ſolùm pop.rom.
diuidi, ſed Latinos quoq; ex æquo participes earum fieri,qui bellis nõ interfuiſſent,
& Hernicos recens in amicitiam receptos,qui armis ſubacti,præclarè ſecũ agi putare C
deberent,quòd agro ſuo priuati non fuiſſent. At plebs hæc audiens, modò tribuno-
rum verbis aſſentiebatur: (quia videbat fore vt parua quædam & nullius pretij por-
tio agri publici vnicuique obtingeret,ſi Latini quoque & Hernici in eius partem ſe-
cum admiſſi fuiſſent) modò verò popularibus Caſſij concionibus inducta,ſentẽtiam
mutabat,quaſi patriciis ipſam tribuni proderent, & ca ſam intercedendi honeſtam
prætexerent,hanc Hernicorũ & Latinorum *in agri diuiſione* portionis æquabilitatem,
quam ille pauperum potentiæ cauſa ſe lege confirmaturũ dicebat,& ſi quis vnquam
res datas auferre voluiſſet,prohibiturum:ſatius ac tutius exiſtimans ſi multi exiguam
portionẽ acciperent & æquè poſſiderent, quàm ſi multa ſperarent, & omnibus fru-
ſtrarẽtur. Quum igitur his Caſſij cõcionibus ſæpe vulgus flecteretur, progreſſus vnus D
tribunorum C. Rabuleius, vir minimè ſtolidus,ſe conſulũ diſſidium breui ſedaturum,
& plebi quid eſſet faciendum demonſtraturum,promiſit. Quum autem ingenti vo-

C. Rabuleius ſgratiam inter conſoles contẽtionem quomodo dirimẽdam cenſuerit.

ce ei acclamatum fuiſſet, factúmque poſtea ſilentium, Nónne, inquit, Caſſi,& tu Vir-
gini,hæc legis ſunt capita,vnum,an ager publicus viritim ſit diuidendus,alterum an
Latini & Hernici in partem eius ſint admittendi? Quum autem illi aſſenſi fuiſſent,
ſint igitur hæc: ille porro, Tu,inquit, Caſſi,vis hoc vtrunque populi ſuffragiis ſanci-
ri: tu verò Virgini,per deos obſecro, dic nobis vtrum alteram tantùm Caſſij ſenten-
tiæ partem,quæ ad ſocios attinet, abrogas, exiſtimans Hernicos & Latinos in parti-
bus capiendis nobis non eſſe æquandos? an etiam alteram abrogas cenſens ne nobis
quidem ipſis diuidenda ea quæ ſunt publica? ad hoc enim mihi reſponde nil diſſimu- E
lans. Quum autem Virginius reſpondiſſet ſe contra illam Latinorum Hernicorúm-
que æquabilitatem portionis dicere, *eique aduerſari*: ſed ciuibus(ſi ita omnibus vide-
retur)agros diuidi permittere, tribunus ad turbam cõuerſus inquit, Quoniam igitur
altera ſententiæ pars ambobus conſulibus placet, & contra alterã ab altero dicitur,
quum vterque ſit pari honore præditus,nec alter alterum poſſit per vim cogere,quod
ab vtroque nobis conceditur,iam accipiamus,id verò de quo inter ſe ambigunt,in a-
liud tempus differamus. Plebe autem ei,vt optimè monenti, acclamante,& po-
ſtulante vt tolleretur ex lege pars ea quæ pareret diſſidiũ,Caſſius cõſilij inops, quum
nec ſen-

nec ſententiam mutare vellet, nec in ea tribunis intercedentibus permanere poſſet,
tunc quidem cõcionem dimiſit: diebus verò inſequentibus aduerſã valetudinẽ ſimulans, nõ amplius veniebat in forũ, ſed domi ſe cõtinens id agebat & moliebatur, vt per
vim legẽ perferret, & Latinos & Hernicos quàmplurimos poterat, ad ſuffragia accerſebat. Illi verò frequentes conuenerunt, & breui tota vrbs hoſpitibus eſt repleta. Virginius, his cognitis, voce præconis per cõpita edici iuſſit, vt omnes quibus in vrbe non
eſſet domicilium excederẽt, nõ magno tẽporis ſpatio præſtituto. Caſſius verò contrarium edici iuſſit, vt qui haberẽt ius ciuitatis, permanerẽt donec lex eſſet perlata. Sed
quum *contentionis* nullus finis fieret, veriti patres ne res ad arma & manus veniret, né-
A ue cætera fierent quæ in ſeditioſis comitiis, dum lex per vim fertur, accidere ſolent,
conuenerunt in curiam de omnibus hiſce rebus ſemel decreturi. Appius primus rogatus ſententiam, non patiebatur agrũ plebi diuidi, docens moleſtum & inutile fore Appius pati nõ vult agrũ plebi diuidi.
vulgus inquilinũ otio & abliguriendo publico aſſuefactum, & nihil vnquam ex publicis vel prædiis vel pecuniis cõmune eſſe amplius paſſurum: & rẽ valdè pudendam
eſſe dicens: ſi Caſſium vt mali & detrimentoſi inſtituti autorem, & plebis corruptorem accuſarent, & tamen ipſi hæc vt res iuſtas & vtiles cõmuni cõſenſu ſancirent: rogánſque eos vt cogitarent, pauperes (ſi publica diuiderentur) gratiam habituros non
iis qui id conceſſerint, ſuiſque ſuffragiis cõfirmarint, ſed Caſſio qui eius ſententiæ autor fuerit, & qui ſenatum inuitum ad id decernendum coegiſſe videbitur. Hæc igitur
B & alia his ſimilia præfatus, poſtremò hæc ſuaſit, vt ex ſenatoribus honoratiſſimi quique eligerentur, qui agrum publicum viſerent & terminarẽt, & ſi quam eius partem
furtim aut per vim aliqui homines priuati depaſcerent aut colerẽt, ea de re cognoſcerent, ac *res ſuas* reipub. redderẽt. Suaſit etiam vt agrũ ab illis terminatũ diuiderent
in fundos quotcunq; illi eſſent futuri, & columnis *ac terminis* decentibus diſtinguerent, atque huius partem venderent, præcipuè verò eam de qua cum priuatis aliqua
erat controuerſia, ita vt emptores actionẽ ipſorum *fundorum* haberent, contra eos qui
ſibi illos vendicare vellent: partem verò reliquam in quinquennium locarent, quicquid autẽ pecuniæ ex iſtis locationibus redactum fuiſſet, id impenderetur in militum
» ſtipendia & ſumptus qui ad bellicos vſus ſunt neceſſarij. Nunc enim, inquiebat, pau-
C peres iure optimo diuitibus inuidẽt, qui ſibi vſurparunt detinéntque ea quæ ſunt pu-
» blica: nec mirũ eſt ſi res publicas diuidi, quàm ab impudentiſſimis hominibus, iiſque
» paucis, detineri malint. Quòd ſi viderint ipſo agro cedere eos qui nunc eius fructum
» percipiunt, & quæ publica ſunt, verè publica eſſe, inuidere nobis deſinent, & illa cu-
» piditas agri viritim diuidendi refrigeſcet, vbi cognouerint maiorem eſſe vtilitatẽ pu-
» blicæ & cõmunis poſſeſſionis, quàm agellorum viritim diuiſorũ. Eos enim doceamus
» (inquiebat) quantum interſit, & *demonſtremus* ſi ſinguli pauperes exiguum agellum
» acceperint, & in turbulentos vicinos inciderint, fore vt nec ipſi ob paupertatem eum
» colere poſſint, nec niſi vicinum, qui eum conducere velit, reperiant: ſin verò latifun-
» dia, varias & non cõtemnendas agricolis culturas habentia, publicè locentur, magni
D prouẽtus inde ad rẽpub. redeant. Et ſatius ipſis eſſe, quoties ad militiã proficiſcuntur,
» ex horreis publicis frumentum, & ex ærario ſtipendia accipere quàm in ærarium de
» ſuis fortunis *conferre*, ſingulis interdum victus penuria laborantibus, eóſque multò
magis in pecuniæ collatione grauatum iri dicebat. Quum Appius hanc ſententiam
dixiſſet, & optimè ſentire viſus fuiſſet, ſecundo loco rogatus A. Sempronius Atrati- A. Sẽpronij Atratini oratio, in qua ſe Appij ſentẽtiam, paucis adiectis, ſequuturum profitetur.
» nus, in hunc modum eſt loquutus, PRIMVM, laudandus eſt mihi Appius, vt vir pru-
» dentiſſimus in præuidendis rebus futuris multò antequam eueniant, & vt ſententia-
» rum honeſtiſſimarum vtiliſſimarúmque autor, & vt vir qui conſtanter in propoſito
» manet, nec vllo modo de eo dimouetur, nec metu cedit, nec gratia flectitur. Sem-
» per enim illum laudo & admiror, tum ob eius prudentiam, tum etiam ob fortitu-
E dinem in periculis: nec aliam ſententiam dicam, ſed & ipſe hanc ſequar, paucis qui-
» buſdam ei additis, quæ Appius omiſiſſe mihi videtur. Nam Hernicis & Latinis iure
» ciuitatis à nobis recèns donatis, ne ipſe quidem agros noſtros diuidendos cenſeo.
» Nec enim ex quo illi in amicitiam noſtram recepti ſunt, hunc agrum nobis paraui-
» mus: ſed multò antè, noſtróq; marte, nullis externis auxiliis nos adiuuantibus hoſti-
» bus ademptũ poſſidemus. Ipſiſque reſpondeamus, poſſeſſiones eas quas antea vnuſ-
» quiſque noſtrûm habebat, quo tẽpore amicitiam iniimus, oportere ſuis dominis pro-
» prias ac perpetuas manere: ita vt illis nõ adimantur. Quicquid verò agri, poſt fœdus
» ictum, in communi militia armis parauerimus, ex hoc vnumquemque partem quæ

ſorte ei obtigerit, habiturum. Hæc enim nec ſociis velut iniuria affectis iuſtæ iræ materiam præbebunt, nec efficient vt pop.rom.metuat ne vtilitatem honeſtati antepoſuiſſe videatur. Cæterùm, electionē virorum, quos Appius agri publici finitores eſſe cenſebat, valde approbo. Hac enim re fiet vt multò liberiùs cū plebe agere poſſimus, ſiquidem nunc vtroque nomine indignatur, tum quia ipſa ex publicis poſſeſſionibus nullum fructum percipit, tum etiam quia nonnulli de nobis nullo iure iis fruuntur. Sed ſi has ad rempub. pertinere, publicáſque eſſe viderit, eaúmque prouentus in publicos & neceſſarios vſus impendi, non putabit ſua referre vtrum agris an eorū prouentibus fruatur. Non dicam enim nonnullos inopes ex aliorum detrimentis maiorem voluptatem capere quàm ex ſuis cōmodis. Non tamen (vt opinor) ſatis eſt, ſi hoc A
vtrumque in s.c. ſcribatur, ſed & alio officio plebem demerendā reficiendámque arbitror, de quo paulo poſt dicam, vbi priùs cauſam vobis oſtendero, imò potiùs neceſſitatem, cur hoc quoque nobis ſit faciendum. Scitis ſanè verba in concione à tribuno facta, quum ex altero conſule iſtu Virginio quæſiuit quidnam ſentiret de illa agrorū diuiſione, vtrum ciuibus quidem Romanis agrum publicum diuidi permitteret, ſociis verò non pateretur, an ne nobis quidem noſtrorum communium agrorum partem ſorte datam accipere permitteret, iſtúmque reſpondiſſe ſe nō impedire quominus ager nobis diuideretur, ſi hoc optimè factū omnibus videretur: atque hac permiſſione & tribunos nobis adiunctos, & plebem mitiorem redditam: quámnā igitur ob cauſam ea quæ tunc conceſſimus, nunc denegabimus? aut quam maiorem vtilita- B
tē generoſa & præclara impetióque digna inſtituta noſtra nobis afferent, niſi hominibus eorū vſum perſuaſerimus? nō perſuadebimus autem, & hoc nullus veſtrū ignorat. Qui enim ſpe ſua fuerint fruſtrati, nec res ſibi promiſſas acceperint, multò infenſiores nobis erunt, quàm illi qui nihil impetrare poſſunt. Iterum igitur veniet aliquis qui rempub. ad eorum voluntatē adminiſtrans *leges* ipſis gratas feret, nec vllus tribunus plebis ampliùs à nobis ſtabit: quid igitur vobis faciendū cenſeam, & quid Appij ſentētiæ addā, audite: ſed ne ſurgatis, neue tumultū excitetis antequam omnia, quæ dicā, audieritis. Illis qui ad agrū inſpiciendū & metādum eligētur, ſiue decēviris, ſiue quotcunq; ſint futuri, permittite vt re diligēter inſpecta & cognita, ſtatuant quęnam eius pars, & quanta ad rēpub. pertinere debeat, vt in quinquennium locata publicos C
reditus augeat, & quantū agri, & quem plebi noſtræ diuidere oporteat. Quem verò agrū illi diuidēdū plebi aſſignarint, *ſuadeo* vobis vt vbi de eo cognoueritis, ſiue omnibus, ſiue iis tātùm qui nullā agri portionē habēt, ſiue iis quorū cēſus eſt minimus, ſiue etiam quomodocunq; vobis placuerit, eum diuidatis, & finitorū creationē, & veſtrū s.c. quod de agris diuidēdis eſtis facturi, & alia quæcunque ſunt facienda (quoniam tēpus quod horū cōſulum magiſtratui ſupereſt breue eſt) ſequentibus cōſs. cōmittenda cēſeo, vt iſti quod maximè è repub. videbitur, faciant: neque enim tanta negotia breui tēporis ſpatio indigēt, neque cōſs. iſti inter ſe diſſidētes prudentiùs proſpicient quid ſit vtile, quàm qui poſt eos creabūtur, ſi modò illi (quēadmodū ſperamus) cōcordes fuerint. Multis autē in rebus dilatio eſt vtilis, & minimè periculoſa, & tēpus multa D
vnius diei ſpatio mutat, & magiſtratuū rēp. adminiſtrantiū cōcordia omniū bonorū ciuitatibus cauſa eſſe ſolet. Atque hæc eſt mea ſentētia: ſed ſiquis aliam meliorē ſententiam habet, eam dicat. Quum autē is finē dicendi feciſſet, ab omnibus qui aderant magnis laudibus eſt exceptus: omnéſque qui poſt eum rogati fuerunt, in eandē ſententiam iuerunt. Poſthæc igitur tale s.c. factū eſt, vt decēuiri ex cōſularibus natu maximi creatētur, qui agro publico terminato pronūtiarent quantū eius locandum eſſet, & quantū plebi diuidendū: cæterùm, & iis qui ius ciuitatis eſſēt adepti, & ſociis, ſiquis ager communi militia poſtea partus fuiſſet, ſingulis portio quæ ſorte illis obtigiſſet, ex fœdere daretur. Decēuirorum verò creatio, & agrorum diuiſio, & alia quęcunque eſſent agenda, ſequentibus cōſs. curæ eſſent, eáque illi peragerēt. Hoc s.c. ad E
populū relatū, Caſſij cōciones cohibuit, & inopū gliſcēre ſeditionē vlterius progredi nō ſiuit.

Senatuſconſultum de agrorū diuiſione.

¶ ANNO ſequenti, ſeptuageſimæ quartæ olympiadis initio, qua vicit in ſtadio Aſtyllus Syracuſanus, archōte Athenis Leoſtrato, Q. Fabio, & Seruio Corn. cōſs. *duo* patricij iuuenes omniū nobiliſſimi, qui tū maiorū dignitate, tū ſodalitiis *& clientelis*, ac opibus ſuis multū poterāt, & qui vt iuuenes nemini iuniorū in publicis negotiis tractādis erāt ſecūdi, Cęſo Fabius, frater eius qui tūc cōſ. erat, & Q. V. Publicola, frater eius qui reges expulerat, eodē tēpore quæſtores, ac ideò cōuocandæ cōcionis ius habentes, Sp. Caſſij, qui ſuperiore anno conſulatū geſſerat, & qui legis agrarię autor eſſe auſus

Anno V C. 269. olymp. 64. conſulibus Q. Fabio, Ser. Cornelio, Sp. Caſſius in iudicio vocatus & condemnatus ty rannidis

auſus fuerat, nomen ad populum detulerunt, tyrannidis affectatæ eum accuſantes,
diémque ei dixerunt, qua apud populum cauſam dicere iuſſerunt. Quum autem ad
diem dictam plurima turba confluxiſſet, conuocata ad concionem multitudine, ho
minis manifeſta acta nihil boni in ſe habuiſſe prolixa oratione demonſtrarunt. Ac Sp. Caſsius de quibus fuerit accuſatus.
primùm quidem quòd Latinis, qui ſe iure ciuitatis donari ſatis habebant, & magnæ
ſuæ felicitati tribuebant ſi modò hoc quoque impetrarent, non ſulùm ius ciuitatis
quod petebant, in ſuo conſulatu largitus fuiſſet: ſed etiam tertiam prædæ partem, ſi
cõmunis eſſet militia, dari decreuiſſet: deinde, quòd Hernicos (quibus bello ſubactis
ſatis eſſe debebat, ſi & agri ſui parte aliqua mulctati non fuiſſent) amicos pro ſubdi-
A tis, & ciues pro ſtipendiariis feciſſet, & agri ac prædæ quæcũque parta *in poſterum* eſ-
ſet, aliam tertiam partem accipere ſtatuiſſet: ita vt præda trifariam diuiſa, ſubditi &
aduenæ duas partes acciperent, ipſi verò indigenæ & domini tertiam. Hinc autem è
duobus abſurdiſſimis alterutrũ ipſis euenturum demonſtrabant, ſi quos alios ob mul
ta & magna in ſe merita iiſdem donis honorare vellent, quibus Latinos honora-
rant, & Hernicos, quorum ne vel minima quidem in pop. rom. merita extarent. Quũ
enim ipſis vna tantùm tertia eſſet reliqua, aut non habituros quam illis partem da-
rent, aut ſi idem decreuiſſent, nihil ſibi ipſis relictutos. Præterea dixerunt eum, quum
ſibi propoſuiſſet bona ciuitatis publicare, nec ex ſenatuſconſulto, nec ex collegæ
conſenſu, vt legem perferre conatum fuiſſe: quæ non iſto tantùm nomine pernicio-
B ſa & iniuſta erat, quòd, quum debuiſſet ſenatuſconſultũ præcedere, &, ſi patribus pla
cuiſſet, ita demum iſtud beneficium omnium magiſtratuum commune eſſe, ipſe ta-
men huius beneficij omnem honorem ad vnum hominem tranſtuliſſet: ſed etiam
eo quod omniũ erat grauiſſimum, quia verbis quidem ager publicus gratis diuide-
batur ciuibus, ſed re ipſa Romanis qui eum quæſierant auferebatur: quòd vnam
tãtùm partem accepturi eſſent: Hernici verò & Latini, ad quos is ager nihil pertine-
bat, duas: & quòd ne tribunis quidem intercedẽtibus, & alterum legis caput, in quo
agebatur de æqualitate partium aduenis concedenda, tolli poſtulantibus, paruiſſet:
ſed & tribunis & collegæ & ſenatui omnibúſque optimè reip. conſulentibus perti-
naciter aduerſatus eſſet. His autem enarratis, atque omnium ciuium teſtimonio con In Sp. Caſsiũ prolata arcanę tyrannidis argumenta.
C firmatis, poſtea arcana etiam tyrannidis argumenta protulerunt, Latinos & Herni-
cos ei pecunias facta collatione dediſſe, & arma cõparaſſe, & audaciſſimos quoſque
illorum populorum iuuenes eũ ſectari, & conſilia occulta inire, multarúmque alia-
rum rerum præterea illi miniſtros eſſe. Harum quoque rerũ teſtes producebant mul-
tos ciues, multóſque aliarum fœderatarũ ciuitatũ viros non cõtemnendos, nec igno-
biles. Quibus fidẽ habuit populus: nec amplius oratione motus quam ille cõpoſue-
rat & valde accuratè præmeditatus fuerat, nec miſericordia flexus, quãuis triũ eius
liberorũ magnũ eſſet momentum adiumentúmque ad miſericordiam ei concilian-
dam, quamuis etiam multi alij tã cognati quàm amici lugentes ei adeſſent, nec rerũ
in bellis ab eo geſtarum, ob quas ad maximos honores fuerat prouectus, vlla ratione
D habita vt ei veniã daret, eum damnauit. Adeò autẽ infenſus erat tyrannidis nomini, Cur populus, in æſtimanda aduerſus Caſſium pœna, iræ ſuæ moderatus non ſit, ſed eum capite dãnauerit.
vt ne in æſtimãda quidẽ pœna modũ iræ ſeruarit in eũ, ſed eum capite damnarit. Ve-
rebatur enim ne ſi ex patria in exiliũ pulſus fuiſſet, vir artibus imperatoriis omnium
ætatis ſuæ hominum præſtantiſſimus, idem faceret quod Marcius, & amicos crimi-
naretur, & hoſtes concitaret, atque ira patriæ bellũ grauiſſimum inferret. Quare, quũ
huius iudicij ſic fuiſſet exitus, quæſtores hominẽ ductum ad rupẽ foro imminentem
omnibus inſpectantibus, de ſaxo præcipitem dederunt. Hoc enim ſupplicium capite
dãmnatorũ tunc Romanis erat vulgare. Quæ igitur de hoc homine tradũtur, & quę
ad fidẽ propiùs accedũt, hæc ſunt. Verũtamen & id quod minus eſt probabile (quã-
do hoc quoque à multis creditur, & ſcriptis fide dignis proditur) ſilentio minimè eſt
E prætereundum. Sunt igitur qui dicunt, quũ adhuc conſilia tyrãnidis, quæ ab eo affe-
ctabatur, omnibus eſſent incognita, primùm patrẽ Caſſij ſuſpicione motũ fuiſſe, & rẽ
accuratiſſimè perquiſitã ac exploratam ad ſenatũ detuliſſe: deinde, quũ filium eò ve
nire iuſſiſſet, eius cõſilia indicaſſe, eúmque accuſaſſe, & ab ipſo quoque ſenatu dãna-
tum domũ duxiſſe, eúmque interfeciſſe. Morũ igitur aſperitas & inclementia patrũ Patrum inclementia in filios, apud eius ſeculi Romanos.
in filios ſontes, præcipuè verò in eius ſeculi Romanis, facit vt ne hæc quidem opinio
vt falſa videatur reiiciẽda: quoniã & antè Brutus ille qui reges expulerat, ambos filios
ex lege in maleficos lata capitali ſupplicio dignos iudicauit, eóſque ſecuri percuſſit,
quòd viderẽtur regũ reditui fauere. Et poſt illũ Mãlius, bello Gallico imperator, filiũ

qui egregiá operá in pugna nauarat, fortitudinis quidē ergô coronis pro præmio fortitudini debitis ornauit: ſed cōtumaciæ crimen illi obiiciens, quòd in eo caſtello, vbi collocatus fuerat nō manſiſſet, ſed contra ducis imperiū ad pugnā exiiſſet, vt ſtationis deſertorem necauit. Et multi alij patres, partim maioribus partim minoribus de cauſis nec filiis pepercerunt, nec eos ſunt miſerati. Propterea igitur (vt dixi) hanc opinionem, quaſi parum probabilem, reiiciendam eſſe non cenſeo. Sed alia argumenta non minimi momenti me retrahunt inde, & in alteram ſententiam traducunt, quia poſt Caſſij mortem & ædes ſolo æquatæ, & ad hanc vſque diem earum area vacua, ſub dio relicta eſt extra Telluris ædem, quam poſtea pop. rom. in quadam eius parte extruxit, in via quæ ad Carinas fert, eiúſque bona publicata ſunt: vnde cùm in aliis templis primitiæ *diis* dicatæ, tum etiam Cereri æneæ ſtatuæ cum inſcriptione, quæ declarat quorum bonorū ſint illæ primitiæ. Quòd ſi pater eius index ſimul & accuſator & punitor fuiſſet, nec eius domus fuiſſet diruta, nec bona publicata. Apud Romanos enim filij patribus adhuc viuentibus nihil propriū poſſident, ſed & ipſis pecuniis & corporibus filiorū patribus arbitratu ſuo vti permiſſum eſt. Quare, pop. rom. ob filii delicta, patri qui tyrannidis ab eo affectatæ indicia detuliſſet, bona auferre, eáque publicare noluiſſet. Propterea igitur priorem opinionem ſequi malo, vtranque tamen afferre volui, vt lectoribus vtri earum velint adhęrere liceat. A

Quum autem nonnulli ipſos etiam Caſſij liberos interficere conarentur, hoc atrox & perniciosum exemplum patribus eſt viſum. Itaque, quum in curiam conueniſſent, factum eſt s. c. quo adoleſcētulis pœna eſt remiſſa, illiſque nec exilio mulctatis, nec ignominia affectis, nec alia calamitate accepta, tutiſſimè viuere conceſſum eſt. Et ab eo tempore vſque ad hanc noſtram ætatem hic mos Romæ perpetuò ſeruatus eſt, vt nulla parentum delicta liberi ſuo ſupplicio luant: ſiue illi ſint tyrannorum filij, ſiue parricidarum, ſiue etiam proditorum, quod apud illos crimen eſt grauiſſimum. Et qui hunc morem antiquare aggreſſi ſunt noſtris temporibus circa finem Marcici & ciuilis belli, quíque liberis patrum Syllæ tempore proſcriptorum ius paternos honores capiendi ademerunt, aditúmque ad ſenatum intercluſerunt, quo tempore ipſi rerum potiebantur, facinus & hominum inuidia, & deorum indignatione dignum patrare viſi ſunt. Quaproptér, temporis progreſſu pœna *ſcelerum* vindex non contemnenda eos eſt ſecuta, qua factum eſt vt ex altiſſimo gloriæ faſtigio in infimam fortunæ abiectæ conditionem deciderint; & ne eorum quidem genus, niſi per fœminas amplius ſit reliquum. Ille autem qui hos ſuſtulit, hunc morem ad priſtinum vſum reuocauit. Cæterùm, apud nonnullos Græcos hoc haud ita moribus eſt receptum: ſed alij quidem, vt liberi tyrannorum vnâ cum ipſis patribus necentur, æquum eſſe cenſent: alij verò eos perpetuo exilio mulctant: quaſi natura non ferat vt boni filij ex malis patribus, aut mali ex bonis naſcantur. Sed vtrum Græcorum mos ſit melior, an Romanorum conſuetudo ſit præſtantior, hæc cuiuis relinquo diſpicienda. Redeo autem ad hiſtoriæ ſeriem. B

Nulla parentū delicta liberos ſuo ſupplicio luere, quando apud Rom. inſtitutum fuerit. C

¶ POST Caſſij mortem dominatus optimatum fautores ac amplificatores, audaciores & ſuperbiores euaſerunt, & plebeios deſpicere cœperunt: obſcuri verò nominis & infimæ conditionis homines animos demiſerunt, & vt optimo plebis propugnatore amiſſo ſuam magnam dementiam damnabant ob ſuum iudicium, quo talem virum damnarant. Cuius rei hæc erat cauſa, quia conſules s. c. de agro diuidendo factum non exequebantur, quum tamen deberent decem viros agrorū finiendorum cauſa creare, & ad ſenatum referre, quantum agri, & quibus eſſet diuidendum: & iam multi cœtus fiebant hominum de fraude illa aſſiduè conquerentium, & ſuperiores tribuni, vt reipublicæ proditores accuſabantur: & ab illis qui tunc erant tribuni, crebræ conciones habebantur, & promiſſa repoſcebantur. Quibus rebus cognitis, conſules decreuerunt per ſpeciem belli ſeditioſam & tumultuantem populi partem *ablegare*. Fortè enim eodem illo tempore ager romanus finitimorum populorum latrociniis, & quibuſdam excurſionibus infeſtabatur. Vt igitur has iniurias vlciſcerentur, belli ſigna propoſuerunt, & copias vrbanas conſcribere cœperunt. Sed quum pauperes nomina non darent, nec ipſi legibus contumaces poſſent cogere (tribuni enim pro multitudine pugnabant, paratíque ad intercedendum erāt, ſiquis vel corporibus militiam detrectantium vim afferre, vel pignora auferre conatus fuiſſet) poſt multas minas, *quibus ſignificarunt* ſe non paſſuros plebem ab vllis concitari, tacitam ſuſpicionem reliquerunt, fore vt dictatorem crearent, qui, cæteris magiſtratibus abrogatis,

Poſt Caſsii mortem, dominatus paucorum fautores facti ſunt audaciores. D

Conſules per ſpeciem belli ſeditioſam populi partē ablegandam cēſent. E

abrogatis ſolus poteſtatem tyrannicam & nullis rationibus reddendis obnoxiam
eſſet habiturus. Quæ opinio quum plebeiorum animos peruaſiſſet, veriti ne Ap-
pium crearent, virum aſperum & grauem, quiduis aliud perpeti maluerunt. Exerciti-
bus igitur conſcriptis, conſules copias in hoſtes eduxerunt. Corneliuſ autem irru- Cornelij & Fabij conſulum expeditiones.
ptione in Veientanum agrum facta, prædam in eo relictam abegit. Ac mox quum
Veientes legationem miſiſſent, captiuos pecunia redemptos illis reddidit, & indu-
cias in annum conceſſit. Fabius verò cum altero exercitu in Æquorum agrum irru-
pit, inde in Volſcorum. Aliquandiu igitur, ſed non diu tamen Volſci agros ſuos diri-
A pi & vaſtari ſunt paſſi. tandem verò contempta Romanorum præſentium paucitate,
correptis armis conferti ex agro Antiate inito, præcipiti potius quàm tuto conſilio
hoſti obuiam ierunt. Si igitur palantes Romanos inopinato aduentu oppreſſiſſent,
eos fœdè in fugam vertiſſent. Iã verò quum conſul aduentũ eorum per exploratores
à ſe miſſos præſenſiſſet, reuocatis celeriter iis qui in pabulationibus erant diſperſi, a-
ciem prout rei militaris diſciplina poſtulat, inſtruxit. Volſcos verò, qui contemptim
& audacter veniebant, quum præter expectationem omnes hoſtium copias vidiſ-
ſent inſtructas, ob rei inopinatæ aſpectum timor inuaſit, neglectáque incolu-
mitate publica, ſuæ quiſque ſaluti conſuluit: conuerſo igitur itinere vnuſquiſ-
que fugiebat quanta maxima celeritate poterat, & alij per has, alij per illas vias
B ferebantur & maior pars eorum incolumis in vrbem rediit: ſed paruus globus
qui erat inſtructiſſimus quum in montis cuiuſdam verticem confugiſſet, ibique
caſtra poſuiſſet, noctem ſequentem permanſit. Diebus verò ſequentibus, quum
conſul præſidio militum collem cinxiſſet, omnéſque exitus armis intercluſiſſet,
fame compulſus, traditis armis in eius poteſtatem venit. Conſul verò omnem præ-
dam & ſpolia & captiuos quibus potitus fuerat, per quæſtores vendi iuſſit, pe-
cuniámque in vrbem detulit. Nec multo poſt caſtris ex hoſtico motis, copias
in ipſo anni exitu domum reduxit. † Inſtantibus verò comitiis, placuit patribus *Vel potius*, Qui comitia aduenisſent.
irritatam plebem videntibus, & damnationis Caſſij pœnitentem, cauere diligen-
ter ne quid noui iterum in republica moliretur, ſpe largitionum & legis agrariæ
inducta, ab aliquo facundo & ad plebem concionibus ſuis ductandam idoneo, ad
conſulatem dignitatem euecto. Exiſtimabant autem, ſi quid horum concupiſſet,
C facillimè cohiberi poſſe, ſi conſul à plebe alieniſſimus creatus fuiſſet. Itaque ini-
to hoc conſilio, alteri ex accuſatoribus Caſſij, Cæſoni Fabio, fratri Quinti, qui
tunc conſul erat, & ex aliis patriciis, L. Æmilio, dominatus optimatum fauto-
ri, petendi conſulatus autores fuerunt. Hos autem magiſtratum petentes plebs
impedire non potuit: ſed relictis comitiis è campo diſceſſit: nam in centuriatis
comitiis ſuffragiorum omnis vis & autoritas penes nobiliſſimos quoſque, & penes
primæ claſſis homines erant: raróque ad mediarum claſſium ſuffragia deuenieba-
tur vt aliquid ratum ab illis fieret. Vltima verò centuria, in qua maxima & e-
gentiſſima plebis pars ſuffragia ferebat, vnius poſtremi ſuffragij (vt antè dictum
eſt à me) ius habebat. ¶ANNO igitur ab vrbe condita ducenteſimo ſeptuage- Anno V. C. 270. cõſulibus L. Æmilio & Cæſone Fabio bellum Volſcum.
ſimo conſules facti ſunt L. Æmilius, Mamerci F. & Cæſo Fabius, Cæſonis F. ar-
D chonte Athenis Nicodemo. Quibus ex voto contigit vt nulla ciuili ſeditione tur-
barentur, bellis externis vrbem infeſtantibus. In omnibus certè tam Græcarum
quàm barbararum gentium locis vſu ſolet venire, vt ceſſantibus externis malis do-
mi ſeditiones & bella ciuilia excitentur. Hóc autem potiſſimùm accidit iis, qui li-
bertatis & principatus deſiderio bellicum & ærumnoſum vitæ genus ſequuntur.
Ingenia enim pluris habendi cupiditati dedita, ſi à conſuetis exercitiis prohibean-
tur, difficilè tolerari poſſunt. Et propterea prudentiſſimi duces ſemper aliquas
inimicitias alunt, vt externorum bellorum materiam facilius accendant, nouá-
que bella ſemper ſuſcipiant, quia in alienis finibus quàm in ſuis bellum gerere ſa-
tius eſſe putant. Tunc igitur (vt dixi) fortè accidit conſulibus, vt populi ſubditi à
E pop. rom. defectionem facerent. Nam Volſci ſiue domeſtico Romanorum mo-
tu freti, vt pote alienata à magiſtratibus plebe, ſiue impulſi ignominia ſuperioris
cladis, quam nullo commiſſo prælio acceperant, ſiue copiarum ſuarum multi-
tudine valde elati, ſiue etiam ob haſce omnes cauſas, bellum populo romano in-
ferre decreuerunt: contractáque ex omnibus oppidis iuuentute, cum parte co-
piarum contra Hernicos & Latinos ſunt profecti: cum reliqua (quæ & maxima

& validiſſima erat)hoſtium aduentum domi expectabant, inde eorum impetum excepturi. Romanis, his rebus cognitis, placuit copias bifariam diuidere, & alteram partem Hernicis & Latinis pręſidio mittere, cum altera verò agrum Volſcorum populari. Quum autem conſules inter ſe copias ſortiti fuiſſent, vt mos eſt illis, Cæſoni Fabio obuenit exercitus qui ſociis ſuppetias erat laturus, Lucius verò alterũ ad Antium duxit. Quum autem iam ad montes acceſſiſſet, & hoſtium copias conſpexiſſet, tunc quidem in tumulo caſtra ex aduerſo poſuit: ſequentibus verò diebus quum hoſtes ſuas copias ſubinde in campum producerent, & ad pugnam prouocarent, vbi ſe tempus opportunum nactum eſſe duxit, copias eduxit, & priuſquam manus conſererentur, longa monitione & adhortatione vſus, bellicum cani iuſſit. milites verò conſueto clamore ſublato, confertis ordinibus & cohortibus conflixerunt: lanceis verò & iaculis reliquíſque miſſilibus, quæcunque habebant, conſumptis, vtrique pari audacia, ſtudióque pugnandi ſtrictis gladiis alteri in alteros irruerunt. Simili etiam (vt antè dixi) pugnæ genere illi vtebantur, nec Romanorum prudentia, nec rei militaris peritia qua plerunque vincere ſolebant, nec indefeſſa laborum tolerantia longa exercitatione parta ſuperior erat. Nam iiſdem virtutibus & hoſtes præditi erant, ex quo Marcij clariſſimi Romanorum ducis auſpiciis ductúque militarant. Quare, vtrique reſiſtebant, nec de loco, in quo primùm ſteterant, dimouebantur. Deinde paulatim Volſci pedem referebant ſeruatis ordinibus, & acie inſtructa Romanorum impetum excipientes. Hoc autem erat ſtratagema, vt eorum ordines diuellerent, eóſque de ſuperiori loco telis peterent. Illi verò rati eos fugæ initium facere, pedetentim & ipſi ſeruatis ordinibus eos cedentes, ſequebantur. Vbi verò eos curſu caſtra petere viderunt, ipſi quoque celeriter & incompoſitè eos perſequebantur. Vltimæ verò centuriæ, & nouiſſimi agminis cuſtodes cadauera ſpoliabant, vt iam parta de hoſtibus victoria, & ſe ad agrum populandum verterant. Volſci his animaduerſis, & qui fugæ opinionem *hoſtibus* præbuerant, quum ad valli munitiones appropinquaſſent aduerſi ſteterunt, & qui in caſtris fuerant relicti, apertis portis conferto agmine variis ex partibus eruptionem fecerunt, prælíſque fortuna eſt mutata. qui enim perſequebantur fugiebant, & qui fugiebant perſequebantur. Ibi multi & fortes Romani (vt veriſimile eſt) per loca decliuia pulſi, & pauci à multis circumuenti ceciderunt. Eodem modo tractati fuerunt ij quibus ad ſpolia & rapinas cõuerſis facultas ſeſe ſeruatis ordinibus, & acie inſtructa recipiendi, erepta eſt. Nam hi quoque ab hoſtibus oppreſſi partim cæſi, partim capti fuerunt. Quotquot verò horum vel illorum quid monte depulſi fuerant incolumes euaſerunt, quum ſerò ſuppetias equitatus illis tuliſſet, in caſtra redierunt. Ne autem internecione delerentur, ingens imber cum grandine cœlitus cum impetu delatus, & caligo qualis eſſe ſolet in denſiſſimis nebulis, eos adiuuiſſe videbatur, quæ res reddidit hoſtes ſegniores ad vlterius eos perſequendum: quia proſpicere non poterant quæ remota erant. Inſequenti nocte conſul motis caſtris cum ſilentio, & acie inſtructa abiit, eo conſilio vt hoſtem lateret, & ſub veſpertinum crepuſculum caſtra ad oppidum Longulam poſuit, tumulo idoneo ad vim hoſtium arcendam delecto. Ibi ſubſiſtens, & laborantes ex vulneribus curando reficiebat, & mœſtos ob acceptam inopinatæ cladis ignominiam, conſolando recreabat. Hic igitur erat rerum Romanorum ſtatus. At Volſci, quum dies illuxiſſet, & caſtra ab hoſtibus deſerta cognouiſſent, caſtra promouerunt. Spoliatis autem hoſtium cadaueribus, ſublatíſque ſeminecibus, de quorum ſalute ſpes erat, ſuíſque ſepulturæ mandatis, ſe in proximam vrbem Antium receperunt. Ibi canentes pæana ob partam victoriam, & in omnibus templis ſacrificia facientes, per continuos aliquot dies epulationibus & voluptatibus ſe dederunt. Si igitur tunc ea victoria contenti fuiſſent, & nihil prærerea tentaſſent, præclarum huic bello finem impoſuiſſent. Romani enim haud amplius auſi fuiſſent ex caſtris ad prælium prodire: ſed præclarè ſecum agi putaſſent ſi ſibi ex hoſtico decedere licuiſſet, ignominioſam fugam manifeſta morte potiorem ducentibus. Iam verò dum plura appeterent, & gloriam ex ſuperiore victoria partam amiſerunt. nam quum audiſſent ex ipſis exploratoribus & transfugis, Romanos, qui euaſiſſent, perpaucos eſſe, & horum pleróſque vulneratos, valde eos contempſerunt, & ſubitò correptis armis in eos procurrerunt. Multi etiam inermes ex vrbe

Marginalia: Conſulum expeditiones. — Volſci dum victoria ſua non contenti plura appetunt, gloriam ex ea partam amittunt. — A, B, C, D, E

vrbe ad certaminis ſpectaculum, & ſimul ad rapinas & prædam eos ſunt ſequuti.
Quum autem ad tumulum acceſſiſſent, & ipſa caſtra corona cinxiſſent, & val-
lum diuellere cœpiſſent, primi Romani equites pedibus ob loci naturam pugnan-
tes in eos eruptionem fecerunt. deinde poſt hos ij qui vocantur triarij, denſatis
cohortibus. Iſti autem ſunt veterani ſpectatæ virtutis, quibus caſtrorum cuſto-
diam committunt, quoties ad prælium egrediuntur, & ad quos poſtremos, ſi in-
gens iuniorum ſtrages fuerit edita, cæteris auxiliis deſtituti, ipſa neceſſitate coa-
cti confugiunt. Volſci autem principiò quidem eorum impetum ſuſtinuerunt, &
diu fortiter pugnarunt. Deinde verò quum ob loci naturam deteriore conditione
A rem gererent, pedem referebant: & tandem quum paucis iiſque leuibus incom-
modis hoſtes affeciſſent, ipſi verò pluribus affecti fuiſſent, in planiciem ſe receperũt.
Ibi poſitis caſtris diebus inſequentibus aciem inſtruebant, & Romanos ad prælium
prouocabant: at illi contra eos non prodibant. Quod quum animaduertiſſent
Volſci, contemptis illis copias ex oppidis conuocabant, & ſe parabant vt mili-
tum multitudine eorum munitionem expugnarent, & præclarum facinus nullo
negotio edidiſſent, conſule, Romanóque exercitu, aut vi, aut facta deditione in
ſuam poteſtatem redacto. (iam enim victus inopia locus ille laborabat) ſed ſuppe-
tiæ Romanis celeriter latæ eos anteuerterunt, quibus Volſci pulcherrimum bel-
lo finem imponere ſunt prohibiti. Nam alter conſul Cæſo Fabius, quum cogno-
B uiſſet in qua fortuna eſſent copiæ, quæ cum Volſcis acie dimicarant, voluit ipſe
quidem quanta maxima celeritate poſſet, cum toto exercitu confeſtim hoſtes,
qui munitiones obſidebant, petere: ſed quum ei victimas mactanti, auguriáque
captanti, ſacra nihil fauſti portenderent, deúſque eius profectioni aduerſaretur,
ipſe quidem remanſit, ſed lectiſſimas cohortes collegæ miſit. Illæ verò per occul-
tas vias, noctúque bona itineris parte confecta in caſtra clam hoſtibus ſunt ingreſ-
ſæ. Æmilius igitur ſociorum aduentu audacior eſt factus. At hoſtes ſuorum mul-
titudine, quæ tunc ibi aderat, freti, & quòd Romani in aciem non prodirent, ela-
ti, montem denſatis ordinibus aſcenderunt, & Romani paſſi eos per otium aſcen-
dere, paſſi etiam eos multum laboris circa vallum perferre, quum pugnæ ſignum
C fuiſſet datum, vallo variis in partibus diſiecto, in eos impreſſionem fecerunt, atque
alij gladiis cominus pugnabant, alij è munitionibus *hoſtem* lapidibus & miſſilibus &
lanceis feriebant, nullúmque telum fruſtra cadebat multis in exiguo loco ſtipatis.
Volſci igitur, amiſſo magno ſuorum numero reiecti ſunt à tumulo, & in fugam verſi
ægrè in ſua caſtra ſe receperunt. At Romani, vt qui tunc tandem in tuto eſſent, in
eorum agros deſcenderunt, vnde & cibaria, & alia quorum penuria erat in caſtris,
ceperunt. Quum autem comitiorum tempus inſtaret, Æmilius in caſtris remanſit,
præ pudore cladium ignominioſarum in vrbem redire non auſus, quòd lectiſſimam
exercitus partem amiſiſſet: at eius collega caſtrorum cura tribunis commiſſa, in
D vrbem eſt profectus: conuocatóque ad comitia populo, de conſularibus viris, qui-
bus conſulatum dari plebs cupiebat, nullam ſuffragij ferendi fecit mentionem,
quia ipſi haud ſponte ſua magiſtratum eum petebant: ſed pro iis qui petebant, cen-
turias vocauit, eáſque miſit in ſuffragia. Iſti autem quos ſenatus deſignarat, &
quos magiſtratum petere iuſſerat, plebi non admodum erant grati. Deſignatí-
que ſunt conſules in ſequentẽ annum iunior frater eius conſulis qui præerat comi-
tiis, M. Fabius Cæſonis F. & L. Valerius, M. F. qui Caſſium tertium conſulem,
ob affectatam tyrannidem damnauit, & capitali ſupplicio affecit. Hi, magiſtratu
inito, petierunt vt in eorum militum locum qui in bello contra Antiates cecide-
rant, alij conſcriberentur, vt quod cohortibus deerat, id ſuppleretur. Factóque s.c.
E diem dixerunt, ad quam militaris ætatis homines præſtò adeſſe oportebat. Poſtea
ingens tumultus in vrbe eſt ortus, & pauperrimi quique ſeditioſè loquebantur, nec
ſenatuſconſulto parere, nec conſulum poteſtati *imperióque* obtemperare volebant,
quòd illi promiſſa de agris diuidendis fefelliſſent: confluentéſque cateruatim ad tri-
bunos, proditionem ipſis exprobrabãt, & magnis clamoribus illorũ auxiliũ implo-
rabant. Aliis igitur nõ videbatur tempeſtiuũ eſſe, externo bello iã conflato, domeſti-
cas inimicitias ſuſcitare: quidã verò ex illis, C. Manius, dicebat ſe minimè proditurũ
plebem, nec exercitum conſcribere cõſulibus permiſſurũ, niſi prius agri publici fini-
tores creaſſent, & s.c. de agris diuidendis factum promulgaſſent. Conſulibus verò
contra hæc dicentibus, & præſens bellum cauſantibus, per quod ſtaret quominus

Vel potius, tempus adueniſſet.

L. Æmilius cõſul in caſtris remanſit, præ pudore cladiũ ignominioſarum in vrbẽ reuerti non auſus.

Anno V. C. 271. conſſ. M. Fabio. . . Valerio, turbæ domi.

Plebs conqueritur promiſſa de agris diuidendis ſibi nõ præſtari.

ea quæ petebat ei concederent, negabat ſe moraturum eorum verba, ſed totis viribus delectum prohibiturum. atque hæc facere conabatur, nihil tamen efficere potuit. Conſules enim extra vrbem in proximum campum progreſſi, ibi ſellas imperatorias poſuerunt, & milites conſcribebant, & qui legibus non parebant, quia eos ducere non poterant, pecuniis mulctabant, eorum qui agros habebant, agros cædendo, villáſque demoliendo: qui verò alienos fundos conductos colebant, horum agendo & ferendo inſtrumenta ruſtica, & iuga boum, & pecus, & iumenta ſarcinaria, & omnis generis inſtrumenta, quibus vel terra colitur, vel fructus comportantur. Tribunus verò qui militum conſcriptioni *delectuique* intercedebat A nihil amplius contra hæc facere poterat. Tribuni enim in ea quæ ſunt extra vrbem nullam habent poteſtatem: nam eorum potentia mœnibus eſt circumſcripta. Imò ne pernoctare quidem extra vrbem ipſis fas eſt, niſi quodam ſtatuto tempore, quo omnes pop. rom. magiſtratus in Albano monte pro Latinorum gente Ioui commune ſacrificium faciunt, hic mos ad noſtram vſque ætatem permanet, vt tribuni plebis in ea quæ ſunt extra vrbem, nullum ius ac poteſtatem habeant. Quinetiam cauſa quæ, præter multas alias, bellum ciuile Romanorum mea ætate geſtum (quod fuit omnium ſuperiorum bellorum maximum) mouiſſe, & quæ ſola ciuitatem diuidere potuiſſe viſa eſt, hæc fuit, quòd aliquot tribuni plebis, queſti ſe ab eo imperatore qui tunc Italiam tenebat, vrbe per vim pulſos, ne quam amplius B poteſtatem haberent, ad imperatorem, qui in Gallia exercitus habebat, quaſi non haberent quò ſe verterent, confugiſſent. Ille verò hac occaſione vſus, vt magiſtratui plebis potentiſſimo ſua poteſtate contra ſacratum maiorum iuſiurandum priuato, piè & iuſtè ſuccurrens, & ipſe cum exercitu in vrbem venit, & tribunos in ſuum magiſtratum armis reduxit. Tunc igitur plebeij homines quum tribunitia poteſtate nullo modo iuuarentur, de ſua audacia remiſerunt, & euntes ad eos qui delectibus habendis præerant, militari ſacramento ſe obſtrinxerunt, & ſub ſignis nomina dederunt. Supplemento autem legionum conſcripto, conſules prouincias inter ſe ſunt ſortiti, ac Fabius quidem exercitum qui ſociis auxilio miſſus C fuerat, accepit: Valerius verò eum qui in Volſcis caſtra habebat, cui datum ſupplementum recens conſcriptum. Cuius aduentu cognito hoſtibus placuit, nouas copias accerſere, & in loco munitiore caſtra metari, & cauere ne amplius ob ſuam hoſtium contemptionem in aliquod temerarium periculum (vt ante) inciderent. Hæc celeriter facta ſunt, & vtriuſque ducis de belli gerendi ratione eadem fuit ſententia, vt ſuas munitiones tuerentur, ſiquis eas inuaderet, at hoſtium munitiones, quaſi eas per vim eſſent expugnaturi, minimè aggrederentur. Quo factum eſt, vt dum *alteri alteros* aggredi metuunt interea non parum temporis in his cunctationibus tereretur. verumtamen in ea ſententia vſque ad belli finem permanere non potuerunt. Quoties enim aut frumentatum, aut ad aliquas alias res parandas quæ vtriſque neceſſariæ viderentur, aliqua exercitus pars mittebatur, D conflictus & vulnera ſequebantur, nec iidem ſemper victoriam ab aduerſariis reportabant, & quum ſæpius congrederentur non pauci cadebant, & plures ſauciabantur. Sed Romani nullis nouis copiis aliunde miſſis ſuorum iacturam ſupplere poterant. At Volſcorum exercitus aliis poſt alios venientibus valde augebatur. Hac re elati duces, copias ex caſtris in aciem produxerunt. Quum autem & ipſi Romani prodiiſſent, aciémque inſtruxiſſent commiſſum eſt acre prælium inter equites, pedites, & velites, omnibus pari ſtudio & peritia pugnantibus, & vno quoque victoriæ ſpem in ſe ipſo ſolo collocante. Quum autem multa vtrinque in eo ipſo loco, in quo collocati fuerant, cadauera proſtrata, & ſemineces multò plures quàm ipſa cadauera iacerent, & ij qui in certamine, & malis adhuc perſeuerabant pauci eſſent, & E ne iſti quidem rem bellicam gerere poſſent, ſcutis, quibus corpus protegebant, ob telorum infixorum multitudinem ſiniſtras manus grauātibus, & impedientibus quominus hoſtium impetum ſuſtinerent, & retuſa gladiorum acie, nonnullis etiam totis fractis, ita vt nullus amplius eſſet eorum vſus, & ingenti labore, quem per totum diem pugnantes tulerant, neruos diſſoluente, & vulnerum ictus debilitante, & ſudore, ſiti, anhelitu (vt in ſummo æſtatis feruore in longo certamine hominibus ſolet accidere) vtroſque vexantibus, nullum memorabilem exitum id prælium habuit: ſed ambo exercitus à ducibus ſuis reuocati, lubenter in caſtra redierunt. Et neutri amplius in aciē prodierunt: ſed vbi caſtra caſtris oppoſuiſſent, obſeruabant

Tribuni in ea quæ ſunt extra vrbem nihil habent poteſtatis.

Ciuile bellum quod Dionyſii ætate fuit geſtum.

Conſules prouincias ſortiuntur.

Bellum cum Volſcis continuatum.

ſeruabant eos qui ad res neceſſarias comparandas exibant. Romæ tamen multi opinabantur & vulgò iactabant exercitum Romanorum, quum tūc poſſet vincere, dedita opera nullum egregium facinus edidiſſe, odio conſulis, & ira in patres, quòd agri diuiſione per dolum fuiſſet fraudatus. Sed ipſi milites conſulem vt parum idoneum ad imperandum accuſabant, literis priuatim ad neceſſarios ſuos miſſis: atque hic erat ſtatus rerum quæ foris gerebantur.

Portēta ſignificatum Veſtalis virginis ſtuprum.

In ipſa verò vrbe multa prodigia iram diuinam ſignificantia obſeruata ſunt, exauditæque voces ominoſæ, & nouę ſpectrorum facies viſæ, quæ tamen omnia eò ſpectabant (vt & vates & pontifices pro peritia qua erant præditi, re inter ſe communicata declarabant) deos aliquos iratos eſſe,

A quòd legitimis honoribus fraudarentur, nec purè nec piè ſacra ipſis fierent. Poſtea igitur magna ab omnibus inquiſitione facta, tandem indicium ad pontifices delatum eſt, vnam veſtalium ignis ſacri cuſtodum, nomine Opimiam, amiſſa virginitate ſacra polluere.

Opimia, Veſtalium virginū vna, amiſſa virginitate, polluere ſacra dicitur.

Illi verò quum ex quæſtionibus, aliíſque manifeſtis argumentis cognouiſſent crimen delatum verum eſſe, eius capiti coronas, quas geſtabat, *& infulas, ac cætera ſacerdotii ornamenta* abſtulerunt, eámque per medium forum ductam intra muros in foſſa ſubterranea viuam defoderunt: duos verò, à quibus eam corruptam fuiſſe conſtabat, in omnium conſpectu virgis cæſos confeſtim necarunt. Quo facto, mox litatum eſt: & vates reſponderunt iram deorum placatam eſſe.

Contentio inter plebem & patricios de futuris conſulibus.

¶ QVVM au-B tem comitiorum tēpus veniſſet, & ipſi cōſules ad ea iuiſſent, ingēti ſtudio & contētione inter plebem & patricios certatum eſt de viris quibus rerum ſumma eſſet cōmittenda. Illi enim è iunioribus impigros aliquos & minimè populares ad conſulatū promouere cupiebant: & eorum iuſſu filius Appij Clodij, † qui acerrimus plebis hoſtis exiſtimabatur, vir qui arrogantiæ & audaciæ plenus erat, & ſodalitiis clientelíſque omnium ſuæ ætatis hominum plurimum poterat, magiſtratum petebat: at plebs è ſenioribus, & probitatis iam ſpectatæ homines, qui reip. commodis ſtuderent, nominans, conſules illos facere volebat, & ipſi magiſtratus inter ſe diſſidebant, & alij aliorum poteſtatem irritam faciebant.

Hæc verba, qui acerrimus plebis hoſtis exiſtimabatur, vel, eſſe videbatur, de ipſo Appio Claudio, non deſitio, dicuntur

Quoties enim conſules plebem conuocaſſent vt conſules magiſtratum petentes crearent, tribuni pro ſua poteſtate intercedebant, & comitia diſſoluebant *ac dimittebāt*, & contrà, quoties illi plebem ad comitia conuocaſſent, conſules conuocandæ multitudinis, eiúſque in ſuffragia mittendæ ius ha-C bentes, ipſis intercedebant, & ſe mutuò accuſabant, & ſtipati ſeditioſis ciuibus aſſiduè concertabant, ita vt nonnulli etiam præ ira à mutuis vulneribus non abſtinerent, & ſeditio ab armis non multùm abeſſet. Senatus, his cognitis, diu conſultauit quídnam eſſet agendum. Nam nec plebem vi coercere poterat, nec ei cedere volebat.

Senatus ſententiæ duæ, quarum vna aſperior erat, altera, mitior.

Sententia igitur aſperior hæc erat, vt comitiorum cauſa dictator crearetur, qui vir optimus iudicatus fuiſſet: ille verò accepta poteſtate ſeditioſos ex vrbe pelleret, & ſi quid à ſuperioribus magiſtratibus eſſet peccatum, corrigeret, & arbitratu ſuo forma reip. conſtituta, viris optimis magiſtratus mandaret: mitior verò, vt interreges crearentur maximi natu, & honoratiſſimi quíque viri, quibus curæ eſſet magiſtratuum creatio, & qui prouiderent vt optimè id fieret, eodem modo quo regibus expulſis factum eſt. Quum autem maior eorum pars in hanc ſententiam iuiſſet, ab illis

A Sempronius Atratinus interrex creatus.

Anno V. C. 272. conſ. C. Iulio, C. Q. Fabio iterum, nec domi nec foris quies.

D creatus eſt interrex A. Sempronius Atratinus, & cæteri magiſtratus abrogati. Iſte ad certos dies ſibi præſtitutos rep. ſine ſeditione adminiſtrata, alium (prout eorum eſt mos) Sp. Largium creauit interregem. Ille verò comitiis centuriatis ex claſſium cenſu miſſo in ſuffragia populo, ex vtriúſque partis conſenſu conſules creauit C. Iuliū, qui erat ex numero eorum qui plebi fauebant, & Q. Fabium Cæſonis F. iterū, optimatum fautorem, & plebs ob priorem eius conſulatum nullis affecta malis paſſa eſt eum iterum hanc poteſtatem adipiſci, odio Appium proſequens, eiúſque ignominioſa repulſa valde gaudens, & ipſis primoribus, qui virum impigrum & qui nihil molliter plebi eſſet conceſſurus, conſulem creari cupiebant, ex animi ſententia ſeditio exitum habuiſſe videbatur.

Æqui in agrū Latinum irrūpunt.

Veientes magnam agri R. partem excurſionibus infeſtant.

His conſulibus Æqui in agrum Latinum facta ir-E ruptione, multa mancipia & multum pecus, repentino latrocinio abegerūt. Ex Etruſcis verò ij qui vocantur Veientes magnam agri Romani partem excurſionibus infeſtarunt. Quum autem ſenatus bellum contra Æquos in aliud tempus diſtuliſſet, & à Veientibus res repetere decreuiſſet, Æqui, quū primus conatus ipſis ex voto ſucceſſiſſet, nec vllus in poſterum eos prohibiturus videretur, temeraria audacia elati, non ampliùs latronum more bellum gerere decreuerunt, ſed cum valido exercitu Ortonam adorti, vi ceperunt: direptíſque villis ſimul cum vrbe, ingenti præda ditati

Æqui Ortonā vi capiunt.

abierũt. At Veientes, quũ legatis Roma miſſis reſpondiſſent, prędones illos non à ſe ſed ab aliis Etruſcis miſſos, ſic eos re infecta dimiſerunt, & nihil æquè fecerunt, & legati in Veiẽtes prædã ex agro ſuo agẽres inciderunt. Senatus hacre ex illis cognita, bellũ Veientibus inferre, & ambos conſules cum exercitu in eos mittere decreuit. Reclamatum tamen eſt huic s.c. & multi erant qui bellum illis inferri non patiebantur, reuocantes plebi in memoriam agri diuiſionem, qua quinto antè anno à ſenatu decreta, publicæ fidei credentes, per dolum fraudati fuerant, & dicentes, bellum fore commune, ſi tota Etruria communi conſenſu populis eiuſdem gentis opem ferret. Haud tamen militum *ac hominum ſeditioſorum* verba vllum pondus habuerunt: ſed s.c plebiſcito etiam confirmatum eſt, Sp. Largij ſuaſu & hortatu. Poſt A hæc conſules copias eduxerunt, caſtris non longè à Veiis ſeorſum poſitis, & per multos dies ibi morati, quum hoſtes non prodirent, cum ſuis copiis agri eorum partem quantam maximam potuerunt depopulati, copias domum reduxerunt. Et nihil aliud memoratu dignum hiſce conſulibus eſt geſtum.

DIONYSII, ALEXANDRI F. HALICARNASSEI, ANTIQVITATVM ROMANARVM. B

LIBER NONVS.

Anno V.C.271 olymp. 75 coſſ. Cæſ. Fabio II & Sp. Furio. turbæ domi ac foris.

SEQVENTI anno diſcordia inter plebem & ſenatum de conſulibus creandis orta (patritij enim vtrũque conſulem ex optimatibus fieri volebant: plebs verò ex popularibus & ſui ſtudioſis) poſt mutuas concertationes, tandem mutua ſuaſione inter eos conuenit vt ex vtraque parte C conſul crearetur: creatique ſunt, à ſenatu quidem Cæſo Fabius iterùm, qui Caſſium tyrannidis reum peregerat: à plebe verò Sp. Furius, ſeptuageſima quinta olympiade, archonte Athenis Calliade, quo tempore Xerxes expeditionem in Græciam fecit. Simulatque autem hi magiſtratum inierunt, legati Latini ad ſenatum venerunt, petentes vt alter conſul cum exercitu ad ſe mitteretur, qui nimiam Æquorum inſolentiam compeſceret: & tota Etruria commota, & breui ad arma ventura nuntiabatur. Eius enim gentis commune concilium conuocatum fuerat, & quum Veientes multis precibus petiiſſent, vt ſe ad belli ſocietatẽ contra Romanos adderent, tãdem decretum eſt licere Etruſcis qui vellent, ire ad eam militiam. Itaque, Veientes ad eã D belli ſocietatem manum non contemnendam contraxerunt. His rebus cognitis placuit magiſtratibus Romanorum vt exercitus conſcriberentur, & ambo cõſules exirent, alter quidem bellum cum Æquis geſturus, & Latinis opem laturus: alter verò in Etruriam copias ducturus. His verò intercedebat Sp. Icilius, vnus è tribunorũ collegio, & plebem ad concionem quotidie conuocans, promiſſam agrorum diuiſionẽ, à ſenatu repetebat, & dicebat ſe non paſſurum fieri quidquam eorum quæ ipſe vel contra hoſtes, vel in vrbe facere decreuiſſet, niſi priùs decem viros agri publici finitores creaſſet, agrúmque promiſſum plebi diuiſiſſet. Hic hærentem ſenatum & conſilij inopem, App. Claudius monuit daret operã vt *diſſidio inter tribunos excitato* alios ab ipſo alienaret, docens eum qui s.c. intercedebat, eſſe ſacroſanctum, & ex ipſis le- E gibus hanc intercedendi poteſtatem habere, eúmque pro ſui magiſtratus poteſtate res impedire poſſe quibuſcunque ipſe intercesſerit. Itaque ſuadebat conſulibus qui in poſterum magiſtratum eum eſſent accepturi, hoc agerent, darẽntque operã vt ſemper aliquos de tribunis ſibi conciliarent, amicóſque haberent, dicebátque hanc vnã eſſe rationẽ huius magiſtratus poteſtatis euertendæ, ſi tribuni inter ſe diſſiderent. Ea ſententia ad Appio dicta, conſules & alij primores rati eum rectè monere ſumma cõtẽtione effecerũt vt quatuor è tribunis ſenatui fauerẽt, qui aliquandiu variis rationibus Iciliũ ab actionib. agrariis auertere conati ſunt, donec finis bellis impoſitus eſſet. Sed quũ ille ipſis aduerſaretur, & detrectaret, & præſente populo ſuperbiſſimã vocem edere

Latinorum legati, petunt ad ſe alterum cõſulem cum exercitu aduerſus Æquos.

Veientes aduerſus Romanos exercitũ comparant.

Sp. Icilius, è tribunorum collegio vnus, conſulibus in copiarum conſcriptione obſiſtere fruſtra conatur.

edere auſus fuiſſet, malle ſe Etruſcos cæteróſq; hoſtes vrbe potitos videre, quàm eos
qui agrũ publicũ occuparent dimittere, exiſtimarunt ſe præclaram nactos occaſionẽ
tãtę arrogantiæ tum dictis, tum factis aduerſandi, & quũ vel ipſa plebs eo dicto fuiſ-
ſet offenſa, ſe ei intercedere dixerunt: & apertè quidquid ſenatui, & conſulibus vi-
ſum fuerat, faciebant. Icilius verò ab omnibus *ſuis collegis* deſtitutus, nullam amplius
poteſtatem habebat. Poſthæc, exercitus conſcriptus, & quidquid ad bellicos vſus
erat neceſſarium, partim ex publico, partim à priuatis omni alacritate animi ſuppe-
ditabatur. Et conſules celeriter inter ſe ſortiti exercitus, ad bellum inierunt, Sp. Fu-
rius in Æquos, Cæſo Fabius in Etruſcos. Spurio autem omnia feliciter, & ex animi
A ſententia ſucceſſerunt, hoſtibus cum eo congredi non auſis, eique contigit vt in hac
expeditione multas pecunias mancipiáque caperet. Nam fere totum hoſtium agrũ
peruagatus eſt, res agens ferénſque, omnémque prædam militibus conceſſit, & quũ
antè plebis ſtudioſus haberetur, multò magis in hac expeditione multitudinis fauo-
rem ſibi conciliauit: exactóque militiæ tempore, copias integras, & nulla clade affe-
ctas, & pecuniis ditatas in patriam reduxit. At Cęſo Fabius alter cõſul, licet egregiè
omnibus muneribus imperatoriis fuiſſet perfunctus, tamen rerum geſtarum laude
fraudatus fuit, ob nullũ ſuum peccatum, ſed quòd exercitui exoſus eſſet, ex quo Caſ-
ſium conſulem, tyrannidis affectatæ damnatum ſupplicio extremo affecerat. Nam
neque ad imperatoris imperia celeriter exequenda, quibus milites morigeros eſſe
B oportet, neque ad *eas res* per vim occupandas, in quibus *militum* alacritas & officium
honeſtum requiritur, neque ad loca quæ opportuna eſſent, & quæ ad belli commo-
da facerent, clam hoſtibus in poteſtatem redigenda, neque ad aliud quidpiam agen-
dum parati erant, vnde ille aliquem honorem & bonam exiſtimationem ob res à ſe
in ſua prætura geſtas relaturus eſſet: reliqua tamen eorum perpetua inſolentia in
imperatorem ſuum illi minùs moleſta erat, & reipub. non admodum noxia. Sed po-
ſtremum eorum facinus vtríſque ingentem ignominiam cum non mediocri pericu-
lo coniunctam attulit. Quum enim vtrique totis viribus prælium acie inſtructa
commiſiſſent, in eo ſpatio quod erat medium inter *duos* colles, vbi vtrique caſtra
habebant, quúmque iſti multa & egregia facinora edidiſſent, & hoſtes initium fugæ
C facere coëgiſſent, nec eos abeuntes perſequuti ſunt, quamuis imperator vehemen-
ter ipſis inſtaret, nec remanere & caſtra expugnare voluerunt, ſed relicto imperfe-
cto opere præclaro in ſua caſtra redierunt. Quum autem nonnulli eum ſummum
imperatorem apellare cœpiſſent, magnis clamoribus cæteri omnes conuicia in du-
cem iactabant, & contumelioſis verbis in eum inuchebantur, quaſi ob imperatoriæ
artis impeitiã multos & fortes viros de ſuis amiſiſſet, & poſt alia multa maledicta, &
verba indignationis plena, poſtulabãt vt ſolutis caſtris ſe in vrbem reduceret, quòd
dicerent ſe ad prælium redintegrãdum idoneos non fore, ſi hoſtis contra ſe veniſſet,
neque ducis admonitionibus mouebantur, neque eius luctu ſupplicibúſque precibus
vllo modo tangebantur, neque grauibus minis quas ipſis intentabat, ſi quando &
D his vſus fuiſſet, terrebantur, ſed his omnibus magis ac magis exacerbabantur, atque
in ſua pertinacia perſeuerabant. Tanta autem fuit eorum omnium contumacia, &
ducis contemptio, vt circa mediam noctem ſurgentes tentoria refigerent, & arma
corriperent, & ſaucios nullo iubente abſportarent. His cognitis, imperator coactus
fuit omnibus profectionis ſignum dare, metuens eorum contumaciam & audaciam,
illi verò quaſi ex fugæ periculo ſe reciperent, ſalutique ſuæ fuga conſulerent, ingen-
ti celeritate ſub diluculum ad vrbem proximè acceſſerunt. Cuſtodes verò qui ſtabãt
ad mœnia, quum ignorarent amicum eſſe exercitum, arma induebant, & alij alios
vocabant, & reliqua ciuitas quaſi magna clade accepta, pauoris & tumultus plena
erat, nec priùs ipſis portas aperuerunt cuſtodes quàm lux clara iam eſſet, & dome-
E ſticæ legiones agnoſcerentur. Itaque, præter ignominiam deſertorum caſtrorum, in
periculum etiam non minimum ſe ipſi coniecerunt, qui nullo ordine ſeruato no-
ctu per hoſticum abiiſſent. Si enim hoſtes hac re cognita eos quauis ratione abeun-
tes inſequuti fuiſſent, nihil fuiſſet impedimento quominus totus ille exercitus in-
ternecione deleretur. Huius autem temerarij diſceſſus ſiue fugæ cauſa fuit (vt dixi)
odium quo plebs proſequebatur ducem, & quòd ei honorem inuideret, ne trium-
pho decoratus, illuſtriſſimus fieret. Poſtridie verò Etruſci, cognito Romanorum di-
ſceſſu, & eorum cadauera ſpoliarũt, & ſaucios ſuſtulerunt ac abſportarunt, & impe-
dimenta in caſtris relicta (multa autem erant, vt in diuturni belli vſum parata) diri-

Sp. Furii conſulis aduerſus Æquos expeditio, Cæſonis Fabii, alterius conſulis, in Etruſcos.

puerunt,& quaſi victores finitimum ac proximum agrum hoſtium populati, copias
abduxerunt. ¶ Anni ſequentis conſules, C. Manlius, & M. Fabius iterùm, facto s.c.
vt copias quantas maximas poſſent contra Veientes educerent, diem dixerunt, qua
exercitum eſſent conſcripturi: ſed quum Tib. Pontificius, vnus è tribunis, illi mili-
tum conſcriptioni intercederet, & s.c. de agro diuidendo facti mentionem denuo
faceret, conſules nonnullis eius collegis benignè appellatis, & ſibi conciliatis, vt à
ſuperioribus conſulibus factum fuerat, diſſidium in tribunorum collegio fecerunt:
poſtea liberrimè ſenatuſcõſultum exequebantur. Exercitu autem intra paucos dies
conſcripto, contra hoſtes ſunt profecti, vterque cum duabus vrbanis legionibus, &
cum non minore manu à colonis & populis ſubditis miſſa. Latini autem & Hernici A
populi, duplò maiora auxilia quàm petita fuerant, ipſis miſerunt. Haud tamen o-
mnibus illis copiis ſunt vſi, ſed gratias maximas illis egerunt & dimidiam copia-
rum miſſarum partem remiſerunt. Tertium quoque exercitum, ex duobus iuniorum
legionibus pro muris vrbis ſtatuerunt, vt agri cuſtos eſſet, ſi quæ nouæ hoſtium copiæ
ex improuiſo apparuiſſent. Eos verò qui militarem ætatem excedebant, quorum
vires ad vſum armorum adhuc erant idoneæ, in vrbe ad arcium & murorum cuſto-
diam reliquerunt. Copiis autem ad Veios vrbem admotis, caſtra in duobus collibus
non multùm inter ſe diſtantibus poſuerunt. Hoſtium quoque exercitus magnus &
validus caſtra ante vrbem habebat. Nam ex tota Etruria potentiſſimi quique cum
ſuis ſeruis eò conuenerant, ita vt Etruſcorum copiæ Romanas numero longè ſu- B
perarent. Conſules conſpecta hoſtium multitudine & armorum ſplendore, valde ti-
mere cœperunt, ne fortè ſuo diſcordi exercitu concordibus hoſtium copiis oppoſito
victoriam minimè reportare poſſent. Viſum itaque eſt ipſis bellum munitis caſtris
trahere, & expectare ſi quam rei bene gerendæ occaſionem hoſtium audacia te-
meraria contemptione elata ac impulſa, ſibi præberet. Poſtea velitationes crebrę fie-
bant, & prælia leuia inter Ferentarios committebantur, ſed nullum magnum aut il-
luſtre facinus edebatur. At Etruſci moras belli ægrè ferentes ignauiam Romanis
exprobrabant, quòd non prodirent in aciem, & quaſi illi campis apertis ſibi ceſſiſ-
ſent, magnificè de ſe ſentiebant. Et multò magis hoſtium copias deſpicere, & conſu- C
les contemnere cœperunt, elati opinione qua & ipſum diuinum numen ſibi adeſſe
Fulmen delatum in Manlii prætoriũ quid portendere vates dixerint.
credebant. Nam fulmen delatum in alterius conſulis Manlij prætorium, & ipſum
tentorium diſcerpſit, & focum euertit, & bellica arma partim fœdauit, partim am-
buſſit, partim omnino conſumpſit, interfecit etiam eius equum maximè inſignem,
quo in præliis vtebatur, & nõnullos famulos. Quum autẽ vates caſtrorum expugna-
tionem, & clariſſimorum virorum interitum à diis portendi dicerent, Manlius mo-
tis caſtris circa mediam noctem in altera caſtra eſt profectus, & copias cum collega
coniunxit. Quum autem Etruſci diſceſſum conſulis cognouiſſent, eiúſque cauſas ex
quibuſdam captiuis audiſſent, animis multò magis ſunt elati, *ac in ſua opinione multò*
magis cõfirmati, quaſi deus Romanis bellũ faceret & magnã ſpẽ victorię ab ipſis repor
tãdæ conceperunt. Et vates *Etruſci* qui res cæleſtes longè accuratiùs quàm vllæ aliæ D
nationes ſcrutari videtur, & vnde fulminũ ictus proficiſcãtur, & à quibus locis ea
poſt ictũ abeuntia excipiãtur, & quib. diis ſingula attribuantur, & quid boni aut mali
portendant, ſuos ad confligendũ cũ hoſte hortabãtur, ſic de illo prodigio Romanis
oblato differentes. Fulmine delato in conſulis tentoriũ, vbi erat prætoriũ, eóq; toto
ad focum vſq; deleto, *dicebant* hoc à numine diuino exercitui portẽdi, fore vt caſtra
per vim capta deſererẽtur, & clariſſimi viri perirẽt. Si igitur, *inquiebant*, in loco qui à
fulmine fuerat tactus, ij qui in eo erant manſiſſent, neque prodigia ſecum ad alios
tranſtuliſſent, vnorum caſtrorum expugnatione, & vnius exercitus internecione,
numen quod illis erat infenſum iram ſuam ſatiaſſet. Nunc verò quoniam, dum vo-
lunt ipſis diis ſapientiores eſſe, ſe in altera caſtra tranſtulerunt, loco eo deſerto, quaſi E
deus non hominibus, ſed locis calamitates portenderet, tota diuina ira eos ex æquo
perſequetur, tam eos qui diſceſſerunt, quàm eos qui ipſos exceperunt. Et quia diui-
na neceſſitate denuntiante fore vt altera eorum caſtra expugnarentur, fatum non
expectarunt, ſed ipſimet hoſtibus *ea* dediderunt, illa caſtra, quæ alterorum caſtrorũ
deſertores exceperunt, pro deſertis expugnatum iri dicebant. Etruſci, quum hæc ex
vatibus audiſſent, parte quadam ſui exercitus caſtra à Romanis deſerta occuparũt,
vt hoc vterentur munimento aduerſus altera caſtra: locus enim ille natura ſua val-
de munitus erat, & valde opportunus ad prohibendos eos qui Roma in caſtra veni-
rent:

rẽt:aliiſq; rebus accuratè cõparatis,quarũ ope ſuperiores hoſtib.eſſe poſſent,copias
in planitiem eduxerunt. Romanis verò quieſcentibus,audaciſſimi quique eorũ adequitantes & propiùs ad caſtra accedentes,eos omnes mulieres appellabãt, ducéſque
eorũ,timidiſſimis brutis ſimiles eſſe dicentes,cõuiciis petebant:& è duobus alterũ po
ſtulabãt,vel vt,ſi virtutẽ bellicã ſibi vendicarent,deſcẽderent in planitiẽ,& vno prælio de ſumma rerũ decernerent,vel,ſi faterẽtur ſe eſſe ignauos,traderẽt arma pręſtãtioribus, & pœnis maleficiorũ ſuorum perſolutis, nihil præclari ampliùs ſibi arrogarent. Hoc quotidie faciebant:& quum nihil proficerent, eos circumuallare decreuerunt, vt fame ad deditionem compellerent. Conſules verò hæc quæ fiebant diu
A tulerũt,non ob ignauiam mollitiémue aliquam,(ambo enim & animoſi & bellicoſi
erant)ſed ſuſpectam habentes militum voluntariam ignauiam & ſegnitiem, quæ in
plebeiorum animis ob ſeditiones agrarias inhærebat. Nam ante ipſorum aures &
oculos adhuc obuerſabantur,quæ anno ſuperiore conſuli honorem inuidentes, turpiter & præter pop.rom.maieſtatem fecerant, qui victoriam victis conceſſiſſent, &
fugæ ſimulatæ falſam exprobrationem vltrò ſubiiſſent,ne vir ille parta de hoſtibus
victoria triumpharet. Quum igitur vellent omnem ſeditionem penitus è caſtris tollere,& vniuerſam multitudinem in priſtinam concordiam reducere, & in hoc vnũ
omni conſilio & prouidentia incumberent,quia neque animaduerſione in aliquam
B partem cæteros ſapientiores ac modeſtiores reddere poterant, ob magnã contumaciam *& ferociam* in ipſorum animis inſitam, quia etiã illi arma in manibus habebant,
nec verbis, nec rationibus *ad officium* adduci poterant: ij qui obſtinato erant animo,
exiſtimarunt his duobus modis ſeditioſos in gratiam rediturος: ac ingenij quidem,
manſuetioris homines(erant enim & tales nõnulli multitudini admixti)opprobriorũ hoſtiliũ pudore: eos verò qui ad honeſtatẽ ſequendã difficilè compelli poterant,
ipſa neceſſitate,quam vniuerſum genus humanum metuit. Vt igitur hoc vtrunque
fieret, permiſerunt vt hoſtes contumelioſis verbis ſibi inſultarent, ſuam quietem
ignauiæ aſcribentes,eámque vituperantes,& factis, vt poſt multam contemptionẽ
& deſpectum, iis qui nollent ſponte rẽ fortiter gerere,fortitudinis neceſſitatem im-
C ponerent:ſi enim hęc fierent,magnam ſpem habebant fore vt omnes ad prætorium
venirent prę indignatione vociferantes,& ſe contra hoſtes duci poſcentes,id quod
etiam accidit. Vbi enim hoſtes cœperunt caſtrorum exitus foſſa vallóque cingere,
Romani rem indignam ac minimè ferendam rati,pauci primùm, mox cateruatim
concurrentes ad cõſulum tentoria,clamorẽ ſuſtulerunt, & proditionis eos inſimulabant,&,niſi quis egreſſus ducẽ ſe prębuiſſet,ſe iniuſſu illorũ correptis armis eruptionẽ in hoſtem facturos dicebant,& quũ id ab omnibus fieret, prætores adeſſe tẽpus
expectatũ exiſtimantes,lictoribus mandarunt vt multitudinem ad cõcionẽ cõuocarent. Tũc Fabius progreſſus,in hũc modũ eſt loquutus. Tarda eſt hæc indignatio ob Fabii ad ſuos oratio, in cuius principio de eorum tarditate queritur.
» contumelias quibus affecti eſtis ab hoſtibus,cõmilitones & duces,& veſtra cupiditas
D » cum hoſte pugnandi, quæ multò ſeriùs quàm oportebat vos ſubiit, eſt intempeſti-
» ua.iam pridem enim hoc vobis erat faciendum, quum primùm eos è munitionibus
» deſcendere,& ad prælium vos prouocare vidiſtis. tunc enim certamen de imperio
» præclarũ,ac pop.rom.maieſtate dignũ fuiſſet,iam verò ab ipſa neceſſitate ad id cogi-
» mur, & licet eius exitus futurus ſit feliciſſimus, tamen par decus non erit: attamen
» rectè facitis qui ſaltem nunc tarditatem priſtinam corrigere, & quod eſt reliquum
» virium ac animorum recolligere velitis,& ob hunc ardorem honeſtiſſimum,ſiquidẽ
» ab amore virtutis manat,magna gratia vobis habetur:pręſtat enim ſerò incipere of-
» ficium facere quàm nunquam. Atque vtinam omnes idem de communi vtilitate
» ſentiretis, & eadem animi alacritas,idémque impetus ad certamen in omnibus vo-
E bis eſſet,iam verò veremur ne plebeij ob leges agrarias magiſtratibus infenſi,magnã
» cladem reip.afferant,& ſuſpicamur,iſtos qui magnis clamoribus ſe educi poſcunt &
» indignantur,non eodem conſilio omnes ad hoc impelli,ſed alios quidem, vt hoſtes
» vlciſcantur,alios verò, vt effugiant,cupere ex caſtris exire. Cauſam autem huius ſu-
» ſpicionis non vates præbuerunt,nec coniecturæ,ſed manifeſta facta, eáque non ve-
» tuſta,ſed quæ ſuperiore anno acciderunt,vt omnes ſcitis, quando contra hos ipſos
» hoſtes ingenti ac valido exercitu miſſo, & primo prælio à nobis feliciſſimè facto,
» quum conſul & dux veſter Cæſo iſte,frater meus, potuiſſet & caſtra hoſtium vi ex-
» pugnare,& clariſſimam victoriam in patriam referre, nõnulli gloriam ei inuiden-
» tes,quòd plebis ſtudioſus non eſſet, nec remp. ad voluntatem pauperum admini-

ſtraret, nocte prælium ſecuta, reuulſis tentoriis, iniuſſi è caſtris aufugerunt, nec conſiderato periculo cui ſe obiiciebant, qui nullo ordine ſeruato, & ſine duce, ex hoſtico, idque noctu, abirent, nec ignominia, quam ſubituri eſſent, ſecum reputata, qui hoſtibus (quantum in ſe eſſet) imperio cederent, præſertim victores victis. Horum igitur hominũ metu (tribuni, & vos centuriones ac milites) qui neque aliis imperare ſciũt, nec ipſi parere volunt, quum multi ſint & cõtumaces, armáque in manibus habeãt, nec antè cum hoſte congredi voluimus, & ne nunc quidem audemus cũ talibus propugnatoribus de ſumma rerum decernere, ne aliis omni animi alacritate *ac totis viribus* operam *reip. in prælio* nauantibus impedimento ſint, damnúmque afferant. Si tamen, *inquiebat*, illorum quoque mentem deus in meliorem conuertit, & iã omiſſis diſſidiis, ob quæ reſp. multa & magna damna accepit, & in pacis tempus dilatis, nunc præteritam ignominiam præſenti virtute abolere volunt, nihil amplius eſt quod nos bona ſpe fretos cum hoſte congredi vetet. Multas autem & alias facultates victoriæ parandæ habemus, ſed maximas ac potiſſimas eas quas hoſtium amentia nobis præbet, qui quum copiarum multitudine longè nos ſuperent, & hac re ſola noſtræ audaciæ & peritiæ poſſint reſiſtere, tamen hoc ſolo auxilio ſe ipſi priuarint conſumpta exercitus parte in munitionum præſidiis. Deinde, quum deberent cautè & prudẽter omnia agere, reputantes cum talibus viris & ſe fortioribus rem ſibi fore, tamen audacter & inconſideratè in præliũ ruant, quaſi ipſi ſint inuicti, nos verò eorũ audacia ſimus cõſternati. Illæ enim circumuallationes, & caſtrorũ noſtrorũ obequitationes, & multæ illorum tum verbis tum factis contumeliæ hoc demonſtrant. Hæc igitur cogitantes, & ſuperiorum præliorum multorum ac præclarorum memores, in quibus eos viciſtis, alacriter ad hoc quoque prælium ite, & in quo loco vnuſquiſque veſtrûm fuerit collocatus, eum ſibi domum, agrum, patriámque ducat, & qui ſuum ſocium ſibi in acie proximum ſeruarit, ſuæ ſaluti ſe conſuluiſſe putet, & qui eum deſeruerit, ſe hoſtibus proditum à ſe ipſo arbitretur. Sed illud præcipuè memineritis, virorum fortium ac pugnãtium exiguum numerum cadere, inclinantiũ verò ac fugiẽtium perexiguum euadere. Hæc autem eo adhuc ad accendendam *militum* fortitudinem dicente, & multas lacrymas inter dicendum effundente, & centurionum & tribunorum, aliorúmque militum vnumquemque, quem illuſtre aliquod facinus in præliis edidiſſe ſciebat, nominatim appellante, & multa ac magna præmia eximiæ operæ in pugna nauatæ pro rerum geſtarum magnitudine ſe daturum, & humana beneficia *in viros fortes* ſe collaturum pollicẽte, honores, diuitias, & alia commoda: conclamatum eſt ab omnibus eum bono eſſe animo iubentibus, & ad prælium ſe duci poſtulantibus. Quum autem finem dicendi feciſſet, progreditur quidã ex multitudine, M. Flauoleius vir totus quidem plebeius, & opifex, non vilis tamen, ſed laudatæ virtutis, & in rebus bellicis ſtrenuus, qui vtroque hoc nomine ſplendidiſſimo honore decoratus fuerat, & præfectus vni legioni in qua ſunt LX. centuriones, qui ducem ſuum ſequuntur, eiúſque imperata ex legis *militaris* præſcripto faciunt. Hos duces, Romani patrio ſermone Primipilos vocant. Iſte igitur (erat autem præ cæteris magnus & egregia forma) ſtans in loco, vnde omnibus conſpicuus eſſet futurus, Proptereáne, inquit, conſules, timetis ne facta noſtra dictis non reſpondeant? Ego primus pro me ipſo vobis promiſſum cõfirmabo, fidémque certiſſimam maximámque dabo, & vos, ô ciues, eiuſdémque fortunæ ſocij, quotquot decreuiſtis facta verbis æquare, haud peccaueritis ſi idem quod ego feceritis. Hæc loquutus, ſtricto gladio, eóque ſublato, iurauit iuſiurandum quod apud Romanos eſt maximum, per bonam ſuam fidem, ſe nonniſi victis hoſtibus in vrbem reuerſurum. Quum Flauoleius in hunc modũ iuraſſet, multis laudibus exceptus eſt ab omnibus, & mox ambo conſules idẽ fecerunt, & qui minores præturas habebãt, & tribuni, & centuriones, & poſtremò reliqua militum multitudo. Hoc facto, ingens animi alacritas, & ingens ac mutua beneuolentia & audacia & robur omnes ſubiit. Digreſſiq; è cõcione, equites equos frænabant, alij gladios lanceáſque acuebant, alij ſcuta abſtergebant, breuíque temporis ſpatio totus exercitus ad pugnam paratus fuit. Cõſules autem votis, ſacrificiis, precibúſque deos precati, vt ſibi in educendis copiis duces eſſe vellent, ita demum copias egregiè inſtructas, & ordinem ſeruantes ex caſtris eduxerunt. Etruſci verò, quum eos ex munitionibus deſcendere vidiſſent, admirati ſunt, & ipſi quoque totis viribus contra eos prodierunt. Vbi verò vtrique in æquo loco conſtiterunt, & bellicum tubæ cecinerunt, pugnæque ſignum dederunt, ſublato clamore concurrerunt, fa-

M. Flauoleius ſuo fortitudinis exemplo aliis præit.

runt, factóque impetu alii in alios, equites cum equitibus, pedites cum peditibus pugnabant, & magna vtrinque cædes facta: atque Romani qui in dextro cornu erãt, cui alter conſul Manlius præerat, hoſtes ſibi oppoſitos repulerunt, & deſcendentes ex equis pedeſtrem pugnam committebant. Qui verò in ſiniſtro cornu collocati fuerant, à dextro hoſtium circundabantur: nam Etruſca acies ab ea parte longiùs protendebatur, alteráque non paulò maior erat. Ab hac igitur parte exercitus romanus perrũpebatur, multáque vulnera accipiebat. Hoc autẽ cornu ducebat Q. Fabius conſulis legatus & proprætor, qui bis conſulatum geſſerat, & diu *malis* reſtitit, varia vulnera accipiens: poſtremò, pectore lancea percuſſo, & cuſpide ad viſcera vſque pe-

Q. Fabius pectore lancea percuſſo, & cuſpide ad viſcera vſque penetrante, exanguis cadit.

A netrante exanguis cecidit. M. Fabius alter conſul, hoc audito (erat autẽ in media acie collocatus) lectiſſimis cohortibus aſſumptis, & altero fratre Cæſone Fabio accito, ſuã aciem præteriit, & longiùs progreſſus, quum dextrum hoſtium cornu tranſiſſent, venit ad eos à quibus ſui circundabantur, factóque in eos impetu ingentem edidit ſtragẽ eorum qui in manus incidiſſent, & eos qui remotiores erant in fugam vertit, fratrémque nactus adhuc ſpirantem ſuſtulit. Ille verò quum non diu ſuperuixiſſet, obiit. At eius vltoribus animus multò magis creuit, & in aduerſarios eſt incitatus, & nulla ampliùs ratione propriæ ſalutis habita, cum exigua manu in mediam confertiſſimámque hoſtium aciem facto impetu, altos cadauerum aceruos faciebant. Ab

B hac igitur parte acies Etruſca laborabat, & qui ante hoſtes reiecerant, à victis fuerũt repulſi. At qui in ſiniſtro cornu erant iam laborantes, & fugæ initiũ facientes vbi erat Manlius, hoſtes ſibi oppoſitos fugarunt. Quidam enim telum iaculatus Manlium per genu ad poplitem vſque lancea transfixit, & qui circumſtabant eum ſublatum, ipſum in caſtra abſportarunt. Hoſtes verò Romanorum ducem occubuiſſe rati corroborati ſunt, & quum alii opem ipſis tuliſſent Romanos duce orbatos premebant. Itaque, rurſus Fabii coacti ſunt relicto ſiniſtro cornu dextro ſuppetias ferre. Etruſci verò quum eos cum valido globo aduentantes vidiſſent, ab hoſte longiùs inſequendo deſtiterunt, ſed denſatis ordinibus acie inſtructa pugnarunt, & multos de ſuis amiſerunt, multóſque Romanos interfecerunt. Dum hæc geruntur, Etruſci qui caſtra à Manlio deſerta occuparant, ſigno ab imperatore dato, magna celeritate magnáque animi alacritate ad altera Romanorum caſtra, vt præſidio non ſatis firmo

C cuſtodita, contendebãt. Nec eos fefellit opinio. Nam præter triarios & paucos alios homines iuniores, & militari robore præditos, reliqua multitudo erat mercatorum, famulorum, & artificum qui in illis erant. Ibi multis in anguſtum locum contractis (nam ad ipſas portas dimicabatur) acre & atrox prælium cum magna vtrorumque cæde committitur. In hac pugna Manlius conſul, qui cum equitatu opem ſuis tulerat, quum vnâ cum equo ſuo prolapſus præ vulnerum multitudine ſurgere non poſſet, moritur, & circa eum alij multi, fortéſque iuuenes. Confeſtim autem poſt cladem iſtam caſtra capta ſunt, atque ita vaticinia Etruſcorum irrita non fuerunt. Si igitur præſenti felicitate moderatè vti ſciuiſſent, & capta caſtra cuſtodiuiſſent, Romanorum impedimentis potiti fuiſſent, eóſque turpiter abire coëgiſſent. Iam ve-

Manlii conſulis mors.

rò ad rerum relictarum direptionem, & plerique ad curam corporis verſi, egregiam

D prædam quam in manibus habebant amiſerunt. Vt enim alteri conſuli caſtra expugnata nuntiatum eſt, eò cum lectiſſimis equitibus ac peditibus accurrit. Etruſci verò, cognito eius aduentu, caſtra militum corona cinxerunt: ibíque inter eos acre prælium committitur, his res ſuas recuperare volentibus, illis verò ne captis caſtris occidione delerentur, timentibus. Quod prælium quum diutius protraheretur, & Etruſcorum melior eſſet conditio, (nam de ſuperiore loco pugnabant, ídque contra homines prælij labore per totum diem continuato feſſos) T. Siccius legatus cũ conſ. communicato ſuo cõſilio, iuſſit receptui cani, & ab omnibus in vnum coactis, vnũ tãtùm caſtrorũ latus oppugnari, qua parte potiſſimùm locus facilè oppugnari poterat. Partes verò quę erant ad portas, veriſimili quadam ratione omiſit, quæ eum minimè fefellit: eos *enim* ſpe ſalutis caſtra deſerturos *existimabat*. Quòd ſi de ea deſperaſſent, & ab hoſtibus vndique circũdati fuiſſent, nullúmque exitũ habuiſſent, eos neceſſitate coactos extrema auſuros *ſciebat*. Quũ igitur ab vna parte inſtituta eſſet oppugnatio, Etruſci haud amplius ſe ad reſiſtendũ cõuerterunt, ſed apertis portis in ſua caſtra ſe receperũt. Cõſul verò, hac clade depulſa, rurſus ſubſidio venit iis qui in planitie erant. Hæc Romanorũ pugna fertur omniũ ſuperiorũ fuiſſe maxima, tum hominũ multitudine, tũ diuturnitate, tũ fortunę oñc his nũc illis fauẽtis viciſſitudine. Ipſius enim

Pugna Romanorum, quæ omnium ſuperiorum maxima exiſtimata fuit, tum hominum multitudine, tum diuturnitate, tum fortunæ viciſſitudine

validiſſimæ lectiſſimæque iuuentutis vrbanæ erãt circiter peditũ viginti millia, & cũ
his equites quatuor legionũ M C C. & colonorũ ſociorúmq; par numerus. Pugnæ au
tẽ initiũ factũ eſt paulò ante meridiem, & prælium vſque ad ſolis occaſum productũ
eſt. Fortuna verò diu nutauit, nũc huc nunc illuc inclinante victoria. Altérque cõſul
& proprætor, qui bis conſulatum geſſerat, & alij multi duces, tribuni, & centuriones
quot nunquam antea, ceciderunt. Victoria tamen penes Romanos videbatur fuiſſe,
non ob aliam cauſam, quàm quòd ſequenti nocte Etruſci deſertis caſtris abiiſſent.
Poſtero die Romani ad direptionem rerum ab Etruſcis in caſtris relictarũ verſi, ſuo-
rúmque cadaueribus ſepulturæ mandatis, ſe in ſua caſtra receperunt. Ibi conuocata
concione, iis qui egregiã operã in pugna nauarant honores fortitudinis ergò reddi- A
derunt, primùm Cæſoni Fabio cõſulis fratri, quòd magna & admirãda facinora edi-
derat, deinde T. Siccio, cuius conſilio caſtra recepta fuerant, poſtremò M. Flauoleio
primipilo, tũ ob eius iuſiurandũ, tum ob eius fortitudinẽ in periculis. His peractis, &
aliquot dies in caſtris morati, quũ nulli amplius hoſtes ad pugnã prodirent, domũ re-
dierunt. Quũ autẽ totus populus, vt bello feliciſſimè confecto, ob partam victoriam
triũphi honorẽ conſuli ſuperſtiti de ferre vellet, ipſe conſul huius honoris beneficiũ
recuſauit, dicens nec piũ nec fas eſſe, in fratris & collegæ funeribus triũphare, & co-
ronã geſtare. Itaque, repoſitis ſignis, militibúſque domũ dimiſſis, conſulatu ſe abdica-
uit, quũ duo mẽſes de annuo magiſtratu ſupereſſent: quia conſularia munia obire nõ

Anno V. C. 275. cõſulibus, Cæſone Fabio tertiùm & T. Virginio, bellũ cum Æquis & Veientibus.

poterat, immani enim vulnere grauiter laborabat, ita vt in lecto iaceret. ¶ QVVM B
autẽ ſenatus interreges comitiorũ cauſa creaſſet, & ſecundus interrex populũ in cã-
pum *Marcium* cõuocaſſet, Cæſo Fabius, ille qui ob fortitudinẽ ſuã præmia ex prçlio
reportarat, quiq; erat frater eius qui cõſulatu ſe abdicarat, tertiùm cõſul eſt creatus,
& cum eo T. Virginius. Iſti ſortiti inter ſe copias, ad militiã ſunt profecti obtigítque
Fabio bellũ contra Æquos, qui Latinorũ agros populabãtur: Virginio, cõtra Veien-
tes. Æqui igitur quũ copias cõtra ſe venire cognouiſſent, properè caſtris ex hoſtico
motis, ſe in ſua oppida receperũt: deinde paſſi ſunt agros ſuos diripi, ita vt cõſul mul-
tis pecuniis, multis captiuis, prædáque ingenti ſuo repentino aduentu potitus fuerit.
Quũ autẽ Veientes principiò ſe mœnibus continerent, vbi ſe opportunã occaſionẽ
nactos exiſtimarunt, hoſtes per cãpos diſperſos, & in prædę direptionẽ intentos ag- C
greſſi ſunt. Cũ ingentibus autẽ & bene inſtructis copiis impetũ in eos fecerunt, præ-
dámque eripuerunt, & eos qui ſecum congredi auſi fuerãt, partim occiderunt, par-
tim in fugã verterunt: & niſi T. Siccius, qui tunc legatus erat, cũ inſtructa peditum
equitúmque manu ſuis celeriter ſuccurrẽs eos repreſſiſſet, nihil vetare potuiſſet quin
totus exercitus deleretur. Sed illius interuentu reliquis qui diſperſi erant, ſe in vnũ
celeriter colligendi facultas eſt data. atque omnes in vnũ coacti tumulum quendam
ſub crepuſculum veſpertinũ occuparũt, & in eo ſequutã noctẽ manſerunt. At Veiẽ-
tes victoria elati prope tumulũ caſtra poſuerunt, alióſque ex vrbe acciuerunt, quaſi
Romanos in loco cõcluſiſſent, in quo nullos cõmeatus eſſent habituri, & quaſi eos D
breui arma tradere coacturi eſſent. Itaque, quũ ingens turba eò confluxiſſet, bina ca-
ſtra fecerunt ad tumuli latera quæ expugnari poterant, & in locis parũ opportunis
multa alia minora præſidia collocarunt, omniáque armatis militibus repleruut. Sed
alter conſul Fabius acceptis à collega literis, vbi cognouit eos qui in tumulo obſide-
bantur, in extremo periculo verſari, & verendum eſſe (niſi quis ocius ipſis auxilium
ferret) ne fame expugnarentur, motis caſtris, contra Veiẽtes celeriter copias duxit,
&, ſi vna die tardiùs itinere confecto eò veniſſet, nihil ſuis profuiſſet, ſed illum exer-
citum deletum reperiſſet. Quum enim ij qui in tumulo erant inopia rerum ad vi-
ctum neceſſariarum premerentur, prodierant ad pugnam vt honeſtiſſimo mortis
genere morerentur, & maxima eorum pars cum hoſtibus congreſſa pugnabat: cor- E
poribus defatigatis, fame, ſiti, vigiliis, aliíſque incommodis. Sed quum nõ multò poſt
Fabii exercitus ingens, & acie inſtructa aduentans conſpectus fuiſſet, hoc Roma-
nis audaciam, hoſtibus verò timorem attulit. Itaque, Etruſci haud ampliùs ſe pa-
res eſſe rati, qui cum validis ac recentibus copiis confligerent, caſtris deſertis abie-
runt. At Romani, poſtquam vterque exercitus in vnum conuenit, ampla caſtra pro-
pè vrbem *Veientum* in loco munito poſuerunt, ibíque multis diebus conſumptis, &
prçſtantiſſimam agri Veientani partem populati, copias domum reduxerunt. Veien-
tes verò vbi cognouerunt Romanorum copias dimiſſas, cum expedita iuuentute,
tum ſua, quam inſtructam ducebant, tum ea, quæ à finitimis populis miſſa aderat, in

campos

cāpos ſuo agro finitimos irruptionē fecerūt,cóſque refertos frugibus pecore,& ho-
minibus diripuerūt:coloni enim ex caſtellis ob pecoris pabulū & agriculturā deſcē-
derant : quòd ſuis copiis caſtra in hoſtico habentibus freti eſſent, nec poſt earum
diſceſſum ocius ſe iterū cum ſuis rebus in tutū receperant, quòd nunquā putaſſent
Veientes tot malis afflictos tā celeriter hoſtes adoriri auſuros, vt & ipſi ſuas iniurias
vlciſcerentur,& parē gratiā illis referrent. Hæc irruptio quam Veientes in agrū ro-
manū fecerunt,tēporis ſpatio breuis illa quidē fuit,ſed tamen maxima ob amplitu-
dinē agri,quē vſque ad Tiberim flumen & montē Ianiculum,ne viginti quidē ſtadia
ab vrbe diſtantē,percurrerūt:atque dolorē cum ignominia inſueta pop.rom.attulit.
A Illæ enim hoſtiū excurſiones, ne vlterius progrederentur, prohiberi non poterant,
quòd nullus exercitus ſub ſignis eſſet: Veientū enim exercitus priùs irruptionē fece-
rat quàm Romani conuenirent & centuriarētur. Poſtea ſenatu à conſſ.coacto,& ha-
bita cōſultatione de modo belli cū Veientibus gerendi,ea ſentētia vicit, vt præſidia
in agri romani finibus diſponerentur, quæ foris manerent,& agrū tutarentur, ſem-
pérque in armis eſſent. Sed eos angebant ſumptus maximi,qui in præſidiarios milites
faciendi erant,tū quòd ærariū continuis expeditionibus eſſet exhauſtū, tū quòd ho-
mines priuati de ſuis facultatibus tributa cōferre amplius nō poſſent, & multò ma-
gis *hoc eos torquebat*,quónā modo præſidiarij milites,qui mittendi erant,eſſent cōſcri
bendi,quòd nulli eſſent,qui ſponte ſe pro omnibus *ad eam militiam* offerrent,in qua
non per vices,ſed cōtinenter ærūnas eſſent perpeſſuri. Quū igitur ob hanc vtranque

Senatus à conſulibus coactus, & habita conſultatio de modo belli cū Veientibus gerendi.

B cauſam mœror ſenatū detineret, Fabij totā ſuā gentem conuocarunt,& poſtquā hac
de re cū ea cōſultarunt,ſenatui polliciti ſunt ſe vltrò hoc periculū pro ſalute publica
ſubituros,& ſe cum clientibus amicíſque ſuis toto belli tēpore ſuis ſumptibus milita-
turos. Quum autē omnes generoſam eorū prōptitudinē admirati fuiſſent,totámque
victoriæ ſpē in hoc vno collocarent,illi tota vrbe clari & celebres, ſumptis armis &
votis ſacrificiíſque factis,ex vrbe ſunt egreſſi. Præerat autē ipſis M. Fabius, qui ſupe
riore anno conſul fuerat,& Etruſcos prælio vicerat,ſecū ad ſummū quatuor hominū
millia adducens,quorū maxima pars erant clientes & ſodales:ex ipſa verò Fabia gē-
te erant trecenti & ſex viri. Eos autē nō multo poſt ſequutus eſt & Romanorū exer-

Fabii totam ſuam gentem conuocant, & ſenatui pollicentur ſe cum clientibus amicíſque ſuis toto belli tempore ſuis ſumptibus militaturos.

C citus,Cęſonis Fabij alterius conſulis ductu. Quum autē ad fluuiū Cremeram appro-
pinquaſſent,qui non procul à Veiis abeſt, in quodā tumulo præcipiti ac prærupto,
caſtellū quod tantū exercitum tutari poſſet cōmuniuerunt, duplicíque foſſa id cir-
cundederūt,crebráſque turres in eo erexerunt:cui ab ipſo fluuio inditū nomē Cre-
meræ:quod opus,quū à multis operis & ipſo cōſule adiuuante fieret,opinione citius
eſt abſolutū. Poſtea eductis copiis profectus eſt ad alterā agri Veientani partē,quæ ad
reliquā Etruriā eſt conuerſa,vbi erat Veientiū pecus, quod illi nunquā eò romanum
exercitū venturū putaſſent. Ingenti autē præda potitus,eam in caſtellum recèns cō-
ditū abegit,lętus ob eā prædā duabus de cauſis,tum quòd citò hoſtes eſſet vltus,tum
etiam quòd præſidiariis caſtelli militibus magnam rerum copiam eſſet daturus : ni-

Cremera caſtellū, ad Cremeram fluuiū contra Veientes, à Romanis extruitur.

D hil enim in publicum retulit, nec priuatis militibus diuiſit : ſed pecus, iumenta,
& boum iuga, & ferramenta, & reliqua inſtrumenta ad opus ruſticum idonea re-
gionis circuitoribus *ac propugnatoribus* eſt largitus. His peractis, copias domum duxit.
Cęterùm,cum Veientibus poſt eum locum communitum valde malè agebatur,quòd
nec agros tutò colere,nec commeatus extrinſecus *in agrum ſuum* importatos recipe-
re poſſent. Nam Fabij copiis quadrifariam diuiſis,vna parte caſtellum cuſtodiebant,
reliquis tribus hoſtium agrum perpetuò populabantur. Et, quum ſæpe Veientes
eos apertè non parua manu adorti fuiſſent, cóſque in loca inſidiis obſeſſa attraxiſ-
ſent,vtroque modo ſuperiores euaſerunt,multíſque cæſis ſe tutò in ſuum caſtellum
receperunt. Itaque,hoſtes ne congredi quidem cum ipſis ampliùs audebant:ſed ple-
E runque ſe intra mœnia continebant,& nōniſi furtim prodibant, atque ita hyems illa
exacta eſt. ¶ ANNO ſequenti L. Æmilio C. Seruilio conſſ. nuntiatum eſt Romanis
Volſcos & Æquos feciſſe fœdus,& vno eodémque tempore copias contra eos edu-
cere decreuiſſe, & breui in agrum facturos irruptionem, & verus erat nūtius. O-
mnium igitur opinione citius vtrique cum ſuis copiis finitimos agros vaſtabant,
exiſtimantes fore vt Romani & bello Etruſco reſiſtere, & ſuum impetum ſu-
ſtinere non poſſent. Rurſus alij nuntiabant, totam Etruriam in bellum con-
tra ipſos conſpiraſſe, & paratam eſſe commune auxilium Veientibus mittere.

Anno V. C. 276. conſulib. L. Æmilio, C. Seruilio, bellū cum Æquis, Volſcis, Veientibus.

Veientes auxilia ab Etruſcis, cognatis ſuis, aduerſus Romanos petunt, & impetrant. Veientes ſe Etruſcæ genti aduerſus Romanos propugnaculi loco eſſe dicunt.

Veientes enim,quum domeſticis viribus caſtellum illud excindere non poſſent, ad
eorum opem confugerunt, cognationem & amicitiam illis commemorantes, &
quæcunque bella communibus auſpiciis eſſent geſta,recenſentes: & pro his omni-
bus hoc poſtulantes,vt ſe in bello contra pop.rom. adiuuarent, quòd ipſi toti Etru-
riæ oppoſiti eſſent, & bellum à populo romano illatum, ab omnibus eius gentis
populis auerterent. Etruſci verò eorum oratione adducti, copias quantas pete-
bant ipſis ſubſidio ſe miſſuros promiſerunt. His cognitis, ſenatus tres exercitus
emittere decreuit, & copiis celeriter conſcriptis, L. Æmilius in Etruſcos eſt miſ-
ſus,& cum eo profectus eſt Cæſo Fabius, qui nuper ſe magiſtratu abdicarat, im-
petrata à ſenatu venia vt ſibi liceret eſſe cum ſuis gentilibus, qui erant Cremeræ, A
quos frater ſuus ad illius caſtelli præſidium eduxiſſet, vtque eorundem certami-
num aleam ſubire *ſibi permitteretur*, & cum ſuis ſociis proconſulari poteſtate orna-
tus exiuit. Alter conſul, C. Seruilius in Volſcos duxit exercitum: at Seru. Furius
proconſul in Æquos. Vnumquêque eorum duæ legiones vrbanæ, & Latinorum ac
Hernicorum,aliorúmque ſociorum copiæ Romanis non minores ſequebantur.Ser-
uius autem proconſul bellum feliciter & ex animi ſententia ac celeriter confecit.
Vno enim prælio Æquos fudit,fugauítque,idque ſine vllo negotio hoſtibus ſuo pri
mo aduentu perterritis.Deinde,quum illi in munitiones ſuas confugiſſent, eorum
agrum vaſtauit. At Seruilio alteri conſuli præproperè ac temere cum hoſtibus con- B
greſſo res valde præter expectationem ſucceſſit,quia Volſci valde ſtrenuè ei reſtite-
runt.Itaque,coactus eſt multis & fortibus viris amiſſis,cũ hoſtibus amplius non con-
gredi,ſed in caſtris ſe continere,& velitationibus,ac leuibus ferentariorũ prœliis bel-
lũ trahere ſtatuit. At L. Æmilius contra Etruſcos miſſus,exercitum Veientium ante
ipſam vrbẽ nactus,& cum ipſis multas auxiliares copias ab eiuſdẽ gentis populis miſ-
ſas,nihil amplius cunctatus,rẽ eſt aggreſſus:vniúſque diei ſpatio,ex quo caſtra meta-
tus fuerat intermiſſo,copias in prælium eduxit,Veientibus audaciſſimè manus cõ-
ſerentibus. Quũ autem æquo marte certaretur,equitatũ in dextrũ hoſtiũ cornu im-
miſit,quo perturbato in alterũ cõtendit, & ex equo pugnabat vbi loci natura id pa-
tiebatur:vbi verò non ferebat,deſiliens ex equo pugnã pedeſtrẽ cõmittebat.Laborã- C
te autẽ vtróque cornu,ne media quidẽ acies amplius hoſti potuit reſiſtere: ſed à pe-
ditatu loco eſt pulſa:ac mox omnes in caſtra fugerunt.Æmilius verò fugientes inſe-
quebatur inſtructa acie,multóſque interfecit.Quũ autẽ ad caſtra acceſſiſſet,inſtitu-
ta corũ per vices oppugnatione,totum illum diẽ & noctem ſequentẽ ibi manſit.Po-
ſtero die hoſtibus labore,vulneribus, vigiliíſque defatigatis, caſtris potitur. Etruſci
enim vbi viderunt vallũ iã à Romanis tranſcendi,deſertis caſtris partim in vrbẽ par-
tim in proximos montes fugerunt.Eo igitur die cõſul in hoſtiũ caſtris manſit.Poſtri-

Sic & Gellius interpret. eos qui præ ceteris fortè in præliis operã nauaſſent, coronis aliiſque donis militaribus decorauit. Sed fortaſſe quum dicit, στεφανώσας τοὺς ἀριστεύσαντας ἐν ταῖς μάχαις λαμπροτάταις δωρεαῖς, intelligit, quum illos, coronarũ loco, donis ſplẽdidiſsimis ornaſſet. ita vt inter dona illa coronas etiam fuiſſe minimè neceſſe ſit.

die verò,† eos qui egregiam fortémque operam in præliis nauarãt,coronis doníſque
ſplendidiſſimis donauit,omniáque iumenta,& mancipia in caſtris relicta,& tentoria
multis bonis referta militibus in prædã conceſſit.Romanúſque exercitus tunc *tãtis*
diuitiis,quantis nũquã aliâs in vllo prælio eſt ditatus.Nã gens Etruſca vitę genus de- D
licatũ ac ſumptuoſum,& domi & militiæ degere conſueuerat,quippe quæ præter res
neceſſarias,luxus etiã & artificij variã ſupellectilẽ ad voluptates & delicias elabora-
tã circũferret. Sequentibus diebus Veientes,iã fracti malis,ciuium maximos quoſ-
que natu ad conſulẽ more ſupplicũ ornatos legarunt,vt cũ eo de pace agerẽt. Hi lu-
gentes,& ſuppliciter orãtes,& alia quæcunque vim cõciliandæ miſericordiæ habẽt,
cũ multis lacrymis cõmemorantes,impetrarunt à conſſ. vt ſibi liceret legatos Romã
ad ſenatũ de pace acturos mittere.Interim verò dũ legati reſpõſum referrẽt,ab omni
maleficio & agri ſui vaſtatione milites abſtinerent.Quæ vt ſibi concederentur, fru-
mẽtũ duorũ menſium,& ſtipendiũ ſex menſium,prout victor imperarat,ſe Romano
exercitui daturos ſunt polliciti.Cõſul,iis allatis & acceptis,& inter milites diuiſis,in- E
ducias cũ illis fecit. Senatus verò,audita legatione,& acceptis à cõſule literis,multũ
rogante & ſuadente vt quàm celerrimè bellũ,quod gerebatur cũ Etruſcis, depone-
retur,hoſtibus pacẽ quam petebant dare decreuit: ſed quibus cõditionibus hęc fie-
ret,L. Æmiliũ conſulẽ prout ei optimũ eſſet viſum,ſtatuere iuſſit. Conſul hoc reſpon

Conditiones pacis à L. Æmilio conſule cum Veientibus factæ ſenatui non probantur.

ſo accepto,fœdus cum Veiẽtibus fecit,data illis pace,in qua maiorẽ rationẽ lenitatis
quàm vtilitatis populi victoris habuit,quòd nec partẽ agri illis ademiſſet, nec vllam
aliã pecuniarum multã irrogaſſet,nec acceptis obſidibus fidẽ pactorum confirmaſ-
ſet.Hoc ei magnã conciliauit inuidiã,effecítque vt gratia, *ac honore debito* ob rẽ feli-

citer

citer geſtam à ſenatu fraudaretur. Ei enim triumphum petenti ciues aduerſati ſunt, obiicientes arrogantiam, quòd leges fœderis non de communi ſententia *victis* impoſuiſſet. Sed ne eam rem iniquo animo ferret, néue id in ſuam contumeliam factum putaret, decreuerunt vt copias in Volſcos duceret, vt collegæ auxilium ferret, ſi poſſet, illo bello feliciter confecto (erat enim vir admodum fortis) indignationem ob priora peccata meritam abolere. At ille hanc ignominiam iniquo animo ferens, apud populum vehementer in patres eſt inuectus, qui bello Etruſco finem impoſitum moleſtè ferrent. Hoc autem illos inſidioſè & in contemptionem pauperum facere dicebat, ne bellis externis liberati agros pro-
A miſſos repoſcerent, toties iam eorum fallaciis decepti. Quum autem ira impotenti actus, his & multis huiuſmodi probris patricios aſperſiſſet, *ac inſectatus fuiſſet*, dimiſit exercitum qui ſecum ad militiam venerat, & Furij proconſ. copias, quæ in Æquis erant, accerſitas, domum ſuam dimiſit, quo facto tribunis magnam ſenatus in concionibus accuſandi, & diſſidia inter pauperes & diuites liberè ſerendi materiam præbuit. ¶ANNO ſequenti, conſules creati C. Horatius, & T. Menenius, ſeptuageſima ſexta olympiade, qua vicit in ſtadio Scamander Mitylenæus, archonte Athenis Phædone. Hi principiò ciuili tumultu impediti fuerunt quominus rempub. gererent, quia plebs irritata erat, nec quidquam aliud quod
B ad rempub. pertineret fieri ſinebat, priuſquam ager publicus diuideretur: ſed tandem poſtea illi qui motus ciebant & tumultus excitabant, neceſſitati ceſſerunt, & ſponte ad militiam ſunt profecti. Nam Etruſcorum vndecim populi pacis expertes, habito communi totius gentis concilio, Veientes accuſabant quòd non de communi ſententia pacem cū pop. rom. feciſſent, & alterutrum eos facere poſtulabant, vel fœdus cum Romanis ictum frangere, vel cum illis contra ſe bellum gerere. At Veientes pacis neceſſitatem excuſabant, rémque in publicum proponebant, vt concilium diſpiceret & conſultaret quónam modo pacem honeſtè poſſent frangere. Tunc quidam ſubiiciens, monuit *poſſe eos hoc facere*, ſi de Cremera caſtello contra ſe communito, & de præſidio ex eo non abducto quererentur *ſuaſit* igitur vt verbis orarent
C illos vt caſtellum relinquerent, quod niſi ipſis perſuaſiſſent, caſtellum obſiderent, atque inde bellum auſpicarentur. Quum autem omnes de communi ſententia hoc decreuiſſent, ex concilio diſceſſerunt, nec multo poſt Veientes miſſa legatione ad Fabios, caſtellum ab illis repoſcebant, & tota Etruria in armis erat. Hæc vbi ex ipſorum Fabiorum literis Romani cognouerunt, decreuerunt vt ambo conſules ad bellum proficiſcerentur, tum ad hoc nouum Etruſcum quod ſibi inferebatur, tum ad illud, quod iam cum Volſcis gerebatur. Horatius igitur cum duabus legionibus, & ſatis firmis aliorum ſociorum auxiliis, contra Volſcos profectus eſt. At Menenius cum pari copiarum numero in Etruſcos erat iturus: ſed dum ſe parat, & tempus terit, interim præſidium quod Cremeræ erat, ab hoſtibus celeriter eſt expugna-
D tum, & Fabia gens deleta. De illorum autem clade duplex eſt opinio, vna minus probabilis, altera quæ ad veritatem propiùs accedit. Vtranque tamen, ita vt accepi afferam. Quidam dicunt, inſtante patrio ſacrificio, quod à gente Fabia faciendum erat, eos cum paucis clientibus ad ſacra exiſſe, & eò iuiſſe nec itineribus antè exploratis, nec ſub ſignis acie inſtructa, ſed ſegniter & incautè, vt pacis tempore, & per amicum agrum iter facientes. Etruſcos verò, quum eorum profectionem præſenſiſſent, cum parte copiarum in via *ipſis* inſidias ſtruxiſſe, cum reliqua verò parte inſtructa non multò poſt ſequutos. Quum autem Fabij ad inſidias acceſſiſſent, tunc Etruſcos ex inſidiis ſurrexiſſe, & in eos impetum feciſſe, alios à fronte, alios à lateribus, & paulò poſt reliquas Etruſcorum copias à tergo adactas fuiſſe, eóſque vndique circum-
E uentos partim fundis, partim ſagittis, partim iaculis, & lanceis ab hoſtibus ad eos collineantibus petitos, telorum multitudine omnes ab illis confixos atque obrutos fuiſſe. Atque hæc quidem opinio minùs probabilis mihi videtur, neque enim veriſimile eſt ſacrificij cauſſa tot viros, qui ſub ſignis erant, ſine ſenatuſconſulto in vrbem ex caſtris redire auſos fuiſſe: præſertim quum ea ſacra per alios gentiles ætate iam prouectiores peragi poſſent. Quamuis autem omnes ex vrbe abiiſſent, nec vlla gentis Fabiæ portio domi relicta fuiſſet, tamen non eſt veriſimile omnes qui illud caſtellum tenebant, eius cuſtodiam deſeruiſſe. Satis enim fuiſſet, ſi tres quatuórue eò profecti, pro tota gente ſacra feciſſent. Ob haſce igitur cauſas hæc opinio parùm probabilis mihi videtur. Altera verò, quam ad veritatem

Anno V. C. 277. olymp. 76. conſ. C. Horatio, T. Menenio, bellum Etruſcum.

C. Horatii & T. Menenii cōſulum expeditiones.

Cremera expugnata, & Fabia gens deleta: quod quomodo contigerit, alii aliter narrant.

propiùs accedere puto, de illorum virorum internecione, & de illius caſtelli oppu-
gnatione,hæc eſt. Quum illi ſæpius prædatum exirent, & cohortes ſucceſſibus ſe-
cundis inuitatæ continenter procederent vlterius, Etruſci parato ingenti exer-
citu clam hoſtibus in proximis locis caſtra poſuerũt:deinde ex caſtellis greges ouiũ,
& armenta boum & equorũ ad paſcua emittentes,hoc modo ad prędã viros allecta-
bant.Illi verò egreſſi paſtores cõprehendebant,& pecus abigebãt.Quod quũ ſæpius
Etruſci facerent,& hoſtes ſemper longiùs à caſtris attraherent, vbi eorum mentem
peruerterunt,ita vt illi quid ſibi tutũ eſſet ampliùs nõ proſpicerent,continua præda
iis ineſcatis,noctu in locis opportunis inſidias collocarũt,& alij ſpeculas campis im-
minentes occuparunt.Poſtridie verò præmiſſis paucis quibuſdam militibus armatis, A
quaſi ad paſtorũ præſidiũ,multos greges ex caſtellis emiſerunt. Quũ autem nuntia-
tũ fuiſſet Fabiis,eos ſuperatis proximis collibus exiguo tẽporis ſpatio cãpum vario
pecoris genere plenũ inuenturos,idque non ſatis valida manu cuſtoditũ,prodierunt
è caſtello,præſidio,quantũ ſatis eſſet,ibi relicto:& itinere properè & alacriter confe-
cto,acie inſtructa ex improuiſo in conſpectũ cuſtodũ pecoris venerunt.Illi verò non
expectato eorũ impetu fugerunt. At Fabij quaſi iã eſſent in tuto,& paſtores cõpre-
hendebant,& pecus abigebant. Interea verò Etruſci in multis locis ex inſidiis ſurgẽ-
tes,vndique in eos impetũ faciunt,& quũ plerique Romanorũ eſſent diſperſi, nec li-
bi inuicẽ poſſent ſuccurrere,ibi interierunt. At quotquot eorũ cõglobati erant,quũ
magna animi contentione conarentur locũ tutum occupare,& ad montes propera- B
rent,in alias inſidias inciderunt,in ſyluis & ſaltibus ſubſidentes.Ibi acri pugna com-
miſſa,magna vtrinque cædes facta.Tamen & hos qui cum ipſis cõgreſſi erãt repule-
runt,& tota acie cadaueribus repleta,curſu in collẽ nõ facilẽ expugnatu euaſerũt,vbi
ſequentẽ noctem ſine cõmeatibus egerunt. Poſtero die quũ ij qui caſtelli præſidio
relicti fuerant,ſuorum cladem cognouiſſent,& maiorem exercitus partem in rapi-
nis ac præda cæſam,præſtantiſſimam verò in monte obſideri,in loco deſerto cõclu-
ſam,&,niſi maturè illis ſubueniretur,fore vt victus inopia citò expugnarẽtur,exierũt
magna feſtinatione,perpaucis ad caſtelli præſidiũ relictis.Hos Etruſci priuſquàm ſe
cum aliis coniungerent,ex caſtellis decurrentes circumdederunt,eóſque poſt mul-
ta fortia facinora ab ipſis edita ad vnũ omnes tandẽ interfecerunt. Nec multo poſt C
illi etiã qui tumulum occupabant,quum fame & ſiti premerentur,cum hoſtibus con-
fligere decreuerunt,paucique in multos facta impreſſione à matutinis horis ad no-
ctem vſque pugnarunt,tantámque hoſtium ediderunt ſtragem,vt cadauerum acer-
ui multis in locis fuſi illis impedimento eſſent quominus pugnarent. Etruſci verò a-
miſſa amplius tertia exercitus parte,& reliquis timentes,pugna ad exiguum tempus
intermiſſa,ſignóque receptui dato,caduceatores ad illos miſerunt, fidem publicam
tutúmque tranſitum ipſis pollicentes, ſi arma deponerent, & caſtello decederent:
quas conditiones quum illi non admitterent,ſed fortiter mori mallent, inſtaurato
prælio,per vices eos aggreſſi ſunt, non amplius ſtataria pugna, nec comminus pu- D
gnantes:ſed omnes eminus lanceis lapidibúſque eos petentes, telorum verò multi-
tudo erat inſtar niuis hybernæ, quæ confertim cœlitus cadit. At Romani milites in
globos condenſati,in eos ſuum impetum non ſuſtinentes irruebant,& multa vulne-
ra à circumſtantibus vndique hoſtibus illata perferebant.Sed quũ gladij iam multis
nullum afferrent vſum,partim acie hebetati,partim fracti,quúmque clypei vndique
perforati eſſent,& plerique exangues & telis confoſſi,membriſque præ multitudine
vulnerum diſſolutis *ac languidis* ſtarent,Etruſci,iis contemptis,manus cum ipſis cõ-
ſeruerunt.At Romani ferarũ ritu proruentes,eorũ haſtilia prehendebãt,eáque per-
fringebant,gladióſque per ipſas acies prehendentes,illis extorquebant:quidã etiã ex
ipſa ſtrage ſurgentes ſeſe illis immiſcebant,animis magis quàm viribus pugnãtes, ita E
vt hoſtes cũ illis amplius congredi non auderent,tũ eorũ peruicacia territi, tum etiã
deſperationem vitæ in quam illi venerant formidantes: ſed iterum eminus omnes
conferti,& fuſtibus,& lapidibus,aliiſque telis,quęcunque ſe ipſis obtuliſſent,eos pe-
terent. Quare,tandem eos telorum multitudine obruerunt. Quibus cæſis curſu ad
caſtellum contenderunt illuſtriſſimorum virorum capita præferentes, vt primo
impetu præſidiarios ad deditionem compulſuri. Haud tamen res illis ſucceſſit vt
ſperarant. Nam qui in eo fuerant relicti, æmulatione mortis generóſæ aliorum
ſuorúmque gentilium accenſi, perexigui numero prodierunt, & poſt longum
certamen eodem modo quo alij omnes, ad vnum interierunt: caſtellum verò
deſertum

deſertum Etruſci ceperunt. Hæc igitur opinio mihi multò probabilior quàm prior
videtur, vtranque tamen ſcripta Romanorum fide digna memoriæ prodiderunt.
Quod verò nonnulli his addunt, quanuis nec verum nec veriſimile, ſed quibuſdam
rumoribus à veritate alienis ſit fictum, tamē operæpretium fuerit hoc diſcutere nec
ſilentio prætetire. Nonnulli enim dicunt, C C C V I. Fabiis cæſis, ex tota gente
vnicum puerum relictum, rem non ſolùm incredibilem, ſed etiam quæ fieri non
potuit, introducentes: nec enim fieri poterat vt omnes Fabij, qui in illud caſtellum
iuerāt, eſſent ſine liberis & cœlibes, nam priſca eorum lex cogebat eos qui per ætatē
poſſent vxores ducere, & vt omnes liberos ſuſceptos educarent neceſſe erat, quam
A legem diligenter vſque ad ætatem ſuam à maioribus ſeruatam haud quaquam ſoli
Fabij contempſiſſent. Sed ſiquis hoc quoque concedat, illud tamen non etiam con-
cedet, ne fratres quidē vllos ætatis adhuc tenellę illis fuiſſe. Hæc enim fabulis & fig-
mentis theatricis ſunt ſimilia. Patres verò eorum, qui per ætatem adhuc liberos pro-
creare poterant, in tanta ſuæ gentis orbitate, nónne volentes & nolentes aliis liberis
procreandis operam didiſſent, tum ne ſacra gentilitia interirent, tum etiam ne gen-
tis huius tanta gloria periret. Quod ſi ne vllis quidem eorum patres reliqui erāt, ſed
omnes in illorum trecentorum & ſex Fabiorum numero erant, fieri tamen nō po-
teſt quin ſaltem infantes *aliqui* fuerint illis reliqui, aut vxores grauidæ, aut fratres
B impuberes, aut patres ætatis iā integræ. Hoc igitur modo hanc opinionē examinans,
eam minimè veram credo, ſed illam veram eſſe puto, quū in trium fratrum Cæſo-
nis, Marci, & Quinti domo per ſeptennium cōſulatus fuerit continuatus, ſoli Mar-
co filiolum ſuperſtitem fuiſſe, atque has intelligi Fabiæ gentis reliquias nihil vetat.
Quòd autem nullus alius amplius inſignis & illuſtris fuerit præter hunc vnum iam
adultum, hinc multorum opinionem natam *arbitror*, quòd ſolus ille ex gente Fabia
fuerit reliquus, non quòd nullus alius prorſus fuerit relictus: ſed quòd nullus illis *po-
ſtea* ſimilis fuerit, quia cognationis coniecturam illi non ex natura, ſed ex virtute fa-
ciebant, atque de his hæc dixiſſe ſit ſatis. Etruſci igitur Fabiis cęſis, captóque Creme-
ræ caſtello, copias ad alium Romanorum exercitum duxerunt. Alter autem conſul
Menenius non procul inde caſtra habebat, in loco parum tuto: & quando Fabia gēs
C cum ſuis clientelis periit, circiter triginta ſtadia aberat ab eo loco vbi clades ea eſt
accepta, effecítque vt multi crederent, eum, cognito ingenti Fabiorum periculo, ta-
men id neglexiſſe, quòd virtuti & gloriæ eorum inuideret. Quapropter poſtea à tri-
bunis, in ius vocatus ad cauſam dicendam, hac potiſſimùm de cauſa damnatus eſt.
Vehementer enim pop. rom. tot taliúmque virorum eximiis virtutibus præditorum
iacturam luxit, & quidquid talis eorum cladis cauſam præbuiſſe videbatur, implaca-
bili odio eſt perſequutus. Illum autem diem quo clades ea eſt accepta, inter atros &
nefaſtos retulit, nec vllum opus bonum religione infortunij, cladiſque tunc acceptę
motus hoc die auſpicaretur. Etruſci verò vbi ad Romanos acceſſerunt, conſpectis

> Fabulis & figmentis theatricis ſimilia eſſe quæ de gēte Fabia dicuntur, vnicū puerum ex tota fuiſſe relictum.

> Menenius qua potiſſimū de cauſa fuerit à tribunis damnatus. *Hanc autem damnationē ſiſius in ſeq. narrat.*

D eorum caſtris (erant enim ſub montis latere) ducis imperitiam contempſerunt, ob-
latóque ſibi à fortuna beneficio lubenter ſunt vſi. Et mox cum equitatu, ab altero
collis latere nemine prohibente, in verticem euaſerunt, occupatóque capiti Ro-
manorum imminente collis cacumine, in eo caſtra poſuerunt, & reliquis copiis eò
tutò adductis caſtra vallo alto & profunda foſſa munierunt. Si igitur Menenius ani-
maduertiſſet ſua culpa hoſtium conditionem multò meliorem eſſe factam, eiuſque
erroris, pœnitentia ductus in locum tutiorem copias traduxiſſet, ſapiens fuiſſet. Iam
verò, quia pudendū ducebat videri peccaſſe, & quia ſua arrogātia erga eos qui aliter
monebant vtebatur, in cladē verè pudendam incidit. Nā quum hoſtes è locis ſupe-
riorib. ſemper egrederentur, plerumque longè meliore conditione erant *quàm aduer-*
E *ſarii*, & commeatus, qui ad eos à mercatoribus apportabantur, intercipientes, & pa-
bulatores aquatorésque adorientes: eóque redegerunt conſulem, vt nec tempus, nec
locum, in quo pugnam commodè committeret, arbitratu ſuo poſſet eligere. Quæ
magna ducum imperitiæ indicia videntur. At hæc vtraque Etruſci habebant, prout
volebant. At ne tunc quidem Menenius caſtra inde mouere voluit: ſed ſpretis iis,
qui rectè monebant, copias eductas ad pugam inſtruxit. Etruſci verò huius impera-
toris amentia præclaram magnæ felicitatis parandæ occaſionem ſibi oblatam exi-
ſtimantes, è vallo deſcenderunt numero duplò maiore quàm hoſtes: vt verò manus
conſerere cœperunt, ingens Romanorum cædes eſt facta, quia ordines ſeruare non
poterant. Etruſci enim eos propellebant, tum quia loci natura iuuabantur, tum etiā

> Menenius conſul Etruſcum bellū nec prudenter nec feliciter geſſit.

quia ſui à tergo illos vrgebant: nam acies *eorum* in loco valde decliui in longitudinē
Clades probroſa ex Menenij ducis Imperitia. — inſtructa erat, quòd collis anguſtiis coarctaretur. Cæſis autem nobiliſſimis centu-
rionibus, reliquus Romanorum exercitus inclinatus, fuga vallum petiit, illi verò ſe-
quebantur: & ſigna illis abſtulerunt, & ſaucios cōprehenderunt, & cadaueribus po-
titi ſunt, eóſque in caſtra cōpulerunt, & ea obſidere cœperunt, & oppugnatione per
totum reliquum diei ſpatiū continuata, & ne noctu quidem intermiſſa, ceperunt ca-
ſtra à militibus deſerta, & multa mancipia multáſque pecunias in ſuam poteſtatem
redegerunt. Qui enim fugerant, hæc abſportare non potuerant, ſed ſatis habuerant
corpora ipſa ſeruare, pleriq; ne armis quidē ſeruatis. Romani verò qui in vrbe erāt, A
& ſuorum clade & caſtrorum expugnatione cognita (qui enim ex illa ingenti ſtrage
primi euaſerant ante lucem venerunt) ingenti tumultu (vt veriſimile eſt) perturbati
ſunt. Nec aliter quàm ſi mox mox hoſtes contra ſe eſſent venturi, correptis armis alij
muros corona cingebant, alij pro portis ſe collocabant, alij loca vrbis edita occupa-
bant. Tota autem vrbe diſcurſus incompoſitus erat, & clamor confuſus audiebatur,
ſupérque ædiū tectis tota domeſtica turba ad reſiſtendum & dimicandū parata erat,
& ignes continuati vt pote in obſcura nocte, & cubicula tectáque tot facibus collu-
cebant, vt eminus intuentibus ſplendor continuatus eſſe videretur, & ſpeciem incē-
ſæ vrbis haberet, & ſi tunc Etruſci prēda caſtrorum contempta veſtigia fugientiū ſe-
quuti fuiſſent, totus ille exercitus, qui contra eos profectus fuerat, deletus fuiſſet. Iam B
verò ad direptionem impedimentorū in caſtris relictorū conuerſi, & corporū quieti
ſe danſes, ingenti gloria ſe ipſi fraudarunt. Poſtridie verò copias Romā verſus duxe-
rūt, & quū circiter ſexdecim, ſtadia ab vrbe diſtarent, montē Ianiculū, vnde vrbs cō-
ſpiciebatur, occuparunt, inde profecti, agrū Romanum populati ſunt nemine prohi-
bente, cum magna vrbanorū contumelia, donec alter conſul cū copiis ex Volſcis re-
diret. Tunc demum Romani ſe in tuto eſſe rati, armata iuuentute vrbana, ex vrbe in
campos apertos exierunt. Quū autē primo prælio, octauo ab vrbe ſtadio ad Spei cō-
miſſu hoſtes viciſſent ac profligaſſent, quūque iterū ad Collinam portā Etruſcis cum
maiore exercitu cōtra ſe profectis altero prælio facto egregiè dimicaſſent, reſpirarūt C
& ex pauore ſe receperunt. Atque hic annus abiit. ¶ANNO ſequēti, circiter ſol-
ſtitiū æſtiuū, ſextili menſe, conſulatum inierunt viri rei militaris periti, Sp. Seruilius,
Anno V. C. 272. conſſ. Sp. Seruilio, A. Virginio, domi turbæ, ac frumēti penuria, foris bellum cum Etruſcis. — & A. Virginius: quibus bellum Etruſcum, quamuis graue eſſet, tamen leue videbatur
cum rebus vrbanis collatum. Nam quū ſuperiore hyeme nulla ſementis in agro fuiſ-
ſet facta, ob mōtem proximum *ab hoſte occupatū ac* munitum & ob continuas excur-
ſiones: ac ne externi quidem commeatus à mercatoribus amplius in vrbē importa-
rentur, vrbs magna inopia frumenti laborauit: quia & domeſtica turba & multitudi
ne eorum, qui ex agris eò confluxerant, referta erat. Nā (vt ex proximo cenſu cōper-
tū eſt) erant puberum Romanorū capita amplius quàm centum & decē millia, mulie-
rum verò & puerorum & ſeruitiorū domeſticorum & negotiatorum & inquilino- D
rum opificū, ſordidas artes exercētiū (nulli enim Romano aut cauponari, aut exer-
citia ſordida exercere licebat) numerus triplò maior erat quàm ipſa ciuium multitu-
do, quos difficile erat conſolari: ſiquidē hac ipſa de cauſa indignabantur, & in forum
concurrebant, & magiſtratus magnis clamoribus accuſabant, cateruatim in diuitum
ædes irruebant, eorúmque alimenta in cellis penariis recondita, ſine pretio diripere
conabantur. Tribuni verò, eos ad concionem conuocādo, & patricios incuſando, vt
eos qui ſemper aliquid mali contra pauperes molirentur, & omnium malorū, quot-
quot vnquā accidiſſent, quæ hominibus inopinata & ineuitabilis fortunę vis afferre
Conſules homines cum ingenti pecunia ad frumentū coemendum dimittunt. — ſolet, illos autores vocando, plebeios exaſperarunt, & inſolentes reddiderunt. In tam
miſero rerum ſtatu conſules miſerunt cū ingenti pecunia homines, qui frumentum
ex propinquis locis coëmerent: & imperarunt vt omnes qui in ſuis ædibus plus fru- E
menti repoſiti haberent quàm quanto ad modicum ipſorum victum opus eſſet, id in
publicū conferrent: pretiúmque iuſtū ſtatuerunt. His igitur & multis aliis iſtiuſmodi
artibus pauperū iniurias repreſſerunt, animóſq; iterū ad belli apparatū conuerterūt.
Quum autē externi cōmeatus tardiùs afferrētur, & omnia domeſtica cibaria abſum-
pta eſſent, nec vllo alio modo malū vitari poſſet, ſed alterutrū neceſſario eſſet illis fa-
ciendū, aut totis virib. periclitandū, vt hoſtes ex agro Romano expellerent, aut fame
& ſeditione abſumptis pereundū, ſi intra muros ſe continerēt, leuius malū eligentes,
ſtatuerūt ſe externis hoſtiū periculis obiicere. Itaq; eductis ex vrbe copiis, circa me-
diā noctē flumen ratibus traiecerunt, & antequam dies clara illuceſceret, propè ho-
ſtes caſtra poſuerunt. Poſtridie verò progreſſi, exercitum ad pugnam inſtruxerunt.

Digitized by Google

Dextrum autē cornu à Virginio, læuū à Seruilio ducebatur. Etruſci verò quum eos
ad prælium paratos vidiſſent, vehementer lætati ſunt: quaſi, ſi ipſis vnum illud cer
tamen ex animi ſententia ſucceſſiſſet, Romanum impetium euerſuri eſſent, quòd
ſcirent totum imperij robur militare ad id certamen veniſſe, & ſpem concepiſſent
valde vanam, ſe facilè victoriam ab illis reportaturos, quòd Menenij copias in loco
anguſto ac iniquo ſecum congreſſas viciſſent. Commiſſo igitur acri & diuturno præ-
lio, multis Romanis cæſis, ſed longè pluribus de ſuis amiſſis, ſe in caſtra recipiebant.
Virginius verò, qui dextrum cornu ducebat, ſuos vlterius hoſtem inſequi non ſine-
A bat: ſed eos hortabatur vt præſenti ſucceſſu contenti eſſent. At Seruilius alteri cor-
nu præfectus, cum ſuis eos qui ſibi erant oppoſiti longè eſt inſequutus: vt verò ad
loca accliuia ventum eſt, Etruſci conuerſi ſuccurente & caſtrorum præſidio, impreſ-
ſionem in eos fecerunt. Illi quum aliquantiſper eorum impetum ſuſtinuiſſent, ter-
ga verterunt, & quum per decliuia collis loca hoſtis eos perſequeretur, quúmque
ſparſi eſſent, paſſim cædebantur. Vbi verò Virginius cognouit caſum exercitus qui
in læuo cornu erat, omnes copias acie inſtructa per montem tranſuerſo itinere du-
xit. Quum autem à tergo hoſtium ſuos inſequentium veniſſet, partem exercitus ibi
reliquit, vt prohiberet ne qui è caſtris ad ſuppetias ſuis ferendas erumperent, at cū
reliquis copiis ipſe hoſtes inuaſit. Interea & Seruiliani reſumptis animis ob ſuorum
B aduentum conuertunt ſe, & repreſſa fuga pugnant. Etruſci verò ab vtriſque circum-
uenti, quum neque vlterius poſſent perrumpere ob oppoſitam aciem, neque retro
in caſtra fugere, ob eos à quibus à tergo vrgebantur, plerique miſerè contrucidati
ſunt. Quum autem Romani miſerandam victoriam adepti fuiſſent, & prælium pa-
rum lætum exitum habuiſſet, conſules caſtris ad ipſam ſtragem poſitis, ſequentē no-
ctem ibi tranſegerunt. At Etruſci qui Ianiculum montem tenebant, quum nulla au-
xilia domo venirent, id caſtellum relinquere decreuerunt, & noctu motis caſtris Ve-
ios profecti ſunt, quæ vrbs Etruſcarum erat ipſis proxima: Romani verò caſtris eo-
rum potiti, diripuerunt omnia impedimenta quæ ibi fuerant relicta, quòd in fuga
portari non potuiſſent, multóſque ſaucios ceperunt, alios in tentoriis relictos, alios
paſſim toto itinere ſtratos. Quidam enim patriæ deſiderio *cæteros ſequi* enitebātur,
& ſupra vires ſequendo, *dolores* perferebant, deinde quum membra eorum graua-
C rentur, ſemimortui in terram decidebant, quos Romanorum equites longiùs pro-
greſſi ſuſceperunt, & quum nulli amplius apparerēt hoſtes, dirutis illius caſtelli mu-
nitionibus cum ſpoliis in vrbem redierunt, allatis cadaueribus eorum qui in prælio
ceciderant, miſerabile toti ciuitati ſpectaculū, tam ob ingentem numerum quàm ob
inſignem virtutem eorum qui interierant, ita vt populus nec lætari vellet, quaſi re
feliciter geſta, nec lugere quaſi ingens & inſanabilis clades eſſet accepta. Senatus ta-
men diis ſupplicationes neceſſarias decreuit, at conſules triumphi honorem ob par-
tam victoriam negarūt. Paucis poſt diebus vrbs variis commeatibus eſt repleta, quia
& legati à repub. miſſi, & frumentarii negotiatores magnam vim frumenti in vrbem
importarunt, itaque omnes priſtina annonæ vilitate denuo frui cœperunt. His
autem bellis externis finitis, ſeditio ciuilis, tribunis plebem rurſus turbantibus ictū,
D eſt accenſa. Ac cæteras quidem eorum ciuiles actiones patricii vnicuique ſe oppo-
nentes diſſiparunt: at accuſationem Menenii, qui ſuperiore anno conſul fuerat, im-
pedire non potuerunt, licet multum enixi fuiſſent: ſed ei duo tribuni, Q. Conſidius,
& T. Genucius, diem dixerunt, iuſſúſque rationem reddere nec feliciter, nec honeſtè
adminiſtrati belli, præcipuè verò ob Fabiorum cladem, & Cremeræ expugnationē
accuſatus, populi iudicio, comitiis tributis ferè omnium ſuffragiis damnatus eſt,
quamuis eſſet filius illius Menenii Agrippæ, qui plebem ex fuga in vrbem reduxerat,
eámque patriciis reconciliarat, quem defunctum ſenatus publicis impenſis magnifi
centiſſimo funere decorarat, quem etiam matronæ Romanæ per integrum annum
luxerāt, purpura auróque depoſito. Qui tamen eum reum peregerunt, quíque effe-
E cerunt vt damnaretur, haud capite litem æſtimarunt, ſed pecunia, eique mulctam
irrogarunt, quæ ſi cum noſtri ſeculi moribus ac vita conferatur, ridicula videatur:
ſed illius ætatis hominibus, qui ſuis manibus victum neceſſarium ſibi quærebant,
præcipuè verò illi viro cui pro patrimonio paupertas fuerat relicta, nimia, & grauis
erat, quia duobus aſſium æreorum millibus lis æſtimata fuerat. As autē nummus erat
æreus, libralis, ita vt tota mulcta pondere ſuo ſexdecim talenta æris conficeret. Idque
eo ſeculo inuidioſum videbatur: quem morem quum ipſi vellent corrigere, pecu-

Conſulum aduerſus Etruſcos expeditio.

Bellis externis finitis, ſeditio inteſtina rurſum eſt accenſa.

Menenius ob rem in Etruria male geſtā, populi iudicio damnatur.

niarias mulctas abtogarunt, eáſque ad onium, & boum mulctas tranſtulerunt, horũ
quoque ſtatuto certo numero, ne magiſtratus in poſterum futuri priuatis homini-
bus inſidiarentur. Ob hanc autem Menenij damnationem, patricij rurſus arrepta
occaſione contra plebem exaſperati ſunt, nec ampliùs agrum ei diuidi permittebãt,
nec vlla alia in re molliter ei cedere *aut gratificari* volebant: ſed non multo poſt ipſam
quoque plebẽ eius iudicij pœnituit, vbi illius viri obitũ cognouit. nec enim hominũ
congreſſus ampliùs frequentauit, nec in vllo publico locoà quoquã eſt cõſpectus, &,
quum poſſet perſoluta mulcta à nullis publicis muneribus arceri (non pauci enim
eius neceſſarij mulctæ pecuniam numerare parati erãt) hoc facere noluit: ſed quum
eam calamitatem morte æſtimaſſet, domi ſe continens, & nullum admittens, mœro- A
re & inedia contabefactus, vita exceſſit: atque hæc quidem hoc anno ſunt geſta.

Anno V. C. 279. conſ. P. Valerius & C. Nautius.
Vocatur, ἀγὼν non periculu, *ſed actio*, *ſiue* cauſæ dictio.
Sp. Seruilius ob rem infeliciter geſtam, à tribunis vocatur in populi iudicium.

¶P. VALERIO Publicola, & C. Nautio cõſulibus, alius vir ordinis patricij, Sp. Ser
uilius, qui ſuperiore anno conſul fuerat, non multo poſt depoſitũ magiſtratũ, reus ca
pitis actus eſt. Duo autẽ tribuni, L. Cædicius, & T. Statius, ei diẽ dixerunt, vt ad cau-
ſam dicendam apud plebem veniret, nõ alicuius delicti, ſed infortunij rationem exi-
gentes, quòd quum in prælio contra Etruſcos audaciùs quàm prudentiùs ad hoſtiũ
caſtra proceſſiſſet, ab iis, qui in caſtris erãt ſtipato agmine irruptione facta repulſus
fuiſſet, & lectiſſimã iuuentutẽ amiſiſſet. Hoc viri † periculum patriciis omnium peri-
culorum grauiſſimum eſt viſum, & coẽuntes inter ſe indignabantur, rémque non fe- B
rendam dicebant, ſi ducum audaciam & fortitudinem (numine conſiliis eorum ad-
uerſante) ij qui ipſis periculis non interfuiſſent, accuſarent ignauiæ & pigritiæ, &
cohibita in poſterum ſuorum ducum audacia, ac poteſtate nouorum ſtratagematũ
excogitandorum ſublata, libertatem interituram, imperiúmque euerſum iri dicebãt.
Hæc autem pericula, veriſimili ratione adducti, horum malorum cauſam fore exiſti-
mabant. Quare, plebem deprecabantur ne damnaret hominẽ, docentes fore vt ma-
gna reipub. detrimenta afferrent, ſi ob infortunia duces mulctarent. Quum autem
dies iudicij veniſſet, L. Cædicius, vnus de tribunis, progreſſus in medium, hominem
accuſauit, quòd ob ſuam dementiam & artis imperatoriæ imperitiam, copiis in ma- C
nifeſtum exitium ductis, robur & florẽ populi rom. amiſiſſet: dixítque, niſi illud ma-
lum à collega celeriter fuiſſet cognitum, & niſi magna feſtinatione cum copiis pro-
fectus hoſtes repuliſſet, ſuóſque ſeruaſſet, nihil prohibiturum fuiſſe, quin totus alter
exercitus deleretur, atque in poſterum reſpub. dimidium virium pro duplo haberet.
His dictis, teſtes produxit centuriones quotquot erant ſuperſtites, & nõnullos alios
milites, qui abolere cupientes illius ſuæ cladis & fugæ ignominiam, prælij infeli-
cem euentum duci ſuo attribebant. Poſtea magnam mouens commiſerationem
ob militum in eo prælio tunc defunctorum cladem, & malo exaggerato, multiſ-
que aliis verbis, quæ in communem patriciorum inuidiam dicta, homines *pro reo*
deprecaturos deterritura erant, cum magna contemptione effuſis, reo dicendi po-
teſtatem fecit. Seruilus igitur, accepta cauſæ dictione, ſic ſuam defenſionem eſt exor D
ſus, Si in iudicium me vocaſtis, Quirites, & belli imperijque adminiſtrati rationẽ re- "
poſcitis, paratus ſum cauſam dicere. Sin ad ſupplicium veſtro iudicio iam decretum, "
& nihilo meliore cõditione futurus ſum probata mea innocentia, iam nunc arreptũ "
hocce corpus veſtro arbitratu tractare. Mihi enim ſatius eſt mori, quàm conceſſa mi "
hi cauſæ dictione vobis nihil perſuadere poſſe. Videbor enim meritò pati quicquid "
de me ſtatueritis. Veſtra quoque culpa erit minor, ſi dicendi poteſtatẽ mihi eripue- "
ritis, méque incerti criminis reum (ſi modò vlla in re vos læſi) per iram necaueritis. "
Veſtra autem voluntas ex ipſa attentione mihi manifeſta erit, ex tumultu & ſilen- "
tio coniecturam ducenti, vtrum me ad ſupplicium, an ad iudicium vocaritis. His di- "
ctis conticuit. Facto autem ſilentio, plurimiſque acclamantibus vt bono eſſet ani-
mo, & quicquid vellet diceret, ſuſcepta oratione, ſic denuò eſt loquutus, Si igitur, E
Quirites, vobis iudicibus, non autẽ inimicis vtar, ſpero me facilè probaturũ me nullã "
iniuriam vobis feciſſe. Ducam autem meæ orationis exordia ab iis quæ vobis omni- "
bus ſunt nota. Ego creatus fui conſul cum optimo Virginio, quo tempore Etruſci "
colle vrbi imminente communito, totum agrum romanum in ſua poteſtate habe- "
bant, & ſperabant ſe breui veſtrum imperium deleturos. In ipſa verò vrbe ingens fa- "
mes ac ſeditio erat, tantáque conſilij inopia, vt quid faciẽdum eſſet neſciretis. Cùm "
igitur in tempora adeò iniqua, turbulenta, & formidanda incidiſſem, hoſtes ope col- "
legæ duobus præliis vici, eóſque relicto præſidio diſcedere coëgi. Breuique famem "
ſedaui

ſedaui foris ingenti commeatuum copia repletis,& ſucceſſoribus meis agrum armis hoſtilibus vacuum tradidi,& ciuitatem omnibus murbis ciuilibus ,in quos eã coniecerant,qui plebem ſuis concionibus ductabãt,liberaui,ſanámque reddidi. Cuius igitur criminis reus ſum?niſi fortè victoria ab hoſtibus reportata eſt crimen læſæ veſtræ rei pub. Quòd ſi quibus militibus dimicantibus feliciter mori contigit,quánam in re Seruilius rempub.lædit? Nec enim duces deum aliquem ſponſorem habent vitæ omnium eorum qui ſunt pugnaturi, nec certis conditionibus verbíſque conceptis imperia accipimus , vt omnes hoſtes deuincamus , & nullos de noſtris amittamus. Quis enim mortalium omnes tam conſilij , quàm fortunæ euentus in ſe
A ipſum recipere auderet? Sed ſemper magna facinora magnis emimus periculis. Neque verò mihi primo cum hoſtibus cõgreſſo hoc accidit: ſed propemodum omnibus quotquot cum minore ſuorum manu cum maiore hoſtium exercitu prælia cõmittere ſunt auſi. Sæpe enim accidit, vt qui modò hoſtes perſequebantur,ipſi mox fugerent , & qui multos de hoſtibus occiderant,multò plures de ſuis amitterent. Non dicam enim multos & omnino victos magna clade accepta cum ignominia domum reuerſos,quorum nemo pœnas infortunij dederit, ipſa enim calamitas , omníſque laudis conuenientis priuatio, quamuis nihil aliud accedat præterea,ducibus eſt magna & grauis mulcta. Verumtamẽ tantum abeſt vt dicam (id quod omnes moderati homines æquum eſſe dicent) me non debere mei infortunij rationem reddere , vt
B etiam ſi nullus alius tale certamen, *ac periculum* ſubire auſus fuerit,ego ſolus hoc non detrectem : quinetiam meam fortunam non minùs quàm meum conſilium in diſquiſitionem venire patiar,vbi priùs illud dixero,me humanarum actionum felicitatẽ infelicitatémve,non ex ſingulis rebus quæ gerũtur,licet multæ & variæ ſint, ſed ex earum euentu iudicari videre, & ſi is ex animi ſententia ſucceſſerit , licet interea multa fiant, quæ nobis minimè ſunt grata, nihilhominus tamẽ eas ab omnibus laudari,omnéſque earum eſſe æmulos,& bonæ fortunæ eas aſcribi audire. Quoties verò malus earum fuerit finis,quamuis omnia quę finem præceſſerunt, feliciter ſucceſſerint,tamen haud felicitati, ſed infelicitati eorum ,qui eas geſſerunt , attribui. Hoc
C igitur ſcopo vobis propoſito,meam quoque fortunam,qua in bellis ſum vſus,examinate,& ſi comperiatis me ab hoſtibus victum,meam fortunam malam vocate, ſed ſi illos à me victos comperiatis,bonam appellate. De fortuna igitur , quoniam omnes qui de ea verba faciunt moleſtos eſſe ſcio quamuis plura poſſem præterea dicere,tamen nihil addam. Sed quia *accuſatores* cõſilium quoque meum accuſant,proditionẽ quidem aut ignauiam appellare non audentes, ob quæ crimina alij duces fieri ſolẽt rei,ſed imperatoriæ artis imperitiã & dementiã,quòd periculum non neceſſarium ſubierim,qui vſque ad caſtra hoſtes ſim perſequutus: volo huius quoque rei rationẽ reddere, quia eam habeo expeditiſſimam, *nimirum* aliena facta reprehẽdere, vel cuilibet facillimũ eſſe,ſed res † præclaras aggredi , a duum, paucíſque datum: nec vt fa-
D cile de rebus præteritis,ita etiam de futuris , quænam illæ ſint futuræ iudicari poſſe: ſed illas quidem ſenſibus,& cladibus nobis percipi,has verò diuinationibus,& coniecturis coniici in quibus ineſt plurimum fallacię. Facillimum item cuiuis eſſe verbis bella adminiſtrare,dum procul eſt à periculo,quod faciunt mei accuſatores. Sed, vt hæc miſſa faciam,agire,per deos mihi dicite,ſolúſne egu aut primus hoſtium munitiones vi illata aggreſſus eſſe,& copias ad loca edita duxiſſe videor? an verò idem feci quod multi alij veſtri imperatores fecerunt , quorum alij rem feliciter geſſerunt, aliis verò conatus ex animi ſententia non ſucceſſit? Cur igitur,quum alios abſoluatis, † me dãnatis, ſi hæc imperitè & ſtultè facta putatis? quot alia maioris quàm hæc audaciæ ducibus in mentem venerunt,quoties tempus conſilia tuta & iam conſide
E rata non patitur? Nonnulli enim ſigna ſuis abrepta in medios hoſtes coniecerunt, vt ſegnibus ac timidis fortitudinis neceſſitatẽ imponerent , ſcientibus ignominioſum ſupplicium à ducibus propoſitum iis qui ſigna nõ receperint. Alij verò facta in hoſticum irruptione,fluminum pontes,quà tranſierant, rupetunt, vt *militibus* de fuga cogitantibus ſpe ſalutis ſublata, audaciam & robur in præliis in ſererent. Alij verò, tentoriis & impedimentis crematis,neceſſitatẽ ſuis impoſuerũt ex hoſtico capiendi ea omnia,quibus indigerent. Omitto ſexcenta alia ducum audacia facinora & conſilia,quæ & memoriæ ſunt prodita,& ipſa experiẽtia accepimus,ob quæ nullus vnquam,qui ſpe fruſtratus fuiſſet,pœnas dedit. Niſi fortè veſtrum aliquis me accuſet quòd aliis manifeſto exitio obiectis ipſe extra periculum fuerim. Quòd ſi cum cęte-

[illegible] *non eſt ſimpliciter*, Res præclaras aggredi, *ſed* aggredi conliciendo ſe in apertũ periculum. q. d. [illegible]

Vel potius, me in iudiciũ vocatis. *nondum enim illum damnabant*. *Ac pro* damnare [illegible] quàm agitur di[illegible] *Gel. vertor*, me iudicatis.

ris in acie ſum verſatus,& poſtremus ex prælio exceſſi, & eiuſdem fortunæ cum a-
liis particeps fui, quámnam iniuriam facio? atque hęc quidẽ de me ipſo dixiſſe ſit ſatis.
De ſenatu verò & patriciis (quandoquidem veſtrum in eos commune odium, quod
ob impeditam agrorum diuiſionem concepiſtis, me quoque non ſine graui dolore
tangit, quod ne ipſe quidem accuſator diſſimulauit, verùm bonam meæ accuſatio-
nis partem in hoc cõſumpſit) paucis apud vos dicere volo. Dicã autem liberè, † alio-
qui enim nec ego poſſem dicere, nec vobis audire cõduceret. Pręter ius & fas, † Qui-
rites, facitis, qui pro tot tantíſque beneficiis à ſenatu in vos collatis, nullam ipſi gra-
tiam habeatis, ſed ſi quid, quod non niſi cum magno reipu. damno concedi potuiſ-
ſet, non quòd vobis inuideret: ſed reipub. commodis proſpiceret veſtris precibus de-
negarit iniquo animo feratis: atqui debueratis maxima animi alacritate eius cõſulta, A
vt ab optimo animo manantia, & pro communi omnium bono facta accipere, & † à
veſtro ſtudio abſiſtere: aut, ſi damnoſam cupiditatem ſana ratione cohibere non po-
teratis, ſuadendo, non autem vim afferendo, poſtulare vt illa ipſa vobis concederen-
tur. Nam voluntaria dona & donantibus ſunt iucundiora quàm ea quæ extorquẽ-
tur, & ipſis accipientibus firmiora, quàm illa contraria. Quod vos, per deos, non con-
ſideratis: ſed commoti ac efferati ne momentum quidẽ temporis ciuitatem quieſ-
cere, & tranquillam eſſe ſinitis. Quare, exiſtimandum eſt vobis bellum pace præſtan-
tius, ſi quidẽ bello inimicos, pace amicos maleficiis afficimus. Atqui, † Quirites, ſi o-
mnia ſenatuſconſulta honeſta & vtilia (quemadmodũ reuera ſunt) putatis, quin hoc
quoque vnum ex illis eſſe exiſtimatis? ſed ſi ſenatum de nullis rebus, quæ ſunt curã- B
dę prorſus cogitare putatis, ſed turpiter, & malè rempubl. adminiſtrare, quin potius
eo toto *à reipub. gubernaculis* amoto, vos ipſi imperatis, & conſultatis, & bella pro im-
perio *hoſtibus* infertis? Sed eum circunciditis, & paulatim conſumitis, nobiliſſimum
quẽque iudiciis tollentes. Satius enim eſſet nobis omnibus ſimul bellum à vobis fieri,
quàm vnũquemque priuatim calumniis appeti. Verùm (vt dixi) vos horum *malorum*
non eſtis autores: ſed ij qui ſuis cõcionib. plebẽ ducũt, & vos perturbãt, qui nec aliis
parere volũt, nec aliis imperare ſciunt. Et quantũ in iſtorũ dementia & imperitia eſt,
iã ſæpe hæc nauis vobis fuiſſet ſubuerſa. Iam verò qui eorũ errores corrigit, & rẽpub.
erigit, vobíſque incolumen præſtat, eſt hic ipſe ſenatus, qui peſſimè apud eos audit.
Hæc ſiue vobis auditu iucũda ſunt, ſiue moleſta, veriſſimè dicere ſum auſus, & mal- C
lem ob meam dicendi libertatem reipub. vtilem mori, quàm ad veſtram voluntatẽ
loquendo ſeruari. Hac oratione vſus, neque ad lugendam ac deplorandam ſuam
calamitatem verſus, nec ad deprecationes, & † indecoras volutationes ſe demittens,
conſpectus, nec vllo alio ſigno hominis non generoſi dato, iis qui ſibi vel patrocina-
ri vel teſtimonium dicere vellent, dicendi vices conceſſit. Tunc igitur cùm multi alij
qui aderant, eum illo crimine abſoluerunt, tum verò præcipuè Virginius qui eodem
tempore conſulatum geſſerat, quique victorię autor fuiſſe videbatur: qui non ſolùm
alienum eum à culpa pronuntiauit, ſed etiam vt virum rei militaris periti ſſimum, &
ducem ſapientiſſimum ab omnibus laudari, ac honorari æquum eſſe cenſebat. Addi-
dítque, ſi hoc bellum feliciter confectum exiſtimarent ambobus ſibi gratiam habẽ- D
dam, ſin infeliciter, ambos ex æquo mulctandos. Nam & conſilia, & facta, & fortu-
næ caſus ſibi communes fuiſſe. Non ſolùm autem eius oratio: ſed etiam omnibus in
rebus ſpectata vitæ probitas *homines* mouebat: aderat præterea (quod maximam mi-
ſerationem concitauit) vultus habitúſque ipſis affectibus reſpondens, qualis eſſe ſo-
let illorum ipſorum, qui atrocia mala vel iam perpeſſi, vel perpeſſuri ſunt, ita vt etiam
deſideratorum neceſſarij, & qui implacabiles videbantur, autori ſuæ calamitatis ſe
mitiores præſtarent, irámque deponerent, vt *reipſa* declararunt. Nam populo in ſuf-
fragia miſſo, omnium ſuffragiis eſt abſolutus. Periculum igitur in quod Seruilius in-
ciderat, hunc habuit exitum. Non multo poſt Romanorum exercitus in Etruſcos al-
terius Conſſ. P. Valerij ductu eſt profectus. Rurſus enim Veietium exercitus coactus E
eſt, cui Sabini ſe adiunxerũt, qui quũ aliquandiũ ſe ad illam belli ſocietatem adde-
re reformidaſſent quòd illi res quæ fieri non poterant affectarent, tunc quum
cognouiſſent Menenium profligatum, & præſidium in proximo vrbi monte com
munitum, rati vires po. rom. afflictas, animóſque eius fractos contuſóſque, miſſis in-
gentibus copiis Etruſcos iuuerunt. Veientes verò, & ſuis & Sabinorum copiis recẽs
adductis freti, à cæteris Etruſcis auxilia expectantes, parati erant Romam ipſam pete
re cum maiore ſui exercitus parte, ſperantes nullum ſecum cõgredi auſurum: ſed ſe
è duobus

Vel potius, Neque enim aliter quã liberè verba facere poſſem.

Hic etiam alia vox eſt, cui hac Quirites *non reſpondet, eſt enim* ὦ δημόται *id eſt*, ô populares mei.

Vocat. σπουδῶν *ea quæ magno ſtudio perſequebantur. q. d.* A veſtris cupiditatibus, quas explere tanto ſtudio contenditis.

Hic quoque eſt il lud ὦ δημόται, *de quo dictum modo fuit.*

Προκυλινδήσεις *intelligere videtur de iis qui etiã cum ſupplicant genibus ſe aduoluunt. Gel.* hæc omnia, ὥστε δεήσεις ἢ προκυλινδήσεις ἀγεννεῖς ποιησάμενος, verti, nullis item abiectis ſupplicibúſque deprecationibus vſus.

Seruilius omnibus tribuũ calculis abſoluitur.

Expeditio in Etruriam.

è duobus alterum factuTos, aut vrbem inſtituta oppugnatione expugnaturos, aut fame confecturos, *atque ita in ſuam poteſtatem redacturos*. Sed Valerius eorum conatum præuenit, dum illi adhuc cunctabantur, & † ſociorum tardantium auxilia expectabant, ipſe cum lectiſſimo romanæ iuuentutis robore, & ſociorum copiis, non palàm, ſed quàm occultiſſimè potuit egreſſus, vt eos lateret. Nam circiter veſpertinum crepuſculum productis ex vrbe copiis, & traiecto Tiberi, non procul ab vrbe caſtra poſuit. Deinde circiter mediam noctem excitatum exercitum acie inſtructa duxit, & antequàm dies illuceſceret altera hoſtium caſtra eſt adortus. Bina enim erant caſtra ſeorſum poſita, nec magno interuallo inter ſe diſtantia: vna Etruſcorum, altera Sabinorum.

Veientum conatum præuenit Valerius.

† *Non de omnibus ſociis hoc dicitur à Dionyſio, ſed de nõnullis eorũ tantummodò. & verbum quo vtitur, dici de iis ſolet, qui poſteriores veniunt, ſiue poſt alios, ſiue, qui poſt aliorum profectionem aut etiam aduentum, tardant & cunctantur.*

A Sed priùs ad Sabinorum caſtra admotis copiis, cùm plurimi adhuc ſopiti eſſent nullàque cuſtodia ſatis firma in ipſis caſtris eſſet, quòd in pacato agro nihil minùs quàm hoſtem timerent, de quo nullum nuntium acceperant, his primo impetu potitur. Ibi alij in ipſis cubilibus adhuc decumbentes iugulati ſunt: alij, recèns ſurgentes, & ſe armantes: alij, iam armati, ſed paſſim & nullo ordine repugnantes: plurimi verò ad altera caſtra fugientes, ab equitibus intercepti perierunt. Hoc modo captis Sabinorum caſtris, Valerius cum copiis contendit ad altera caſtra, in quibus erant Veientes, qui locum non valde munitum occuparant. Qui autem ad ea caſtra accedebant latere ampliùs non poterant. Iam enim dies clara erat, & Sabini, qui fugerant, Etruſcis ſuam cladem, & *ſimilem* ipſis imminentem nuntiauerant. Neceſſe igitur fuit vt acriter cum hoſtibus pugnarent. Mox igitur Etruſcis pro caſtris omni ſtudio dimicantibus acre prælium committitur cum magna vtrorumque ſtrage, & diu ancipiti marte, nunc huc nunc illuc inclinante victoria, pugnatum eſt. Tandem Etruſci à Romano equitatu expulſi loco ceſſerunt, & in caſtra ſe receperunt. At conſul eos ſequebatur, & quum ad munitiones acceſſiſſet, (erant autem malè extructæ, & locus, vt dixi, non valde tutus) eas multis partibus oppugnare cœpit per reliquum illius diei ſpatium continuato labore, & ne in ſequenti quidem nocte intermiſſo. Etruſci verò, continuis malis fracti, circa diluculum caſtra deſeruerunt, & alij in vrbem fugerunt, alij in proximas ſyluas ſunt diſperſi. His quoque caſtris potitus, illum diem exercitus quieti dedit. Poſtridie verò prædam, quam ex vtriſque caſtris

Sabinorum caſtra à Valerio capta.

Etruſcorum caſtris, quæ ipſi deſeruerunt, potitur Valerius.

C ceperat, militibus diuiſit, quæ magna erat, & eos qui in præliis fortiter ſe geſſerant, de more militaribus coronis ornauit. Seruilius autem, ſuperioris anni conſul, & nuper populi iudicio abſolutus, tunc verò legatus Valerio datus, omnium fortiſſimè dimicaſſe, & Veientum copias profligaſſe viſus eſt: & ob hanc fortitudinem hic primus præmia quæ apud Romanos maxima habentur, retulit: Conſul deinde, ſpoliatis hoſtium cadaueribus, & ſuis ſepultis, copias eduxit, iiſque ad Veiorum mœnia admotis, pugnæ poteſtatem oppidanis fecit: ſed quum nullus ad certamen prodiret, difficile eſſe videns eos expugnare, quippe quòd vrbem munitiſſimam haberent: excurſionibus per bonam eorum agri partem factis, in agrum Sabinum irrupit. Illum quoque, adhuc intactum, per multos dies populatus, copias magnis impedimentis & præda

Seruilius Valerii in Veienti bello legatus ob fortitudinẽ præmia quæ apud Romanos maxima habẽtur, primus reportat.

Valerij in agrũ Sabinorum irruptio.

D iam onuſtas domum reduxit: eique venienti populus longè ab vrbe obuiam coronatus proceſſit, & tus ei tranſeunti adolens, & exercitum poculis mulſi excipiens. Senatus verò ei triumphum decreuit. Alter verò conſul, C. Nautius, cui ſorte obuenerat ſociorum, Latinorúmque & Hernicorum cuſtodia, aliquãdiu diſtulit profectionem, non ob conſilij inopiam, nec periculi formidine deterritus: ſed belli Veientani incertum euentum expectans, vt ſiquam cladem ille exercitus fortè accepiſſet, reipub. prçſtò eſſet aliquis exercitus iam coactus, qui hoſtes ab irruptione in agrum facienda prohiberet, ſiqua loca (quemadmodum iam antè fecerant qui Romã petierant) contra vrbẽ munire conarẽtur. Interea verò bellũ etiam quod Æqui Volſciq; Latinis intulerant, feliciter eſt confectum, & nuntij quidam retulerunt, hoſtes prçlio victos,

Valerio triumphus à ſenatu decernitur.

Bellum cũ Æquis & Volſcis feliciter cõfectum.

E ex eorum agro exceſſiſſe, & in prçſentia ſocios nullis auxiliis ampliùs indigere. Nautius tamen nihilominus, licet res in Etruria Romanis feliciter ſucceſſiſſent, copias eduxit, factáq; irruptione in agrũ Volſcorũ, magnã eius partẽ deſertã peruagatus, paucis mãcipiis exiguóq; pecoris numero eſt potitus: incẽſiſq; eorũ aruis, quũ frumentũ iã maturũ eſſet, aliiſq; nõ paucis damnis datis, nullo ſecũ cõgredi audente, exercitum abduxit. Atque hçc quidẽ ab his cõſulibus ſunt geſta. ¶ Anno ſequenti cõſs. creati, A. Mãlius, & L. Furius. Quum autẽ ſenatus alterũ eorũ exercitum in Veientes ducere decreuiſſet, illi prouincias de more inter ſe ſunt ſortiti: quúmq; ſors Mãlio obtigiſſet, copias celeriter eduxit, & caſtra propè hoſtes poſuit. Veientes verò, incluſi mœnibus

Anno V.C. 180. conſulibus A. Manlio & L. Furio, cũ Veientibus debellatum.

aliquandiu *ei* reſtiterunt, & legatis in varias partes miſſis ſolicitabãt Etruriæ populos,
& Sabinos, nouos ſocios, orantes vt ſibi celeriter opem ferrẽt. Sed quum à nullis au-
xilia impetrarent, & commeatus iam abſumpſiſſent, neceſſitate famis coacti, ad con-
ſulẽm prodierunt eorum natu maximi, & honoratiſſimi quique, ſupplicum inſignia

Manlius Velentibus pacẽ petentibus quæ imperauerit.

præferentes, & pacẽ petentes. At Manlius illis vnius anni ſtipendiũ pro exercitu im-
perauit, iuſſitque vt tantùm frumenti afferrent quantũ in duos menſes exercitui ſatis
eſſet. His autem peractis, tunc demũ legatos Romã ad ſenatum mitterẽt, qui de pace
agerent. Illi verò, his laudatis, & celeriter exercitus ſtipẽdio, & pecunia loco frumẽti
permiſſu conſulis allata, Romã ierunt, & in ſenatũ admiſſi, veniam præteritorum, &

Velentibus induciæ in quadraginta annos à ſenatu datæ.

pacem in poſterum petierunt. Multis autem verbis in vtramque partẽ factis, ea ſen- A
tentia vicit quę fœdus cum illis faciendũ cenſebat, inducięque in quadraginta annos
ipſis ſunt datæ. Atque illi maximis gratiis pop. rom. ob pacẽ impetratã actis abierunt.
Manlius verò in vrbem reuerſus, ob pacem partã, petitam ouationem impetrauit. His
conſulibus cenſus quoque habitus: cenſáque ciuium ac puberũ romanorũ centum

Anno V. C. 281. olymp. 77: conſulibus L. Æmilio tertium, & Vopiſco Tullio, domeſticis ſeditionibus reſpublica grauiſſime laborat. *Cæterum ab aliis Vopiſcus Iulius alter conſul appellatur, ſcribentibus Οὐοπισκου Ἰουλιου.* A Cn. Genucio tribuno, totis viribus rem agrariam vrgente, oritur ſeditiones.

tria millia, & aliquot præterea. ¶ ANNO ſequenti, conſules facti, L. Æmilius Ma-
mercus tertiùm, & † Vopiſc' Tullius, lxxvij. olympiade, qua in ſtadio vicit Dates Ar-
giuus, archonte Athenis Charete, laborioſiſſimũ ac turbulentiſſimũ habuerunt con-
ſulatum, quia bellis quidẽ externis non infeſtabãtur (omnes enim hoſtes pacati erãt)
ſed domeſticis ſeditionibus & ipſi in ſalutis periculum ſunt adducti, & reſpublica ab
ipſis penè eſt euerſa. Nam ſimulatque multitudo à militia ceſſauit, cõfeſtim agri pu- B
blici diuiſionẽ flagitare cœpit. Erat enim quidã de tribunorũ collegio, vir audax, nec
infacũdus, Cn. Genucius, qui inopes ad iram inſtigabat. Iſte quotidianis cõcionibus,
ad captandam plebis inopúmque gratiam, volebat cogere conſules ſenatuſconſul-
tum de agro diuidendo factũ exequi. Illi verò ei non parebant, dicentes nõ ſibi con-
ſulatum gerentibus, ſed Caſſio Virginióque conſulibus id à ſenatu imperatũ fuiſſe,
ad quos ſenatuſcõſultum ſcriptum erat: ſimúlque ſenatuſcõſulta non eſſe leges quæ
ratæ perpetuò maneant, ſed eſſe inſtituta vim vnius anni habẽtia. Cõſulibus has cau-
ſas prætendentibus, Genucius, quia eos maiore poteſtate prędi tos cogere non pote-
rat, ad impudentẽ viam ſe cõuertit. Nam ſuperioris anni cõſulibus, Manlio & Lucio
dicam iniuriæ plebi factæ ſcripſit, illiſque diem dixit, ad quam eos cauſam apud po- C
pulum dicturos venire iuſſit, pronuntiato palàm crimine, cuius eos reos eſſe dicebat,
quòd videlicet plebi iniuriam facerent, nõ creatis decẽuiris ex s. c. qui agros diuide-
rent. Quòd autem hic nullos alios cõſules accuſarit, quum duodecim anni interea e-
lapſi eſſent, ex quo id s. c. fuerat ſcriptũ, ſed hos duos ſolos ob fidẽ promiſſorũ non
ſeruatam reos egerit, non iniquas attulit rationes. Tandémque dixit, hac ſola ratione
conſules, qui tunc magiſtratum gerebãt, coactum iri agrum diuidere, ſi aliquos alios
pœnas populo dare vidiſſent, idẽ ſibi quoque euentutũ cogitãtes. Hæc loquutus, hor-
tatus eſt omnes vt iudicio adeſſent, & per ſacra iurauit ſe in propoſito permãſurum,
& omni ſtudio illos accuſaturũ, die dicta qua iudicium eſſet peragendum. Patricios
verò hac re cognita ingẽs inuaſit timor, & ſolicitudo quánã ratione reos iudicio poſ- D
ſent eripere, audaciámque tribuni cõpeſcere. Iámque decreuerant, ſiquid plebs cõtra
conſulare imperiũ ſciuiſſet, hoc ei nõ permittere: ſed totis viribus reſiſtere, & ad ar-
ma (ſi ea res tuliſſet) venire. Verũtamen nulla vi ipſis opus fuit, quia celeriter, & præ-

Genucius tribunus, pridie quàm res agraria decidenda eſſet, domi ſuæ in lecto mortuus repertus, ſine vllo inſidioſæ mortis veſtigio.

ter omnẽ opinionem id periculum euanuit. Nam vno antè iudicium die Genucius in
ſuo lecto mortuus eſt inuentus cũ nullo aut cædis, aut laquei, aut veneni, aut alicuius
inſidioſę mortis veſtigio. Hoc autem caſu cognito, & eius corpore in forum prolato,
diuina quadam prouidentia id impedimentũ acciſſe videbatur. Quare cõfeſtim re
infecta comicia ſunt ſoluta. Nam cæterorum tribunorum nemo auſus eſt renouare
ſeditionem: quinimo *omnes* magnum Genucij furorem damnabant. Si igitur conſu-
les nihil præterea nimiùm curioſè feciſſent: ſed ſeditionem, vt à deo fuerat ſopita, E
quieſcere ſiuiſſent, in nullum periculum ampliùs adducti fuiſſent. Iam verò quum ſe
ad plebem ſuperbè & cõtumelioſè tractandam vertiſſent, quúmque quanta eſſet ſui
magiſtratus poteſtas oſtentare vellent, magnorum malorum autores fuerunt. Nam

Conſules quomodo in cauſa fuerint vt maior plebis pars ad deſperationẽ ſe verteret.

indicto delectu, & cõtumaces cùm aliis mulctis, tum etiam virgarum verberibus co-
gentes, effecerunt vt maior plebis pars ad deſperationem hac potiſſimùm de cauſa ſe
verteret. Vir quidã de plebe, bellica virtute clarus, nomine P. Volero, qui in ſuperio-
ribus expeditionibus ordines duxerat, tũc quũ cẽturio eſſet cõſtituendus in gregarios
milites ab illis referebatur. Sed quũ ille reſiſteret, nec locũ minus honoratum capere
vellet,

Digitized by Google

vellet, quòd in ſuperioribus expeditionibus nihil deliquiſſet, conſules eius dicendi
libertate offenſi, lictoribus imperarunt vt veſtem eius lacerarēt, corpúſque virgis cæ-
derent. Tunc iuuenis opem tribunorū implorabat, & ſi quam iniuriam faceret, ple-
bis iudicium ſubire volebat. Sed quum conſules animum ad eum non aduerterent,
nec eius verbis mouerentur, ſed eum à lictoribus duci cædique iuberēt, contumeliā non
ferendam ratus, ipſe ſibi ipſi opem tulit. Nam primi & ſecundi lictoris, qui acceſſe-
rat, faciem aduerſis pugnis tundens, vir ætate & viribus ferox, proſtrauit. Conſulibus
autem id iniquo animo ferentibus, & ſimul omnes lictores ad eum accedere iubenti-
bus, plebeiis qui aderāt, res indigna viſa eſt, & confeſtim omnes conglobati, ſublató-
A que clamore quo ſe inuicem ad iram adhortabantur, & iuuenem eripuerunt, & li-
ctores pulſatos repulerunt: & tandem in ipſos conſules impetum fecerunt: qui, niſi è
foro ſe proripuiſſent, grauiſſimum facinus mox perpetraſſent. Hoc autem facto in di-
uerſa ſtudia tota ciuitas eſt diuiſa, & tribuni qui hactenus quieuerāt, tunc efferaban-
tur, & in conſules inuehebantur. Et ſeditio legis agrarię in grauius *malum*, ob conten-
tionem de reipublicæ ſtatu ortam, erupit. Nam patricij, indignè ferentes conſulum
poteſtatem tolli, eum qui lictoribus manus inijcere auſus fuerat, de ſaxo deiicere vo-
lebant: contrà plebeij cateruatim vociferabantur, & ſe inuicem cohortabantur ne li-
bertatem ſuam proderent: ſed rem ad ſenatum referre, & conſules accuſare, & ani-
maduerſionem aliquam in eos poſcere volebant, quòd eum qui opem tribunorum
B implorarat, & populi iudicium (ſi quam iniuriam feciſſet) ſubire volebat, neutro iure
potiri paſſi eſſent: ſed hominem ingenuum, & ciuem romanū vt mancipium tractaſ-
ſent, cædíque iuſſiſſent. His igitur ſibi inuicem reſiſtentibus, & neutris alteris cedere
volentibus, totum illius conſulatus reliquum tempus cōſumptum eſt, nec vllis rebus
in bello præclarè geſtis, nec vllis actis ciuilibus memoratu dignis ornatū. ¶ QVVM
autem comitiorum tempus veniſſet, L. Pinarius, & P. Furius, conſules creati. Huius
anni principio vrbs religione quadam & diuini numinis metu repleta eſt, quòd pro-
digia ſignáque multa appar uiſſent, & omnes vates & pontifices ea prodigia diuinæ
iræ indicia eſſe dicerent, quòd aliqua ſacra nec piè nec purè fierent. Nec multo poſt,
morbus qui peſtilens vocatur, mulieres, pręcipuè verò grauidas, inuaſit: túncque tan-
C tum hominum numerum abſumpſit, quantum nunquam antè. Nam immaturos &
mortuos fœtus parientes, vnà cū ipſis infantibus moriebantur, & neque ſupplicatio-
nes in tēplis, & circa aras deorū factæ, neque luſtralia ſacrificia pro republica, priua-
tíſque familiis facta malis eas liberabant. Quum autē reſpub. in ſtatu tam calamitoſo
verſaretur, ſeruus quidam pontificibus indicat vnam ſacerdotum, de numero virgi-
num Veſtalium perpetuum ignem ſeruantium, nomine Vrbiniam, amiſiſſe virgini-
tatem, & pollutam ſacra pro populo facere. Illi eam à ſacris amotam, & in iudicium
adductam, & manifeſti criminis conuictam virgis verberarūt, traductámque per vr-
bem viuam defoderunt. Illorum verò qui nefarium ſtuprum commiſerant, alter ſibi-
ipſi manus attulit, alterum pontifices cōprehenſum in foro virgis cęſum inſtar man-
D cipij interfecerunt. Morbus igitur qui mulieres inuaſerat, & ingēs earum ſtrages hoc
peracto cōfeſtim ceſſauit. At ſeditio in vrbe iam inueterata, qua plebeij à patriciis
diſſidebant, rurſus eſt renouata. Eam autem excitauit P. Volero, tribunus plebis, qui
ſuperiore anno, quòd ab Æmilio, & Tullio conſulibus pro centurione in milites gre-
garios referretur, imperium eorum cōtempſerat. Poſtea hac potiſſimùm de cauſa ab
infima plebe tribunus eſt creatus (nam erat ignobili genere natus, & in magna humi-
litate ac egeſtate educatus) quòd conſularem dominationem regię dignitati parem,
tunc ipſe primus vir priuatus ſua cōtumacia humilē feciſſe viſus fuiſſet, & multò ma-
gis quòd magiſtratū cōtra patricios ambiens, ſe illis potentiam ablaturū promiſiſſet.
Ille igitur, ſimulatq; placata diuini numinis ira, licuit rēpub. capeſſere, populo ad cō-
E cionem conuocato, legē promulgauit de tribunitiis comitiis, ea ex curiatis (quæ ita à
Romanis vocātur) in tributa mutās. Quodnā autē ſit horū comitiorū diſcrimen, ego
declarabo. Curiata comitia oportebat præcedenre s. c. & ſuffragiis à plebe curiatim
latis, & poſt hoc vtrumq; ſignis diuinis, auibúſq; nō aduerſantibus, tūc demū rata eſſe.
Tributa verò ſine s. c. & ſine ſacrificiis, nulliſq; auibus addicētibus, vno die à tribuli-
bus peragi. Habebat autē è quatuor reliquis tribunis duos legis ferēdæ ſocios, quibus
ſibi cōciliatis reliquos qui diſſentiebāt, numero ſuperabat. At cōſ. & ſenatus, omnéſ-
que patricij legē eam impedire conabātur, quúmq; magno numero in forū veniſſent
ad diem quo tribuni ſe legem perlaturos dixerāt, varię orationes habitæ ſunt à conſ.

Anno V.C 282. conſulibus L. Pinario & P. Furio, prodigia & peſtis maior quam vnquam antea ob Veſtalis virginis ſtuprum.

Seditio in vrbē iam inueteratā plebeiorū aduerſus patricios, renouatur.

Curiata comitia quid à tributis differant

& ſenatoribus natu maximis, & ab alio quouis qui verba facere voluiſſet, atque omnes incommoda, quæ in ea lege inerant, pluribus demonſtrarunt. Tribunis verò contra conſules, & illis contra tribunos viciſſim dicentibus, & altercationibus ad multas horas productis noctis interuentu, illa comitia ſoluta ſunt. Quum autem tribuni rurſus legis rogationem in trinundinum diſtuliſſent, & ad diem dictam maior etiam turba confluxiſſet, idem quod antè accidit. Qua re animaduerſa Publius ſtatuit nec permittere conſulibus vt legem diſſuaderent, nec pati vt ſuffragiis ferendis patricij intereſſent: nam illi cum ſuis ſodalitiis, ſuorúmque clientum cateruis, quorum numerus non erat exiguus, multas fori partes occuparant, legis diſſuaſoribus animos addendo, & defenſoribus obſtrependo, aliáque multa faciendo, quæ con- A
fuſionis & violentiæ in ſuffragiis futuræ indicia erant. Sed hæc eius conſilia tyrannica altera calamitas diuinitus immiſſa impediuit. Peſtilentia enim vrbem inuaſit, quæ per reliquam Italiam graſſata fuerat, ſed potiſſimùm in vrbe † ſæuierat, nec vlla humana ope laborantibus ſuccurri poterat, ſed æquè ij qui magna diligentia curabantur, atque qui nullo modo curabantur, moriebantur: nec ſupplicationes, nec ſacrificia, nec extremum remedium, ad quod homines, qui in iſtiuſmodi calamitatibus verſantur, confugere coguntur, luſtrationes, aut priuatæ aut publicæ, quidquam tunc proderant: ſæuiebátque id malum in omnes, ſine vllo diſcrimine aut ætatis, aut ſexus, aut corporum roboris, aut imbecillitatis, nec arti, aliíſue remediis, quæ morbum videntur leuare, cedebat: ſed mulieres B
& viros, ſenes & iuuenes inuadebat. Non fuit tamen diuturnum, quod effecit ne tota ciuitas periret, ſed inſtar torrentis aut incendij, vno impetu homines inuaſit, & vt celeriter eos inuaſit, ita etiam celeriter diſceſſit. ¶ SEDATA autem peſte, Publius, quum eſſet in magiſtratus ſui exitu, quia reliquo temporis ſpatio legem perferre non poterat, comitiis inſtantibus tribunatum iterum in proximum annum ambibat, multa & magna ciuibus promittens. Itaque tribunus cum duobus collegis iterum ab illis deſignatur. Patricij verò aduerſus hoc & ipſi callidè † ſtatuerunt hominem acerbum & plebi infeſtum, & qui optimatum dominatum nihil eſſet imminuturus, ad conſulatum prouehere, Appium Claudium, Appij filium illius qui acerrimè plebis redirui aduerſatus fuerat, & eum, licet valde reſtitiſſet, C
& ne in campum quidem comitiorum cauſa venire voluiſſet, nihilominus tamen abſentem facto antè ſenatuſconſulto conſulem creatunt. Comitiis autem facillimè peractis (pauperes enim confeſtim è campo diſceſſerunt, audito Appij nomine) conſulatum ineunt Titus Quintius Capitolinus & Appius Claudius Sabinus, viri nec ingenio nec voluntate ſimiles. Nam Appius volebat externa militia otioſam & inopem plebem diſtineri, vt victum quotidianum (cuius inopia maximè laborabat) ex hoſtibus ſuis laboribus abundè parans, eáque peragens, quæ reipublicæ eſſent, patribus rempublicam adminiſtrantibus, minimè infenſa ac moleſta eſſet. Dicebat autem non defuturam honeſtam belli occaſionem ciuitati imperium ſibi vendicanti, & omnium inuidia laboranti. Et ex præteritis veriſimiliter de futu- D
ris coniecturam ducendam cenſebat, docens omnes ſuperiores vrbanos motus ob vacationem à bellis ortos. At Quintius nullum bellum cuiquam inferendum cenſebat, & ſatis eſſe demonſtrabat ſi ad pericula neceſſaria, & ab aliis illata propulſandum plebs vocata obtemperaret, docebátque ſi militiam detrectantibus vim attuliſſent, fore vt plebem ad deſperationem adigerent, vt fecerant conſules ſuperiores, atque ira ipſi in periculum è duobus alterum incurrerent. Eos enim vel ſanguine cædibúſque ſeditionem compeſcere, vel plebem obſequiis patum honeſtis ſibi conciliare coactum iri dicebat. Erat autem penes Quintium illius menſis imperium. Quare alter conſul illo inuito nihil facere poterat. At Publius tribunus, nihil amplius cunctatus, legem quam ſuperiore anno perferre non potuerat, † ite- E
rum promulgabat, hoc capite legi addito, vt iiſdem comitiis etiam ædilitius magiſtratus crearetur, & quicquid aliud apud populum agi decernique oporteret, tributis comitiis eodem modo decerneretur. Quod nihil aliud erat quàm ſenatus potentiam apertè abrogare, eámque ad plebem transferre. Hac re cognita, conſules cura & cogitatio ſubiit, quomodo celeriter & tutò motus ſeditióque tolli poſſet. Appius cenſebat vocandos ad arma qui rempublicam ſaluam vellent, & ſiqui ſibi arma capientibus aduerſati fuiſſent, hos pro hoſtibus habendos: at Quintius rationibus plebem flectendam cenſebat, & docendam, eam per ignorantiam rerum

Peſtilentia valde atrox in Italia, & Romæ potiſſimum. *Vel potius, ſæuiit: loquitur enim de tempore quo adhuc ſæuiebat. Dicit autem,* μάλιστα δ' [illegible] *quod propriè ſonat.* Potiſſimum autem in vrbe frequẽs fuit. vel, magnâ hominum frequentiam corripuit.

Dionyſius vtitur vocabulo quod cetera machinari *ſignificat. Dicit enim* [illegible] *atque Gel. vertit.* His ſimili machinamento oppoſuere, & viſum ſuſterum. Anno V.C. 283. conſules Titus Quintius & Appius Claudius, nec ingenio nec voluntate ſimiles. Appius Cl. violentam contra tribunorũ machinationes dixit ſententiam.

Publius Volero tribunus, legem quam ſuperiore anno perferre nõ potuerat, iterum promulgat. *ſiue iterum rogationem de ea fert, vt Gell. interpr. verbum eſt* [illegible]*. Pro* [illegible] *autem legitur* [illegible]*, quam lectionem ſequendo alij interpr.* Publius tribunus cum collegis ſuis.

rerum vtilium in conſilia pernicioſa præcipitem ferri: extremę inſaniæ eſſe dicens eà à ſuis ciuibus inuitis extorquere quæ à volentibus impetrari poſſint. Quum autem cæteri quoque ſenatores Quintij ſententiam laudaſſent, conſules in concionem progreſſi, dicendi copiam diémque à tribunis petierunt. Vtroque autem ęgrè impetrato, quum dies quam ab illis petierant veniſſet, & varia turba in forum confluxiſſet, cuius ſubſidium vtrique magiſtratus aduocarant, ac ſibi pararant, prodierunt vt legem diſſuaderent. Quintius igitur, vir omnibus in rebus æquiſſimus, & populari facundia gratioſiſſimus, primus petita dicēdi copia, cōcionem ad rem, de qua agebatur, accōmodatam, omnibúſque gratam habuit: ita vt legis ſuaſores ad magnam conſilij inopiam
A redacti, nihil vel iuſtius vel æquius afferre poſſent. Et, ſi collega eius nihil prætereà nimium ſuperbè tentare voluiſſet, plebs agnoſcens ſe nec iuſta, nec æqua poſtulare legem eam abrogaſſet. Iam verò illius oratio ſuperba, & pauperum auribus moleſta, plebem vehementer exaſperauit, & implacabilem reddidit, effecítque vt ad contentionem quantam nunquam antè prorumperet: nam ille non vt ad ingenuos & ciues Romanos verba faciens, penes quos eſſet ſanciendæ vel abrogandæ legis arbitrium, ſed vt in viles, aut peregrinos, aut qui libertatem ſatis firmam non haberent, ſuam poteſtatem exercens, acerbis & minimè ferēdis verbis in eos eſt inuectus: nouas tabulas illis exprobrans, & defectionem à conſulibus factam obiiciens, quando † raptis ſignis ex caſtris abierunt ſe ipſi in voluntariam fugam dantes: & in memo-
B riam reuocans ſacramentum, quo ſe obſtrinxerant arma pro patria ſuſcipientes, quę in illum conuerterant. Quare, dixit nil noui eos facere, ſi, quum periuri in deos fuiſſent, duces deſeruiſſent, patriámque quantum in ſe fuiſſet deſolaſſent, & ad fidem turbandam, leges euertendas, patriúmque reipublicæ ſtatum corrumpendum in eam rediſſent, ſe moderatè non gererent, nec bonorum ciuium officium præſtare poſſent, ſed ſemper ſuis cupiditatibus obſequerentur, & plus æquo expeterent, modò petentes vt ſibi liceat proprios magiſtratus de ſuo ordine, & eoſdem nemini obnoxios, & ſacroſanctos creare, modò quoſlibet patricios arbitratu ſuo in diſcrimen de rebus turpiſſimis adducentes, & legitima iudicia, in quibus de capitali pœna exitióque cognoſcitur, iterum contra priſtinam conſuetudinem à puriſſima ciui-
C tatis parte ad ſordidiſſimam turbam transferentes: modò verò leges tyrannicas & nefarias ipſi homines mercenarij & extorres contra patricios ferentes, ne cognitione quidem earum patribus permiſſa, vt de illis ſenatuſconſultum facerent: ſed hoc quoque honore ipſis erepto, quem citra omnem controuerſiam ſemper ab vrbe condita vel ſub regibus habuerant, multíſque aliis huiuſmodi additis, & à nulla acerba contumelia, nullóque maledicto ſibi temperans, poſtremò illud etiam addidit, quo maximè plebs offenſa eſt, nunquam in ciuitate cauſas multas diſſidiorum defore: ſed ſemper poſt veterem morbum eam aliquo nouo laboraturam, dum tribunitia poteſtas durarit, docens omnium ciuilium ac publicarum rerum initia eſſe conſideranda, operámque dandam vt pia iuſtáque ſint. Sic enim natura comparatum
D eſſe dicebat, vt ex bonis ſeminibus boni & felices fructus proueniant, ex malis mali & pernicioſi. Si igitur (inquiebat) hic magiſtratus pro communi omnium bono per concordiam bonis fauſtíſque auibus, & ſalua religione in rempublicam introductus fuiſſet, multorum & magnorum bonorum cauſa nobis fuiſſet, gratiæ, concordiæ, bonarum legum conſtitutionis, bonæ ſpei à numine, & ſexcentorū aliorum: nunc verò quoniam violentia, iniquitas, ſeditio, & belli inteſtini metus, & cętera omnia quę inter homines ſunt maximè abominanda eū inuexerunt, quid boni, ſalutaríſue amplius ab eo, qui talia habuerit initia, ſperandum eſt? Itaque, ſuperuacaneum eſt nobis curationem & remedia malorum inde pullulantium quærere, quæcūque in ratiocinationem humanam cadunt, peſſima radice adhuc manente. Nullus enim diuinæ iræ finis
E erit, nec ea vnquam liberabimur, donec iſta inuida Furia & Phagedæna *in ciuitate* cōmorās, omnia honeſta putrefaciet & corrūpet. Sed de his aliàs dicetur opportuniùs: nūc verò quoniam præſenti rerū ſtatui rectè eſt conſulendū, omni diſſimulatione omiſſa hęc vobis dicā, nec iſta lex, nec vlla alia de qua ſenatus antè nō cognorit, ſuúmque conſultū fecerit, me cōſule rata fiet: ſed & dictis optimates defendā, & factis (ſi opus fuerit) nulla in re aduerſariis cedā. Et ſi antè ignoraſtis quanta eſſet cōſularis imperij poteſtas, me cōſule diſcetis. Appius igitur tūc ita eſt loquutus. Poſt eū C. Lectorius tribunorū natu & dignitate maximus, vir bello ſpectatæ fortitudinis, & ad ciuilia negotia tractanda idoneus, ad hęc reſpōſurus ſurrexit, & altiùs rē repetēs, multa pro

Appius Claudius aſpera & ſuperba increpatione plebē vehemēter exacerbat.

Dionyſ. non ſimpliciter σημεῖα *ſed* ἱερὰ σημεῖα *dicit: ideóque Gell. interpr.* raptis ſignis ſacroſanctis: *Idē* φυγὴν *non* fugā *ſed* exilium *interpr. quod malo.*

C. Lectorius trib. plebis Appio Claudio cōſuli pro plebe reſpondet.

plebe dixit. Inopes quos maledictis conſul inſectatus fuerat, ad multas & graues ex-
peditiones profectos eſſe, nõ ſolùm ſub regibus (quod neceſſitati fortaſſe aſcribi poſ-
ſet) ſed etiam poſt illos exactos, dum libertatem imperiúmque patriæ pararent, nullam
tamen à patriciis remunerationem accepiſſe, nec vllius communis boni participes
factos fuiſſe, ſed tanquam mancipia libertate etiam ab illis exutos fuiſſe: quam dum
vellent recuperare, coactos fuiſſe patriam aliarum ſedium deſiderio relinquere, vbi
ipſi qui erant ingenui, contumelias non paterentur, nec vlla vi ſenatui facta, nec ar-
mis illo coacto domum rediiſſe, ſed ei roganti ac oranti vt res ſuas *in vrbe* relictas re-
ciperent, ceſſiſſe. Et iuſiurandum commemorauit, & leges reditus *omnibus* in memo-
riam reuocauit, in quibus erat primùm obliuio iniuriarum omnium, deinde paupe- A
ribus data poteſtas creandi magiſtratus, qui ipſis opem ferrent, & vim afferre volen-
tibus aduerſarentur. His autem commemoratis, leges oſtendit *ac recitauit*, quas plebs
non multò antè tulerat, tum de iudiciis *ad plebem* tranſlatis, quomodo ſenatus pote-
ſtatem plebi dediſſet iudicandi quoſcunque de patriciis vellet, & quomodo ſuffragia
centuriatorum comitiorum in curiata commutata eſſent, illorúmque autoritas ac vis
ad hęc tranſlata fuiſſet. Hac autem oratione pro plebe habita, conuerſus ad Appium,
Et tu (inquit) his conuicium facere audes, quorum opera magna ex parua, illuſtris ex
obſcura ciuitas eſt facta? & alios vocas ſeditioſos, & exilij fortunam ipſis exprobras?
quaſi omnes iſti non meminerint adhuc id, quod ætate noſtra accidit, tuos maiores à
primoribus diſſidẽtes ſua patria deſerta huc veniſſe ſupplices? Niſi fortè vos quidem B
veſtra patria libertatis deſiderio relicta præclarum facinus feciſtis, Romani verò, qui
idem fecerunt, turpe. Audes etiam tribunitiam poteſtatem vituperare, vt in reipub.
perniciem in vrbem inuectam? &, ô plebis infenſiſſime hoſtis, & maximè tyrãnici in-
genij homo, his ſuades vt tollant pauperum auxilium ſacroſanctum ac inuiolabile, &
magnis neceſſitatis vinculis tum à diis, tũ ab hominibus confirmatũ? & ne hoc qui-
dem animaduertere potuiſti te hæc dicentẽ conuiciari & ſenatui, & tuo ipſius magi-
ſtratui? nam quum totus ſenatus facto diſſidio in reges cõſpiraſſet, quorũ ſuperbiam,
& cõtumelias diutius pati nolebat, conſs. magiſtratũ conſtituit, & ante quàm illos ex
vrbe pelleret, aliis regiam poteſtatẽ tradidit. Itaq; quod de plebis tribunatu vt in per-
niciem reipub. in vrbẽ recepto dicis, quòd ex diſcordia natus ſit, idẽ quoque in con- C
ſulatum dicis. Nam ne ille quidẽ aliunde eſt ortus, quàm ex diſſidio patriciorũ à re-
gibus facto. Sed cur ego de his tecum loquor, quaſi cũ bono ac moderato ciue: quem
omnes iſti ſciunt natura ſæuum, acerbũ, & plebi infeſtũ, & innatã feritatẽ nullo modo
mãſuefacere poſſe? Quin potiùs omiſſis verbis te factis aggredior, & oſtẽdo tibi quan-
tã vim plebs habeat tibi nondum notã, quam nõ te puduit extorrẽ & ſordidã vocare,
& quanta ſit huius magiſtratus poteſtas, quẽ venerari, & cui cedere leges te cogunt?
Ergo & ipſe, omni diſſimulatione omiſſa, rẽ aggrediar. Hęc loquutus, & iureiuran-
do, (quod apud illos maximũ erat) iurato, aut ſe perlaturũ legẽ, aut ſe vita exceſſurũ,
ſilentio ab omnibus facto, omnibúſque in id certamen intẽtis, ac anxio animo expe-
ctantibus quidnã ille facturus eſſet, iuſſit Appium ex cõcione excedere. Quo nõ pa- D
rente, ſed ſtipãte ſe lictoribus, omníque alia turba, quam domo *ad hoc ipſum* pararam
adduxerat, & repugnante ne foro decederet, Lectorius per præconis vocem ſilentio
imperato pronuntiauit, tribunorum collegium iubere conſulem in carcerẽ duci. Ac
mox apparitor ab eo iuſſus eum apprehenſurus acceſſit: at proximus lictor eum pul-
ſatum repulit. Magno autem clamore ab iis qui aderant ſublato, ipſe Lectorius, ad-
hortatus plebem vt ſibi opem ferret, ad eum iuit. At Appius cum ingẽti ac validò iu-
uenum globo ſe ei oppoſuit. Deinde, fœdæ inter eos altercationes, & vociferationes,
& corporum protruſiones ſunt ſequutæ, & poſtremò rixa ad manus prorupit, & ad
lapidum iactus ventum eſt. Sed Quintius alter cõſul hæc repreſſit, & ne malum vlte-
rius progrederetur effecit, cum ſenioribus ſenatoribus omnes rogando & orãdo, & in
mediam pugnantium turbã ſe cõiiciendo. Ipſum quoq; diei reliquum ſpatium breue E
erat, itaque inuiti dirempti ſunt. Inſequutis diebus magiſtratus ſe inuicem accuſa-
bant. Cõſul tribunos, quòd ſuum magiſtratũ abrogare voluiſſent, conſulẽ in carcerem
abduci iubentes. Tribuni conſulem, quòd pulſaſſet corpora ſacroſancta. Et Lectorius
manifeſtas ſugillationis notas in facie adhuc habebat, & tota ciuitas diſſenſionibus,
& diſſidiis efferata erat. Plebs deinde cum tribunis Capitoliũ occupauit, diurnis no-
cturniſq; id ſeruans excubiis. Quod vbi ſenatus cognouit magna cura quærebat mo-
dũ quo ſedaretur hæc ſeditio, ſolicitus tum propter periculi magnitudinẽ, rũ propter
conſulum

Conſul tribunos, & tribuni conſulem mutuò accuſant.

conſulum diſſenſionẽ. Quintius enim plebi nõ iniqua petẽti cedendũ cenſebat, Ap-
pius verò ei reſiſtebat,& mori quàm cedere malebat.Qúmque nullus contentionis
fieret finis,Quintius ſeorſum tribunos,ſeorſum Appium orabat,atque obſecrabat,&
vt priuatis cõmodis publica anteponerẽt,poſtulabat. Animaduertens autẽ illos iam
ipſa experientia ſapientiores factos,collegã verò in ſua pertinacia perſeuerare, per-
ſuaſit,Lectorio eiúſque collegis vt omnium priuatorum,publicorúmque criminum
cognitionẽ arbitrio ſenatus permitterent.Hoc autem impetrato,ſenatum conuoca-
uit, & tribunis multùm laudatis, & rogato collega ne publicæ ſaluti aduerſaretur,
vocauit eos qui ſuam ſententiam dicere ſolebant. Et P. Valerius Publicola primus *P. Valerii Publicolæ ſententia de ſedandis inter conſules & tribunos diſcordiis.*
A rogatus, hanc dixit ſententiam, omnia crimina quæ ſibi inuicem obiiciebãt tribuni
& conſules, omnes iniurias in tumultu & illatas & acceptas, quòd non dolo malo,
nec priuatæ vtilitatis cauſa eò ventum eſſet, ſed per ambitioſam contentionẽ de re-
pub.publicè remittẽdas,nec in vllum iudicium vocandas dixit.Quòd verò ad legem
attineret, quoniam Appius conſul non patiebatur eam ſine ſenatuſconſulto in con-
cione promulgari,de ea ad ſenatum referendum,ſenatúſque cõſultum faciendũ cen-
ſebat. Cæterùm,tribunis vnà cum conſulibus operam dandam,vt concors eſſet ciui-
tas,& decorum ac ordo ſeruaretur in ſuffragiis ferendis. Hac ſententia ab omnibus
probata,confeſtim Quintius ſenatores miſit in ſuffragia, & poſt multam Appij diſ-
ſuaſionẽ,multámque tribunorũ ſuaſionem,tandẽ ſententia quę rogationẽ legis per-
B mittebat,multis ſuffragiis vicit.Factóque s. c. & priuatæ magiſtratuum diſcordiæ *ac*
inimicitiæ diremptæ ſunt,& plebs ſenatus conceſſum læto animo accipiens,legem ſuo
ſuffragio confirmauit. Ex illo tẽpore vſque ad noſtram ætatẽ,tribunorum atque ædi-
lium creandorũ comitia ſine auſpiciis, omníque alia religione ſuffragio tribuũ per-
aguntur. Atq; hic fuit illius ſeditionis in vrbe tũc excitatæ finis. ¶ Pavlo poſt,Ro-
manis placuit exercitus cõſcribere, & vtrumque conſulẽ cõtra Æquos & Volſcos e-
mittere.Erant enim qui nuntiabãt,magnas vtriuſque gentis copias egreſſas eſſe,& a- *Quintij & Appij Claudij cõſulum aduerſus Æquos & Volſcos expeditio.*
gros ſociorũ P.R.populari.Exercitibus igitur celeriter paratis,cõſules prouincias ſor-
titi ſunt,& Quintio bellum cõtra Æquos,Appio cõtra Volſcos obtigit.Vtrique con-
ſuli res ſucceſſit,vt ſuccedere par fuit.Exercitus enim qui Quintio datus fuerat,leni-
C tatis eius ac ęquitatis amore prõptus erat ad omnia imperata facienda,& plurima pe-
ricula ſponte ſua nullo iubente adibat,vt duci ſuo gloriam & honorem pararet, ma-
gnámque Æquorum agri partẽ prędabundus eſt peruagatus,hoſtibus cum ipſo con-
gredi nõ audentibus,vnde multa ſpolia magnámque prędã partam retulit,nec diu in
hoſtico moratus incolumis in vrbem rediit,cum duce rebus egregiè geſtis conſpicuo.
Qui verò Appij ductu ad bellum profecti ſunt,odio quo eum proſequebantur,multa
patriæ diſciplinæ præcepta neglexerunt.Nam & aliàs toto illius militiæ tempore da-
ta opera ignauiter rem geſſerunt, ducémque ſemper contempſerunt, & quum pu-
gnãdum eſſet cum Volſcorum copiis,à ducibus in aciem producti cum hoſtibus ma-
nus cõſerere noluerunt: ſed & centuriones & anteſignani, alij ſignis, *alij verò ordini-*
D *bus* deſertis in caſtra ſe receperunt,& niſi hoſtes inopinatam eorum fugã mirati,& in-
ſidias metuentes ab ipſis vlterius perſequendis abſtinuiſſent,maxima pars Romano-
rum periiſſet.Id autẽ faciebant quòd duci inuiderent,ne ille bello pręclarè confecto,
triumpho aliíſque honoribus decoraretur.Poſtero autem die, licet cõſul partim eo-
rum ignominioſam fugã increparet, partim ad eius facinoris ignominiam præclaro
prælio abolendam eos hortaretur,partim ipſis minaretur, niſi in periculis ſe fortiter
geſſiſſent,ſe legibus vſurum.Illi tamen in eadem cõtumacia perſeuerabant,vociferá-
bantur,& ſe ex hoſtico abduci iubebant,quòd præ vulneribus ampliùs *malis* reſiſtere
non poſſent. Multi enim eorum integras corporis partes quaſi ſaucius obligarant. I-
taque Appius exercitum ex hoſtico deducere coactus eſt. At Volſci eos abeuntes ſe-
E quuti multos interfecerunt: vt verò in pacatum agrum ventum eſt, cõſul,iis ad con-
cionem conuocatis,multíſque exprobratis,ſe vt in aciei deſertores animaduerſurum
dixit: & quamuis ſeniores, *& conſulis legati*, aliique primores viri, qui minores ma-
giſtratus in caſtris gerebant,eum pluribus deprecarentur, & valde orarent vt mode-
ratè ageret,néue publicæ cladi aliam nouã calamitatem adderet,ille ſpreta eorum o-
ratione pœnã ſanciuit.Ac mox & centuriones,quorum cohortes fugerant,& anteſi-
gnani *ac ſigniferi* qui ſigna amiſerant,partim ſecuri percuſſi ſunt, partim cæſi fuſtibus
necati ſunt.Ex reliqua verò multitudine pro aliis decimus quiſq; miles ſorte ad ſup-
plicium abductus fuit.Hæc pœna apud Romanos ſolennis eſt, in eos qui ordines de-

ſeruerunt, vel ſigna proiecerunt, *ac amiſerunt*. Poſt hęc, ipſe dux omnibus odioſus, cum mœrore & ignominia exercitum, qui adhuc erat reliquus, inſtãtibus comitiis, in patriam reduxit.

Anno V.C. 284. conſulibus L. Valerio iterũ, & T. Æmilio, agitata res agraria.

¶ ANNO ſequenti, quum creati fuiſſent conſules, L. Valerius iterum & Tib. Æmilius tribuni, aliquanto poſt legis agrariæ mentionem iterum fecerunt, & adierunt conſules, eóſque ſummis precibus orarunt vt ratum facerent, quod ſenatus Sp. Caſſio, & Proculo Virginio conſulibus promiſerat. Et vterque conſul ipſis fauebat, Tib. Æmilius propter quoddã vetus odium in ſenatũ, quod nõ erat iniuſtũ, quia eius patri triumphũ petenti negarat. Valerius verò, quia cupiebat plebẽ delinire ſibi infenſam propter Sp. Caſſij mortẽ, quem tyrãnidis affectatæ conuictũ, ipſe tũc reip. Quęſtor, capitali ſupplicio affecerat, virũ ob peritiam exercituũ ductandorũ, & bello- A
rum gerendorũ, rerúmq; ciuilium tractandarũ longè omnium ætate ſua clariſſimum, qui primus legẽ agrariam in vrbẽ intulerat, eóque nomine potiſſimùm, vt plebem ad ſe allectans, patriciis exoſus erat. Quum igitur cõſules illis tũc promiſiſſent ſe de publici agri diuiſione ad ſenatũ relaturos, ipſóſque in lege perferenda adiuturos, tribuni his freti in ſenatũ venerunt, & verbis vſi ſunt mãſuetis, cõtra quæ cùm cõſules nihil dixiſſent, ne viderentur contentionẽ quærere, ſeniores ſententiam rogarunt.

L. Æmilij de agri publici diuiſione ſententia.

Primúſque L. Æmilius alterius conſulis pater rogatus fuit, qui dixit ſibi videri è repub. fore, ſi bona publica ab omnibus poſſiderentur, non autẽ à paucis, & plebi *hoc* roganti indulgendũ eſſe cenſebat, vt ea conceſſio pro beneficio à ſenatu dato haberetur. Dicebat enim eos ſæpe coactos ei & multa alia conceſſiſſe, quæ ſpõte largiri noluerant. B
Eóſque qui poſſeſſiones *publicas* detinebant, pro fructu, quem tãdiu clàm ex illis perceperant *ſenatui* gratias agere debere æquum cẽſebat, & ſi *in poſterum illis vti* prohiberentur, pertinaces eſſe nõ debere in illis retinendis. Addebat præter ius, quod omnium confeſſione firmũ eſt, publicas quidẽ poſſeſſiones omnibus eſſe cõmunes, priuatas verò, vniuſcuiuſque eſſe, qui legitimis artibus ſibi eas paraſſet: neceſſitatẽ etiam huius rei peragendæ ſenatui iã incũbere, quòd de agro diuidẽdo ante annos ſeptemdecim s.c. feciſſet. Oſtendebátque id decretũ in vtilitatẽ publicã tunc ab ipſo ſenatu factũ, ne ager incultus maneret, néue vrbani pauperes otioſi (vt tũc) alienis bonis inuiderent, vtque iuuẽtus vrbana in ſuis laribus, & paternis poſſeſſionibus educaretur, & honeſtè educata magno eſſet animo. Nã iis, qui nullũ patrimonium habent, & qui C
parcè ſe alunt alienis pecuniis, quas opera ſua ſibi parãt, aut omnino nullũ procreandorum liberorũ amorẽ inſitum eſſe, aut ſi inſitus ſit, malum fructũ proferre, & parum felicem, quòd (vt veriſimile eſt) ex humili coniugio prouenerit, & in mendica fortuna ſit educatus. Hęc igitur eſt mea ſententia, vt s.c. quę turbulentorũ tẽporum interuentu ad hanc vſque diem dilata ſunt, à conſulibus confirmentur, & decemviri qui agros diuidant, creentur.

Appij Claudij de agri publici diuiſione ſententia.

His ab Æmilio dictis, ſecundus rogatus App. Claudius ſuperioris anni conſul, contrariam dixit ſententiam: docens nunquam eam fuiſſe voluntatẽ ſenatus, vt res publicæ diuiderentur: (nam, inquiebat, ſi ſenatus hoc voluiſſet, iampridẽ eius decreta ad exitũ fuiſſent perducta) ſed in aliud tẽpus eius rei cognitionem diſtuliſſe, quòd cuperet illam ſeditionẽ ſopire, quam conſul tyrannidẽ affectans D
excitarat. Quo poſtea meritis pœnis affecto, neque conſules qui poſt *illud* s.c. ſunt «
facti, decreta exequutos fuiſſe, quòd viderent quantis malis aditus in rempub. pate- «
fieret, ſi publica pauperibus diuidendi mos reciperetur. Neque deinceps per con- «
tinuos xv. annos vllos cõſules (licet multa pericula illis à plebe fuiſſent illata) ſuſti- «
nuiſſe quidquam cõtra reipub. cõmodum facere, quòd ne liceret quidem ipſis ex illo «
s.c. iſtos agri finitores creare: ſed ſolis illis primis conſs. *in quorum conſulatu id factum* «
eſſet. Itaque, ne vobis quidem (inquit) Valeri, túque Æmili, de diuidendis agris referre «
licet, quibus hoc à ſenatu mandatum nõ fuit, nec *id quod facitis*, honeſtum aut tutum «
eſt iis qui ex bonis maioribus ſunt orti. Atque hæc quidem de ſenatuſcõſulto quo tot «
annis poſt conſules facti non tenemini, dixiſſe ſit ſatis. De illis verò qui vel per vim, E
vel clàm bona publica occuparunt, ac detinent vt res proprias, paucis agere ſatis mi- «
hi erit. Siquis enim compertum habet aliquem frui agris, quorum ſe legitimum poſ- «
ſeſſorem probare non poſſit, eius nomen ad conſules deferat, & rem indicet, ipſúm- «
que curet damnandum ex legibus, quę non erunt nunc condendę, iampridem enim «
ſcriptæ ſunt, & nulla vetuſtas eas deleuit. Quoniam verò Æmilius de vtilitate etiam «
diſſeruit, aſſeuerans agri diuiſionem bono fore omnibus, ne hanc quidem partem ſi- «
lentio pręterire volo, ſed eam refellam. Hic enim videtur mihi tantummodo pręſen- «
tem rerum ſtatum ſpectare, ſed id quod eſt futurũ nequaquam proſpicere, nimirum «
hanc

hanc rerum publicarum diuiſionem otioſis & egenis hominibus conceſſam, quæ
adhuc videtur parui eſſe momẽti, multorum & magnorum malorum cauſam futu-
ram. Nam mos qui cum hac bonorum publicorum diuiſione in rempub. iam inuehi-
tur, & qui in ea permanebit, grauis etiam & pernicioſus in perpetuum erit. Potiri e-
nim malis cupiditatibus non eximit, eas ex animo: ſed auget eas, & peiores reddit.
Horum enim facta ſint vobis argumento. Quid enim opus eſt vos ad mea vel Æmilij
verba mentem aduertere? Vos omnes ſcitis quantum hoſtium vicerimus, quantum
agrorum populati fuerimus, & quantum prædæ ex oppidis expugnatis retulerimus,
quibus rebus hoſtes priuati cùm olim beati eſſent, nunc ad magnam egeſtatem ſunt
A redacti: ſcitis etiam eos, qui de inopia quærũtur, à nulla harum rerum *ex hoſte parta-
rum* repulſos: ſed ex æquo earum fuiſſe participes. An igitur ex his lucris aliquid pri-
ſtinæ eorum fortunæ acceſſiſſe, & ſuam egeſtatem leuaſſe, & ad vitæ genus illuſtre
prouecti videntur? Equidem hoc vellem, precibúſque à dijs contenderem, vt minus
moleſti contubernales ciuitati eſſent. At nunc videtis, & auditis eos de ſua extrema i-
nopia conqueri. Itaque, ne his quidem, quæ nunc petunt, nec multò pluribus impe-
tratis, maiores facultates habebunt, ita vt vitam commodius tranſigere poſſint. Nam
non in earum fortuna: ſed in moribus egeſtas ineſt, quos non modò exigua iſta agri
portio non ſatiauerit: ſed ne regum quidem & tyrannorum omnes munificentiæ.
Quibus ſi hæc conceſſerimus, idem faciemus quod medici, qui ægrotis morẽ gerant,
B & ad eorũ voluntatem eos curant. Non enim ægra pars ciuitatis ſanabitur: ſed etiam
ſana pars huius morbi contagio inficietur. Deniq;, P. C. magna diligentia & cura vo-
bis opus eſt, vt omni ſtudio mores ciuitatis cõſeruetis, qui paulatim corrumpuntur.
Videtis enim quò proceſſerit plebis immodeſtia, vtque cõſulum imperio parere am-
pliùs nolit, quam non ſolùm non pœnitet domeſticorũ facinorũ: ſed etiam foris ea-
dem petulãtia eſt vſa, ſiquidẽ arma abiecit, ordines deſeruit, ſigna hoſtibus prodidit,
& ante congreſſũ fugæ ignominioſæ ſe dedit, quaſi mihi ſoli victorię gloriam, ac non
etiam patriæ de victis hoſtibus lætitiam erepturа eſſet. Et nunc Volſci de Romanis
trophæa ſtatuunt, illorúmque templa noſtris ſpolijs ornantur, & eorum populi *nunc*
ſe vt nunquam antè iactant, qui paulò antè ſuppliciter à noſtris ducibus petierant, ne
C ſe in ſeruitutem abducerent, néue occidione delerent. An igitur ęquum & honeſtum
eſt ob eiuſmodi egregia facinora, nos gratiam illis referre, & donis publicis agro di-
uiſo ornare, quem hoſtes (quantum in iſtis eſt) in ſua poteſtate habent? Sed quid opus
eſt iſtos accuſare, qui malè nati, & malè educati paruam honeſtatis habent rationem?
vident enim ne in omniũ quidẽ noſtrûm moribus ampliùs habitare priſcos animos:
ſed à nonnullis grauitatem ſuperbiæ, iuſtitiam ſtultitiæ, fortitudinẽ inſaniæ, pruden-
tiam fatuitatis nomine appellari. Cõtrà verò quæ apud illos priſcos odioſa erant, hęc
nunc extolli, & hominibus corruptis admiranda bona videri, & ignauiam, ſcurrilita-
tem, malignitatem, *morúmque improbitatẽ*, & verſutiam pro ſapientia haberi, & eos qui
omnibus in rebus ſunt impudẽtes, & qui in nullo bono propoſito ſunt cõſtantes, do-
D ciles, ac tractabiles cẽſeri, quæ *vitia* iam multas potẽtes ciuitates funditus euerterũt.
Hæc, P. C. ſiue auditu iucunda vobis ſunt, ſiue moleſta, à me & veriſſimè & liberrimẽ
ſunt dicta, iis quidem de vobis, qui me audient (ſi modò me audietis) & nunc vtilia, &
in poſterum tuta, mihi verò qui publicorum cõmodorum cauſa priuatas inimicitias
ſuſcipio, multa pericula allatura. Res enim futuras ratiocinatione præuidere poſſum,
& quid mihi ſit euenturũ ex aliorũ exẽplis, & caſibus conijcio. His ab Appio dictis,
& alijs fermè omnibus in eandẽ ſententiam euntibus, ſenatus quidẽ eſt dimiſſus: at
tribuni ob repulſam quam tulerunt, irati abierunt. Poſtea cœperunt conſultare qua-
nam ratione illum vlciſcerẽtur. Illis igitur poſt longã conſultationẽ placuit diem Ap-
pio dicere, litẽ capite æſtimãtibus. Poſt hæc, homine pro cõcione accuſato, adhortati
E ſunt omnes vt ad diẽ dictã adeſſent ſuffragia de illo laturi. Crimina autẽ, quæ illi erãt
obiecturi, hæc erãt. Malas eum cõtra plebẽ ſentẽtias dicere, ſeditionẽ in ciuitatẽ in- Appius Claudius à trib. plebis in popul iudicium vocatur.
ducere, & tribuno cõtra ſacratas leges manus intuliſſe, & exercitui præfectũ, accepta
ingenti clade & ignominia, *in patriam* reuerſum. His pro cõcione dictis, certáque die
præſtituta, qua die ſe iudicium peracturos dixerunt, ei vt tũc ad cauſam dicẽdam ve-
niret, denũtiarunt. Id quum omnes patricij ęgrè ferrent, & omni ſtudio parati eſſent
reum ſeruare, & Appium hortarẽtur vt tempori cederet, & habitũ præſenti fortunæ
conuenientẽ ſumeret, negauit ille ſe quidquam facturum, quod eſſet illiberale, & re-
bus ante actis indignum, & ſe millies mortẽ potiùs perpeſſurum, quàm cuiquam ad

genua proſtratum ſupplicaturum *dixit*. Et eos qui pro ſe deprecari parati erant, impediebat, dicens duplicatum pudorem ſibi fore, ſi videret alios pro ſe facere, quæ ne pro ſe quidem fieri decorum putaret. Hæc aliáque multa his ſimilia dicens, nec mutata veſte, nec variata grauitate vultus, nec quicquã de priſtina magnanimitate remittens, vt vidit totam ciuitatem eius iudicij expeditione erectã & ſuſpenſam, paucis ante iudicium diebus manus violentas ſibi attulit. Eius tamen neceſſarij ipſum morbo extinctum ſimulabant. Allato autem in forum cadauere, filius eius adiit tribunos & conſules, petiitque vt ſibi populum ad concionem legitimam conuocarent, ſibique in ea more maiorum, & ex populi rom. conſuetudine patrem oratione funebri, quæ in viros bonos haberi ſolet, ornare permitteret. Tribuni verò cõſs. dum A adhuc populus ab ipſis ad concionem vocaretur, aduerſabãtur, & adoleſcenti imperabant vt cadauer abſportaret. Populus tamen hoc non tulit, nec iſtam contumeliam neglexit vt inhonoratũ corpus eiiceretur: ſed permiſit adoleſcenti vt honores moribus receptos patri perſolueret: hic igitur fuit Appij finis. Cæterùm, conſs. copias conſcriptas ex vrbe eduxerunt, Lucius Valerius Æquis, Tib. Æmilius Sabinis bellum illaturus. Nam hi ſeditionis tempore in agrum romanum fecerant irruptionẽ, eúſque magna parte vaſtata, parta ingenti præda diſceſſerant. Æqui autem aliquoties congreſſi, & multis vulneribus acceptis in caſtra in loco munito ſita fuga ſe receperunt, nec poſtea ampliùs ad pugnam prodierunt. Valerius verò eorum caſtra oppugnare eſt aggreſſus: ſed diuinitus eſt prohibitus. Quum enim progreſſus eſſet, & iam B rem aggrederetur, caligo cœlitùs eum ingẽti imbre exorta eſt, & fulgura, & tonitrua formidanda. Exercitu verò diſperſo confeſtim tempeſtas illa ceſſauit, & magna ſerenitas in loco illo eſt facta. Conſul igitur hac religione motus, vatibúſque caſtelli oppugnationem impedientibus, deterritus eorum agrum vaſtauit, omnique præda, in quam incidit, militibus conceſſa, copias domũ reduxit. At Tiberium Æmilium principiò hoſticum cum magna contemptione peruagantem, & iam nihil ampliùs hoſtile timentem, Sabinorum exercitus inuaſit, collatíſque ſignis pugnatum eſt inter eos, fermè à meridie vſque ad ſolis occaſum: at noctis interuentu exercitus ſe in ſua caſtra receperũt incerta victoria. Sequentibus diebus, duces vtrique ſuorum cadauera funerarunt, foſſáque ſua caſtra communiuerunt. Et idem vtrique ſtatuerãt, ſua cuſtodire, nec hoſtem prælio laceſſere. Poſtea tandem tentoriis refixis copias abduxerunt. C

Anno V.C. 185. olymp. 78. cõſs. A. Virginio, T. Numicio, bellũ cũ Volſcis, Æquis, Sabinis.

ANNO ſequenti, lxxviij. olympiade, qua vicit in ſtadio Parmenides Poſidoniates, athenis archonte Athenis Theagenide, conſs. Romæ creati ſunt A. Virginius Cœlimontanus, & T. Numicius Priſcus. Quorum conſulatus initio nuntiatum eſt Volſcos cum magno exercitu aduentare, nec multo poſt caſtellum quoddam Romanorum, de numero eorum, quæ extra vrbem erãt, *ab hoſtibus* occupatum ac incenſum fuit. Non diſtabat autem procul ab vrbe, & fumus caſtrum eum pop. rom. denuntiauit. Tunc igitur conſs. (nox enim adhuc erat) aliquot equitibus ſpeculatum miſſis, & diſpoſitis per mœnia cuſtodiis, ipſi cum expeditiſſimis quibuſque ſtationem pro portis habebant, expectantes quid renuntiarent equites. Quum autem dies illuxiſſet, & vrbanæ copiæ D collectæ fuiſſent, eas contra hoſtes duxerunt. At qui diripuerant incenderántque caſtellum illud, ociùs abierunt. Tum igitur conſs. extincto reliquo incẽdio, præſidióque relicto, quod cuſtodiret caſtellum, in vrbem ſunt reuerſi. Paucis autẽ poſt diebus ambo conſules cum domeſticis & ſociorum copiis, expeditionem fecerunt, Virginius in Æquos, Numicius in Volſcos, & vtrique bellum feliciter & ex animi ſententia ſucceſſit. Nam Æqui cum Virginio agrum ipſorũ vaſtante congredi non ſunt auſi: quinetiam, quum manum quandam lectorum virorum in inſidiis in ſyluis collocaſſent, qui hoſtes palantes aggrederentur, ſua ſpe fruſtrati ſunt, quia Romani maturè dolum ſenſerunt, pugnámque acrem commiſerunt, in qua multos de ſuis Æqui deſiderarunt, ita vt alterius prælij fortunam ne tentare quidem vellent. Numicio quoque du- E centi exercitum ad Antium vrbem, quæ tunc inter primarias Volſcorum vrbes erat, nullus exercitus ſe oppoſuit: ſed omnes *populi* ex mœnibus ſe defendere cogebantur. Interea verò & ager eorum bona ex parte vaſtatus eſt, & oppidulum quoddam maritimum *captum eſt*, quod erat illis nauale, ſimul & forum rerum venalium ad victum neceſſariarum, quò tum ex mari, tum etiam *terreſtribus* latrociniis magnã prædam aduehebãt. Mancipia igitur & pecunias, & pecus, & merces exercitus cõſulis permiſſu diripuit: at libera corpora, quæ belli clade abſumpta nõ fuerant, ſub haſta vendita ſunt, captæ etiam ſunt Antiatũ naues longæ viginti & duæ, & alia nauium arma & inſtru-

menta

Appius Claudius paucis ante iudicium diebus manus violẽtas ſibi affert.

Q. L. Valerij & Tib. Æmilij conſulum expeditiones.

menta ad vſus neceſſarios parata. Poſtea, iuſſu cõſulis Romani domos incenderunt, naualia diruerunt, & mœnia, funditus euerterunt, vt ne poſt ſuum quidẽ diſceſſũ illud oppidulũ Antiatibus vllũ afferret vſum. Hæc igitur ab vtroq; conſule ſeparatim ſunt geſta: poſtea verò cõiunctis duobus exercitibus, & facta irruptione in agrũ Sabinum eóque vaſtato, copias domũ reduxerunt. Atq; hic annus ita finitus eſt. ¶ ANNO ſequenti, T. Q. Capitolino, & Q. Seruilio Priſco conſs. creatis, ſtatim & domeſticæ Romanorũ copiç in armis fuerunt, & ſociorũ auxilia vltro aduenerunt, antequam exercitus illis imperaretur. Poſtea cõſules, quũ diis vota feciſſẽt & exercitũ luſtraſſent, in hoſtes ſunt profecti. Sabini autẽ cõtra quos Seruilius iuerat, nec in certamen deſcen-

Anno V.C.288. conſs. T. Quintio & Q. Seruilio, bellũ cum Sabinis, Æquis Volſcis.

A derunt, nec copias in cãpos apertos produxerunt: ſed intra munimenta ſe cõtinentes agros ſuos in conſpectu cædi, & ędificia incẽdi, & ſeruitia trãſfugere patiebantur, ita vt faciliimè Romani magna prçda, & ſimul ſplẽdida gloria aucti ex eorũ agro diſceſſerint. Atque Seruilij expeditio hunc finẽ habuit. At qui cum Quinto in Æquos & Volſcos profecti fuerant, (in vnũ enim eundémque locũ conuenerant ex vtraque gente, qui pro aliis certaturi erãt, & caſtra ad Antium poſuerant) celeriùs quàm militari gradu euntes, in eorũ cõſpectum ex improuiſo venerunt, nec procul ab eorũ caſtris in loco humili, vbi primùm cõſpecti fuerunt, illóſque cõſpexerunt, impedimẽta depoſuerunt, quia nolebãt videri hoſtes numero longè ſuperiores formidare. Rebus autẽ omnibus ab vtriſque ad prælium paratis, in campũ proceſſerunt, & cõgreſſi ad
B meridiem vſque pugnarunt, nec hoſtibus cedendo, nec eos ſuperãdo, & vtriq; partem laborantẽ ſemper exæquando ſubſidiis miſſis, quæ ad hoc ipſũ parata, atque inſtructa erãt. Hac autẽ in re potiſſimùm Æqui & Volſci meliore erãt cõditione, quia Romanis numero præſtabant, quo magnopère gloriabantur, hoſtibúſque ſuperiores erant, qui multitudinẽ tantã alacritate parẽ non habebãt. Ibi Quintus videns multos de ſuis cecidiſſe, & ex iis qui ſupererãt plurimos ſaucios, receptui ſignũ daturus erat: ſed veritus ne hoſtibus fugæ opinionẽ præberet, ſibi periclitandũ eſſe ſtatuit. Quare, lectis fortiſſimis quibuſque equitibus, dextro ſuorum cornu, qua parte maximè laborabant ſuccurrit. & modò ipſos duces ob ignauiam increpans, modò ſuperiora prælia ipſis in memoriam reuocans, modò ignominiam, & periculũ, in quod in ipſa fuga in-
C curſuri eſſent, ob oculos ponẽs. Tandẽ opportuniſſimo figmento rem labantẽ ſuſtinuit, quo ſuis audaciam, hoſti pauorẽ attulit, dixit enim alterum eorũ cornu fugatis hoſtibus iam caſtris illorũ proximũ eſſe. Hæc loquutus impreſſionẽ in hoſtes fecit, & ex equo deſcendens cũ lectis equitibus, quos circa ſe habebat, cominùs pugnare cœpit, móxque audacia quędã inuaſit eos qui antè laborabãt, & omnes quaſi alij quidã facti in hoſtes impetũ fecerunt. Volſci verò (in ea enim parte collocati fuerãt) quum diu *ipſis* reſtitiſſent, *tandẽ* inclinarunt. Quintus his profligatis, equum cõſcendit, & alterũ cornu petiit, & peditibus, qui ibi erant, partẽ hoſtium victã oſtendit: eóſque adhortatus eſt ne aliis virtute cederẽt. Hoc facto nulla ampliùs hoſtium acies *ipſis* reſtitit, ſed omnes ſimul fuga caſtra repetere cœperũt: nõ tamen lõgè Romani eos ſunt
D perſequuti: ſed ſtatim reuerſi corporibus præ labore lãguidis, quũ nec amplius arma paria haberẽt, paucis interiectis induciarũ diebus qui ab vtriſq; in ſuorũ cadaueribus ſepeliendis & ægrotis curãdis cõſumpti ſunt, rebus, quæ ad pugnã neceſſariæ erant, paratis, alterũ prælium ad Romanorum caſtra cõmiſerunt. Nam quum nouæ copiæ Volſcis & Æquis à vicinis populis miſſç fuiſſent, eorũ imperator elatus, quòd ſuæ copię quintuplò maiores eſſent quàm hoſtiles, & cernens Romanorũ caſtra in loco parum munito ſita, tẽpus eos adoriẽdi opportuniſſimũ putauit. Hæc autẽ in animo habens, circa mediam noctẽ ad Romanorũ caſtra cõpias duxit, eaque circũdata, ne qui clàm diſcederẽt, cuſtodiebat. Gratũ hoc fuit Quinto, cognita hoſtium multitudine, expectatóq; die, donec illuceſceret, † horáq; diei fermè tertia animaduertẽs hoſtes,
E iã & vigiliis & velitationibus fatigatos, nec cẽturiatim nec ordinibus inſtructis accedere: ſed paſſim, & diſperſos, apertis caſtrorũ portis, cũ lectis equitibus eruptionẽ in eos fecit: & pedites dẽſatis cohortibus *eum* ſequebantur. At Volſci eorũ audacia & furioſa impreſſione territi, quũ breue tẽporis ſpatium eorum impetum ſuſtinuiſſẽt, repulſi ſunt, & ſimul à caſtris receſſerunt. Erat autẽ nõ procul à caſtris quidam tumulus mediocriter altus, in quẽ curſu ſe receperunt vt interquieſcerẽt, & aciẽ mox inſtaurarẽt: ſed nõ licuit ipſis *ibi* cõſiſtere, & vires recolligere: hoſtes enim è veſtigio eos ſequuti ſunt denſatis cohortibus quàm maximè fieri poterat, ne dum locum accliuẽ aſcenderẽt vi deturbarẽtur. Ibi acre prçlium ad multas horas cõmiſſum eſt, magnáque vtrinque cędes facta. Et Volſcis, licet multitudine ſuperiores eſſent, & loci tuti natu-

† A Dionyſio non quota eſſet hora dicitur, ſed tam fuiſſe horam ſiue id tempus quo forum ſolet eſſe frequentiſſimum.

ra adiuuarētur,tamē neutrū horū profuit:ſed Romanorū alacritate & virtute per vim pul-
ſi tumulū reliquerunt,& multi,dū fuga caſtra petūt,occiſi ſunt. Neque enim Romani eos
perſequi deſierūt: ſed eos è veſtigio ſequuti ſunt:nec priùs *eos ſequi* deſtiterūt,quàm eorū
caſtra vi ceperūt. Corporibus aūt in ſuā poteſtatē redactis,rebus omnib.quæ in caſtris fue
rāt relictæ,equis,armis,& pecuniis permultis potiti,illā noctē in illis caſtris tranſegerunt.
Sequēti die paratis rebus ad oppugnationē neceſſariis cōſ.in agrū Antiatē xxx.ſtadia nō
ampliùs diſtantē copias duxit.Antiates autē ad vrbis cuſtodiā & pręſidiū quoſdā Æquos ſo
cios habebāt,qui tūc Romanorum audacia territi ex vrbe profugere conabātur:ſed re ab
Antiatib.cognita,ab illis abire prohibiti,vrbē Romanis aduētātibus dedere ſtatuerūt.An-
tiates,hoc per indiciū cognito,tēpori ceſſerūt,cōſilióq; cū illis cōmunicato,vrbē Quintio
dediderūt his cōditionib.vt Æqui accepta fide publica abirēt,& Antiates præſidiū recipe
rēt,& pop.rō.imperata facerēt. His cōditionib.cōſul potitus vrbe,acceptóq; ſtipēdio, &
aliis rebus exercitui neceſſariis,impoſitóq; ibi pręſidio,copias abduxit. Quapropter ſena-
tus obuiā ei proceſſit,& honorificè exceptū triūphi pōpa decorauit. ¶ANNO ſequēti cōſſ.

Anno V.C.287. conſulibus Tib. Æmilio iterū, & Q. Fabio, ager plebi diuiſus, Sabinorum ager vaſtatur, Æqui in amicitiam & fœdus recipiuntur.

creati ſūt T.Æmilius iterū,& Q.Fabius filius vnius triū illorū fratrū, qui præſidio ad Cre-
merā miſſo pręfecti fuerāt,& qui cū ſuis cliētelis ibi interierāt.Senatus verò, tribunis ple-
bē legis agrariæ ſtimulis iterū cōcitantib. Æmilióq; altero cōſ. ipſis fauēte quū vellet pau-
peres demereri, eóſq; ſubleuare, partē aliquā de Antiatū agro ſuperiore anno armis capto
& occupato,illis diuidere decreuit. Quare triumuiri agri diuidendi cauſa creati ſunt T.Q.
Capitolinus,cui ſe Antiates dediderāt,& cū eo L.Furius,& A.Virginius.Illa autē agri diui
ſio pleriſq; plebeiis & pauperibus rō.quaſi patria abigerētur,nequaquā erat grata.Et quū
pauci nomina dediſſēt, placuit ſenatui(quum nō eſſet iuſtus coloniæ numerus)Latinis &
Hernicis qui vellēt permittere, vt coloniæ illius eſſēt participes.Triūuiri igitur Antiū miſ-
ſi agrū ſuis diuiſerūt,eius parte quadā Antiatib.relicta.Interea verò ambo cōſſ.expeditio-
nē fecerūt, Æmilius in Sabinos,Fabius in Æquos.Ac Æmilius quidē,quum in hoſtico diu
fuiſſet moratus,nec vlla manus pro agro pugnatura ei obuiā veniſſet , ſed eū impunè va-
ſtaſſet , quū iam inſtaret comitiorū tēpus,copias *domū* abduxit.Æqui verò antequā ad ex-
tremā neceſſitatē redigerētur,& exercitus ſuus deleretur,vel vrbis mœnia expugnarētur,
per pręconē de pace & amicitia egerūt.At cōſ.exacto duorū mēſiū frumēto,& binis tuni-
cis in ſingulos milites,& ſtipendio ſex menſiū, & ſiquid aliud neceſſariū erat,inducias cū
illis fecit,donec Romā profecti pacē à ſenatu impetrarēt.Senatus his cognitis, Fabio im-
peratori permiſit,vt pacē cū Æquis quibus vellet cōditionibus faceret. Poſtea cōſulis de-
precatione fœdera inter duos populos his legibus ſūt facta,vt Æqui ſaluis vrbibus,agríſq;
ſuis P.R.imperio parerēt,& Romanis nihil mitterēt præter auxilia quotieſcūque hoc ipſis
denuntiatū fuiſſet, ídque propriis ſūptibus.Fabius hoc fœdere icto copias reduxit,& ma-
giſtratus in annū ſequentē vnà cū collega deſignauit. ¶CONSVLES autē ab illis deſignati
erāt.Sp.Poſtumius Albinus,& Q.Seruilius Priſcus iterū .His cōſſ. Æqui cōditiones pacis

Anno V.C.288. conſſ. Sp.Poſtumio, Q.Seruilio iterum, fœdus ab Æquis violatum, & dedicata ædes Dij Fidij.

cū P.R. recēs factæ violare ſunt viſi,tali de cauſa : Antiates qui vrbana & ruſtica prædia ha-
bebāt,in illis remāſerunt,& agros poſſeſſionū tam ſibi diuiſarū ac propriarū,quā earū quę
ad nouos colonos pertinebant, quæ à triūuiris fuerāt ipſis diuiſæ ac aſſignatę,colebāt ea
cōditione,vt certā & ſtatutā fructuum partē illis pēderent:qui verò nihil tale habebāt, vr-
bē deſeruerūt,& lubēter ab Æquis excepti inde profecti,Latinorū agros latrociniis infeſta
bāt.Poſtea Æquorū audaciſſimi quique, & quotquot pauperes erāt ad eā latrociniorū ſo-
cietatē ſe addiderūt. His de rebus Latinis apud ſenatū querētibus,& poſtulantibus vt aut
exercitū mitterēt,aut ſibi ipſis permitterēt eos vlciſci à quib.bello fuerāt laceſſiri, Patres,
hac re cognita,nec exercitū mittere decreuerūt,nec Latinis ſuas copias educere permiſe
rūt:ſed electis trib.legatis,quorū princeps erat Q.Fabius,qui pacē cū ea gēte fecerat, ipſis
mādarūt,vt quęrerēt ex gētis *illius* principibus,vtrū de cōmuni cōſenſu latronū manus in
ſociorū,& P.R.agrū mitterētur(nā & in eū excurſiones quædā ab exulibus factæ fuerāt)an
nihil eorū publico cōſilio factū fuiſſet, & ſi reſpōderēt ea facinora priuatorū eſſe cōtra po-
puli voluntatē,res raptas repeterēt,& ſōtes eos qui hæc iniqua facinora patraſſēt, ad ſup-
pliciū dedi poſtularent.Legatis eò profectis, Æqui,auditis eorū querimoniis,ambigua de-
derūt reſpōſa,negātes id facinus de cōmuni ſentētia factū,& minimè æquū cēſentes auto
res eius dedere,qui & vrbē ſuā amiſerāt,& errones erāt,& ad ſe ſupplices cōfugerāt.Quibus
rebus Fabius indignatus,& fœderis fidē violatā implorās,vt vidit Æquos ſimulatè agere,tē
púſq; ad deliberandū petere,& ſe per ſpeciē hoſpitalitatis ab ipſis detineri,remāſit,quia vo-
lebat res eorū explorare.Quare per ſpeciē cōtēplādi circūductus per omnia loca & publica
& ſacra,& per bellicorū armorū officinas,quū animaduertiſſet quędā iā pfecta,quædā ad-
huc in manib⁹ eſſe,mentē eorū cognouit.Et Romā reuerſus ſenatui renūtiauit quicquid au
dierat & quicquid viderat.Ille,nihil ampliùs cūctatus, decreuit mittere feciales,qui bellū
Æquis indicerēt, niſi exules Antiatū vrbe pellerēt, & pro iniuriis populo R.illatis ſe ipſis

ſatiſfacturos pollicerẽtur. Æqui audacius legatis reſponderũt: ſéque non inuitos bellum excepturos dixerũt. Nõ licuit tamẽ Romanis eo anno exercitũ contra illos mittere, ſiue deo vetãte, ſiue propter morbos quibus multitudo per bonã anni partẽ detẽta fuit: ſed perexiguus exercitus ad ſociorũ pręſidiũ egreſſus, duce Q. Seruilio altero conſule, in agri Latini finibus ſtatiua habuit. In vrbe verò ædẽ Iouis Fidij Sp. Poſtumius eius collega cõſecrauit Nonis mẽſis Iunij in colle Quirinali, extructã quidẽ ab vltimo rege Tarquinio, nõ tamẽ ab illo ex more P. R. conſecratã. Sed tũc ex S. C. Poſtumius eam dedicauit, vt eius ædis inſcriptio teſtatur. His cõſulibus nihil aliud memorabile geſtũ eſt. ¶ OLYMPIADE LXXIX, qua vicit Xenophõ Corinthius, archonte Athenis Archedemide, cõſules ſũt fa-
A cti, T. Quintius Capitolinus tertiũ, & Q. Fabius Vibulanus iterũ. Quibus ambobus ſenatus magnos & bene inſtructos exercitus dedit, atq; ita eos ad bellũ miſit. Quintius iuſſus eſt agrũ romanũ hoſtibus finitimũ tueri, Fabius Æquorũ agros vaſtare. Is Æquos nactus eſt cũ ingẽti exercitu in ſuis finibus ſuũ aduentũ expectãtes. Quũ autẽ vtrique in munitiſſimis locis caſtra poſuiſſent, in planitiem proceſſerunt, Æquis hoſtẽ prouocãtibus & prælio laceſſentibus, & ad multas diei horas fortiter ac ſtrenuè pugnarũt, ſingulis victorię ſpẽ in ſe ipſis, nõ in alio quopiã collocãtibus. Quũ verò pleriſque eorũ gladij ob continuos ictus inutiles eſſent facti, ſigno à ducibus receptui dato, in caſtra ſe receperũt: poſt hæc inter eos nõ amplius totis viribus acie inſtructa certatũ eſt: ſed cõtinuæ quædã velitationes ſequutæ, & pręlia inter leuis armaturę milites facta dũ aquarentur, & cõmeatus
B proſequerẽtur: & in his quoque plerũque æquo marte diſcedebatur. Dũ autẽ hęc geruntur, pars quædã exercitus Aequorũ tranſgreſſa per alios incuſtoditos tramites, fecit irruptionẽ in agri romani partẽ, quę ab Æquorum finibus maximè erat remota, & ideò minus cuſtodita, vnde multos captiuos, & magnã prędã abduxit: inſciiſq; Quintianis, quibus agri romani cuſtodia mãdata fuerat, domum ſe recepit. Quod ſæpius fiebat, & magnã cõſulibus ignominiã afferebat. Tandẽ quũ Fabius per exploratores & captiuos cognouiſſet robur totius exercitus Æquorũ ex caſtris egreſſum, ipſe quoq; in caſtris relictis ſenioribus, noctu egreſſus eſt cũ lectiſſimis quibúſq; & equitibus & peditibus: Æqui igitur direptis locis, in quæ irruperãt, cũ magna præda diſceſſerãt. At Fabius ipſis nõ lõgè progreſſis derepẽtè apparuit, prædámque eripuit, & pręlio vicit eos qui ipſius impetũ ſu-
C ſtinere voluerãt, quíque fortiter pugnarãt. Reliqui diſperſi, hoſtibus inſequẽtibus locorũ peritia eluſis, in caſtra fuga ſe receperũt. Æqui inopinata hac clade perculſi, vallo euulſo ſub noctẽ diſceſſerũt, nec poſtea ex vrbe ampliùs prodierũt: ſed paſſi ſunt in ſuo cõſpectu frumentũ iã maturum ab hoſtibus abſportari, & greges pecoris abigi, & pecunias diripi, & villas incẽdi, & multos captiuos abduci. Fabius, his peractis, inſtantibus comitiis, copias motis caſtris domũ reduxit, & Quintius idẽ fecit. Romã autẽ reuerſi deſignarũt conſules A. Poſtumiũ Albũ, & Sp. Furiũ, qui mox cõſulatũ inierũt. A ſociis autem Latini nominis nũtij properè miſſi venerũt. Hi in curiã introducti indicarunt Antiates dubia eſſe fide, & ad defectionẽ ſpectare, occultè per legatos Æquis eos ſolicitantibus, & multis Volſcis per ſpeciem mercatus in vrbem euntibus, quos adducebant ij qui Antium antè deſeruerant,
D quando eius ager ob paupertatem diuiſus eſt, & qui ad Æquos (vt dixi) tranſfugerant. Nec ſolos indigenas corruptos eſſe nuntiabãt, ſed etiã magnã aduenarũ partẽ: & niſi valido præſidio præuẽti fuiſſent, inde quoque inopinatũ bellũ Romanis illatũ iri. Et paulo poſt, alij ab Hernicis miſſi nuntiarunt magnũ Æquorũ exercitũ è finibus ſuis egreſſum, in agro ſuo ſtatiua habere, eúmque populari: & Volſcos ſe ad illã Æquorũ militiã ſocios addidiſſe, maioréque exercitus partẽ præbuiſſe. Propterea ſenatus ad eos qui res Antiatũ turbabãt (quidã enim ex illis venerãt vt ſe purgarẽt, ſed ſatis cũſtabat eos nihil ſani cogitare) aliud pręſidiũ, quod ciuitatẽ tueretur & in officio cõtineret, mittere decreuit, & cõtra Æquos Sp. Furiũ exercitũ ducere iuſſit. Et ambo celeriter copias eduxerũt. At Æqui vbi cognouerũt Romanorũ exercitũ egreſſum, caſtris ex Hernico motis, obuiã ipſis iue-
E runt. Quũ autẽ in mutuũ conſpectũ veniſſent, caſtra nõ magno interuallo inter ſe diſtãtia eo die poſuerũt. Poſtridie verò hoſtes ad vallũ Romanorũ acceſſerũt, vt eorũ animos explorarẽt: quibus ad prælũ nõ prodeuntibus, velitationibus factis, nullóq; memorabili facinore patrato cũ magna iactatione abierũt. Poſtridie cõſul rõ. relicto vallo (locus enim nõ valde tutus erat) caſtra in opportuniore loco poſuit, vbi & profundiore foſſa, & altiore vallo ea munijt. Quo viſo hoſtibus audacia creuit, & multò magis poſtquã ipſis nouarũ copiarũ auxiliũ à Volſcorũ & Æquorũ gẽte miſſum venit. Quare, nihil ampliùs cũctati, copias ad vallũ Romanorũ adduxerũt. At cõſul animaduertẽs ſuũ exercitũ nõ fore ſatis firmũ ad reſiſtẽdũ ambabus gẽtibus, quoſdã equites cũ literis Romã miſit, per quas auxiliũ ſibi celeriter mitti poſtulabat, quòd totus ſuus exercitus in ſummo ſalutis diſcrimine

Anno V. C. 289 olymp 79, conſulibus T. Quintio tertiũ, & Q. Fabio iterũ, bellum cum Æquis geritur.

Æqui ex inopinato cladem accipiunt.

Anno V. C. 290, cõſulibus A. Poſtumio & Sp. Furio, bellũ cum Æquis & Volſcis.

Antiates ad defectionẽ ſpectant.

verſaretur. Poſtumius, eius collega, his acceptis (nã fermè media nox erat quũ equites eò
venerũt) patres per multos præcones ex ædibus excitos in curiã conuocauit, factúmque
eſt ante clarã lucẽ s. c. vt T. Quintius, qui ter cõſul fuerat, cũ lectiſſima peditũ equitúm-
que iuuẽtute, pro cõſulari imperio ornatus, in hoſtes cũfeſtim iter, & A. Poſtumius alter
cõſul, reliquis copiis coactis, ad quas cogẽdas lõgiore mora ei opus erat, quãta maxima ce-
leritate poſſet, ſuis opẽ ferret. Prima luce, Quintius cõtraxit voluntariorũ fermè quin-
quemillia, nec lõga mora interiecta, ex vrbe eas copias eduxit. Æqui hoc ſuſpicati ſunt,
atque hoc ipſum expectãtes, antequam ſubſidiũ Romanis veniret, caſtra eorũ oppugnare
in animo habentes, vt vi & multitudine ea expugnaturi, exercitu ſuo bifariã diuiſo, om-
nes ex caſtris egreſſi ſunt: pugnatúmque acriter per totũ diẽ, quòd illi munitiones variis A
ex partibus audacter aſcẽderent, nec iaculorũ, nec ſagittarũ, nec lapidũ funda emiſſorum
cõtinuis ictibus ſubmoueri poſſent. Tũc cõſul & legatus, cohortati ſe inuicẽ, ſubitò aper-
tis portis eodẽ tẽpore, vnà cũ validiſſimis quibúſque eruptionem in hoſtes fecerunt, & ab
vtraque caſtrorũ parte, qua oppugnabãtur, facta in eos impreſſione, illos qui vallũ aſcen-
debãt repulerũt. Hoſtibus autẽ in fugã verſis, conſul nõ lõgè perſequutus eos qui ſibi op-
poſiti erãt, reuerſus eſt. Sed frater eius, & legatus P. Furius, animi magnitudine & ardore
euectus, vſque ad hoſtiũ caſtra, tergo hærẽdo, & cædendo *eos* eſt inſequutus: duas autẽ &
nõ plures cohortes ſecũ habebat, quæ numerũ mille hominũ conficiebant. Hoc animad-
uerſo, hoſtes circiter quinquies mille ex caſtris progreſſi, eum adorti ſunt, atque hi qui-
dẽ à fronte eos aggreſſi ſunt, equites verò per mediã ſuorũ aciẽ circumuecti, terga Roma- B
norũ inuaſerunt. Hoc igitur modo ab illis circũuenti qui cũ Publio erant, & à ſuis deſtitu
ti, quũ poſſent ſalutẽ traditis armis redimere (ad hoc enim hoſtes eos inuitabãt, & magni
faciebãt mille Romanos viros fortiſſimos in ſuã poteſtatẽ redigere, quia ſperabãt ſe horũ
opera pacẽ honeſtã impetraturos) contẽptis illis, & ſe inuicẽ cohortati ne quid indignũ
patria admitterent, pugnãtes, multiſque hoſtiũ cæſis, omnes ad vnũ ceciderũt. His cęſis,
Æqui ſecũdo ſucceſſu elati ad Romanorũ caſtra venerũt, Publij aliorúmque nobiliũ vi-
rorũ capita haſtis præfixa oſtentantes, ſperantes ſe hoc modo terrorẽ incuſſuros illis qui
erãt in caſtris, & ſe ad deditionẽ eos cõpulſuros. At illos ob cæſorũ cladẽ miſeratio ſubiit,
eorúmque fortunã deflebant: ſed ad certamen audacia duplo maior in eorũ animis cre-
uit, eóſque præclarũ deſideriũ cepit: & vel vincere, vel mori eodem modo quo illi, potiùs C
quàm in hoſtiũ poteſtatẽ venire, decreuerũt. Illã igitur noctẽ ab hoſtibus obſeſſi Romani
tranſegerũt, vigilãtes & ſarciẽtes valli partes laborãtes, & parãtes multas alias eáſque va-
rias res, quæ erãt neceſſariæ ad arcẽdos hoſtes, ſi iterũ oppugnationẽ tẽtaſſent. Poſtridie
verò hoſtes iterũ caſtra oppugnare cœperũt, & vallũ multis in locis conuellebãt, & ſæpe
Æqui à vallo repulſi ſunt ab iis qui cũglobati eruptionẽ faciebãt, ſæpe etiã qui audacius
progreſſi fuiſſent ab illis *in caſtra* ſunt cõpulſi. durauitq; id certamẽ per totũ diẽ, in quo &
cõſul rõ. tragula per ſcutũ traiecta, in femore eſt vulneratus, & multi alij illuſtres viri qui
circa eũ pugnabãt. Romanis autẽ iã defatigatione fractis, circa veſpertinũ crepuſculum,
inopinatò Quintius cũ lectiſſimis voluntariorũ auxiliis aduẽtãs eſt cõſpectus. Quorũ ad-
uẽtũ hoſtes cõſpicati, omiſſa oppugnatione, re infecta ſe in ſua caſtra receperũt. Romani D
verò facta eruptione in eos abeũtes, extremũ agmẽ cædebãt: haud tamẽ diutius eos ſunt
perſequuti, quòd plerique vulneribus debilitati eſſent: ſed celeriter reuerſi ſunt. Vtrique
poſtea ſe in caſtris cõtinẽtes, diu ſibi accuratè cauerũt. Deinde Æquorũ & Volſcorũ alię
copiæ, exiſtimãtes ſe nactas præclarã occaſionẽ populandi agri rõ. dũ Romanorũ virium
robur militia diſtineretur, noctu ex ſuis finibus ſunt egreſſæ, factáq; irruptione in remo-
tiſſimã agri partẽ, qua maxima erat agreſtiũ ſecuritas, multis captiuis, magnáque præda
ſunt potitæ. Sed quum inde diſceſſiſſẽt, tandẽ nec honeſtum nec felicẽ rerum exitum ha-
buerunt. Nã alter cõſul Poſtumius, qui copias ducebat vt auxiliũ ferret iis qui in caſtris
obſidebãtur, poſtquã audiuit quod ab hoſtibus fuerat factum, ex inſperato ipſis occurrit.
Illi verò aduẽtu eius nec cõſternati, nec territi ſunt: ſed impedimẽtis prædáque per otium E
in loco munito depoſita, manúq; ſatis firma ad horũ pręſidium relicta, reliqui acie inſtru-
cta cũ Romanis cõflixerunt, & cõgreſſi facinora memoratu digna ediderunt, pauci cum
multis dimicãtes (iã enim in eos multi, qui antè erant diſperſi, ex agris cõcurrebãt) & leui-
ter armati cum hominibus qui totũ corpus tectũ ac munitum habebãt: multóſq; Roma-
nos interfecerũt, & parũ abfuit quin in agro alieno deprehẽſi erigerẽt trophęa de illis qui
cõtra ipſos venerãt. Sed cõſul & lectiſſimi Rom. equites qui cũ eo erãt, equis infrænatis,
impetu facto in eorũ aciẽ firmiſſimã & acerrimè pugnãtẽ, ordines perruperũt, & multos
proſtrarunt. Cæſis autem iis qui in prima acie pugnabãt, & reliquus exercitus profliga-
tus in fugam ſe dedit, & qui ad impedimentorum præſidium relicti fuerant, in pro-
ximos montes ſe contulerunt. In eo igitur prælio pauci ex illis ceciderunt: ſed in

fuga plurimi, tum quia locorũ erant ignari, tum quia equitatus rom. eos conſectabatur. Dum hæc geruntur, alter conſul, Sp. Furius, poſtquam intellexit collegam aduentare vt ſibi ferret auxilium, veritus ne hoſtes obuiam illi irent, & iter intercluderent ne ad ſe veniret, valli oppugnatione eos diſtinere ſtatuit. Sed hoſtes cognita ſuorum clade, quam nuntiarant qui ex ea ſtrage euaſerant, cum præuerterunt, & conuulſo vallo, noctis initio in vrbem redierunt, re geſta non omnino ex animi ſententia: nam præter milites abſumptos in præliis & pabulationibus, in illa fuga, ex iis qui tardiores fuerant, longè plures quàm antè amiſerunt. Nam qui labore & vulneribus grauati ægrè gradum promouebant, membrorum viribus eos deficientibus cadebant, potiſſimùm verò circa riuos & fluuios, præ ſitis ardore: quos Romani equites comprehenſos occidebãt. Sed ne Romani quidem re omnino feliciter in illo bello geſta domum redierunt: nam multos viros fortes in præliis amiſerunt, & legatum, cuius opera in illo certamine inter cæteros omnes maximè enituit, victoriam tamen nulla alia inferiorem in patriam retulerunt. Hæc illis conſulibus ſunt geſta. ¶ANNO autem ſequenti, L. Æbutio, & P. Seruilio Priſco conſulibus, neque militiæ, neque domi quidquam memorabile Romani geſſerunt: peſtilentia vt nunquam antè vexati, quæ primùm equorum boúmque armenta inuaſit, & mox greges caprarum ouiúmque aggreſſa eſt, & penè omne quadrupedum genus abſumpſit, deinde paſtores & colonos attigit, & totum agrum rom. peruagata, vrbem inuaſit. Ac ſeruorum & mercenariorum hominum & pauperis turbæ quan-

B tam multitudinem abſumpſerit, difficile eſt inuenire. Nam principiò coaceruata in plauſtris cadauera abſportabantur. Deinde verò qui viliſsimi erant, & quorum minima ratio habebatur, in profluentem fluuium proiiciebantur. Ordinis verò ſenatorij, vt ex numero inito apparuit, quarta pars extincta eſt, inter quos & ambo conſules, & maior pars tribunorum: cœpit enim peſtis circa Cal. Septembris, & durauit totum illum annum, æquè omnem ſexum & ætatem inuadens & conficiens. Vbi autem vicini populi cognouerunt malum in quo pop. rom. verſabatur, Æqui & Volſci rati præclaram ſibi oblatam occaſionem euertandi eius imperij, ſocietatis fœdus iureiurando interpoſito fecerunt, paratiſque rebus ad vrbis obſidionem neceſſariis, vtrique quanta maxima celeritate potuerunt, copias ex ſuis finibus eduxerũt.

C Vt autem Romanis ſociorum auxilia eriperent, primùm in Latinorum & Hernicorum agros irruptionem fecerunt. Quo autem die legatio ab vtraque gente, quæ bello premebatur, ad ſenatum auxilij implorandi cauſa venerat, eo die alter conſul L. Æbutius obierat. At P. Seruilius morti proximus, quippe qui paulum adhuc ſpirabat, patres conuocauit. Eorum autem plerique ſemimortui, lecticis in curiam delati, reſponderunt legatis ad ſe miſſis, vt ſuis renuntiarent ſenatum illis permittere vt ſua virtute hoſtem arcerent, donec conſul melius ſe haberet, & exercitus ad auxilium ipſis ferendum cogeretur. Hoc reſponſo à Romanis accepto, Latini rebus quaſcunque potuerunt ex agris in oppida comportatis, mœnia tutabantur, cæteráque damna contemnebant. Sed Hernici, quum ferre non poſſent vaſtationem, &

D direptionem agrorum, arreptis armis ex vrbibus ſuis egreſſi ſunt: prælióque egregiè facto, multis ſuorum amiſſis, & hoſtium longè pluribus occiſis, coacti ſunt *tandem* intra mœnia ſe recipere, nec ampliùs martis aleam tentarũt. At Æqui & Volſci eorum regionem populati, impunè in Tuſculanum agrum proceſſerũt. Hoc quoque direpto, nemine repugnante, in Sabinorum fines iuerunt, & per hunc quoque agrum impunè iter facientes Romam petierunt, vrbémque valde turbarunt: haud tamen ea potiri potuerunt: nam Romani, licet infirmis eſſent corporibus, & vtrumque conſulem amiſiſſent (nuper enim & Seruilius vita exceſſerat) ſupra vires armati, muros vrbis conſcenderunt, cuius ambitus tunc temporis erat eadem magnitudine qua Athenarum circuitus. *Muri* autem erant partim in collibus ſiti, & ſaxis præruptis

E ipſa loci natura muniti, & exiguo præſidio indigentes, partim tiberi fluuio muniti, cuius latitudo eſt quatuor fermè iugerũ, profunditas verò tanta, vt magnis nauibus nauigari poſſit, eiúſque curſus eſt cõcitatus & valde vorticoſus ſi quis alius, nec pedibus, niſi per pontem tranſiri poteſt: tunc autem vnus erat ſublicius, qui belli tempore diſſoluebatur. Ea verò vrbis pars quæ facillimè expugnari poterat, ab Eſquilina porta vſque ad Collinam, opere manu facto munita eſt. Nam & foſſa ante eam ducta eſt lata pedes centum & amplius, quà minimum eſt lata, alta triginta, murúſque foſſæ imminet alto & lato aggere intrinſecus ſuffultus, ita vt nec

Anno V.C. 291, conſulibus, L. Æbutio, P. Seruilio, domi peſtis atrociſſima, foris bellũ cum Æquis & Volſcis.

Peſtis à pecoribus & agreſtibus initio ſumpta in vrbem atrociſſimè irruit.

arietibus quaſſari, nec funditus actis cuniculis euerti poſſit. Huius loci longi-
tudo eſt formè ſeptem ſtadiorum, latitudo verò quinquaginta pedum, quo in
loco tunc Romani conferta inſtructáque acie hoſtium impetum repulerunt, quòd
illius ſeculi homines imperiti eſſent parandarum teſtudinum, quę terra aggeſta fie-
bant, & aliarum machinarum, quę ἑλεπόλεις vocantur, *id eſt, vrbium expugnatrices*. Ho-
ſtes igitur deſperata vrbis expugnatione, à muris receſſerũt, totóque agro per quem
iter faciebant vaſtato, copias domum reduxerunt. ¶ ROMANI verò, intertegi-
bus comitiorũ cauſa creatis (quod facere ſunt ſoliti quoties nullus eſt in vrbe magi-
ſtratus) conſules crearunt, L. Lucretium, & T. Veturium Geminum. His conſulibus
morbus eſt ſedatus, & omnes actiones ciuiles, tam priuatæ quàm publicę, in aliud tē- A
pus dilatę fuerunt. Et quũ vnus tribunus pleb. Sextus Titus, legis agrariæ iterũ men-
tionem lationémque tentaſſet, & à plele prohibitus fuiſſet, & res in opportuniora
tempora fuiſſet reiecta, omnes accenſi ſunt ingenti deſiderio vlciſcendi eos qui pe-
ſtis tempore bellum reip. intulerant: & confeſtim ſenatuſconſulto plebiſque ſcito
bellum eſt decretũ, & copiæ conſcribi cœptæ, nullis qui militari ætate eſſent, ne illis
quidem qui per leges erant immunes, ad eam militiam proficiſci recuſantibus. Co-
piis autem trifariam diuiſis, pars vna ad vrbis præſidium eſt relicta, cui præerat L. Fa-
bius, vir conſularis: duæ reliquæ cum conſulibns in Æquos & Volſcos ſunt profectę.
Idem autē iam & hoſtes fecerant. Nam vtriuſque gentis firmiſsimũ robur collectũ,
in caſtris erat, ſub duobus ducibus, & ab agro Hernico (in quo tunc erat) initio facto B
agros omnium qui pop. rom. imperio parebant, inuadere conſtituerat: reliquæ co-
piæ ad externam militiam minus vtiles, ad oppidorum præſidiũ relictæ ſunt, ne qua
vis repentina ipſis ab hoſtibus inferretur. Tunc Romanis conſulibus conſultanti-
bus viſum eſt optimum, eorum vrbes adoriri, quod eo conſilio fecerunt, quòd com-
munem eorum exercitum diſſolutum iri certò ſciebant, ſi ſinguli res ſuas in extre-
mis periculis verſari intellexiſſent, eóſque longè ſatiùs eſſe ducturos ſua ſeruare,
quàm res hoſtium vaſtare. Lucretius igitur in Æquorum, Veturius in Volſcorum
agros irrupit. Æqui, agrorum damno ac vaſtatione cōtempta, vrbem & munitiones
tuebantur. At Volſci, audacia & arrogantia impulſi, & contempta romani exerci-
tus paucitate, quòd cum ipſorum multitudine minimè eſſet comparandus, quaſi C
non ſatis validus eſſet ad manus cum ea conferendas, prodierunt pro agro certatu-
ri, & prope Veturium caſtra poſuerunt. Quemadmodum autem ſolet accidere ex-
ercitui, qui conſtat ex tironibus, & oppidanorum & agreſtium turba pro tempore
tumultuario delectu coacta, in qua magna pars eſt inermis, & rei militaris imperi-
ta, cum hoſtibus ne manus quidem conſerere ſunt auſi: ſed primo Romanorum
impetu plerique turbati, quum nec clamores, nec armorum ſtrepitum ferre po-
tuiſſent, fuga effuſa vrbem petierunt: itaque multi in viarum anguſtiis deprehen-
ſi, & longè plures dum ſe circa portas mutuò premunt, equitatu inſequente cæſi
ſunt. Volſci igitur, hac clade accepta, ſuam ipſorum dementiam accuſabant, nec in
poſterum belli fortunam tentare ſunt auſi. Duces verò Volſcorum & Æquorum, D
qui caſtra ſub dio habebant, quum audiſſent oppida ſua bello premi, & ipſi fortè a-
liquod facinus patrare, caſtríſque motis ex Hernicorum & Latinorum agris, ani-
mi impetu & celeritate quanta maxima poſſent, ipſam Romam petere ſtatuerunt,
ipſi quoque iſto conſilio ad id impulſi: ſperabant enim fore vt è duobus præclaris fa-
cinoribus alterum ſibi feliciter ſuccederet, vel vt Romam incuſtoditam caperent,
vel hoſtes ex agro ſuo expellerent, quia ſciebant conſules coactum iri patriæ oppu-
gnatæ opem ferre. Hoc igitur conſilio inito, exercitum feſtinanter ducebant, vt ex
improuiſo ad vrbem accederent, & ſtatim oppugnationem aggrederentur. Iámque
Tuſculum vſque progreſsi, quum vidiſſent mœnia Romana armatis hominibus op-
pleta, & pro portis quatuor cohortes, quarum vnaquæque ex ſexcentis viris con- E
ſtabat, in ſtatione eſſe, conſilium petendæ Romæ depoſuerunt, at eum vrbis agrum,
quem ſuperiore irruptione intactum reliquerant, ibi conſidentes vaſtabant. In
quorum conſpectum quum alter conſul. L. Lucretius ex improuiſo veniſſet, & ca-
ſtra non procul ab ipſis poſuiſſet, illi præclaram occaſionem ſibi oblatam exiſtiman-
tes prælij committendi, antequam alter exercitus, cui præerat Veturius, Lu-
cretio ſubſidium ferret, depoſitis impedimentis in quodam tumulo, & duabus co-
hortibus ad eorum præſidium relictis, reliqui in planitiem proceſſerunt: & congreſſi

Anno V.C. 292. conſulibus L. Lucretio, T. Veturio, bellum cum Æquis & Volſcis.

cum

cum Romanis rem diu fortiter geſſerunt. Sed deinde quum vidiſſent ex quodam caſtello montano exercitum à tergo deſcendentem, exiſtimarunt alterum conſulem cum ſuis copiis aduentare: & veriti ne ab vtroque circumuenirentur, haud ampliùs in eodem loco conſtiterunt: ſed in fugam ſe dederunt. In hoc prælio vterque dux eorum poſt edita præclara ac fortia facinora cecidit, & circa eos multi alij fortes viri pugnantes. Qui verò ex pugna fugerunt, diſperſi in ſuam quique patriam ſe receperunt. Poſt hæc Lucretius, nemine prohibente, Æquorum agrum impunè vaſtauit, & Veturius Volſcorum, vſque ad comitiorum tempus: tunc demum motis caſtris copias domum reduxerunt. Et vterque ob partam victoriam triumphauit, Lucretius
A quadrigis inuectus, Veturius, vrbem pedibus ingreſſus. Iſti enim duo triumphi (vt dixi) ducibus à ſenatu conceduntur, cætera quidem pompa pares: ſed hac tantùm re differentes, quòd in altero, duces curru inueherentur, in altero, pedibus vrbem ingrederentur.

DIONYSII, ALEXANDRI F.
B
HALICARNASSEI, ANTIQVITATVM ROMANARVM,

LIBER DECIMVS.

SEQVITVR olympias LXXX, qua in ſtadio vicit Torymbas Theſſalus, archonte Athenis Phraſide. Romę verò conſules creati P. Volumnius & Seru. Sulpicius Camerinus. Hi nullas copias eduxerunt, neque vt hoſtes vlciſcerentur ob iniurias ſibi ſociiſque illatas, neque vt ſuis rebus
C præſidio eſſent: ſed de inteſtinis malis ſoliciti, prouidè cauebant ne quid mali plebs conſpiratione contra ſenatum facta patraret. Rurſus enim turbabatur à tribunis, qui docebant hominibus liberis eam eſſe optimam reip. formam vbi dicendi libertas omnibus ex æquo eſſet. Quapropter omnia tum priuata, tum publica ex legum præſcripto adminiſtrari volebat. Tunc enim nondum erat apud Romanos iuris libertatiſque dicendi æquabilitas, nec dum omne ius ſcriptum extabat: ſed olim eorum reges ius petentibus dicebant, corúmque lites dirimebant: & quod ab illis fuiſſet iudicatum, id vim legis habebat. Sed imperio à regibus ad annuum conſulum magiſtratum tranſlato, inter cætera regia officia, iuris quoque cognitio ad eos tranſlata eſt. Illi enim lites inter litigatores quacunque de cauſa ortas iure decidebant. Huius au-
D tem *iuris* magna pars erat penes ſummos magiſtratus, qui ex ordine optimatū creabantur, eóque in ipſo magiſtratu ſequebatur: minima verò pars eius in ſacris *pontificum* libris erat ſcripta, quæ vim legis haberet, cuius ſoli patricij cognitionem habebant, quòd in ea verſarentur. Reliquum vulgus negotiatorum & agricolarum, quòd non niſi mercatus gratia in vrbem ſtatis diebus conueniret, adhuc *huius* imperitum erat. Hoc autē inſtitutū primus C. Terētius tribunus plebis ſuperiore anno in remp. inducere conatus fuerat: ſed rem imperfectam relinquere fuerat coactus, quòd maior plebis pars externa militia diſtineretur, & conſules data opera copias in hoſtico retinerent, donec ipſorum magiſtratus tempus præteriret. Tunc verò A. Virginius trib. plebis id ſuſceptum ad finem perducere volebat. Sed ne hoc fieret, néue ex le-
E gum præſcripto remp. adminiſtrare cogerētur, & conſules & ſenatus & alij ciues, qui plurimum in ciuitate poterant, quibuſuis artibus perpetuò obnitebantur: & crebrò ſenatus coactus, crebrò etiam conciones habitæ, & vtriuſque factionis magiſtratus nihil de ſummo conatu remittebant. vnde quiuis manifeſtè videre poterat magnam aliquam, & incurabilem calamitatem ex illa magna contentione in remp. redundaturam. Humanas autem coniecturas adiuuabant præterea & terrores diuinitus incuſſi: de quorum nonnullis nihil in publicis ſcriptis, nihil etiam vlla omnium hominum memoria proditum reperie-

Argumētū huius lib. decimi perin de poſitum eſt in Gr. exempl. ac ſi non libri argumentum, ſed eius principium eſſet. Eorum autē verborum hæc eſt interpretatio.

Romanarū antiquitatum liber decimus, quem Dionyſius Alexādri F. Halicarnaſſeus ſcripſit, continet res à Romanis geſtas à primo anno LXXX. olympiadis, & à P. Volumnio & Seruio Sulpicio cōſulibus. Rerum autem geſtarum, quæ in hoc libro declarantur, tēpus eſt duodecim annorū.

Anno V.C.293 olympiad 80. coſſ. P. Volumnio, Ser. Sulpicio. turbæ à tribunis oriūtur, & varia prodigia apparent.

Prodigiorum varia genera, quorū non nulla antea fuerant inaudita.

b.tur : Nam fulgores in cœlo exortos, ignes ardentes in vno loco manentes, ter-
ræ mugitus, & continuas *eiuſdem* quaſſationes, varias ſpectrorum facies per aërem
diſcurſantes, voces hominum animos perturbantes, & quæcunque alia huiuſmodi
prodigia acciderunt, hæc & multò antè quondam accidiſſe conſtabat. Sed quod mi-
nus, imò verò quod ne vllo quidem modo *vnquam Romani* experti fuerant, nec au-
dierant, & quo maximè ſunt territi, id huiuſmodi fuit. Ingens niuis imber ex cœlo in
terram cum impetu eſt delatus, ſecum trahens non niuem, ſed carnium fruſta, & mi-
nora & maiora, quorum pleraque in aëre ſublimia aues, quæcunque ſunt prædatri-
ces, aduolantes roſtris diripuerunt. Quæ verò in terram delata ſunt, hæc in ipſa vr-
be & agris ſparſa diu iacuerunt, ita tamen vt nec colorem mutarent, quem carnes A
inueteratæ ſolent habere, nec putredine corrupta vllum tetrum odorem emitterẽt.
Id prodigium vates indigenæ coniecturis interpretari non potuerunt. Sed libri ora-
culorum Sybillinorum conſulti monuerunt, ab alienigenis hoſtibus in vrbẽ ingreſſis
ciuitatem in ſeruituris diſcrimen adductum iri: fore autem vt bellum contra exter-
num hoſtem ciuilis ſeditio præcederet, quam naſcentem ex vrbe pellendam, deos
placandos, ſacrificiis votiſque mala auertenda: ita enim eos victoriam ab hoſtibus
reportaturos ſignificabãt. His in vulgus elatis, primùm quidẽ *pontifices* ad quos hæc
cura pertinet, diis malorũ depulſoribus & auerruncis, hoſtias immulatũt. Deinde ve-
rò patres in curiã coacti, tribunis quoque præſentibus, de incolumitate & ſalute pu
blica conſultare cœperunt. Omnes igitur finẽ mutuis criminationibus imponendũ, B
& ex oraculorum monitione remp. concorditer adminiſtrandã vno ore cenſebant.
Sed quo modo id fieret, & quid primùm factionis vtriuſque homines ſibi inuicẽ cõ-
cedere deberent, & qua ratione ſeditio tolleretur, hîc illi valde hæſerunt. Nam cõſu
les & ſenatus principes tumultus cauſam cõferebant in tribunos, qui noua inſtituta
in rẽp. inducerent, & patriũ ciuitatis ſtatum vellent euertere. Tribuni contrà, nega-
bãt ſe quicquã indignum *pop. rom. maieſtate*, aut iniquum aut noxium facere, quòd
bonas leges & iuris æquabilitatem in remp. vellent inducere: at conſules & patricios
ſeditionis autores eſſe dicebant, qui iniquitatem & auaritiam augerent, & tyranni-
cos mores imitarẽtur. Et multis huiuſmodi mutuis altercationibus aliquot dies ina-
niter cõſumpti ſunt, & tempus fruſtra tractum, interea omnibus tam publicis quàm C
priuatis negotiis pendentibus. Tandem tribuni, animaduertentes ſe ſuis concio-
nibus, & ſenatus accuſationibus nihil proficere, hoc conatu deſtiterunt: & conuo-
cata ad concionem multitudine, plebi polliciti ſunt ſe legem de rebus quas volebant

Tribuni ſuaſde decemuiris & legibus rogatiunẽ recitant.

perlaturos. Quum autem multitudo orationem eorum collaudaſſet, illi nihil ampliùs
cunctati, rogationẽ iam antè paratã recitarunt, cuius hæc erant capita: Vt decemuiri
à populo legitimis comitiis eligerentur, qui eſſent ætate & prudentia præſtantiſſimi,
& qui ſui honoris, & bonæ exiſtimationis maximã haberent rationem. Iſti verò leges
de rebus omnibus, tam publicis quàm priuatis conſcriptas promulgarent, legéſque
ab ipſis conſcriptæ in foro ponerentur, & tam magiſtratus annui quàm priuati ci-
ues, mutuas controuerſias ex earũ præſcripto dirimerent. Hac rogatione lata, *tribu-* D
ni quibuſlibet legem diſſuadere volentibus poteſtatem fecerunt, trinundino præſti-
tuto. Multi autem, iíque ex ſenatorio ordine non viliſſimi, & ſeniores, & iuniores
fuerunt eius legis diſſuaſores, qui orationes accuratiſſimè præparatas habuerunt, id-
que per multos dies factitatum. Deinde tribuni morarum impatientes, legis diſſuaſo-
ribus nullam ampliùs dicendi poteſtatem fecerunt: ſed dicta die qua eam perlaturi
eſſent, hortati ſunt omnes ciues vt ad eam præſtò eſſent: fore enim dicebant vt non
ampliùs prolixis *aduerſariorum* concionibus turbarentur, ſed ſuffragia tributim de

Conſules & patriciorum potentiſſimi quique, quid tribunis reſponderint.

illa ferrent. Illi igitur, hæc polliciti, concionem dimiſerunt. Poſt hæc & conſules &
patriciorum potentiſſimi quique eos adierunt, & iam aſperiùs in eos ſunt inue-
cti, dixerúntque ſe nequaquam permiſſuros illis, vt leges, eáſque ſine ſenatuſ- E
conſulto *in rep.* arbitratu ſuo conditas ferrent: Leges enim eſſe pacta ex communi ci-
uitatum, non autem partis ciuium in iis habitantium conſenſu facta & id peſſimi, ac
fœdiſſimi exitij tum ciuitatibus tum familiis cauſam eſſe dicebant, quoties peſſima
pars præſtantiſſimæ leges imponeret. Quam verò (inquiebãt) vos tribuni legis feren- "
dæ aut abrogandæ poteſtatem habetis? Annon certis conditionibus hunc magi- "
ſtratum à ſenatu accepiſtis, & *ab eo* petiiſtis vt tribuni pauperibus iniuriã aut vim pa "
tientibus ſuccurrerent, nihil verò præterea curioſè tentarẽt? Si quã igitur poteſtatẽ & "
antè habebatis, quã nobis cõtra ius & fas per vim extorſiſtis, ſenatu vnicuiq; veſtrorũ "
iniquo- "

» iniquorũ poſtulatorũ cedẽte, nónne hãc etiã nũc amiſiſtis ratione comitiorũ mutata?
» Neque enim ex ſenatuſconſulto hunc magiſtratum accipitis, neque centuriatim de
» vobis ſuffragia feruntur, nec ante comitia diis ſacrificia facitis, quæ ex legibus *atque*
» *ex ipſo more* facienda eſſent, denique nihil omnino aut pium erga deos, aut ſanctum
» erga homines, in veſtro magiſtratu fit. Quid igitur amplius ad vos pertinẽt ea quæ
» indigent & ſacrificiis, & cultu ſacro (inter quę cenſentur & ipſæ leges) ſiquidem o-
» mnes leges cõtemnitis? Hæc ſeniores & iuniores patricij, cum ſodalitiis per vrbem
commeantes, tribunis dicebant, & ciues æquiores blandis alloquiis mulcebant, re-
fractarios verò & turbulentos minis periculorum terrebant, niſi ſaperent ac mode-
A ſtè ſe gererent, quinetiam quoſdam pauperrimos & infimæ conditionis homines,
quibus priuata commoda longè antiquiora erant quàm reip. pulſatos, vt mancipia, à
foro arcebant. Qui verò plurimos ſodales circa ſe habebat, & qui plurimum poterat
inter omnes illius ſeculi iuniores, qui in vrbe erãt, is erat Cæſo Quintius, F. L. Quin-
tij Cincinnati, nobili genere ortus, & facultatibus nulli ſecundus, vir aſpectu iuuenũ
pulcherrimus, & bellica virtute inter cæteros omnes longè conſpicuus, & ingenio
ad dicendum felici, qui tũc vehementer in plebeios eſt inuectus, nec à verbis tempe-
rans, quæ liberis hominibus auditu ſunt moleſta, nec à factis orationi reſpondenti-
bus abſtinens. Patricij propterea eum in magno habebant pretio, & pollicentes ſe
illi incolumitatem præſtituros, eúmque tutaturos, rogabant vt in periculis ſuſtinen-
B dis perſeueraret. Plebeij contrà, eum maximo odio proſequebantur. Tribuni igitur
eum de medio tollere decreuerunt, ſperantes ſe hoc pacto cæteris iunioribus terro-
rem incuſſuros, & neceſſitatem modeſtiùs ſe gerendi ipſis impoſituros. His decretis,
& oratione, teſtibúſque multis paratis, læſæ reipub. eum accuſatunt, litem capite æ-
ſtimantes, & die illi dicta qua cauſam apud populum diceret: vbi ea venit, illi conuo-
cata concione, longa accuſatione in eum ſunt inuecti, enumerantes violenta eius
in plebeios facinora, quorum teſtes producebant illos ipſos qui iniuriam acceperãt.
Deinde, facta ei dicendi copia, ipſe iuuenis citatus ad cauſam dicendam venire nole-
bat: ſed volebat ipſis priuatis ciuibus, pro iniuriis quas ſibi illatas querebantur, ad
conſulis tribunal, cauſæ cognitione iudicio eorum commiſſa, ex legibus ſatisfacere.
C Tum pater eius videns plebem iuuenis peruicaciam iniquo animo ferre, eum purga-
bat, & pleraque crimina, vt falſa & conficta inſidioſè in filium, refellabat: quæ verò
inficiari non poterat, parua ea & inania, nec ira *ac indignatione* publica digna dicebat,
& ne ea quidẽ per inſidias, aut cõtumeliam, ſed iuuenilis ac ambitioſæ contentionis
ſtudio commiſſa demonſtrabat, ob quod *dicebat* accidiſſe ei, vt in contentionibus
multa parũ conſultè faceret, fortaſſe etiã multa perpetreretur, quòd nondum ad inte-
gerrimam ætatem perueniſſet, nec exquiſitiſſimæ prudentiæ laudem eſſet aſſequu-
tus: orabátque plebeios vt nõ ſolũ eius petulẽtię, quã verbis prodiderat, ira moti non
recordarentur, ſed etiam gratiam ei haberent, quòd in bellis perpetuò de omnibus
D bene fuiſſet meritus, priuatis libertatem, patriæ imperium, ſibi verò (ſi qua in re ali-
quando fortè peccaſſet) multitudinis fauorem & auxilium quęrens: enumerauítque
quoties publica ſtipẽdia feciſſet, & omnia prælia quibus interfuiſſet, vnde ob ſuam
fortitudinem præmia & coronas ſibi ab imperatoribus datas retuliſſet, & quot ci-
ues in præliis defendiſſet, *ac ſeruaſſet* & quoties hoſtium mœnia primus conſcendiſ-
ſet. poſtremò ad miſericordiam implorandam, & ad preces ſe conuertit, pro ſua in
omnes æquitate *ac lenitate*, & vita omnium teſtimonio ad id vſque tempus innocen-
ter acta, hanc vnam gratiam, filij incolumitatem *& vitam* repoſcens. Illius igitur ora-
tio plebi vehementer grata erat filiúmque ipſi largiri parata erat. Sed Virginius vi-
dens iuuenum inſolentium audaciam in poſterum intolerabilem fore, niſi ille pœ-
E nas daret, ſurrexit, &, TVA (inquit) Quinti, omnis virtus, & erga plebem beneuolen-
» tia ſatis teſtata eſt, & hoc nomine tibi honor debetur: ſed tui filij morum aſperitas,
» & in nos omnes ſuperbia, nullam deprecationem aut veniam meretur: quia, quũ ſub
» tam populari & modeſto patre fuerit educatus, vt omnes ſcimus, contempta dome-
» ſtica diſciplina, tyrannicam arrogantiam & barbarorum hominum inſolentiam di-
» lexit, & improborum facinorum exempla in noſtram ciuitatem induxit. Si igitur i-
» gnorabas eum talem eſſe, at nunc, quando id cognoſcis, æquum eſt te pro nobis indi-
» gnari: ſin conſcius & ſocius eras contumeliarum, quibus ciuium egenorum fortunæ
» inſul tauit, certè tu quoque improbus eras, & immeritò honeſtatis & probitatis exiſti-
» mationem adeptus es. Sed enim eum tua virtute indignum eſſe ignorabas. Ego hoc

Cæſo Quintius, Lucij Quintij Cincinnati filius, plebeiis legem ferre volentibus iuuenis ſe opponit, tũ dictis, tum factis.

Tribuni quum Cæſonẽ Quintium de medio tollere decreuiſſent, læſæ reipubl. eum accuſant, & diẽ illi dicunt.

Quintius Cincinnatus Cæſonis filij cauſam apud populum agit.

Virginij tribuni oratio qua reſpondet iis quę L. Quintius Cincinnatus ad filij ſui Cæſonis defenſionem attulerat.

teſtimonium tibi poſſum dicere: quanuis autem te eo crimine abſoluam, *& credam*
te tunc cum filio nobis iniuriam non fecisse, te tamen reprehendo quòd nunc no-
biſcum minimè indigneris. Vt autem meliùs ſcias quãtum malum in reip. perniciem
imprudens alueris, quàm immane & tyrannicum, & ne à ciuili quidem cæde purum,
audi eius egregium facinus, & confer id cum claris rebus militię fortiter ab eo geſtis,
& vos qui modò hoc homine miſericordiam captante cõdoluiſtis, videte an tali ci-
ui parcere vos deceat. Hæc loquutus, vnum è collegis, M. Volſcium iuſſit ſurgere, &
dicere quæcunque de illo adoleſcente ſciret. Facto autem ſilẽtio, omnibúſque expe-
ctatione valdè ſuſpenſis, poſt breuem moram, ille ſic eſt loquutus, Equidem, Quiri-
tes, ſummopere optaſſem priuatas pœnas, quæ legibus mihi permittuntur, de iſto ſu-
mere, atroces & plus quàm atroces iniurias perpeſſus. Sed quum hoc nondum con- A
ſequi potuiſſem, propter paupertatem & imbecillitatem, & quòd vnus è vulgo eſ-
ſem, nunc quando id mihi licet, perſonam teſtis ſumã, quando accuſatoris nequeo.
Quàm verò immani & atroci iniuria fuerim affectus, audite. Frater mihi fuit Lucius,
omnium mortalium mihi chariſſimus: is mecũ apud amicum cœnarat, poſtea, quum
noctis aduentu ſurrexiſſemus, abieramus. Dum autem forum tranſiremus, incidi-
mus in iſtum Cæſonem comeſſabundum, cum aliis petulantibus iuuenibus. Hi pri-
mùm cauillis & contumelioſis verbis nos aggreſſi ſunt, quemadmodũ iuuenes ebrij
atque petulantes, in infimæ conditionis homines & pauperes facere ſolent. Quorum
petulantiam, quum ferre ampliùs non poſſemus, ſed rem iniquo animo ferremus,
quidam de nobis liberiùs eſt loquutus. At ille Cæſo ratus indignum eſſe audire ali- B
quid quod ſuis auribus gratum non eſſet, facto in eum impetu, & pugnis, & calcibus,
& omni alio contumeliæ genere vſus, eum interfecit. Quum autem ego vociferа-
rer, & pro viribus repugnarem, is omiſſo illo iam mortuo & iacẽte, *me* pugnis iterum
atque iterum cœpit contundere, nec priùs deſtitit quàm me immotum, & ſine voce
proſtratum vidit, ratus me eſſe mortuum. Hic poſtea, quaſi præclaro facinore edito,
lætus abijt: nos verò ſanguine conſperſos ij qui aderant ſuſtulerunt, domúmque ab-
ſportarunt, Lucium fratrem mortuum, vt dixi, me verò ſeminecem, & exiguam ſa-
lutis ſpem habentem. Hæc autem facta ſunt P. Seruilio & L. Æbutio conſulibus,
quo tempore magna illa peſtilentia in vrbe fuerat, cuius ne nos quidem ambo im-
munes fuimus. Tunc igitur non potui pœnas de eo ſumere, quòd ambo conſules o- C
bijſſent. Quum autem Lucretio & T. Veturio conſulibus, eum in ius vocare vellem,
quòd illi ambo ex vrbe egreſſi, militia diſtinerentur, id exequi non potui. Quibus ex
expeditione reuerſis, quum ſępius eum ad magiſtratum citarem, quoties acceſſi (hoc
autem multi ciues norunt) plagas ab eo accepi. Hæc ſunt, Quirites, quæ paſſus ſum,
& quæ veriſſimè apud vos dixi. His ab eo dictis, & clamor ab aſtantibus ſublatus
eſt, & impetus in eum à multis factus, eum indicta cauſa ex tempore interficere vo-
lentibus: ſed conſules obſtiterunt, & tribunorum plerique, qui malam conſuetudi-
nem in remp. inducere nolebant. Quinetiam plebis pars ſinceriſſima, reis de rebus
maximis *atque de capite* certantibus, cauſæ dictionem eripere nolebat. Tunc igitur iu-
ſtitiæ ratio hominum audaciorum impetum repreſſit, & iudicium dilatum eſt, non D
ſine magna contentione, illis dubitantibus vtrum interim reus in vinculis eſſet aſſer-
uandus, an datis vadibus eſſet dimittendus, vt pater poſtulabat. Tunc ſenatus decre-
uit, vt pecunia à vadibus pro ipſo promiſſa dimitteretur, & vſque ad iudicij diem li-
ber eſſet. Poſtridie, tribuni populo ad concionem conuocato, quum iuuenis vadimo-
nium deſeruiſſet, eum abſentem damnarunt, & à vadibus, qui erãt decem, pecunias
quas pro vadimonio ſpoponderant exegerunt. Cæſo igitur in tales inſidias lapſus o-
pera tribunorum, qui hæc omnia in eum moliti fuerant, & Volſcij, qui falſum teſti-
monium dixerat (vt poſtea tandem compertum eſt) exulatum in Etruriam abiit. Pa-
ter eius maxima ſuorum bonorum parte vẽdita, quum vadibus reſtituiſſet pecunias,
quas pro reo numerarant, ruri (vnus enim agellus tranſtiberinus ei reliquus erat, vbi
humilem quandam caſam habebat) cum paucis ſeruis ſuum agrum colens, vitam la- E
terioſam & ærumnoſam tolerabat, & præ dolore ac inopia, nec vrbem inuiſebat,
nec amicos ſalutabat, nec diebus feſtis celebritates adibat, nec vllis publicis hilarita-
tibus ſe immiſcebat. Cæterùm, tribunos ſua ſpes valde fefellit. Non ſolùm enim Cæ-
ſonis calamitas nihil profecit ad moderandam ac reprimendam iuuenum inſolen-
tiam: ſed etiam ob eam illi longè inſolentiores ac ferociores ſunt redditi, factis dictiſ-
que legem oppugnantes. Itaque, eo conſulatu ita cõſumpto, lex nullo pacto ab illis
perferri

M. Volſcii tribuni plebis oratio, qua Cæſonem Quintium capitis accuſat.

Cæſoni Quintio mulcta imponitur.

Quintius Cincinnatus pleriſque bonis ſuis ad ſoluendam pro filio Cęſone mulctam venundatis, in tranſtiberinum ruſculum ſecedit.

perferri potuit. Plebs autem in annum ſequentem eoſdem tribunos iterum deſigna-
uit. ¶ PVBLIO autẽ Valerio Publicola, & C. Claudio Sabino conſulibus periculum
quale nunquam antè ab hoſtibus externis illatum, vrbem inuaſit, ab inteſtina ſedi-
tione acitum, vt Sibyllina oracula prædixerant, & ſuperioris anni prodigia diuini-
tus miſſa præmonuerant. Cuius belli originem, & res tunc in eo à conſulibus geſtas
narrabo. Tribuni qui iterum creati fuerant, ſpe perferendæ legis, quum viderent al-
terum conſulem, C. Claudiũ, odium in plebem à maioribus initium habere, & pa-
ratum ad legem quauis ratione impediendam, & potentiſſimos quoque iuuenes
ad manifeſtam deſperationem progreſſos, ita vt nulla vi amplius vinci poſſent, præ-
A cipuè verò plebis maiorem partem obſequiis patriciorum delinitã cedere, nec am-
pliùs eadem alacritate legi perferendæ operam dare, impudentiore via rem aggredi
ſtatuerunt, qua populo terrorem incuterent, & conſulem repellerent. Ac primùm
quidem rumores varios per vrbem ſpargendos curarunt. Deinde à matutinis vſque
ad veſpertinas horas ſedentes in propatulo conſultabant, nec quenquam niſi ex col-
legio in ſuum conſilium & colloquium admittebant. Poſtremò, vbi iudicarunt tem-
pus eſſe opportunum conſilia exequendi, literas finxerunt, eáſque ab ignoto homine
ſibi in foro ſedentibus reddendas curarunt, quibus acceptis, plangentes frontem, &
vultu ad mœrorem compoſito, ſurrexerunt. Quum autem *ob eum caſum* ingens turba
concurriſſet, & aliquod graue malum in literis contineri auguraretur, *illi* ſilẽtio per
B præconem indicto, Extremum (inquiunt) veſtræ plebi periculum imminet, Quiri-
» tes, & niſi deorum beneuolentia quædam proſpexiſſet iis, qui nullo ſuo merito mala
» paſſuri erant, omnes in atroces calamitates incidiſſemus. Vos autem rogamus vt ali-
» quantiſper expectetis, donec res nobis nuntiatas ſenatui indicemus, & de communi
» ſententia, ea quæ ſunt è repub. agamus. His dictis, ad conſules iuerunt. Interim autem
dum ſenatus cogitur, multi ac varij ſermones in foro iactabantur, aliis ex compoſito,
vt à tribunis iuſſi fuerant, per circulos ſermones ſerentibus, aliis quæ maximè time-
bant ne acciderent, hæc, vt tribunis nuntiata, dicentibus. Alius dicebat Cæſonem
Quintium à populo damnatum ab Æquis & Volſcis exceptum, & vtriuſque gentis
ſummum imperatorem creatum fuiſſe, & coactis ingentibus copiis, Romam mox pe-
titurum. Alius de communi patriciorum ſententia hominem cum externo milite
conducto reduci, vt & in præſentia, & in poſterum plebeiorum præſidium abolere-
tur. Alius dicebat, non omnes patricios, ſed iuuenes tantùm hęc conſilia iniiſſe. Non-
nulli etiam audebãt aſſeuerare, in ipſa vrbe hominem latere, & opportuniſſima quæ-
que loca eſſe occupaturum. Tota autem vrbe calamitatum expectatione commo-
ta, & omnibus ſe mutuò ſuſpectos habentibus, ſibíque inuicem cauentibus, conſules
ſenatum conuocarunt, & tribuni in curiam admiſſi indicarunt quæ nuntiabantur.
Vnus autẽ pro omnibus A. Virginius ſic eſt loquutus. QVANDIV iudicauimus nos
» nihil certi habere de malis quæ nuntiabantur, ſed rumores incertos & fide carentes
» audiuimus, non ſumus auſi P. C. de iis ad vos referre, quòd vereremur ne magnus tu-
D multus excitaretur (quemadmodum ſolet accidere quoties atrox aliquis nuntius ac-
» cipitur) & caueremus ne celerius quàm prudentius conſilium iniiſſe vobis videre-
» mur. Haud tamen hos rumores negleximus: ſed quantum in nobis fuit, verita-
» tem accuratiſſimè quæſiimus. Nunc verò quando diuina prouidentia huius im-
» perij perpetua cuſtos, rectè faciens, hominum diis inimicorum occulta conſilia &
» impius conatus in lucem profert, literáſque hîc habemus recèns acceptas ab hoſ-
» pitibus, qui ſuam erga nos beneuolentiam oſtenderũt, quos poſtea audietis, & dome-
» ſtica indicia cũ externis cõgruũt, iiſque reſpõdent, & res vrgẽtes nullã amplius cun-
» ctationem nec dilationem patiuntur, hæc priuſquàm ad populum referremus, vobis
» primùm, vt æquum eſt, renuntiare ſtatuimus. Scitote igitur coniuratum in plebem
E à viris non obſcuris, inter quos ferunt eſſe aliquot, non multos tamen, de ſenioribus,
» in hunc ſenatorium ordinem lectis: maximam verò partem ex illis equitibus, qui in
» ſenatum nondum ſunt recepti, quos à nobis indicari nondum eſt tempus. Hi (vt au-
» dimus) ſtatuerunt, obſeruata obſcura nocte nos ſopitos opprimere, quo tempore,
» nec quid rerum geratur proſpicere, nec in vnum congregati cauere nobis poſſumus:
» factáque irruptione in ędes, & nos tribunos iugulare, & alios plebeios, quotquot vn-
» quam ipſis libertatis tuendæ ſtudio ſunt aduerſati: aut in poſterum aduerſaturi ſunt.
» Nobis verò de medio ſublatis, tunc demum exiſtimant ſe tutiſſimè reliqua à vobis
» impetraturos, vt quidquid vnquam plebi à vobis P. C. conceſſum eſt, id communi

Anno V. C. 294 conſ. P. Valerio C. Claudio inteſtina ſeditio periculoſiſſima.

Tribuni, quum viderent C. Claudium ſibi obſiſtere paratum, quæ machinati ſint.

Virginij trib. pl. ad ſenatum oratio, in qua coniurationẽ quandam (ſed ſententiis) illi detegit.

decreto abrogetur. Et quoniam ad hoc facinus externa militum manu occultè comparata, eáque non mediocri opus fore videbant, aſſumpſerunt ad hanc ſocietatem
vnum ex veſtris exulibus, Cæſonem Quintium, cúmque ducẽ ſuum crearunt, quem
cædis ciuilis & ſeditionis vrbanæ conuictum, nonnulli eorum qui hîc adſunt pœnæ eripuerunt, & vt incolumis ex vrbe excederet effecerunt, eíque reditum pollicẽtur, & magiſtratus & honores, & alia operæ præmia offerunt. Ille quoque viciſſim
eſt pollicitus ſe Æquorum Volſcorúmque copias, quibus opus ipſis fuerit, auxilio illis adducturum. Aderitque breui cum audaciſſimis quibúſque, eóſque nõ ſimul omnes, ſed alios poſt alios, & raros clam in vrbem ducet. Reliquæ copiæ, nobis tribunis
pl. de medio ſublatis, in reliquam pauperum multitudinem, ſi qui libertatem ſuam A
tueri audebunt, *irruent*. Hæc ſunt, P. C., clandeſtina eorum conſilia, & atrocia ac nefaria facinora quæ ſunt patraturi, nec ira diuina territi, nec humanæ indignationis
reuerẽtia moti. Quum igitur in tanto periculo verſemur, P. C. ſupplices ad vos confugimus, vóſque obteſtamur per deos & genios, quibus ſacra communia facimus,
& per tot tantáque bella quæ vobiſcum ſuſcepimus, quorum verò memores eſſe decet, ne patiamini nos crudeliter & contra ius ac fas ab inimicis tractari: ſed opem feratis, & concepta nobiſcum indignatione meritas pœnas de iis, qui hæc conſilia inierunt, ſumatis, & potiſſimùm quidem de omnibus: ſummus de nefariæ coniurationis autoribus. In primis verò, P. C. petimus quod eſt æquiſſimum, vt nobis tribunis pl.
hanc iudiciorum inquiſitionem veſtro decreto cõmittatis. Nam præterquàm quòd B
ipſa æquitas hoc poſtulat, neceſſe etiam eſt accuratiſſimam inquiſitionẽ fieri ab illis
quos periculum maximè tangit. Quòd ſi qui veſtrûm nihil gratificari poſſunt, ſed
aduerſantur omnibus qui pro plebe dicunt, lubẽter ex illis quærerem, quódnam noſtrorum poſtulatorum indignè ferant, & quid nobis tandem ſint ſuaſuri. An ne vllam inquiſitionem faciamus, ſed tantum facinus & adeò nefarium in plebem conflatum negligamus? Et quíſnam ſana mente præditos dixerit eos qui ita loquantur,
quin potiùs eos ſimul corruptos, & eiuſdem coniurationis eſſe ſocios? deinde ſibi
ipſis timentes ne detegãtur, à veritatis inquiſitione abhorrere? Quibus haud æquum
eſt vos aures præbere, ſi fortè hanc iudiciorum *inquiſitionem &* cognitionem nõ no- C
bis, ſed ſenatui & conſulibus committendam cenſeant. Quid enim prohibet quominus ipſi quoque tribuni pl. idem dicant, ſi qui plebeij, facta conſpiratione in conſules
& patres, ſenatum tollere moliantur? *dicent enim & ipſi* æquum eſſe, vt hæc de plebeiis hominibus inquiſitio fiat ab illis qui plebis patrocinium ſuſceperunt. Sed quid
inde ſequetur? Vt nulla vnquam de rebus occultis quæſtio habeatur. Sed neque nos
hæc poſtularemus (ſuſpecta enim eſt *talis* ambitio) neque vos rectè feceritis, ſi iſtos
qui à nobis ſemper diſſentiunt audiueritis. Sed *res præclarè ſe habebit* ſi eos communes ciuitatis hoſtes duxeritis. In præſentia verò, P. C. nulla re magis eſt opus quàm celeritate: periculum enim eſt præſens, & cunctatio in ſalute conſeruãda in malis non
cunctantibus eſt intempeſtiua. Itaque, omiſſis contẽtionibus & prolixis orationibus,
decernite iam quod è rep. fore iudicabitis. His ab eo dictis, patres valde obſtupefacti D
ſunt, & ad magnam conſilij inopiam ſunt redacti, & ſecum hæc reputabant, collatíſque inter ſe capitibus aiebant, vtrumque graue *ac periculoſum* eſſe, tam tribunorũ arbitrio inquiſitionem de publica & magna re permittere, quàm negare. Sed C. Claudius, alter conſul, ſuſpectam habens eorum mentem ſurrexit, & in hunc modum eſt

C. Claudii oratio, qua Virginii tribuni plebis orationi reſpondet.

loquutus. NON VEREOR, Virgini, ne me iſti coniurationis participẽ eſſe putent,
quam contra vos & plebem factam dicitis, *ideóque* vel mihi timentem, vel alicui ex
meis huic culpæ affini, ita ſurrexiſſe vt contra vos dicerem. Nam anteacta vita ab hac
ſuſpicione me liberat. Quod autem in rem S.P.Q.R. fore iudico, id animo ſinceriſſimo & liberrimè dicam. Valde, imo verò toto cœlo errare mihi videtur Virginius, ſi
quem noſtrûm putet dicturum, neque inquiſitionem habendam de re tam magna
& neceſſaria, neque tribunos pl. ad hanc inquiſitionem admittendos, ſed ab ea arcen- E
dos. Nullus eſt adeò ſtultus aut plebi maleuolus qui hæc dicat. Quid igitur (quærat
quis) ſurrexiſti vt contra hæc diceres, quæ concedis & iuſta eſſe dicis, & quid ſibi vult
hæc tua oratio? Per Iouẽ vobis dicam. Ego, P. C. cenſeo viris prudentibus rerũ omniũ
initia & prima fundamenta diligenter conſideranda: nam qualia hæc fuerint, tales
quoque ſermones de ipſis haberi neceſſe eſt. Eia igitur, ex me audite quidnã tribuni
pl. ſibi ab initio propoſuerint, quodúe ſit eorum conſilium. Hi nihil eorum, quæ ſuperiore anno aggreſſi fuerant peragere potuerunt, impediti à nobis qui ipſis nũc æquè

atque

" atque antè reſiſtitis, & à plebe,quæ non ampliùs ipſis ita vt antè fauet.Hoc illi ſcien-
" tes cogitare cœperunt, qua ratione & vos inuiti ſibi cedere cogi poſſitis, & plebs o-
" mnibus in rebus quas poſtularint,ſe adiuuet. Quum igitur nullam veram & iuſtam
" materiam inuenire poſſent,qua hoc vtrumque conſequerentur,poſt multa conſilia,
" conatus, & verſutias, tandem tale quid illis in mentem venit, Criminemur aliquot
" illuſtres viros conſpiraſſe in plebis euerſionem,& ſtatuiſſe eos iugulare, qui eius ſa-
" lutem tueri vellent.Vbi autem huiuſmodi rumores noſtra opera multò antè per vr-
" bem ſparſi fuerint, & iam veri multis videbuntur (metus enim fidem illis aſtruet)
" tunc ſubornemus hominem ignotum, qui nobis literas multis præſentibus tradat.
A Poſtea ſenatum ingreſſi indignemur,& conqueramur,& rei indicatæ inquiſitionem
" nobis concedi poſtulemus.Si enim patricij eam nobis denegarint,hanc occaſionem
" eos apud plebem criminandi arripiemus,atque omnes plebeij cõtra illos efferati,nõ
" bis ad omne obſequium præſtandum parati erunt. Si conceſſerint, generoſiſſimos
" quoſque ex ipſis,& qui nobis maximè ſunt aduerſati,tam ex ſenioribus quàm iunio-
" ribus, quaſi eos his criminibus obnoxios inuenerimus, ex vrbe pellemus. Hi enim
" damnationis metu,aut nobiſcum paciſcentur ſe nobis nõ aduerſaturos ampliùs, aut
" vrbe cedere cogentur. Atque ita aduerſarios ad magnam ſolitudinem redigemus.
" Hæc erant, P. C. illa conſilia, quibus ineundis illos medio hoc tempore in conſeſſu
" occupatos videbatis, hic dolus contra præſtantiſſimos quoſque de vobis ab illis te-
" xebatur, hæc retia innocentiſſimis equitibus tendebantur. Quòd autem hæc verá
B ſint,pauciſſimis verbis oſtendam. Age enim, Virgini, vóſque quibus tam graue im-
" minet periculum,dicite, à quibus hoſpitibus literas accepiſtis? vbi habitantibus,aut
" vnde vobis notis?aut quomodo noſtra hæc conſilia reſciſcentibus? quid cunctami-
" ni?cur poſtea eorum nomina vos dicturos pollicemini?quin iam dudum dixiſtis?quis
" verò eſt,qui vobis has literas attulit?quin eum producitis in medium,vt ab illo quæ-
" rendi initium faciamus,vtrum hęc vera ſint, an veſtra figmenta,vt ego ſuſpicor.Iam
" verò domeſtica indicia,quæ cum externis conſentire dicitis, quænam illa ſunt, & à
" quibus delata?quid probationes celatis?quin eas manifeſtè in medium profertis? Sed
" (vt opinor)rerum quæ nec iam ſunt, nec futuræ ſunt, probationem inuenire diffi-
C cile eſt.Hæc ſunt, P. C. indicia non coniurationis in iſtos,ſed malitioſi doli contra nos
" parati,quem iſti tegere conãtur. Ipſa enim res ſatis loquitur.In cauſa autem vos ipſi
" eſtis,qui principiò tantum ipſis permiſiſtis, & inſanum iſtum magiſtratum tanta po-
" teſtate armaſtis,quando permiſiſtis vt Cæſo Quintius falſis criminibus circumuen-
" tus damnaretur,& tam inſignem optimatũ propugnatorem ab illis vobis eripi paſſi
" eſtis. Itaque haud amplius moderatè ſe gerunt, nec ſingulos nobiles ſibi vexandos
" proponunt: ſed iam vno agmine viros probos aggreſſi ex vrbe pellunt,&,quod longè
" grauiſſimum eſt,ipſi ne ferunt quidem quenquã de vobis contra ſe dicere:ſed deter-
" rent vos in ſuſpiciones *vnumquemque* adducendo, & in criminum inuidiã rapiendo,
" vt occultorum conſiliorum participem, & ſtatim plebis inimicum eſſe aiunt, eíque
D diem dicunt,vt apud populum cauſam de verbis hoc loco factis dicat. Sed de his a-
" liâs opportuniùs dicetur: nunc verò paucis rem expediam, nec prolixiore oratione
" vtar. Suadeo vt ab his hominibus tanquam reipub. perturbatoribus, & magnorum
" malorum autoribus vobis caueatis.Neque verò hîc quidem iſta dico,apud populum
" verò ea celabo: ſed ibi quoque iuſta dicendi libertate vtar, docens nullum aliunde
" periculum illis imminere, niſi ab ipſis malitioſis ac doloſis tribunis,qui facta hoſtilia
" ſimulata amicitia velant. Hæc conſulis oratio ab iis qui aderant, ingenti clamore
& laudibus eſt excepta,nec ampliùs dicendi poteſtate tribunis facta, ſenatus eſt di-
miſſus.Tunc Virginius,conuocata concione in patres & conſules inuehebatur. Sed
Claudius purgabat eos iiſdem verbis quæ in ſenatu fecerat. Cordatiores igitur è ple-
be hunc terrorem vanum eſſe ſuſpicabantur,at ſtultiores rumoribus fidem adhiben-
E tes,verum credebant.Illorum verò malitioſiſſimi quique,& rerum nouarum cupidi
non curabant huiuſmodi inquiſitionem, & parui faciebãt vtrum hoc verum an fal-
ſum eſſet: ſed ſeditionis ac tumultus occaſionem quærebant. ¶In tam perturbato ciuitatis ſtatu,vir quidam de Sabina gente,non obſcuris natalibus,& opibus potens, nomine App.Herdonius,imperium rom. euertere conatus eſt,ſiue ſibi ipſi tyrannidem quærens,ſiue Sabinorum genti dominationem & imperium parans,ſiue nominis magni ac gloriæ cupidus.Hic ſuo conſilio cum multis amicis communicato, modóque,quo rem aggredi cogitabat,ipſis narrato,vbi illis quoque hoc placuit, coegit

App. Herdonius Sabinus imperiũ rom. euertere conatur.

cliẽtes ſuos,& audaciſſimos quoſque ſeruos quos habebat. Breuíque temporis ſpatio confecta manu hominum fermè quatuor millium,armíſque & commeatibus, aliiſque rebus ad bellum neceſſariis paratis,eos in fluuialibus ſcaphis poſuit. Et confecto curſu per flumen tiberim , appulit ad eam Romæ partem vbi eſt Capitolium, quod ne integrum quidem ſtadium à flumine abeſt. Tunc autem erat media nox,& alta tota vrbe quies,cuius auxilio feſtinanter excenſionem fecit, & per portam apertam (eſt enim quædam ſacra Capitolij porta ex oraculo quodam patens, quam Carmentalem vocant)cum ſuis copiis ingreſſus Capitolium occupauit, inde ad arcem Capitolio contiguam progreſſus, eam quoque in ſuam poteſtatem redegit. Idque hac mente fecit,vt occupatis opportuniſſimis quibúſque locis exules reciperet. A

App. Herdonius Capitolium occupat.

& ſeruos ad libertatem vocaret, & æris alieni remiſſionem pauperibus polliceretur, & alios ciues, qui,quòd ipſi eſſent infimæ conditionis homines, potentioribus inuidebant, & omnem eminentiam oderant, oblatámque rerum nouandarum occaſionem lubenter arripiebant, prædæ participes faceret. Spes enim, quæ illum ad id inducebat, quæ animos ei addebat,& quæ eum decipiebat, ita vt crederet omnia ſibi ſucceſſura quæ expectabat,erat inteſtina ſeditio, ob quam exiſtimabat nullam ampliùs amicitiam,nullam ſocietatem plebi cum patriciis interceſſuram. Quòd ſi fortè nihil horum ipſi ex animi ſentẽtia ſucceſſiſſet, tunc ſtatuerat omnes Sabinorum copias vocare,& Volſcos,& alios finitimos populos quotquot inuidioſo pop. rom. imperio liberari cupiebant. Sed accidit vt omnibus quæ ſperarat fruſtraretur, quia nec ſerui ad eum transfugerunt, nec exules conuenerunt,nec infimæ conditionis homines,& obærati ſua commoda publicis antepoſuerunt, nec externa auxilia ſatis temporis ad belli apparatus habuerũt. Nam intra tres quatuorúe primos dies,rebus,quę magnum terrorem pop. rom. incuſſerant,& magnum tumultum excitarant, finis eſt impoſitus. Arcibus enim occupatis, clamore de repentè orto,omnibúſque qui circa illa loca habitabant, fugientibus, quotquot primo impetu iugulati non fuerant, quum pleríque ignorarent quódnam eſſet hoc malum, correptis armis concurrebant, alij in loca vrbis editiſſima, alij in patentes eius areas, quæ multæ erant, alij in proximos campos. Qui verò ætate iam decrepita erant, & quos vires corporis deficiebant, ædium tecta vnà cum mulieribus occuparunt, vt inde pugnarent cũ hoſtibus qui venerant. Omnia enim loca hoſtibus oppleta credebant. C Prima verò luce vbi cognitum eſt ciuitatis arces occupatas, & quis eſſet qui ea loca occupaſſet,conſules in forum progreſſi ciues ad arma vocabant. At tribuni, populo ad concionem conuocato,dicebant ſe reip. commodis nullomodo aduerſati velle: ſed æquum cenſere vt plebs tantum certamen ſubitura,certis aliquibus ac disertè expreſſis conditionibus id periculum adiret. Si igitur (inquiebant) patricij vobis polliceantur,& iureiurando ſe velint obſtringere,ſe finito hoc bello permiſſuros nobis legiſlatores creare, & ſe in poſterum æquo iure nobiſcum victuros, adiuuemus eos in liberanda patria. Quòd ſi ad nullas æquas conditiones velint deſcendere, cur pro illis vitam noſtram periculis obijciemus, quando nullus fructus ad nos inde eſt rediturus? Hæc illis dicentibus,& plebe ipſis obtemperante, & ne vocem quidem cuiuſquam aliud ſuadentis audire volente, Claudius dixit, ſibi talibus ſociis opus non eſſe,qui non vltrò,ſed mercede,eáque non modica conducti patriæ opem ferre vellent: quare, dicebat ipſos patricios cum ſuis clientibus armatos,& cum aliis, ſiqui voluntarij ſe ad illam belli ſocietatem adiunxiſſent,arces obſeſſuros: quòd ſi fortè ne ſic quidem ſatis valida ea manus videretur, Latinos & Hernicos ab ipſis acceſſitum iri *dicebat*,& ſi neceſſitas poſtularet,eos ſeruis etiã libertatẽ promiſſuros, denique quorumuis opem potiùs impleraturos,quàm eorum qui tam iniquo patriæ tempore veterum offenſarum memoriam refricarent. At Valerius eius collega contra hæc dicebat, quia cenſebat plebem iam irritatam non eſſe penitus à patriciis alienandam, & E ſuadebat vt tempori cederet,& cum externo hoſte de iure dimicaret, cum ſuis verò ciuibus ex æquo & benignè diſceptaret. Quum autem maiori patrum parti ille optimum cõſilium dare videretur, tunc progreſſus in comitiũ,habitáque eleganti oratione, ſuam concionem iureiurando clauſit, ſi populus id bellum alacriter ſuſcepiſſet, & res vrbanę compoſitæ fuiſſent,ſe tribunis permiſſurum vt rogationem de iuris æquabilitate ad populum referrent, datutúmque operam, vt in ſuo conſulatu, quod populus iuſſiſſet, id ad finem perduceretur. Sed fatale erat vt nihil eorũ quæ promiſerat præſtaret, morte fatali illum iam vrgente. Dimiſſa aut concione ſub veſpertinum,

Tribuni quibus cõditionibus plebem ſe bellicis illis periculis obijcere velint.

Claudius quomodo illis tribunorum verbis contradixerit.

Valerius, eius collega mitius agendũ cenſet.

num crepuſculum,omnes ad deſignata loca concurrebant vt nomina ducibus darēt & militari ſacramēto ſe obſtriogerent. Totúſque ille dies & tota nox ſequuta in delectus habitos eſt inſumpta. Poſtero die,& centuriones à cōſulibus diſtribuebantur, & ſub ſacris ſignis collocabantur,confluente etiam agreſti multitudine. Rebus autē omnibus celeriter paratis, conſules copias partiti,munia inter ſe ſunt ſortiti. Claudio murorum obuenit cuſtodia,nequis externus exercitus auxilio veniret iis qui in vrbe iam erant. Magni enim motus opinio vehemēs peruaſerat omnium animos,& verebantur ne omnes hoſtes facta conſpiratione ſe adorirentur. Valerio arcium oppugnationē ſors obtulit. In aliis quoque munitionibus, quæ erāt intra vrbis mœnia, duces ad earū præſidium diſpoſiti fuerunt; alijque in viis quæ ad Capitoliū ducebāt,
A vt impedirent ne ſeruitia & inopes ad hoſtes transfugerent, qui metus tunc erat maximus. Nulla autem auxilia à ſociis niſi à ſolis Tuſculanis in tempore illis venerunt, nam illi eadem nocte *tumultum* audierūt,& copias pararunt,quas duxit L. Manilius, vir impiger: qui tunc in ciuitate ſummum habebat imperium, atque iſti ſoli ſe Valerio periculi ſocios addiderunt, eíque in recipiendis arcibus egregiam operā omnis beneuolentiæ & alacritatis plenā nauarunt. Vndique autē arces oppugnabantur. Nam alij è propinquis ædibus vaſa bituminis & picis inceoſæ in fundis accommodata ſupra collem iaculabantur, alij comportantes faſciculos ſarmentorum, & ad ſaxi loca prærupta in altum congerentes,ſuccendebant, vento ſecundo flammam adiuuante. Fortiſſimi verò quique ex illis denſatis ordinibus per vias
B manu factas aſcendebāt. Multitudo autem (qua hoſtes longè ſuperabant) nihil eos iuuabat,aſcendentes per viam anguſtam,& plenam propugnaculorum deſuper imminentium,vnde ſaxa cum impetu demittebantur,vbi parua manus magnę æqualis erat futura: nec durata multis bellis virtus quidquam illis proderat per cliui ardua aſcendere per vim conantibus: neque enim cominùs pugnantes audaciam & fortitudinem ſuam exerere poterant: ſed eminùs rem miſſilibus gerere cogebantur. Ictus autem telorum (vt veriſimile eſt) ex inferioribus locis in ſuperiora miſſorum, licet non fruſtrà ferrentur, tamen erant tardi & inualidi: contrà verò ictus telorum è ſublimi deorſum iactorū erant & veloces, & validi,ipſo pondere ictum adiuuāte, non defatigabantur tamen munitionum oppugnatores: ſed perdurabant,& mala neceſ-
C ſaria perferebant,nec interdiu nec noctu intermiſſo labore. Quum autem tandem obſeſſos tela,& corporis vires defeciſſent,die tertio arces expugnarunt. In hoc certamine Romani multos viros fortes amiſerunt: ſed omnium confeſſione fortiſſimum, ipſum conſulem,qui,licet multa vulnera accepiſſet, tamen ne ſic quidem à periculis receſſit,*at in illis perſtitit* donec ei munitionem ſcandenti ſaxum ingens cum impetu delatum,ſimul & victoriam & vitā eripuit. Captis autem arcibus, Herdonius (erat enim vir inſigni robore & manus ſtrenuitate prædirus) ſtrage incredibili circa ſe edita,telorum multitudine obrutus cecidit. Ex cæteris verò qui cum eo arces occuparant pauci viui capti ſunt,maior eorum pars aut ſe iugulauit, aut per rupes præcipitem dedit,atque ita interijt. ¶ Bello latronum ità confecto, ſtatim tribuni ſedi-
D tionem vrbanam renouarunt,petentes à cōſule ſuperſtite vt quæ Valerius,in prælio cæſus,ſibi de legis rogatione promiſerat,præſtaret. At Claudius aliquandiu quidem tēpus traxit,modò luſtrationibus vrbis,modò ſupplicationibus vacans,modò etiā ludis & ſpectaculis populū recreās ac oblectans. Tandē cōſumptis omnibus tergiuerſationibus,dixit alterū conſulē in defuncti locū eſſe ſubrogādū: quod enim à ſe ſolo actū foret, id neque legitimè factū iri,nec vllā vim habiturū: quod verò ab vtroque, id & legitimū & ratū fore dicebat. Itaque hac ſpecioſa cauſa repulſis illis,diē comitiorū indixit,quo collegā ſibi ſubrogaturus eſſet. Interea principes ſenatus clā inter ſe facta cōſultatione ſtatuerūt cui conſulatū mādaturi eſſent. Quū autē dies comitiorū veniſſet,& præco primā claſſem vocaſſet,octodecim equitū cēturię, & peditū octo-
E ginta,quorū maximus erat cenſus,in locū deſignatū ingreſſæ, L. Quintiū *patrem Cæſonis*,quē tribuni in capitis diſcrimē adductū,vrbē deſerere coegerāt,cōſulē creāt,nulla claſſe ad ſuffragia ferēda ampliùs vocata. Nā qui ſuffragiū tulerāt, reliquos tribus cēturiis ſuperabāt. Plebs igitur abijt,calamitatē ſuā deplorās, quòd cōſulē ſibi infenſum habitura eſſet. At ſenatus miſit ad Quintium qui eū ad magiſtratū capiēdum adducerēt. Tunc autē fortè Quintius aruum quoddā ad ſementē faciendam arabat,ipſe ſequens boues nouale proſcindētes, ſine tunica,ſolo ſubligari ſuccinctus, & in capite pileum habens. Vbi verò vidit cateruam hominum qui in ſuum fundum ingreſſi erant, aratrum tunc retinuit, & diu dubitauit quínam illi eſſent, & qua de cau-

Valerius cōſul quàm fortiter pugnans occubuerit.

Herdonius ſtrage incredibili circa ſe edita, telorum multitudine obrutus cadit.

Tribuni bello confecto, volūt ſibi à ſuperſtite conſule præſtari quod ab altero promiſſum fuerat.

ſa ad ſe venirent. Deinde, quum quidam præcurriſſet, eúmque monuiſſet vt ſe
melius ornaret: ille in tuguriolum ingreſſus, & veſte induta prodijt. Qui autẽ ad eum
in vrbem deducendum miſſi fuerant, omnes eum non nomine, ſed conſulem ſaluta-
runt, purpuráque induerunt, & allatis eò ſecuribus, aliíſque magiſtratus inſignibus,
vt in vrbem ſequeretur rogarunt. Ille aliquantiſper obticuit, fuſíſque lacrymis hoc
tantùm dixit, Ergo agellus meus hoc anno non ſeretur, & de victu periclitabimur.
Deinde ſalutata vxore, iuſſáque rei familiaris curam gerere, in vrbem iuit. Nulla au-
tem alia de cauſa oratio mea huc eſt prouecta, niſi vt omnes cognoſcerent manifeſtè
quales eſſent ea ætate pop. rom † principes: *nimirum homines* qui ſuis manibus victum
quærerent, qui temperantes eſſent, nec iuſtam paupertatem grauatè ferrent, nec re- A
giam poteſtatem affectarent: ſed etiam oblatam repudiarent. Sic enim apparebit no-
ſtræ ætatis homines, ne vel minimum quidem illis ſimiles eſſe: ſed contrà longè alia
ſtudia ſectari, præter perpaucos quoſdam, qui adhuc imperij rom. dignitatem ſuſti-
nent, & priſcorum illorũ adhuc ſunt ſimiles. ſed de his hactenus. Quintius, inito ma-
giſtratu, primùm quidem tribunorum noua inſtituta ſedauit, eorúmque legis feren-
dæ ſtudium repreſſit, minatus (niſi ciuitatem turbare deſiiſſent) ſe omnes ciues Ro-
manos, indicta expeditione contra Volſcos, ex vrbe abducturum. Tribunis verò ne-
gantibus ſe paſſuros delectus haberi, populo ad concionem conuocato, dixit omnes
militari ſacramento ſeſe obſtrinxiſſe, quo promiſerant fore vt ſequerentur conſules
ad quæcunque bella vocati fuiſſent, nec ſigna deſererent, nec vlla alia in re populo
aduerſarentur. Dicebat autem, poſt delatam ſibi conſularem poteſtatem ſe omnes B
eo ſacramento ſibi obſtrictos habere: hæc loquutus iurauit ſe ex legibus animad- »
uerſurum in contumaces, ſimúlque ex templis ſigna proferri iuſſit, atque (inquit) vt »
omnem ſpem omnium tribunitiarum actionum me conſule deponatis, exercitum ex »
hoſtico non priùs reducam, quàm totum mei magiſtratus tempus ſit exactum. Qua- »
propter, vt in caſtris hybernaturi, res ad illud tẽpus neceſſarias parate. Quum autem
his verbis eos terruiſſet, poſtquam vidit eos modeſtiores factos, & rogare vt ſibi hanc
militiam remitteret, dixit ſe hac conditione militiæ immunitatem illis largiturum,
vt nullas turbas ampliùs excitarent, ſibique tempus ſui magiſtratus arbitratu ſuo ab-
ſoluere permitterent, & inter ſe de controuerſiis iure diſceptarent. Sedato autem C
tumultu, ius diu intermiſſum illis rogãtibus reddebat, maximámque litium partem,
ipſe ex æquo & bono diiudicabat, per totum diem pro tribunali ſedens, omnibúſque
qui ad diſceptandum in ius veniebant ſe facilem, lenem, & humanum præbebat: a-
deóque plauſibilem optimatum potentiam reddidit, vt neque tribunorum auxilio
indigerent, qui propter paupertatem, aut ignobilitatem generis, aut aliquam aliam
humilitatem à potentioribus vim patiebantur, nec nouas ampliùs leges deſiderarent,
qui iuris æquabilitate in republica fruebantur: ſed omnes illa iuris legúmque æqua-
bilitate, quæ tunc in ciuitate erat, contenti eſſent, & gauderent. Hæc igitur illius viri
acta à populo laudabantur, & quòd exacto præſtituto magiſtratus tempore, conſula-
tum iterũ ſibi oblatũ accipere noluiſſet, nec tantum honorem ſibi delatũ lætus am-
plexus fuiſſet: ſenatus enim eum in conſulari poteſtate, multas preces adhibens, re- D
tinere conabatur, vt eſſet qui tribunis ſeſe opponeret, eóſque à nouis legibus ferẽdis
partim reuerentia, partim metu deterreret, quia illi impetrarunt vt ſibi idem magi-
ſtratus tertium mandaretur. *Senatus autem id faciebat,* quia populum boni viri impe-
rium non recuſare videbat: ſed ille reſpondit ſe neque tribunorum eorundem conti-
nuatam poteſtatem probare, nec admiſſurum vt in ſimilem reprehenſionem ipſe in-
cideret. Populo autem ad concionem conuocato, & longa oratione inuectus in eos
qui magiſtratus non deponebant, graui iureiurando iurauit ſe non accepturum ite-
rum conſulatum, niſi priore depoſito, ſimúlque comitiorum diem indixit, quo deſi-
gnatis conſulibus in ſuum illud exiguum tuguriolũ redijt, victúmque propriis mani-
bus quærens, vt antè, vixit. ¶ Q. Fabio Vibulano III, & L. Cornelio conſulibus lu- E
dos patrios facientibus, Æqui cum expedita manu lectorum hominum qui erãt cir-
citer ſex millia, leuiter armati ex ſuis finibus noctu egreſſi, noctúque itinere cõfecto
Tuſculum peruenerunt, quod oppidum eſt Latini nominis, & ab vrbe centum fer-
me ſtadia abeſt. Nacti autem (vt pacis tempore) portas patentes, & mœnia incu-
ſtodita, primo impetu vrbem ceperunt, infenſi Tuſculanis quòd pop. rom. cùm aliàs
perpetuò egregiam operã nauaſſet, tum verò præcipuè in Capitolij obſidione ſoli
ſe ad illius belli ſocietatẽ addidiſſent: multóſq; mortales capta vrbe interfecerũt: ſed
oppi-

L. Quintius Cincinnatus e tuguriolo ſuo & quidem ab aratro ad conſulatum acceſſitur.

Quales tũ fuerint pop. Romani principes. Verùm quidam interpr. non principes, ſed præſides Maſim, qui populo Rom. præerãt.

Quintius Cincinnatus quomodo tribunorum conatum repreſſit.

Anno V. C. 295. cõſulibus, Q. Fabio tertium, & L. Cornelio, bellum cum Æquis & Volſcis.

oppidani,dum † vrbs caperetur,eos anteuerterũt,& per portas eruperunt:præter eos qui per morbum vel ſenectutem effugere non potuerunt: mulieres verò eorum & pueros & ſeruos in ſeruitutem abſtraxerunt,pecuniáſque diripuerunt. Cuius cladis nuntio Romã allato ab illis qui ex vrbe capta euaſerãt,cõſules profugis opẽ celeriter ferendã,patriámque reſtituendam cenſebant:ſed tribuni intercedebant, & de cætus haberi non patiebantur,priuſquam ſuffragia de rogatione ſua ferrentur. Senatu autem id iniquo animo ferente,& exercitu retardato,alij à Latinis miſſi venerunt,qui nuntiarũt Antiates apertè defeciſſe,de communi ſententia Volſcorum, priſcorum vrbis colonorum, & Romanorum ad eos habitandi cauſa miſſorũ, agrúmque di-
A uiſiſſe. Hernici quoque eodem tempore per nuntios ſignificabant, Volſcorum & Æquorum ingentem exercitum è finibus ſuis egreſſum, & iam in ſuo agro eſſe. Senatus,tot nuntiis ſimul allatis nullas moras ampliùs nectendas cenſuit: ſed totis viribus hoſti occurrendum,& conſules ambos ad bellum mittendos. Quod ſi qui vel ciues romani, vel ſocij,nomen ad eam militiam dare detrectaſſent, eos pro hoſtibus habendos.Quum autem ipſi quoque tribuni ipſis ceſſiſſent:conſules, conſcriptis omnibus qui per ætatem arma ferre poterant, acciτiſque ſociorum auxiliis, feſtinanter copias eduxerunt,relicta domi ad cuſtodiam tertia parte domeſtici exercitus. Fabius igitur contra Æquos qui in agro Tuſculano erant, cum copiis celeriter contendit.Sed eorum plerique direpta vrbe iã diſceſſerant, pauci quidam ad arcis præſi-
B dium remanſerãt.Eſt autem munitiſſima,& exiguo præſidio indiget.Quidam igitur aiunt arcis præſidiarios milites,conſpecto exercitu Roma egreſſu(è ſublimi enim loca omnia interiacentia facilè conſpici poterant)vltrò diceſſiſſe.Alij verò dicunt oppugnatos à Fabio, arcem certis conditionibus, *factáque compoſitione* dedidiſſe, & publica fide pro impunitate petita, ſub iugum miſſos fuiſſe.Fabius reddito ſuis ciuibus Tuſculo, caſtra ſub veſpertinum crepuſculum mouit, & quanta maxima celeritate potuit,ad hoſtes contendit,audiens omnes Volſcorum & Æquorum copias ad Algidum eſſe.Itinere autem per totam noctem continuato, ſub ipſum diluculum venit in conſpectum hoſtiũ,qui caſtra in planitie habebant,nulla foſſa nullóque vallo munita,quòd in ſuo agro eſſent,& hoſtem contemnerent. Ergo ſuos ad rem for-
C titer gerendam cohortatus,primus cum equitibus in hoſtium caſtra impetũ facit, & pedites ſublato clamore eum ſequebantur.Eorũ verò alii adhuc ſopiti iugulabãtur, alij recens ſurgentes,& ſe ad reſiſtendũ parantes,at plerique fuga diſperſi ſunt. Caſtris autẽ minimo negotio captis,præda militibus conceſſa,& captiuis,exceptis Tuſculanis,non diu ibi moratus copias duxit ad Ecetram,quæ tunc erat Volſcorum caput,& in loco maximè opportuno ſita. Poſitiſque propè vrbem caſtris, per multos dies ibi manſit, ſperans oppidanos in aciem prodituros, ſed quum nullus exercitus exiret,agrum eorum hominibus & pecore refertum vaſtauit. Nã repentino aduẽtu oppreſſi,res antè in tutiora loca ex agris cõportare nequiuerant.Fabius hac quoque præda militibus conceſſa,multiſque diebus in populationes inſumptis,copias domũ
D reduxit. At Cornelius alter conſul,profectus contra Romanos & Volſcos qui Antij erant,offendit exercitũ à quo in finibus expectabatur: cum quibus cõgreſſus,multis cæſis,& reliquis in fugã verſis,prope vrbem caſtra poſuit.Quum autem oppidani ad præliũ prodire ampliùs non auderent,primùm eorũ agrum vaſtauit, deinde vrbem foſſa vallóque circundedit. Tũc igitur rurſus neceſſitate coacti, totis viribus cum ingenti & confuſa multitudine ex vrbe in aciem prodierunt,& congreſſi ibi quoque prælio commiſſo intra mœnia iterum compulſi ſunt, turpiter & ignauiter in fugam verſi. Conſul autem, nulla reſpiratione illis ampliùs data, ſcalas ad muros admouit,& portas arietibus fregit. Oppidanis verò laborioſè & ægrè reſiſtentibus, non magno negotio vrbem vi cepit. Quidquid autẽ auri,argenti,& ęris in ea inuen-
E tum eſt,id in ærarium inferri, mancipia & reliquã prædã à quæſtoribus vendi iuſſit, militibus veſtes,alimẽta,& reliquas huiuſmodi res, ex quibus vtilitatẽ capere poterant,in prædam conceſſit. Deinde tã ex ipſis colonis,quàm ex veteribus Antiatibus nobiliſſimi quique,& defectionis autores ab eo ſelecti(erant autem multi) virgis diu cæſi,& ſecuri iuſſu eius percuſſi fuerunt. His peractis, exercitum & ipſe domum reduxit.His conſulibus venientibus ſenatus obuiam proceſſit,& ambobus triumphum decreuit.& Æquis,quam pacem per legatos petierant,conceſſit, fœdere cum illis his conditionibus facto,vt Æqui vrbes & agros ſuos retinerẽt,quos habebant in ſua poteſtate quum fœdus factũ eſt: ſed imperio pop.rom.parerent,& cæterorũ tributorũ

Verba hæc Dionyſii, ἐν καταλήψει, non ſonant Capta vrbe: ſed Dum vrbs caperetur: & verò ἐν ἁλώσει, non ſonant, Dum vrbs caperetur: id eſt, Sub tempus quo vrbs capta fuit, vel, paulò ante tempus.

Fabij aduerſus Æquos expeditio.

Cornelius alter cõſul cõtra Rom. & Volſcos qui Antij erãt profectus.

Cõſulibus ſe uertẽtibus,ſenatus obuiam procedit,à quo & triũphus illis decernitur.

Æqui pacem quibus conditionibus impetrarint.

immunes eſſent,at in bellis auxilia mitterent quantis opus eſſet, quemadmodum &
alij ſocij,atque hîc annus ita abiit. ¶ ANNO ſequenti, C. Nautius iterum, & L. Mi-
nucius conſules facti,aliquãdiu in vrbe cum Virginio & eius collegis quartum iam
annum eundem magiſtratum obtinentibus,de iure publico contenderunt. Deinde

Anno V.C. 296. conſ. C. Nautio iterũ, & L. Minucio diſcordiæ aduerſus tribunos.& poſtea bellum cum Æquis & Sabinis.

bello à finitimis gentibus contra pop.rom.exorto, quum metus eſſet ne imperium
ei eriperetur, conſules libẽter hanc occaſionem à fortuna oblatam arripuerunt,de-
lectúſque habuerunt, & copias tum domeſticas, tum à ſociis miſſas trifariã diuiſe-
runt,partémque vnam ad vrbis præſidium reliquerunt,cui præerat.Q.Fab.Vibula-
nus,cum reliquis duabus ipſi celeriter profecti ſunt,Nautius in Sabinos, Minucius in
Æquos. Ambę enim hæ gentes eodem tempore ab imperio pop.rom defecerant:ac A
Sabini quidem propalam,& vſque ad Dynam vrbem, quæ erat in poteſtate Roma-
norum,iuerunt:hæc autem ab vrbe quadraginta ſtadia diſtabat. Æqui verò verbis
quidem ſocietatem recens initam ſeruabant,factis verò & ipſi hoſtiliter ſe gerebãt.
Latinis pop.rom.ſocijs,quaſi cum illis fœdus non feciſſent,bellum intulerunt. Illius

Gracchus Cluilius (*vel potius* Clœlius). Æquorum imperator.

autem exercitus dux erat Grachus†Cluilius,vir impiger,qui ſummum imperium ad
ſe delatum proximè ad poteſtatem regiam euexerat. Hic cum exercitu Tuſculum
vſque progreſſus,ex quo capto atque direpto ſuperiore anno Romani Æquos ex-
pulerant,& multa mancipia ex agris,& pecus,quodcunque eſt nactus,abegit,& fru
ges iam maturas corrupit.Quum autem ad eum legati à ſenatu Romano miſſi veniſ-
ſent,cauſam quæſituri cur Æqui ſocios pop.rom.bello infeſtarent, quum fœdus re- B
cèns ictũ fuiſſet,nec interea vlla offenſio inter iſtas gentes extitiſſet,& † Cluilio ſua-

Vel potius Clœlio,vt paulo ante dictum eſt.

ſuri vt quotquot de ſuis cepiſſet,dimitteret,& exercitum abduceret,atque Tuſcula-
nis de iniuriis,quibus illos affecerat,& de dãnis quæ illis dederat ſatisfaceret, Grac-
chus multum temporis conſumpſit, & ne in colloquium quidem cum legatis venit,
ſe in quibuſdam negotiis occupatum eſſe ſimulans. Tandem autem quum ei lega-
tos admittere placuiſſet,& illi ſenatus mandata expoſuiſſent,Demiror, inquit, vos
Romani,cur vos vel eos omnes,à quibus nullam iniuriã accepiſtis,imperij,& tyrãni-
dis cupiditate pro hoſtibus habeatis,Æquis verò non permittatis de iſtis Tuſculanis

Gracchus Cluilius (*ſiue potius* Clœlius ſuperbum & ignominioſũ legatis Romanis reſponſum dat.

inimicis ſuis pœnas ſumere, quũ nullo modo in fœdere vobiſcum facto illis ſit cau-
tum.Si quam igitur iniuriam aut damnum in veſtris propriis rebus vos à nobis acce-
piſſe dicitis,vobis ex fœdere ſatisfaciemus:ſed ſi res Tuſculanorum repetitum veni- C
tis,de his ne mecum agatis, ſed cum iſta fago loquamini. Et ſimul quandam *fagum*
proximam ei oſtendit. Romani,hac contumelia ab illo affecti, non ſtatim ira per-
citi copias eduxerunt: ſed & ſecundam legationem,& ſacroſanctos feciales ad eum
miſerunt,deos genióſque teſtantes,ſi ſuum ius obtinere non potuiſſent, ſe pium iu-
ſtúmque bellum inferre coactum iri:ac tum demum conſulem miſerunt. Gracchus,

Gracchus Cluilius quomodo in caſtris ponendis Romanos fefellerit.

cognito Romanorum aduentu,motis caſtris vlterius eſt progreſſus, hoſtibus è veſti-
gio ipſum ſequentibus:quia volebat eos in ea loca pertrahere in quibus ipſe meliore
conditione eſſet futurus,quod etiam accidit: nam quum obſeruaſſet quandam con-
uallem montibus cinctã, & Romani qui ipſum ſequebantur in eam ingreſſi fuiſſent,
agmen conuertit, & caſtra poſuit in via quæ extra conuallem ferebat. Quo factum D
eſt vt Romani locum,non quẽ cupiebãt,ſed quem ratio tẽporis ipſis dabat, ad caſtra
ponenda caperent,vbi nec pabuli copiã pro equis habere poterant, loco montibus
nudis & acceſſu difficilibus circundato:nec ſibi ipſis commeatus ex hoſtico compa-
rare,conſumptis quos domo attulerant, nec caſtra mutare hoſtibus caſtra oppoſita
habentibus,& exitus obſidẽtibus.Quare,quum ſtatuiſſent viã vi tentare,& in aciem
prodijſſent,reiecti ſunt,& multis vulneribus acceptis,in eadẽ caſtra ſunt compulſi.
Tum Cluilius hoc ſecundo ſucceſſu elatus,eos foſſa vallóque circundare cœpit: & in
magnã ſpẽ venerat,eos fame coactos armis traditis deditionẽ facturos.His Romam
nuntiatis,Q.Fabius,vrbis præfectus,ſelectũ ſuarũ copiarum florem ac robur cõſuli E
auxilio miſit. His autẽ copiis præerat T.Quintius quęſtor,vir cõſularis.Ad alterum
verò conſulẽ,qui exercitũ in Sabinis habebat,literis miſſis,ſignificauit quid Minucio
accidiſſet,cúmque vt celeriter veniret rogauit. Ille,cõmiſſa legatis caſtrorũ cuſto-
dia,cũ reliquis equitibus cõcitato itinere Romam venit vrbémque ingreſſus adhuc
intẽpeſta nocte, quidnam faciendũ eſſet cum Fabio aliíſque ſenioribus ciuibus con-

L. Quintius Cincinnatus è prædiolo ſuo ad dictaturam accerſitus.

ſultabat. Vbi verò omnibus viſum eſt tempus dictatorem poſcere, ad eum magiſtra-
tum, L. Cincinnatum deſignauit. Atque ipſe his peractis in ſua caſtra eſt reuer-
ſus. At Fabius, præfectus vrbis, miſit qui ad imperium Quintium adducerent.
Fortè autem tunc quoque ille quoddam opus ruſticum faciebat, qui quum

turbam aduentantem conſpexiſſet,ſuſpicatus eam ad ſe venire,veſtẽ elegantiorem
ſumpſit,ipſiſque obuiam iuit. Ad quos poſtquã acceſſit,& equos phaleris inſignibus
ornatos adduxerunt, & XXIIII. faſces cũ ipſis ſecuribus, & purpurã,& alia regia in-
ſignia obtulerunt. Vnde quum cognouiſſet ſe dictatorem creatum,non ſolũ tãto ho-
nore ſibi delato lætatus non eſt:ſed etiam non ſine indignatione in has voces erupit,
Peribit ergo huius quoque anni fructus ob meas occupationes , & malè omnes eſu-
riemus. Poſt hęc in vrbẽ profectus , primùm quidẽ ciues bono animo eſſe iuſſit, ora-
tione apud populum habita,vt eorũ animos bona ſpe excitaret. Deinde verò omni-
bus iunioribus,tam iis qui in vrbe quàm iis qui in agris erant coactis , accitíſque ſo-
A ciorum auxiliis,magiſtrum equitũ dixit L. Tarquinium, virũ non magnæ exiſtima-
tionis,propter paupertatem,ſed rebus bellicis ſtrenuum,& cũ non contẽnendo exer
citu,quem inſtructa acie ducebat,inuenit T. Quintium quęſtorẽ,qui ipſius aduentũ
expectabat,illiúſque copiis adiunctis in hoſtes eſt profectus. Quum autẽ cõſpexiſſet
naturã locorum in quibus caſtra erãt , partẽ copiarũ in locis editioribus collocauit,
ne qua noua auxilia commeatúſque Æquis ſubmitterentur. Ipſe cum reliquo ex-
ercitu inſtructo in aciem progreſſus eſt.Clulius verò, nihil cũſternatus (nã & exer-
citu non exiguo ſtipatus erat,& ipſe bello fortis ac magnanimus habebatur) impe-
tum eius excepit,& acre prælũ cõmiſſum eſt. Quum autẽ diu pugnatũ eſſet,& Ro-
mani bellis continuis aſſueti,laborẽ facilè ferrent,equitéſque peditibus ſemper ſuc-
B currerent quacunque parte laborarent,Gracchus victus in ſua caſtra eſt compulſus.
Poſthęc Quintius eum alto vallo & crebris caſtellis circundedit,& vbi eũ victus ino-
pia laborate cognouit, Æquorum caſtra continuato labore oppugnare cœpit, &
Minucio imperauit vt ab altera caſtrorum parte copias educeret. Itaque, Æqui com-
meatuum penuria preſſi,auxilióque ſociorum deſperato , & variis ex partibus oppu
gnati,per legatos pacem à Quintio ſuppliciter petere ſunt coacti. Ille verò reſpondit
ſe cæteris Æquis pacem daturum:&, ſi arma depoſuiſſent,ſe illis impunitatem con-
ceſſurum , ſed omnes ſub iugum miſſurum : at Gracchum belli ducem aliúſque de-
fectionis autores,vt hoſtes tractaturum. Et imperauit vt eos vinctos ſibi dederent.
Æquis autem hæc perferentibus, illud poſtremùm ipſis imperauit, quando Tuſcu
C lum vrbem,pop. rom. ſociam nulla iniuria à Tuſculanis accepta cepiſſent , & ciues
in ſeruitutem rapuiſſent,eorúmque res diripuiſſent,vt viciſſim ipſi quoque Corbio-
nem ſuam ciuitatem ſibi eodem modo tractandam darent. Cum his reſponſis legati
abierunt,nec multò poſt reuerſi ſunt,Gracchum eiúſque ſocios in vinculis adducen-
tes. Ipſi verò inermes è caſtris ſuis ſunt egreſſi , & per caſtra Romana iuſſu conſulis
tranſeuntes ſub iugum miſſi fuerunt, & Corbionem ex pacto dediderunt , hoc vno
impetrato vt ingenuis *antequam vrbs diriperetur* excedere liceret:pro quibus captiuos
Tuſculanos ſine pretio dimiſerunt. Quintius,accepta Corbione,quod in illa præda
lectiſſimum erat,Romam ferri iuſſit:reliqua omnia ſuis & Quintij quæſtoris militi-
bus,qui eò præmiſſi fuerant conceſſit , vtque centuriatim ea inter ſe diuiderent per-
D miſit. Minucianis verò qui intra caſtra compulſi fuerant,ſe magnum donum dediſſe
dicebat,quòd eorum corpora ex morte eripuiſſet. His peractis , & coacto Minucio
magiſtratum deponere,Romam rediit , & triumphum egit clariorẽ quàm vllus vn-
quam imperator,quòd intra ſextum decimum diem, ex quo magiſtratum accepe-
rat,ſuorum caſtra ſeruaſſet,& florentem hoſtium exercitum profligaſſet,eorúmque
vrbem diripuiſſet,præſidiúmque in ea reliquiſſet, & belli ducem , alióſque viros il-
luſtres catenis vinctos præ ſe egiſſet. Et, quod maximè in eo viro admiratione di-
gnum fuit,*illud eſt*, quòd tantum imperium in ſex menſes acceptum non retinuerit
quantum lex ipſi permittebat:ſed conuocato ad concionem populo , rerúmque à ſe
geſtarum ratione reddita,ſe magiſtratu abdicauerit:&,quum eum rogaret ſenatus vt
E quantum vellet ex agro armis quæſito caperet,& ex præda mancipia & pecunias,&
iuſtis diuitiis honeſtiſſimè ſuis laboribus ex hoſte partis paupertatem leuaret:quúm-
que amici & cognati magna dona ei offerrent,& nihil magis cuperent quàm vt ta-
lis vir diues eſſet,ille,laudata eorum egregia voluntate,nihil eorũ,quæ offerebãtur,
acceperit:ſed ad ſuum illum agellum redierit,& laborioſam vitam regiæ antepoſue
rit,ob ſuam paupertatẽ magis ſe efferens quàm alij ob diuitias. Non multo poſt &
Nautius alter conſul,Sabinis acie victis , & agro eorum bona ex parte excurſionibus
vaſtato,copias domum reduxit. ¶SEQVITVR olympias LXXXI, qua vicit in ſta-
dio Polymnaſtus Cyrenæus , archonte Athenis Callia , quo anno C. Horatius

L. Tarquinius magiſter equitum vir pauper,ſed rebus bellicis ſtrenuus.

Quintius,quibus conditionibus pacem Æquis conceſſerit.

Quintij de Æquis triumphus ſplendidior quàm vllius imperatoris ad eum vſque diem.

Quintius dictatura depoſita, & recuſata ſenatus atque aliorum,liberalitate,in prędiolũ ſuũ reuertitur.

Anno V.C. 297. olymp. 81. conſſ. C. Horatio, Q. Minucio,turbæ domi,ac foris bellum cũ Æquis & Sabinis.

Digitized by Google

& Q.Minutius Romæ conſules creati.His conſulibus Sabini ruſus expeditione cō-
tra Romanos facta,magnam agri partem vaſtarunt,& qui ex agris fugerant,caterua-
tim venientes,ountiabāt omnia à Cruſtumerio Fidenas vſque in eorū poteſtatem
veniſſe.Æqui quoque nuper deuicti in armis iterum erant , & noctu lectiſſimi qui-
que ex illis Corbionem profecti , quod oppidum ſuperiore anno Romanis dedide-
rant , præſidium in eo ſopitum nacti iugularunt , exceptis paucis qui forte aberant.
Reliqui verò ingenti manu ad Hortonam,Latini nominis oppidum,profecti,id pri-
mo impetu ceperunt,& iram quam in Romanos effundere non potuerant,in eorum
ſocios omnem effuderunt , omnéſque puberes (præter eos qui ſtatim dum vrbs ca-
peretur euaſerunt) interfecerunt , vxores & liberos eorum , & ſenes captiuos A
abduxerunt , & pecuniis , quaſcunqoe ferre potuerunt,feſtinanter collectis, priuſ-
quàm omnes Latini illis ſuccurrereot,ſe domum receperunt. His duabus cladibus
eodem tempore nuntiatis tum à Latinis, tum ab iis qui ex arce capta elapſi fuerant,
ſenatus vtrumque conſulem cum exercitu mittere decreuit. At Virginius eiuſque
collegę,quintum iam annum eandem poteſtatem habentes , id impediebant,quem-
adm[illegible]dum annis ſuperioribus fecerant,conſulibus delectus habentibus intercedentes,
vtque domeſticum bellum prius finiretur poſtulantes,permiſſa plebis iudicio co-
gnitione legis quam de iuris æquabilitate ferebāt:& ipſa plebs illis multas voces in-
uidiæ plenas in ſenatum iactantibus ſuffragabatur. Quum autem tempus protrahe-
retur,nec conſules pati poſſent de ea lege s. c. fieri,eámque promulgari,nec tribuni B
vellent permittere vt delectus haberentur,& copiæ educerentur , quúmque multa
verba hinc inde fierent ,multáque conuicia vltro citróque tam in cōcionibus, quàm
in ſenatu fruſtrà iactarentur,nouum quoddam inſtitutum contra ſenatum à tribu-

Plebis potētia quomodo aucta fuerit.

nis inuentum,quo patres decepti fuerunt,tunc quidem illam ſeditionem ſopiuit:ſed
plebi multa commoda attulit , eiúſque potentiam auxit. Quomodo autem hanc
quoque potentiam plebs fuerit adepta,narrabo. Dum pop.rom. ſocioúmque agri
diriperentur,& hoſtes tanquam per loca deſerta iter facerent,quòd perſuaſum ha-
berent,nullum exercitum contra ſe proditurum ob ſeditionem inteſtinam,conſules

Quintius aduerſus tribunorum machinationes quā ſentētiam dixerit.

ſenatum coëgerūt,vt tunc de ſumma rerum poſtremùm conſultaturi. Multis autem
verbis hinc inde factis,primus rogatus ſententiam L. Quintius , qui ſuperiore anno C
dictator fuerat,vir non ſolùm in rebus bellicis acerrimus,ſed etiam in tractandis ci-
uilibus negotiis omnium ſui ſeculi prudentiſſimus,dixit pro ſententia,quod maximè
tam tribunos quàm cæteros ciues mouit , illam legis cognitionem tunc minimè vr-
gentem in aliud tempus opportunius differendam: bellum verò quod eſſet præ ma-
nibus,& propemodum reipub. iam immineret,omni alacritate animi ſuſcipiendum:
nec committendum vt imperium multis laboribus partum turpiter & ignauiter a-
mitteretur. Quòd ſi plebs non pareret , *dixit* patricios vnà cum ſuis cliētibus arma-
tos,& adiunctis aliis ciuibus,quotquot ad præclariſſimum pro patria certamē vltro
operam ſuam offerrent,ad bellum alacriter proficiſci debere,& omnes deos vrbis ro-
manæ cuſtodes viæ duces ſequi. E duabus enim rebus præclaris ac iuſtis alterā ipſis
euenturam:aut enim victoriam,omnium quas vnquam aut ipſi aut maiores retuliſ- D
ſent, clariſſimam reportaturos , aut pro victoriæ bonis fortiter pugnantes caſuros.
Huic autem præclaro periculo ſe quoque interfuturum dicebat, & ſe in prælio vel

Malim. Huic autem honeſto conatui ne ſe quidem defuturū dicebat.

hominum robuſtiſſimorum operam æquaturum , nec vllos alius è ſenioribus qui li-
bertatis eſſent ſtudioſi,& bonæ exiſtimationis rationem haberent,abfuturos.Quum
autem cæteri quoque in hanc ſententiam irent , nec vllus eſſet qui contra diceret,
conſules populum ad concionem conuocarunt : ad quam quum tota vrbana turba,
vt rem nouam audiret confluxiſſet,alter conſul C. Horatius , in medium progreſſus,
conatus eſt perſuadere plebi vt hanc quoque expeditionem volens ac libens ſuſci-
peret,tribunis verò reclamantibus,& plebe animum ad illos aduertente, conſul ite-

C. Horatij conſulis ad plebē oratio aduerſus Virginium & cæteros tribunos.

rum progreſſus,ſic eſt loquutus.Præclarvm, Virgini,& admirandum facinus fe- E
ciſtis vos , qui plebem à ſenatu diuelliſtis:& quantum in vobis eſt, omnia bona ami- «
ſimus, quæcunque aut à maioribus accepta, aut noſtris laboribus parta poſſidemus. «
Verumtamē nos nō patiemur hæc vobis ſine ſudore & puluere eripi:ſed captis armis «
vnà cum illis qui patriā ſaluā cupiunt,bona ſpe factiſq; freti, ad hoc certamē ibimus: «
& ſi quis forte deus honeſta, bona, ac iuſta certamina curat , & ſi fortuna quæ hanc «
vrbem iamdiu auget ,eam nondum deſeruit,victoriam ab hoſte reportabimus. Quòd «
ſiquis deus forte nobis obſiſtat,& reipub. ſaluti aduerſetur,haud tamen pro ea pie- «
tate & animi alacritate,quæ in nobis eſt peribit:ſed mortem omnium honeſtiſſimam «

pro

» pro patria eligemus. Vos verò, ô generoſi & præclari vrbis præſides, in ea cum mu-
» liercuiis remanẽtes domum cuſtodite, nobis deſertis, imò potiùs proditis: ſed ſcitote,
» nec victoriam noſtram vobis honorificam futuram, nec ſi res aliter nobis ſucceſſe-
» rit, vos periculo carituros. Niſi fortè frigida illa ſpe elati, exiſtimatis fore vt extin-
» ctis patricius hoſtes hoc beneficium conſiderantes intactos vos relinquant, & patria,
» libertate, imperio, & reliquis omnibus bonis quæ nũc poſſidetis, frui vobis permit-
» tant: quos (quando optimè de repub. ſentiebatis, & ſana mente eratis) magna agro-
» rum parte mulctaſtis, quorum multas vrbes ſolo ęquaſtis, iis antè direptis, & ciuibus
» in ſeruitutem abſtractis, de quibus multa & magna trophæa, & monumẽta inimici-
A tiarũ erexiſtis, quæ ne vlla quidem temporis vetuſtate deleri poterunt. Sed quid ego
» ob hæc plebem increpo, quæ nunquam ſponte peccauit, quin potiùs vos, Virgini,
» qui tam egregię rempub. adminiſtratis? Nos certè, quos ipſa neceſſitas viros fortes
» & magnanimos eſſe cogit, decreuimus (nec quidquam nos prohibebit) pro patria
» certamen ſubire. Vos verò deſertores & proditores reipub. diis iuſtas & meritas pœ-
» nas dabitis, quòd ſi fortè hominum pœnas effugeritis, at certè non etiam iſtas effu-
» gietis, nec putetis me terrendi cauſa hæc dicere: ſed certò ſciatis, eos qui de nobis re-
» licti fuerint ad vrbis præſidium, ſi hoſtes victores fuerint, eam, quæ ipſos de-
» ceat, habituros. Si enim nonnullis barbaris iam ab hoſte deuictis in mentem
» venit, vt nec coniuges, nec liberos, nec ciues in eorum poteſtatem venire pate-
» rentur: ſed illas quidem cremarent, hos verò iugularent, non putatis hæc Ro-
B manis (quibus patrium eſt aliis imperare) in mentem ventura, & ita ſibi eos conſul-
» turos? nõ adeò degeneres erunt: ſed à vobis inimiciſſimis initio facto, tunc demum
» manus in chariſſimos quoſque conuertent. Hæc igitur conſiderantes, conciones ha-
» beatis, & nouas leges feratis. Hæc & multa alia huiuſmodi loquutus, produxit pa-
trum maximos natu flentes, quibus conſpectis, multi de plebe ne ipſi quidem à lacry-
mis ſibi temperare potuerunt. Itaque vehementer motis affectibus ætate ac dignita-
» te hominum, conſul poſt interpoſitum breue ſilentium, Non pudet vos, Quirites,
» inquit, nec ſub terram vos abditis, quòd iſti ſenes pro vobis iuuenibus arma capiant?
» & eos duces deſerere ſuſtinebitis, quos patres ſemper vocabatis? O vos miſeros, &
C ciues hac patria indignos, cuius conditores parentes ſuos humeris geſtauerunt, qui-
bus per medios hoſtes armatos, & incendia, dij tutam viam præbuerunt. Tunc Virgi-
nius, vt vidit plebem his ſermonibus flecti, veritus ne vel contra animi ſui ſentẽtiam
ad illam belli ſocietatem ſe addere cogeretur, in medium progreſſus ſic eſt loquutus, Virginij tribuni oratio, quã C. Horatij conſulis orationi reſpondet.
» Non deſerimus, nec prodimus vos, patres, nec vos deſeremus, ſicut nec vnquam antè
» vllam militiam deſerere voluimus: ſed & vobiſcum viuere volumus, & vobiſcũ pati
» quidquid fortunæ libuerit: ſed pro opera noſtra vobis ſemper alacriter nauata, hanc
» mediocrem gratiam à vobis repoſcimus, vt quemadmodum communium periculo-
» rum ex æquo ſumus vobiſcum participes, ſic etiam æquo iure degamus, conſtitutis
» legibus libertatis cuſtodibus, quibus omnes in poſterum vtamur. Quòd ſi hoc apud
D vos decreuiſtis, & veſtris ciuibus hanc gratiã concedere non vultis: ſed iuris æquabi-
» litatem plebi impertire grauius morte cenſetis, vobiſcũ non ampliùs hac de re con-
» tendemus; ſed aliud beneficium à vobis petemus, quo impetrato, fortaſſe ne nouis
» quidem legibus opus erit nobis: ſed veremur ne hoc quoque nobis denegetur, vnde
» nullum detrimẽtum ad ſenatum redibit, plebi verò valde honorificum & acceptum
erit. Quum autem conſul reſpondiſſet ſe hanc actionem imperraturos, & quum quid
poſtularent, dicere iuſſiſſet, Virginius pauca priùs cum collegis colloquutus, reſpon-
dit ſe id in ſenatu dicturum, ac mox ſenatu à conſulibus coacto, ille in medium pro-
greſſus, omnibus plebis priuilegiis ſecum in curiam allatis, petiit vt plebis magiſtra- Virginius trib. poſtulat vt plebis magiſtratus duplicentur
tus duplicaretur, & pro quinque tribunis decem quotannis crearentur. Hoc alii nul-
lum damnũ reip. allaturum arbitrabantur, ſed hoc concedendum, nec quidquam
E moliendum cenſebant, cuius ſententiæ princeps erat L. Quintius, cuius tum maxi-
ma erat in ſenatu autoritas. Vnus ſolus contradixit C. Claudius, Appij eius qui ſem- Quintio concedi volente quod Virginius poſtularat, C. Claudius Appii F. contradicit.
per omnibus plebis nouis inſtitutis (ſi qua iniqua erant) aduerſatus fuerat, qui ex pa-
tris diſciplina quum & ipſe conſulatum gereret, impediuit ne inquiſitio in eque-
ſtrem ordinem, de coniuratione falſò ſuſpectum, tribunis permitteretur. Hic paucis
verbis docuit plebem, nec modeſtiorem, nec meliorem futuram duplicato eius ma-
giſtratu: ſed dementiorem ac inſolentiorem. Neque enim certis conditionibus eos
qui in poſterum creandi eſſent, magiſtratum accepturos, ita vt pactis ſtarent: ſed

confeſtim de lege agraria, & de honoribus æquandis mentionem facturos, omnéſque deinceps dictis & factis plebis potentiam augere, & ſenatus honores tollere conaturos. Hæc oratio multos vehementer mouit: ſed Quintius eos in aliam ſententiam traduxit, docens è re ſenatus eſſe, multos eſſe tribunos plebis: plurimos enim minus concordes fore quàm pauciores. Vnum autem eſſe reipub. remedium, quod Appius Claudius, Caij pater, primus animaduertit, videlicet ſi hoc collegium diſſideret, nec omnibus idem videretur. In hanc igitur ſententiam factum eſt ſenatuſconſultum, licere plebi decem tribunos quotannis creare: ſed nullum ex illis qui tunc magiſtratum gerebant. Id s. c. acceptum Virginius cum ſuis collegis promulgauit, legémque de ea re ſcriptam plebiſcito confirmauit, & decem tribunos in annum inſequentem deſignauit. Sedata ſeditione, conſules copiis conſcriptis prouincias ſunt ſortiti, ac Minucio bellum contra Sabinos commiſſum, Horatio contra Æquos: & ambo celeriter copias eduxerunt. Sabini intra oppida ſe continentes, eáque tutantes, omnia quæ in agris erant agi & ferri patiebantur. At Æqui exercitum miſerunt, qui Romanis obuiam iret. Quanuis autem ſtrenuè dimicaſſent, tamen Romanorum vires ſuperare non potuerunt: ſed ſe in oppida recipere coacti fuerunt, amiſſo oppidulo pro quo pugnarant. Horatius verò fuſis ac fugatis hoſtibus, & agri eorum magna parte vaſtata, Corbioníſque mœnibus dirutis, ædificiúſque funditus euerſis, copias domum reduxit.

Plebi decē tribuni ex S.C. conceſſi.

A

¶ ANNO ſequenti M. Valerio & Sp. Virginio conſulibus, nullum bellum externum à pop. rom. geſtum eſt: ſed contentiones inter tribunos & conſules domi renouatę ſunt, quibus tribuni conſularem poteſtatem imminuerunt. Nam antea tribuni, ſolùm concionis conuocandæ & in ea agendi apud populum ius habebant: ſed ſenatum cogere, aut ſententiam dicere illis non licebat: ſed hic honor conſulum erat. Sed illius anni tribuni primi ſenatum conuocare ſunt agreſſi, eius conatus autore Icilio, qui eius collegij princeps erat, vir induſtrius, & romana facūdia pollens. Nam hic quoque nouum inſtitutum in remp. inducere eſt auſus, poſtulans vt locus, qui Auentinus vocatur, plebi ad ædes in eo fabricandas diuideretur. Eſt autem collis modicè altus, ambitu non minore quàm duodecim ſtadiorum, mœnibus vrbis comprehenſus, qui tunc non totus habitabatur, ſed erat publicus & ſyluestris, materiæ plenus. Tribunus igitur hanc actionem inferens, ad eius anni conſules & ſenatum acceſſit, petiítque vt ſuam rogationem ſenatuſconſulto confirmatam liceret promulgare. Conſulibus autem rem differētibus, & tempus protrahentibus, miſſo ad eos apparitore, ad collegium ſequi, & ſenatum conuocare iuſſit. Sed quum quidam ex lictoribus iuſſu *conſulum* apparitorem repuliſſet, Iciliuſ eiúſque collegæ id iniquo animo ferentes, lictorem comprehenderunt, & vt de ſaxo deijceretur, adduxerunt. At conſules nec vim afferre, nec eum qui abducebatur eripere potuerunt, licet ſe graui contumelia affectos putarent: ſed aliorum tribunorum opem implurabant. Quod enim ex illius collegij ſententia fit, id prohibere aut impedire nulli alij licet: ſed hęc poteſtas eſt alicuius alius tribuni. Illi verò iam antè inter ſe decreuerant nullum nouum inſtitutum vnius arbitrio, ſed de communi omnium ſententia in remp. introducere, neque quenquam actionibus, quæ plurium *collegarum* ſententiis comprobatæ eſſent, intercedere volebant. Et confeſtim ſimulatque magiſtratum inierunt, facta re diuina in hæc dato & accepto inter ſe iureiurando conſpirarunt, rati ſic maximè tribunitiam poteſtatem inuiolabilē fore, ſi omne diſſidium ex ſuo collegio ſublatum eſſet. Hac igitur coniuratione ſeruata, iuſſerunt lictorem abduci, dicentes id fieri de communi totius collegij ſententia. Haud tamen in ea ira permanſerunt: ſed hominis ſupplicium patrum natu maximis deprecantibus condonarunt, rei inuidiam veriti, quòd primi morte mulctaturi eſſent hominē qui magiſtratus iuſſa feciſſet, veriti etiam ne ob talem occaſionem patricij ad deſperationem redacti, extrema audere cogerentur. Quo facto conſules coacto ſenatu, longa oratione in tribunos ſunt inuecti. Icilius verò excepta oratione, iram in lictorem effuſam excuſauit, ſacratis legibus in medium prolatis, quæ neque magiſtratui, neque homini priuato permittebant, vt tribuno vlla in re aduerſaretur. Quòd autem ſenatum conuocare aggreſſus fuiſſet, demonſtrauit ſe ideo nihil abſurdi feciſſe, idque prolixa variáque oratione ad hoc ipſum præparata perſuadere conatus eſt. Vbi verò hæc crimina diluit, mentionem ſuæ rogationis intulit. Erat enim huiuſmodi. Quæ priuati homines iure parta poſſiderent, ea manerent penes priſtinos dominos. Quæ verò per vim aut fraudem ædificiis nonnulli occupaſſent, ea, reſtituto ex arbitrorum ſenten-

Anno V. C. 291 conſ. M. Valerio, Sp. Virginio, contētiones inter tribunos & conſules renouantur.

B C D E

ſententia pretio ædificationis, populo addicerentur. Reliqua verò quæ publica eſſent, ea ſine pretio populo diuiderentur, docebátque hanc legem reipublicæ cùm multis aliis in rebus vtilem fore, tum verò præcipuè ad tollendam pauperum ſeditionem ob agrum publicum, quem patricij retinebant. Dicebat enim illis ſatis fore ſi vrbis aliquam partem ſortitò habuiſſent, quando agri publici *nullam partem* habere poſſent, quòd à multis, iiſque potentibus occupatus eſſet. Hac oratione ab illo habita, ſolus C. Claudius contradixit: at multi in eius ſententiam iuerunt. Tandem ſenatuſcònſultum factum vt plebi locus daretur. Poſtea, præſentibus pontificibus & auguribus, duobúſque ſacrificulis, votíſque precibúſque de more factis, centuriatis
A comitiis, quæ conſules habuerant, lex eſt perlata, quæ extat in ærea columna inciſa, quam in Auentinum tulerunt, & in Dianæ templo repoſuerunt. Hac lege perlata plebeij cõuenerunt, ſoliſque areas inter ſe ſorte diuiſerunt, & ibi ædificare cœperũt, locum quantum quiſque poterat occupantes. Nonnulli etiam duo ſimul, & tres, pluréſue vnas ędes collatis impendiis extruxerunt, aliis infimas earum partes, aliis ſuperiores ſibi capientibus. Ita igitur totus ille annus in ædificiis extruendis conſumptus eſt. ¶ ANNVS ſequens, qui conſules habuit T. Romilium, & C. Veturium, & tribunos pleb. L. Icilium cum collegis iterum, non ſimplex, ſed varius, rebúſque magnis memorabilis fuit. Nam & ciuilis ſeditio, quæ iam ſopita videbatur, à tribunis iterum excitata eſt, & quædam bella à gentibus externis exorta ſunt, quæ nullo in-
B commodo remp. afficere potuerunt, imò verò non parua commoda ei attulerunt, ſeditione ex ea ſublata. Hæ enim viciſſitudines in vrbem redibant: hócque illi ciuitati familiare erat, vt ſi bello premeretur, concors eſſet: ſi pace frueretur, ſeditione laboraret. Quod quum animaduerterent ſummi magiſtratus, nihilò magis quàm bellum aliquod externum ſemper oriri optabant. Quoties verò pax foris erat, ipſi crimina confingebant, & bellorum occaſiones quęrebant, quippe quòd viderent remp. bellis magnam & fortunatam fieri: ſeditionibus verò humilem & infirmam reddi. Quare eodem concilio, illius anni conſules copias in hoſtes educere decreuerunt, veriti ne homines otioſi ac inopes per pacem aliquas turbas excitare inciperent. Ac rectè illi quidem ſentiebant, qui turbam externa militia diſtinendam cenſerent: at
C in reliquis peccabãt. Quum enim, † vt in vitioſa ciuitate, moderatos delectus habere deberent, illi eos qui militiam detrectabãt, vi cogere cœperũt, nullam excuſationem admittentes, nulli veniam dantes: ſed pœnis lege ſtatutis, & in eorum corpora, & bona acerbè vtentes. Quę quum illi facerent, tribuni occaſionem plebis iterum ductandæ & concitandæ arripuerunt: eáque ad concionem conuocata, cùm alia crimina conſulibus obiiciebant, tum verò quòd multos ciues Romanos tribunitiæ poteſtatis opem implorantes in carcerem duci iuſſiſſent. Sed quum nihil proficerent, & longè maiore ſeueritate delectus haberi viderent, factis obſiſtere ſunt agreſſi. Conſulibus verò pro magiſtratus ſui imperio reſiſtentibus, animi irritati fuerunt, & ſæpe ad manus eſt ventũ. Conſules autem iuuentus patricia adiuuabat, tribunos verò inops
D ac otioſa turba. Illo igitur die conſules longè ſuperiores tribunis diſceſſerunt. Sequentibus verò diebus maiore turba ex agris in vrbem confluente, tribuni rati ſe iam ſatis validam manum ad reſiſtendum habere, crebras conciones habebant, & ſuos apparitores malè tractatos ac ſugillatos oſtendebant, & ſe magiſtratum depoſituros minabantur, ſi nullum auxilium ſibi à plebe ferretur: Quum autẽ plebs vnà cum illis indignaretur, citarunt conſules ad populum, vt factorum ſuorum cauſam dicerent. Qui quum ipſis aures non præberent, ſenatum adierunt (fortè enim tunc patres his ipſis de rebus in curia conſultabant) & in medium progreſſi rogarunt ne ſe fœdiſſimis contumeliis affectos negligerent, néue plebi ſuum auxilium eripi paterentur, omnéſque iniurias ſibi à conſulibus & coniurata eorum factione illatas recenſuerunt.
E Non ſolùm autem tribunitiæ poteſtati: verùmetiam ipſis ſacroſanctis tribunorum corporibus iniuriam factam dicebant: poſtulabántque vt conſules alterutrum facerent, aut, ſi negarent ſe vllo modo in ſacroſancta tribunorum corpora contra leges deliquiſſe, pro concione deierarent, aut, ſi religio eos vetaret iurare, ad populum venirent, & apud eum cauſam dicerent: ſe enim tribus in ſuffragia miſſuros. Conſules ad hæc ſe purgantes reſponderunt, & demonſtrarunt initium iniuriarum à tribunis factum, qui inſolenter ſe geſſiſſent, & violentas manus contra fas conſulum corporibus inferre auſi fuiſſent, primùm quidem quãdo per apparitores & ædiles in carcerem ſummos magiſtratus duci iuſſerunt. Deinde verò quando ipſimet audaciſſi-

Auentinus mons plebi ad ædificandum conceſſus.

Anno V. C. 299 T. Romulio & C. Veturio, conſſ. turbę domi, & foris bellũ cum Æquis.

Vt in vitioſa ciuitate, *probis Dionyſii verbis*, ὡς ἐν νοσούσῃ πόλει, *quæ Gel. interpr.* vt in morboſa ciuitate.

Tribuni vnde plebis cõcitandæ occaſionẽ ſumpſerint.

Conſules iuuentus patricia, tribunos inops & otioſa turba adiuuabat.

mis quibúſque plebeiis ſtipati, manus in eos inijcere ſunt auſi. Demonſtrárunt etiam quantum diſcrimen inter iſtos magiſtratus eſſet: conſularem enim poteſtatē, regiam eſſe dicebant, tribunitiam verò in ciuitatem receptam fuiſſe, vt ciuibus vim & iniuriam patientibus auxilium ferretur: & tantum abeſſe vt liceret *tribunis* diem conſulibus dicere, plebémque in ſuffragia contra eos mittere, vt ne in minimum quidem ordinis patricij hæc poteſtas illis niſi ex s.c. ſit data. Quare minabantur, ſi illi plebem ad ſuffragia vocarent, patricios à ſe armatum iri. In his altercationibus cōſumpta die, ſenatus nihil certi decreuit ne vel conſulum, vel tribunorum magiſtratum minueret, quòd vtrumque magna pericula allaturum videret. Quum igitur tribuni etiam inde re infecta diſceſſiſſent, reuerſi ad populum, quid faciendum eſſet iterum con- A ſultare cœperunt. Nonnulli ſuadebant (præcipuè verò qui turbulentiſſimi erant) vt plebs correptis armis iterum ſeceſſionem faceret in ſacrum montem, vbi & olim caſtra poſuerat, eáque belli ſedes eſſet contra patricios, quādo illi fœdus cum plebe factum violaſſent, tribunitia poteſtate apertè *ſublata*. At maior eorum pars cenſuit de vrbe non decedendum, nec culpam priuatorum quorundam qui tribunos violarant, in omnes conferendam: expectandámque legum animaduerſionem, quæ eos qui ſacroſancta tribunorum corpora violarunt, aut exilio aut morte mulctant. At homines † ingenio mitiori prædιti neutrum horum probabant, neque vrbem deſerēdam, neque indicta cauſa quenquam occidendum, præſertim verò conſules, qui magiſtra- B tus eſſet maximus: ſed iram in eorum fautores transferendam, & pœnas de illis quæ legibus ſunt ſtatutæ, ſumēdas cenſebant. Si igitur illo die tribuni iræ impetu impulſi, eò progreſſi fuiſſent, vt aliquid in conſules vel ſenatum facerent, nihil vetuiſſet quin ciuitas ſe ipſa perderet, adeò omnes ad arma & bellum ciuile parati erant. Iam verò rebus dilatis, ſibíque ipſis tempore ad maturius deliberandum dato, & ipſi mitiores ſunt facti, & multorum aliorum iras lenierunt. Deinde die conſulibus in proximum trinundinum dicta, ad quam conuocato populo mulctam pecuniariam ipſis irrogarent, concionem dimiſerunt. Quum autem tempus iam inſtaret, ab hoc quoque propoſito & conatu deſtiterunt, ſe hanc gratiam natu maximi & honoratiſſimi cuiuſque precibus condonare dicentes. Poſtea conuocato populo dixerunt culpam in ſe ad- C miſſam remittere ſe in gratiam multorum ac proborum virorum, quorum precibus nihil negare fas putarent: ſed iniuriam ipſi plebi factam ſe vlturos ac prohibituros. Se enim promulgaturos legem agrariam iam per xxx. annos tractam, & rogationem de æquando iure à proximis ſuperioribus tribunis promulgatam, ſed non perlatam. Hæc polliciti, & iureiurando adhibito, diem comitiorum indixerunt, quo ſe populum in ſuffragia legum cauſſa miſſuros dixerunt. Quum autem dies veniſſet, primùm legem agrariam propoſuerunt, & poſt longam orationem à ſe habitam, cuiuis de plebe legis ſuadendæ poteſtatem fecerunt. Licet autem multi prodiiſſent, & res bello præclarè à ſe geſtas commemoraſſent, & rem indignā eſſe clamitaſſent, quòd ex tam amplo agro hoſtibus erepto ipſi nullam portionem accepiſſent, ſed agrum publicum D ab iis occupatum, qui & opibus & gratia valebant, fructúſque ex eo per vim ab illis percipi viderent: licet etiam poſtulaſſent vt plebs nō ſolorum periculorum, quæ pro reip. commodis ſubirentur, particeps eſſet: ſed etiam voluptatum ac emolumentorum inde partorum, & plebs libenter hæc audiret, nullus tamen eam magis mouit quàm L. Siccius, cognomine Dentatus, qui permultis ac magnis ſuis facinoribus cōmemoratis, illud obtinuit, vt plebs ne vocem quidem contradicentium audire vellet. Erat autem vir admirando aſpectu, & ętate quæ viribus animi maximè pollet, annos natus duodeſexaginta, & prudentia valens, & militari facundia præditus. Is in mediū progreſſus, ita eſt loquutus. Si ſingulatim, Quirites, mea pręclara † facinora recenſere vellem, me dies deficeret: ſed ipſa rerum capita quàm breuiſſimè potero, dicam. Hic eſt quadrageſimus annus ex quo pro patria milito, triceſimus verò, ex quo, E ſi quiſquam alius, ordines duco, modò centurio, modò primipilus, iam inde à C. Aquilij, & T. Siccij conſulatu, quibus ſenatus bellum contra Volſcos decretū cōmiſit. Tunc enim agebā annum ætatis vigeſimum ſeptimū, & ſub centurionibus collocabar. Quum autem atrox prælium commiſſum fuiſſet, noſtris in fugā verſis, cæſóque meæ cohortis centurione, ſignı́ſque in poteſtatem hoſtiū redactis, ego ſolus pro omnibus periculum ſubij, & cohortis ſigna ſeruaui, hoſtéſque repuli, & manifeſtè autor fui ne centuriones in perpetuā ignominiam inciderent, ob quam reliquū vitæ ſpatium, vel ipſa morte grauius illis fuiſſet, vt ipſimet ſunt faſſi, qui corona aurea me orna-

† Si χαριέστεροι redditur, ijdem erunt qui μετριώτεροι poſtea vocantur: ſed illos alios ab his eſſe conſtat, etiā ſi eos qui ſunt χαριέστεροι, ſimul etiā μετριωτέρους eſſe rationi conſentaneum ſit.

Oratio Siccii Dentati quam pro lege agraria ad plebem habuit.

» ornarunt,vtque ipſe conſul Siccius teſtatus eſt, qui me centurionem fecit. Rurſus
» quum in alio prælio accidiſſet vt præfectus noſtræ legionis caderet, & Aquila in ho-
» ſtium poteſtatem veniret,eodem modo pro tota legione dimicãs,& Aquilam rece-
» pi,& præfectum ſeruaui, qui mihi pro auxilio tunc ſibi lato gratiam referens, ſuo
» primipili munere cedere,& Aquilam tradere volebat: at ego hæc non accepi, quia
» eum cui vitam donatem,honoribus quos habebat, & voluptatibus quas inde capie-
» bat,ſpoliare indignum iudicaui. Pro quibus meritis conſul me primę legionis,quæ in
» eo prælio duce orbata fuerat, primipilum fecit. Hæc ſunt,Quirites, fortia illa faci-
» nora, quæ me illuſtrem fecerunt, & ad honorem ductandorum ordinum prouexe-
A runt:deinde quum celebre nomen adeptus iam claruiſſem,reliqua omnia certamina
» ſuſtinui,quòd honores mihi delatos,& beneficia ob res antè geſtas in me collata pu-
» deret delere:poſteáque ſemper militaui,labores pertuli, & nullũ periculum formi-
» daui,imò ne conſideraui quidem. Pro quibus omnibus meis fortibus factis præmia,
» ſpolia,coronas,& alios honores à cõſulibus accepi,& vt compendio dicã.his XL.an-
» nis quos cõtinenter militaui,circiter centum & viginti pugnas commiſi,& vulnera
» XLV. eáque omnia aduerſa, nullũ auerſum accepi:mihíque cõtigit vt ex his XII. v-
» no die acciperem,quo tempore Herdonius Sabinus arcem, & Capitolium occupa-
» rat:& fortitudinis gratia ex variis præliis premia retuli, XIIII. coronas ciuicas,quibus
» ciues in præliis à me ſeruati me coronarunt, vnam obſidionalem,tres murales,quòd
» primus hoſtium muros aſcendiſſem,eóſque occupaſſem,& octo alias,quibus ob ope-
B ram in acie nauatam à ſummis imperatoribus ornatus fui: præterea torques aureos,
» LXXXIII. armillas aureas LX. haſtas XVIII. Phaleras inſignes XXV. inter quas nouẽ e-
» rant,quas ex *hoſtibus* qui nos ad ſingulare certamen prouocarent,ego id vltro ſuſci-
» piens victor reportaui. Hic tamen ego Siccius qui pro vobis, Quirites,tot annos mi-
» litaui,qui in pręliis pugnaui,qui ob rem fortiter geſtam tot donis honoratus ſui,qui
» nullum periculum vnquam formidaui, imò ne recuſaui quidem: ſed verſatus ſum
» in acie,in oppugnatione inter pedites,inter equites, cum omnibus, cum paucis,ſo-
» lus,& toto corpore conſauciatus, qui vnà cũ aliis commilitonibus tot & adeò fer-
» tiles agros patriæ paraui, quos partim Etruſcis & Sabinis, partim Æquis, Volſcis,
» Pomptinis,aliíſque hoſtibus deuictis ademptos poſſidetis,nullam tamen ipſe portio-
C nem ex iis accepi,nec veſtrûm quiſquam,Quirites,qui eorundem laborum ſocij fui-
» ſtis. Sed violentiſſimi ac impudentiſſimi quique ciues partem eorum pulcherrimam
» occupant,& multos iam annos fructus inde percipiunt,quam nec dono à vobis ac-
» ceperunt,nec pretio emerunt, nec vllum aliud ius illius poſſeſſionis poſſunt oſten-
» dere. Qui ſi æquè nobiſcum laboraſſent,dum eos agros quærebamus, & amplio-
» rem quàm nos portionem habere vellent,tamen ne ſic quidem æquum aut ciuile
» eſſet,paucos quoſdam res publicas & omnibus communes ſibi vendicare: hæc ta-
» men eorum pluris habendi cupiditas aliquam rationis ſpeciem haberet. Iam ve-
» rò quum nullum magnum ac virile facinus à ſe editum demonſtrare poſſint,pro cu-
D ius merito res noſtras per vim retineant, & tamen perfricta fronte eas retineant, &
» ne conuicti quidem ipſis cedant, quis eos ferat? Age enim obſecro, ſi quid ego in
» his mentior, prodeat aliquis ex iſtis venerandis viris, nobiſque oſtendat quæ-
» nam illuſtria ac egregia facinora fecerit, vt propterea ſe portionem quàm me am-
» pliorem habere æquum cenſeat. An quòd plures annos militarit,aut pluribus præ-
» liis decertauerit,aut plura vulnera acceperit,aut coronis, ſpoliis, aliíſque præmiis,
» quibus milites ob victoriam partam ornari ſolent,me ſuperarit, quibus hoſtes infir-
» miores facti fuerint, & patria illuſtrior & potentior ſit reddita? Imò verò, oſtendat
» vel decimam partem eorum quæ ego vobis oſtendi. Sed iſtorum plerique, ſi me-
» cum conferantur, ne minimam quidem partem talium rerum à ſe geſtarum pro-
E ferre poſſent, quinetiam nonnullos eorum conſtat,ne tot mala quidem perpeſſos,
» quot pertulerit vel viliſſimus quiſque de plebe miles. Totus enim illorum ſplen-
» dor non in armis, ſed in verbis eſt poſitus: námque vim non in hoſtes, ſed in ami-
» cos exerunt, nec ciuitatem omnibus ciuibus communem, ſed ſuam propriam ſe
» habitare putant,quaſi non ſimul omnes noſtra opera tyrannide fuerint liberati,ſed
» nos in hereditatem à tyrannis acceperint. Quorum cæteras minores ac maiores
» contumelias, quibus (vt omnes noſtis) perpetuò nos afficiunt, ſilentio prætereo:
» ſed eò ſuperbiæ progreſſi ſunt, vt ne liberam quidem vocem pro patria quen-

quam noſtrum emittere, imò ne hiſcere quidem patiantur. Sed Sp. Caſſium, qui
primus de agris diuidendis mentionem fecit, tribus conſulatibus, duobúſque cla-
riſſimis triumphis ornatum, qui foris in artibus imperatoriis, & domi in conſiliis
reip. dandis, tantæ prudentiæ ſpecimen, quantæ nullus alius, ætatis ſuæ dede-
rat, tantum virum crimine affectatæ tyrannidis obiecto, falſis teſtimoniis oppreſſum
ob nullam aliam cauſam, quàm quòd patriæ & plebis amans ac ſtudioſus eſſet, de ſa-
xo præcipitem dederint, ac ita interfecerint. C. verò Genutium, tribunum noſtrum,
quia poſt vndecimum annum eandem legem reuouabat, *eiúſque mentionem iterum*
faciebat, & proximi ante ſuum tribunatum anni conſulibus diem dixerat, ob negle-
ctum s. c. de agro diuidendo factum quoniam apertè necare non potuerunt, pridie A
quàm iudicium fieret, clàm de medio ſuſtulerunt, quæ res alios tribunos poſtea fa-
ctos valde terruit, nec vllus amplius hoc periculum ſubire eſt auſus. Sed iam trice-
ſimus hic eſt annus, ex quo hæc perferimus, quaſi in tyrannide noſtram poteſta-
tem amiſerimus. Omitto alia, ſed quum veſtri iſti magiſtratus nunc quibuſdam
plebeiis vim patiētibus vellent opem ferre, quorum corpora veſtra lege ſacroſancta
eſſe voluiſtis, quibus atrocibus iniuriis non ſunt affecti? nónne pugnis & calcibus
petiti, & omne contumeliæ genus paſſi, ex foro pulſi fuerunt? & vos hæc fertis, nec
quæritis quomodo pœnas de iſtis ſumatis? ſaltem ſuffragiis, quibus ſolis poteſtis de-
clarare vos eſſe liberos? Sed agite, Quirites, nunc tandem liberos ſpiritus ſumite, &
legem agrariam, quam tribuni ferunt, veſtris ſuffragiis ſancite, & ne vocem quidem B
diſſuaſorum audite. Vobis verò, tribuni, adhortatione ad hanc rem non eſt opus.
Vos enim huius *legis* autores eſtis, & rectè facitis quòd nemini cedatis. Quòd ſi in-
ſolentia ac impudentia iuniorum iudicia diſturbantium, aut calculos eripientium,
aut aliquid aliud in ſuffragiorum latione immodeſtè facientium, vobis impedimen-
to fuerit, oſtendite ipſis quanta ſit collegij veſtri potentia. Et quoniam cōſulum po-
teſtatem abrogare *non* licet, illos priuatos eorum violētiæ miniſtros in iudicium ad-
ducite, & plebem in ſuffragia de illis mittite, crimini hoc illis dantes, quòd contra ſa-
cratas leges veſtrum magiſtratum violare, atque abrogare conentur. Hac eius ora-
tione plebs adeo affecta & commota fuit, tantámque indignationem in aduerſa-

Icilius tribunos in Siccij ſententia de lege agraria quæ improbabit.

rios oſtendit, vt (quemadmodum & principiò dixi) ne vocem quidem diſſuaſorum
ampliùs ferre vellet. Sed Icilius aſſurgens, cætera quidem dixit, rectè loquutum C
Siccium, multíſque laudibus hominem ornauit: quòd verò diſſuadere volenti
bus dicendi poteſtatem eriperet, id nec iuſtum eſſe, nec moribus ciuitatis receptum
dicebat, præſertim quum de lege ageretur, quæ iuri contra violentiam faueret. Eos
enim qui nihil æqui, nihil iuſti de plebe ſentiebant, hanc occaſionem fortaſſe ar-
repturos, vt ciuitatem iterum turbarent, diſſidiáque pernicioſa in ea ſererent. His
dictis, iuſſíſque in craſtinum adeſſe, qui legem diſſuadere vellent, concionem dimi-
ſit. At conſules conuocato domi concilio patrum eorum qui fortiſſimi erant, & qui
tunc in rep. maximè florebant, eos docuerunt omnibus modis legem impediendam,
verbis primùm, & niſi rem plebi perſuadere poſſent, factis etiam. Iuſſerúntque om-
nes manè cum amicis, & clientibus, quàm plurimis quiſque poſſet, in forum veni- D
re. Deinde alios circa ipſum tribunal, & comitium conſiſtere, & ſe expectare, alios
diuerſa fori loca conglobatos occupare, vt plebs variis locis diſperſa diſtineretur,
& ne in vnum coïret, ab illis prohiberetur. Hoc cōſilium viſum eſt optimum. Quare
ante claram lucem variæ fori partes à patriciis occupatæ fuerunt. Poſtea tribuni
& conſules eò venerunt, & iuſſerunt per præconem eos prodire qui vellent con-
tra legem dicere. Quum autem multi ac probi viri prodiſſent, eorum oratio præ
tumultu & confuſione concionis à nullo exaudiri poterat. Nam alij eos qui dicebāt,
adhortabantur, animóſque illis addebant, alij eos explodebant, & clamoribus iis ob-
ſtrepebant. Sed nec fauor adiuuantium, nec tumultus aduerſantium vincebat. Tum
conſulibus id indignè ferentibus, & teſtantibus violentiæ initium à plebe fieri, quòd E
nullius orationem audire vellet: ad hæc tribuni reſponderunt, ſe quum iam quin-
tum annum eadem verba audirent, nihil noui *neque mali* facere, ſi obſoletas illas &
tritas altercationes ampliùs pati nollent. Ita igitur diei maiore parte in hæc ab-
ſumpta, & plebe calculos poſtulante, iuuenes patricii rem non ampliùs ferendam
rati, plebeios in ſuas tribus ſecedere parantes impediebant, & vrnas cum calculis di-
ribitoribus eripiebant, & miniſtros ad id conſtitutos, ſi qui nolebant abire, cæden-
do & pulſando expellebant. Tribunis verò vociferantibus, & in mediam eorum
turbam

ſe coniicientibus, ipſis quidem cedebant, eóſque tutò quacunque ſe intuliſſent,
tranſire ſinebant. Sed cæteram turbam eos ſequentem arcebant, ac ſubmouebant,
ita vt tribunorum auxilium inutile eſſet. Tandem igitur vicerunt patricij, nec le-
gem perferri paſſi ſunt: qui verò præcipuam operam in ea contentione conſulibus
alacriter nauaſſe exiſtimabantur, ex tribus familiis fuére, Poſtumij, Sempronij, &
tertio loco Cloelij, qui & generis dignitate clariſſimi erant, & clientelis opibúſ-
que, & gloria multum poterant, rebúſque bello geſtis inſignes erant, per quos o-
mnium confeſſione ſtetiſſe fertur, quominus lex *ea* plebiſcito ſanciretur. Poſtri-
die tribuni cum nobiliſſimis è plebe, conſultare cœperunt quomodo tractan-
A dum eſſet id negotium: & vno omnium conſenſu ſtatuerunt non conſulibus
diem dicere, ſed eorum miniſtris qui homines erant priuati, in quos (ſicut Siccius
monuerat) cum minore ciuium inuidia animaduerti poterat. Sed de reorum nu-
mero, de criminis nomine, præcipuè verò de mulctæ *ac litis* æſtimatione & ma-
gnitudine, diligenter quærere cœperunt. Qui igitur aſperiore ingenio prædi-
ti erant, hæc omnia, ad maiorem terrorem *aduerſæ factioni* incutiendum, grauius
perſequenda cenſebant: contrà verò, qui mitiore erant natura, ſuadebant vt
hæc clementius & humanius tractarentur. Huius autem ſententiæ autor fuit,
ille Siccius, qui apud populum, de agro diuidendo verba fecerat, qui etiam
ipſis rem perſuaſit. Placuit igitur ipſis cæteros quidem patricios omittere: ſed
B ſolis Cloeliis, Poſtumiis, & Semproniis diem dicere, quo factorum ſuorum cau-
ſam dicerent, & crimini illis dare quòd contra ſacratas leges, quas de tribunis,
S. P. Q. R. tulerat, quibus diſertè cauebatur, ne quis tribunos vt alios ciues ali-
quid contra voluntatem ſuam perpeti cogeret, tamen ipſi eos impediuiſſent ne
cognitionem de lege ad populum referrent, legémque perferrent. Litis ve-
rò æſtimationem placuit ſtatuere non capitale ſupplicium, neque exilium, ne-
que aliquid aliud inuidioſum, ne hoc ipſum illis ſalutem afferret: ſed bona eorum
Cereri dicare placuit, quæ pœna omnium mitiſſima lege præſcribebatur. Factum
eſt ita, diéſque venit, quo iudicium de illis viris peragendum erat: conſulibus ve-
rò & reliquis patriciis in Senatum conuocatis (præſtantiſſimi verò quique conuo-
C cati fuerant) placuit tribunis permittere vt iudicium peragerent, ne fortè pro-
hibiti aliquid grauius patrarét, & plebeiis efferatis permittere vt bile ſua in patri
monia illorum virorum effuſa, in poſterum manſuetiores eſſent, ſumpto de ini-
micis ſupplicio quod voluiſſent, præſertim quum iactura illius pecuniariæ mul-
ctæ facilè ipſis reis damnatis ſarciri poſſet: quod etiam accidit. Quum enim rei
vadimonio deſerto abſentes damnati fuiſſent, & ipſa plebs feritatem depoſuit,
& ipſis tribunis moderata quædam ac ciuilis poteſtas, & auxilium reſtitutum vi-
debatur: patricij verò bona damnatorum æquo pretio perſoluto redemerunt
ab illis qui à populo ea emerant, priſtiníſque dominis reſtituerunt. Quum igi-
tur illi in his rebus ita ſe geſſiſſent mala reip. impendentia diſiecerunt. Nec
D multo poſt tribunis iterum mentionem de ea lege facientibus, derepentè nun-
ciatum eſt hoſtes irruptionem feciſſe in agrum Tuſculanum. Tuſculanis ve-
rò magno numero Romam profectis, ac dicentibus Æquos cum ingenti exerci-
tu adeſſe, & agrum ſuum ab illis iam populatum: vrbémque (niſi celeriter ali-
quod ſubſidium mitteretur) intra paucos dies expugnatum, iri ſenatus decre-
uit vt ambo conſules auxilium illis ferrent. Conſules verò delectibus indi-
ctis, omnes ciues vocarunt ad arma. Tunc quoque orta eſt ſeditio, tribunis
delectus impedientibus, (& pœnas legibus ſtatutas de contumacibus ſumi non
ſinentibus: ſed tamen nihil mali inde ſequutum: ſenatus enim coactus decre-
uit, vt patricij cum ſuis clientibus ad bellum proficiſcerentur: reliquis verò ci-
E uibus qui ad illam expeditionem pro patriæ ſalute ſuſceptam ſe ſocios vltro
addidiſſent, deos propitios fore dixit, contrà verò conſulum deſertoribus in-
fenſos. Eo ſenatuſconſulto in concione recitato, multi etiam de plebe nomina ad
illam militiam vltrò dederunt, ac homines optimo ingenio præditi, pudore
quodam moti, ne ciuitati fœderatæ propter ſuam beneuolentiam erga pop.
rom. ſemper ab hoſtibus vexatæ deeſſent, inter quos erat & Siccius ille, qui

Quinam fuerint, quorum potiſſimè ope adiuti patricij eſſecerunt vt lex non perferretur.

Tribuni poſt conſultationem quæ .. ſtiterunt ceperunt.

Tribuni quibus diē dixerint: & quod illis crimen dederint, & quam litis æſtimationem ſtatuerint.

Nuntium de Æquorum in agrum Tuſculani irruptione allatum.

Siccius cum emeritorum cohorte octingenaria conſules in bellum ſequitur.

apud populum inuectus fuerat in eos qui agrum publicum occupatant: ducé-
bàrque cohortem octingentorum virorum, qui ætate quidem militari non am-
plius erant, vt nec ille, quique nullis militiæ legibus erant obnoxij: ſed illum
virum ob multa & magna beneficia ab eo accepta honorantes, ad militiam pro-
ficiſcentem deſerere æquum eſſe non cenſuerunt. Atque iſta pars copiarum tunc
ex vrbe eductarum reliquum exercitum rei militaris peritia & fortitudine longè
ſuperabat: at plerique in gratiam ſeniorum, eorúmque adhortationibus adducti
eos ſequebantur. Erant etiam nonnulli qui ſpe prædæ, quæ militiæ quæritur,
ad quæuis pericula ſubeunda parati erant, breuique temporis ſpatio exercitus ſa-
tis validus, inſtructúſque ſplendidiſſimè, eductus eſt. At hoſtes quum præſenſiſſent A
Romanos cum copiis contra ſe venturos, exercitum ſuum domum reducere de-
creuerunt, iámque iter ingreſſi erant. Sed conſules iter magna feſtinatione facien-
tes, eos aſſequuti ſunt ad Antium vrbem, prope quam in loco edito & prærupto ca-
ſtra poſuerant: & ipſi quoque non procul ab illis caſtra poſuerunt. & aliquandiu
vtrique intra ſua caſtra ſe continuerunt. Tandem Æqui contemptis Romanis,
quòd ſe priores non inuaſiſſent, & rati eos non ſatis numeroſum exercitum habe-
re, vltro laceſſere, & eos qui aquationis cauſa deſcendebant ex improuiſo aggre-
di cœperunt, & ſæpe ad pugnam prouocare eos non dubitarunt. Quibus animad-
uerſis, conſules bellum non ampliùs trahendum, *nec tempus terendum* duxerunt. Il-
lis verò diebus belli adminiſtratio *imperiúmque* penes Romilium erat, & illius erat
pugnæ ſignum dare, & aciem inſtruere: idem etiam erat arbiter temporis, quo vel B
initium vel finis pugnandi faciendus eſſet: qui quum pugnæ ſignum dari iuſſiſſet,
& copias ex caſtris produxiſſet, reliquos equites & pedites in ordines, opportu-
nis quoſque locis diſtinxit: at Siccium ad ſe accitum ita alloquutus eſt. Nos Sic-

Romilius conſul Siccio Dentato quæ iuſſa dederit.

ci, hîc cum hoſte dimicabimus. Tu interim dum adhuc cunctamur, & vtraque
acies ſe ad prælium parat, per obliquam illam viam montem conſcende, vbi ho-
ſtium caſtra ſunt, pugnámque cum illis qui ſunt in caſtris committe, vt ij qui no-
biſcum pugnaturi ſunt aut ſuis caſtris timentes, iiſque auxilio venire cupientes
verſis tergis dent ſe in fugam, & nobis faciliorem victoriam præbeant (quem-
admodum veriſimile eſt in celeri receptu euenturam) omnes per vnam viam ſe C
trudentes, aut ſi hîc manſerint, caſtra amittant. Nec enim eius præſidium ſatis
eſt validum (quantum conijcere quis poteſt) quum tota eius fiducia in loci na-
tura muniri ſit poſita: & ſimul tua manus octingentorum veteranorum, mul-

Siccius Dentatus ad ea quæ ipſi à Romilio conſule imperabátur, quid reſponderit.

tis præliis exercitatorum, perturbatos tentoriorum cuſtodes ex improuiſo ad-
orta facilè audacia ſua expugnare poterit. Ad hæc Siccius reſpondit, Equidem
paratus ſum omnia imperata facere: ſed quod iubes non eſt tam facile quàm tibi
videtur: nam rupes, in qua ſunt caſtra, eſt & excelſa & prærupta, & nullam
viam video præter vnam quæ eò ferat, quà hoſtes contra nos deſcendent, &
veriſimile eſt ſatis firmum præſidium ibi eſſe, quod quamuis perexiguum & im-
belle ſit, tamen & copiis longè maioribus quàm meis reſiſtere poterit: & ipſa
loci natura præſidium tutabitur, & impediet ne expugnetur. Quapropter ſum- D
mopere optatem vt conſilium mutares: nam iſte conatus eſt periculoſus: quòd
ſi omnino ſtatuiſti vno tempore duobus locis pugnare, validam manum lecto-
rum virorum adde, quæ me vnà cum emeritis ſequatur: neque enim iſtum locum
clam, ſed vi aperta expugnaturi aſcendemus. Plura parantem dicere de ra-

Siccius quum plura dicere pataret, à Romilio interpellatur.

tione ſui conſilij, conſul interpellauit. Non eſt opus (inquit) multis verbis: ſed
ſi imperata audes facere, celeriter proficiſcere, nec imperatoris munia tibi vſur-
pa: ſin hoc detrectas, & periculum refugis, ad hoc vtar aliorum opera: tu ve-
rò qui centies & vicies in acie dimicaſti, & quadraginta annos militaſti, & qui
toto corpore conſauciatus fuiſti, quando huc vltro veniſti, abi non conſer-
ta manu cum hoſtibus, & ne conſpectis quidem, & pro armis linguam ite- E
rum contra patricios acue. Vbi nunc ſunt illa tot tuæ fortitudinis præmia, tor-
ques, armillæ, haſtæ, phaleræ, coronæ à conſulibus acceptæ, ſpolia ex ſingulari
certamine relata, cæteráque moleſta quæ te nuper iactantem pertulimus? nam
in hoc vno facinore verè periculoſo, in quo de te factum eſt periculum, ſatis o-
ſtendiſti qualis eſſes, & te fortitudinis ſtudioſum eſſe, opinione magis quàm re
ipſa.

« ipſa. Tunc Siccius ea conuicia ægrè ferens, Non ignoro, (inquit) Romili, alter-
» utrum tibi propoſitum, aut vt me viuum conficias, & turpiſſima ignauiæ nota
« mihi inuſta gloriam partam adimas, aut vt ab hoſtibus conciſus miſero atque
« obſcuro mortis genere peream, quòd & ego videor tibi vnus de illis eſſe qui
» liberè ſentire volunt: non enim me in dubium periculum, ſed ad certam mortem
« mittis. Veruntamen hæc quoque iuſſa perficiam, & dabo operam ne ignauus vi-
» dear, vtque aut caſtra expugnem, aut ſpe fruſtratus fortiter moriar. Vos ve-
» rò, commilitones, oro vt mihi apud reliquos ciues ſitis teſtes, ſi mortem meam au-
« dieritis, me à nimia mea virtute, & nimia loquendi libertate perditum. Hoc re-

Siccius Romilio conuiciãti quid reſponderit.

A ſponſo conſuli dato, lacrymiſque fuſis, ſalutatiſque omnibus familiaribus abiit cum
octingentis hominibus mœſtis & lacrymantibus, non aliter ac ad certam mortem
euntibus, & totus reliquus exercitus eorum commiſeratione motus eſt, quaſi non
ampliùs eos eſſent viſuri. At Siccius ad aliam viam conuerſus, non quam puta-
bat Romilius, per latus montis ſuos duxit. Deinde in denſiſſimum quendam ſal-
« tum, qui ibi erat, ingreſſus cum ſuis conſtitit, & eos ita eſt alloquutus, In exitium
« (vt videtis) à duce miſſi ſumus: putabat enim nos per obliquam illam viam itu-
« ros, quà nullo modo clam hoſtibus aſcendere poſſemus: at ego vos ducam per aliam
« hoſtibus non conſpicuam, & bonam ſpem habeo me calles aliquos inuenturum,
« qui nos in verticem ad caſtra ducent: quare bono eſtote animo. His dictis, eos
« per ſaltum duxit, magnámque eius partem iam emenſus, fortè incidit in homi-
B nem quendam ruſticum, neſcio quò abeuntem, quem à iunioribus comprehendi
iuſſit, viæque ducem fecit. Ille eos circum montem non ſine magna mora ductos
ad tumulum caſtris imminentem ſtatuit, vnde breuis & decliuis via in ea fere-
bat. Dum autem hæc geruntur acies Romanorum & Æquorum concurrerunt,
& firmato greſſu fortiter pugnabant ambæ numero, armis, animiſque pa-
res. Diúque pugnatum eſt, victoria in neutram partem inclinante, viciſſim
nunc equitibus equites, & peditibus pedites inuadentibus, nunc ſibi inui-
cem cedentibus: & vtrinque viri illuſtres cecidêre. Tandem pugnæ certus fi-
nis eſt impoſitus. Nam Siccius eiúſque milites quum ad caſtra Æquorum ac-
ceſſiſſent partem illam caſtrorum incuſtoditam nacti (totum enim eorum præ-
ſidium, vt certamen ſpectaret, eam partem petierat, quæ ad pugnantes con-
C uerſa erat) irruptione facillimè facta in cuſtodum verticem euaſerunt: deinde ſu-
blato clamore in eos decurrerunt. Illi inſperato malo conſternati, nec tam pau-
cos opinati: ſed alterum conſulem cum exercitu ſuo adeſſe exiſtimantes, ſe ex
vallo proijciebant, plerique ne armis quidem ſeruatis. Sicciani verò cædentes
quotquot ex illis aſſequebantur, caſtriſque captis, tendebant ad eos qui in pla-
nitie erant. Æqui verò quum caſtra capta cognouiſſent ex fuga & clamore ſuo-
rum, nec multo poſt hoſtes à tergo inuadentes viderent, nullum forte facinus
ampliùs ediderunt: ſed diſruptis ordinibus alij per alias vias ſaluti ſuæ conſule-
bant, tum maxima eorum cædes facta. Romani enim continenter vſque ad

Siccius, captis Æquorum caſtris, acie quoque illos fudit.

D noctem tergo eorum hærentes occidebant quos capiebant. Qui verò maximam
eorum ſtragem fecit, & qui facinora maximè illuſtria edidit, is fuit Siccius, qui
vbi deuictum hoſtem vidit, quum iam eſſet nox, cum cohorte ſua in caſtra à ſe
capta redijt, ingentis lætitiæ & magnæ iactationis plenus. Et qui eum eo erant
omnes incolumes & integri, non ſolùm nihil paſſi eorum quæ expectarant: ve-
rùm etiam parta maximè inſigni gloria, eum patrem ſuum, ſeruatorem, deúm-
que, & omnibus honorificentiſſimis nominibus appellantes, mutuis complexi-
bus, aliiſque hilaritatis voluptatiſque iudiciis ſatiari non poterant. Atque inte-
rim & reliquus Romanorum exercitus qui hoſtem perſequutus fuerat, in ſua ca-
ſtra eſt reuerſus. Et iam nox media erat quum Siccio iniuriæ à conſulibus acce-
E ptæ memori, à quibus ad mortem miſſus fuerat, in mentem venit victoriæ glo-
riam illis eripere: & communicato cum ſuis conſilio, quum id omnibus placuiſ-
ſet, nec vllus eſſet qui viri prudentiam & magnanimitatem non admirare-
tur, correptis armis, aliiſque idem facere iuſſis, primùm homines quot-
quot in Æquorum caſtris reperit, equos, & cætera iumenta contrucidauit,
deinde incendit tentoria referta armis, frumento, veſtibus, rebus ad bel-
lum neceſſarijs, aliáque præda ingenti, quam ex agro Tuſculano hoſtes eò

Siccius, iniuriæ à conſulibus acceptam vlciſcens victoriæ gloriam illis eripit.

congeſſerant. Omnibúſque igne abſumptis circa diluculum cum ſolis armis abiit, & itinere properè confecto Romam venit. Vt verò conſpecti ſunt homines armati, iubilantes, & feſtinantes, multo cruore fœdati, factus eſt concurſus ab omnibus, qui & eos videre, & res geſtas audire maximè cupiebant. Illi verò in forum vſque progreſſi, tribunis omnia narrarunt, qui coacta concione iuſſerunt eos rem totam coram populo narrare. Quum autem ingens turba eò confluxiſſet, Siccius in medium progreſſus victoriam illis indicauit, & rei geſtę modum declarauit, quomodo ſua virtute & octingentorum ſeniorum qui ſecum erant, quos conſules ad certam mortem miſerant, caſtra Æquorum fuiſſent capta, & copię quæ ſecum in acie dimicarant, fugere coactæ fuiſſent: poſtulauítque vt nulli alij quàm ſibi A pro parta victoria haberent gratiam, & poſtremò hæc quoque verba addidit, ſe vita tantùm armíſque ſaluis redire, nihil verò aliud aut paruum aut magnum ex rebus captis retuliſſe. His auditis, populus motus eſt ad miſeratione̅ & lacrymas, virorum ætatem cernens, & eorum virtutem conſiderans, & id indignè ferens, atque obloquens iis qui talibus viris remp. orbare voluerant. Quæ res (vt Siccius præuiderat) omnium ciuium odium in conſules excitauit. Nam nec ſenatus quidem id æquo animo tulit, nec triumphum, nec vllum alium honorem qui re feliciter geſta dari ſolet, illis decreuit. Siccium verò plebs, quum comitiorum tempus veniſſet, tribunũ creauit, eique honorem tribuit, cuius dandi ius habebat. Atque hæ ſunt res maximè memorabiles, quæ tunc fuerunt geſtæ.

Anno V. C. 300, Sp. Tarpeio, A. Terminio cõſulibus, ſuperioris anni conſules mulctati, & legati ad leges à Græcis petendas miſſi.

¶ ANNO ſequenti Sp. Tarpeius, & A. Terminius conſules facti, qui cùm aliis in rebus plebi perpetuò ſunt obſequuti, tum etiã B s. c. de lege tribunorũ fecerunt, quòd viderent patres vetando nihil proficere: quin imò inuidiam, odium, damna priuata, & calamitates paratas eſſe iis qui promptiſſimè pro illis certarent. Sed maximè eos terruit recens calamitas ſuperioris anni conſulum, qui malè fuerant à plebe excepti, & qui nullum auxilium à ſenatu, impetrare potuerant. Nam ille Siccius qui Æquorum exercitum vnà cum caſtris expugnatis deleuerat, tunc (vt dixi) factus tribunus, eo ipſo die quo magiſtratum iniit, poſt peracta pro ſalute ſacra ſolennia, antequàm rem vllam publicam aggrederetur, pro concione T. Romilio diem dixit, ad quam veniret, & læſæ reip. cauſa apud populum iudicem diceret. Et L. *Halienus* qui tunc ædilis erat, & proximo anno tribunus fuerat, C. Veturium alterum ſuperioris anni cõſulem in ſimile iudicium vocauit. Quum autem interea ante diem iudicij magno ſtudio *patricij* ambobus fauerent, & ſuis hortationibus animos ipſis adderent, viri conſulares in ſenatus ope magnam ſpem habebant, C & periculum parui pendebant, ſenioribus & iunioribus pollicentibus ſe non permiſſuros vt iudicium perageretur. At tribuni, omnia iam multò antè præcauentes, non precibus, non minis moti, ſpretiſque omnibus periculis, vbi dies iudicij venit, plebem conuocarunt: & iam multò antè turba inopum ſibique victum manibus quæritantium ex agris confluxerat, quę ad vrbanam multitudinem adiuncta, forum repleuit, & vicos qui ad ipſum ferunt. Priore igitur loco Romilij cauſa eſt acta.

Romilius reus agitur, accuſante Siccio.

Tunc Siccius in medium progreſſus, ei cùm alia facinora obiecit, quæ dum conſul eſſet per vim contra tribunos feciſſe viſus fuiſſet, tum etiam poſtremò inſidias ſibi ſuæ D que cohorti ab eo imperatore ſtructas narrauit: harúmque teſtes produxit nobiliſſimos non plebeij, ſed patricij ordinis viros, qui in ea expeditione fuerant. In his erat iuuenis & generis dignitate & virtute ſua clarus, & rebus bellicis valde ſtrenuus, cui nomen erat Sp. Virginio. Hic dixit ſe M. Icilio vnius è Siccii cohorte filio, patrem ad militiam comitanti, æquali ſuo & amico, eius profectionis vt mortiferæ immunitatem à conſulibus per A. Virginium patruum ſuum, tunc *conſulum* legatum, impetrare voluiſſe, & petiiſſe vt hoc beneficium ſibi concederetur: Conſulibus verò ſe id facturos negantibus, obortas ſibi lacrymas, amici fortunam deflenti: iuuenem verò pro quo deprecabatur, his auditis veniſſe, & petita di- E cendi copia, dixiſſe ſe magnam gratiam ſuis deprecatoribus habere, ſibi tamen haud gratum fore id beneficium, quòd pietatem erga parentes eſſet erepturum, & patrem tantò minus deſerturum, quantò certiorem mortem peteret, & hoc omnibus notum eſſe: ſed ſe iturum vnà cum illo, & pro viribus eum defenſurum, & eiuſdem fortunę participem futurum. Quum ille iuuenis dixiſſet hoc teſtimonium, nemo fuit quin illorũ hominum fortuna commotus fuerit. Vbi verò & ipſe Icilius pater, & adoleſcentulus ad teſtimonium dicendum citati, de

ſeipſis

ſcipſis teſtati ſunt, plerique de plebe à lacrymis ampliùs ſibi temperare non potue-
runt. Quum autem Rumilius ad hæc reſpondiſſet, & orationem habuiſſet nec humi-
lem, nec temporibus conuenientem, ſed tumidam, fretus magiſtratu nullis rationi-
bus reddendis obnoxio, ideóque magnificè de ſe ſentiens, iram ciuium multò maio
rem in ſe accendit & concitauit, & tribus miſſæ in ſuffragia eum violatæ reip. omni-
bus ſuffragiis damnarunt: mulcta autem pecuniaria fuit, aſſium decem millia, atque
hoc non ſine quodam prouido conſilio Siccius feciſſe mihi videtur, vt patricij reo
remiſſiùs fauerent, & nihil in ſuffragiis ferendis delinquerent, cogitantes reum mul-
ctā pecuniaria, & nulla alia re mulctatum iri, & plebs maiore animi impetu ad pœ-
A nam exigendam ferretur, quòd nec vita, nec patria virum conſularem eſſet priuatu-
ra. Damnato Romilio paucis poſt diebus Veturius etiam damnatus eſt. Atque huic
quoque irrogata eſt mulcta pecuniaria, cuius proportio erat ſeſquialtera, *vi-
delicet quindecem aſſium millia.* Huius igitur anni conſules hæc conſiderantes ma-
gnus inceſſit timor, & ne poſt depoſitum conſulatum, eodem modo à plebe tra-
ctarentur prouidè cauerunt. Itaque conſilium ſuum non ampliùs celabant: ſed a-
pertè plebi fauebāt. Ac primùm quidem centuriatis comitiis legem tulerunt, licere
omnibus magiſtratibus eos mulctare, qui facinus aliquod inſolens aut iniquū præter
diſciplinam ac leges reip. in ſuā poteſtatū admiſiſſent: nam ad illam vſque diē non
omnibus, ſed ſolis conſulibus id licebat: mulctæ tamen modus nō ipſorum arbitrio
B permiſſus eſt; ſed ab illis ſtatutū eſt ne maxima mulcta duos boues, & triginta oues
excederet. Hæc lex diu ſeruata eſt apud Romanos. Deinde de legibus quas tribu-
ni in communē totius pop. rom. vſum, & in perpetuum ſeruandas ſcribi maximo ſtu-
dio cupiebant, cognitionē ſenatui permiſerūt. Multæ tamē ab optimis viris ſenten-
tiæ in vtranque partem ſunt dictæ, quarum aliæ eò ſpectabant, vt *leges ferendæ* impe-
direntur, aliæ eas ferri ſinebant. Tamen præter omnium tum patriciorum, tum ple-
beiorum opinionem vicit T. Romilij ſententia, qua plebis commoda prſereēda cen-
ſebat vtilitati eorum qui dominationi paucorum fauebant. Omnes enim arbitra-
bantur eum ob recentem damnationis offenſam, plebis voluntati & conſilijs & di-
ctis perpetuò aduerſaturum. Ille verò, vbi ad eum ex ordine ventum eſt, (erat autem
C inter eos qui & dignitate & ætate erant medij) rogatus ſententiam, ſurrexit, & ita eſt
« loquutus. QVÆ à plebe ſum paſſus, P. C. ob nullum meum facinus iniuſtum: ſed ob
« meam erga vos beneuolentiam, moleſtus eſſem ſi apud vos horum probè gnaros
« narrare vellem. Coactus tamen horum mentionem faciam, vt ſciatis me non in ple-
« bis gratiā, nec vt ei aſſenter, quæ mihi eſt inimica: ſed ſinceriſſimè ea quæ è rep. ſunt,
« dicturum. At nemo miretur ſi nunc repentè factus ſum mei diſſimilis, quum & ſæ-
« pe antè, & quando conſul eram, contrariæ eſſem ſententiæ. Néue exiſtimetis alteru-
« trum aut tunc me malè ſenſiſſe, aut nunc non rectè ſententiam mutare. Ego enim,
« P. C. quandiu partes veſtras firmiores putaui, dominatum optimatum auxi vt de-
« bui, & plebem contempſi. Poſtquam verò meo malo factus ſapientior, magno cum
D meo damno didici veſtram potentiam voluntate minorem eſſe, vóſque neceſſitati
« cedentes iam multos veſtros propugnatores à plebe abripi paſſos eſſe, ſententiam
« mutaui. Vtinam autem neque mihi, neque collegæ meo ea accidiſſent ob quæ vos
« omnes nobiſcum doletis. Verùm, quia res noſtræ iam finem habent, & reliquas cor-
« rigere licet, vt prouideatur ne aliis eadem accidant, & vniuerſos & ſingulos vt re-
« bus præſentibus prudenter vtantur hortor. Optimè enim adminiſtratur ciuitas,
« quæ ſe pro rerum ſtatu fortunæ accommodat: & optimus cōſiliarius ille eſt, qui non
« priuatis inimicitiis impulſus, aut gratia adductus, ſed publica vtilitate commotus,
« ſuam ſententiam dicit. Et optimè de futuris conſultant qui rerum futurarum ex-
« empla ex præteritis ſumunt. Nobis verò, P. C. quoties aliqua controuerſia aut con-
E tentio contra plebem orta eſt, contigit vt ſemper deteriore conditione diſcedere-
« mus, & viri illuſtres capitali ſupplicio, contumeliiſque afficerentur, & exilio mulcta-
« rentur. Atqui quódnam maius infortunium reip. poteſt accidere, quàm ſi optimi
« quique viri excindantur? Ego igitur veſtræ cauſæ fauens, ſuadeo vobis vt hæc facia-
« tis, *nimirum* vt neque huius anni magiſtratus manifeſto periculo obijciatis, deinde in
« ipſo diſcrimine deſeratis, neque alium quempiam, cuius vel minimus in repub. ſit v-
« ſus. In ſumma, vobis ſuadeo vt legatos eligatis, & partim in græcas vrbes, quæ
« ſunt in Italia, partim Athenas mittatis, qui leges optimas, & noſtris moribus, *ac inſti-*

Romilius, quū reſpōdēs accuſationi Siccij orationē tumidā habuiſſet, damnatus omnibus tribuum calculis.

Titi Romilij oratio, qua ſenatui ſuam de legum latione ſententiā proponit.

tutis maximè conuenientes à Græcis petant, atque huc ferant. Illis verò reuerſis conſules ad ſenatum referant de legiſlatoribus eligendis, & de eorum imperio quodnam ſit futurum, & quàm diuturnum, & de cæteris rebus prout ipſi conducere videbitur: abſtineatis verò à ſeditionibus contentionibúſque cum plebe, néue calamitates calamitatibus veſtris addatis, pręſertim quum de legibus agatur, quæ ſi nihil aliud, ſaltem maieſtatis ſpecioſam *ac honeſtam* gloriam habent. His à Romilio dictis, vterque conſul in eius ſententiam iuit: pro qua & multa etiam præmeditata verba fecit, multíque alij ſenatores, & maior pars hanc ſententiam eſt ſequuta. Quum autem s.c. ſcribendum eſſet, Sicciús tribunus, qui Romilio diem dixerat, ſurgens, prolixa oratione hominem laudauit, quòd ſententiam mutaſſet, nec tam A priuatarum ſimultatum, quàm reipub. commodorum rationem habuiſſet: ſed ſincero animo quid eſſet è republica declaraſſet: pro quibus meritis, inquit, hanc gratiam illi refero, & mulctam pecuniariam ipſi in iudicio irrogatam remitto, & in poſterum cum eo in gratiam redeo, nos enim ille ſua probitate vincit. Et cæteri tribuni qui aderant, idem ſenſerunt. Romilius tamen hoc beneficium accipere noluit: ſed laudata tribunorum in ſe propenſa voluntate, ſe mulctam perſolutorum dixit: iam enim diis ſacratā eſſe dixit, nec iuſtè nec piè ſe facturum, ſi deos rebus legitimis fraudaret, & ita fecit. Facto autem s. c. & per plebiſcitum poſtea confirmato, legati legū à Græcis petēdarum cauſa creati ſunt, Sp. Poſtumius, Ser. Sulpiciut, A. Manlius, quibus triremes cum omnibus ornamentis quæ amplam imperij Romani maieſtatē ſatis indicare poterant, ex ærario aſſignatæ ſunt: & annus ille abiit. B

Romilius mulctæ ſibi à tribunis remiſſæ beneficium accipere recuſat.

¶Olympiade autem LXXXII. qua vicit in ſtadio Lycus Theſſalus Lariſſenſis, archonte Athenis Chærephane, expleto anno trecenteſimo ab V.C. P. Horatio & Sexto Quintilio cōſulibus, maxima peſtilentia vrbem inuaſit, quanta nunquam anteà fuiſſe memorabatur: qua penè omnia ſeruitia abſumpta ſunt, ex reliquis ciuibus dimidia ferè pars interijt, quia nec medici morbis ampliùs ſuccurrere, nec domeſtici amicíque *ægrotis* res neceſſarias miniſtrare poterant. Nam qui aliorum morbis opem ferre volebant, corpora laborantium tangentes, & ſimul viuentes, infecti contagione, corripiebantur eodem morbo: ita vt multæ domus ob hominum curantium inopiam deſolatæ fuerint. Peſtis autem quæ in vrbe graſſabatur, eiúſque diuturnitatis C non minima erat cauſa, quòd corpora *inhumata* proijcerentur. Nam principiò quidem præ pudore, & copia rerum ad ſepulturam neceſſariarum ſuppetente cadauera cremabant, & terræ mandabant. Sed poſtea alij honeſtate contempta, alij rerum neceſſariarum inopia laborantes, multa defunctorum corpora in ſubterraneas compitorum cloacas, at longè plura in fluuium proijciebant, vnde maximum damnum accipiebant. Quum enim cadauera ad ſaxa, & ripas fluctibus eijcerentur, grauis, & malè olens odor, qui venti flatu inde ferebatur per aërem, eos etiam qui adhuc rectè valebant, inuadebat, eorumque corporibus celerem mutationem afferebat: & aqua ex flumine allata non erat ampliùs bona ad potandum, partim ob fœtoris inuſitatam grauęolentiam, partim quia malam cibi concoctionem faciebat: nec in vrbe D tantùm ſed etiam in agris hæc mala fuerunt. Præcipuè verò agreſtis turba quæ cum ouibus aliiſque quadrupedibus viuebat, morbo infecta laborauit. Quandiu igitur aliquid ſpei multis in diuino auxilio fuit, omnes ad ſacrificia & expiationes ſe conuerterunt, *atque confugerunt*, multíque noui ac inuſitati ritus, parum congruētes deorum cæremoniis, in vrbem à ciuibus rom. introducti ſunt. Vbi verò cognouerunt nullum auxilium ſibi à Deo ferri, ſéque ipſi nulli curæ eſſe, eumque nulla tangi miſericordia, & ipſi diuino cultui vale dixerunt. In hac calamitate alter conſul, Sex. Quintilius, mortuus eſt, & Sp. Furius, qui ei ſubrogatus fuerat, & quatuor ex tribunorum collegio, ſenatores quoque multi ac boni.

Anno V.C. 301, olymp. 82. conſulibus P. Horatio & Sexto Quintilio peſtis atrociſſima.

Vrbe igitur hoc morbo implicita, Æqui bellum pop. rom. inferre conati ſunt, & ad eius ſocietatem alias gentes quotquot Romanis inimicæ erant, per legatos ſolicitarunt. E Haud tamen illi copias ex vrbibus ſuis ſatis maturè educere potuerunt: dum enim adhuc ſe ad bellum apparabant, idem morbus eorum populos inuaſit: nec ſolùm Æquorum, ſed etiam Volſcorum & Sabinorum agrum peruagatus eſt, magnámque hominibus cladem attulit. Quo malo accidit vt neglecta ac impedita agrorum cultura, fames ad peſtem accederet. His conſulibus ob peſtilentiam nihil militiæ domiue geſtum eſt dignum quod memoriæ proderetur.

Æqui dū Romanis peſte laborantibus inferre bellū conantur, ſed dū ſe ad bellum comparant, peſtis eos inuadit: quę & Volſcos ac Sabinos peruagatur.

¶Anno ſequenti conſules creati L. Menenius, & P. Seſtius, peſtilentia autem penitus ceſſauit. Poſtea publicè diis ſupplicatum, ludíque inſignes

Anno V.C 302 conſulibus L. Menenio & P. Seſtio, annonæ caritas, & rogatio de creādis legūlatoribus.

Inſignes magnificentiſſimè facti, totúſque populus (vt veriſimile eſt) genio indulgebat, & in epulationibus erat, totáque hyems ita eſt conſumpta. Ineunte vere multum frumenti ex variis partibus comportatum, & maior pars ex ærario coëmpta, nonnihil etiam à priuatis negotiatoribus aduectum. Populus enim non mediocriter commeatuum inopia laborabat, quòd agri colonis peſtilentia abſumptis inculti relicti fuiſſent. Eodem tempore reuerſi ſunt legati cum legibus, quas afferebant Athenis, & ex aliis Græcis vrbibus, quæ in Italia erant: moxque tribuni plebis conſules adierunt, poſtularúntque vt ex s.c. legum latores crearent. Illi verò quum neſcirent quónam modo eos continuis precibus ſe obtundentes ablegarent, qu`umque A rem eam moleſtè ferrent, nec dominatum optimatum vellent tollere, honeſtam ac ſpecioſam cauſam prætexentes, rem diſtulerunt. Dixerunt enim comitiorum tempus inſtare, & conſules ſibi priùs deſignandos: eos autem breui creatum iri. Deſignatis verò conſulibus, dixerunt ſe vnà cum illis de legum latoribus ad ſenatum relaturos. Tribuniſque id concedentibus, indictis comitiis longè maturius ſolito conſules deſignatur, App. Claudium & T. Genucium. Deinde depoſita omni reipub. cura, quaſi ad alios hæc iam pertineret, tribunis aures ampliùs non præbebant: ſed reliquum tempus ſui conſulatus doloſè ac inaniter terere cogitabant. Fortè autem alter conſul Menenius morbo quodam diuturno correptus detinebatur. Nec deerant qui dicerent ei præ dolore ac mœrore animi, qui eum inuaſerat, tabem vix ſanabi-B lem à morbo conciliatam. Hac occaſione arrepta, Seſtius, quaſi ſolus nihil poſſet agere, tribunorum preces repellebat, eóſque ſe ad nouos magiſtratus conuertere iubebat. Illi quum non haberent quò ſe verterent, ad Appium & collegam eius, qui nondum inierant magiſtratum, confugere ſunt coacti, eóſque modò pro concione rogabant, modò cum ſolis priuatim agebant: tandémque eos vicerunt, ac rem ipſis perſuaſerunt, magna honoris ac potentiæ ſpe illis propoſita, ſi plebis partes ſequuti fuiſſent. Cupiditas enim noui magiſtratus capeſſendi Appium inuaſerat, vt & leges cōcordiæ ac pacis patriæ ferret, eiuſbúſque autor eſſet vt omnes *eam* vnam *communémque* patriam exiſtimarent. Magiſtratu tamen magno ornatus, in boni viri officio non permanſit: ſed tandem poteſtatis magnitudine corruptus, perpetuum magiſtratum affectare cœpit: & parum abfuit quin in tyrannidem euaderet. Quibus de rebus ſuo C loco commodiùs à me dicetur. Tunc verò quum optima mente cōſilium iſtud iniiſſet, & rem collegæ perſuaſiſſet, ſæpius ad concionem à tribunis vocatus, progreſſus, multas & populares conciones habuit. Capita autem eius concionum hæc erant; vt leges ferrentur, & ciues de iuris æquabilitate inter ſe ſeditioſè contendere deſinerent tam ſibi quàm collegæ ſummopere placere, ſéque ſuam ſententiam apertè dicere ſignificabant. Creandorum verò legiſlatorum nullam ſe habere poteſtatem, quòd magiſtratum nondū iniiſſent: ſed Menenio eiúſque collegæ ſenatuſconſultum exequentibus, ſe non ſolùm non aduerſaturos, ſed etiam illos adiuturos, ipſiſque magnam gratiam habituros. Quòd ſi tergiuerſarentur, & magiſtratum prætexentes, ſe excuſarent, dicentes ſibi non licere alios magiſtratus imperium conſulare habituros D creare, nobis *iam deſignatis, &* populi ſuffragiis in noſtro munere iam confirmatis, ſe *quominus id facerent* illis impedimento non futuros: ſe enim vltro ceſſuros aliis, qui in ſuum locum electi eſſent, ſi modò & ſenatui ita videretur. Populo autem egregiam eorum voluntatem collaudante, & omnibus confertim in curiam irrumpentibus, Seſtius ſenatum conuocare ſolus coactus (quia Menenius collega morbo impeditus, intereſſe non poterat) de legibus ad patres retulit. Ergo tunc etiam multa verba hinc inde facta ſunt, tam ab illis qui ſuadebant vt ciuitas legibus regeretur, quàm ab iis qui patrios mores ſeruandos cenſebant. Sed ſententia conſulum in proximū annum deſignatorum vicit, quam App. Claudius, primò loco rogatus, E dixit, vt decemuiri ſenatorij ordinis nobiliſſimi eligerentur, eorumque imperium eſſet annuum ab eo die quo creati fuiſſent, & totius reipub. adminiſtrationem haberent, cum ea poteſtate, qua tunc conſules præditi erant, & quam reges multò antè habuerunt: cæteríque omnes magiſtratus abrogarētur, donec poſtea ex legibus creati fuiſſent, vtque de priuatis contractibus cognoſcerent, *eóſque deciderent*, & publica negotia procurarent. Tribuni, accepto hoc ſenatuſconſulto, in cōcionem progreſſi, eóque apud populum recitato, ſenatum, Appiumque eius ſentētiæ autorem, multis laudibus extulerunt. Deinde vbi dies comitiorum venit, tribuni populo ad concionem conuocato, conſules quoque deſignatos adeſſe iuſſerūt, vt promiſſa populo præ-

Appius Claudius & T. Genucius cōſules deſignantur.

Seſtius preces tribunorum remittit.

Appium noui magiſtratus capeſſendi cupido inceſſit.

Appius Claudius vnus ex iis qui decemuiros legibus ferendis creari ſuadent ac vincit hæc eius ſententia.

ſtarent.atque illi in medium progreſſi,conſulatu ſe abdicarunt. Hos populus vehementer laudauit,admiratúſque eſt:& quum legũ condendarũ gratia decẽuiri creandi eſſent,eos primos elegit. Creatique ſunt cẽturiatis comitiis App.Claudius, T.Genucius,qui in annũ proximũ cõſules deſignati fuerãt, & cum his P.Seſtius,illius anni cõſul, & tres legati,qui leges à Græcis attulerãt,P.Poſtumius,Sex.Sulpicius,A.Manlius,& vnus ex ſuperioris anni conſulibus, T.Romilius,qui à Siccio accuſatus,& populi iudicio dãnatus,tunc tamẽ ſententiæ popularis autor fuiſſe videbatur.& ex reliquis ſenatoribus C.Iulius, T.Veturius,& P.Horatius,omnes cõſulares:tribunorũ verò,ædilium,quæſtorum,& ſi qui alij patrij magiſtratus Romæ erant, abrogati ſunt.

Decemuiri centuriatis comitiis creati.

Anno V.C.303. Decemuiri qualẽ reipubl. formã conſtituerint. *His enim mediante optima reipubl. redderetur quam ciuitatis, populi hoc gentium ea rel is datione gubernacolis. Apud Dionyſiũ tamen neuter habetur: ſed tãtum, inuaſiſſe in ea.* ... *Græca Dionyſii verba ſonant,* & eos qui dubie ciuitati p...

¶Anno ſequenti decẽuiri legũ condẽdarũ cauſa creati, aſſumptis reip.gubernacu- A
lis talem † ciuitatis formã conſtituerunt. Faſces & reliqua cõſularis poteſtatis inſignia penes vnũ eorũ erant,qui ſenatũ cõuocabat,decreta confirmabat,cæteráque munia obibat,quæ ad ducẽ pertinebãt: reliqui verò,ad minuendã poteſtatis inuidiã,habitu nõ multùm à priuatis differebant:deinde alius rurſus ei poteſtati ſuccedebat: hoc autẽ vicibus ſeruatis perpetuò fiebat,idque ad certũ dierũ numerũ præſtitutum, donec tẽpus annui imperij,quod acceperant,elaberetur. Omnes autẽ à matutinis horis pro tribunali,tã de priuatis quàm de publicis contractibus cognoſcebant, & omnes controuerſias,quęcũque ortæ fuiſſent cũ ſubiectis,aut ſociis,aut gentibus † dubiæ fidei erga pop.rom.dirimebant, de ſingulis ſumma æquitate & iuſticia iudicãtes. Illóque anno reſpub. romana decẽuirali imperio optimè adminiſtrata videbatur. Sed maximè
in illis laudabatur plebis cura,& contra omnem vim præſentaneum auxilium quod B
imbecillioribus ferebant: iactatúmque à multis, non fore ampliùs opus ciuitati aliis priſcis tribunis pl.quòd vnius moderati magiſtratus imperio omnia rectè adminiſtrarentur:cuius princeps habebatur Appius, qui totius decemuiratus laudem à populo ferebat. Nam non ea ſolùm quæ cum collegis optimo animo agebat,opinionem probitatis ei conciliabant:ſed multò magis ea quæ per ſe ipſe aſſiduè exercebat, ſalutando & appellando comiter,aliiſque officiis pauperes demerendo. Hi decemuiri leges conſcriptas tum ex Gręcorum iure,tum ex ſuis moribus non ſcriptis,in decem tabulis cuilibet cognoſcendas propoſuerũt,omnium priuatorum correctionem

Decemuiri leges à ſe conſcriptas proponunt in decem tabulis,omniũ priuatorũ correctionem admittentes. petent.

admittentes,& hoc agentes vt leges ſcriptæ omnibus placerent. Diúque in publico C
cum optimis quibuſque viris de iis legibus conſultarunt, eas accuratiſſimè examinantes. Vbi verò leges ſcriptę viſæ ſunt ſatis bene habere,primùm coacto ſenatu,nemine ampliùs eas leges reprehendente,ſenatuſconſultum de ipſis fecerunt. Deinde populo ad comitia centuriata conuocato, pontificibus,auguribus, aliiſque ſacerdotibus præſentibus,& re diuina ex eorum præſcripto,de more facta, centurias in ſuffragia miſerunt. Leges autem plebiſcito quoque confirmatas, & in æreis columnis inciſas in loco fori maximè conſpicuo ordine diſpoſitas propoſuerunt. Et quum de annuo eorum magiſtratu non multùm ſupereſſet,conuocatis patribus ad eos de comitiis retulerunt,vt conſultarent de magiſtratibus creandis, & viderent quinã creandi eſſent. Poſt multas autem ſententias *hinc inde dictas*, ea vicit quę cenſebat decemuiros iterum creandos,totiúſque reipub. ſummam illis committendam. Videbatur D
enim aliquid deeſſe legum numero propter breuitatem temporis, quo fuerant conditæ. Et vt leges iam perlatæ à volentibus & nolentibus obſeruarentur, alicuius magiſtratus ſumma,ac libera poteſtate opus eſſe videbatur. Quod autem potiſſimùm eos induxit vt decemuiros creari mallent, fuit tribunitiæ poteſtatis abrogatio, quam maximè exoptabant,atque hæc quidem fuére publicæ illorum conſultationes. Sed priuatim primores ſenatus eum magiſtratum ambire decreuerũt, veriti ne ſi homines aliqui turbulenti tantam poteſtatem adepti fuiſſent,grauem aliquam cladẽ reipub.afferrent. Quum autẽ plebs ſenatuſcõſultũ facilè cõprobaſſet, & maxima animi alacritate ſuis ſuffragiis id confirmaſſet,decemuiri diẽ comitiorũ indixerunt: honoratiſſimi verò quique & natu maximi è patribus *eum* magiſtratũ petierunt. Ibi magnis E
laudibus ab omnibus efferebatur Appius, qui tunc decemuirorum princeps fuerat: & tota plebs eũ in eo magiſtratu retinere volebat, quòd nullus alius è toto collegio melius ſe in eo geſſiſſet. Ille primùm ſimulatè id recuſabat,& à negotioſa & inuidioſa reip.adminiſtratione ſe liberari petebat. Sed tandem quum omniũ precibus rogaretur,ipſe quoque nõ dubitauit *eum* magiſtratũ petere,& criminatus ſuos competitores,*viros* optimos,ſibi præ inuidia parũ ęquos eſſe,amicis ſuis apertè fauit. Itaque rurſus cẽturiatis comitiis legiſlator creatus eſt,& cũ eo Q.Fabius Vibulanus,qui ter cõſulatum geſſerat,vir omni virtute præditus,& ad eã vſque diẽ inculpatus: & reliquis

verò

verò patriciis,quos ille charos habebat,*M.Cornelius* M.Seruilius,L. Minutius,T.Antonius,Manius Rabuſcius,viri nõ admodum clari. Ex plebeiis verò Q.Petilius, Cæſo Duellius,& Sp.Oppius.Hos enim quoque Appius aſſumpſerat,vt maiorẽ plebis gratiam ſibi cõciliaret,docẽs æquum eſſe vt, quum nunc magiſtratus creetur, cui totius reip.adminiſtratio cõmittatur,plebs etiã eius ſit particeps.Ob hæc igitur omnia laudatus,habitúſque omniũ regũ,& conſulũ optimus,magiſtratum in proximũ annum iterũ accepit.Hæc illo anno decemuiris remp. gubernantibus geſta ſunt, nec aliud quidquã memoratu dignũ,actũ eſt. ¶ A N N O ſequenti decẽuiri,*nimirũ* App. Claudius eiúſque collegæ,accepta conſulari poteſtate,Idibus Maijs(mẽſes autẽ,pro curſu lunari tũc obſeruabãt,& plenilunium in ipſas Idus incidebat) primùm quidẽ fœdere clandeſtino inter ſe inſcia plebe icto,coniurarunt, nequis ex collegio vlla in re alus aduerſaretur:ſed quod vni eorũ placuiſſet id omnes firmũ ratũque haberent,& imperiũ perpetuò retinerent,nec alium quempiã ad reip.adminiſtrationẽ admitterent,omnéſque pari honore,& pari poteſtate eſſent, & ſenatuſconſultis,aut plebiſcitis,nõniſi rarò,idque vrgẽte neceſsitate vterẽtur,maximã verò rerũ partẽ pro imperij ſui poteſtate agerẽt.Quũ autẽ veniſſet dies quo magiſtratũ inituri erãt, poſt peracta ſacra ſolemnia(ſic autẽ dies Romanis feſtus ſacerque eſt,& maximè religioni habẽt quidquã in eo iniucundũ,aut audire,aut videre)manè ſtatim omnes cũ omnibus regiis inſignibus prodierunt. At populus,vt vidit eos nõ retinere amplius popularem illum & moderatũ magiſtratus habitum,nec regię poteſtatis inſignia per vices mutare,vt antè faciebant,magno animi mœrore ac triſtitia correptus eſt. Eum autẽ terrebãt alligatę faſcibus ſecures, quas duodecim lictores vnicuiq; eorũ pręferebãt, verberibus turbã ex viis ſubmouentes, quemadmodũ olim ſub regibus fiebat.Hic enim mos cõfeſtim poſt eiectos reges antiquatus fuerat à viro populari P.Valerio,qui in eorũ poteſtatẽ ſucceſſerat.Quẽ omnes cõſules deinceps ſequuti, vt præclari exẽpli autorẽ imitati,ſecures faſcibus,niſi in expeditionibus aliiſue publicis profectionibus, amplius nõ addebãt. Quoties verò bellũ externũ gerebãt,aut res ſubditorũ inuiſebãt,tunc etiã ſecures ad faſces adhibebant,vt illius ſpectaculi terror,quaſi *ſolis* hoſtibus aut ſubditis incuteretur,ciuibus minus grauis videretur.Hoc igitur cõſpecto,

Alij decemuiri centuriatis itidem comitiis creati.

Anno V.C. 304, Appius cum collegis antequã ſuum decemuiratus magiſtratum ineant fœdere clandeſtino inter ſe plebe inſcia coniurant.

Decemuiri cũ regiis inſignibus prodeunt quod populo mœrorẽ affert.

A ſu lunari ... (see above)

C quod regiæ poteſtatis inſigne putebatur,omnes(vt dixi) metus ingẽs inuaſit,quaſi de libertate ſua actũ exiſtimarẽt,& pro rege vno decẽ à ſe creatos putarẽt.Quũ igitur decemuiri,multitudinẽ hoc modo terruiſſent,eáque in poſterũ metu regere ſtatuiſſent, ſinguli ſodalitatẽ cõtraxerunt,& audaciſſimos quoſque,ſibique maximè conuẽniẽtes iuuenes deligerũt.Quòd igitur pleriq; inopes ac infimæ cõditionis homines, publicis cõmodis priuatos quæſtus præferẽtes,tyrannicæ poteſtatis adulatores extiterint,hoc nec præter opinionẽ,nec præter ſpẽ accidit,ſed quòd etiã ex ordine patricio multi inuẽti fuerint,qui quũ opibus & nobilitate aliquomodo de ſe magnificè ſentire poſſent, tamẽ nõ dubitarint vnà cũ decẽuiris patrię libertatẽ opprimere,hoc admirãdũ omnibus videtur:qui indulgẽtes omnibus voluptatibus,quæ hominibus imperare ſolent,

D magna licentia,& ſine vllo metu ſuũ imperiũ in remp.exercebãt, S.P.Q.R. penitus contẽnentes,omniũ ipſi legũlatores,& iudices,multos ciuiũ occidẽtes,multos bonis iniuſtè exuentes.Vt autẽ iniuſta ac atrocia eorũ facinora ſpeciẽ iuſtitiæ haberẽt, de ſingulis cauſis iudicio cõſtituto cognoſcebãt: accuſatores verò ab illis qui eis tyrãnidẽ aſtruebãt,ſubornabãtur:& iudicia cõſtabãt ex eorũ ſodalibus,qui ſibi inuicẽ gratiã referebãt,cauſas largiẽtes.Multas autẽ cauſas,eáſq; nõ maximi momẽti decẽuiri ſuo arbitratu iudicabant:itaque qui iuri ſuo nõ fidebãt, cogebãtur ſe eorũ ſodalitiis adiũgere,quia nulla alia ratione ſe ſuũ ius obtinere poſſe ſperabãt.Et tandẽ accidit vt in ciuitate pars corrupta,& laborãs maior eſſet quàm ſana.Qui enim decemuirorũ adminiſtratione grauiter offendebãtur,in vrbe manere nolebãt:ſed ſe in ſua prædia re-

E cipiebãt,comitiorũ tẽpus expectãtes,quaſi decẽuiri exacto anno poteſtatẽ depoſituri,& alios magiſtratus creaturi eſſent. Sed Appius, eiúſque collegæ quũ reliquas leges in duabus tabulis ſcripſiſſent,has quoque illis *decẽ* prioribus addiderũt: in quibus hæc quoque lex erat,ne patriciis cõnubia cũ plebeiis cõtrahere liceret, nõ ob aliam cauſã(vt mihi videtur)quàm ne familiis cõiugii & affinitatis vinculo conſociatis, ordines in cõcordiã coirẽt.Quũ autẽ comitiorũ tẽpus veniſſet, patriis moribus, ſimul & nouis legibus lõgũ valere dixerũt,nec expectato ſenatuſconſulto aut plebiſcito,in eodẽ magiſtratu permãſerũt. Sequitur olympias LXXXIII.qua in ſtadio vicit Criſo Himerẽſis,archõte Athenis Philiſco. ¶ Romæ verò Appius Claudius princeps decemuiratus tertiũ iã annũ conſularẽ poteſtatẽ deinceps retinebat, eiúſque collegæ, qui anno ſuperiore imperium habuerant, iterum in eadem poteſtate manſerunt.

Decemuiri è patriciis quoque nõ paucos nec obſcuros dominatus ſui quantumuis tyrannidi habent fautores.

Decẽuiri qualia iudicia exercerent.

Verba Græca, [illegible] *non ſonant,* Qui iuri ſuo non fidebant *ſed* qui iure aliis inferiores erant.

A decemuiris duæ legum tabulæ decẽ prioribus addũtur.

DIONYSII, ALEXANDRI F. HALICARNASSEI, ANTIQVITATVM ROMANARVM,

LIBER VNDECIMVS.

Anno V. C. 305, ſuperioris anni decemuiri, quum in magiſtratu permanerent, ob immodicam tyrannidé imperio priuantur.

Philoſophicã contẽplatione (dicit enim τῆς φιλοσόφου θεωρίας) videtur videtur contemplationem rerum ad philoſophiam pertinentium.

Ex hiſtoria quàm multa diſcere lectores eius cupiant.

OLYMPIADE LXXXIII, qua in ſtadio vicit Criſo Himerenſis, archon-
te Athenis Philiſco, Romani decemuirorum imperium quod tres an- A
nos rempub.adminiſtrarat, abrogarunt. Quo autem modo poteſtatem
quæ iam radices altas egerat *ex reipub.* extirpare aggreſſi fuerint, quo-
rum virorum ductu libertatem recuperarint, ob quas cauſas, quibúſue occaſionibus,
re ab initio repetita narrare conabor: quia talium rerum cognitionem omnibus (vt
ita dicam) hominibus, præcipuè verò iis qui in philoſophiæ contẽplatione, & in ciui-
lium negotiorum tractatione verſantur, neceſſariam eſſe, cóque decere puto: multis
enim non ſatis hoc ſolum ex hiſtoria cognoſcere, bello Perſico (vt de eo loquar) A-
thenienſes & Lacedæmonios victores fuiſſe, duobus prælis naualibus, vnóque terre-
ſtri, deuicto barbaro, qui ſecum ducebat tricies centena hominum millia, quum ta- B
men ipſi cum ſociorum auxiliis non eſſent plures quàm centum & decem homi-
num millia: ſed etiam loca vbi res geſtæ fuerint ex hiſtoria cognoſcere, & cauſas au-
dire ob quas illa facinora admiranda & omnem fidem ſuperantia ediderint, & per-
contari quinam fuerint tam barbarorũ quàm Græcorum exercituũ duces: denique
(vt ita dicam) quidquid in ipſis prælis geſtum eſt, audire volunt. Cuiuſuis enim ho-
minis animus, dũ verbis ad ipſas res quaſi manu ducitur, & dum non ſolùm audit quę
dicuntur: verùm etiam, quæ geruntur videt, voluptate afficitur, neque etiã homines
quum audiunt ea quæ in ciuitatibus geſta ſunt, ſatis habent ipſa rerum capita, & ea-
rum euentũ cognoſcere. Athenienſes Lacedęmoniis perſuaſiſſe vt ſuæ vrbis muros
demolirentur, & naues diſcinderent, & præſidium in arcẽ inducerent, & pro domi-
natu populari, quo patria ipſorum regebatur, pauci crearentur, quibus reip. admini- C
ſtratio committeretur, ne certamine quidẽ contra eos ſuſcepto. Sed ſtatim & quænã
eſſent neceſſitates, quibus ciuitas preſſa *tunc* hæc atrocia, & miſeranda mala pertu-
lerit, & quibus rationibus ciues adducti, & quorum oratione impulſi id fecerint, &
omnia quæ res ipſas comitantur ſcire volunt. Viris etiã ciuilia negotia tractantibus
(in quo numero philoſophos quoque pono, quotquot philoſophiã non verborũ, ſed
præclarorũ facinorũ exercitationem putãt) quemadmodũ cæteris hominibus *illud*
commune eſt, vt omniũ eorũ quæ rebus adhęrent, contemplatione pleniſſima dele-
ctentur. Sed præter voluptatẽ magna quoque cõmoda ad ciuitates duris, aſperíſque
earũ tẽporibus ex tali rerũ accurata cognitione redũdãt, qua etiã fit vt eæ ad res quæ
ipſis conducunt oratione vltro ducãtur. Homines enim, quæ proſunt, & quæ obſunt, D
facillimè cognoſcunt, quando ea ex multorũ exẽplis vident, iíſque qui ſe ad hæc hor
tantur prudentiæ magnæque ſapientię teſtimonium dicunt. Ob has igitur cauſas vi-
ſum eſt mihi accuratè perſequi omnia quæ in decemuiratus abrogatione acciderũt,
& quæ memoratu digna puto. De illis autem agam, initio non ab vltimis ducto, quę
multis videntur ſola cauſa libertatis fuiſſe, ab iis, inquã, quę Appius amore correptus
in virginẽ commiſit (hæc enim eſt aliorum eius facinorum appendix, hęcque eſt po-
ſtrema cauſa quæ plebis iram cõcitauit, quũ ſexcentę aliæ præceſſiſſent) ſed eas cõ-
tumelias ac iniurias, quibus decemuiratus remp. afficere cœpit primùm dicam, & o-
mnia ſcelera, quæ tunc in illo ciuitatis ſtatu commiſſi ſunt, ordine recenſebo. Cauſa
igitur quæ prima viſa eſt odium dominatui paucorum conciliaſſe hæc fuit, quòd de- E
ſpecta plebe, & ſenatu contẽpto, ſecundũ magiſtratũ cũ priore coniunxiſſent: deinde
quia honeſtiſſimos quoſque Romanos, quibus acta ipſorum diſplicebant, partim ex
vrbe pellebant, falſis grauibúſque criminibus illatis, partim interficiebant. Eos enim
accuſabant ſubornatis aliquibus de ſuis amicis, & ipſi de his cauſis cognoſcebãt: ſed
præcipuè quia audaciſſimis iuuenum, quos ſinguli eorum circa ſe habebant, permi-
ſerant, vt agerent & ferrent res eorum qui illi ciuitatis formæ aduerſarentur. Illi ve-
rò tanquam armis capta, & per vim expugnata patria, non ſolùm bona ſuis domi-
nis legitimè parta auferebãt: ſed etiam in formoſas eorum vxores impiè ſegerebant,
& in filias nubiles contumelioſi erant, & iis qui ideo indignabãtur, plagas vt man-

De iis quæ odium in decemuiros conflarunt.

cipiis infligebant. Et effecerunt, vt ij quibus hæc minimè ferenda videbãtur, relicta patria, cum coniugibus & liberis in proximas vrbes migrarent, quos Latini quidẽ ob cognationẽ, Hernici verò ob ius ciuitatis ſibi nuper a Romanis datũ, recipiebãt. Itaque (quod veriſimile eſt) tandẽ ſoli remanſerũt illi qui tyrãnorũ ſtudioſi erãt, & qui remp. nihil prorſus curabant. Neque enim patricij in vrbe permanſerunt, quòd decẽuiris reip. gubernatoribus aſſentari nollẽt, eorũ verò facinora impedire nõ poſſent: ſed ne illi quidem, qui in ſenatoriũ ordinem relati fuerant, quibus neceſſe erat adeſſe magiſtratibus: ſed horũ quoque plerique cũ integris familijs migrãtes, & domos deſertas relinquentes, in agris degebãt. Illis verò qui paucorũ potẽtiæ ſtudebãt, pergrata erat
A illuſtriſsimorũ virorũ fuga, cùm multis alijs de cauſis, tũ potiſſimum quòd ad iuuenum intemperantiã tanta arrogãtia acceſſerat, vt ne cõſpectum quidẽ eorũ ferre poſſent; quorũ præſentia ſibi facinora libidinis ac petulãtiæ plena patrãtibus erubeſcendũ foret. Quũ igitur ciuitas à præſtãtiore parte fuiſſet deſerta, & omnẽ libertatẽ amiſiſſet, qui bello victi ab ea fuerãt, occaſionẽ pulcherrimã ſibi oblatã rati, tũ contumelias, quibus affecti fuerant, vlciſcendi, tũ etiã res amiſſas recuperãdi, quòd ciuitas ob paucorũ dominatũ laboraret, nec cõtra ſe cõſpiraret, nec concors eſſe, nec reip. gubernacula, *vt ipſi putabãt*, ampliùs recipere poſſet, paratis rebus ad bellũ neceſſarijs, in eã cũ magnis exercitibus ruerunt. Et eodẽ tempore Sabini irruptione in agrũ conterminũ facta, & præda ingẽti parta, magnáque cæde multitudinis agreſtis edita, ad Regillum
B caſtra poſuerunt. Hoc autẽ oppidũ ab vrbe centũ & quadraginta ſtadia diſtat, prope flumẽ Tiberim ſitũ. Æqui verò in agrũ Tuſculanũ ſuo finitimũ irruptione facta, magnáque eius parte vaſtata, ad Algidũ caſtra poſuerũt. Decemuiri audito hoſtiũ aduẽtu, turbati, ſodalitates conuocarũt, & cũ ipſis quid faciendũ eſſet cõſultare cœperunt. Omnibus igitur placuit exercitum extra fines *agri rom.* mittere, nec expectare donec hoſtiũ copiæ vrbẽ ipſam inuaderẽt. Sed hæ difficultates valde eos premebãt, primùm an omnes Romani, atque adeò illi qui præſentẽ ciuitatis ſtatũ oderant, ad arma eſſent vocãdi. Deinde qualis militum conſcriptio faciẽda, *& quis delectus habendus* eſſet, vtrũ ſuperbus ac ſeuerus, quales ſub regibus, & cõſulibus haberi ſolebãt, an humanus, & moderatus. Illud quoque nõ parua cõſultatione dignũ ipſis videbatur, quiſnã bel-
C lũ, & militũ cõſcriptionẽ *ac delectum* decreturus eſſet, vtrũ ſenatus, an plebeia multitudo, an verò neutri quidẽ horũ, quòd vtrique ipſis ſuſpecti eſſent: at ipſi decẽuiri ſuo decreto hæc ſibi cõfirmarent. Tandẽ tamen poſt longã conſultationẽ ſenatũ conuocare ſtatuerunt, & dare operã vt ille bellum decerneret, & permitteret vt exercitus cõſcriberetur. Nã ſi hoc vtrumque à ſenatu decretũ fuiſſet, exiſtimabãt primùm omnes *ſibi* obtẽperaturos, præſertim tribunitia poteſtate ſublata, cui ſoli per leges principũ imperatis intercedere licebat. Deinde ſe quoque, qui ſenatui inſeruirẽt, eiúſque decreta exequerẽtur, belli adminiſtrandi poteſtatẽ legitimè accepiſſe viſum iri. Hoc cõſilio inito, præparatiſque ex ſuis amicis & cognatis, qui in ſenatu ſentẽtias ſibi vtiles dicerẽt, & iis, qui cõtra ſentirẽt, aduerſarentur, in forũ proceſſerũt, & præcone in
D mediũ producto, ſenatores nominatim vocare iuſſerunt: ſed nullus mediocris conditionis homo *ipſis* obtẽperabat, & præcone ſæpius clamante, nullóque prodeũte præter eos qui decẽuiris aſſectabantur: in quo numero erant peſſimi quique, qui paucorũ dominatui fauebant: qui tũc in foro erant, mirabantur quòd, qui nulla vnquam de re ſenatũ conuocarant, tunc primùm cognouiſſent eſſe etiam Romę aliquem ſenatum virorũ bonorum, ad quos reip. cura pertineret. Quibus animaduerſis illi ſenatores ex ædibus educere decreuerunt: ſed quum audiſſent pleraſque earũ deſertas eſſe, rem in poſterum diẽ diſtulerunt. Interea miſſis in agros hominibus eos inde euocarunt. Frequẽtiſſimo autẽ ſenatu, Appius decẽuiratus princeps, in medium progreſſus, ſignificauit à duabus gentibus, Æquis, & Sabinis, bellum pop. rom. inferri: Orationémque
E accuratiſſimè cõpoſitã habuit, cuius hic erat finis, militum conſcriptionẽ, *& delectum* decernendũ, copiáſque celeriter educẽdas, quòd tẽpus nullas moras pateretur. Hæc eo dicente, ſurrexit L. Valerius, cognomine Potitus, vir ob maiores magnificè de ſe ſentiens: Pater enim eius erat Valerius ille qui Herdonium Sabinum expugnarat, à quo Capitoliũ occupatum fuerat; & qui arcẽ quidẽ recuperarat, ſed ipſe in eo prœlio obierat: Auus verò paternus erat Publicola, qui reges expulerat, & optimatum dominatum conſtituerat; quẽ quũ Appius prodeuntẽ vidiſſet, & aliquid cõtra ſe dicturũ putaſſet, nõ eſt, inquit, tuus iſte locus, Valeri, nec decet te nunc loqui: Sed vbi iſti, qui ſunt maiores natu, & honoratiores quàm tu, ſententiã ſuã dixerint, tunc demum tu quoque rogatus tuã ſententiã dices. Nunc verò tace, & ſede: Sed non de his (in-

Poſtium vndi que aduerſus Romanos incurſiones.

Decemuiri, hoſtium incurſionibus auditis, turbati, educendũ exercitum, cẽſuerũt: ſed quo modo id faciendum ſit, ſtatuere nequeunt.

Senatores decemuirorum iuſſu in ſenatũ vocari, venire detrectant.

Senatores ex agris euocantur, & illis congregatis Appius decemuiratus princeps cõſcribendum exercitum & quàm primum educendũ eſſe docet.

Valerij Potiti ad Appiũ ver-

be, illũ loqui vetantem.

quit Valerius) at de aliis maioris momenti,& magis neceſſariis dicturus ſurrexi, quæ ſenatui primùm audiẽda arbitror. Ex his autẽ,quæ iſti audient, cognoſcent vtrũ hæc reip.ſint magis neceſſaria,quorũ cauſa à vobis iſti ſunt cõuocati,an verò ea,quæ ego ſum dicturus. Quare me,qui ſum ſenator,& Valerius,& qui de reip.ſalute verba volo facere,ne dicendi facultate priues. Quòd ſi ſolitã in omnes arrogantiã ſeruatis,quorũ tribunorũ opẽ implorabo? Auxiliũ enim, quod paratũ fuerat in gratiã ciuiũ qui vim paterentur,à vobis eſt ſublatũ: quanquã, nónne hoc eſt omniũ malorũ grauiſſimum, quòd ego,qui ſum Valerius Potitus,ius meũ obtinere nequeã,ſed poteſtate tribunitia mihi ſit opus? Veruntamen quando illo magiſtratu priuati ſumus,vos omnes, qui cum iſto & illius magiſtratus poteſtatem accepiſtis,& reip.imperium habetis,imploro. A
Nec ignoro me hoc fruſtrà facere, qui velim veſtrã coniurationẽ omnibus manifeſtã fieri,vos totã remp turbaſſe,& omnes *in eam* conſpiraſſe. Imò verò te ſolum Q. Fabi Vibulane appello,qui tribus conſulatibus ornatus fuiſti, ſi adhuc eandẽ mẽtem habes,eia,ſurgas,& oppreſſis opẽ feras: ſenatus enim oculos in te vertit. His à L. Valerio dictis,Fabius pręՙ pudore nihil reſpõdens,ſedebat. Appius verò & cęteri omnes decemuiratus collegæ *ex ſuis ſedibus* exiliẽtes,eũ loqui prohibuerunt. Quum autem ingens tumultus in ſenatu exortus eſſet,& plurimi indignarẽtur,& illi,qui ex eorum ſodalitate erant,rectè eos facere exiſtimarent,ſurrexit M. Horatius,cognomine Barbatus,pronepos Horatij illius, qui poſt reges eiectos P. Valerio Publicolæ collega in

M. Horatius Barbatus quæ aduerſus Appium & cæteros decẽ viros in ſenatu dixerit.

conſulatu fuerat,vir & rebus bellicis acer, & ſatis facundus, & Valerij verus amicus, B
qui quum bilem ampliùs continere non potuiſſet, CETRIVS (inquit) cogẽs me, Appi, fræna rumpere,quũ nõ ampliùs moderatè vos geratis: ſed illum Tarquinium induatis,qui ne dicendi quidem poteſtatẽ fieri permittatis iis,qui de reip. ſalute ſuam ſententiã dicere volunt. Vtrũ ex animo veſtro excidit,poſteros Valeriorum, qui tyrannidem expulerunt,ſaluos *eſſe*,& ſuperſtites *eſſe* familię Horatiorũ ſucceſſores,quibus hoc eſt hereditarium,vt & cum aliis, & ſoli ſeſe opponant iis qui patriæ libertatem opprimunt? an nos,cæteróſque Romanos adeò ignauos iudicaſtis,vt præclarè nobiſcum agi exiſtimaturi ſimus, ſi quis nos quomodocunque viuere ſinat,nihil autẽ pro libertate & dicẽdi libera facultate,aut dicturi aut facturi ſimus? an poteſtatis magnitudine inebriati eſtis? Quinã vos eſtis,aut quem legitimũ magiſtratum habetis vt Valerio, aut cuipiam ex aliis ſenatoribus dicendi copiam eripere ſitis auſi? Nónne in annũ C
reip. adminiſtratio vobis cõmiſſa fuit? nónne veſtri magiſtratus tempus eſt elapſum? Nónne ex ipſa lege nũc eſtis priuati? Hæc vultis ad populũ efferri? Quid enim prohibebit quominus quiuis de nobis concionẽ conuocet,& veſtrã poteſtatẽ, quam cõtra leges habetis,accuſet? ciues in ſuffragia mittite hac ipſa de re, vtrũ oporteat veſtrum decemuiratũ manere,an iterum patrios magiſtratus creare. Et ſi populus eò inſaniæ progreſſus fuerit vt hoc patiatur,in eodẽ ſtatu iterũ permanere,& prohibere ne quis pro patria ea quæ vult,dicat,& ſi hæc iuſta videbuntur, digni erimus qui & hæc & multò peiora patiamur,in veſtrã poteſtatẽ redacti,& noſtras, noſtrorúmque maiorũ

[illegible]

virtutes turpi vita fœdantes. Eũ adhuc loquentẽ decẽuiri vociferantes circunſteterũt,tribunitiã poteſtatẽ ei intẽtantes,& minãtes ſe de ſaxo eũ præcipitẽ daturos,niſi D
taceret. Quãobrẽ omnes clamorẽ ſuſtulerũt, quòd libertas ſibi eriperetur & curia indignationis ac tumultus plena erat: at decẽuiros ſtatim pœnituit quòd dicere volẽtes prohibuiſſent, iiſque minati fuiſſent, vbi ſenatũ ea re irritatũ vidẽre. Deinde *vnus* ex

M. Horatio Barbato adhuc loquenti minantur.

illis, Appius,in mediũ progreſſus,rogauit eos qui tumultuabãtur,vt paulisper ſilentiũ facerẽt,& quũ eorũ tumultũ repreſſiſſet, Neminẽ,inquit,veſtrũ, P.C. dicẽdi poteſtate fraudamus,qui opportunè loquatur: ſed eos qui ſupra alios eminere volũt,& qui ſurgũt antequã vocentur,coërcemus. Ne igitur indignemini: nã & Horatio,& Valerio,

Appij decemuiri verba ad componendũ tumultum aduerſum ſe & cæteros tumultũ.

& alij cuilibet ſuo loco ex priſca cõſuetudine,& more,dicẽdi copiã faciemus, ſi modò quorũ cauſa cõſultaturi huc cõueniſtis,de his,& de nulla alia re pręterea verba faciãt. Quòd ſi ſuis cõcionibus veſtrũ fauorẽ captẽt,& diſſidia in vrbe ſerãt, de re pro- E
poſita nulla verba facientes,tũc ſcias, M. Horati,iſtos reip. perturbatores coercẽdi poteſtatẽ à plebe acceptã nos habere,quãdo & cõſularis,& tribunitius magiſtratus plebiſcito nobis eſt cõmiſſus,eiúſque tẽpus nõdũ eſt exactũ, vt tibi videtur: neque enim in annũ,aut in aliud aliquod pręſtitutũ tempus *decẽuiri* creati fuimus: ſed donec omnes leges cõdiderimus,& cõſtituerimus. Peractis igitur quęcunq; in animo habemus, & reliquis legibus perlatis,tũc demũ magiſtratũ deponemus, & cuilibet de vobis rationẽ rerũ à nobis geſtarũ reddemus. Interim verò nec cõſularẽ,nec tribunitiã poteſtatem vllo modo imminuemus. De bello verò,quónam modo,& quàm celerrimè,&

pulcherrimè hoſtes vlciſcamur, vos rogo vt in medium progreſſi ſentẽtias dicatis, ac
primùm quidem (vt moris eſt, & vt vos decet) ſeniores, deinde mediæ ætatis viri, po-
ſtremo loco iuniores. His dictis primùm vocauit patruum ſuum, C. Claudium. Ille
verò ſurrexit, & talẽ habuit orationẽ, QVANDO C. Appius me primum ſententiam
dicere vult, ob cognationẽ me honorans, vt eum decet, quando etiam quæ de bello
contra Æquos & Sabinos ſentio me dicere oportet, antequam meam mentẽ vobis a-
periam, illud ex vobis vellẽ quærere, qua ſpe adducti Æqui & Sabini bellũ nobis in-
ferre, & noſtrum agrũ incurſionibus populari auſi fuerint, qui ad hãc vſque diẽ præ-
clarè ſecum agi putabant, diiſque magnã gratiam habebant, ſi quis ipſos ſuum agrum
A tutò poſſidere patiebatur. Si enim hoc cognoueritis, facilè etiam intelligetis quanam
ratione hoc bello optimè liberari poſſitis. Illi igitur quum audierint iampridẽ noſtrã
rempub. fluctibus ac tẽpeſtatibus agitari & laborare, & plebẽ patricióſque à reipub.
præſidibus animo alieno eſſe, idque non falſò audierint (reuera enim res ita ſe habet,
neque cauſas apud vos, qui earum eſtis gnari, à me dici eſt opus) exiſtimarũt, ſi quod
externũ bellũ vobis præter mala inteſtiua inferretur, & magiſtratus vellẽt copias e-
ducere ad agri propugnationẽ, eos neq; habituros omnes ciues ad militare ſacramẽ-
tũ prõptos, vt antea, quòd magiſtratus odio proſequantur, nec duces pœnis lege ſta-
tutis in contumaces vſuros, veritos ne quod grauius malum faciant. Eos verò qui ob-
temperarint, & arma ceperint, aut ſigna deſerturos, aut, ſi permaneãt, rem in præliis
B ignauiter dedita opera geſturos, quorum nihil ſperatum quod nõ ſit veriſimile. Quo-
ties enim ciuitas cõcors bellũ ſuſcipit, & idẽ omnibus, tã illis qui imperant, quàm illis
qui parẽt, vtile videtur, omnes alacriter mala ſubeunt, nec vllũ laborẽ aut periculum
refugiunt. Quoties verò inteſtino malo laborãs, priùs quàm res domeſticas cõponat,
bella externa ſuſcepit, & multitudini in mentẽ venit ſe nõ pro ſuis bonis mala paſſu-
ram, ſed vt aliorũ imperium in ſe magis cõfirmet: ipſi verò duces cogitãt ſuas copias
nõ minùs quàm hoſtiles ſibi inimicas fore, cætera quoque laborãt, & quæuis manus
iſtiuſmodi exercitus facilè debellare & delere poteſt. Hæ ſũt, P. C. Sabinorũ & Æquo-
rum cogitationes, quibus freti in agrũ noſtrum irruptionem fecerunt. Si igitur nos ab
ipſis elatis cõtemni indignè ferentes, ita irati vt ſumus, copias cõtra eos educere de-
C creuerimus, vereor ne nobis accidãt quæ illi præuiderunt, imò verò certò ſcio hæc e-
uentura. Sed ſi ea quæ ſunt prima, & maximè neceſſaria cõſtituerimus (hæc autẽ ſunt
& multitudinis bona diſciplina, & vt omnibus idẽ cõducere videatur) expulſa ex vrbe
cõtumelia *ac inſolentia* & pluris habẽdi cupiditate, quæ iã hîc ſuas ſedes fixit, & repub.
in priſtinũ ſtatum reſtituta, illi qui nunc ſunt audaces, cõſternati, atmiſque abiectis ex
manibus breui ad nos venient, vt & damna data reſarciant, & de pace agãt, atque ita
nobis continget, quod omnes mente præditi optarent, vt eos ſine armis debellemus.
Nobis igitur hæc conſiderantibus (quando res domeſticæ adeò ſunt turbatæ) belli
conſultationem in præſentia omittendam, & de concordia, & ciuili diſciplina cuili-
ber agere volenti, copiam dicendi faciendam cenſeo: neque enim antequam in hunc
D ſtatum res adducerentur, nobis ab hoc magiſtratu vocatis de bellis conſultare, quum
talis eſſet rerum vrbanarum ſtatus, neque, ſi quid non rectè fieret, de eo cognoſcere
licuit. Magna verò reprehenſione dignus eſſet, ſi quis omiſſa hac occaſione, nunc de
rebus illis agere vellet. Nec poſſet quis certò affirmare fore vt neglecta hac occaſio-
ne, vt minus opportuna, aliam opportuniorem nanciſci poſſemus: ſi quis enim ex
præteritis futura coniicere velit, magnum poſtea intercedet tempus, quo de nulla re
publica conſultaturi conueniemus. Oro autem Appi, vos reipub. principes, qui pu-
blicorum etiam commodorum, non tantùm veſtræ priuatæ vtilitatis rationem ha-
bere debetis, vt ſi quid veri liberè, non autem ad voluptatem veſtram dixero, non
propterea me odio proſequamini, cogitantes me verba facturum, non vt veſtro ma-
E giſtratui conuicium dicam, cúmue contemnã: ſed vt, vbi demonſtraro quantis flu-
ctibus ac tẽpeſtatibus reſpub. iactetur, declarem etiã qua ratione ſalus ei afferri, quó-
ue modo ea in priſtinũ ſtatũ reſtitui poſſit: fortaſſe enim omnibus patriæ commodo-
rum ſtudioſis de publicis vtilitatibus verba neceſſariò ſunt facienda: ſed mihi præci-
puè: ac primùm quidẽ quia honoris cauſa primus ſententiã ſũ rogatus. Magni autem
pudoris, magnæque fatuitatis eſſet ſi qui primus ſurrexit, ea quæ primùm corrigẽda
ſunt, non diceret. Deinde, quia accidit vt quũ ſim patruus Appij, qui eſt decemuiro-
rũ princeps, maximè læter, quoties reſp. ab ipſis optimè adminiſtratur, & maximè, ſi
quiſquã alius, crucier, quoties ea malè geritur. Prætetea quia reipublicæ adminiſtran-

C. Claudij oratio in ſenatu ad Appium (cuius patruus erat) & cæteros decemuiros.

dæ ſtudia à maioribus hereditaria accepi, vt publica commoda priuatis vtilitatibus
anteponam, & nullum periculum priuatum conſiderem: quæ ſponte mea non pro-
dam. Hoc autem eſſe meæ vitæ inſtitutum *fateor*, nec virorum illorum virtutes dede-
corabo. Quòd igitur præſens reipublicæ ſtatus malus ſit, & ferè omnes eum iniquo
animo ferant, maximum hoc nobis eſto argumētum, quòd omnes qui rempublicam
adminiſtrabant (quod ſolum vos ignorare non poteſtis) quotidie deſertis patriis la-
tibus ex vrbe fugiant, & honeſtiſſimi quique plebeij, partim in proximas vrbes vnà
cum coniugibus & liberis, partim in remotiſſimos ab vrbe agros tranſlatis ſedibus ſe
conferant, nec multi patricij in vrbe commorentur, vt antè: ſed horum quoque ma-
ior pars in agris vitam degat. Sed quid opus eſt de aliis loqui, quando vel pauciſſimi A
ſenatorij ordinis vobis cognatione vel amicitia coniuncti in vrbe remanent, cæteri
verò ſolitudinem patria optabiliorem ducunt? Quum igitur vobis ſenatus conuo-
candus fuit, ex agris *ſenatores* viritim euocati conuenerunt, quibus patrium erat vnà
cum magiſtratibus patriam cuſtodire, & nulli publico negotio non intereſſe. Vtrum
igitur putatis homines dum patrias ſuas deſerunt, bona, an mala fugere? Equidem
exiſtimo, mala. Et quàm graue putatis hoc malum reipublicæ eſſe, præcipuè verò ro-
manæ, cui opus eſt magnis domeſticis copiis, ſi imperium ſtabile infinitimos popu-
los retinere velit, à plebeiis derelinqui, & à patriciis deſeri, quum nec bello, nec peſti-
lentia, nec vlla alia calamitate diuinitùs immiſſa infeſtetur? Vultis igitur audire cau-
ſas, quibus homines ſacra & maiorum monumenta relinquere, & lares ac paternas B
poſſeſſiones deſerere: & quamuis aliam terram patria potiorem ducere coguntur?
neque enim hæc abſque cauſa ita fiunt. Ego igitur rem vobis aperiam, & nihil cela-
bo. Magiſtratui veſtro, Appi, multa crimina, eáque à multis obiiciuntur, quæ vtrum
vera, an falſa ſint, mihi in præſentia quærendum non puto, obiiciuntur tamen. De
veſtris verò ſodalibus dicere ad rem præſentem non facit. Viri boni, & bonis progna-
ti parentibus, ad quos pertinent ſacerdotia, magiſtratus, aliorúmque honorum fru-
ctus, quibus eorum patres fruebantur, ægrè ferunt ſe maiorum dignitatibus ſpolia-
tos, ſéque ab his veſtra opera arceri. Homines verò mediocris fortunę, qui ſunt in vr-
be, & qui quietem à negotiis remotam ſectantur, crimini vobis dant bonorū ſuorum
iniuſtas rapinas, & cōtumelias quas exercetis in ipſorum vxores, & veſtras debaccha- C
tiones in ipſorum filias nubiles, & multa alia, eáque grauia cōtumeliarum genera de-
flent. Plebis verò pars pauperrima, quum nec comitiorum, nec ſuffragiorum ius am-
pliùs penes ſe habeat, nec ad concionem vocetur, nec vllius alius humanitatis ciuilis
ſit particeps, ob has omnes cauſas vos odit, veſtrúmq; magiſtratū tyrannidem vocat.
Quomodo igitur hęc corrigetis, & has ciuium cōtra vos criminationes compeſcetis?
Hoc enim mihi dicendū reſtat: ſi facto s.c. populo cognitionē reſtitueritis, vtrum ei
conſules, & tribunos, alióſq; patrios magiſtratus iterum creare, an in eadem ciuitatis
forma manere placeat: nā ſi totus pop. rom. paucorū dominatum probauerit, & vos
in eadē poteſtate manere decreuerit, tunc legitimè, nō per vim, magiſtratū habebitis.
Si verò conſules, alióſq; magiſtratus, vt antè, iterū creare voluerit, legitimè poteſta- D
tem deponetis, nec inuitis veſtris æqualibus dominari videbimini, hoc enim eſt ty-
rannicum: ſed à volentibus magiſtratus accipere, hoc eſt optimatum. Huius autem
inſtituti te principē *atque autorem* eſſe debere arbitror, Appi, & paucorū dominatum
à te cōſtitutum, & quondā nobis vtilem, nunc verò grauē, tollere. Quid autē lucri ſis
facturus ſi mihi parueris, & inuidioſam hanc poteſtatē depoſueris, audi. Si totum ve-
ſtrum collegiū eiuſdē fuerit ſententiæ, omnes exiſtimabunt, propter te qui princeps
fuiſti, hos etiam viros bonos eſſe factos: quòd ſi iſti nimium cupidè nefariam poten-
tiam retinere voluerint, omnes tibi gratiam habebunt, quòd ſolus iuſtè facere volue-
ris. Illis verò inuitis cum ignominia magnóq; damno magiſtratū abrogabunt, quòd ſi
qua fœdera clādeſtina feciſtis, & fidē occultè inter vos vltrò citróq; dediſtis & accepi- E
ſtis, facientes deos *veſtrorum pactorum* ſponſores (nā fortaſſe etiam aliquid tale à vobis
eſt factum) hæc ſi ſeruētur, putato impia, vtpote quæ cōtra ciues & patriam ſint facta:
ſi verò frangātur, pia. Dij enim ad honeſta & iuſta fœdera, nō autē ad turpia & iniuſta
teſtes adhiberi ſolēt. quòd ſi metu inimicorū magiſtratū deponere formidas, ne quod
periculum illi tibi creent, & rerū geſtarū rationē reddere cogaris, non rectè times: ne-
que enim pop. rom. adeò puſillo aut ingrato animo erit, vt tuorū peccatorū recorde-
tur, & beneficiorū obliuiſcatur: ſed præſentia bona cum malis præteritis collata exa-
minans, illa quidem venia, hæc verò laudibus putabit digna. Poteris verò etiam mul

ta ac

ta ac præclara facinora à te antè paucorum dominatum conſtitutum edita populo
in memoriam reuocare,& pro illis gratiam ad auxilium & ſalutem tuam repoſcere,
& multis modis ad crimina obiecta reſpondere. Partim quidem te non peccaſſe: ſed
alium quempiam te inſcio, partim verò te prohibere non potuiſſe quominus is qui
parem honorem habebat, faceret quæ vellet: partim verò te alicuius alius rei vtilis
cauſa coactum fuiſſe quædam contra voluntatem tuam perferre. Longa enim eſſet
oratio,ſi vellem ea omnia recenſere, quæ pro tua defenſione afferre poteris, & qui-
bus nulla eſt defenſio, aut victa, aut æqua tamen dum culpam fatentur, & depreca-
tionibus vtuntur,eorum qui iniuriam ſunt paſſi, iram mitigant: alij in ætatis amen-
A tiam culpam reiicientes, alij in improborum hominum colloquia *& conſortia*, alij in
imperij magnitudinem: alij in fortunam, quæ omnes humanas cogitationes fallit.
Ego tibi polliceor fore vt ſi imperium deponas,omnis iniuriarum memoria depona-
tur,& honeſtè (vt in malis) cum populo in gratiam redeas: ſed vereor ne periculum
falſò prætexas vt in eodem magiſtratu permaneas.Innumeris certè contigit vt depo-
ſita tyrannide nihil mali à ciuibus ſuis paterentur. Sed hæ veræ ſunt cauſæ, inanis
ambitio imaginem opinionis honeſtatis ſectans, & deſiderium pernicioſarum volu-
ptatum, quas vita tyrannica affert.Quòd ſi vis non ſimulacra & vmbras honorum ac
ſtultitiæ ſectari: ſed ipſis veris honoribus frui, optimatum dominatum patriæ red-
das, & honores à paribus accipias, & æmulationem apud poſteros conſequaris,glo-
B riámque immortalem pro mortali corpore poſteritati relinquas. Hi enim ſunt certi
ac veri honores, & qui eripi non poſſunt, & grati, nec pœnitendi. Conuertas ani-
mum tuum ad patriæ bona,iiſque gaudeas,quorũ præcipuus autor fuiſſe videberis,
graui dominatu ex ea ſublato.Horum autẽ exempla à maioribus petas,cogitans nul-
los ex illis viris tyrannicã poteſtatem affectaſſe: nec probroſis corporis voluptatibus
inſeruiſſe: propterea etiã ipſis cõtigiſſe,vt & viui,& mortui honorarentur,& laudem
apud poſteros conſequerentur. Omnes enim teſtantur eos optimatum dominatus,
quem noſtra ciuitas eiectis regibus cõſtituit,firmiſſimos ac fidiſſimos cuſtodes fuiſſe,
nec vllorũ tuorũ dictorũ, factorúmue clariſſimorũ obliuiſcaris. Prima enim tuorum
actorũ fundamenta præclara fuerunt,& magnã virtutis ſpem nobis attulerũt: quibus
C vt cætera quoque tua acta reſpondeant,te rogamus. Redi igitur ad tuum ingenium
Appi fili,& in repub.adminiſtrãda ne tyrãnica,ſed optimatũ ſtudia ſequere,& fuge
eos qui ad voluptatẽ loquũtur,quorũ opera de rectis inſtitutis deceſſiſti,& à recta via
aberraſti.Abſurdũ enim eſt putare,eum qui ab aliquibus ex bono malus fuerit factus,
eundem ab illis iterũ ex malo bonum fieri poſſe. Hæc ſæpe tibi exponere volui ſolus
cum ſolo agens,partim vt te ignarum docerem,partim vt peccantẽ admonerem,do-
múmque tuam non ſemel veni,*ſed ſæpius*,at filij tui me ex ædibus expulerunt, non eſ-
ſe tibi otiũ dicentes,ſed te aliis quibuſdã rebus magis neceſſariis vacare.Fortaſſe autẽ
nõ tuo iuſſu,ſed per ſe ipſi hoc cognoſcẽtes me ingreſſu prohibuerũt:& vellẽ hoc eſſe
verum.Hęc igitur res me coëgit in ſenatu tecũ agere de iis de quibus tecum colloqui
D volebã,quando nõ licuit mihi ſoli cũ ſolo id facere.Res autẽ honeſtæ & vtiles, Appi,
ſemper apud homines potiùs quàm nuſquã opportunè dici poſſunt.Quũ autem tibi
gẽtis noſtræ debita officia præſtiterim,deos teſtor,quorũ tẽpla & aras cõmunibus ſa-
crificiis colimus,nos qui ſumus gẽtis Appię ſucceſſores,& genios maiorũ,quibus poſt
deos,ſecundos honores cõmunéſq; gratias reddimus: ſed præcipuè terrã,quæ patrẽ
tuum,fratrẽ meum cõtinet,me vitã,vocémq; meam optimũ conſilium dantẽ tibi ex-
hibuiſſe: & pro viribus meis tuam ignorantiam corrigens,abs ţe peto ne mala malis
ſanes,néue dũ plura appetis,res etiã præſentes amittas,néue vt paribus & præſtantio-
ribus imperes,inferioribus & deterioribus pareas.Quãuis autẽ lõga oratione de mul-
tis prętere a rebus tecũ agere cupiã,tamẽ me piget:nã ſi deus te ad meliora cõſilia du-
E cit,& hęc quę dixi,plura ſunt quàm oporteat:ſi verò ad peiora,fruſtra & reliqua ſum
dicturus.Habetis,P.C.& vos reipub.principes,meam ſententiam de pace facienda,&
de vrbanis tumultibus ſedandis.Si quis verò hac aliam meliorẽ ſententiam dicet,vin-
cat optima.His autem à Claudio dictis,& magna ſpe ſenatui allata,fore vt decemui- *M. Cornelius decemuir ad C. Claudii admonitiones quid reſponderit.*
ri magiſtratum deponerent, Appius ad hæc nihil reſpondere voluit: ſed ex aliis pau-
corum dominatus fautoribus,M.Cornelius progreſſus, Nos (inquit) Claudi,de no-
ſtris propriis vtilitatibus ipſi cognoſcemus, tuo cõſilio non indigentes: ſumus enim
ea ætate,quæ eſt prudentiſſima,ita vt nihil eorum quæ noſtra interſunt,ignoremus:
nec amicis indigemus, quorum conſilio, ſi quid opus fuerit vtemur. Deſinas igitur

rem intempeſtiuam facere, tu, inquam, vir ſeniot hominibus conſilio non egenti-
bus ſententias dicere deſinas. Si qua enim de te Appium monere, aut ei conuiciari
vis (hoc enim verius) vbi ex curia fueris egreſſus, tunc ei conuiciaberis: nunc verò de
bello contra Æquos & Sabinos, cuius cauſa vocatus es, vt ſententiam diceres, quid
tibi videatur, dic, & deſine extra rem propoſitam nugari. Poſt eum ſurrexit iterum
Claudius, mœſtus, & habens oculos lacrymarum plenos, atque ita eſt loquutus, Ap-
pius, Patres conſcripti, in veſtro cõſpectu ne reſponſu quidem dignum me patruum
ſuum iudicat: ſed quemadmodum mihi ſuas ædes clauſit, ſic etiam aditum ad hunc
ſenatum mihi, quantum in ipſo eſt, claudit. Quòd ſi verita eſt dicẽda, ex vrbe etiam
expellor: neq; enim ampliùs eum tectis oculis intueri poſſem, qui ſuis maioribus in- A
dignum ſe præſtat, & tyrannicam iniquitatem ęmulatur: ſed cõuaſatis omnibus meis
rebus vnâ cum tota familia ad Sabinos proficiſcar, vrbem Regillũ habitaturus, vnde
oriũdi ſumus, & ibi in poſterum manebo, donec iſti præclarũ iſtum magiſtratum ob-
tinebũt. Vbi verò, quod ego vaticinor, huic decẽuiratui acciderit (breui autẽ hoc fiet)
tunc redibo, atque quod ad me attinet, hæc ſint ſatis. De bello verò, P.C. hæc eſt mea
ſententia, vt de re nulla quicquam decernatis, donec *alii* magiſtratus ereati fuerint.
Hæc loquutus, & ob generoſã ac libertatis ſtudioſam ſententiã valde collaudatus ſe-
dit. Poſt eum, ſorgens L. Quintius Cincinnatus, & Titus Quintius Capitolinus, & L.
Lucretius, & deinceps omnes decẽ ſenatus priocipes, in Claudij ſententiam iuerũt.
Qua re turbati, Appius, eiúſq; collegæ, decreuerũt nõ ampliùs pro ætate aut conſilij B
dignitate, ſed pro neceſſitudinis & ſodalitatis vinculo, ad ſententiam dicendã ſena-
tores vocare. Et progreſſus M. Cornelius, vocauit L. Corneliũ fratrẽ, qui Q Fabij Vi-
bulani tertiùm cõſulis collega fuerat, virũ impigrum, & ciuili facundia pręditum. Hic
quũ ſurrexiſſet, ita eſt loquutus, Hoc quoque, P.C. mirandũ eſt, quòd homines iſtius
ætatis, qua ſunt qui ſententiã antè me dixerunt, & qui ſenatus principes eſſe volunt,
odium implacabile ex ciuilibus offenſis ortũ, contra ciuitatis principes ſeruent: quos
opotteret (ſi fieri poſſet) & iuuenes optimo animo admonere, vt pro rebus honeſtis
certamina ſubeant, neue hoſtes, ſed amicos eos ducant, qui pro publicis bonis cõten-
dunt. Sed multò etiam admirabilius hoc eſt, quòd priuatas inimicitias ad rẽpub. tranſ-
ferant, & cum ſuis inimicis perire, quàm cũ omnibus ſuis amicis ſeruati malint. Nam C
noſtri ſenatus præſides ad supremũ demẽtiæ gradũ prouecti ſunt: & parũ abeſt quin
mẽte capti ſint. Iſti enim indignè ferẽtes ſe qui decemuiratũ petebãt, in quem nunc
inuehũtur, victos ab iis fuiſſe qui in comitiis ad id magis idonei ſũt viſi, perpetuò bel-
lũ implacabile cũ illis gerũt: & eò ſtultitiæ, imò potiùs inſaniæ, progreſſi ſunt, vt quò
iſtos apud vos criminẽtur, totã patriam euertere ſuſtineãt, qui, quum videant agrum
noſtrum ab hoſtibus vaſtari, & cernãt eos mox mox vrbem ipſam inuaſuros (ſpatium
enim quod interiacet non eſt magnum) & quum hortari ac incitare debeant iunio-
res ad certamen pro patria ſubeundum, & omni alacritate ſtudióque opem ei feren-
dam, totis viribus poſtulant vt de forma reipublicę conſulteris, & nouos magiſtratus
creetis, & quiduis aliud potiùs faciatis, quàm hoſtes maleficiis afficiatis, & ne hoc qui- D
dẽ ipſum videre poſſunt, ſe eſſe autores ſententiarũ, imò verò votorũ, quę nullo modo
ad finẽ perduci poſſunt. Ita enim rem cõſiderate S.C. de comitiis fiet, deinde decẽuiri
id promulgabunt, die ſtatuta in proximum trinũdinum. Quomodo enim verè vllum
plebiſcitum ratum eſſe poterit, niſi legitimè fiat? deinde vbi tribus tulerint ſuffragia,
tunc noui magiſtratus veniam ciuitati deprecabuntur, & de bello ad vos referent, vt
de eo conſuletis. Quum verò comitiorum tẽpus interea tantum ſit, ſi hoſtes contra
vrbem noſtram veniant, & copias ad muros admoueant, quid faciemus Claudi? Cer-
tè ipſis dicemus, expectate donec alios magiſtratus creauerimus. Claudius enim no-
bis perſuaſit, vt de nulla alia re ſenatuſconſultum faciamus, neque ad populum rem
referamus, neue copias conſcribamus, niſi priùs magiſtratus ex animi noſtri ſenten- E
tia conſtituerimus. Abite igitur, & quum audieritis, conſules alióſque magiſtra-
tus à populo romano creatos, & res omnes ad bellum neceſſarias à nobis paratas,
tunc redite vt de pace agatis, quando maleficiis vltrò nos laceſſiuiſtis, nulla iniu-
ria à nobis affecti, & quæcunque damna in excurſionibus dediſtis, ea omnia pe-
cuniis æſtimate, nobis iuſtè ſarcietis: Agreſtium verò cædis à vobis factæ nullam
habebimus rationem, nec ſiquæ ingenuæ mulieres contumeliam & petulantiam
militarem ſunt expertæ, nec ſiquod aliud grauiſſimum malum patratum eſt,
quicquam ideò à vobis exigetur, & illi nobis ad has conditiones eos inuitantibus,
moderatè

C. Claudius queritur quod Appius ipſius reſponſo dignatus non ſit.

L. Cornelij oratio qua, ad decemuirorum poſtulata reſpondet.

moderatè ſe gerent, & paſſi nouos magiſtratus à populo romano creari, & res ad bellum neceſſarias parari, tunc ſupplices preces pro armis afferent, & ſe nobis dedent. O ingentem horum ſtuitatem, quibus in mentem venit vt talia nugentur! O magnam noſtram ſtupiditatem, quòd iſtis hæc dicentibus non indignemur: ſed eos tanquam de hoſtibus, non autem de nobis ipſis, & patria conſultantes audire ſuſtineamus! Quin tollimus de medio iſtos nugatores? quin decernimus ocius auxilium agro qui vaſtatur? quin armamus omnem vrbanam iuuentutem? quin inferimus nos ipſi bellum eorum ciuitatibus? an domi manentes, & conuicia decemuiris dicentes, & nouos magiſtratus conſtituentes, & de ciuitatis forma
A conſultantes, vt pacis tempore, res omnes, quæ in agris ſunt, in hoſtium poteſtatem venire patiemur, & tandem in ſeruitutis, & euerſionis ipſius vrbis diſcrimen veniemus, permittentes vt hoſtes ad ipſa vrbis mœnia accedant? Non ſunt, Patres conſcripti, hominum ſana mente præditorum huiuſmodi conſilia, neque hominum prouidorum *reique publicæ adminiſtrandæ peritorum*, qui publica commoda priuatis ſimultatibus potiora ducunt: ſed contentionis intempeſtiuæ, & temerariæ hoſtilitatis, & infelicis inuidiæ, quæ eos quos in ſua poteſtate tenet, ſapere non ſinit: ſed has iſtorum contentiones valere ſinite. Quæ verò decreta reipublicæ ſalutaria, & quæ conſulta nobis ipſis conuenientia, hoſtibúſque formidabilia ſunt futura, dicere conabor. Nunc bellum contrà Æquos & Sabinos decernite, & maxima animi
B alacritate ſtudióque copias contra vtramque gentem profecturas conſcribite. Vbi verò bellum feliciſſimè à nobis confectum fuerit, & copiæ in vrbem redierint, in pace tunc, & de reipublicæ ſtatu conſultate, & à decemuiris de rebus omnibus in magiſtratu geſtis rationes exigite, & nouos magiſtratus create, & iudicia conſtituite, & his vtriſque dignos honorate, vbi hæc vtraque penes vos fuerint, illud ſcientes, non rebus tempora, ſed res temporibus inſeruire. Hac ſententia à Cornelio dicta, qui poſt eum ſurrexerunt, præter paucos, in eandem ſententiam iuerunt. Alij hæc neceſſaria, & præſenti rerum ſtatui conuenientia exiſtimantes: alij verò metu imperij decemuiris cedentes, illíſque obſequentes. Nam non minima patrum pars magnitudine poteſtatis perculſa erat. Quum autem maior
C ſententiarum pars dicta fuiſſet, & qui bellum decernebant, numero longè ſuperiores aliis eſſe viderentur, tunc Lucium Valerium inter vltimos vocarũt, quem ſtatim ab initio verba facere volentem, ab illis prohibitum fuiſſe dixi: qui quum ſurrexiſſet, talem habuit orationem, INSIDIAS decemuirorum videtis, P. C. qui principiò paſſi non ſunt me, quando volebam, verba apud vos facere, & nunc inter poſtremos dicendi poteſtatẽ mihi fecerunt, cogitantes (id quod veriſimile eſt) fore vt ſi ego Claudij ſententię adhæream, reipub. nihil proſim, quòd pauci in iſtam ſententiam iuerint, ſin aliam præter eas quæ ab ipſis ſunt dictæ, proferam, licet optimum conſilium dederim, fruſtra nugas effudiſſe videar. Facilè enim numerari poſſunt qui poſt me ſurgent: qui licet omnes mecum conſenſerint, quid tamen proficiã, quum ne minimam
D quidem partem eorum qui Cornelio patrocinantur, ſim habiturus? Nõ dubitabo tamen meam ſententiam dicere quamuis hæc ſuſpicer. Vbi enim omnia audieritis, in vobis erit optima ſequi. De decemuiratu igitur, quomodo rempub. c.rer, quęcunque Claudius præſtantiſſimus dixit, eadem à me quoque putetis dicta, *nimirum* creandos nouos magiſtratus, antequam bellum decernatur. Nam hæc quoque ab illo optimo animo ſunt dicta. Quoniam verò Cornelius conabatur demõſtrare, eam ſententiam ad exitum ac finem perduci non poſſe, quòd magnum temporis ſpatium interceſſurum, & in has ciuiles adminiſtrationes in ſumptum iri diceret, bello iam præſente, & conabatur deridere res minimè deridendas, quibus multos de vobis decepit, ego apud vos agam vt probem fieri poſſe id quod Claudius ſuaſit: (nullus enim, ne eorum
E quidem, qui eam ſententiam derident, eam detrimentoſam eſſe dicere auſus eſt) & docebo qua ratione & agrum tutari poſſimus *& quomodo* pœnas dare poſſint qui eum vaſtare ſunt auſi, & *quomodo* patrium optimatum ſtatum recuperare poſſimus & *quomodo* hæc omnia ſint futura omnibus ciuibus adiuuantibus, & nullo obnitente, nullam ſapientiam vobis demonſtrans: ſed exempla rerum à vobis ipſis geſtarum afferens. Vbi enim ipſa experientia *nos* docet quid cõducat, quid ibi opus eſt cõiecturis? Meminiſtis ab his ipſis gẽtibus, vt nunc, copias miſſas irruptionẽ feciſſe partim in noſtrũ, partim in noſtrorũ ſociorũ agrũ, & ab vtraq; *gente* miſſas, eodẽ tẽpore C. Nautio & C. Minucio conſ. & hic eſt, vt arbitror, nonus decimúſue annus, *ex quo hoc accidit*,

L. Valerij Potiti oratio, in qua ſuam de poſtulatis decemuirorum ſententiam profert.

Tunc igitur multa ac ſtrenua iuuentute à vobis contra vtramque gentem miſſa, alteri conſuli in anguſtiis caſtra ponere, coacto contigit vt nihil ageret, ſed in ſuis caſtris obſideretur, & propemodum ob commeatuum penuriam in hoſtium poteſtatem veniret. Nautius verò qui contra Sabinos caſtra habebat coactus eſt crebras pugnas cum ipſis committere, nec ſuis laborantibus opem ferre poterat. Illud autem certum erat, quòd ſi exercitus qui in Æquis erat, deletus fuiſſet, ne iis quidem qui in Sabinis bellum gerebat, reſiſtere potuiſſet vtriſque hoſtium exercitibus in vnum coactis. Quum igitur reſpublica talibus periculis circumdaretur, & ne in vrbe quidem cõcordia eſſet, quodnam remedium inueniſtis? Quum circa mediam noctem in curiam conueniſſetis (quod citra omnem controuerſiam res omnes iam labantes ſuſtinuit, & rempublicam A quę in infelicem ruinam ferebatur, erexit) magiſtratum vnum cum ſumma ac abſoluta belli paciſque poteſtate creaſtis, cæteris omnibus magiſtratibus abrogatis, & antequam dies illuceſceret dictator creatus eſt præſtantiſſimus L. Quintius, qui tunc non in vrbe, ſed ruri erat. Res autem quas poſtea vir ille geſſit, ſcitis, & validas copias ab eo paratas, & exercitum, qui periclitabatur, ſeruatum, & hoſtium iniurias vindicatas, eorúmque ducem captum: híſque omnibus intra ſolos quatuordecim dies confectis, & ſiqua reipublicæ pars conquaſſata eſſet, ea inſtaurata, faſces ab eo depoſitos. *Scitis* etiam nihil tunc prohibuiſſe quominus vno die vos volentes nouum magiſtratum crearetis. Suadeo igitur vt vos hoc exemplum ſequuti, quando nihil aliud facere poſſumus, antequam hinc egrediamini, dictatorem creetis: ſi enim B hanc occaſionem prætererimus, decemuiri nulla ampliùs de re nos conſultaturos conuocabunt. Vt autem dictator legitimè dicatur, interregem creetis, ex ciuibus eligentes quem maximè idoneum iudicaritis. quod facere conſueuiſtis, quoties nec interreges, nec conſules, nec vllum alium legitimum magiſtratum habetis, vt nũc non habetis. Nam tempus magiſtratus horum virorum præteriit, & ipſa lex faſces illis ademit. Hæc ſunt, P. C. quæ vobis vt faciatis ſuadeo, quæ & reipublicæ conducunt, & fieri poſſunt. Sententia verò cuius autor eſt Cornelius, eſt certiſſima veſtri optimatum dominatus abrogatio. Nam ſi ſemel decemuiri arma penes ſe habuerint per hãc ſpecioſam belli cauſam, vereor ne ea in vos conuertant: qui enim nolunt faſces deponere, an arma deponent? Hęc igitur conſiderantes, cauete vobis ab illis, & omnem C eorum fraudem prouidete. Prouidentia enim præſtantior eſt quàm pœnitentia, & improbis fidem non adhibere, eſt maioris prudentię, quàm fide illis antè habita, poſtea eos accuſare. Quum Valerius dixiſſet hanc ſententiam, pleriſque gratam, vt facilè coniici potuit ex eorum vocibus, & ex iis qui poſt illum ſurrexerunt (ibi autem ex ſenatoribus pars iuniorum reliqua erat) qui hæc optima exiſtimabant, paucis exceptis, quúmque omnes ſuas ſententias dixiſſent, & conſultandi finis eſſet faciendus, Valerius poſtulauit vt decemuiri ſententias in medio proponerent, vt de iis diſceptaretur, & denuò ab initio omnes ſenatores rogarent, & multis ſenatoribus priores ſententias mutare volentibus, hæc dicens, facilè rem perſuaſit: Cornelius verò, qui decemuiris belli imperium committendum cenſebat, acriter repugnabat, rem iam D iudicatam, & latis omnium ſententiis legitimum finem ſortitam dicens: ſententiáſque dinumerandas, & nihil ampliùs innouandum cenſebat. Quum autem hęc ab vtroque dicerentur magna contentione & vociferatione, & ſenatus diſſideret, atque alij huic, alij illi fauerent: & illi quidem qui flagitioſum adminiſtrandæ reipublicæ genus corrigi volebant, Valerium iuuarent, illi verò qui deteriora ſequebantur, & qui aliquod periculum ex rerum mutatione metuebant, Cornelio patrocinarentur: decemuiri, arrepta occaſione faciendi quicquid ſibi libuiſſet, quòd ſenatus diſſideret ac tumultuaretur, in Cornelij ſententiam iuerunt. Atque vnus ex illis, Appius, in medium progreſſus, ita eſt loquutus, De bello contra Æquos & Sabinos vos, P. C. cognituros conuocauimus, & omnibus volentibus à primis ad nouiſſimos vſque dicendi E poteſtatem fecimus vnumquemque ſuo loco vocantes: quum autem tres, Claudius, Cornelius & Valerius poſtremus ſententias differentes protulerint, vos reliqui de iis cognouiſtis, & vnuſquiſque veſtrûm omnibus audientibus, declarauit in quam ſentẽtiam iret. Omnibus igitur rebus legitimè peractis, quando maiori veſtrûm parti Cornelius optimum conſilium dediſſe viſus eſt, hunc vincere pronuntiamus, ſententiámque eius ſcriptam efferimus *ac promulgamus*. Valerius verò, & qui eius partibus fauent, quum ipſi conſularem poteſtatem fuerint adepti, tunc ſi illis ita placuerit, iudicia iam peracta reſcindant, & decreta quæ vos omnes feceritis, irrita faciant.

Cornelius ſententiæ Valerij aduerſatur, & decẽuiris belli imperium tradẽdum eſſe cõtendit.

Appij verba, Cornelii ſententiam ratam eſſe volentis.

His

His dictis, iuſſóque ſcriba recitare ſenatuſconſultum, in quo decretum erat, vt de-
cemuiris militum conſcribendorum poteſtas, bellíque imperium mandaretur, ſena-
tum dimiſit. Poſtea inſolentes & audaces homines ex ſodalitio eorum qui paucorum
dominatui fauebant, *vrbem* obambulabant, quaſi ſuperiores aliis euaſiſſent, & ne ſuus
dominatus tolleretur, effeciſſent, ſi ſemel armis potiti fuiſſent. Qui verò optimè de
republica ſentiebant, valde mœſti & territi *abierunt*, quòd nulla ampliùs reipublicæ
gubernacula in ſua poteſtate eſſent habituri. Et in multas partes diuiſi ſunt: quia
qui erant natura ignauiores, omnia victoribus concedere cogebantur: qui verò mi-
nùs erant formidoloſi, ab omni reipublicæ cura abſtinebant, & ſe ad vitam tranquil-
A lam conuertebant, atque accommodabant. In quorum verò animis magna genero-
ſitas innata erat, illi priuatas ſodalitates ſibi comparabant, & ad mutuum pręſidium,
& reipublicæ formam mutandam communi conſenſu ſe parabant. Harum autem ſo-
dalitatum duces erant qui primi in ſenatu de decemuiratus abrogatione verba face-
re auſi fuerant, L. Valerius, & M. Horatius, qui domos ſuas armis muniuerunt, & circa
ſe firmum ſeruorum & clientium præſidium habebant, ne quam vim paterentur, né-
ue apertè ignauiæ damnarentur. Qui verò neque victorum poteſtatem colere, nec
reipublicæ vllam curam gerere volebant, nec in otioſa quiete viuere honeſtum iu-
dicabant, nec tamen totis viribus bellum *cum illis* gerere facilè poterant, quum tan-
tam potentiam euertere ſtultorum eſſe videretur, vrbem deſeruerunt. Horum au-
B tem dux erat vir illuſtris, C. Claudius Appij, decemuiratus principis, patruus, rata fa-
ciens promiſſa quæ fratris filio in ſenatu fecerat, quando ſuis precibus eum adducere
non potuit vt imperium deponeret. Eum autem ſequuta eſt magna amicorum, ma-
gnáque clientium turba. Quum autem iſte initium feciſſet, alia quoque vrbana mul-
titudo non ampliùs clandeſtinè, neque rari, ſed apertè & frequentes patriam deſe-
ruerunt, ſecum liberos coniugéſque adducentes. Quæ quum iniquo animo Appius
eiúſque collegæ ferrent, primùm quidem eos prohibere conati ſunt, portis clauſis, &
nonnullis hominibus correptis: ſed deinde (eos enim inuaſerat timor ne qui prohi-
bebantur ad vim propulſandam ſe conuerterent, & recta ratio *eos ſubiit* ſatiùs ſibi fo-
re inimicos procul à ſuo conſpectu eſſe, quàm remanere & negotium ſibi faceſſere)
C apertis portis dimiſerunt quotquot abire voluerunt. Eorum verò domos, & patrimo-
nia, & quæcunque alia relicta fuerant, quæ in fuga abſportari non poterant, illato
crimine deſertæ militiæ, verbis quidem publicarunt, ſed re vera ſuis amicis, quaſi ea
à populo emiſſent, ſunt largiti. Hæc *igitur* crimina prioribus addita & patricios &
plebeios decemuiratui longè infeſtiores reddiderunt. Si igitur nullum ampliùs pec-
catum præter ſuperiora commiſiſſent, illi mihi videntur diu in eadem poteſtate per-
manſuri fuiſſe: ſeditio enim, quæ illorum potentiam cõſeruabat, in vrbe adhuc ma-
nebat, ob multas cauſas, & temporis diuturnitate aucta: ob quam vtrique alterorum
malis mutuò gaudebãt: plebei, quòd patriciorum ſpiritus depreſſos viderent, & nul-
lius rei publicæ adminiſtrationem ampliùs penes ſenatũ eſſe: patricij, *quòd cernerent*
D plebem libertate ſpoliatam, & ne minimam quidem potentiam habere, ex quo de-
cemuiri tribunitiam poteſtatem ei eripuerãt. Sed quum *illi* in vtramque partem, ma-
gna arrogantia vterentur, neque foris moderatè ſe gererent, neque domi temperan-
tes eſſent, coegerunt omnes concordes fieri, & ſuum imperium euertere, quum pro-
pter bellum arma penes ſe haberent. Poſtrema autem eorum peccata, & ob quæ eo-
rum imperium à plebe ſublatum eſt (hanc enim maximè contemnentes efferarant)
hæc fuerunt. Poſt ſenatuſconſultum de bello factum, copiis properè conſcriptis,
iíſque trifariam diuiſis, duas legiones in vrbe ad præſidium eorum qui intra muros
erant, reliquerunt. His autem duabus legionibus præfectus erat Appius Claudius, de-
cemuiratus princeps, & cum eo Sp. Appius. Tres verò *legiones* ſecum in Sabinos du-
xerunt, Q. Fabius, Q. Pętilius, & M. Rabuleius. Cum reliquis quinque legionibus M.
Cornelius, L. Minucius, M. Sergius, T. Antonius, & poſtremus Cęſo Duellius ad bel-
lum contra Æquos ſunt profecti. Cum illis autem militabant Latinorum & aliorum
ſociorum auxilia vrbana multitudine non minora. Sed nihil ipſis ex animi ſententia
ſucceſſit, quamuis tantas domeſticas, tantas ſociorum copias ſecum ducerent. Nam
hoſtes illis contemptis quòd milites eſſent tirones, caſtra ſua propiùs eos ex aduerſo
poſuerunt, & commeatus qui apportabantur, auferebant inſidiis per itinera collo-
catis, eóſque pabulatum exeuntes adoriebantur, & ſiquando equites cum equitibus,
& pedites cum peditibus ad manus veniſſent, licet cum *omnibus* legionibus pugna-

Deeſſe quædam videntur apud Dionyſium ante προσυποθῆναι: *vt ſit ſenſus*, quum ſperare tantam potentiã euerti poſſe, ſtultum eſſe videretur.

C. Appius ex vrbe diſcedit & cum eo pleríque alij.

Decẽuiri abire ex vrbe volentes prohibere conãtur portis clauſis: poſtea mutato cõſilio illis eas aperiunt, ſed poſtea eorum bona publicant.

Decemuiri ciuium animos magis ac magis à ſe alienant.

Decẽuiri bellũ foris & rempubl. domi vt adminiſtrauerint.

rent, ſemper tamen ſuperiores diſcedebant , quia non pauci in congreſſibus dedita
opera rem ignauiter gerebant, nec ducibus obtemperabant, nec eum hoſtibus con-
gredi volebant. Qui igitur in Sabinos profecti fuerant, paucioribus malis *edocti*, *&*
ſapientiores facti, vltro caſtra deſerere decreuerunt, & circa mediam noctem motis
caſtris ex hoſtico in ſuum agrum redierunt , inde diſcedentes non aliter quàm ſi fu-
giſſent,donec ad vrbem Cruſtumerium,non procul ab vrbe diſtãtem, peruenerunt.
At qui in Algido agri Æquorum caſtra poſuerant, quum ipſi quoque multa vulne-
ra ab hoſtibus acciperent , & in periculis perſeuerare vellent , quaſi damna accepta
reſarcire poſſent, res maximè miſerandas ſunt perpeſſi : hoſtes enim facto in eos im-
petu,& iis qui ad reſiſtendum remanſerant,de vallo deturbatis,munitiones conſceo- A
derunt : caſtríſque occupatis,paucos quoſdam repugnantes interfecerunt,ſed maio-
rem eorum partem in ipſa fuga conſectati confecerunt : qui verò ex fuga euaſerant,
pleríque ſauciati,& omnes propemodum amiſſis armis ad vrbem Tuſculum iuerunt.
Horum verò tentoria & iumenta & pecunias & ſeruos,& reliquum belli apparatum
hoſtes diripuerunt.Quibus rebus Romam nuntiatis,quotquot decemuiratus inimi-
ci erant , & qui hactenus odium occultabant , tunc ſe prodebant , ducum rebus ad-
uerſis gaudentes.Iámque valida manus erat circa Horatium & Valerium,quos ſoda-
litatis optimatum duces eſſe dixi. Appius verò ſuis collegis,qui in caſtris erant,arma,
pecunias,frumentum,& cætera quibus indigebant,ſuppeditabat,tam publica quàm
priuata magna cum ſuperbia capiens,&in amiſſorum locum ex omni tribu delectos, B
qui arma ferre poſſent, miſit, vt cohortes expleri poſſent : & res vrbanas diligenter
cuſtodiebat,opportuniſſima quæque loca præſidiis occupans,ne quid fortè ſe inſcio
molirentur qui cum Valerio *in decemuiros* conſpirarant , mandauítque per arcanos
nuntios collegis qui erant in caſtris,vt aduerſarios ſuos perderent, ac viros quidem
illuſtres clàm , eos verò quorum minor habebatur ratio , palàm , ſemper aliquibus
cauſis allatis,vt iure capitali ſupplicio affecti viderentur. Atque hæc fiebant. Nam
alij eorum ad pabulationes , alij ad commeatus , qui apportabantur , proſequendos,
alij ad aliquas alias res bellicas neceſſarias ab illis miſſi , vbi ex caſtris ſemel egreſſi
ſunt,nuſquam ampliùs conſpecti ſunt. At infimę conditionis homines accuſati quòd
fugę initium facerent,aut arcana conſilia ad hoſtes deferrent, aut ordines nō ſerua- C
rent,palàm ad cæterorum terrorem perdebantur.Duobus igitur modis milites per-
debantur, tum quia qui dominatus paucorum fautores erāt,dum cum hoſtibus con-
fligebant , interibant , tum quia qui optimatum dominatus cupidi erant , à ducibus
occidebantur. Multa autem huiuſmodi facinora ab Appio & eius factione , in vrbe
patrabantur. Alios igitur,quamuis multi interficerentur, multitudo minus curabat:
ſed vnius viri,qui plebeiorum erat illuſtriſſimus,& qui plurima præclara facinora in
bellis ediderat , cædes crudelis & nefaria in alteris caſtris facta , vbi tres duces erant,
omnes,qui ibi erant,paratos ad defectionem reddidit.Qui verò cæſus fuerat,erat ille
Siccius,qui in cxx. prælijs dimicarat,& qui ex omnibus fortitudinis ſuæ præmiis re-
tulerat : quem dixi , per ætatem militiæ iam immunem vltro ſe ad ſocietatem belli, D
contra Æquos addidiſſe,& cohortem 800. virorum,qui legitima ſtipendia iam con-
fecerant, ob beneuolentiam, qua eos proſequebatur,ſecum duxiſſe, cum quibus ab
altero conſule miſſus ad hoſtium caſtra,ad manifeſtum exitium, vt omnibus videba-
tur, & ipſo *hoſtium* vallo eſt potitus, & integræ victoriæ conſulibus autor fuit. Hunc
virum multa verba in vrbe facientem contra duces qui in caſtris erant , vt ignauos
& belli imperitos , Appius eiúſque fautores de medio quamprimum tollere cupien-
tes, ad colloquia humana eum inuitabant, & rogabant vt ſecum de rebus, quæ foris
gerendæ erant , conſultaret , eúmque hortabantur vt diceret quomodo ducum pec-

Siccius in Cruſtumerina caſtra cum legati poteſtate mittitur.
Legati munus apud Rom. omnium honoratiſſ. & ſacratiſſimum.

cata corrigi poſſent,& tandem ei perſuaſerunt vt ipſe cum legati poteſtate ad caſtra,
quæ ad Cruſtumerium erant, proficiſceretur. Munus autem legati apud Romanos E
eſt omnium honoratiſſimum & ſacratiſſimum , quia legatus autoritatem ac poteſta-
tem imperatoris habet,& ſacroſanctus & venerandus eſt, vt ſacerdos. Quum ille in
caſtra veniſſet,ducibus qui illic erant,amicè eum excipientibus,rogantibúſque vt re-
manens ſecum imperaret , & quædam dona iam ei dantibus, aliáque pollicentibus,
ab improbis hominibus, præſtigiis verborum deceptus,ignorans hæc inſidioſè fieri,
vir militaris,& moribus ſimplicibus præditus,cùm alia ipſis ſuaſit,quę vtilia exiſtima-
bat,tū primùm & antè omnia admonuit vt caſtra ex ſuo agro in hoſticū transferrēt,
damna quæ tunc accipiebāt recēſens,& cōmoda quæ mutatis caſtris habituri eſſent,
enumerans

» enumerans. Illi verò ſimulantes ſe lubenter eius admonitiones accipere. Quin igitur » (inquiunt) tu ipſe huius caſtrorum motionis dux es, loco opportuno antè delecto? locorum enim ſatis bonam notitiam ob crebras expeditiones à te ſuſceptas habes. Dabimus verò tibi cohortem lectorum iuuenum expeditorum & armis inſtructorum: » tibíque propter ætatem equus, & armatura tantos viros decens dabitur. Quod negotium quum Siccius ſuſcepiſſet, & lectos centum milites leuiter armatos petiiſſet, nulla interpoſita mora, eum dum adhuc nox eſſet emiſerunt, & vnà cum eo centum viros, electis audaciſſimis quibuſque de ſuorum amicorum numero, quibus imperarunt vt hominem interficerent, magna cædis præmia polliciti. Quum autem longè à A caſtris progreſſi, veniſſent ad locum tumuloſum, anguſtum, & qui equo difficulter niſi gradatim eunte tranſiri poterat, ob tumulorum aſperitatem, ſigno inter ſe dato, cuneum fecerunt vt in eum conferti regrederentur. Quidam autem famulus, Siccij propugnator, bello ſtrenuus, quum mentem eorum conieciſſet, rem domino indicauit. Ille vbi ſe anguſtiis interclusum cognouit, quũ equũ totis viribus agere nõ poſſet, deſiliit ex eo, & ſtans in tumulo, ne ab illis circumdaretur, cum ſolo ſuo propugnatore eorum impetum excepit. Quum autem omnes, quorum magnus erat numerus, in eum irruiſſent, eorũ circiter quindecim ſimul interfecit, & duplò plures vulnerauit. Videbatur autem cæteros quoque omnes pugnans interfecturus fuiſſe, ſi manus cum eo conſerere voluiſſent. Illi verò, quum cognouiſſent eum virum eſſe inuictum, neque B pugna ſtataria à ſe cædi poſſe, cominus pugnare deſtiterunt, & longiùs progreſſi, eminus alij iaculis, alij ſaxis, alij fuſtibus eum petebant: nonnulli etiam eorũ ex tranſuerſis tumulis ad eum accedentes, & eius capiti imminentes, prægrandia ſaxa deſuper in eum deuoluebant, donec multitudine *telorum* quæ ex aduerſo iaciebantur, & grauitate *ſaxorum* quæ deſuper cum impetu ferebantur, eum confecerunt. Siccius igitur talem vitæ exitum eſt ſortitus. Qui verò cædem perpetrarant in caſtra redierunt vulneratos adducentes, & rumorem ſparſerunt hoſtium cohortem de improuiſo ſibi apparuiſſe, Sicciúmque, & alios in quos primos inciderat, interfeciſſe, ſéq; multis acceptis vulneribus vix ex eorum manibus effugiſſe, omnibúſque res probabiles dicere videbantur. Illud tamen eorum facinus non latuit: ſed quamuis cædes in ſo-C litudine fuiſſet facta, & nullum haberet indicem, ab ipſo fato, & à iuſtitia, quæ omnes res mortalium inſpicit, certiſſimis argumentis conuicti ſunt. Nam qui in caſtris erant, hominem publico funere, & honoribus præter cæteros inſignibus dignum ducentes, cùm ob alias multas cauſas, tum verò potiſſimùm quòd quum ipſe ſenex eſſet, & per ætatem bellicorum certaminum immunis, tamen ſe vltrò pro cõmuni vtilitate periculo obtuliſſet, ſtatuerunt cum tribus legionibus in vnum coactis egredi ad corpus ipſius quærẽdum, vt & tutiſſimè & maximo cum honore in caſtra referretur. Quod quum duces illis cõceſſiſſent, veriti ne quam ſui conſilij de illa re ſuſpicionem ipſis præberent, honeſto & decenti officio obnitentes, captis armis exierunt. Quum autem ad locũ veniſſent, poſtquam viderunt nuſquam ſyluas, aut terrę cauernas, aut D alium quempiam locũ, vbi cohortibus in inſidiis cõſidere eſt mos, ſed nudũ & vndiq; cõſpicuum, atque anguſtũ tumulum, ſtatim rem ſuſpectã habere cœperunt. Deinde quum ad cadauera acceſſiſſent vbi conſpexerunt & ipſum Sicciũ nõ ſpoliatũ, proiectum, & cæteros omnes, mirabantur quòd hoſtes hoſtibus ſuperatis nec arma ademiſſent, nec eos veſtibus exuiſſent. Et omnia circumiacentia loca perſcrutãtes, poſtquam nullũ aut equorũ aut hominũ veſtigium inuenerunt, præter ea quæ in ipſa via erant, arbitrabãtur nullo modo fieri potuiſſe vt hoſtes non antè cõſpecti tanquã aues quædã, aut *homines* cœlitus delapſi, ſuis de improuiſo apparerent. Sed pręter hęc omnia & alia, *hoc* maximũ ipſis viſũ eſt argumentũ hominis nõ ab hoſtibus ſed ab amicis cæſi, quòd nullius hoſtis cæſi cadauer inuentum eſſet: neque enim exiſtimabant Sic-E cium virum & robore & animo inuictum inultum fuiſſe moriturum, nec eius propugnatorem, nec alios qui cum eo ceciderant, præſertim quum cominus pugnatũ eſſet. Hoc autem ex ipſis vulneribus coniecerunt. Nam & ipſe Siccius & eius propugnator multa habebat vulnera, partim ſaxis, partim iaculis, partim gladiis illata. At qui ab illis fuerãt cæſi, omnes gladiorum quidem, & ſaxorum, aut iaculorum, aut teli nullam *plagam habebant.* Tunc igitur indignatio, & omnium vociferatio, & luctus ingens exortus eſt. Quum autem hanc calamitatem defleuiſſent, cadauere ſublato & in caſtra reportato, duces valde incuſabant, & vehementiſſimè poſtulabant vt lege militari in ſicarios capitali ſupplicio animaduerteretur: ſin minus, ſaltẽ ex tẽpore iudicium de

Siccius decemuirorum inſidiis perimitur.

Siccium non ab inimicis, ſed ab amicis interẽptum eſſe, certis tandem argumẽtis comperitur.

illis conſtitueretur: & multi eos accuſaturi erant. Sed quum illi aures ipſis non præberent, ſed etiam ſicarios occultarent, & iudicia differrent, dicentes ſe Romę eorum accuſandorum poteſtatem cuiuis facturos, *illi* vbi cognouerunt ducum eſſe has inſidias, Siccium ſepulturæ mandarunt, elatum magnificentiſſimo funere, eique maximam pyram extruxerunt, & pro viribus dederunt decimas aliarum rerum quę viris fortibus in ſupremo honore dari ſolent. A decemuiris verò omnes alienati ſunt, & de defectione cogitare cœperunt. Exercitus igitur qui erat ad Cruſtumerium, & Fidenas ob Siccij hominis ætate prouectiſſimi cædē, inimicus erat iis qui rerū gubernacula habebant. At qui in Algido Æquorū agri conſidebat, & tota vrbana multitudo, ob has cauſas animis alienata eſt ab ipſis. Vir de plebe L. Virginius, rebus bellicis nulli ſecundus, qui in quinque illis legionibus cohortis dux erat, præfectus fuerat iis qui in Æquos expeditionem fecerant. Hic fortè filiam omnium romanarum virginum formoſiſſimam habebat, quæ patris nomen ferebat, & L. *Icilio* deſponſa erat, viro tribunitio, filio Icilij qui tribunitiam poteſtatem primus conſtituit, & primus eam accepit. App. Claudius decemuiratus princeps conſpecta hac puella iam nubili, dum in ludo literario legeret (tunc autem puerorum ludi literarij erant circa forum) ſtatim puellę forma captus eſt, & multò magis mentis impos fuit, quia ludum ſæpius amore iam correptus, obire cogebatur. Sed quum eam ſibi matrimonio iungere non poſſet, eámque alteri deſponſam videret, & ipſe vxorem haberet, ſimul etiam nollet matrimonium cum muliere generis plebei contrahere præter legem, quam ipſe in duodecim tabulis ſcripſiſſet, primùm quidem puellam pecunia corrumpere conatus eſt, & ſemper aliquas mulieres ad eius nutrices mittebat (puella enim illa matre orbata erat) multa dans, & longè plura quàm quæ dabat promittens. Interdixerat autē mulieribus quæ nutrices tentabant, ne dicerent quiſnam eſſet qui puellam amaret: ſed tantùm vnū eſſe ex iis qui poterant & bene & malè facere quibuſcunq; libuiſſet. Sed quum eas in ſuam ſententiā trahere non poſſet, & maiore etiam quàm antè cuſtodia virginem ſeptā animaduerteret, amore ardens, rem via impudētiore tētare decreuit. Accerſito igitur quodam ſuo cliente M Claudio, homine audaci, & ad quoduis miniſterium parato, ſuum amorem ei narrauit, edoctúmque quæcunque eum facere volebat, dimiſit cum multis impudentiſſimis hominibus. Ille quum ad ludum literarium veniſſet, virginem prehendit, eámque per forum palàm ducere volebat: Sed clamore exorto, & concurſu ab ingenti turba facto, puellam quò volebat, ducere prohibitus, ad magiſtratum venit. Solus autem Appius tunc pro tribunali ſedebat, reſponſa reddens, & ius petentibus dicens. Eo autem verba facere volente turba circumſtans vociferabatur, & indignabatur, omnibus cenſentibus expectandum donec puellæ cognati venirent, & Appius ita fieri iuſſit. Quum autem exiguum temporis ſpatium interpoſitum fuiſſet, & adueniſſet auunculus virginis, Publius Numitorius, cum multis amicis & cognatis, vir inter plebeios clarus: nec multò poſt Lucius *Icilius* cui puellam pater deſpōderat, iuuenum plebeiorum firma manu ſtipatus, & ad tribunal acceſſiſſet anhelans adhuc, & ſpiritu ſuſpenſo, dicere iuſſit quiſnam auſus fuiſſet puellam ciuem romanam tangere, & quid ſibi volens. Facto autem ſilentio Marcus Claudius, qui manus in puellam iniecerat, talem habuit orationem, Nihil temerè, nihil violenter, Appi Claudi in puellam feci: ſed quum ſim dominus, eam ex lege abduco. Quomodo autem mea ſit, audi. Eſt mihi paterna ſerua, quæ per multos annos mihi ſeruiuit. Huic grauidæ, quòd ipſi eſſet familiaris, & cum ipſa conſuetudinem haberet, perſuaſit Virginij vxor vt ſi peperiſſet infantem, ſibi traderet. Illa promiſſa ſeruans, quum hæc filia ei fuiſſet nata, apud nos quidem ſimulauit ſe mortuam peperiſſe, ſed Numitoriæ infantem tradidit, illa verò eam acceptam ſibi ſuppoſuit & educauit, quum liberorum, neque marium, neque fœminarum eſſet mater. Antea igitur hæc me latebant. Iam verò quum hæc per indicium tandem compererim, & teſtes multos, eóſque viros probos habeam, & rem totam ex ſerua diligenter quæſierim, ad communem omnium legem confugio, quæ æquum eſſe cenſet vt non ſupponentium ſed matrum ſint liberi, ingenuarum ingenui, ſeruarum ſerui, eoſdem dominos habentes, quos eorum matres habuerint. Ex hac igitur lege meæ ſeruę filiam abducere volo, paratus iudicium ſubire. Quòd ſi quis eam vindicet, *peto vt is* idoneos vades det ſiſtendi eam in iudicium. Si quis verò velit de hac re celeriter cognoſci, paratus ſum ad cauſam ante tuum tribunal iam iam dicendam, & corpus non vadandum, nec rerum dilationem afferendam. Vtram verò harum conditionum

A decemuiris milites alienantur & de defectione cogitare incipiunt.

Appius Claudius Inſano Virginiæ amore captus, ea vi potiri nititur.

M. Claudius rationem reddit cur Virginiam arripuerit

A B C D E

conditionum oblatarum iſti maluerint, eligant. His à Claudio dictis, & multis precibus additis, ne deteriore conditione eſſet quàm ſui aduerſarij, quòd cliens eius eſſet, & humilis fortunæ homo, excepta eius oratione auunculus puellæ, pauca verba fecit, eáque vt ad magiſtratum fieri decebat. Patrem igitur puellæ eſſe dicebat Virginium, hominem plebeium, qui pro patria militans peregri eſſet, matrem verò Numitoriam, ſororem ſuam, fœminã pudicam & probam, quę non multis antè annis obiiſſet: ipſam verò virginem educatam vt ingenuam & ciuem romanam decebat, & legitimè datam in matrimonium Icilio, ipſáſque nuptias finem iam habituras fuiſſe, niſi bellum contra Æquos celeriter exortum fuiſſet. Interea verò temporis non pau-
A cioribus quàm quindecim annis elapſis, Claudium nihil tale ipſis puellæ parentibus dicere auſum fuiſſe: ſed quum puella iam eſſet nubilis, & forma excellere videretur, eum amore captum, conficta impudenti calumnia veniſſe, non proprio impulſum motu, ſed ſubornatũ ab homine, qui omnibus ſuis cupiditatibus quoquomodo gratificandum *& inſeruiendum* putaret. Ipſum igitur patrem ex militia reuerſum pro filia cauſam dicturum aiebat, ſe verò *interea* puellam in libertatem ex legibus aſſerturum, quòd eſſet eius auunculus, cauſámque eius acturum, & nullum ius nouum poſtulaturum, aut quòd cęteris quoque ciuibus romanis non concederetur, licet nõ omnibus hominibus, nimirum vt eius qui ex libertate in ſeruitutem aſſeritur, non is qui in ſeruitutem, ſed is qui in libertatem aſſerit, dominus ſit pendente lite: multáſque ob cau-
B ſas hoc ius ab Appio ſeruandum dicebat. Primùm, quia hanc legem vnâ cum cæteris in duodecim tabulis ſcripſerat: deinde, quia erat decemuiratus princeps: præterea, quia cum conſulari poteſtate tribunitiam etiam acceperat, cuius hoc erat præcipuum munus, vt ciuibus infirmis & omni auxilio deſtitutis opem ferret: orabátque eum vt miſericordia moueretur virginis, quæ ad eum confugerat, quæ iam pridem matre orbata, & tunc etiam patre deſtituta erat, & cui imminebat periculum non ſolùm amittendi patrimonij, ſed etiam mariti, & patriæ, & ſuę libertatis, quod omnium humanorum bonorum maximum putatur. Defleta autem iniuria, qua afficienda erat puella, & magna aſtantium commiſeratione mota, tandem de iudicij tempore hæc
» dixit, Quandoquidem Claudius, qui per quindecim annos ſe nulla affectum iniuria *Numitorij verba de conſtituendo tempore iudicij de Virginia.*
C dixit, hoc iudicium celeriter peragi vult, ſi quis alius de rebus tantis decertaret, ſe atrocem perpeti iniuriam exiſtimaret, & meritò indignaretur, poſtulans vt tunc demum cauſa dicatur quum pax fuerit facta, omnéſque qui nunc in caſtris ſunt, reuerſi fuerint: quo tempore & teſtium, & amicorum, & iudicum vtrique litigantium parti copia ſit futura, res ciuiles, & moderatas, & romanæ reipublicæ familiares proferens. Nos verò (inquit) neque verbis, neque pace, neque amicorum, & iudicum turba indigemus, neque rem in aliud tempus legitimo iudicio deſtinatum differimus, ſed & in bello, & in amicorum penuria, & apud iudices non ęquos ex tempore cauſam dicere non dubitamus, tantum tempus à te, Appi, petentes quantum patri puellæ ex caſtris reuerſo ad proprias calamitates lugendas, & ad cauſam ab illo ipſo dicendam ſit ſa-
D tis. Quum Numitorius hæc dixiſſet, & circunſtans turba ingenti voce ſignificaſſet *Appius quomodo Virginię cauſam iudicarit.*
» æqua ab eo poſtulari, Appius, parua interiecta mora, Equidem (inquit) non ignoro hanc eſſe legem de vadatione eorum qui in ſeruitutem aſſeruntur, quæ non patitur corpus pendente lite eſſe in poteſtate eorum qui in ſeruitutem aſſerunt, nec eam abrogabo quam ego ipſe vltro ſcripſi. Illud tamen æquum eſſe cenſeo, quum duo ſint qui *puellam* ſibi vendicent, dominus, & pater, ſi vterque adſit, vt pater pendente lite in ſua poteſtate eam habeat: verùm, quando ille abeſt, vt dominus *eam* abducat, datis idoneis vadibus qui promittant fore vt eam ad magiſtratum ſiſtant, vbi pater eius adfuerit. De vadibus verò, & litis æſtimatione, ne vlla in re vos in iudicio ſitis deteriore conditione, ego, Numitori, diligentiſſimè prouidebo: ſed nunc puellam trade. Hac *Icilij ad Appiũ verba, Virginiam, quam deſponderat, à ſe abduci nolẽtis.*
E ſententia ab Appio pronunciata, ingẽs luctus & planctus ſuper virgine & mulieribus eam circunſtantibus eſt exortus, ingens etiam clamor & indignatio à turba quæ tribunal circumſtabat. Icilius verò qui virginem in matrimonium ducturus erat, eam, arctiſſimè prehendit, &, Nullus, inquit, me ſaltem viuente, hanc, Appi, abducet: ſed ſi tibi placet legem tollere, iura confundere, & libertatem nobis eripere, ne tyrannidem vobis exprobratam ampliùs occulta: ſed collo mihi reſecto, hanc, cæteráſque virgines, & matronas romanas quocunque libuerit abduc: vt iam tandem Romani cognoſcant ſe ex liberis ſeruos factos, nec ampliùs maiores gerant ſpiritus, quàm ipſorum ferat fortuna. Quid igitur adhuc cunctaris? quin ſanguinem meum ante tri-

bunal in omnium conſpectu fundis? Illud tamen certò ſcias mortem meam populo romano aut magnorum malorum, aut magnorum bonorum initium futuram. Eum autem plura dicere volentem lictores, à magiſtratu iuſſi, à tribunali arcebant, & parere iudicatis iubebant: Claudius verò iniectis manibus in puellam, quæ auunculo & ſponſo adhærebat, eam abducere volebat. Sed qui tribunal circumſtabant, quum vidiſſent miſerabilem luctum, omnes ſimul clamorem ſuſtulerunt, & ſpreta magiſtratus poteſtate, impetum fecerunt in eos qui vim faciebant: ita vt Claudius eorum impetu territus, puellam dimitteret, & ſub pedes ducis *ſui* confugeret. Appius verò principiò quidem valde turbatus eſt, omnes efferatos cernens, & diu quid faciendum eſſet, dubitauit. Tandem, quum Claudium ad tribunal vocaſſet, & cum eo paucis A
colloquutus fuiſſet, vt viſus eſt, & hominibus circumſtantibus ſilentium ſigno dato imperaſſet, ita eſt loquutus, Equidem, Quirites, illud rigidum corporis vadandi «
ius, quando vos hac mea ſententia exaſperatos video, omitto: vobis autem gratifica- «
ti volens, meo clienti perſuaſi vt permitteret virginis cognatis vades dares, donec «
pater eius veniret. Abducite igitur, Numitori, puellam & ſponſionem facite, ac pro- «
mittite fore vt craſtino die eam in ius ſiſtatis: hoc enim tempus vobis ſufficit ad rem «
Virginio hodie nuntiandam, & ſpatium trium vel quatuor horarum craſtini diei ad «
eum ex caſtris huc ducendum. Illis autem plus temporis petentibus, nullo ampliùs dato reſponſo, ſurrexit, ſellámque tolli iuſſit. Quum autem mœſtus & præ amore furens, ſe ex foro recepiſſet, ſtatuit virginem cognatis ampliùs non permittere: B

Appius quod conſilium ad Virginiam per vim abducendam inierit.

ſed ſimulatque vadimonium obiſſet, & producta fuiſſet, eam per vim abducere: ſed priùs maiore præſidio ſe munire, ne quam vim à turba pateretur, & loca omnia circa tribunal amicorum & clientium multitudine occupare. Vt autem honeſto iure hoc facere videretur per ſpecioſam cauſam vadimonij à patre deſerti, fidiſſimos equites cum literis in caſtra miſit, ad Antonium, legionis ducem, ſub quo erat Virginius, rogans eum vt hominem in accurata cuſtodia retineret, ne clam filiæ caſum audiret, & ex caſtris aufugeret: ſed puellæ neceſſarij, ab aliis præmiſſi, ab ipſo illius motus initio, Numitorij filius, & Icilij frater, iuuenes animis elati, equis, effuſis habenis, & flagro citatis, eum anteuerterunt, itinere antè confecto, & rebus geſtis Virginio indicatis. Ille verò quum veram cauſam Antonium celaſſet, & ſe cuiuſdam cognati neceſſarij C
mortem audiſſe ſimularet, cuius funus & ſepultura ſibi ex lege eſſet curanda, dimiſſus eſt: & circa crepuſculum ſerotinum alia via cum adoleſcentibus eſt profectus, veritus ne *inimici* ſe tum ex caſtris tum ex vrbe perſequerentur. quod etiam accidit. Antonius enim literis fermè circa primam vigiliam acceptis, equitum alam in eum miſit, & ex vrbe alij equites miſſi per totam noctem, viam, quæ ex caſtris ferebat, cuſtodiuerunt: ſed quum quidam Appio nuntiaſſet, Virginium præter expectationem veniſſe, ipſe mentis ſuæ non compos, cum magna caterua ad tribunal venit, & puellæ cognatos ad ſe accedere iuſſit. Qui quum ad eum acceſſiſſent, Claudius eadem oratione iterum habita, rogabat Appium vt rei iudex eſſet, nulla mora interpoſita, & indicem, & teſtes adeſſe dicens, & ipſam ancillam *ad quæſtionem* tradens. In quibus D

Appius, audito Virginij aduentu, quid molitus ſit.

omnibus ingens erat indignationis ſimulatio, niſi idem ius quod alij obtinere poſſet, quòd eſſet eius cliens: atque iſti ipſum hortabantur ne iis, qui miſerabiliorem rationem haberent, ſed iis, quorum æquiora eſſent poſtulata, opem ferret: ſed pater puellæ & reliqui cognati partus ſuppoſitionem purgabant, multa, & æqua, & vera dicentes: dicebant enim neque vllam probabilem cauſam ſuppoſitionis habuiſſe Numitorij ſororem, Virginij vxorem, quum virgo iuueni nupſiſſet, nec poſt multos à nuptiis annos peperiſſet, neque, ſi maximè voluiſſet genus alienum in ſuam domum transferre, alienæ ſeruæ infantem potiùs ſuſcepturam fuiſſe, quàm mulieris ingenuæ, ſibi genere aut amicitia coniunctæ, à qua infantem acceptum, fideliter & conſtanter eſſet habitura, & quum in eius eſſet poteſtate vtrum vellet accipere, *electuram, atque* E
accepturam potiùs fuiſſe infantem marem quàm fœminam: dicebant enim, neceſſe eſſe matrem quæ liberis indiget, amare & alere quodcunque ei natura produxerit: at veriſimile eſſe, eam quæ ſibi liberos ſupponit, id quod eſt præſtantius deteriori anteponere: aduerſus verò indicem & teſtes, quos Claudius & multos & fide dignos ſe producturum dicebat, rationibus veriſimilibus ſe purgabant, nunquam rem ſilentio indigentem, & quæ ab vna perſona fieri poterat, Numitoriam palàm, & præſentibus ingenuis teſtibus facturam fuiſſe, vt puellam iam educatam matris domini ſibi eriperent, & ipſum tempus non paruo eſſe argumento dicebant, nihil ſani

ab accu-

ab accuſatote dici: nam neque indicem, neque ipſos teſtes per quindecim annos
ſuppoſitionem ſilentio tectam ſeruaturos fuiſſe, ſed multò antè dicturos. Criminan-
tes autem accuſatorum probationes, neque veras neque probabiles, poſtulabant vt
ſuæ cum his collatæ perpenderentur, multas neque ignobiles fœminas nominan-
tes, quas dicebant ſcire Numitoriam fuiſſe grauidam, ex vteri quem ferebat gra-
uitate, & præter iſtas, alias quoque quæ partui & puerperio interfuerant ob co-
gnationem, & quæ infantem naſcentem viderant, oſtendebant: & poſtulabant
vt diligenter interrogarentur. Quod autem omnium erat manifeſtiſſimum argu-
mentum, quódque multorum tam virorum quàm mulierum, & non ſolùm inge-
A nuorum, ſed etiam ſeruorum teſtimonio comprobari poterat, id poſtremo loco
dixerunt, puellam materno lacte nutritam fuiſſe. Fieri autem nulla ratione poſſe vt
mammæ mulieris quæ non peperit, lacte impleantur. Illis hæc & multa alia huiuſ-
modi argumenta firmiſſima afferentibus, & quæ nullo modo refutari poterant, &
ob puellæ calamitates magnam miſericordiam commouentibus, cæteri quidem om-
nes qui hæc verba audiebant; quoties virginem intuebantur, eius formæ miſeratio-
ne mouebantur: (illa enim ſordidata, & præ mœrore oculos in terram defigens, &
honeſtos oculos tabefaciens, omnium oculos in ſe attrahebat, adeò auguſta, & pro-
pemodum diuina forma & venuſtate ornata erat:) & fortunæ iniquitatem inſpe-
ratam deflebant, quòd puella ex tantis bonis in tantas iniurias, & contumelias eſſet
B ventura, illúdque ipſis in mentem venit, lege libertatis ſublata, nihil impedimen-
to futurum quominus ſuæ quoque coniuges & filiæ idem quod illa paterentur. Hæc
igitur & multa alia huiuſmodi conſiderantes, & de iis inter ſe colloquentes, flebant.
At Appius, vt vir naturâ mente ſana non præditus, & poteſtatis magnitudine cor-
ruptus, animo tumente, & viſceribus ob puellæ amorem feruentibus, neque ad
defenſorum verba mentem aduertebat, neque ipſius puellæ lacrymis frangebatur, &
aſtantium commiſerationem iniquo animo ferebat, quaſi ipſe maiore miſeratione
eſſet dignus, quòd grauioribus malis affectus fuiſſet ab illa excellenti forma, à qua in
ſeruitutem fuerat redactus. Ob hæc igitur omnia furore correptus, verbis impuden-
tibus vti non dubitauit (vnde qui *id iam* ſuſpicabantur, manifeſtò cognouerunt illud
C falſum crimen aduerſus puellam ab ipſo confictum) & tyrannicum atque crudele
facinus perpetrare eſt auſus. Quum enim illi adhuc loquerentur, ipſe ſilentium fie-
ri iuſſit, eóque facto quum omnis turba, quæ in foro erat, impetum ſuum repreſſiſ-
ſet, adducta cupiditate cognoſcendi res quas erat dicturus, & ipſe vultum ſæpe huc
& illuc conuertiſſet, caterváſque amicorum, quibus varias fori partes occuparat, o-
„ culis luſtraſſet, talem habuit orationem. Ego verò, Virgini, & vos qui cum iſto ad-
„ eſtis, non nunc primùm hanc rem audiui, ſed etiam multò antequam hunc magi-
„ ſtratum acciperem. Quo autem modo hoc cognorim, audite. Pater huius M. Clau-
„ dij, quum diem ſuum obiret, me rogauit vt filij ſui, qui relinquebatur, tutor eſ-
„ ſem: ſunt enim à maioribus familiæ noſtræ clientes. Tutelæ igitur tempore indica-
D tum eſt mihi Numitoriam ſuppoſuiſſe ſibi hanc puellam, à Claudij ſerua acceptam,
„ & re diligenter explorata, cognoui eam ita ſe habere. Non decebat igitur me ipſum
„ hoc negotium attingere: ſed ſatius eſſe duxi huic poteſtatem *iſtam* relinquere, vt
„ quum ad virilem ætatem veniſſet, arbitratu ſuo ancillam vel abduceret, vel accepta
„ pecunia, aut gratis dimitteret, & concederet iis qui eam alebant. Interea verò ego
„ ciuilibus negotiis implicitus, nullam ampliùs Claudij rem curaui. Ad hunc autem, vt
„ veriſimile eſt, ſua bona cenſentem ancillæ indicia delata ſunt, vt ad me antè, nec
„ quidquam iniqui poſtulat quum ſuæ ancillæ filiam abducere velit. Si igitur ipſi rem
„ inter ſe compoſuiſſent, res præclarè ſe haberet: quoniam verò res in controuerſiam
„ eſt deducta, horum ei teſtimonium dico, eúmque *huius* ancillæ dominum eſſe iudi-
E co. Quum autem hæc audiuiſſent quotquot aderant viri integri, & iuſta dicen-
tium aduocati, manibus in cœlum ſublatis, eiulatum cum lamentatione & indi-
gnatione mixtum emiſerunt: at decemuiratus adulatores vocem adhortationis
plenam, & quæ fiduciam rerum dominis afferre poterat, *edebant.* Concione autem
irritata, & variorum ſermonum & affectuum plena, Appius indicto ſilentio, ita eſt
„ loquutus, Niſi diſſidia in vrbe ſerere, & nobis aduerſari deſieritis, *vos homines*
„ turbulenti, & nuſquam aut pace aut bello vtiles, ab ipſa neceſſitate edocti, &
„ ſapientiores facti *nobis* cedetis. Ne putetis nos hæc præſidia, quæ ſunt in Capi-
„ tolio, & arce ſolùm aduerſus externos hoſtes nobis paraſſe, nóſque permiſſuros

vt vos qui in vrbe conſideris, res eius omnes corrumpatis: ſed conſilio meliore «
quàm quod nunc habetis, capto abite, *vos* quibus nihil eſt negotij, & rerum veſtra- «
rum ſatagite, ſi ſapitis. Tu verò Claudi, ancillam quam habes, per forum, nullum «
metuens, abduc. Nam duodecim Appij ſecures te proſequentur. His dictis cæ- «
teri quidem gementes, & frontem ferientes, & lacrymas continere non valentes
de foro decedebant. Claudius verò puellam abducebat, quæ patri implicita adhæ-
rebat, eúmque deoſculabatur, & ſuauiſſimis vocibus appellabat. Quum igitur
Virginius in iſtiuſmodi malis verſaretur, facinus animo concepit, patri quidem æ-
rumnoſum & acerbum, ſed virum ingenuum & magnanimum decens. nam pe-
tita venia liberè ſalutandi filiam poſtremis ſalutationibus, & colloquendi cum ea A
arbitratu ſuo, remotis omnibus teſtibus, antequam ex foro abduceretur, eáque à
duce impetrata, quum inimici paulùm receſſiſſent, ſuſceptam eam, quæ iam diſ-
ſoluebatur, & diffluebat, & ſe vix ſuſtentabat, primùm quidem crebris vocibus

Virginius filiã Virginiam interficit.

vocabat, & deoſculabatur, & lacrymas cadentes abſtergebat: deinde quum paula-
tim eam ſubducens ad tabernam lanij acceſſiſſet, cultrum de menſa arreptum, per
filiæ viſcera egit, hoc tantùm addens, te liberam & pudicam, filia, ad manes tuorum
maiorum mitto: tibi enim viuenti horum neutro ob tyrannum frui licebat. Orto au-
tem clamore, cruentum geſtans cultrũ, & ira totus conſperſus ſanguine, quem puel-
læ cædes in eum efflarat, per vrbem furibũdus currebat, ciues ad libertatem vocans.
& è portis per vim egreſſus equum conſcendit, qui ei paratus erat, & ad caſtra con- B
tendit, Icilio & Numitorio adoleſcentibus qui eum ex caſtris adduxerant, tũc etiam
comitantibus. Eos autem alia etiam turba plebeiorum non exigua ſequebatur, ita vt

Appius Virginium perſequi vult, vbi audiit eum filiam ſuã interfeciſſe.

vniuerſi eſſent ferè quadringenti. Appius verò, vt puellæ caſum cognouit, ex ſella
exiluit, & Virginium perſequi volebat, multa indecora & dicens & faciens: ſed cir-
cunſtantibus eum amicis, & vt nihil peccaret rogantibus, omnibus infenſus abiit. Ei
autem, quum iam domi eſſet, quidam amici nunciarunt, Icilium ſocerum, & Numi-
torium auunculum, cum aliis amicis & cognatis, circa puellæ cadauer ſtantes, fanda
& infanda aduerſus eum dicere, & populum ad libertatem vocare. Ille verò, ita ira-
tus vt erat, miſit quoſdam lictores, iubens in vincula abducere eos qui vociferati fue-
rant, & cadauer è foro in alium locum transferre, rem ſtultiſſimam & illis tempori- C

Appius quomodo pernicioſa ſibi violentia vſus fuerit.

bus minimè conuenientem faciens. Quum enim debuiſſet delinire turbam, quæ iu-
ſtam iræ cauſam habebat, & tunc quidem cedere, poſtea verò partim ſeſe purgare,
partim deprecari, partim aliquibus aliis beneficiis *eorum beneuolentiam* iterum ſibi
conciliare, *ille tamen* ad rationem violentiorem prouectus, eos ad deſperationem ad-
egit, neque enim tulerunt, eos qui aggreſſi fuerant cadauer trahere, & viros in car-
cerem abducere: ſed ſe ipſi clamore ſublato adhortati, eos qui vim faciebant, impe-
tu & vulneribus foro expulerunt: ita vt Appius, his auditis, coactus fuerit cum mul-
tis amicis & clientibus in forum venire, iubens cædi & ſummoueri, ac de medio tolli
qui in compitis erant. Quum autem, quo conſilio ille ex ſuis ædibus eſſet egreſſus,
intellexiſſent Valerius & Horatius, (quos dixi præcipuos duces fuiſſe eorum qui ſe D
in libertatem vendicabant,) multa & ſtrenua iuuentute ſtipati, antè cadauer con-

Valerius & Horatius in decẽuiratum inuehuntur.

ſtiterunt. Et quum Appius cum ſua factione propiùs ad eos acceſſiſſet, primùm qui-
dem ad verba acerba & ad contumelias contra eorum poteſtatem prouecti ſunt:
deinde verò facta verbis reſpondentia addiderunt, cædendo & euertendo quotquot
ſecum congredi fuiſſent auſi. At Appius mœſtus & iniquo animo ferens illam ani-
maduerſionem, quæ contra ſpem ſuam acciderat, quum neſciret quomodo ſe cum

Appius viam ingreditur qua ſibi peſſimè cõſulit.

illis hominibus gerere deberet, viam maximè exitialem ingredi ſtatuit: quaſi enim
adhuc multitudo in eodem amore erga eum perſeueraret, aſcendit in Vulcani ædem,
& populum ad concionem vocauit, & illorum virorum iniquitatem & contumeliam
accuſare conatus eſt, tribunitia poteſtate & ſpe inani elatus, qua ſperabat fore vt po- E
pulus ſecum indignatus ſibi permitteret viros illos de ſaxo præcipites dare. At
Valerius, eiúſque ſocij, occupata alia fori parte, & cadauere virginis collocato,
in loco vnde ab omnibus conſpici poſſet, alteram concionem conuocarunt, &
longa accuſatione in Appium, & alios decemuiratus fautores ſunt inuecti. atque
accidit vt alios quidem (quemadmodum veriſimile erat) illorum virorum dignitas,
alios ipſius puellæ miſeratio, quæ iniurias atroces, & plus quàm atroces ob ſuam in-
felicem formam perpeſſa fuerat, alios ipſum prioris reipublicæ ſtatus deſiderium,
quod

quod eos ad concionem iſtam inuitabat,cogeret, ita vt iſti cõtrariam factionem nu-
mero ſuperarent.Quare,pauci quidam circa Appium remanſerunt , *nimirum* illi ipſi
qui decemuiratus fautores erant : inter quos nonnulli erant,qui eorum magiſtratui
ampliùs non obtemperabant ob multas cauſas : ſed , ſi res aduerſariorum corrobo-
ratæ fuiſſent,lubenter in illos impetum facturi erant. Quum autem Appius ſe *ab om-
nibus* deſtitotum videret, ſententiam mutare,& de foro decedere coactus eſt. Quod
etiam ei maximè profuit , telis enim à multitudine plebeia petitus , pœnas ſe dignas
perſoluiſſet.Poſtea Valerius poteſtatem, quantam volebat , adeptus , ad ſatietatem
vſque in decemuiratum eſt inuectus, & eos qui adhuc dubij erant, ſua oratione con-

Valerius iterũ in decemuiratum inuehitur.

A firmauit.Sed multò magis *à decemuiris* vrbanam turbam alienarunt puellæ cognati,
lecto in forum delato , & reliquo ornatu funebri quàm magnificentiſſimè potuerunt
apparato,& funere per illuſtriſſima vrbis compita elato, vnde à plurimis cõſpici poſ-
ſent.Quare,ex ædibus exiliebant,& mulieres, & virgines, caſum illum lugentes , at-
que aliæ flores & corollas in lectum iaciebat , aliæ faſcias , aut zonas , aliæ vittas vir-
ginalis comæ , nonnullæ etiam detonſos crinium tortorum cincinnos : & multi viri
ex proximis officinis capientes,alia pretio per ſoluto, alia gratis,funus quod efferreba-
tur , donis conuenientibus ſimul ornabant , ita vt illud funus per totam vrbem eſſet
celebre,& omnes ad decemuiratum abrogandum parati eſſent. Sed qui decemuira-
tus partibus fauebant, arma habentes magnum terrorem illis incutiebant. At Vale-
B rius ipſis reſiſtebat : ſed tamen ciuili ſanguine controuerſiam dirimere nolebat. Res
igitur vrbanæ ita turbatæ erant. At Virginius, quem dixi propria manu filiam
ſuam occidiſſe , laxatis habenis , equo citato , circa veſpertinum crepuſculum , ad
caſtra, quæ ad Algidum erant , peruenit , ita vt ex vrbe effugerat , totus ſanguine
conſperſus , & lanij cultrum in manu tenens. quem quum vidiſſent qui pro caſtris
excubabant , non poterant coniectare quidnam ei accidiſſet , cúmque ſequebantur
vt rem magnam & atrocem audituri. Ille verò, primùm quidem inter eundum fle-
bat , & obuiis quibuſque ſignificabat vt ſe ſequerentur. Excurrebant verò ex ten-
toriis dum cœnarent, per quæ media ipſe tranſibat, omnes conglobati cum faci-
bus & lucernis, angoris & tumultus pleni, cúmque circumſtantes ſequebantur.

Virginius ad caſtra quæ ad Algidum erant venit ſanguine conſperſus, & clam cultrum tenens.

C Quum autem in patentem caſtrorum locum veniſſet, ſtans in parte quadam edita,
vt ab omnibus conſpici poſſet , calamitates ſuas in quas inciderat , narrauit , teſtes
verborum ſuorum exhibens eos qui ex vrbe ſecum venerant. Poſtquam verò multos
& lugentes & lacrymantes animaduertit, eos ſuppliciter orare cœpit,ne aut ſe inul-
tum manere,aut patriam contemni paterentur.Eo autem hæc dicente, omnes cupi-
di erant audiendi , cúmque hortabantur vt rem totam aperiret : quapropter tunc
audacius in decemuiratum cœpit inuehi.Quum autem narraſſet,multos à decemui-
ris ſuis fortunis ſpoliatos , multos verberibus contumelioſè cæſos,& permultos nul-
lo ſuo merito ex patria fugere coactos : quúmque inſolentiam in mulieres , & virgi-
num nubilium raptus, & puerorum ingenuorum contumelias, & alia eorum iniqua
D & crudelia facinora recenſuiſſet , HIS (inquit) contumeliis nos afficiunt ij qui nec
» ex legibus hanc poteſtatem habent , neque ex ſenatuſconſulto aut populi conceſſu
» eam acceperunt : nam magiſtratus eorum tempus annuum , quo exacto eos aliis rei-
» publicæ gubernacula tradere oportebat,iam præteriit : ſed nobis tanquam mulieri-
» bus magnæ ignauiæ & molliriei damnatis, per maximam violentiam *adhuc imperium*
» *retinent*. Ergo vnicuique veſtrum veniant in mentem ea quæ & ipſe eſt paſſus, & quæ
» ſcit alios eſſe perpeſſos. Et,ſi quis veſtrûm aliquibus voluptatibus aut beneficiis ab iis
» captus,non formidat decemuiratum,nec veretur ne vllo vnquam temporis progreſ-
» ſu calamitates ſe quoque inuadant , ille vbi cognorit in tyrannis nullam eſſe fidem,
» neque à potentibus beneuolentiæ cauſa in aliquos beneficia, & cætera omnia huiuſ-
E modi conferri,ſententiam mutet. Atq; omnes vno ore,cõmuníque cõſenſu patriam
» à tyrãnis liberare,in qua & deorum templa ſunt extructa , & monumenta maiorum,
» qui ſecundo loco poſt deos à vobis honorãtur,& *in qua ſunt* patres ſenes,qui ſuę edu-
» cationis præmia multa,ſuíſque laboribus digna repoſcunt, & cõiuges legitimè vobis
» deſpõſatæ,& filiæ nubiles,quarũ non parua cura iis,penes quos ſunt, gerenda eſt,&
» ſoboles filiorũ marium,quibus iura naturæ maiorũ debentur. Nã domos,hereditaria
» prædia,& pecunias multis laboribus à maioribus,& vobis ipſis quæſitas,ſilentio præ-
» tereo,quorũ nihil cõſtanter poſſidere vobis licebit,quandiu ſub tyrãnico decẽuirorũ
» dominatu eritis.Nõ eſt prudentũ, neque generoſorũ hominũ,res alienas fortitudine

Virginius de decemuirorum tyrannide grauiſſimè apud milites cõqueritur.

quærere, & pati ſuas per ignauiam amitti, neque *prudentum & generoſorum eſt* cum
Æquis & Volſcis & Sabinis & omnibus finitimis gentibus pro principatu & do-
minatu bella diuturna aſſiduáque gerere, ſed aduerſus eos, qui vobis præter leges
imperant, arma pro ſalute & libertate veſtra capere nolle: quin patrios animos reſu-
mitis? quin vobis in mentem venit virtus maioribus digna, qui ob iniuriam ab vno
Tarquinij filio vni mulieri illatam, & quæ ob illam calamitatem manus ſibi ipſi attu-
lerat, adeò ob cladem illam indignati & exaſperati ſunt, eámque contumeliam om-
nibus communem duxerunt, vt nõ ſolùm Tarquinium ex vrbe expulerint, ſed etiam
regium dominatum ſuſtulerint, & in poſterum vetuerint ne quis perpetuum impe-
rium, & nullis reddendis rationibus obnoxium in Romanos gereret, ipſique grauiſſi- A
mum iuſiurandum iurarint, poſteriſque diras imprecationes, ſi quid contra hæc fe-
ciſſent, ſint imprecati? & illi vnius intemperantis adoleſcentis tyrãnicam iniuriam
ingenuæ perſonæ illatam non tulerunt, vos verò feretis multorum capitum tyran-
nidem, omni iniquitate & libidine vtentem, & in poſterum multo maiore vſuram,
ſi nunc ipſam patiamini? Non mihi ſoli fuit filia, quæ forma cæteras ſuperaret, quam
Appius apertè violare & contumelia afficere eſt aggreſſus: ſed vobis etiam ſunt
multæ, atque aliis quidem, filiæ, aliis verò vxores, aliis adoleſcentuli egregia for-
ma præditi, quos, quid impediet quominus ab aliquo alio de numero decem tyran-
norum, aut ab ipſomet Appio eadem patiantur? niſi fortè deorum aliquis ſpondeat
fore, vt ſi has meas calamitates inultas ſinatis, huiuſmodi mala paucos veſtrûm in- B
uadant: ſed tyrannicus iſte amor, ad meam vſque filiam progreſſus, *ibi* conſiſtat, &
erga reliqua tam puerorum quàm puellarum virginum corpora ſe modeſtè ac pudi-
cè gerat. Eſt tamen magnæ ſtultitiæ & fatuitatis (certò ſcitote) affirmare hæc quæ *à
vobis* cogitantur, non euentura: tyrannorum enim cupiditates ſunt infinitæ, vt
veriſimile eſt, quippe quæ neque legibus, neque metu cohibentur. Meam igitur in-
uriam iure vindicantes, & vobis ipſis, ne eadem patiamini, firmum præſidium pa-
ran tes, nunc tandem fræna, ô miſeri, diſrumpite, *&* rectis oculis libertatem ſpecta-
te. Quam enim aliam ob cauſam magis quàm ob iſtam indignabimini, quando ci-
uium Romanorum filias tanquam ſeruas decem tyranni abducunt, & cum verberi-
bus ſponſas ducunt? Quam aliam occaſionem nacti liberos animos reſumetis: ſi præ- C
ſentem prætermiſeritis, quando armati eſtis? Eo adhuc loquente, multi clama-
runt, ſe eius iniurias vlturos pollicentes, & ordinum ductores nominatim euoca-
runt, rogantes vt rem aggrederentur: multique progreſſi ſi quid mali fuiſſent perpeſ-
ſi, id apertè dicere audebant. At quinque viri, quos legionibus præfectos fuiſſe dixi,
quum cognouiſſent quid rerum gereretur, veriti ne quis turbæ impetus in ſe fieret,
omnes in prætorium concurrerunt, & cum amicis conſultare cœperunt, ſi qua ratio-
ne illum tumultum ſedare poſſent, ſuis armis circumſepti. Sed quum accepiſſent *eos*
in ſua tentoria ſe recepiſſe, & tumultum ceſſaſſe & ſedatum eſſe, ignorantes maio-
rem cẽturionum partem decreuiſſe, facta occulta coniuratione, defectionem facere,
& communi conſenſu patriam liberare: ſtatuerunt, vbi dies illuxiſſet, celertimè Vir- D
ginium, qui turbas concitabat, comprehendere, & in cuſtodia retinere: & motis inde
caſtris, in hoſtes proficiſci, & præſtantiſſimam agri eorum partem, caſtris ibi poſitis,
vaſtare, nec ſinere milites ſuos ampliùs de rebus, quę in vrbe gererentur, curioſiùs in-
quirere, ídque partim ob prædam, partim ob aſſidua certamina pro eorum vnoquo-
que futura: ſed nihil eorum quæ cogitarant ipſis ſucceſſit. Neque centuriones per-
miſerunt vt Virginius vocatus prætorium adiret, veriti ne quid grauiùs pateretur.
Quinetiam diſſeminatum illum rumorem, *nimirum* quòd vellent turbam in hoſtes
ducere, *ipſis* exprobrabant, dicentes, Quàm bene nos & antè duxiſtis, vt & nunc in
bonam ſpem veniamus, & vos ſequamur, qui quum tantum exercitum, quantũ non-
dum antehac vlli alij Romani duces tam ex ipſa vrbe duxeritis, quàm ex ſociis col- E
legeritis, nullam tamen ab hoſtibus victoriam reportaſtis, neque vllo detrimento eos
affeciſtis: ſed ignauiam & imperitiam oſtendiſtis, quòd malè caſtra metati fueritis, &
noſtrum ipſorum agrum tanquam ab hoſtibus populatum reliquiſtis, & nos mendi-
cos reddidiſtis, rebúſque omnibus, quas hoſtibus bello deuictis, in præliis quæſiera-
mus, quum duces vobis præſtantiores haberemus, nos priuaſtis. Et nunc trophæa, in
nos erigunt, & tentoria, mancipia, arma, pecuniáſque noſtras direptas habent. Vir-
ginius verò, præ ira, & quòd duces nihil ampliùs timeret, liberiùs in eos inuehebatur,
labefactato-

Quinque viri legionibus præfecti, timent ne impetus in ſe fiat.

Virginium vocatũ adire prætorium centuriones non ſinunt, veriti ne quid grauius patiatur.

Centurionum aduerſus duces verba.

labefactatores,& peſtes patriæ appellans, omnéſque centuriones adhortans vt ſub-
latis ſignis copias domum reducerent. Multis autem adhuc præ metu non audenti-
bus mouere ſacra ſigna, deinde neque pium neque tutum toti exercitui fore exi-
ſtimantibus, duces & imperatores deſerere: nam & militare ſacramentum, (quod
maximè *obſeruant & confirmant* Romani) iubet milites ſequi ſuos imperatores quo-
cunque illi copias duxerint, & ipſa lex ducibus poteſtatem dedit occidendi, indicta
cauſa, eos qui contumaces eſſent, aut qui ſigna deſererent. Quum igitur Virginius
videret eos hæc timere, docebat eorum ſacramentũ, lege eſſe ſolutum, quòd impe-
ratorem legitimè creatum copiis imperare oporteret: decemuirorum verò poteſta-
A tem contra leges eſſe, quod annuum tempus prætериiſſet, in quod deſignata fuerat.
imperata autem facere eorum qui non ex lege imperant, non obedientiam & pie-
tatem, ſed dementiam & inſaniam eſſe. Illi, his auditis, & rectè eum dicere du-
centes, ſe inuicem cohortati, & quadam etiam audacia à numine accepta, ſigna ſu-
ſtulerunt, & ex caſtris exiuerunt. In variis autem ingeniis, iiſque non omnibus
optimè ſentientibus, vt veriſimile eſt, nonnulli etiam milites, & centuriones cum
decemuiris manſuri erant, ſed non tot numero, at aliis longè pauciores. Qui verò ex
caſtris exierant, toto die itinere facto, circa veſpertini temporis aduentum, in vrbem
venerunt, ipſorum aduentu à nullis nuntiato, eóſque qui in vrbe erant, non medio-
criter turbarunt, quia exiſtimabant hoſtilem exercitum ingreſſum eſſe: clamórque
B exortus, & concurſus incompoſitus per totam vrbem factus. Verumtamen non
diu durauit tumultus ille, ita vt aliquid mali propterea accideret. Nam *illi* per com-
pita tranſeuntes clamabant ſe amicos eſſe, & pro reipublicæ commodo in vrbem in-
greſſos, factáque eorum verbis reſpondebant, quia nullam iniuriam faciebant. Pro-
fecti autem in eum collem qui Auentinus vocatur (eſt autem omnium collium qui
Romanis muris cinguntur, ad caſtra ponenda maximè aptus) caſtra ad ædem Dia-
næ poſuerunt. Poſtridie verò, munito vallo, decémque tribunis militum creatis,
qui ſummæ rerum præeſſent, quorum princeps erat Marcus Oppius, in caſtris quie-
tè ſe continuerunt. Nec multo poſt auxilio ipſis venerunt, ex caſtris quæ Fidenis e-
rant, præſtantiſſimi quique trium legionum centuriones, cum ingentibus copiis:
C qui iampridem illi quidem animo ab illis ducibus alieno erant, ex quo Siccium lega-
tum (vt dixi) occiderant: ſed defectionis initium facere non audebant, quòd amicæ
eſſent decemuiris quinque legiones, quæ in Algido erant: tunc verò vbi illorum de-
fectionem cognouerunt, fortunæ euentum cupidè amplexi ſunt. Atque his etiam
legionibus præerant decem tribuni militum in itinere creati. Inter quos maximè il-
luſtris erat Sextus Manilius. Hi coniunctis vtriſque copiis, caſtríſque poſitis *in loco ad
hoc ipſum commodo*, viginti tribunis militum negotium dederunt, vt quicquid eſſet è
republica dicerent & facerent. Ex illis autem viginti duos maximè illuſtres conſilij
principes, M. Oppinm & Sextum Manilium crearunt. Iſti ex omnibus centurioni-
bus conſilio conſtituto, res omnes aſſiduè cum illis agebant. Quum autem adhuc
D plebs ignoraret quænam eſſet eorum mens, Appius, quippe quòd conſcius ſibi eſſet
ſe præſentis tumultus, & malorum, quæ ob eum expectabantur, autorem fuiſſe, nul-
lo modo ampliùs ſe reipublicæ adminiſtrationi volebat immiſcere: ſed ſe domi con-
nebat. Sp. verò Oppius, qui vnâ cum eo vrbi præfectus fuerat, ipſe quoque principiò
turbatus, quaſi moxmox hoſtes ſe eſſent inuaſuri, & ad hoc ipſum venirent, vbi co-
gnouit eos nihil rerum nouarum moliri, depoſito metu, patres in curiam conuoca-
uit, domo viritim eos accerſens. Dum autem illi adhuc cogerentur, ex caſtris, quæ Fi-
denis erant, duces venerunt, qui moleſtè ferebant vtraque caſtra à militibus deſerta,
ſenatuique ſuadebant vt pro rei grauitate in illos animaduerterent. Quum autem v-
nicuique ſententia eſſet dicẽda, L. Cornelius dixit oportere eos qui in Auẽtino con-
E ſederant, eo ipſo die ſua caſtra repetere, & ducum imperata facere, ita vt nullius rei
geſtæ rei fierent, nec in iudicium vocarentur, præter ſolos defectionis autores. De his
autem *oportere* duces pœnas ſumere. Quòd ſi *illi* hæc non feciſſent, ſenatum de illis
ſtatuere vt de deſertoribus ordinum, in quibus fuerant à ducibus collocati, vtque de
militaris ſacramenti violatoribus. L. verò Valerius *ei aduerſabatur*.

Virginius in duces inuehitur, & milites ad defectionem ſolicitat.

Milites à Virginio perſuaſi, deſertis decẽuiris, in Auentinum ſecedũt, paucis exceptis.

Iidem milites rerum ſummã tribunis decem cõmittũt, quorum princeps erat M. Oppius.

Digitized by Google

Sed de Romanis legibus quę in duodecim tabulis ſcriptas inuenimus, neque nullam facere mentionem decebat, quum adeò ſint venerandæ, & adeò excellant vt Gręcis legibus longè ſint præſtantiores, neque vlteriùs quàm oportebat, progredi, earum hiſtoria prolixiore ſcripta. ¶ QVI autem poſt ſublatum decemuirale imperium conſulatum primi comitiis centuriatis à populo acceperunt, fuerunt (vt dixi) L. Valerius Potitus, & M. Horatius Barbatus, qui & ipſi quum eſſent natura ſua populares, & à maioribus hanc reipublicæ adminiſtrandæ rationem per ſucceſſionem accepiſſent, ſeruantes promiſſa quæ plebeiis fecerant (quando illis perſuaſerunt vt arma deponerent) nempe † ſe omnia quæ eſſent è re plebis, facturos, leges comitiis centuriatis ſanxerunt, patriciis quidem id ægrè ferentibus: ſed tamen præ pudore contradicere non audentibus, cùm alias quaſdã, quas à me ſcribi non eſt opus, tum eam, quæ A iubebat, leges quæ à plebe tributis comitiis latæ fuiſſent, ex æquo omnibus Romanis eſſe latas, & eandem vim habere, quàm quæ centuriatis comitiis ferrentur, pœnáque ſtatuta erat in eos qui hanc legem aut abrogaſſent, aut violaſſent, ſi conuicti fuiſſent, capitale ſupplicium, & bonorum publicatio. Hæc lex ſuſtulit controuerſias quæ antè erant inter plebeios & patricios, qui legibus latis ab illis parere nolebant, & qui nullo modo ea, quæ tributis comitiis fuiſſent ſancita, pro communibus totius reipublicæ decretis habebant, ſed hæc ad ipſos ſolos plebeios pertinere exiſtimabant: ſed quicquid centuriatis comitiis fuiſſet ſtatutum, id & pro ſeipſis, & pro aliis ciuibus ſtatutum putabant. Dictum autem eſt & antè in tributis comitiis patricios à plebeiis & B pauperibus vinci, in centuriatis verò plebeios à patriciis ſuperari, licet iſti numero aliis eſſent longè inferiores. Hac lege à conſulibus perlata cum aliis quibuſdã plebeiis, vt dixi, ſtatim tribuni tempus opportunum rati, quo Appium, eiúſque collegas vlciſcerentur, diem illis dicendam exiſtimabant, & in ius non omnes ſimul, ne ſe mutuò iuuarent: ſed ſingulos vocandos *ac ducendos*: ita enim faciliùs eos capi poſſe arbitrabantur. Conſiderantes autem à quonam potiſſimùm initium ducere deberent, ſtatuerunt primum Appium reum agere, qui cùm aliarum iniuriarum cauſa plebi erat odioſus, tum verò ob ſceleta nouiſſimè in virginem perpetrata: nam ſi hunc cepiſſent, *reúmque peregiſſent*, exiſtimabant † alios quoque facilè à ſe capi, *reóſque peragi* poſſe. Sed ſi ab humilioribus initium feciſſent, verebantur ne ira ciuium mollior eſſet C in viros illuſtriſſimos, qui poſtremo loco rei fierent, ſi in primo certamine eſſet vehementior: quod iam ſæpe accidit. Hoc igitur conſilio capto, *cæteros* cohibuerunt: ſed Virginio mandarunt vt extra ſortem Appium accuſaret. Poſt hæc igitur Appius in concione à Virginio accuſatus, ad populum delatus eſt, tempúſque ad cauſam dicendam petiit. Abductus autem in carcerem vt vſque ad iudicij diem ſeruaretur (neque enim vades dãdi poteſtas ei eſt facta) antequam dies iudicio deſtinata veniſſet, in vinculis obiit, idque vt multorum fuit ſuſpicio, tribunorũ iuſſu: vt verò diuulgarant qui crimen illud diluere volebãt, ipſe laqueo ſe ſuſpenderat. Poſt illum Sp. Oppius ad populi iudicium eſt ductus, ab alio tribuno pl. P. Numitorio, & impetrata cauſæ dicendę poteſtate, omnibus ſuffragiis damnatus eſt: & in vincula cõiectus eodẽ die mortuus D eſt. At reliqui de decemuirorũ numero, antequã dies ipſis diceretur ſe ipſi exilio mulctarunt. Bona autem eorum qui interfecti fuerant, & eorũ qui ſolum verterant, quæſtores vrbani occuparunt, & pecuniam ex illorum venditione redactam in ærarium intulerunt. Dies quoque M. Claudio, qui virginem, vt ſeruam, abducere auſus fuerat, ab Icilio eius ſponſo dicta. Ille quum culpam reiiceret in Appium, à quo ſe iniuriam illã facere iuſſũ dicebat, capitali ſupplicio eſt liberatus: ſed perpetuo exilio eſt mulctatus. Ex cęteris verò qui aliquam iniquam operam decemuiris nauarant, nullus publicum iudicium ſubiit: ſed omnibus impunitas data. Iſtius autem conſilij autor fuit M. Duellius, tribunus pl. ciuibus iam moleſtè *eam rem* ferentibus, & tãdem ſe quoque pro hoſtibus habitum iri putantibus. Sedatis autem vrbanis tumultibus, s. c. fecerunt, quæ iubebant quàm celerrimè in hoſtes exercitum educi. Quum autẽ s. c. ple- E biſcito confirmatum fuiſſet, Valerius alter conſul cum dimidia copiarum parte profectus eſt in Æquos & Volſcos. Hæ enim duæ gentes in vnum conuenerunt. Quum autẽ ſciret Æquos ex ſuperioribus victoriis ſpiritus ſumpſiſſe, & cum magna Romanarum copiarum cõtemptione veniſſe, eorum animos magis efferre volebat, eóſque audaciores reddere, non veram opinionem prębens, quaſi præ metu manus cum illis conſerere non auderet, atque omnia timentis ſigna dabat. Nam & locum caſtris ponendis editum, & acceſſu difficilẽ delegit, & foſſam profundam circũduxit, altúmque vallum

Anno V.C 306. conſulibus L. Valerio & M. Horatio Barbato leges latæ.

Vel potius, ſe in reipublicæ adminiſtratione omnium plebis commodorum rationem habituros. *Non enim dicit*, [illegible] *ſed* [illegible].

De lege quę ſuſtulit controuerſias quæ inter plebeios & patricios erant.

In decemuirorum iniurias à trib. plebis inquiritur.

Vel, faciliorem ſibi agendi aduerſum eos viã fore.

Appius in concione à Virginio accuſatur.

Appius eodem die mortuus quo in vincula coniectus.

Appius in carcere moritur, antequam dies iudicio deſtinata veniſſet.

M. Claudius exilio perpetuo mulctatus.

Sedatis tumultibus vrbanis decernitur educendum eſſe in hoſtes exercitum.

In Æquos & Volſcos expeditio, duce Valerio conſule.

vallum erexit. Hoſtibus autem eum ſæpius ad pugnã prouocãtibus, eíque ignauia n
exprobrantibus, hoc perferebat, & ſe quietè continebat: ſed vbi cognouit hoſtilium
copiarum præſtantiſſimã partem ad populãdum Hernicorum & Latinorum agrum
profectã, & in caſtris pręſidium neque magnũ neque firmum relictum, ratus hoc eſſe
tempus illud opportunum, exercitum acie inſtructa eduxit, eúmque tãquam ad pręlium *ad eorum caſtra* admouit. Sed nullo prodeunte illum diem copias cõtinuit: poſtridie vero ad eorum caſtra non valde munita copias duxit. Qui autẽ paulò antè egreſſi
fuerant ad ſuburbanorum locorum populationem, cognita caſtrorum ſuorum obſidione, venerunt: ſed non ſimul neque ordine: ſed ſparſi & rari prout ſingulis conti-
A gerat vt in conſpectum mutuum venirent. Et qui in caſtris erant, vbi ſuos aduentantes conſpexerunt, audaciores facti, conferto agmine ſunt egreſſi, atque cum magna
vtrorumque cæde ingens prælium cõmiſſum eſt, in quo Romani victores, & eos qui
cominus pugnabant, in fugam verterunt, & eos qui fugiebant inſequuti, partim interfecerunt, partim viuos ceperunt. Valerius igitur his peractis iam impunè hoſtilem
agrum incurſionibus vaſtabat. M. verò Horatius, qui ad bellum Sabinum miſſus
fuerat, vbi res à collega geſtas cognouit, ipſe quoque copiis ſuis ex vallo productis,
celeriter cum totis viribus cõtra Sabinos, numero nõ inferiores, & artis militaris peritiſſimos eſt profectus. Spiritus enim audaciámque magnam ob ſuperiores victorias
aduerſariis oſtenderunt, & vniuerſi, & ſinguli: ſed præcipuè dux eorum: nam non

Cum Sabinis bellũ duce M. Horatio, altero conſule.

B ſolùm bonus imperator, ſed etiam manu ſtrenuus bellator erat. Cæterùm, quum equites in pugna valde alacrem operam nauaſſent, clariſſimam victoriam reportauit,
multis hoſtibus cæſis: ſed longè pluribus captis, & ipſis caſtris deſertis potitus, in quibus magnum hoſtium apparatum inuenit, & omnem prædã, quam ex agro Romano
abegerant. Permultos etiam captiuos de ſuis reperit, & incolumes recepit. Sabini enim, quòd hoſtem contemnerent, prædam domum nondum tulerant. Res igitur hoſtium militibus in prædã conceſſit: ſed ex manubiis antè exemit quicquid diis conſecraturus erat: reliquam verò prædam reddidit *ſuis dominis* qui ea ſpoliati fuerant.
His rebus geſtis in vrbem copias reduxit: & eodem tempore Valerius venit: & vterC que ob partas victorias magnificè de ſe ſentiens, ſperabat ſe inſignes triumphos acturum: res tamẽ illis vt ſperarãt, minimè ſucceſſit. Nam ſenatus † ipſorum cauſa, qui
extra vrbem in campo Martio caſtra poſuerant coactus, vbi res ab vtroque geſtas cognouit, eos ſacrificium ob partam victoriam diis facere non eſt paſſus. Quibus cùm
multi alij aduerſati ſunt palàm, tum verò præcipuè C. Claudius (hic enim, vt dixi, erat
patruus Appij illius qui decemuiratum conſtituerat, & qui nuperrimè à tribunis plebis interfectus fuerat) qui leges ab illis latas proferebat, quibus ſenatus potẽtiam imminuerant, & alia quæcunque iſti in reipublicæ adminiſtratione perpetuò egerant.
Poſtremò autem decemuirorum, quos tribunis prodiderant, aliorum quidem interitum, aliorum verò publicationem bonorum contra iuſiurandum & pacta commeD morauit: dixitque, pacta ſuper hoſtiis inter patricios & plebeios facta fuiſſe, vt omnibus impunitas daretur, omniúmque pręteritarum iniuriarum memoria deponeretur,
Appióque mortem non propriis ipſius manibus allatam: ſed tribunorum inſidiis ſublatum hominem ante iudicij diem, ne reus factus cauſæ dicendę poteſtatem impetraret, néue miſericordiam conſequeretur. quia ſi in iudicium veniſſet vir generis dignitate inſignis, cuius multa beneficia in rempublicam collata extabant, & iuſiurandum, atque fidem imploraſſet, (qua homines freti cõueniunt, pacémq; faciunt) & liberos atq; cognatos *ſecum adduxiſſet*, & cũ ipſo humili habitu eò veniſſet, multáq; alia
tuliſſet, quæ multitudinis miſericordiam cõciliant, *damnatus non fuiſſet*. Quum igitur
C. Claudius hæc in eos effudiſſet, & ipſi adeſſent, iudicarunt patres, debere eos exiE ſtimare præclarè ſecum agi ſi pœnas nullas darent: & *dixerunt* eos nullomodo dignos eſſe qui aut triumphum agerent, aut aliquid iſtiuſmodi impetrarent. Triumpho autem ipſis à ſenatu denegato, Valerius eiúſque collega id iniquo animo ferentes, & ſe graui contumelia affectos arbitrantes, multitudinem ad concionem conuocarunt, quúmque lõga oratione ſenatum accuſaſſent, & tribuni ipſis patrocinati fuiſſent, eóſque iuuiſſent, ac rogationem tuliſſent à populo triumphandi poteſtatem impetrarunt, & primi omnium Romanorum hanc conſuetudinem in rempublicam induxerũt. Poſtea verò rurſus diſcordiæ, & expoſtulationes inter plebeios & patricios
ſunt exortæ: eos autem tribuni quotidianis concionibus inſtigabant. Multitudinem
verò maximè irritabat ſuſpicio (quam illi data opera valde confirmarant) in certis ru-

M. Horatius de Sabinis victoriam reportat.

Verba græca κατ' αὐτῶν *ſonant aduerſũ ipſos.*

Senatus permittere nõ vult vt Valerius & Horatius ſacrificium ob partam victoriam diis fieri ſolitũ faciant. *Nam decems quo* [illegible] *oſtendit ſi de certo quodam & vnd. ab aliis viribus fieri ſolet, loquens.*

Valerius & Horatius inuito ſenatu triũphant.

motibus & coniecturis non paucis aucta, quòd nimitum patricij leges abrogare ſtatuiſſent, quas Valerius & Horatius conſules tulerant, ac ſanxerant, vehemén ſque opinio, nec à fide longè remota plebis animos occuparat, & in iis inſederat. Atque hæc his conſulibus ſunt geſta. Sequenti verò anno, conſules creati Larus Herminius, & T. Virginius: ipſiſque ſucceſſerunt M. Geganius Macerinus.

Anno V.C. 307. conſſ. Lar. Herminius & Titus Virginius.

Anno V.C. 308. conſſ. M. Geganius & C. Iulius.

A

Anno V.C. 309. conſulibus T. Quintio quartum & Agr. Furio, lis de agro inter Aricinos & Ardeates cõtrouerſo deciditur.

Illis autem nihil reſpondentibus, ſed indignantibus, Scaptius in concionem iterum progreſſus, Cõceſſum eſt vobis (inquit) Quirites, ab ipſis aduerſariis eos veſtrum « agrum ſibi vendicare, ad quos nullo modo is pertineat. Hæc conſiderantes decernite « ea quæ iuſta, & ſancta ſunt. Hæc Scaptio dicente, pudor conſules ſubiit, quòd cogi- « tarent neque iuſtum, neque honeſtum illius iudicij finem futurum, ſi pro pop. rom. iudex electus agrum aliquem controuerſum, quem nunquam ſibi vendicaſſet, ipſis litigatoribus ereptum ſibi adiudicaret, plurimáque verba tam à conſulibus quàm à ſenatus principibus ad rem eam auertendam fruſtrà ſunt facta. Nam qui in ſuffragia miſſi fuerant, magnæ ſtultitię eſſe dicentes pati res ſuas ab aliis detineri, nec pium finem *iudicio* ſe impoſituros arbitrantes, ſi agrum controuerſum Aricinis aut Ardeati- B bus adiudicaſſent, quòd iuraſſent ſe eum illis, ad quos eum pertinere cõperiſſent, adiudicaturos, & litigatoribus infenſi, quòd eos, à quibus eo priuabantur, iudices eligere, ac habere voluiſſent, vt ne in poſterum quidem ſibi ampliùs liceret agrũ ſuum recuperare, quem ipſi iurati, iudicantes aliorum eſſe pronuntiaſſent. Hæc igitur conſiderantes, & iniquo animo ferentes, tertiùm iuſſerunt, vrnã in vnaquaque tribu poni, in quam calculi pro pop. rom. conijcerentur. omnibúſque ſuffragiis pop. rom. agri controuerſi dominus declaratur. Atque hæc his conſulibus ſunt geſta. ¶ MARCO autem Minucio & C. Quintio cõſulibus, ciuiles diſcordiæ iterum ſunt excitatæ, plebeiis hominibus poſtulantibus vt omnibus romanis ciuibus conſulatum capere liceret. Nam ad illam vſque diem ſoli patricij, comitiis centuriatis deſignati, conſulatum C petebant, & qui tunc tribuni erant, præter vnum C. Furium, cęteri omnes communi conſenſu legem de comitiis conſularibus accuratè ſcriptam promulgabant, qua lege populi arbitrio permittebant, vt quotannis cognoſceret vtrum à patriciis, an à plebeiis conſulatum peti vellet. Ob quæ indignabantur qui ſenatorij ordinis erant, quia potentiam ſuam, *hoc modo* tolli videbant, & quiduis ſibi antè patiendum putabant, quàm permittẽdum vt ea lex perferretur. Quúmque in priuatis cœtibus, & in publicis conuentibus omnes patricij animo ab omnibus plebeiis alieno eſſent, aſſiduè alteri alteris iraſcebantur, ſe mutò accuſabant, atque alij aliis aduerſabantur. Et multa verba in ſenatu, multa in concionibus, ab optimatum principibus ſunt facta: atque mitiora quidem, ab iis qui exiſtimabant plebeios ob vtilitatis ignorantiam peccare: D aſperiora verò ab iis qui putabant rem totam compoſitam à plebeiis, qui ſibi inſidiabantur & inuidebant. Quum autem tempus fruſtrà protraheretur, nuntij à ſociis in vrbem venerunt, qui dixerunt Æquos & Volſcus cum ingenti exercitu contra ſe venire decreuiſſe, rogarúntque vt auxilium ſibi celeriter mitteretur, quòd in ſummo belli diſcrimine verſarentur. Ex Etruſcis quoque Veientes ſe ad defectionem parare dicebantur. Et Ardeates eorum imperio ampliùs non parebant, irati ob controuerſum agrum, quem pop. rom. iudex electus ſuperiore anno ſibi adiudicarat. Senatus, his cognitis, decernit vt exercitus conſcribatur, & conſul vterque copias educat. Sed qui legem promulgabant, decretis eorum aduerſabantur: (habent enim tribuni poteſtatem intercedendi conſulibus) ex manibus eorum eripientes eos qui ad E militare ſacramentum ab iis ducebantur, neque permittentes vt illi vllas pœnas de contumacibus ſumerent. Quum autem ſenatus magnis precibus poſtularet vt in præſentia contentionis ambitioſæ peruicaciam deponerent, & bello confecto tunc demum legem de comitiis promulgarent, tantum abfuit vt illi temporibus cederent, vt etiam in aliis rebus ſenatuſconſulto ſe aduerſaturos dicerent, nec vllum ſenatuſconſultum de vlla re factum ſanciri paſſuros, niſi antè de lege, quæ à ſe promulgabatur, ſenatuſconſultum fieret. Neque ſolùm in ſenatu hæc conſulibus minati ſunt auſi: ſed etiam in concione, iuſiurandum, quod apud eos eſt maximum, per ſuam fidem, iurarunt,

Anno V.C. 310. conſulibus M. Genucio & C. Curtio in controuerſiam vocatur, quibus conſulatũ accipere liceat.

* Videndum an poſtuſ hæc verba, ἀναγκάζοντο τὰς ἐς ὑπάτους ἄγειν & quæ ſequuntur, continuanda ſint cum præcedentibus vt factũ ſunt in hac interpretatione, Licet enim tribunis obſiſtere conſulibus: ac ſi qui à cõſulibus vt ad militare ſacramentum adigantur, tribuni eos illis eripiunt & impediunt ne vlla de imperium detrectantibus pœna ſumatur.

iurarunt, ne quod ſuum decretum ſibi *aliquorum* oratione adductis reſcindere liceret.
His autem minis auditis, quid agendum eſſet, natu maximi & illuſtriſſimi principes optimatum conſultare cœperunt, ipſi ſeparatim in priuatum cœtum à conſulibus coacti. C. igitur Claudius, vir minimè popularis, & qui à maioribus hanc reipublicæ adminiſtrandæ rationem ſectandam acceperat, autor erat ſententiæ ſeuerioris, qua nec conſulatu, nec vllo alio magiſtratu plebi cedendum cenſebat, & qui contra facere conarentur, armis prohibendos, niſi oratione flecti poſſent, ita vt nemini parceretur, neque priuato homini, neque magiſtratum gerenti: omnes enim qui patrias conſuetudines, & priſtinam atque præclaram reipublicæ formam corrumpere co-
A nantur, alienos à ciuitate, eiúſque hoſtes eſſe dicebat. Sed T. Quintius non ſinebat vi aduerſarios coerceri, neque armis & ſanguine ciuili cum plebeiis contendi, præſertim quum tribunos plebis aduerſarios eſſent habituri, quos maiores Romanorum ſacroſanctos eſſe decreuiſſent, † diis geniíſque factis pactionum ſponſoribus, & maximo iureiurando in ſuam ſuorúmque poſterorum perniciem, ſi quam pactorum partem violaſſent, iurato. Quum autem in hanc ſententiam iuiſſent alij quoque qui
„ in ſenatum aduocati fuerant, Claudius, oratione ſuſcepta, NON ignoro (inquit)
„ quantarum calamitatum in nos omnes fundamentum iaciatur, ſi plebi permittamus
„ vt de hac lege in ſuffragia mittatur. Sed quum non habeam quid agam, nec tot viris
„ aduerſari poſſim, veſtris cõſiliis cedo. Æquum enim eſt vt vnuſquiſque declaret quæ
B è republica fore exiſtimat, ſed parcat iis quæ à pluribus fuerint decreta. Illud tamen
„ habeo de quo vos moneam, vt in rebus difficilibus & aduerſis, vt conſulatu neque
„ nunc, neque in poſterum cuiquam cedatis, præterquam patriciis, quibus ſolis pium
„ & fas eſt. Vbi verò ad neceſſitatem redacti eritis, vt nunc, alios quoque ciues maxi-
„ mę poteſtatis & imperij participes faciatis, & tribunos militum pro conſulibus cree-
„ tis, numerum eorum quantuncunque volueritis, præfinientes. Atque ego quidem,
„ octo vel ſex ſufficere puto. In hoc tamen iſtorum virorum numero ne pauciores ſint
„ patricij quàm plebeij. Si enim ita feceritis, nec cõſulatum in abiectos & indignos ho-
„ mines conferetis, nec dominatus iniuſtos vobis ipſis conſtituere videbimini, qui ple-
„ beios ad nullum magiſtratum admiſeritis. Laudata ab omnibus eius ſentẽtia, & nul-
C lo contradicente, Audite, inquit, quæ vobis etiam conſulibus ſuadere volo. Indicta
„ die ad quam ſenatuſconſultum facturi & ſanciturì eſtis, dicendi poteſtatem facite
„ legis ſuaſoribus & diſſuaſoribus. Verbis autem *hinc inde* factis, quum ad ſententias
„ rogandas ventum erit, nec à me, nec ab iſto Quintio, nec à quoquam aliorum ſenio-
„ rum, ſed ab iſto L. Valerio, qui omnium ſenatorũ eſt maximè popularis, initium du-
„ cite: & poſt eum rogate Horatium, ſi quid velit, dicere. Et vbi illorum ſententias ex-
„ quiſiueritis, tunc nos ſeniores dicere iubebitis. Ego quàm liberrimè ſententiam tri-
„ bunis contrariam dicam. Hoc enim reipublicæ conducit. Rogationem autem de
„ tribunis militum creãdis, ſi vos ita volueritis, T. iſte Genutius ferat. Nam erit ſenten-
„ tia decẽtiſſima, & ſuſpicionem minimè prębebit, ſi tuus iſte frater, ô M. Genuti, eam
D dicat. Viſus eſt de his etiam rectè monere, atque illi ex conuentu diſceſſerunt. Tribunos autem timor inuaſit ob arcanos illorum congreſſus, vt in magnum aliquod plebis malum factos, quòd domi, non in loco aperto *& publico* conſediſſent *& conſilium habuiſſent.* Quinetiam quòd nullum tribunum plebis ad illud conſilium admiſiſſent.
Poſtea ipſi quoque concilio iterum ex ciuibus maximè popularibus conuocato, remedia, & præſidia viciſſim aduerſus inſidias, quas ſibi à patriciis ſtructum iri ſuſpicabantur, excogitabant. Quum autem tempus veniſſet quo ſenatuſconſultum faciendum erat, conſules conuocato ſenatu, poſt multas de concordia & modeſtia adhortationes, tribunis legis autoribus primùm dicendi poteſtatem fecerunt. Quare progreſſus vnus ex ipſis C. Canuleius, de legis æquitate aut vtilitate nihil dixit, neque
E vllam mentionem fecit: ſed mirari ſe dixit quòd conſules, quum iam inter ſeipſos priuatim conſultaſſent, & ſtatuiſſent quid eſſet faciendum, tamen de re quaſi nondum examinata, & conſultationis indigente, ad ſenatum referre auſi fuiſſent, & de ea dicendi poteſtatem cuiuis feciſſent, autores diſſimulationis, neque ſuæ ætati conuenientis, neque tanti imperij magnitudinem decentis, prauorúmque inſtitutorum initia in rempublicam eos inuehere dixit, qui occulta concilia in priuatas ædes conuocarent: nec tamen omnes ſenatores, ſed tantùm ſibi familiariſſimos, ad hæc vocarent. Quòd igitur alij ſenatores ab illo priuato conſilio abacti fuiſſent, minùs ſe mirari dixit: ſed quòd M. Horatius & L. Valerius, qui decemuiratum ſuſtulerant, viri con-

Qui optimatũ imperio fauẽt, in priuatũ cœtum à conſulibus coguntur ad conſultandũ de aſſerẽdo illis ſuo imperio.

C. Claudius nec conſulatu nec alio magiſtratu plebi cedendum cẽſet.

Verba hæc, diis geniíſque factis pactionum ſponſ. *& quæ ſequuntur, videntur potius, de tribunis plebis quã de Romanorum maioribus intelligenda: quamuis apud Dionyſium repugnare dici poſſint duo participia nominandi caſus, niſi in illis nominatiuus in genitiuum mutetur.*

C. Claudij oratio, qua tribunos militum pro conſulibus creare ſuadet.

Sed *vbi interpr.* qui in ſenatum aduocati fuerant, *Dionyſ. habet* τὸ συνέδριον, *& intelligit. non de ſenatu, verùm de illo concilio quod* τοὺς ἐπιτηδείους σύλλογον *vocauerat.*

Tribuni plebis cõcilio iterum ex ciuibus maximè popularibus conuocato præſidia excogitant aduerſus inſidias quas ſibi à patriciis ſtructum iri ſuſpicabatur.

C. Canuleij tribuni pleb. orationis capita.

ſulares, & nullo minus idonei ad reipublicæ conſulendum, indigni fuiſſent iudicati qui in ſenatum vocarentur, ſe obſtupefactum eſſe, neque poſſe ſe conijcere quámnam iuſtam ob cauſam *id feciſſent*: ſe tamen vnam coniectutis aſſequi, quòd prauarum,& pernicioſarum ſententiarum contra plebeios autores futuri, noluerint ad hęc conſilia homines plebis ſtudioſiſſimos aduocare, qui nimirum iniquo animo id laturi eſſent, neque paſſuri vllũ iniquum inſtitutum aduerſus plebẽ conſtitui. Quum talem orationem magna cum indignatione Canuleius haberet, & ſenatores, qui in

C. Genutij conſulis oratio qua his quæ à Canuleio tribuno plebis obiecta erant reſpõdet.

conſilium admiſſi non fuerant, rem iniquo animo ferrent, progreſſus alter conſul Genutius, factũm purgare, atque eorum iram lenire conabatur, docens à ſe amicos aſſumptos fuiſſe, non vt contra plebem agerent, ſed vt cum ſuis maximè neceſſariis A conſultarent, qua ratione neutram factionem imminuere viderentur, vtrum celeriter an tardiùs legis ferẽdæ cognitione ſenatui permiſſa. Horatium verò & Valerium nulla alia de cauſa in conſilium à ſe non fuiſſe aſſumptos, quàm nequa ſuſpicio de illis contra eorum dignitatem inter plebeios oriretur, quaſi ſententiam mutaſſent de reipublicæ adminiſtrandæ ratione, ſi in aliorum ſententiam iuiſſent, quę legis cognitionem in aliud tempus magis opportunum differendam cenſebat: ſed quando omnibus qui *ad id conſilium* aſſumpti fuerant cognitio celerior quàm tardior viſa eſt melior, ſe, vt illis viſum eſt, facere. Quum hæc dixiſſet, & per deos iuraſſet ſe vera dicere, dixit etiam, omnes ſenatores qui fuerant aduocati, non verbis, ſed factis omnem criminationem diluturos. Poſtquam enim, qui legem diſſuadere aut ſuadere voluiſſent, B iura ſua protuliſſent, ſe primùm ſententias exquiſiturum non ex maximis natu & honoratiſſimis ſenatoribus, ad quos ex patria conſuetudine hic honor defertur, neque ex iis qui plebeiis eſſent ſuſpecti, quaſi nihil boni pro ipſis aut dicturi aut ſenſuri eſſent: ſed ex iunioribus, qui maximè populares haberentur. Hæc autem pollicitus, factáque volentibus dicendi poteſtate, quum nemo legem diſſuaſurus aut ſuaſurus prodiret, progreſſus iterum, rogauit primum Valerium, quid è republica eſſet, & quid ſenatui

Valerij oratio, cuius ſumma eſt, rogationem ſibi iuſtam videri de omnibus ciuibus ad cõſulatum admittendis.

ſtatuendum cenſeret. Ille verò, quum ſurrexiſſet, & multa verba de ſe, déque ſuis maioribus feciſſet, qui pro reipublicæ commodis partium plebeiarum patroni fuerant: & ab initio enumeraſſet omnia pericula, in quę reſpublica inciderat ob eos qui contrariæ factionis erant, & demonſtraſſet omnibus plebis inimicis, qui ſuum in plebem C odium declaraſſent, damnoſum *id* fuiſſe, & multis laudibus plebẽ proſequutus fuiſſet, quòd non ſolùm libertatis, verùm etiam principatus reipublicæ præcipuus autor fuiſſet: quum *inquam* hæc atque his ſimilia oratione perſequutus fuiſſet, tandem dixit fieri non poſſe vt ea ciuitas ſit libera, ex qua æquabilitas ſublata eſt. dixítque videri ſibi eam rogationem eſſe iuſtam, quæ poſtularet vt omnes ciues Romani ad cõſulatum admitterentur, ij *inquam*, qui vitam inculpatam vixiſſent, & qui res hoc honore dignas geſſiſſent: ſed tempus ad ipſius *rogationis* cognitionem non eſſe opportunum, dum in bellicis tumultibus reſpublica verſaretur. Quare ſuadebat tribunis vt ſinerent milites conſcribi, nec eos qui fuiſſent conſcripti impedirent quominus ad militiam proficiſcerentur: conſulibus verò, vt poſt optimum finem bello impoſitum D primùm & antè omnia s. c. de rogatione promulgarent. Hæc autem iam ſcribenda, & ſponſione ab vtriſque confirmanda *cenſebat*. Hac ſententia à Valerio & ab Horatio poſt eum dicta (huic enim ſecundo dicendi poteſtatem conſules fecerunt) accidit vt non omnes, qui aderant, eodem modo afficerentur. Nam qui rogationem tolli cupiebant, dilationem eius cognitionis lubenti animo audiuerunt: ſed quòd confecto bello ſibi ſenatuſconſultum de ea *rogatione* neceſſariò faciendum eſſet, hoc moleſtè tulerunt. Qui verò eam ſenatuſconſulto ratam fieri cupiebant, quòd confeſſum eſſet eam rogationem eſſe æquam, id lubenter audiebant: quòd verò in alia tempora ſenatuſconſultum differretur, hoc iniquo animo ferebãt. Tumultu autem (vt veriſimile eſt) ob eam ſententiam exorto, quòd neutris omnes illius *ſententia* partes gratæ E

Orationis C. Claudij quæ fuerit ſumma.

eſſent, conſul progreſſus, tertiũ C. Claudium ſentẽtiam rogauit, qui principum alterius factionis plebi aduerſariæ pertinaciſſimus, & potentiſſimus habebatur. Is præmeditatam orationem contra plebem habuit, omnia quæcunque vnquam præclaris, patrúſque moribus contraria exiſtimarat commemorans. Cuius hęc fuit ſumma, in qua deſiit ſententia, ne conſules vllam ſenatui rogationis cognitionem, neque in præſentia, neque in poſterum darent, quòd ea ferretur in optimatum dominatus euerſionem, & omnem reipub. præclaram diſciplinam perturbatura eſſet. Longè autem

T. Genutij quæ fuerit ſententia.

maiore tumultu ob hanc ſententiam ſequuto, quartus T. Genutius, alterius conſulis frater,

frater, vocatus ſurrexit, qui pauca loquutus de temporibus in quæ inciderat reſpub. dixit neceſſe eſſe, è duobus grauiſſimis malis alterum huic euenire, vel vt ob ciuiles contentiones & ambitioſas altercationes res hoſtium corroboraret, vel, ſi externorum hoſtium impetum propulſare vellet, malè domeſticum & ciuile bellum componeret. Quum autem duo eſſent mala, quorum alterum neceſſe eſſet illos inuitos pati, *dixit* videri ſibi hoc magis expedire, nimirum vt ſenatus plebi potiùs concederet vt aliquam partē ornamenti à patria adminiſtrandę reipublicę ratione auelleret, quàm committeret vt reſpublica alienigenis, & hoſtibus eſſet ludibrio. His dictis ſentētiam comprobatam ab iis qui in priuato conſenſu interfuerant in medium protulit, cuius
A autor fuerat Claudius, quemadmodum dixi, vt pro conſulibus tribuni militum tres ex patriciis, & tres ex plebeiis conſulari poteſtate prædıti crearentur. qui vbi ſui imperij tempus exegiſſent, & noui magiſtratus creandi eſſent, S. P. Q. R. iterum coacti ſtatuerunt vtrum conſules an tribunos militum imperium gerere vellent, & quod omnibus poſt lata ſuffragia viſum fuiſſet, id ratum eſſet. Hoc autem ſenatuſconſultum quotannis fieret. Hanc ſententiam à Genutio dictam omnes ſummis laudibus efferre cœperunt: & qui poſt illum ſurrexerunt ferè omnes hæc optima eſſe ſunt confeſſi. ſenatuſconſultum igitur à conſulibus factum eſt, eóque accepto tribuni plebis cum ingenti lætitia in forum prodierunt. [illegible]nde plebe ad concionem conuocata, multis laudibus ſenatū ſunt proſequuti, & iuſſerunt omnes plebeios, qui vellent, cum
B patriciis magiſtratum petere. Cupiditas autem ſine ratione res eſt adeò leuis, & quæ confeſtim in alteram partem inclinat (præcipue verò turbæ cupiditas) vt ij qui antè omnino & quauis ratione ad magiſtratum admitti volebant, & qui niſi à patriciis hoc impetraſſent, aut vrbem deſerturi, vt antea, aut armis eam occupaturi erant, quum quod petebant, ipſis conceſſum fuiſſet, continuò à ſua cupiditate receſſerint, & ſtudia ſua in alteram partem contulerint. Quum igitur multi plebeij tribunatum militum peterent, & magno ſtudio preces adhiberēt, illi nullum hoc honore dignum iudicarunt: ſed quum ſuffragiorum ius penes ſe habuiſſent, patricios qui cum *magiſtratum* petebant, viros illuſtres, tribunos militum crearunt, A. Sempronium Atratinum, L. Atilium Longum, & T. Clælium Siculum. Hi primi proconſulare imperium
C acceperunt tertio anno lxxxiv. olympiadis, archonte Athenis Diphilo. Id autem per ſolos ſeptuaginta & tres dies retinuerunt, & ex priſca patriæ cōſuetudine vltrò poſt ea depoſuerunt, quòd cæleſtia quædam ſigna apparuiſſent, quæ illos rempublicam gerere vetabant. Quum autem iſti ſe magiſtratu eo abdicaſſent, ſenatus coactus interreges creauit. Illi indictis comitiis, & populo cognitione permiſſa, vtrum conſules an tribunos militum creare mallet, quum ille decreuiſſet in priſtina cōſuetudine manere, omnibus patriciis, qui id vellent, conſulatus petendi poteſtatem fecerunt. Atque iterum ex patriciis conſules facti ſunt L. Papyrius Mugilanus, & L. Sempronius Atratinus, frater vnius eorum qui tribunatum militum depoſuerunt. Hi duo magiſtratus qui maximam poteſtatem haberent, Romæ eodem anno fuerunt, non tamen
D in omnibus romanis annalibus vterque *magiſtratus* extat: ſed in aliis ſoli tribuni militum, in aliis conſules, in paucis vterque magiſtratus. Quibus nos non ſine ratione aſſentimur: ſed fidem adhibemus ſacrorum & recōditorum librorum teſtimoniis. His igitur conſulibus, nullæ aliæ res dignæ quæ memoriæ proderentur, aut foris aut domi ſunt geſtæ: fœdus tamen ictum eſt cum Ardeatibus, & amicitia ac ſocietas *cum iis* inita. Miſerāt enim legatos, per quos, depoſitis de agro expoſtulationibus, amicitiam & ſocietatē pop. rom. petebant. Hæc fœdera conſulum collegium rata fecit. ¶ ANNO autem ſequenti, quum populus decreuiſſet vt conſules iterum crearentur conſulatum inierunt, idibus Decembris M. Geganius Macerinus iterum, & T. Quintius
E Capitolinus V. Hi ſenatum docuerunt cùm multas alias res ob continuas conſulum expeditiones fuiſſe neglectas, tum verò id, quod omnium maximè erat neceſſarium, inſtitutum, *nimirum* cenſus fortunarum, ex quibus cognoſcebatur & numerus eorum qui ætate militari eſſent, & facultatum magnitudo, pro quarum modo oportebat vnumquemque tributa ad bellicos vſus conferre, nullo cēſu intra ſeptemdecim annos habito à L. Cornelij, & Q. Fabij conſulatu, ita vt viri probi, & vtiles cenſerentur, & in expeditionibus verſarentur, flagitioſiſſimi verò & improbiſſimi quique incenſi relinquerentur, & alium locū priore mutato caperent, vbi pro arbitrio ipſis viuere liceret.

Anno V.C. 311. pro conſulibus creati ſunt tribuni militares tres: qui quum magiſtratū abdicaſſent, rurſum è patriciis quidam conſulatum ineunt.

Anno V.C 312. conſulibus M. Geganio iterū & T Quintio quintùm, cenſus habetur.

FINIS.



ROMA

Google

ÆMYLII FRANC. PORTI CR. F. IN DIONYSIVM HALICARNASSEVM, ANNOTATIONES.

Æ. P. HVMANISSIMO LECTORI S. P.

CVM ex Friderici Sylburgii literis (humaniſſ. lector) intellexiſſem, Vechelos de Dionyſii Halicarnaſſei Romanis antiquitatibus prelo mandandis cogitare, dolui vehementer, quòd tot annorum moleſtias à me fruſtra ſuſceptas, ac toleratas putarem. At ipſum opus ab illis iam abſolutum magnam mei doloris acerbitatem leniuit, mentémque priſtino mœrore liberatam recreauit. Nam quicquid Sylburgius ex ſuis, & amicorum vetuſtis codicibus excerpſit: quinetiam quicquid ingenii coniecturas ſequutus emendauit, aut obſeruauit, attentè perlegi: ſed animaduerti nihil eſſe quod à meis quoque ſcriptis in lucem emittendis me deterreret. Cæterum, quid in hoc auctore præſtiterim, ipſe non dicam: at rem legitimo peritorum lectorum iudicio perpendendam relinquam. Illud tamen fatebor: nullos vetuſtos codices, ſed vnicum Roberti Stephani exemplar mihi fuiſſe. Quamobrem etiam in deprauatorum locorum emendatione magis laborandum fuit. Quoniam autem in hac poſtrema Dionyſii verſione multa à nobis longè aliter, quàm ab aliis conuerſa, multa etiam in græco textu nunc emendata tibi legenti occurrent, quæ fortaſſe nimiæ audaciæ aſcribi poſſent: ideo te paucis monendum, tibique rationes, quibus adductus hoc fecerim, ſuo quaſque loco aperiendas duxi. Tu noſtres hos labores, qualeſcunque illi ſunt, pro tua humanitate æqui bonique conſules. Vale.

¶PAGINA. I. Animum ad iſtud opus componēdum appuli, Περὶ αὐτὴν ὥρμησα τὴν πραγματείαν) Alij interpretes videntur legiſſe πρὸς ταύτην. Quæ lectio melior quàm vulgata. Quare vertemus, *quum animum ad iſtam tractationem*: id eſt, ad harum rerum tractationē *appuli.* quanquam & ex vulgata lectione ſatis cōmodus ſenſus elici poteſt. Sed in altera res φυσικώτερον, in altera εἰδικώτερον exponetur.

Qui de claris ciuitatibus, Τοῖς περί τε πόλεων) Sylburgius corrigit τὰς ἀναγραφομένας ἱστορίας. Sed vulgata lectio videtur bona, ſi locum intelligas vt ſumus interpretati: quare nihil mutandum. Quanuis enim loquēdi genus, quo Dionyſius hîc vtitur, ſit paulò durius: non tamen propterea vt corruptum eſt reiiciendum. Quòd ſi τὸ αὐτοσχεδίους viris tributum turbat Sylburgium, τὸ ῥᾳθύμους ἱστορίας εἶ), eundem etiam turbabit. Sed vtrumque dictum eſt figuratè. Τὸ δὲ ἀναγεγραφομένας, ἀντὶ τοῦ ἀναγράφοντας poſitum dicemus, quod Atticis familiariſſimum. Si correctionem Sylburgij ſequamur, locum ita vertemus. Hiſtorias enim quæ de viris ampla potentia præditis ſcribuntur, nec ex tempore, ac temere, nec oſcitanter conſcribendas cenſemus.

Viris ampla potentia præditis, Ἀνδρῶν ἐν δυναστείᾳ γεγονότων) Hunc locum & ita vertere poſſumus, *Viris qui in magna potentia fuerunt.* Cicero enim linguæ Latinæ parens, in oratione pro L. Muræna ſic eſt loquutus.

Ad noſtram vſque ætatem, Μέχρι τῆς καθ' ἡμᾶς ἡλικίας) Antè in Græco exemplari ſubiiciebatur titulus iſte, Περὶ τῶν παλαιῶν ἀρχῶν. ſed cùm Dionyſius in cæteris hiſtoriæ ſuæ libris nullo huiuſmodi titulo ſit vſus, & in aliquot tantùm huius primi libri locis hoc reperiatur: adducor vt credam hæc ab aliquo literarum ſtudioſo in margine fuiſſe notata, poſtea per typographorum incuriam in textum ex margine tranſlata. Quare, hæc vt ſuperflua tollere non dubitaui.

¶Pag. 2. Quarta ætate euerſum eſt. Ἐπὶ τῆς τετάρτης καταλυθῆν γενεᾶς) Quot annos complectatur ἡ γενεὰ, quàm Latini vocant ętatem, Herodotus in Euterpe his verbis declarat, γενεαὶ γὰρ τρεῖς ἀνδρῶν ἑκατὸν ἔτεά ἐστι. Quare ex ipſius ſententia ſingulæ ætates triginta & tres annos, & quatuor menſes continent. Hoc tamen vocabulum aliàs & de maiori & de minori temporis ſpatio dicitur, nec vna eſt omnium hac de re certa ſententia: ſed alij aliter ſentiunt.

Ad Adriaticum mare deſcendit. Ἀδριανῆς κατέβη θαλάσσης) Hoc mare vſitatiore nomine Adriaticum vocatur. Interdum tamen & Adrianum, vt apud Horatium lib. Carm. I. ode XVI. *Siue mari libet Adriano.* Potes autem & ita hunc locum Latinè reddere. *Sed à Septentrione ad Thraciam vſque proceſſit, ab occidente, mari Adriatico finitum eſt.*

Quæ non eſt deſerta, Ὅτι μὴ ἀοίκητος) Si vim verborum ſpectes, vertendum, *quæ non eſt inacceſſa,* ad quam patet acceſſus. quia tamen huic opponit τὴν ὑπ' ἀνθρώπων κατοικουμένην, malui deſertam dicere.

Ortu & occaſu fines imperij ſui terminauit. Ἀνα-

πόλεις, καὶ δύσεις ὅρους πεποιημένων τῆς δυναστείας) Ouidius 2. Faſt. quàm amplum eſſet P. R. imperium diſticho elegantiſsimo declarauit,

Gentibus eſt alijs tellus data limite certo,
Romanæ ſpatium eſt vrbis, & orbis idem.

¶Pag 3. De vrbis conditoribus. Περὶ μὲν τῶν οἰκησάντων) Mallem οἰκισάντων. quos enim antè τοὺς πόλεως οἰκιστὰς vocauit, nunc eos τοὺς τὴν πόλιν οἰκίσαντας appellat.

Neque iuſtam ſeruitutem moleſtè ferre, neque fortunam incuſare. Καὶ μήτε ἄχθεσθαι & μήτε καταμέμφεσθαι) Hæc ab illo τοῦ φάσκειν pendent. Hoc moneo, quia alij interpretes Græcam verborum conſtructionem non ſunt ſequuti, cùm tamen ex ea commodiſsimus ſenſus eliciatur, ita vt nulla mutatione ſit opus. A

Saltem ex ipſa hiſtoria edoctis. Μαθοῦσι γε δὴ παρὰ τῆς ἱστορίας) Hæc quoque ab illo φάσκειν reguntur: ſed crebræ παρενθέσεις orationem obſcuram reddunt.

Nec perpetua per omnem vitam temperantia præſtantiores. Οὔτε σωφροσύνῃ πλείονι παρὰ πάντα τὸν βίον χρησαμένους) ἀντὶ τοῦ ὄντι παρὰ πάντα τὸν βίον σωφρονεστέρους. B

Sin minus: ab oratione abſit, Εἰ δὲ μή, ἀπέστω τοῦ λόγου) Lapus vertit, *abſit iam verbo inuidia.* Gelenius verò, quem Sylburgius eſt ſequutus, *abſit modo verbis inuidia.* Vterque ἤδη ἀπέστω videtur legiſſe. Sed nihil mutandum: nam vulgata lectio eſt bona. In his enim verbis eſt ἀποσιώπησις: & idem eſt ac ſi Dionyſius dixiſſet, ſed ſi fortè res aliquibus aliter ſe habere videtur, hoc à me ſine inuidia ſit dictum. Illud autem eſt tritum: futura pro imperatiuis vſurpari, vt οἴσεις, ποιήσεις, ἀντὶ τοῦ φέρε, ποίει. Hoc autem ita modeſtiæ gratia ſolet efferri. C

Neque omnes qui eam ad tantam imperij amplitudinem prouexerunt, Οὐδὲ σύμπαντες οἱ τοσοῦτον) Gelenius hæc ita, *Qui ſimul omnes poſt auctam à ſe in tantam amplitudinem Remp. ignorantur à Græcis*, & cæt. vnde patet eum nactum eſſe codicem, in quo legebatur οἱ σύμπαντες. Sed parum videtur veriſimile nomina eorum omnium, qui tanta Reip. Romanæ incrementa attulerant, vetuſtate deleta Græcis hominibus innoteſcere non potuiſſe, quòd ſcriptores ſatis celebres nanciſci non potuiſſent. Arbitror igitur hunc eſſe huius loci ſenſum. Imperij Romani propagatores non omnes illos quidem, at multos eorum, qui ſcriptorem ſatis celebrem nacti non fuerant, à Græcis ignorari. Sequitur αἱ πολιτεῖαι, Οὐδεμία γὰρ ἀκριβὴς ἐξελήλυθε περὶ αὐτῶν ἑλληνὶς ἱστορία. Quanquam, ſi Gelenij verſionem ſequamur, ſenſus non erit abſurdus. Salluſtius pag. 20. idem confirmat, vbi cur Athenienſium res geſtæ omnibus mortalibus innotuerint, cur etiam P. R. præclara facinora minùs fuerint nota, his verbis declarat. *Athenienſium* (inquit) *res geſtæ, ſicuti ego exiſtimo, ſatis amplæ, magnificæque fuêre: verùm aliquantò minores tamen quàm fama feruntur. Sed quia prouenêre ibi ſcriptorum magna ingenia, per terrarum orbem Athenienſium facta pro maximis celebrantur. Ita eorû, qui verbis eam potuêre extollere præclara ingenia. At Populo Rom. nunquam ea copia fuit, quia prudentiſſimus quiſque maximè negotioſus erat, ingenium nemo ſine corpore exercebat, optimus quiſque facere, quàm dicere, & ſua ab alijs benefacta laudari, quàm ipſe aliorum narrare, malebat.* D E

De Epigonis, Περὶ τῶν ἐπιγόνων) Quinam eſſent ἐπίγονοι, Apollodorus libro tertio docet his verbis, Μετὰ δὲ ἔτη δέκα οἱ τῶν ἀπολομένων παῖδες κληθέντες ἐπίγονοι στρατεύειν ἐπὶ Θήβας προῄρηντο τὸν τῶν πατέρων θάνατον τιμωρήσασθαι βουλόμενοι. Eo loco agitur de ſeptem ducibus ad Thebas cæſis, & de eorum filiis, qui decimo poſt anno paternam mortem vlturi nouas copias collegerunt. Rē totam Æſchylus in ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις fuſiùs perſequitur, & Seneca in ſua Thebaide. F

Scriptis mandauit. Ἐνέγραψεν) Mallem ἀνέγραψεν. ſuprà ἀναγραφὰς ἱστορίας dixit. Si ἐν ἱστορίαις hic adderetur, aut ſubaudiretur, nihil mutandum eſſet. G

Et laborioſiſsimum, Καὶ φιλοτιμότατον) Proculdubio φιλοπονώτατον legendum. Dionyſius enim opponit τὸν ἡδιστον βίον τῷ ἐργατικωτάτῳ, καὶ τὸν ῥᾷστον τῷ φιλοπονωτάτῳ.

Lapi verſio hanc noſtram coniecturam confirmat.

Quòd ſua ſcripta in ſummam redegerunt, breuitérque perſtrinxerunt. Ὡς ὑποτυπωσάντων τὴν γραφὴν) Quæ ſupra declarantur, fecerunt vt liberiore interpretatione vterer, quòd paucis hunc locum cōmodè vertere non poſſem. Gelenius, & cum eo Sylburgius hæc omiſit. Lapus verò ita vertit, *Quorum mentionem feci tanquam ſcripturam ſubtrahentium.* Sed hac de re alij iudicabunt. Ego exiſtimo hic τὴν γραφὴν ὑποτυπώσειν, καὶ ἐπιδραμεῖν (quo verbo antè autor eſt vſus) idem eſſe, & τὴν γραφὴν ὑποτυπωμένην hic appellari, quas ſupra κεφαλαιώδεις ἐπιτομὰς πάνυ βραχείας vocauit.

Quum in Italiam nauigaſſem Καταπλεύσας Ἰταλίαν) Fortaſſe melius, ſi addas præpoſitionem εἰς: aliud enim καταπλεῖν Ἰταλίαν, aliud καταπλεῖν εἰς Ἰταλίαν. Illud ſignificat per Italiam nauigare, hoc verò, in Italiam nauigare.

¶Pag. 4. Quæ tempora, Τὸν χρόνοις) Lapus videtur legiſſe τὸν χρόνον αὐτὴν περιλαμβάνει, Ego ſuſpicor περὶ τίνων χρόνων legendum. Subiicit enim Dionyſius, καὶ περὶ τίνων πραγμάτων ποιοῦμαι τὴν διήγησιν, quæ verba lectionem iſtam confirmant.

Octuageſimæ octauæ ſupra centeſimam Olympiadem. Ὀγδόης καὶ ὀγδοηκοστῆς ἐπὶ ταῖς ἑκατὸν ὀλυμπιάσι) Lapus videtur legiſſe ὀγδόης καὶ εἰκοστῆς. Sylburgius cum ſequutus correxit textum Græcum: ſed ego nihil auſim mutare, de quo dubitari poteſt.

Eorum vnius cuiuſque Καὶ τίς ἦν αὐτῶν) Hoc αὐτῶν, vel ad πολιτειῶν, vel ad ἰδέας eſt referendum: ſed pro ἑκάστη præſtaret ἑκάστης legere, quod & Sylburgius notauit.

Cùm earum quæ in ipſa actione, tum earum, quæ in ſola contemplatione verſantur. Ἐναγωνίοις, καὶ θεωρητικῆς) Ideſt, ex quolibet genere cùm actuoſo, tum contemplatiuo, vt recētiores ſcriptores loquuntur. σχῆμα ἐναγώνιον vocat, formam quæ de certaminibus, rebúſque bellicis agit: θεωρητικὸν verò σχῆμα, eam hiſtoriæ ſcribendæ formam, quæ ſolam rerum contemplationem, & cognitionem complectitur, ac ad animū refertur. Tamen res etiam bene habebit, ſi σχῆμα ἐναγώνιον idem eſſe dicamus ac τὸ σχῆμα ἀγωνιστικὸν, quod dicendi genus concertationibus, iudiciis, & contentionibus eſt aptum.

Qui res Atticas ſcripſerunt. Οἱ τὰς ἀτθίδας πραγματευσάμενοι) Melius fortaſſe fuerit πραγματευσαμένους, vt hoc participium τῷ διηγησαμένοις reſpondeat.

Qui philoſophicæ contemplationi dant operam. Πρὸς τὴν φιλόσοφον ἀποκλίνοντι θεωρίαν) Fortaſſe commodiùs legetur ἀποκλίνουσι, quia dixit τοῖς διατρίβουσι. nihil tamen muto.

In hiſtoriarum lectione. Ἐν ἱστορικοῖς ἀναγνώσμασι) Lapus vertit, in hiſtoricis certaminibus, quare videtur legiſſe ἀγωνίσμασι. ſed vulgata lectio eſt bona.

VRBEM, &c. Τὴν ἡγεμόνα) Hæc præcedebat titulus, Ἀρχὴ τῆς ἱστορίας, quem ex margine in ipſum textū vt ſuperiorem puto tranſlatum. Sed quia à Dionyſio non eſt additus, expungendum cenſui.

Vicatim & paſsim Κατὰ κώμας, καὶ σποράδες) Alij interpretes videntur legiſſe σποράδην. Vtraque lectio bona: nihil innouandum. Vertemus autem, *Vicatim, & ſparſi*, vel, *rari habitabant.*

Vrbem Oſtiam. Ὠστίαν πόλιν) Stephanus ὠστίαν per ω ſcribit, & Dionyſius ipſe pag. 136. quare hic quoque ὠστίας fortaſſe ſcribendum. quoniam tamen vocabulū eſt Latinum, ab oſtio dictum, ſi per ο ſcribatur nō erit grauis error.

Et ſuis libertis, Δούλων τε τοῖς παρ' αὐτοῖς ἐλευθερωθεῖσι) Libertos ita περιφραστικῶς appellat, quos Græci ἀπελευθέρους vocant. Quid enim aliud eſt libertus, quàm is qui antea ſeruus erat, ſed poſtea manumiſſus eſt, ac libertate donatus?

Gentem ipſam ex ſe oriundam. Γένος αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ γενόμενον) Hæc eſt, ni fallor, τοῦ αὐτόχθονας explicatio.

Gelenius

Gelenius vertit, *ſui corporis gentem.* Ego verò, *gentẽ ipſam ex ſe oriundam.* αὐτόχθονες, Indigenæ, & quodammodo ex ipſa terra, de qua agitur, nati, vel in agro nati, de quo fiunt verba.

Quoſdam ſine laribus, ἀνεστίους τινάς) Ἀνέστιοι, vt ex ſequentibus Dionyſij verbis patet, dicuntur οἱ μιγάδες, καὶ μηδεμίαν γνησίως πατρίδα βεβαίως κατοικοῦντες.

¶Pag. 5. Aberrigines Ἀβερρίγινας) Aborigines, vt inquit Feſtus, appellati ſunt, quòd errantes conuene-
A rint in agrum, qui nunc eſt P.R. Fuit enim Italiæ gẽs antiquiſſima. Sed quærat quis ſi ab errore dicti ſunt Abotigines, cur r. non geminatur? idem Feſtus in voce Aboloes teſtatur antiquos literam minimè geminare ſolitos.

Qui à veteribus Leleges appellabantur. Οὓς ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ δὴ λέγω.) Legendum παλαιοὶ Λελέγων. Quinam autem fuerint Leleges, & vnde dicti, cùm Euſtathius, tum alij multi pluribus docent. Hanc noſtram coniecturam Dionyſij verba præcedentia con-
B firmant. Idem etiam ſentit Henricus Stephanus, qui multis antè annis hoc ipſum obſeruauit, quod à nobis hìc allatum. Notus autem eſt Græciſmus, ὧν ἐκάλουν Λελέγων, ἀντὶ τοῦ, ἐκείνων οὓς Λέλεγας ἐκάλουν. Sic apud Xenoph. in Oeconomico, 649. vbi de voluptatibus verba fiunt, ἐκ αὖ μοι δοκῶ ἀπέχειν τούτων, ὧν οὐ δεσποτῶν χαλεπῶς κωλύεσθαι, ἀντὶ τοῦ ἃς οὐ δεσποίνας χαλεπῶς.

Nam hi primi Græcorum. Πρῶτοι γὰρ Ἑλλήνων) Pauſanias in Arcadicis idem teſtatur, his verbis. Οἴνωτρος δὲ ὁ τῶν παίδων νεώτατος Λυκάονι τῶν ἀρσένων, Νυκτίμου τοῦ ἀδελ-
C φοῦ χρήματα καὶ ἄνδρας αἰτήσας ἐπεραιώθη ναυσὶν ἐς Ἰταλίαν, καὶ Οἰνωτρία χώρα ὄνομα ἔσχεν ἀπὸ Οἰνώτρου βασιλεύοντος. Οὗτος ἐκ τῆς Ἑλλάδος στόλος πρῶτος ἐστάλη. Huc addit quod ſcitu eſt dignum, Ἀναριθμουμένῳ δὲ ἐς τὸ ἀκριβέστατον, οὐδὲ ἐκ τῶν βαρβάρων οὐδένες πρότερον ἢ Οἴνωτρος ἀφίκοντο ἐς τὴν ἀλλοδαπήν.

Hic autẽ quintus erat à Pelaſgo & Phoroneo, qui primi in Peloponneſo regnarunt Ἦν δὲ πέμπτος ἀπὸ Αἰζειοῦ, καὶ Φορωνέως τῶν πρώτων ἐν Πελοποννήσῳ δυναστευσάν-
D των) Huius Αἰζειοῦ nulla apud Græcos, nulla apud Latinos autores fit mentio. Sed cùm Dionyſius Αἰζειόν, καὶ Φορωνέα primos in Peloponneſo regnaſſe dicat, & ego non Αἰζειόν, ſed Πελασγὸν fuiſſe comperiam, ideo Πελασγοῦ potiùs, quàm Αἰζειοῦ legendum puto. Hanc noſtram coniecturam Pauſaniæ verba confirmant. Sic enim ille in Arcadicis, φασὶ δὲ Ἀρκάδες ὡς Πελασγὸς γένοιτο ἐν τῇ γῇ ταύτῃ πρῶτος. εἰκὸς δὲ ἔχει τοῦ λόγου καὶ ἄλλους ὁμοῦ τῷ Πελασγῷ, μηδὲ αὐτὸν Πελασγὸν γενέσθαι μόνον. τίνων γὰρ
E ἂν καὶ ἦρχεν ὁ Πελασγὸς ἀνθρώπων; μεγέθει τε, καὶ κατ' ἀλκήν, καὶ κάλλος προεῖχεν ὁ Πελασγός. Vt autem hæc genealogia meliùs intelligatur, eam hìc ſubſcribemus.

1. Pelaſgus. ———— Photoneus. 1.

2. Lycaon. ———— Niobe. 2.

3. Deianira. ———— Pelaſgus. 3.

4. Lycaon. 4.

5. Oenotrus 5.

Quòd autem his duobus diuerſis idem Pelaſgi nomen fuerit, non eſt mirandum. Plures enim hoc nomen habuiſſe conſtat, vt cùm multi alij, tum etiam Euſtathius apertè in ſuis commentariis in terniũ Iliados teſtatur. Et ſi in eadẽ genealogia Dionyſius duos Lycaones fuiſſe dicit, quid vetat quominus & duos Pelaſgos fuiſſe dicamus? Lapus videtur legiſſe Αἰγέως. Vertit enim Ægei. Glareanus quoque vir doctiſſimus Ægeum hunc appellat. Sed quis fuerit Ægeus, vbi, &
A quando regnarit, atque cum alium ab eo, de quo hìc agitur, fuiſſe ſatis conſtat. Sed quid multa? Ipſe Dionyſius infra, pag. 12. hæc de Pelaſgis ſcribit, τὴν δὲ ἐπωνυμίαν ἔλαβον ἐξ ἀρχῆς ταύτην ἀπὸ τοῦ Πελασγοῦ βασιλέως. ἐπειδὴ ὁ Πελασγὸς ἐκ Διός (ὡς λέγεται) καὶ τῆς Νιόβης τοῦ Φορωνέως, ᾗ πρώτῃ γυναικὶ θνητῇ μίσγεται ὁ Ζεύς, ὡς ὁ μῦθος ἔχει. Idem paulò pòſt Pelaſgi cuiuſdam mentionem facit, & à Neptuno ex Lariſſa ſuſceptum fuiſſe dicit. Vnde colligimus & plures Pelaſgos, & varias de illis opiniones apud ſcriptores tradi, & à Pelaſgo rege, qui-
B cunque ille fuerit, gentem Pelaſgicam fuiſſe dictam. Sylburgius pro Αἰζειὸς & Αἰζειοὶ ſcribendum putat Αζηνὸ & Αζηνεῖς, vel Αζὰν & Αζᾶνες. Vide Stephanum ἐν τῷ Ἀζανία.

Ex hac & Ioue, Ταύτης δὲ υἱὸς, καὶ Διὸς) Idem ab Apollodoro lib. 2. traditur, Νιόβης δὲ καὶ Διός, ᾗ πρώτῃ γυναικὶ Ζεὺς θνητῇ ἐμίγη, παῖς Ἄργος ἐγένετο, ὡς δὲ Ἀκουσίλαός φησι, καὶ Πελασγός. ἀφ' οὗ κληθῆναι τοὺς Πελοπόννησον οἰκοῦντας Πελασγούς.

Pelaſgi verò filius Lycaon, Αἰζειοῦ δὲ υἱὸς Λυκάων)
C Hìc quoque proculdubio Πελασγοῦ legendum, quod ex ipſo ſenſu, verborum ſerie, & huius genealogiæ gradibus facilè colligi poteſt. Hac de re agens Appollodorus lib. 3 ita ſcribit, τούτου δὲ, καὶ τῆς Ὠκεανοῦ θυγατρὸς Μελιβοίας, ἤ, καθάπερ ἄλλοι λέγουσι, νύμφης Κυλλήνης, παῖς Λυκάων ἐγένετο. Eo autem loco verba de Pelaſgo fiunt.

Ptimùm appulit, Τὸ πρῶτον ὁρμίσαντο) Alij interpretes videntur legiſſe ὁρμίσαντο. quam lectionem & ego ſequi non dubitaui: videtur enim vulgata com-
D modior. Si tamen codex mendo caret, hoc non ad ſolum Peucetium: ſed & ad cæteros eiuſdem nauigationis ſocios refeteтur.

Peucetij ſunt appellati, Πευκέτιοι ἐκλήθησαν) Plinius libro 3. cap. 11. de Calabria agens hæc ſcribit, *Græci Meſſapiam à duce appellauere, & ante Peucetiam à Peucetio Oenotri fratre. Ipſi incolæ Peucetij dicti.*

Nomen mutauit in illud quod nunc retinet. Μετέθηκεν ἣν ἔχει νῦν προσηγορίαν) Hic locus ſic eſt explicandus, μετέθηκε τὴν προσηγορίαν εἰς ἐκείνην ἣν ἔχει, id eſt,
E *Mutauit nomen in illud quod nunc retinet.* Atque ſi codex eſt ſanus, ita vettendum. Lapus vertit, *ſumpſit eam quam nunc habet appellationem.* Quare, videtur codicem nactus, in quo legebatur μετέλαβε, quæ lectio longè ſimplicior, & commodior quàm altera. Sic ſupra ἣν νῦν ἔχουσιν ὀνομασίαν μεταλαβόντες. Iſtam coniecturam confirmant verba ſequentia ταύτην μεταλαβόντες ὀνομασίαν ταύτην. Ἣν ἔχει νῦν προσηγορίαν) Nam mare Tyrrhenum appellatur.

Mos condendi, Τρόπος οἰκίσεως) id eſt, qui habitan-
F di mos vetetibus fuit familiaris. Lapus tamen οἰκήσεως videtur legiſſe, quã lectionem & ego vt vulgata commodiotem ſum ſequutus.

Pelaſgo enim regnante Pelaſgi appellabantur. Ἐπὶ μὲν γὰρ Αἰζειοῦ βασιλεύοντος αἰζειοὶ ἐλέγοντο) Ex iis quæ ſuprà diximus, patet hunc locum mendoſum eſſe, & ita corrigendum, ἐπὶ μὲν γὰρ Πελασγοῦ βασιλεύοντος Πελασγοὶ ἐλέγοντο.

In Triptolemo. Ἐν Τριπτολέμῳ δράματι. πεποίηται γάρ.) Lapus hæc aliter videtur legiſſe. Ἐν Τριπτολέμῳ. ἐν ἐκεί-
G νῳ γὰρ δράματι Δημήτηρ. Sed idem eſt ſenſus. Hæc autem fabula hodie non extat.

Seminandis à ſe acceptis fructibus Σπείραι τοῖς δεδομένοις ὑπ' αὐτῆς καρποῖς) Hæc ita ſunt intelligenda, σπεί-

ρον, δηλονότι τὴν χώραν, vel γλῶ. ποῖ: τοῖς δοθεῖσιν ὑπ' αὐτῆς καρποῖς alioqui τοὺς δοθέντας ὑπ' αὐτῆς καρποὺς dicendum fuiſſet.

Veteres colonos Τοὺς παλαιστέρους) Sylburgius correxit τοὺς παλαιοτάτους. Sed nihil mutandum: nam vulgata lectio eſt optima.

A tergo ad dextram, Τὰ δ' ἐξόπιθε) Ita diſtingue,

Τὰ δ' ἐξόπιθε, χερὸς εἰς τὰ δεξιά
Οἰνωτρία τε πᾶσα, καὶ πύρρωσιος
Κόλπος, & cæt.

A Xenophanis Ξενοφάνεος,) vel Ξενοφάνεος, vt Δημοσθένεος, vel Ionicè Ξενοφανίω, vt Λαέρτιω videtur dicendum. Idem & Sylburgio animaduerſum.

¶ Pag. 6. Itali Ἰταλῆται) Sylburgius correxit Ἰταλιῶται. Sed codex eſt ſanus. Nam ἀπὸ τοῦ Ἰταλοῦ Ἰταλῆται, ἀπὸ τῆς Ἰταλίας Ἰταλιῶται dicti.

Agri partem aliquam Vmbris ademiſſe, Ἐστιν ἃς ἀποτεμόμενοι) Perperàm ante ἔστιν ὃς legebatur. Camerarius ἔστιν ἃ. Sylburgius ἔστιν ἣν, vel ἥν legendum putat.

B Hyperacrij & Parhalij vocabantur. Ὡς ὑπερακρίους τινάς, καὶ παραλίους) Ὑπεράκριοι dicti ſunt qui loca montana incolebant: πάραλοι, qui oram maritimam tenebant. Plutarchus in Solone hos Διακρίους, καὶ παράλους vocat: Quanquam nihil abſurditatis hinc ſequeretur, ſi per τοὺς ὑπερακρίους eos diceremus intelligi, qui Athenarum ſuperiorem partem in edito colle ſitam incolebant: per παραλίους verò, eos, qui inferiorem vrbis partem mari proximam habitabant. C Nam reuera Athenienſes illam partem κατ' ἐξοχὴν ἄστυ, καὶ ἄκραν, καὶ ἀκρόπολιν vocarunt hanc verò, παραλίαν appellarunt. Quicquid id ſit, vtrumque vocabulum ipſius vrbis ſitum denotabat. Non fuerit autem fortaſſe à re præſenti alienum, ſi locum Thucyd. afferamus ad noſtram ſententiam illuſtrandam. Hæc enim ille de Athenis agens libro ſecundo ſuæ hiſtoriæ ſcribit. Τὸ δὲ πρὸ τούτου, ἡ ἀκρόπολις ἡ νῦν οὖσα, πόλις ἦν, καὶ τὸ πρὸς νότον μάλιστα τετραμμένον, &c. Vide Euſta. ἐν τῷ ἄστυ.

D Palatium, Παλλάντιον μὲν) De hac vrbe, eiúſque conditore hæc in Arcadicis à Pauſania traduntur. Οἱ δὲ ἄλλοι πόλεις Λυκάονος πόλεις ἐνταῦθα ἔκτιζον, τὰς ἐς ἐμὲ μάλιστα κατ' γνώμην. Παλλὰς μὲν, καὶ Ὀρέσθης, καὶ Φίγαλος Παλλάντιον. Ὀρέσθης δὲ Ὀρεσθάσιον, Φιγαλίαν δὲ οἰκίζει Φίγαλος. Quanquam apud Pauſaniam (vt hoc obiter dicatur) legendum potiùs videtur, Πάλλας μὲν Παλλάντιον. Ὀρέσθης δὲ, Ὀρεσθάσιον. Φίγαλος δὲ, Φιγαλίαν: niſi dicas ab illis communi conſenſu, & opibus communibus hanc vrbem ædificatam: ſed à E ſolo Pallante nominatam. Quomodo autem poſtea eadem vrbs duabus literis ſublatis, λ, & ν, Palatium fuerit dicta, idem Pauſanias vbi facit mentionem Euandri, docet apertè. Ὄνομα ἔσχε Παλλάντιον κατ' μνήμην τῆς ἐν Ἀρκαδίᾳ. χρόνῳ δὲ ὕστερον μετέπεσε τὸ ὄνομα, ἐξαιρεθέντων γραμμάτων τοῦ τε λ, καὶ τοῦ ν.

Reate, Ῥεάτου) Stephanus Ῥεάτον vocat.

Veſbola, Οὐεσβόλα δὲ) Huius vrbis nullam mentionem apud alios fieri comperio. Locus de mendo eſt mihi ſuſpectus. Si enim Veſbola non procul ab vrbe aberat, quomodo montibus Ceraunijs, qui ſunt in F Epiro, proxima eſſe poterat? Fortaſſe potiùs pro πλησίον legendum eſt ἐναντίον: id eſt, quæ vrbs è regione Ceauniorum montium erat, vel Ceraunijs mõtibus erat oppoſita. Hoc certè veriſimilius: ſed tamẽ incertum. Sylburgius ait in codice Vaticano Συεσβόλα legi: pro quo Συεσσόλα reponendum putat: quod mihi quoque probatur. Plinius enim lib. 3. cap. 5. Sueſſulanos cũ Trebulanis inter agri Falerni populos recenſet: & eodem capite montis Veſuuij facit mentionem, quem Dionyſius fortaſſe iam intelligit: ſed vocem corruptam dicemus.

Suna, vrbs inſignis, Πόλις ἀξιόλογος Σοῦνα) Harum vrbium omnium apud nullos alios ſcriptores reperio. Sed quid mirum quòd hac noſtra ætate tot vrbium nomina non extent, cùm ipſius Dionyſij temporibus de his inter autores non conueniat? Eſt igitur veriſimile has partim deletas vnà cum ſui nominis memoria periſſe, partim nomina mutaſſe, & à varijs vel caſibus, vel hominibus varias appellationes accepiſſe. Quare nihil mutandum: ſed melioris codicis auxiliũ eſt expectandum. Sylborg. Σουάνα, vel Σουάνα fortaſſe legi poſſe putat. Plin. lib. 3. cap. 5. Suanenſes populos A agnoſcit.

Iuria via, Ἰουρίας ὁδοῦ) Multas vias Romę fuiſſe cõſtat: nullam tamẽ huius viæ Iuriæ mentionẽ apud vllos reperio. Lapus videtur legiſſe Ἰουνίας: ſed ne huius quidẽ quiſquam meminit, quòd legerim. Gelenius verò ὁπλαρίας: ſed hæc lectio à vulgata nimiùm remota. Georgius Fabritius Chemnicẽſis vir non vulgaris, in ſua Romæ deſcriptione Portæ cuiuſdam Iuliæ meminit: fortaſſe igitur ab illa porta Iulia via eſt dicta. Lenis eſſet mutatio non auſim tamen hoc aſſirmare. Sylburgius Οὐαλερίας fortaſſe legendum putat. B

Vatia, Βατία) Βατίας nomen apud nullos reperio, fortaſſe Βαρία legendum. Plin. lib. 3. cap. 11. *Oppida*, inquit, à *Tarento Varia, cui cognomen Apulæ*.

Ad trecenteſimum, Ἀπὸ τριακοσίων) Gelenius videtur legiſſe ἀπὸ τριάκοντα: vertit enim, *Rurſum à Reate verſus Latinam viam euntibus occurrit ad trigeſimum ſtadiũ Vatia, ad quadrageſimum Tiora, quæ & Matiera.*

Ipſi picum, Græci Δρυοκολάπτην) Picum Martium Latini vocant. Hunc ita Plinius libro 10. naturalis hiC ſtoriæ cap. 18. deſcribit, *Sunt & paruæ aues vncorum vnguium, vt pici, Martio cognomine inſignes, & in auſpicijs magni. Quo in genere arborum cauatores, ſcandentes in ſubrectum felium modo. illi vero & ſupini, percuſſi corticis ſono pabulum ſubeſſe intelligunt. Pullos in cauis educant auium ſoli. Adactos cuneos eorum à paſtore cuneas, admota quadam ab his herba, elabi creditur vulgo. Trebius autor eſt clauum, cuneumque adactum, quanta libeat vi arbori, in qua nidum habeat, ſtatim exilire cum crepitu arboris, cum inſederit clauo, aut cuneo. Ipſi principales Latio in augurijs, à rege, qui nomen huic aui dedit.*

D Agrum eorum, Τὴν αὐτῶν γῆν) Si codex mendo caret τὸ αὐτῶν ad Sabinos referetur, qui Liſtam occuparant, & vertemus, *Eorum agrum, quaſi adhuc ſuus eſſet, Dijs conſecrarunt.* Gelenius videtur legiſſe τὴν αὐτῆς γῆν, vt ad Liſtam referatur.

Δεκάτῃ τῶν Ἀβοριγίνων ἐλπίσιν) Hæc quoque poſt ἀφορὸς δεινῶν ſequebantur: ſed vt & ſuperiora, de quibus ſuo loco egi, ex margine in textum puto tranſlata: quare expunxi.

¶ Pag. 7. Finem poſcerent, Ἀπαλλαγὰς αἰτούμενοι) Ex E illis verbis præcedentibus εἰ μὲν χρηστὰ δοῖεν ἀποδώσειν, patet hic εἰ δὲ αἱ τῶν legendum eſſe. Hæc enim illis reſpondent; alioqui oratio erit ἀνακόλουθος. Ne tamen videamur aliquid audaciùs innouare, vt retineamus vulgatam lectionem hæc erunt ita intelligenda, εἰ δὲ χρηστὰ θεοῖς ἀποδώσειν αἰτούμενοι ἀπαλλαγὰς τῶν κατεχόντων σφᾶς κακῶν, τὸ παράλογον δρῶντες αὐτοί γε ἀχθόμενοι, καὶ συγγνώμονας ἀξιοῦντες γενέσθαι τοὺς ἀπελαυνομένους, ἐκ τῆς πατρίδος ἐξέπεμπον.

Et Ficulneam, Καὶ φικολνέας) Liuius Ficulneam F vocat.

Montes Cornicli, Κορνίκλους ὄρη) Corniculi oppidi meminit & Plinius lib. 3. cap. 5 & Liuius lib. 1. decad. primæ, & Stephanus, cuius hæc ſunt verba, Κόρνικλος πόλις Λατίνων. Διονύσιος τρίτῳ ῥωμαικῆς ἀρχαιολογίας. τὸ ἐθνικὸν κορνικλανός. At montium Corniculorum nullam mentionem apud quenquam aut Græcum, aut Latinum autorem fieri ſcio.

Siculetum. Σικελιῶν) Præter hunc vnum Dionyſium, nullum alium inueni, qui huius Σικελιῶνος meminerit. Infra tamen 58. Ἐν οἷς καὶ τόπον τινὰ ὄνομα τι Σικελικὸν G λεγόμενον dicit.

¶ Pag. 8. Maxima eorum pars Τὸ δὲ πλεῖον αὐτοῖς μέρος) Mallem αὐτῶν μέρος, niſi ἀντίπτωσιν eſſe dicas.

Spinetum,

Spinetum,Σπινῆτι)Hoc oſtium ab vrbe Spina dictũ. qua de re Volaterranus libro 4.& Plinius libro 3.cap. 16.*Hoc*(inquit) *ante Eridanum oſtium dictum eſt, alijs Spineticum ab vrbe Spina.*

Vmbrorum oppidula, Καὶ πολιχνάτια τῶν ὀμβρικῶν) Lapus hæc ita vertit,*Vrbémque Vmbrorum Matiam quandam ceperunt*. Vnde colligi poteſt codicem eius mendoſum fuiſſe,in quo fortaſſe πολιμάτια legebatur,pro quo reſtituerit πόλιν ματίαν. Sed vulgata lectio eſt bona,ac vera.

Tunc enim,&c. Τυγχάνουσι γὰρ ἀυλισάμενοι) Mallem ἐτύγχανον γὰρ,vt ipſe ſenſus, & legitima verborum conſtructio poſtulat.

Cotylen,Κοτύλην πόλιν) Gelenius Cutiliam vocat. Plinius lib.3. cap.12 *In agro Reatino*(inquit)*Cutiliæ lacum, in quo fluctuet inſula, Italiæ vmbilicum eſſe M.Varro tradit.* Sed fortaſſe Cutiliæ lacus ab vrbe Κοτύλη, vel potiùs Κοτυλία,non autem Κοτύλη dictus. Feſtus,*Cotiliæ lacus appellatur,quòd in eo eſt inſula Cotilia nominata à Græcis.* Varro lib.4.de lingua Latina 18.lacus Cutilienſis mentionem facit. Quidã autem oppidum quoddam quod ad ipſum lacum erat Cutilias vocatum tradunt.

Velia vocatur, Οὐελία ὀνομάζεται) Dicta quaſi Ἐλία ἀπὸ τῶ ἕλους,ob loca paluſtria.

Vt duplex Γ &c. Ὥσπερ γάμμα διπλοῦς) προφερτικῶς τὸ δίγαμμα αἰολικὸν καλούμενον intelligitur, quod ita formatur: recta linea ducenda I,huic duæ tranſuerſæ addendæ =,quæ ad illam rectam additæ, & iunctæ F efficiunt: vocatur autem δίγαμμα, quia conſtat ex duobus ΓΓ, quorum alterum ſupra alterum collocatur hoc modo F, & coniungitur vtrumque, vt vnica fiat litera.

¶Pag.9. Cæretanorum vrbs quæ tunc Agylla vocabatur. Καιρητανῶν πόλις, Ἄγυλλα δὲ τότε καλουμένη) Strabo lib.5.idem tradit, & vnde hoc Cære nomen huic vrbi fuerit inditum,declarat. Ἄγυλλα δὲ (inquit) ἐλέγετο τὸ πρότερον, ἡ νῦν Καιρέα. Sed locus eſt mendoſus,& ita videtur corrigendus, ἐλέγετο τὸ πρότερον ἡ νῦν Καίρε. Hoc ex ſequentibus patet. Subiicit enim is autor, καὶ λέγεται Πελασγῶν κτίσμα τῶν ἐκ Θετταλίας ἀφιγμένων· τῶν δὲ Λυδῶν (οἵπερ Τυῤῥηνοὶ μετωνομάσθησαν) ἐπιστρατευσάντων τοῖς Ἀγυλλαίοις, προσιόντα τῷ τείχει τὸν ἐπυνθάνετο τοὔνομα τῆς πόλεως τῶν δ' ἀπὸ τοῦ τείχους Θετταλῶν τινὸς ἀντὶ τοῦ ἀποκρίνασθαι προσαγορεύσαντος αὐτὸν χαῖρε, δεξάμενοι τὸν οἰωνὸν οἱ Τυῤῥηνοὶ τοῦτον, ἁλοῦσαν τὴν πόλιν μετωνόμασαν. Infrà Dionyſius de hac ipſa vrbe agens hæc tradit, ἐπὶ τὴν Καιρητανῶν πόλιν ἦγε τὴν δύναμιν, ἣ πρότερον μὲν Ἄγυλλα ἐκαλεῖτο, Πελασγῶν αὐτὴν κατοικούντων, ὑπὸ δὲ Τυῤῥηνῶν γενομένη Καίρητα μετωνομάσθη. Sed cùm à Latinis Cære dicatur à Græca voce χαῖρε, aſpirata in tenuem mutata, vt ex Strabonis verbis ſuprà allatis facilè colligitur, exiſtimo Græcè quoque Καῖρε dicendum, vnde Καιρεταvὸς ipſe ciuis, quem Dionyſius ab vrbe Καίρητα Καιρητανὸν appellat.

Phaſcenium,Φασκένιον)Φεσκέννιον potiùs. Plinius lib. 3.ca.5. Feſcenniam vocat. Virg.Æneid.7. *Hi Feſcenninas acies,æquóſque Faliſcos.*&c.

Clypei Argolici Ἀσπίδες ἀργολογικαί) Ἀργολικαὶ legẽdum, vt ipſe ſenſus indicat, & verba ſequentia idem confirmant: ſic enim paulò pòſt Dionyſius loquitur, πάντων δὲ προφανέστατον μνημεῖον τῆς ἐν Ἄργει ποτὲ οἰκήσεως τῶν ἀνθρώπων,&c.

Viti quidam ſacri Ἱεροὶ ἄνδρες)Τοὺς εἰρηνοδίκας,id eſt,feciales προφερτικῶς intelligit, de quibus ſuo loco.

Auruncis. Αὐρωνίσοις) Αὐρύγκοις legendum puto.

Triangula nominabatur, Τετράκριαν πρότερον)Ouid.4. Faſtor.idem teſtatur his carminibus,

Terra tribus ſcopulis vaſtum procurrit in æquor,
Trinacris,à poſitu nomen adepta loci.

Sacerdotij,Ἱερομένης) Sylburgius corrigit ἱερωμένης, vel ἱεροποιουμένης. Sed nihil mutandum. ἱεράσθαι enim (vt docet Suidas) τὸ ἱερουργεῖν, 63 & 68.ſacerdotio fungi, ſacris operari,ſacra facere, vnde ἱερατεία ſacerdotium.

39.bis

Hoc regnante Ἐπὶ τούτου δυναστεύοντος) Potes & ita hunc locum vertere,*ab hoc Rege Siculos nominatos.*

¶Pag.10. Idem etiam pecoris. Ἀδελφὰ δὲ τούτοις)Verba hæc ſonant,*his autem ſimilia fiebant*,&c. ἀδελφὰ enim τὰ παραπλήσια ſæpe dicuntur. Ego tamen ipſius ſenſus, quàm verborum rationem habere malui.

Partus dolores, Τῶν ὠδίνων) Hic agitur de partus doloribus, qui ὠδῖνες à Græcis vocãtur. Quare ὠδίνων legere non dubitarem: alioqui ὀδυνῶν dicendum. Eu-
A ſtath. ὠδίνειν κυρίως λέγονται αἱ γυναῖκες ἐπὶ τοκετῷ, ὅθεν ὠδίνειν ἐδύνησαν. ὠδὶν δὲ, ὠδῖνος παρὰ τὸ ὀδύνη, ἐκτάσει τῆς ἀρχούσης, καὶ τροπῇ τοῦ υ εἰς ι.

Ob cuius dei aut dæmonis offenſi iram, Τινὰ θεῶν, ἢ δαιμόνων παραβαίνεις) Hoc loquendi genus eſt paulò durius & inuſitatius, & à Virgilio videtur commodè expreſſum,Æn.1. *Muſa mihi cauſas memora,quo numine læſo,*&c. παραβαίνειν νόμους,leges violare. Hoc tritum,at παραβαίνειν θεοὺς,id eſt,Deos violare,vix certè reperias apud alium autorem. Non fuerit tamẽ abſurdum ſi τὸ παρα-
B βαίνειν μεταφορικῶς pro negligere, & contemnere poſitum dicamus, vt apud Latinos præterire aliquem dimur,quum eius nullam facimus mentionem, quúmque negligimus,ac aſpernamur ipſum.

Res lõgè pretioſiſſimas, Τὰ πλείστου ἄξια)Paulò pòſt τὰ τιμιώτατα vocat,id eſt,res pretioſiſſimas.

Quaſi pro ſolis hiſce rebus diis vota feciſſent, Ὡς δὴ κατὰ τούτων μόνων δεξάμενοι) Gelenius (& cum eo Sylburgius)vertit, *quaſi hæc ſola vouiſſent.* Ego verò, *quaſi pro ſolis hiſce rebus vota Diis feciſſent*, κατὰ τούτων δηλονότι τῶν
C καρπῶν, καὶ βοσκημάτων ἁπάντων. Pelaſgi vouerant,ſi malis præſentibus liberati fuiſſent, ſe decimas rerum omnium,quæ in poſterum ſibi naſcerẽtur, Diis oblaturos. Liberati tamen,promiſſis non ſteterunt: nam hominum decimas, rem longè pretioſiſſimam Diis non obtulerunt. Quamobrem Dij grauiter irati variis cladibus eos affiixerunt.

Inde migrabant, Αἱ ἐπαναστάσεις) Si lectionem hanc retineamus ſubiiciendum videtur ἐλαυνόμεναι,non autẽ ἀπελαυνόμεναι,niſi τὸ ἀπελαύνεσθαι hic poni dicas, pro
D agitatum alicunde pelli, quod minimè reiiciendum: atque hic erit huius loci ſenſus : Spreta autem omni diſciplina, ac modeſtia alij contra alios ſurgebant, alij aliis vim faciebant, oeſtro quodam,ac furiis, & furore diuinitus immiſſo agitati. Sed ſi ἀπαναστάσεις legamus,vt legendũ puto,vertemus & migrationes fiebant ab illis, id eſt,illi inde diſcedebant, inde migrabant ſine vllo ordine,ſine vlla diſciplina,ſine vlla modeſtia,oeſtro quodam, ac furore diuinitus immiſſo,ex ſuis ſedibus exacti. Iſtam coniecturam confirmant ver-
E ba,quæ ſequuntur, καὶ πολλὰ ἐφέστια ἐξηλείφθη, vel potiùs ἐξελείφθη,&c. Et paulò poſt, πρῶτοι μὲν δὴ οὗτοι μεταναστάντες. ἀπανάστασις,& μετανάστασις ταυτό. Vtram tamen lectionem malimus ſequi tribuit ταῖς ἐπαναστάσεσι, vel ταῖς ἀπαναστάσεσι, quod tribuendum erat hominibus, qui inde migrabãt, vel qui mutuam vim alteri alteris faciebant. Hoc autem μετωνυμικῶς dictum. Lapus ἀπελαυνομένων videtur legiſſe, quod non eſt ſpernendum.

Multæ domus integræ deſertæ ſunt. Ἐφέστια ὅλα ἐξη-
F λείφθη) Si codex mẽdo caret,vertemus *& multæ domus, vel familiæ integræ ſunt deletæ.* Sed quæ ſequuntur faciunt vt credam legendum potiùs ἐξελείφθη. id eſt, *Deſertæ ſunt*:ſubdit enim, μέρους αὐτῶν μεθισταμένου. Error eſt facilis, mutatio leuis.

Multæ migrationes Πολλαὶ αἱ ἐπαναστάσεις)Verba ſequentia, καὶ ἐπὶ πλεῖστον γῆς τὸ Πελασγικὸν γένος διεφορήθη, faciunt,vt μεταναστάσεις, vel potiùs ἀπαναστάσεις (quemadmodum ſuprà dictum) legendum putem. nam περὶ τῶν ἐπαναστάσεων (ſi modò codex ſanus) paulò antè a-
G ctum. Nunc verò περὶ τῶν μεταναστάσεων, ſiue ἀπαναστάσεων agi videtur. Gelenij verſio noſtram coniecturam confirmat, vertit enim, *Itaque multæ migrationes fiebant.*

¶Pag.11. Nam & Thucydides, Θουκυδίδης ἐν ἀκτῇ τῆς Θρᾴκης) Thucydides libro 4. circa finem, de his ita ſcribit, Καὶ Βρασίδας μετὰ τὴν Ἀμφιπόλεως ἅλωσιν ἔχων τοὺς ξυμμάχους στρατεύει ἐπὶ τὴν Ἀκτὴν καλουμένην. Ἔστι δὲ ἀπὸ τοῦ βασιλέως διορύγματος ἔσω προὔχουσα, καὶ ὁ Ἄθως αὐτῆς ὄρος ὑψηλὸν τελευτᾷ εἰς τὸ Αἰγαῖον πέλαγος. πόλεις δὲ ἔχει Σάνην μὲν Ἀνδρίων ἀποικίαν, παρ᾽ αὐτὴν τὴν διώρυχα ἐς τὸ πρὸς Εὔβοιαν πέλαγος τετραμμένην. τὰς δὲ ἄλλας Θυσσὸν, καὶ Κλεωνὰς, καὶ Ἀκροθώους, καὶ Ὀλόφυξιν, καὶ Δῖον, αἳ οἰκοῦνται ξυμμίκτοις ἔθνεσι βαρβάρων διγλώσσων, καί τι καὶ Χαλκιδικὸν ἔνι βραχὺ, τὸ δὲ πλεῖστον Πελασγικὸν, τῶν καὶ Λῆμνόν ποτε, καὶ Ἀθήνας Τυρσηνῶν οἰκησάντων. Hæc ſcripſi conſultò, quia ſunt qui hunc Thucydidis locũ extare non putant. Huc adde quòd hæc Dionyſij verbis maximam lucem afferunt.

In Acte Thraciæ. Ἐν Ἀκτῇ Θρᾴκης) Lapus ἐν ἀρχῇ Θρᾴκης videtur legiſſe. Vertit enim, *in principio Thraciæ.* Ego verò Thucydidem ſequutus, qui tractum illum Ἀκτὴν vocari dicit, verti in Acte Thraciæ. Stephanus quinque Ἀκτὰς fuiſſe ſcribit.

In fabula Inacho, Ἰνάχῳ δράματι) Hæc fabula iam non extat.

Qui magno cum honore præes, Πρεσβεύων Ἄργους τε γύαις) Τὸ πρεσβεύειν quũ præeſſe & imperare ſignificat, gaudet potiùs genitiuo. Quare datiuus iſte iam obſeruandus. Quanquã non eſt damnanda aliorũ ſententia, qui putãt τὸ πρεσβεύειν hîc accipi pro coli, id eſt, in honore eſſe: ideo Gelenius reddidit, *Quem colunt Argiua compita, & agri Iunonij,* &c. Quod ſi verum eſt, nos quoque nõ ineptè locum ſic etiã interpretari poſſemus. Qui magno es in honore in Argiuis agris, & Iunoniis pagis, ac apud Tyrrhenos Pelaſgos. Hæc idcirco ſcripſi, quia in vulgatis Lexicis nullum huius verbi cum datiuo iuncti exemplum affertur, quod ſaltem reperiam.

Cothornia vocatur. Καλεῖται δὲ Κοθορνία) Κορτωνία potiùs legendum puto. Liuius libro 9. Decad. primæ, *Itaque à Peruſia, & Cortona, & Arretio, quæ fermè capita Hetruriæ populorum ea tempeſtate erant, legati pacem, fœduſque ab Romanis petentes inducias in X X X. annos impetrauerunt.* Stephanus ἐν τῷ Κρότων quandam vrbem Κρότωνος nomine, Tyrrheniæ μητρόπολιν fuiſſe teſtatur.

Quæ in vrbium mœnibus ædificantur, & quæ ſunt tecta. Αἱ ἐντείχιοι, καὶ στεγαναὶ οἰκήσεις) Hæc ita Gelenius, *Turres enim Tyrrheni, vt Græci tyrſes, ædificia firma & modica nominant.* Sed verba græca hoc non ſonant. Sylburgius verò poſtrema hæc verba ita reddit, *Clauſa muris, & firma ædificia.* Verùm hic non de ſimplicibus ædibus quæ ex parietibus, ac tectis conſtant ad aëris iniurias arcendũ agitur: ſed de munitionibus, ſiue munimentis, quæ ad propulſandã hoſtiũ vim in vrbiũ muris ſolent ædificari, quæ τύρσεις Græcè, turres Latinè vocãtur. Fateor quidẽ τὸ ἐντείχιον aliàs accipi pro eo quod muris eſt cinctum: ſed iam, vt ex iis patet quæ antè dixi, cõmodè non poteſt ſic intelligi: nec iſta conuertuntur. Nã turres ſunt illæ quidem ἐντείχιοι, καὶ στεγαναὶ, ſi modò ſunt integræ: at non etiã omnes ædes ſunt turres, licet muris, vel potiùs parietibus claudantur, & tectis tegantur. Ἀπὸ τῶν τύρσεων igitur dicti Τυῤῥηνοὶ, quaſi Τυρσηνοί: ſed σ εἰς ρ verſum, vt θαρσῶ, θαῤῥῶ.

Moſynœcis, Μοσσυνοίκοις) Qui fuerint Moſynœci docet Apollonius τῶν Ἀργοναυτικῶν ſecundo, vbi & huius nominis etymologiam aperit his verbis,

Τῇ δ᾽ ἔπι Μοσσύνοικοι ὁμούριοι ὑλήεσσαν
Ἑξείης ἤπειρον ὑπωρείας τε νέμονται,
Δουρατέοις πύργοισιν ἐν οἰκία τεκτήναντες
Κάλλινα, καὶ πύργους εὐπηγέας, οὓς καλέουσι
Μόσσυνας, καὶ δ᾽ αὐτοὶ ἐπώνυμοι ἔνθεν ἴασι.

Tulli terrigenæ. Τύλλου τοῦ γηγενοῦς) Gelenius vertit, *terrigenæ.* Quare ſuſpicor eum legiſſe γηγενοῦς: ſed facilè crediderim vocem illam corruptam fuiſſe literarum traiectione, & diphthongo ου in ῶ cõuerſa. Iſtam cõiecturam confirmat Lapi verſio. Vertit enim *Gegenis.* Dionyſius hoc viri nomẽ propriũ facere videtur. Sed hac de re nihil certi ab aliis traditum reperio.

Hoc *Tyrrhenorũ* nomen impoſuiſſe Ταύτην δ᾽ ἔσχε τὴν ἐπωνυμίαν) δηλονότι τῶν Τυῤῥηνῶν. Gelenius, & Sylburgius hæc ita, *ſuum impoſuiſſe vocabulum.* Sed res non ſatis apertè declaratur. Vide noſtram verſionem.

Herodotus verò ait. Ἡροδότῳ δὲ εἴρηται) Hic locus extat apud Herodotum libro primo. Sed pro Μάσνεω legitur Μάνεω. In altero mendum videtur eſſe, ſed tamẽ leue eſt diſcrimen.

Atyos, hunc verò Maſnæ. Ἄτυος τοῦ Μάσνεω) Hæc idẽ A valent ac ſi dixiſſet, ὅτι ὁ Τυῤῥηνὸς ἦν παῖς τοῦ Ἄτυος τοῦ Μάσνεω βασιλῆος. Quòd autẽ Tyrrhenus fuerit Atyos filius, idem Herodotus his verbis fidem facit, καὶ ἐπὶ μὲν τῇ μένειν αὐτοῦ λαγχανούσῃ τῶν μοιρέων, ἑωυτὸν τὸν βασιλέα προστάσσειν, ἐπὶ δὲ τῇ ἀπαλλασσομένῃ τὸν ἑωυτοῦ παῖδα, τῷ οὔνομα εἶναι Τυρσηνόν. Eo autem loco de Aty agit. Interpretes Latini locũ hunc aliter ſunt interpretati, quàm ſenſus & verba poſtulant. *ab Aty Maſnæ, ſiue Manæ filio Tyrrhenos oriundos.* Sylburgius ante Ἄτυος ait ὡς deeſſe, & poſt ἑκόντος verbum ἐγένετο. addendum igitur & in illis οἱ B περὶ Τυῤῥηνὸν, verbũ ἦσαν deſiderari. Sed hæc facilè ſubintelliguntur, licet non exprimantur.

Altero die. Τῇ μὲν ἑτέρᾳ τῶν ἡμερῶν.) Gelenius, & Sylburgius hæc ita, *alternis diebus ieiunantes, reliquis vtentes cibo modico.* Sed parum commodè, vt ex ſenſu & verbis Græcis apparet.

Sortique rem permiſiſſe, Κλήρους ταῖς μοίραις ἐπιβαλεῖν, &c.) Ἀντὶ τοῦ, κλήρους κατὰ τῶν μοιρῶν βαλεῖν: quod vulgò dicitur iacere ſortem ſupra partes. At quod ſequitur eſt valde durum, τὴν μὲν ἐπ᾽ ἐξόδῳ, τὴν δ᾽ ἐπὶ μονῇ. Aliàs C diceretur κλήρους ταῖς μοίραις ἐπιβαλεῖν, ὥστε ἐπιτρέψαι, τῇ μὲν ἐπ᾽ ἐξόδῳ, τῇ δ᾽ ἐπὶ μονῇ. Legitima conſtructio flagitat vt ſubiiciatur τὸν μὲν τὸν δέ. Hæc enim ad κλήρους referuntur, & ab illo ἐπιβαλεῖν reguntur: alioqui fuerit ἀνακόλουθον. Senſus. Illos vniuerſo populo bifariam diuiſo rem ſorti commiſiſſe dicit, vt ſcirent vtri parti in eo agro manendum, vtri inde migrandum. Sylburgius, τοὺς μὲν, τοὺς δὲ legendum putat. Quod non aſpernandum: eſt enim commodum.

¶Pag.12. Ab illis Ἐπ᾽ ἐκείνων) ἀντὶ τοῦ ἀπ᾽ ἐκείνων, quod D ſæpius apud hunc autorem occurrit, ſi tamen codex mendo caret: Quãquam ad tempus etiam, quo illi regnarunt, referri poteſt. *Illis regnantibus,* vel, *dum regnarẽt,* vt paulò pòſt ἐπὶ τούτου βασιλεύοντος. Sic infrà pag. 22. Ἰταλία ὠνομάσθη ἐπ᾽ ἀνδρὸς δυνάστου.

A Torybo Torybi, Ἀπὸ δὲ Τορύβου Τόρυβοι) Aliter apud Stephanum hæc nomina leguntur. Τόῤῥηβος (inquit ille) πόλις Λυδίας, ἀπὸ Τοῤῥήβου τοῦ Ἄτυος. τὸ ἐθνικὸν Τοῤῥήβιος, τὸ θηλυκὸν Τοῤῥηβίς.

In Ionico ſinu Τῷ Ἰωνικῷ κόλπῳ) Sylburgius corrigit E Ἰονίῳ, quaſi codex ſit mendoſus: at nihil mutandũ. Nã (vt Stephanus docet) ὁ (τὴν Ἰωνίαν) οἰκῶν λέγεται Ἴων, καὶ Ἰώνιος, καὶ Ἰάς, καὶ Ἰωνικός. Aliàs tamen & Ἰόνιος appellatur, quod ſupra ſæpius à Dionyſio iam vſurpatum.

Ad Spinetem fluuium, Ἐπὶ Σπινῆτι ποταμῷ) Stephanus Σπῖνα, πόλις Ἰταλίας. ἔστι καὶ Σπῖνος ποταμὸς καλούμενος. Quem igitur ille Spinum, Dionyſius Spinetũ vocat, ſi modò codex mendo caret.

Neque Crotoniatæ, Οὔτε Κροτωνιᾶται) Herodotus tamen libro primo ſic habet, καὶ γὰρ δὴ οὔτε οἱ Κρηστωνιῆται F οὐδαμοῖσι τῶν σφέας περιοικεόντων εἰσὶν ὁμόγλωσσοι. Sed alij ſunt Crotoniatæ, alij Creſtoniatæ. Creſton, (vt Stephanus teſtatur) vrbs eſt Thraciæ, Croto Italiæ. Quare hunc Dionyſij locum mendoſum eſſe puto, & Κρηστωνιῆται, vt apud Herodotum extat, exiſtimo reponendum. Idem autem error extat & paulò pòſt.

¶Pag.13. Thyoſcoous, vt Græci vocabant, Θυοσκόους ἐκάλουν) Feſtus, Tuſci à Tuſco rege, Herculis filio ſunt dicti, vel à ſacrificãdo ſtudioſè ex græco Θυοσκόοι. Suidas, Θυοσκόος, ἱερεὺς, θυοσκόπος, ὁ διὰ τῶν θυσιῶν μαντευόμενος. G Euſtath. multò meliùs rem aperit: Θυοσκόος ὁ διὰ θυέων ὅ ἐστι θυμιαμάτων, ἢ ἱερείων, κοῶν, ὅ ἐστι νοῶν τὸ μέλλον. ἢ ὁ θύτης ὁ τὰ θύη κάων, ἤγουν καίων. Idem, ἀλλαχοῦ δὲ θυοσκόος ὁ ἱεροσκόπος, ἤγουν ὁ δι᾽ ἐμπύρων τὸ μέλλον σημαίνων.

Quodam

Quodã duce Raſena Ἡγεμόνος τινὸς Ῥασένα) Sunt qui vertũt *Raſenna*, alij *Razenna*, vtrumque mihi ſuſpectum. Nullum enim tale nomẽ apud alios autores reperio. Fortaſſe (quod tamẽ parum probabile) Porſenam Etruſcorum regem intelligit, ſed vox eſt corrupta. De hoc ita infra pag. 217. Dionyſius agit. Βασιλεὺς τῶν Κλευσινῶν ἐν Τυῤῥηνίᾳ, Λάρος ὄνομα, Περσῖνος ἐπίκλησιν. Quẽ igitur ibi Περσῖνον, hîc Περσίναν Latino nomine ſeruato: videtur appellare. Hoc autem huic autori valde fa-
A miliare, vt alio loco dicemus. Sed tamen hac de re nihil ab aliis memoriæ proditum ſcio. Sylburgius ait apud Beroſum Tyrrhenos à quodam Razennuo Razennuos appellatos.

Quas vrbes Tyrrheni incoluerint. Πόλεις δὲ ἅς τινας ᾤκησαν οἱ Τυῤῥηνοὶ) Lapus videtur ᾤκισαν legiſſe: ſed ex vtraque lectione commodus ſenſus elicitur. Quare nihil mutandum.

Memoratu digna fecerint, Ἄξια διεδέξαντο) Vel διεδείξαντο legendum: id eſt, ſi qua facinora memoratu digna ediderũt: vel hoc Ionicè formatum dicemus. Io-
B nes enim in quibuſdam vocabulis τὸ ι tollunt, vt pro δείξω καὶ ἀπόδειξις, dicunt δέξω, καὶ ἀπόδεξις. Multa alia exẽpla in Dialectis reperies. Hic autẽ τὸ διαδείξασθαι eſt ἐμφατικώτερον quàm τὸ πρᾶξαι: habet enim oſtẽtationẽ quandã, quam homines honorũ cupidi ſolẽt affectare.

Carmentam Καρμέντην ὀνομάζουσι) De Carmenta Plutarchus hæc in Romulo ſcribit. Τὴν δὲ Καρμέντην οἴονταί τινες μοῖραν εἶναι, κυρίαν ἀνθρώπου γενέσεως. διὸ καὶ τιμῶσιν αὐτὴν αἱ μητέρες. οἱ δὲ τὴν τοῦ Εὐάνδρου τοῦ Ἀρκάδος γυναῖκα, μαντι-
C κήν τινα, καὶ φοιβαστικὴν ἐμμέτρων χρησμῶν γενομένην, Καρμένταν ἐπονομασθῆναι. τὰ γὰρ ἔπη κάρμινα καλοῦσι. Νικοστράτην δὲ ἦν ὄνομα κύριον αὐτῇ. καὶ τοῦτο μὲν ὁμολογεῖται. τὴν δὲ Καρμένταν ἔνιοι πιθανώτερον ἀφερμηνεύουσιν, οἷον ἐστερημένην νοῦ διὰ τὰς ἐν τοῖς ἐνθουσιασμοῖς παραφροσύνας. τὸ μὲν γὰρ στέρεσθαι, κάρερε, μέντεμ δὲ, τὸν νοῦν ὀνομάζουσι. Hæc digna ſunt quæ ſciantur: ſimul varias hominũ hac de re ſentẽtias videmus. Ouidius verò primo Faſtorũ & ipſe Carmentæ etymologiã ita declarat.

Ipſa mone, quæ nomen habes à carmine ductum,
Propoſitoque faue, ne tuus erret honor.

Diuino ſpiritu afflatã, Δαιμονίῳ πνεύματι κάτοχον γε-
D γενημένην) Idẽ Ouidius eodẽ lib. hac de re agẽs ita canit,

Hinc fuit Euander, qui quanquam clarus vtroque,
Nobilior ſacræ ſanguine matris erat,
Quæ ſemel æthereos animo conceperat ignes,
Ore dabat pleno carmina vera Dei.

Palatiũ, Παλλάντιον) Aliter ſentit Virgil. 8. Æneid. 304.

Arcades his oris, genus à Pallante profectum,
Qui regem Euandrum comites, qui ſigna ſecuti,
Delegère locum, & poſuère in montibus vrbem
Pallantis proaui de nomine Pallanteum.

E Furore diuino correpta. Ἐπιθυιάζουσα) Gelenius (& Sylburgius Gelenium ſequutus) vertit, *poſt rem diuinam peractam*. Sed nõ videtur hìc eſſe huius loci ſenſus. Lapus verò, *diuinans*: quod paulò melius: ego, *furore diuino correpta*. Nam ſi codex mendo caret, ἐπιθυιάζουσα iam idem valet ac ἐνθουσιάζουσα. Nam θυιὰς, -άδος, vt ait Heſychius, tam ipſam Baccham, quàm vocem Bacchantiũ ſignificat. Hinc igitur verbum θυιάζειν, & ἐπιθυιάζειν formatum dicemus. Quanquam τὸ θυιάζειν reperitur illud quidẽ pro ſacrificare, & immolare, at ἐπιθυιάζειν
F apud alium ſcriptorem me legiſſe non recordor: quare crederem potiùs ἐνθουσιάζουσα legendũ. Quod ſi iſta cõiectura lectori non probatur, alterã afferemus hac probabiliorem. Legẽdum igitur videtur, ἐπιθειάζουσα, quod & ipſum idem valet ac ἐνθουσιάζουσα, & ad vulgatam lectionem propius accedit. ἐπιθειάζειν autem modò ponitur ἀντὶ τοῦ, τοὺς θεοὺς καὶ τὸ θεῖον ἐπιβοᾶσθαι, καὶ διαμαρτύρεσθαι, id eſt, Deos & numẽ diuinum implorare, & teſtari: modò ſignificat Deos aliquo modo alloqui, vt apud Thucyd. libro 2. Τοιαῦτα (Ἀρχίδαμος) ἐπιθειάσας, κα-
G θίστη ἐς πόλεμον τὸν στρατόν: id eſt, *Archidamus his deos affatus aciem ad prælium inſtruxit*. Quanquam τὸ ἐπιθειάσας commodius verti poteſt ſi dicas, Deos obteſtatus, vel teſtatus Deos his verbis. Hoc enim ipſemet Thucyd. paulò antè de eodẽ Archidamo loquẽs explicat apertè. Ἐπειδὴ δὲ προεῖπον μὲν ἐς ἐπιμαρτυρίαν καὶ θεῶν, καὶ ἡρώων τῶν ἐγχωρίων Ἀρχίδαμος ὁ βασιλεὺς κατέστη, λέγων ὧδε. & cæt. etiam μαντεύεσθαι & cæt. modò etiam μαντεύεσθαι, id eſt vaticinari, & furore diuino correptum aliquid prædicere ſignificat, vt apud Ioſephũ de Antiquitat. Iudaicis. καὶ ὁ μὲν τοιαῦτα ἐπεθείαζεν οὐκ ἂν ἐν ἑαυτῷ, τῷ δὲ θείῳ πνεύματι πρὸς αὐτὰ κεκινημένος. Suidas in voce ἐπιθειάσας, ἐπιθειάσας, inquit, τὸ θεῖον ἐπικαλεσάμενος, θεοφορούμενος. Affert hoc ipſum Thucydidis exemplũ à nobis antè allatum. Vnde patet & tranſitiuè (vt grammatici loquũtur) & abſolutè, ſiue neutraliter hoc verbũ apud ſcriptores vſurpatum reperiri. Hinc ἐπιθειασμὸς, &, quod vſitatius in ſimplici, θειασμὸς, furor ille diuinus, quo quis rapitur, & agitatur. Dion. Hal. 348. καὶ θειασμοῖς κάτοχοι γυναῖκες οὐκ ὀλίγαι ἐμαντεύοντο, καὶ δεινὰς τῇ πόλει τύχας. Muſcopulus. 113. θεῖος, ὁ θαυμαστὸς, θειάζω, τὸ ἐνθουσιῶ. θειασμὸς, ὁ ἐνθουσιασμός. Ex iis, quæ Dionyſius de hac ipſa muliere tradit, facilè poſſumus colligere noſtras coniecturas non negligendas.

Et Dynæ Καὶ Δυνᾶς) Ex tritis Grãmatices præceptis ſecundæ declinationis ſimplicium dicendum videtur Δυνῆς. Niſi fortè Doriſmum, aut Æoliſmum hìc eſſe dicas, quod profectò non eſt veriſimile. Sic & pag. 11. Τρεβόλας. Sic alibi Κορίολας. Sic τῆς Ἄλβας pro τῆς Ἄλβης, & multa alia eodem modo prolata reperias, quæ obſeruanda: ſiquidem præter morem receptum dicũtur. Stephanus quoque dicit Γέλα genitiuum Γέλας facere: ſed Γέλης Ionicum eſſe. Quam autem hic Δύναν vocat, eandem infrà pag. 27. Λαύναν appellat: alterum videtur mendoſum.

De adoleſcentis, Ἐπὶ τῶν μειρακίων) Ἀντὶ τοῦ ὑπὸ, quod & Sylburgius notauit, ſi tamen codex eſt ſanus.

Fieri audiui Γενόμενον ὑπὸ τούτων) Vel ὑπὸ τούτων, δηλονότι τῶν Ῥωμαίων, vel quod longè commodius, vt & Sylburgius notauit, τῶν τοιούτων: id eſt, nihil huiuſmodi in Palantis honorem à Romanis factum vidi.

Portam Carmentalẽ Καρμεντίδα πύλας) Virgil. 8. Æneid. Vbi de Euandro eiúſque aduentu in Italiam agit, hæc eum proferentem inducit,

Me pulſum patria, pelagíque extrema ſequentem
Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum
His poſuère locis, matriſque egère tremenda
Carmentis nymphæ monita, & Deus autor Apollo.
Vix ea dicta: dehinc progreſſus, monſtrat & aram,
Et Carmentalem Romano nomine portam,
Quam memorant Nymphæ priſcum Carmentis honorem:
Vatis fatidicæ, cecinit quæ prima futuros
Æneadas magnos, & nobile Pallanteum.

Hic obiter obſeruandum & Carmentam, (vt ait Dionyſius) & Carmentem, quod ſæpius apud poëtas occurrit, à Latinis dici.

¶Pag. 14. Pan enim apud Arcadas. Ἀρκάσι γὰρ θεῶν ἀρχαιότατος) Ouid. 2. Faſt. idem tradit,

Pana Deum pecoris veteres coluiſſe feruntur
Arcades, Arcadicis plurimus ille iugis.

& paulò pòſt,

Pan erat armenti, Pan illis numen aquarum.
Munus ob incolumes ille ferebat oues.

Romani lupercal, Ῥωμαίοις Λουπερκάλιον) Imò verò Lupercal, quod cùm ex aliis, tum ex Ouidij carminibus patet. Sic enim ille ſecundo Faſt. vbi de Romulo & Remo agit.

Forſitan & quæras cur ſit locus ille Lupercal.
Quæue locum tali nomine cauſa notet.

& infrà, rem fuſiùs explicat,

Venit ad expoſitos (mirum) lupa fœta gemellos,
Quis credat pueris non nocuiſſe feram?
Non nocuiſſe parum eſt, prodeſt quoque, quos lupa nutrit,
Perdere cognatæ ſuſtinuère manus.
Marte ſatos ſcires, timor abſuit, vbera ſugunt,
Et ſibi permiſſi lactis aluntur ope.

& paulò pòſt,

Illa loco nomen fecit, locus ipſe lupercis.

Lupercal igitur eſt ipſe locus: Luperci, ipſi ſacerdotes, Lupercalia, ipſa ſacra ſolēnia, quę menſe Februario in Panis honorem fiebant. Sed Dionyſius Latino vocabulo Græcam formationem, ac terminationē dedit.

Templum in loco antè delecto extruxerant. *Τέμενος ἐξελόντες*) Si codex mendo caret, τὸ ἐξελόντες iam idem valet ac ἐξελόντες ἱδρύσαντο, alterum præcedit, alterum ſequitur. Priùs deligendus locus, deinde in eo ædificandum. Hoc apparet ex iis, quæ ſuprà dicuntur. Sylburgius cum Gelenio vertit *fano extructo*. Sed verbum Græcum aliud ſonat: Nam ἐξελεῖν *eximere, deligere*, non autem *extruere* ſignificat. A

Anniuerſaria *Διετηρίους*) Sylburgius cum Gelenio, *rem diuinam ei alternis annis fieri inſtituerunt*. Ego, anniuerſaria ſacrificia ſic vocari puto. Nam hoc vocabulum non ex δὶς, id eſt, bis, & ἔτος, id eſt, annus, ſed potiùs ex διὰ, quæ in compoſitione ſæpe perpetuitatē, atque perſeuerantiā denotat, vt in διαπαντὸς, & nomine ἔτος componi videtur. Sed hæc ſunt leuia. Tamen & ſuprà pagina 11. idem Sylb. *θυσίας κατ' ἔτος διετηρίους γινομένας* vocat, ſacra ſtata poſt biennium recurrentia. B Verùm græcus Thucyd. ſcholiaſtes docet quomodo vox iſta ſit intelligenda. Hæc enim tradit in illa verba *θυσίας διετηρίους*. libro 20. p. ex H. Steph. 60. *διετηρίους* (inquit) *ὅτι δι' ὅλου τοῦ ἔτους θύουσιν οἱ Ἀθηναῖοι καθ' ἑκάστην, πλὴν μιᾶς ἡμέρας*. Vnde patet noſtram coniecturā non reiiciendam.

A Ioue enim Mineruam recèns natam *Ἀθηναίας γὰρ Διὸς ἀπὸ γονῆς*) Ex præcedentibus, & ſequentibus colligitur, proculdubio legendum, *Ἀθηναίας γὰρ Διὸς ἀπὸ* C *γονῆς τὴν Ἀθηνᾶς Πάλαντι ὑπὸ Διός*. Et Sylburgius idem & ipſe notauit. Senſus hic eſt. Victoriæ templum à Romanis eſt conditum: nam illi hanc etiam Deā maximis honoribus colebant. Arcades autem aiunt hāc Deam fuiſſe filiam Palantis, Lycaonis F. & honores diuinos adeptam, Minerua ita volente, quia vna cum ipſa apud Palantem educata, educationis memor hos honores illi ab hominibus decerni voluit. Vide Apollodorum lib. 3. Ex vulgata lectione ſenſus abſurdus elicitur. Illud etiam dicendum, hanc vocem τοῦ Πάλαντος, apud cæteros ſcriptores tam Græcos, quàm D Latinos per λλ. ſcriptam repetiri. Sic etiam apud hunc ipſum Dionyſium, pa. 24. *τὸ προσεχὲς τῷ Παλλαντίῳ χωρίον* legitur, quomodo & hic fortaſſe ſcribendū. Quanquā Euſtath. in Dionyſiū, de ſitu orbis de hac re agēs hæc ſubiicit, *Ὅθεν καὶ νῦν οἱ Ῥωμαῖοι τοὺς βασιλεῖ πρέποντας τόπους ὕπου καλοῦσι παλάτια κατ' ὑφαίρεσιν ἀμεταβόλου τοῦ τε λ. καὶ τοῦ ν*. Sed vt concedamus per alterum tantùm λ. vocem ſcribendam: at certè ex præcedentibus τὸ Πάλαντος, ἀντὶ τοῦ Πάλαντι poſitum conſtat. E

Mineruam recèns datam Palanti commendatam, *Τὴν Ἀθηνᾶν Πάλαντι ὑπὸ Διός*) Euſtath. in voce Νίκη, Νίκη (inquit) *εἰς ταυτὸν ποτὲ ἄγεται τῇ Ἀθηνᾷ. Νίκη Ἀθηνᾶ ἐπονομάζεται διότι ἅμα τῷ γεννηθῆναι αὐτήν, ἐνίκησεν ὁ Ζεὺς τοὺς Τιτᾶνας, ἢ διὰ τὸ ἀνίκητον τῆς φρονήσεως*. & commentator Sophoclis, *ἐν τῷ φιλοκτήτῃ Ἡ πολιοῦχος Ἀθηνᾶ τίνα καλεῖται ἐν τῇ ἀκροπόλει. Νίκη τ' Ἀθηνᾶ πολιάς, ἣ σώζει μ' ἀεί*. Et Suidas, *Νίκη Ἀθηνᾶ. Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ τῆς ἱερείας. Ὅτι δὲ Νίκης Ἀθηνᾶς ξόανον ἄπτερον ἔχον ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ ῥοιάν, ἐν δὲ τῇ* F *εὐωνύμῳ κράνος, ἐτιμᾶτο παρ' Ἀθηναίοις, δεδήλωκεν Ἡλιόδωρος ὁ περιηγητὴς ἐν πρώτῳ περὶ ἀκροπόλεως*. Et Euripides in Ione,

Μὰ τὴν παρ' ἱστοῖς ... ποτε
Νίκην Ἀθηνᾶν Ζηνὶ γηγενῆς ἔπι.

Ex his locis apparet à multis olim Mineruam, & Victoriam, pro vno & eodem numine habitam, ab aliis verò pro duobus diuerſis numinibus, vt in hoc Dionyſij libro videmus.

Donec *Τέως*) *ἀντὶ τοῦ ἕως*. Sic pag. 24. *τέως ὁ πόλεμος διέμενε, donec, quandiu*. G

Sacra abſtemia *Νηφαλίους θυσίας*) Quænam ſint *θυσίαι νηφάλιοι*, docet Sophoclis commentator in illud carmen, *Νήφων ἀοίνοις* &c. de Furiis eo loco agitur. *ἀοίνοις* (inquit) *αὐτὰς λέγει ὅτι οὐ σπένδεται οἶνος αὐταῖς, ἀλλ' ὕδωρ*.

Romani Conſualia vocant, *Κωνσουάλια ὑπὸ Ῥωμαίων λεγόμενα*.) Plutarchus in Romulo, vbi de Sabinarum raptu agit, hæc de Conſo Deo, & de Conſualibus ſcribit, quæ huic loco magnam lucem afferent. *Διεδόθη* (inquit) *λόγος ὑπ' αὐτοῦ πρῶτον, ὡς θεοῦ τινος ἀνευρήκοι βωμὸν ὑπὸ γῆς κατακεκρυμμένον, ὠνόμαζον δὲ τὸν θεὸν Κῶνσον, εἴτε βουλαῖον ὄντα (κωνσίλιον γὰρ ἔτι νῦν τὸ συμβούλιον καλοῦσι, καὶ τοὺς ὑπάτους κωνσοῦλας, οἷον προβούλους) εἴτε ἵππιον Ποσειδῶνα. καὶ γὰρ ὁ βωμὸς ἐν τῷ μείζονι τῶν ἱπποδρόμων ἐστὶν ἀφανὴς τὸν ἄλλον χρόνον, ἐν δὲ τοῖς ἱππικοῖς ἀγῶσιν ἀνακαλυπτόμενος*. In eodem Romulo, quo die hæc feſta celebrarentur, idē autor ita declarat, *Ἐπράχθη δὲ ἡ ἁρπαγὴ περὶ τὴν ὀκτωκαιδεκάτην ἡμέραν τοῦ τότε Σεξτιλίου μηνός, Αὐγούστου δὲ νῦν, ἐν ᾗ τὴν τῶν Κωνσουαλίων ἑορτὴν ἄγουσιν.*

Inſtrumenta quoque muſica, *Μουσικὴν τὴν δι' ὀργάνων*) Muſicam quæ inſtrumentis exercetur, *ἀντὶ τοῦ τὰ μουσικὰ ὄργανα.*

Et lydi vocantur, *Καὶ λυδοὶ καλοῦνται*) Neque apud Iulium Pollucem, qui muſica inſtrumenta in ſuo Lexico ſatis accuratè recēſet, neque apud alios ſcriptores τῶν λυδῶν, inſtrumentorum muſicorum, vllam mētionem fieri reperio. Quid ſi λυγοὶ legatur? Heſychius enim ſcribit, *Λυγός, ὄργανον ἐν ᾧ τὰ κολλώμενα ἐμβάλλεται, οἱ δὲ σφιγκτήριον ὄργανον*. In quo Heſychij loco, quidam putant pro *κολλώμενα* reponendum *καλώδια*, quod ſi verum eſſet, intelligeremus muſicum inſtrumentum, ad quod chordæ ſolent adhiberi, quas ipſe *καλώδια*, id eſt, funiculos liberiùs appellarit. Sed hoc parum veriſimile: apud Heſychium enim legendum *κολλώμενα*, atque intelligendum illud inſtrumentum, in quod iniiciuntur res collandæ, & conglutinandæ, quod Galli vocāt *Vne preſſe*. Cùm igitur nihil certi habeamus, vulgatam lectionem retineamus, donec aliquid melius nobis afferatur. Sylburgius à Camerario αὐλοὶ reponi dicit, quod mihi quoque valde probatur. Nam ex ſequentibus hoc colligi non incommodè poteſt. Sic autem tibias appellabit, quarum vſus peruetuſtus, vt teſtatur Ouid. Faſt. lib. 6. 142.

Temporibus veterum tibicinis vſus auorum
Magnus, & in magno ſemper honore fuit.
Cantabat fanis, cantabat tibia ludis,
Cantabat mœſtis tibia funeribus.

Tamen priſcorum ſeculorum homines ante tibiam inuentam fiſtulis paſtoralibus vtebantur.

Euxenus, *Εὔξενος*.) Ex Lapi verſione colligitur *Εὔνος* in Dionyſij vetuſto codice ſcriptum: quod probabile videtur. Nam non de Græcis, ſed Italicis ſcriptoribus hic verba fiunt. Hoc tamen non eſt neceſſarium: poteſt enim vtrumque locum habere: vt dicamus non ſolùm Græci poetæ, ſed etiam ipſorum Italicorum ſcriptorum autoritate, ac teſtimonio rem à Dionyſio probari. Sed quis fuerit Euxenus iſte, quibúſve temporibus floruerit, mihi non conſtat.

¶ Pag. 15. Saturnia vocabatur, *Σατορνία πρὸς τῶν*) Ouidius primo Faſtorum ita canit,

——— Tuſcum rate venit in amnem
Ante pererrato falcifer orbe Deus.
Hac ego Saturnum memini tellure receptum,
Cœlitibus regnis ab Ioue pulſus erat.
Inde diu genti manſit Saturnia nomen.

& Virg. 8. Æneid.

Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit vrbem,
Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.

Ergo ab vrbe Saturnia & ipſe ager Saturnius eſt appellatus.

Naperinum, *Ναπετῖνον*) Sic etiam apud Strabonem lib. 6. hoc nomen legitur. Alij tamen *Νεπετῖνα* potiùs legendum cenſent. Liuius libro 6. Decad. primæ *Nepet* vocat, ciues *Nepeſinos*. Hac de re Stephanus ita ſcribit, *Νέπετος πόλις Ἰταλίας. Διονύσιος τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἀρχαιολογίας. τὸ ἐθνικὸν Νεπετεσῖνος ... τῇ ἐπιχωρίῳ διαλέκτῳ, καὶ συνωνύμως*. Sed apud Stephanū pro *Νέπετος*, & *Νεπετεσῖνος* fortaſſe reponendum *Νέπετος*, καὶ *Νεπετεσῖνος*. Silius, *Hos iuxta Nepeſina cohors, æquique Phaliſci.*

Scyletinum, Σκυλλήτιον) Plin.lib.3.cap.10. *Dein ſinus & Scylatium, Scylletium Athenienſibus, cum conderent, dictum.* Stephanus Σκυλλήτιον, πόλις Σικελίας. τὸ ἐθνικὸν Σκυλλητινός. Sed hoc vocabulum apud varios autores variè ſcriptum reperitur: quare nihil mutandum.

Geryonis boues, Τὰς γηρυόνου βοῦς) Huius rei meminit Virgilius 8. Æneid.

Tergemini nece Geryonis, ſpoliiſque ſuperbus
Alcides aderat, vallémque boues, amnémque tenebant.

Vitaliam. Οὐιταλίαν) Feſtus idē ferè tradit, *Italia* (inquit) *dicta quod magnos Italos, hoc eſt vitulos habeat. Vituli enim Itali ſunt dicti.* Olim igitur (vt ait Dionyſius) Italia dicta Οὐιταλία, vel potiùs Οὐιτελία, vt legitima formatio videtur poſtulare: ſed longè veriſimilior eſt illorum opinio, qui Italiam ab Italo rege dictam tradunt.

Idē accidit, Τὸ ἀπαράλλακτον πέπονθεν) Id eſt, quia multa quoque nomina græca ſimilē mutationē ſunt paſſa.

A vitulo, Ἀπὸ τοῦ ταύρου) ταῦρον hîc ἀκυρολόγως, καὶ καταχρηστικῶς appellat vitulum, qui à priſcis Italus dictus, vnde nomen Italiæ creditur inditum.

Vnam regionem. Ὡς γῆ μία γῆ) Quamuis ἀδιαφόρως ſæpe apud Græcos tam nominatiuus, quàm accuſatiuus ante infinitum ponatur, hic tamen fortaſſe μίαν γῆν legere præſtaret.

¶Pag.16 Gregibus paſcendis deſtinatam Τὴν εἰς νομὰς ἀποδεδειγμένην αὐτῇ) Hoc αὐτῇ abſolutè poſitū videtur, vt ad Italiam referatur. Sed ἐν αὐτῇ, vel αὐτῆς mallem.

Regionem refertam Τὴν χώραν ἴκπλεω) Ἀπὸ τοῦ ἔκπλεων, ἤτοι ἔκπλεον, καὶ ἔμπλεον. Hic autem accuſandi caſus eſt Atticè formatus. Priſci enim Attici quartæ declinationis nominum ſimplicium accuſatiuos ſingulares reiecto (ν) formabant. Grammatici tamen recētiores quinque tantùm ita formata, ac vſu confirmata tradunt, Ἄθω, ἕω, Κέω, Κῶ (quod idem eſt ac Κέω) λαγῶ, & neutrum vnum τὸ χρεῶ, à rectis caſibus in ως. qua de re Clenardus in ſuis annotationibus in ſimplices declinationes pag.128.4. quanquā Euſtathius ait τὸ χρέως, τοῦ χρέω dicendum, non autem τὸ χρεῶς, τοῦ χρεῶ. vt Clenardus. Hæc ſunt ipſius Euſtathij verba. χρέως (inquit) οὐ μόνον τὸ δάνειον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἁπλῶς ὀφειλόμενον. & paulò poſt, κοινῶς μὲν διὰ τοῦ ο μικροῦ, ἀττικῶς δὲ διὰ τοῦ ω μεγάλου γραφόμενον κατὰ τὴν τετάρτην κλίσιν κλίνεται. τὸ δὲ χρέως, τὸ προσοφειλόμενον, καὶ ὁ θάνατος. Sed hoc nomen eſt indeclinabile, quod apparet ex illo verſu Euripidis in Hippolyto, pag. ex Plantini typis 229. Οὐδ' ἔστι μοίρας, τοῦ χρεὼν τ' ἀπαλλαγή, id eſt. Neque eſt mortis, neque fati vitatio, id eſt, mors fatalis vitari nequit.

Quúmque cenſerent diuino. Ἀξιοῦντας δὲ θεῷ) vel ἱερὰ ἀποδεῖν ἐπὸ τοῦ κοινοῦ repetendum, vel ἱερῶσαι, ſiue ἱερώσασθαι deſideratur.

Idibus, vt vocantur, Ταῖς καλουμέναις εἰδοῖς) Bene. Nam iduare (vt Macrobius libro Saturn. primo teſtatur) Hetruſca lingua diuidere ſignificat. Idus enim menſem in duas ferè æquales partes diuidunt. Ab Idibus autem denominati ſunt ſeptem illi dies, qui nonas ſequuntur, & ipſe Iduum dies octauum facit. Ideo ſinguli menſes Idus octo habere dicuntur. Plutarchus tamen in rerum Romanarum quæſtionibus, hæc de Idibus tradit, τὰς δὲ εἰδοὺς ἢ διὰ τὸ κάλλος, καὶ τὸ εἶδος ὀλοκλήρου γὰρ διαφαινομένης σελήνης, ἢ τῷ Διὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἀποδιδόντες, &c.

¶Pag.17. Quæ Argeos appellant. Ἀργείους αὐτὰ καλοῦντες) Feſtus, Argeos vocabant ſcirpeas effigies, quæ per Virgines Veſtales ſingulis annis in Tiberim iaciebātur. Ouidius quinto Faſtorum hoc ipſum confirmat.

Tu quoque priſcorum virgo ſimulachra virorum
Mittere roboreo ſcirpea ponte ſoles.
Corpora poſt decies ſenos qui credidit annos
Miſſa neci, ſceleris crimine damnat auos.
Fama vetus, tunc quum Saturnia terra vocata eſt,
Talia fatidici dicta fuere ſenis.
Falcifero libata ſeni duo corpora gentes
Mittite, quæ Tuſcis excipiantur aquis.
Donec in hæc venit Tyrinthius arua, quotannis
Triſtia Leucadio ſacra peracta Deo.
Illum ſtramineos in aquam miſiſſe Quirites,
Herculis exemplo corpora falſa iaci.
& paulò poſt.
Scirpea pro domino in Tyberin iactatur imago.

Aliàs agemus. Ἐν ἑτέρῳ δηλώσεται) Plena loquutio eſſet, ſi vel λόγῳ, vel τόπῳ, vel χρόνῳ adderetur, quòd
A facilè ſubauditur.

Quidam illius regionis latro nomine Cacus. Λῃστής τις ἐπιχώριος ὄνομα Κάκος) Hanc fabulam Ouidius 1. Faſtorū & Virgilius 8. Æneidos pluribus perſequitur.

Contra naturam inceſſus huiuſmodi animalium. Ἔμπαλιν τῆς κατὰ φύσιν τοῖς ζώοις πορείας) Hūc locum poēta fœliciſsimè vertit. Sic enim octauo Æneidos canit,

Quattuor à ſtabulis præſtanti corpore tauros
Auertit, totidem forma ſuperante iuuencas.
Atque hos ne qua forent pedibus veſtigia rectis
B *Cauda in ſpeluncam tractos, verſiſque viarum*
Indiciis, raptos ſaxo occultabat opaco.
Quærentem nulla ad ſpeluncam ſigna ferebant.

Homerus in hymno in Mercurium, de Mercurio eadem ferè totidem verbis dicit, quæ hîc Dionyſius, & Virgilius Caco tribuunt. Hæc autem ſunt poētæ carmina. Αὐτὰρ Ἑρμῆς

Πιερίης ἀφίκανε θέων ὄρεα σκιόεντα.
Ἔνθα θεῶν μακάρων βόες ἄμβροτοι αὖλιν ἔχεσκον
Βοσκόμεναι λειμῶνας ἀκηρασίους ἐρατεινούς.
C Τῶν τότε Μαιάδος υἱὸς ἐΰσκοπος Ἀργειφόντης
Πεντήκοντ' ἀγέλης ἀπετάμνετο βοῦς ἐριμύκους.
Πλανοδίας δ' ἤλαυνε διὰ ψαμαθώδεα χῶρον,
Ἴχνι' ἀποστρέψας δολίης δ' οὐ λήθετο τέχνης,
Ἀντία ποιήσας ὁπλὰς τὰς πρόσθεν ὄπισθεν,
Τὰς δ' ὄπιθεν πρόσθεν. κατὰ δ' ἔμπαλιν αὐτὸς ἔβαινεν,
Σάνδαλα δ' αὐτίκ' ἔριψεν ἐπὶ ψαμάθοις ἁλίῃσιν. &c.

Sibi perſcrutādū eſſe dixit. Οἰόμενος ἔξω διερευνήσασθαι) Pro ἔξω puto χρῆναι reponendum. Hoc autem ἰνδαλμαι τοῦ δεῖν. Alioqui quid ſibi velit hoc ἔξω, & quis ſenſus
D ex hac lectione poſsit elici, non video: niſi fortè ſimplex pro compoſito ἐξεῖναι poſitum dicas: quod ſi verum, vertes, exiſtimans ſibi licere inueſtigare, &c. vt apud Demoſth. 3. Philippica. κατ' αὐτὸ μὲν τοῦτο ἄξιος μισεῖσθαι ἔξω, καὶ κατηγορίας, ὡς δ' οὐ προσῆκον, καὶ ὡς οὐ κληρονόμος τούτων ὢν ταῦτα ἐποίει, καὶ ἔξω λέγειν ἀντί τι οὐχ ὑπέλαβεν ἄν (hæc enim ex præcedenti verbo, quod hîc repetendum, pendent) ἐξεῖναι λέγειν & cæt. Illud etiam obiter dicetur hoc in loco eſſe Atticiſmum. Poſitū enim ἀδιαφόρως nominatiuum ante infinitū loco accuſatiui ἀξιοῖ.
E Ipſarúmque vox, Καὶ ἠχοῦντι) Γεγωνεῖ legēdū videtur. Senſus hoc indicat. τὸ γεγωνέω ad rē pr̨ſentē non facit.

Pedo, Τῷ καλαύροπι) Iam καταχρηστικώτερον ſic videtur vocari quod ſupra ῥόπαλον eſt appellatum.

¶Pa.18. Potitios & Pinarios, Ποτιτίους, καὶ Πιναρίους) Hac de re Liuius libro primo decadis 1. fuſiùs agit, & Virgilius 8. Æneid.

Ex illo celebratus honos, lætique minores
Seruauére diem, primuſque Potitius autor,
Et domus Herculei cuſtos Pinaria ſacri

F Victimorū Τῶν ἱερείων) vt Heſychius ait, ἱερεῖα, τὰ καλλιερήματα ἱερά. & Suidas multò apertius, ἱερεῖα τὰ χρήματα ἱερά. Quare victimas vertere non dubitaui.

Propter aduentus tarditatem, Ὀψίμου τῆς παρουσίας ἕνεκα) Mallem τῆς ὀψίμου παρουσίας ἕνεκα. Hoc enim vſitatius, & auribus longè iucundius.

Et quomodo deus iſte manif. Καὶ τίς ἡ τοῦ δαίμονος ἐπιφάνεια.) Sylburg. Gelenium ſequutus hæc ita reddidit, *Et quàm manifeſta ob id indignatio numinis.* Verborum Græcorum partem omiſit in ſua verſione, περὶ τὴν ὑπαλλαγὴν τῶν ἱεροποιῶν, alteram partem longè aliter, quàm
G ſenſus ipſe flagitat, græco textu reclamante vertit. Senſus enim huius loci eſt ille, quem in noſtra verſione habes. Ex iis, quæ præcedūt, ita ſentiendū patet.

A Rom. Maxima vocatur. Καὶ ἔστι ὑπὸ Ῥωμαίων μέγιστος) Idem teſtatur & Virg. 8. Æn. his carminibus,

Hanc arã luco ſtatuit, quæ Maxima ſemper
Dicetur nobis, & erit quæ Maxima ſemper.

Feſtus vbi de Potitiis, & Pinariis agit, idem cõfirmat.

Ac iniuriis, Λωβευμένη) ἀντὶ τοῦ λωβωμένη, quod eſt vſitatius, ſi modò codex mendo caret. Nam λωβᾶν, καὶ λωβᾶσθαι reperias & apud alios: at λωβεύειν, aut λωβεύεσθαι, quod ſciam, apud nullum alium inuenias.

Ire coguntur, Τοῖς ἐπαναγκαζομένοις) Si codex mendo caret, vertendum *properantibus*. Vel certè, *iis qui ex Hiſpania Argos ire coguntur.*

In Promethei ſoluti fabula, Ἐν Προμηθεῖ λυομένῳ) Hæc fabula hodie non extat.

¶Pag. 19. Qui ſeorſum, &c. Κατὰ σφᾶς ἕτεροι) Hoc ἕτεροι videtur referendũ ad Arcadas, & Faunum Aboriginum regem. Hi enim ſeorſum in vnum conuenerant, & ſe Herculi ſocios addiderant, vt eum iuuarẽt, quibus Hercules ob acceptum beneficium agros, qui circa Caci caſtella erant, gratię referendę cauſa, dedit. Sic igitur hunc locum intelligendum puto. ἕτεροι, δηλονότι τῶν Ἑλλήνων σὺν Ἡρακλεῖ ἐκ τῆς Ἰβηρίας ἐλθόντων. Lapi & Gelenij verſio facit vt credam eos aliquam huiuſmodi lectionem nactos, τὰ περὶξ χωρία ἕτεροί τε οἱ συνελθόντες Ἡρακλεῖ καθ᾽ σφᾶς παρέλαβον, Ἀρκάδες τε, &c. id eſt, *cum alij loca illa circumiacentia ceperunt, tum vero & Arcades.* Illud autem ἕτεροι pro ἄλλοι ponetur, & quæ ſequuntur, οἱ συνελθόντες Ἡρακλεῖ, explicationi ſeruire dicemus. Sed prior coniectura veriſimilior videtur.

Et Troianos Καὶ πυρέας) Suprà Dionyſius de gentibus, quæ cum Hercule in Italiam venerant, & quæ ibi remanſerant, hæc ſcribit, τῶν δὲ ὑπολειφθέντων οἱ μὲν πλείους ἦσαν Πελοποννήσιοι, Φενεᾶταί τε, καὶ Ἐπειοὶ οἱ ἐξ Ἤλιδος, οἷς οὐκέτι πόθος ἦν τῆς οἴκαδε ὁδοῦ, διαπεπορθημένης αὐτοῖς τῆς πατρίδος ἐν τῷ πρὸς Ἡρακλέα πολέμῳ. ἐμίχθη δέ τι καὶ Τρωϊκὸν αὐτοῖς τῶν ἐπὶ Λαομέδοντος αἰχμαλώτων ἐξ Ἰλίου γεγενημένων. Ex quibus verbis coniicio vocẽ πυρέας mendoſam, & Τρῶας pro ea reponendum. Iſtam coniecturã confirmant verba, quæ extant pag. 38. τὰ μὲν δὴ συνελθόντα ἔθνη, καὶ κατοικισάμενα, ἐξ ὧν τὸ Ῥωμαίων γένος ὠνόμασται πρὶν ἣν νῦν ἔχουσιν οἰκισθῆναι πόλιν, ταῦτά ἐστιν, &c. & paulò pòſt. τελευταῖοι δὲ οἱ διασωθέντες σὺν Αἰνείᾳ Τρῶες ἐξ Ἰλίου τε, καὶ Δαρδάνου.

Cui Lauinæ nomen Λαυίνας ὄνομα) Dionyſius tamen ſupra pag. 10. de hac ipſa re agens hæc ſcribit, ὑπό τινος μειρακίου Πάλλαντος ὀνόματι τελευτήσαντος· τοῦτον δὲ Ἡρακλέους εἶναι παῖδα, καὶ Λαυίνας τῆς Εὐάνδρου θυγατρός. Quare iſta lectionum varietas eſt obſeruanda. In altera voce eſt mendum. Fortaſſe vtroque in loco Lauinia intelligitur, quam Græci modò Λαυίναν, modò Λαβίναν, & Λαβινίαν, ac Λαυινίαν appellant.

Opidulum de ſuo nomine, Πολίχνην ἐπώνυμον) Plinius libro 3. cap. 5. hoc oppidum *Herculaneum* vocat. Stephanus *Heracleam* appellat. At Strabo lib. 5. caſtellum fuiſſe dicit ἐχόμενον δ᾽ (inquit) φρούριόν ἐστιν Ἡράκλειον ἐκκειμένην εἰς τὴν θάλατταν ἄκραν ἔχον.

Quod nunc quoque à Rom. incolitur, Ἣ καὶ νῦν ὑπὸ Ῥωμαίων οἰκουμένη) Ἀνακόλουθον: Dicendum enim πολίχνην, deinde τὴν καὶ νῦν οἰκουμένην, καὶ π. τ. μ. κειμένην, & paulò pòſt ἔχουσαν: vel certè, quod habet maiorem mutationem, ἣ καὶ νῦν οἰκεῖται, καὶ κεῖται, καὶ ἔχει, vel etiam quod longè veriſimilius, ἣ καὶ νῦν ὑπὸ Ῥωμαίων ἐστὶν οἰκουμένη. Atque τὸ ἐστὶν omnes nominatiuos participiorum ſequentium reget. Sic infra, pag. 18. de Latinorum priſcorum vrbibus agens ait, ὧν αἱ πλεῖσται ἦσαν, οἰκούμεναι.

Inter Pompeios, Πομπηΐας ἐν μέσῳ) Plinius Pompeios vocat. Quare fortaſſe Πομπηΐων ἐν μέσῳ legendum, vel Πομπηΐους ἐν μέσῳ, quemadmodum apud Strabonem legitur: vel certè hoc quoque, vt & multa alia, Dionyſius nouo nomine nominauit.

Expeditione Στρατιᾶς πέρι) Fortaſſe meliùs, ſi στρατείας ſcribatur, qua voce Dionyſius de eodẽ Hercule agẽs paulò antè eſt vſus. Quidam enim ſtatuunt diſcrimen inter στρατιὰν & στρατείαν: quòd στρατιὰ (vt Suidæ verbis vtar) ſit τὸ τῶν στρατιωτῶν ὑπὸ ἕνα ἔπαρχον τάγμα. στρατεία verò, τὸ ἀξίωμα, & ipſa militum ductandorum dignitas, ac autoritas, ipſa militia. Interdum tamen hoc diſcrimen negligitur.

Herculis ſemen, Γόνος δ᾽ Ἡρακλέους) Suſpicor legẽdum Λατῖνος ὁ Φαύνου γόνος, ἢ Ἡρακλέους: id eſt, *Latinus Fauni filius*, aut *Herculis* (vt alij putant) Quam coniecturam & Lapi verſio, & Dionyſij verba confirmant. Sic

A enim ille ſuprà. Λατῖνον δ᾽ ἔκ τινος Ὑπερβορίδος κόρης, ἣν πατρὸς εἰς ὁμηρείαν δόντος ἐπήγετο, καὶ αὐτὴν μέχρι μέν τινος ἀγνὴν γάμων ἐφύλαττεν. ἐπεὶ δ᾽ εἰς Ἰταλίαν ἔπλει, ἐρασθεὶς ἐγκύμονα ποιεῖ· καὶ ὅτε δὴ ἀπαίρειν εἰς Ἄργος ἔμελλε τῷ βασιλεῖ τῶν Ἀβοριγίνων Φαύνῳ γυναῖκα ποιήσασθαι δίδωσι. δι᾽ ἣν αἰτίαν τοῖς πολλοῖς τὸν Λατῖνον τοῦτον υἱὸν νομίζειν, οὐχ Ἡρακλέους. Quòd ſi quis vulgatam lectionem ſequi malit, hic erit ſenſus, Latinus, qui erat Fauni filius, vt multi credunt: qui tamen reuera Herculis erat progenies.

¶Pag. 20. A Romulo, cuius ductu colonia miſſa fuerat.

B Ἀπὸ τοῦ στείλαντος τὴν ἀποικίαν Ῥωμύλου) Et tamen Dionyſius in ſecundi libri principio, de hac ipſa re verba faciens, ita ſcribit, οἱ δ᾽ ἀγαγόντες τὴν ἀποικίαν ἀδελφοὶ δίδυμοι τοῦ βασιλείου γένους ἦσαν, Ῥωμύλος αὐτῶν ὄνομα θατέρῳ, τῷ δ᾽ ἑτέρῳ Ῥῶμος. Quare, locus iſte cum illo videtur pugnare. Hìc enim à Romulo coloniam miſſam dicit, ibi verò à Romulo, Remóque fratre deductam ſcribit. Aut igitur in vtroque loco idem verbum ἀγαγεῖν, aut στέλλειν eſt retinẽdum. Nam aliud eſt mittere, aliud deducere coloniã: Deducimus nos ipſi, mittimus per

C alios. Si τὸ ἀγαγεῖν retineamus, coloniam ab vtroque deductam dicemus: quòd certè verum eſſe conſtat. Si στέλλειν, ab vtroque miſſam: quod ab hiſtoriæ fide, & ab ipſa veritate remotum erit. Vt igitur hunc locum cum altero conciliemus, dicendum τὸ στέλλειν hìc συνωνύμως pro ἀγαγεῖν à Dionyſio poſitum, quod obſeruãdum. Hanc noſtram coniecturam confirmat locus ille qui extat pag. 47. Οἰκισταὶ δ᾽ αὐτῆς οἱ τινες ἦσαν, ἢ πόσοι τύχαις χρησάμενοι τὴν ἀποικίαν ἔστειλαν. &c. & pag. 92. ὅσον μὲν γὰρ αὐτῆς μέρος Ἀλβανῶν ἐτύγχανεν ὑπὸ τῶν ἅμα Ῥωμύ-

D λῳ τὴν ἀποικίαν στειλάντων. Quo in loco τὸ στειλάντων ἀντὶ τοῦ ἀγαγόντων eſt poſitum, & pag. 297. Ἡμεῖς δ᾽ τὴν ἄπολιν, καὶ ἀνέστιον ἐκλείποντες βίον, οὔτε θεοῖς ὀχληρὸν, οὔτε ἀνθρώποις λυπηρὸν, οὔτε γῇ τινι βαρεῖαν στέλλομεν ἀποικίαν. Vbi τὸ στέλλειν ἀντὶ τοῦ ἄγειν. Eo autem in loco plebeij, qui ſeceſſionem à patriciis fecerant, legatos à P. R. miſſos alloquuntur.

Propter inuidiã ſilentio texerunt, Τοῖς δ᾽ διεφθόνηται ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος) Hic locus duobus modis explicari poteſt. Prior, *partim etiam de eo inuidè agunt.* Poſterior eſt

E is, quem in mea verſione ſum ſequutus. Nam (niſi fallor) hæc Dionyſij verba nunc idem valent ac ſi dixiſſet, τοῖς δ᾽ διὰ φθόνον ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος σεσιώπηται, ἤγουν σιωπῇ παραλέλειπται. Senſus, Scriptores partim aduentum Æneæ in Italiam penitus ignorarunt, ideóque nullam eius mentionem fecerunt: partim etiam eum quidem non ignorarunt: ſed inuidiæ ſtimulis acti ſilentio ſuppreſſerunt. Camerarius, vt ait Sylburgius, legendum cenſet διεφώνηται, vel potiùs διαπεφώνηται, id eſt, diſcrepanter expoſitus eſt. At ex iis, quæ ſupra dicũtur, patet

F ſenſum optimũ ex vulgata lectione elici. Quare nihil mutandum. Quòd ſi Camerarij lectionem probes, verte, *partim etiam de eo variè ſcripſerunt*, vel *variè ſunt loquuti.*

Siue equi lignei, Εἴτε τοῦ δουρείου ἵππου) Gelenius equum Durium vocat. Virgilius equum ligneum appellat, vt ex carminibus, quæ ſecundo Æneidos extãt, facilè colligitur.

Inſtar montis equum diuina Palladis arte
Ædificant, ſectáque intexunt abiete coſtas.
Votum pro reditu ſimulant, ea fama vagatur.
G *Huc delecta virũm ſortiti corpora furtim*
Includunt cæco lateri, penituſque cauernas
Ingentes, vterumque armato milite complent.

Sed Euripides ἐν Τρῳάσι carminibus elegantiſſimis

τοῦ

τοῦ ἵππου δουρείου ἴτυμον aperit. Hęc autem ſunt eius carmina quæ extant,

> ;Φωκεὺς Ἐπειὸς μηχαναῖσι Παλλάδος
> Ἐγκύμον' ἵππον τεύχεον ἐξειργάσατο
> Πύργων ἔπεμψεν ἐντὸς ὀλέθριον βάρος.
> Ὅθεν πρὸς ἀνδρῶν ὑστέρων κληθήσεται
> Δούρειος ἵππος, κρυπτὸν ἀμπίσχων δόρυ.

Si qua maximi pretij eſſet, Εἴ τι πλεῖστον ἀξίωμα ἦν) Si codex eſt ſanus, eſt durior ἔλλειψις τῆς κατὰ. Εἴ τι πλεῖστον ἦν κατὰ τὸ ἀξίωμα. Fortaſſe pro ἦν reponendum εἶχε. Legitima conſtructio poſtularet εἴ τι πλείστου ἀξιώματος ἦν. ἀξίωμα verò iam nō dignitatem, ſed pretiū ſignificat.

Vno agmine facto, Καθ' ἕνα) Plena loquutio καθ' ἕνα τόπον ἁπάντες γινόμενοι, cùm omnes in vnum, eundémque locum conueniſſent, vel, omnes in vnum cōiuncti, ſic pag. 159. καθ' ἕνα πάντες γινόμενοι. Sed reuera lōgè ſæpius ac elegantius reperias καθ' ἓν γενόμενοι, ſiue nihil ad loquutionis abſolutionem deſiderari dicas, ſiue nomē aliquod ſubſtātiuum ſubaudiri putes, vt σύστημα, vel τάγμα. Sic loquitur Dionyſius pag. 50. circa finem. φθασάντων καθ' ἓν γενόμενοι. & 420. & multis alijs in locis.

Iſtæ Tro. Δυνάμεις τε αὐτῇ) Mallem αὗται. vel certè αὐτοῦ, δηλονότι τοῦ αἰνείου legendum.

¶Pag. 21. Scamandrij, Σκαμανδρίων) Sylburgius corrigit Σκαμάνδριον, & ſingulariter legendum cenſet. ait enim Scamandrium, & Aſtyanactem idem eſſe, quod Homeri teſtimonio confirmat. poëtæ verſus Iliadis Z. extant, eo loco vbi de Hectoris filio Aſtyanacte agitur.

> Ἑκτορίδην ἀγαπητὸν, ἀλίγκιον ἀστέρι καλῷ.
> Τόν ῥ' Ἕκτωρ καλέεσκε Σκαμάνδριον. αὐτὰρ οἱ ἄλλοι,
> Ἀστυάνακτ'. οἶος γὰρ ἐρύετο Ἴλιον Ἕκτωρ.

Idem Sylburgius affert Euſebij teſtimonium, qui dicit, 18. poſt Troiam captam anno Hectoris filios Ilium recepiſſe expulſis Antenoris poſteris, Heleno eis ſubſidium ferente. Sed vt concedam Scamandriū, & Aſtyanactem eundem eſſe: vt fatear Ilium ab Hectoris filijs receptum, non tamen propterea ſequitur hunc locum eſſe mendoſum. Si enim verum eſt quod de Aſtyanacte circumfertur, quo modo Sylburgij correctio locum hîc habebit? Audiamus Volaterranum hac de re verba facientem, libro 13. 157. *Aſtyanax*, (inquit) *quaſi vrbis princeps, appellatus anteà proprio nomine Scamandrus, Hectoris filius ex Andromacha, qui à matre abſconditus, ab Vlyſſe repertus, ac de alta crepidine præceps eſt datus.* Idem teſtatur & Hyginus fabula 109. *Cum* (inquit) *Achiui Troia capta prolem Priami extirpare vellent, Aſtyanacta Hectoris & Andromachæ filium de muro deiecerunt.* Alij tamen aiunt antequam naues è Sigæo ſoluerent, Aſtyanactem de alta turri præcipitem ab Vlyſſe datum ne quis ſupereſſet, qui Troianorum iniurias vlciſceretur. Quicquid id ſit eum multò antè Ilium ab Hectoridis receptum obiiſſe conſtat. Qui igitur multò antè ſublatus fuerat, quo pacto multò pòſt Ilium recepit? Ego nihil temere mutandum cenſeo: Σκαμανδρίων retineo. Nam (vt ait Stephanus) Σκάμανδρος, ποταμὸς τρωΐας, ἀπὸ Σκαμάνδρου. τὸ ἐθνικὸν Σκαμάνδριος, καὶ Σκαμανδρία. Plinius libro 5. cap. 30. vbi agrum Troianum deſcribit mentionem facit Scamandri amnis nauigabilis, atque vrbis Scamandriæ. Quare nunc vel huius Scamandrij fluminis accolas, vel vrbis Scamādriæ incolas, vel etiam vtroſque à Dionyſio ſignificari puto. Hi κατὰ τὸ εἰκὸς Troia capta, & reliquo Troados agro ab hoſtibus vaſtato, cum cæteris profugerant vt præſentem calamitatem vitarent. Sed poſt hoſtium diſceſſum in patriam redierāt, vt hîc videmus. Quod autem Euſebius dicit, contra meam coniecturam nō facit. Nam vt Priamum, ſic & Hectorem plures filios habuiſſe crediderim: qui, licet Aſtyanax a Græcis crudeliter interfectus fuiſſet, poſtea tamen vrbem amiſſam receperunt.

Ex Græcia dimiſſi, Ἀφιγμένων ἐκ τῆς Ἑλλάδος) Sylburgius reponit ἀφειμένων. Sed vulgata lectio eſt bona: eſt enim genus loquendi græcanicum, quod intelligendum, vt ſumus interpretati. Quare nihil mutandum.

Qui hæc audiunt, Ἕκαστος τῶν ἀκουόντων) Dionyſius τοὺς ἀκούοντας iam ἀναγνώστας vocat ipſos lectores, qui dum aliquam hiſtoriam legunt, quodammodò ipſum autorem verba facientem videntur audire: vel certè locus intelligendus, vt ſum interpretatus.

In fabula Laoc. Λαοκόωντι δράματι) Iam non extat.

A Quæ Laocoontidis Περὶ τοῦ Λαοκοωντίδου σημείων) Virg. Æneid. ſecundo hæc narrat,

> *Laocoon ductus Neptuni ſorte ſacerdos*
> *Solenneis taurum ingentem mactabat ad aras.*
> *Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta*
> *(Horreſco referens) immenſis orbibus angues. &c.*

Humeris patrem ferens, Ἐπ' ὤμων πατέρα ἔχων) Virgilius ſecundo Æneidos circa finem rem totam fusè perſequitur.

Fulmine afflatum, Κεραυνίῳ) Ἀντὶ τοῦ, κεραυνοβλῆτα. Eſt

B autem ἔλλειψις τοῦ ἕνεκα. Virgilius ſecundo Æneidos 158. Anchiſen ita de ſe loquentem inducit,

> *Demoror: ex quo me diuûm pater, atque hominum rex*
> *Fulminis afflauit ventis, & contigit igni.*

Dorſum ſtillis, Νῶτον καταστάζοντα) Quidam hunc verſum ita legendum cenſent: κατασκάζοντα, δύστηνον βάρος. atque ita vertemus,

> *Nunc ad portam Æneas Deæ filius*
> *Adeſt, humeris patrem ferens (ob) afflatum fulmine*
> *Tergum, claudicantem, miſerandum onus.*

C Hæc lectio duabus de cauſis videtur ſequenda: prior eſt, ipſa verſus Iambici quantitas, quæ violatur ſi φᾶρος legas. nam prior ſyllaba eſt lōga, Hom. Il. B. Καλὸν, νηγάτεον. περὶ δ' αὖ μέγα βάλλετο φᾶρος. Euſtathius cur vox iſta producat priorem, & cur circumflexum in ea habeat, his verbis declarat. Φᾶρος, τὸ ἁπλῶς ὕφασμα, εἴπουν εἱμάτιον παρὰ τὸ ὑφῆ ἀρηρέναι, ἢ καὶ περισπᾶται διὰ συναίρεσιν τῶν δύο α. In hoc igitur verſu pedem poſtremum non trochæum, aut ſpondæum, ſed iambum, aut pyrrhichium eſſe oportet. Erit autem ſi δύστηνον βάρος

D pro δύστηνον φᾶρος repouatur. Poſterior cauſa eſt, quòd ſenſus longè commodior ex hac lectione, quàm ex vulgata elicitur. In illo autem κατασκάζοντα, erit cauſa cur Æneas patrem in humeros ſuſtulerit, quia claudicabat, quam cladem à fulmine acceperat. Quæ ſequuntur, per appoſitionem addentur, patrem inquā, miſerandum onus. Apud Plutarchum ἐν τῷ περὶ ἀρετῆς, καὶ κακίας extat hic verſus aliquantò aliter, Μετὰ καταστάζοντα βύσσινον φάρος. Vbi duo ſunt obſeruanda μετοῦ pro νῶτον, & φάρος cum acuto in priore ſcribi. Eodem

E ferè modo Sophocles ἐν τῷ φιλοκτήτῃ loquitur, Νόσῳ καταστάζοντα διαβόρῳ πόδα. Sed proculdubio correctio ſupra à nobis allata probabilis videtur. Quòd ſi φα ſyllabam corripias, vox erit acuto notanda in priore, φάρος, quemadmodum correpta extat apud Apollonium τῶν ἀργοναυτικῶν 3. pag. 154. verſu 862. Λυγαίῃ ἐνὶ νυκτὶ σὺν ὀρφναίοις φαρέεσσι.

Circundat autem, Κυκλεῖ δὲ πᾶσαν) Sēſum ſequutus, iſtud carmen ita emendare non dubitarem. Κυκλεῖ δὲ πᾶσαν οἰκετῶν παμπληθία. neque enim ipſe totam illam turbā circundabat: ſed ab ea circundabatur. Quanquam for

F taſſe meliùs ſi legamus Κυκλοῖ. Nam vt Græcus Scholiaſtes Sophoclis notat in Aiace μαστιγοφόρῳ, κυκλεῖν, τὸ ςρέφειν, κυκλοῦν δὲ, τὸ περιλαμβάνειν ſignificat.

Tibi, ſed quanta, Σοὶ, τοῖς δ' ἥρωσι) Hæc ita legenda puto. Σοὶ, τοῖς δ' ἥρωσι. atque hic erit ſenſus, συνωνάζεται δὲ πλῆθος οὐχ ὅσον δοκεῖ σοι, ἀλλ' ὅσον δοκεῖ τοῖς τῶν φρυγῶν, ἤτοι τοῖς φυγοῦσι τοῖς ἥρωσι τῆς ἀποικίας.

Æneæ proditione Ἐνδόντος) προδόντος. Sed hoc turpius, illud honeſtius.

G A Capy Troiano Ἀπὸ Τρωϊκοῦ Κάπυος) Virgilius Æneidos decimo,

> *Et Capys, hinc nomen Campanæ ducitur vrbi.*

Romulum Ῥωμύλον) Ῥωμόλον antè, ſed malè.

Suidas, Ῥωμύλος, Πετρίλος, Αἰμύλος, αἰσχύλος, πεπεξυσμένος. Nam(niſi fallor)apud Suidam ita legendum, nō autem πεπαισοξυστέρος, vt legitur, quod harum vocum tonis repugnat.

Confirmant, Βεβαιωταί) Βεβαιῶται antè:ſed perperàm legebatur.

Pag.22. Dum res eius florerent, Ἤνθει τι, καὶ ἀκίλλη τόπος)vel ἐπίας, vel ὅτε, vel aliquid ἰσοδυναμοῦν deſiderari videtur.

Inter Dioryctum. Μεταξὺ τῆς Διορύκτης)Plin.lib.4. cap. 1. *Dein(*inquit*)ſinus, ac Leucadia ipſa peninſula, quondam Neritis appellata, abſciſſa à continenti, ac reddita ventorum flatu congeriem arenæ accumulantium, qui locus vocatur Dioryctos, ſtadiorum longitudine trium: Oppidum in ea Leucas, quondam Neritum dictum.* Interpretes alij hæc ita, *Inter Iſthmum eius inſulæ perfoſſum.* Ego Plinium ſequutus, vocem græcam in mea verſione ſeruaui.

Dexameni fil. Ὁ Δεξαμενοῦ) Hæc ita videntur legenda, ὁ Δεξαμενὸς τοῦ Ἡρακλέους. Stephanus cuiuſdam Δεξαμενοῦ meminit, à quo partem Ambraciæ Δεξαμεναὶ appellatam tradit. Sed illum non Herculis, at Meſoli filium fuiſſe dicit. Verùm & apud Stephanum fortaſſe legendum eſt Δεξαμενοῦ. vt enim nomen proprium à participio differat rectus caſus ἐξυτονεῖται, vt quibuſdam viris doctis placet. Quanquam hoc non ſemper obſeruatur. Nam apud Heſiodum in Theogonia, quædam Oceani filia Δωναμένη vocatur, non Δωναμενὴ, niſi forte ſic & ibi ſcribendum dicas: quod affirmare non auſim: & Homer. Iliad. σ. 671. 13. Δωναμένη, & 14. Δεξαμένη, Poſſumus tamen & ita legere, Ἄμβραξ ὁ Δεξαμενὸς τοῦ Ἡρακλέους: id eſt, Ambrax cognomine Dexamenus Herculis F. Sed hæc lectio minorem illa quidem mutationē patitur, at à veritate remotior videtur: nihil enim huiuſmodi memoriæ proditum comperio.

Quæ nunc etiam, Ἃ καὶ εἰς ἐμὲ νῦν)Vel δεῖ, vel σώζεται deſideratur: vel ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τὸ ὑπολείπονται repetendum.

Sacellum, Ἡρῷον) mallem Ἡρῷον, vt plerumque ſcriptum reperias. Factum enim per contractionem ab ἡρώϊον, quo modo πατρῷον dicimus.

¶Pag.23. In priſtinas ſedes reducere, Ἀποκαταστῆσαι) Lapus vertit, *eiicere volentibus.* quare eum ἀναστῆσαι legiſſe credo. ſed nihil mutandum.

Salentinum vocabatur. Σαλεντῖνος ἐγένετο) ἀντὶ τοῦ ἐλέγετο: ſed ab antecedente conſequens eſt intelligendum: niſi pro ἐγένετο dicas ἐλέγετο ſcribendum.

Quæ Drepana vocantur, Τὰ καλούμενα Δρέπανα) De hac re Plinius libro 3. cap. 8. & Virg. Æneid. 3. *Hinc Drepani me portus, & illætabilis ora Accipit*, Ouid. 4 faſt. 88. 3.

Quique locus curuæ nomina falcis habet.

Crimiſum, Κριμισὸν) Vel Κρινισὸν, vt alij cenſent, eſt legendum. Virg. quinto Æneidos. *Troia Criniſo conceptum flumine mater Quem genuit.* Stephanus tamen in voce Κρίμισα, Κρίμισα, inquit, πόλις Ἰταλίας πλησίον Κρότωνος, καὶ θηρίς, καὶ ποταμός. Quare, vulgata lectio ex Stephani verbis poteſt retineri.

Quidam adoleſcens, Σωσίκλεος μειράκιόν τι)Mendosè ante ῥαμάκιόν τι legebatur: errorem manifeſtiſsimum corrigere non dubitaui.

Quòd mulieres quædam, &c. Διὰ τὸ ἐμπρῆσαι αὐτὰς ἐποιήσαντο τῶν γυναικῶν τινες ἀχθόμεναι τῇ πλάνῃ)Virg. 5. Æneid. rem totam fuſiùs deſcribit.

In montis Eryeis vertice, Ἐπὶ κεφαλῇ τοῦ Ἐλύμου)Elymorum populorum Thucydides initio ſexti libri meminit. Hæc ſunt eius verba. Ἰλίου ἁλισκομένου τῶν Τρώων τινὲς διαφυγόντες Ἀχαιοὺς πλοίοις ἀφικνοῦνται πρὸς τὴν Σικελίαν, καὶ ὅμοροι τοῖς Σικανοῖς οἰκήσαντες, ξύμπαντες μὲν Ἔλυμοι ἐκλήθησαν, πόλεις δ' αὐτῶν Ἔρυξ, καὶ Ἔγεστα. Nullus tamen aut Græcus, aut Latinus autor, quod ſciam, mōtis Elymi mentionem facit. Si ad coniecturas licet refugere, Ἔρυκος legendum putarem, quod ex Dionyſij verbis, & ipſo ſenſu colligi poteſt. Eryx autem eſt mons Siciliæ, vnde Venus Erycina: quod teſtatur Strabo libro 6. Οἰκεῖται δὲ(inquit) καὶ ὁ Ἔρυξ λόφος ὑψηλὸς, ἱερὸν ἔχων Ἀφροδίτης τιμώμενον διαφερόντως. & paulò poſt, ἀφίδρυμα δέ ἐστι καὶ ἐν Ῥώμῃ τῆς θεοῦ ταύτης, τὸ πρὸ τῆς πύλης τῆς Κολλίνης ἱερὸν Ἀφροδίτης Ἐρυκίνης λεγόμενον. Iſtam coniecturam verba Thucydidis à nobis allata confirmant. Gelenius, & Sylburgius eum ſequutus hunc locum ita vertit, *Ara Veneris Æneadis ſupra caput Elymi fundata.* Sed parum commodè. Per τὴν κεφαλὴν καταχρηστικῶς
A κατ' ἀναλογίαν quandam τὴν κορυφὴν intelligit, quod magis vſitatum.

Ægeſtæ, Ἐν Αἰγέστῃ) Huius vrbis nomen apud alios aliter ſcribitur. Steph. Ἔγεστα πόλις Σικελίας, ἔνθα θερμὰ ὕδατα. ἀπὸ Ἐγέστου τοῦ Τρωός. τὸ ἐθνικὸν Ἐγεσταῖος. Eodē modo apud Thucydidem(vt ſupra patet)ſcriptum reperías. Sunt etiam qui tradunt hanc vrbem eam eſſe, quā Cicero Segeſtam vocat, cuius ciues ab eodem Segeſtani dicuntur. Sic autem ille lib. 6. in Verrem, *Segeſta eſt oppidum peruetus in Sicilia Iudices, quod ab Ænea fugiente*
B *à Troia, atque in hæc loca veniente conditum eſſe demonſtrant. Itaque Segeſtani non ſolum perpetua ſocietate atque amicitia, verum etiam cognatione ſe cum P.R. coniunctos eſſe arbitrantur.* Non deſunt etiam qui putant eandem eſſe eum illa, quam Virgilius Aceſtam nominat. Nam quinto Æneid. poſt claſſis incendium pluribus deſcriptum, tandem Nauten ita loquentem inducit,

Eſt tibi Dardanius diuinæ ſtirpis Aceſtes
Hunc cape conſilij ſocium, & coniunge volentem:
Huic trade amiſſis ſuperant qui nauibus, & quos
C *Pertæſum magni incœpti, rerumque tuarum eſt.*
Longæuóſque ſenes, ac feſſas æquore matres,
Et quicquid tecum inualidum, metuénſque pericli eſt,
Delige, & his habeant terris ſine mœnia feſſi.
Vrbem appellabunt permiſſo nomine Aceſtam.

Stephanus Ἀκέστη, πόλις Σικελίας, ὡς Ἄγεστα (vel potiùs Ἔγεστα,) παρὰ τὸν Ἀκέστην. Sic igitur diſcrimen inter has duas vrbes ſtatuere videtur. Ex his apparet quàm varia ſit de rebus iiſdem ſcriptorum opinio.

Elymus enim, Πρόσθεν γὰρ κατὰ τὴν)Hæc oratio eſt ἀνα-
D κόλουθος. fortaſſe πρῶτος corrigendum. Sed ſi durior videtur iſta mutatio, legitima conſtructio aliquam lectionem huiuſmodi flagitabit, πρόσθεν γὰρ ὢν ἀπ' ἐκείνου τὴν κλῆσιν οἱ σύμπαντες ἔλαβον. ἀντὶ τοῦ, τοῦ γὰρ Ἐλύμου κατὰ τὴν ἀξίωσιν προέχοντος (τῶν ἄλλων) ὄντος διὰ τὸ βασιλικὸν γένος, ἀπ' ἐκείνου τὴν κλῆσιν οἱ σύμπαντες ἔλαβον. alioqui dicendum eſſet, πρόσθεν γὰρ ἦν κατὰ τὴν ἀξίωσιν Ἔλυμος ἀπὸ τοῦ βασιλικοῦ γένους ὤν, ἀφ' οὗ &c. parum autem veriſimile aliquā verbi ἔλλειψιν hic eſſe. Siquis tamē aliter ſentit, ille ſuā ſententiā, dummodo ſit probabilior, liberè ſequatur.
E Miſeno, Μισηνὸν τῇ) Virgilius 6. Æneid. multa de hoc Miſeno, déque eius morte, & ſepulchro: vbi hæc tandem canit,

At pius Æneas ingenti mole ſepulchrum
Imponit, ſuáque arma viro, remumque, tubámque
Monte ſub aerio, qui nunc Miſenus ab illo
Dicitur, æternumque tenet per ſecula nomen.

Vt autem hoc obiter addam, Μισηνὸν legere mallem. Sic apud Strabonem legitur.

Inſulam Prochytam, Νῆσόν τε Προχύτην)Προχύτην legen-
F dum. Stephanus Προχύτη, νῆσος Σικελίας. Huius inſulæ meminit & Plinius, qui docet vnde fuerit dicta. Sic autem ille libro tertio cap. 6. *In Puteolano autem ſinu Pandataria, Prochyta, non ab Æneæ nutrice: ſed quia profuſa ab Ænaria erat. Ænaria ipſa à ſtatione nauium, & Æneæ, Homero Inarime dicta, Græcis Pithecuſa, non à ſimiarum multitudine (vt aliqui exiſtimauêre) ſed à figlinis doliariorum.* Poeta quoque, nono Æneid. huius meminit,

Tum ſonitu Prochyta alta tremit, durúmque cubile
Inarime Iouis imperiis impoſta Typhæo.

G Sunt tamen qui Ænæariam potiùs, quàm Ænariam dicendum cenſeant: quod veriſimilius, & ad ipſam etymologiam propiùs accedit.

Et ad promontorium Epityches, Καὶ ἀκρωτήριον καὶ Ἐπιτυχεῖ)

ἐπιτυχεῖ)Hunc locum mendoſum eſſe ſatis conſtat:ſed quomodo corrigendus,hoc opus,hic labor eſt. Latini Interpretes illud ἐπιτυχεῖ putant nomen eſſe propriũ. Ego tamen nullius promontorij tale nomen apud autores reperio.Sed vt hoc ipſis concedamus, tamen & ſic tollenda eſt diſtinctio,& ſequens copula καὶ, atque καὶ ἀκρωτηρίῳ ἐπιτυχεῖ legendum: ac fortaſſe ἀκρωτήριον ἐπιτυχὲς audaciùs appellat id,ad quod caſu appulerãt, & quod ſe illis caſu obtulerat,eodem fere modo apud Æſchylum in ea tragœdia,quæ ἱκέτιδες inſcribitur, pa. ex Henrici Steph. typis, 332. κότος ἐπιτυχὴς vocatur ira repẽtina,in quam quis incidit,& qua percitus aliquid aggreditur.Idem Dionyſius pag. 362. τὸ ἐπιτυχὲς vocat felicitatem,qua quis in rebus ex animi ſententia conficiendis vtitur:ſed,ad rem præſentem hic ſignificatus non facit. Non auſim tamen hoc affirmare, quòd huius vocis talem ſignificationem apud nullos alios me legiſſe memini. Strabo libro 5. τοῦτο μεταξὺ (inquit) προέχει τι τόπος πρὸς χύτι.πλημμυροῦν δ᾽ ἐστὶν ὑπόστασμα. Hæc verba faciunt vt ſatis commodè locum iſtum ita corrigi poſſe putem, καὶ ἀκρωτηρίῳ πλημμυρόεν. Nam & idem Strabo libro primo hoc nomen effert per ſingularem numerum. Οἱ δὲ (inquit) καὶ τὰς Αἰγὸς τῆς ἴδης ἀπορρῶγας πεπτωκέναι,καθάπερ τὸ προέχον, καὶ τὸ πλημμυρὸν τοῦ μεταξύ. Quæ verba noſtram conjecturam confirmant.Dionyſius tamen cùm multis aliis in locis, tum verò in iſto vtitur ἀναχρονισμῷ.Hæc enim loca,ad quæ Æneas appulit,nondum ita vocabantur:ſed poſtea partim à viris, partim à mulieribus,qui,quę've cum Ænea venerant, prout in ſingulis locis obierunt, ita fuerunt denominata.Sed quid ſi legeremus καὶ ἀκρωτηρίῳ ἐπὶ Τύχῃ,vel καὶ ἀκρωτηρίῳ τῷ ἐπὶ Τύχῃ: id eſt, appulerunt ad illud promontorium,quod eſt ad vrbem Siciliæ Tychen appellatam? Hæc lectio ad veritatem quàm proximè videtur accedere.Steph.de vrbibus,Τύχη (inquit) πόλις Σικελίας πλησίον Συρακουσῶν. Sed quia Dionyſius paulò antè dixit Æneam cum ſociis ex Sicilia diſceſsiſſe, & ad Italiæ portum Palinurum appuliſſe,idcirco lectionem iſtam ſequi non poſſum: niſi tempeſtatum vi rurſus eum ad Siciliæ littora compulſum dicas:quod mihi non conſtat.

Eodem modo,Κατὰ ταῦτα)Mallem ταυτά.Id eſt eodem modo his quoque locis, vt ab aliis à mulieribus nomen indiderunt.

¶Pag.2.4Æneæ cognatam,Συγγενὴς Αἰνείου)Quænam hæc fuerit non habeo compertum.

Alteram nutricem,Ἡ δὲ τροφὸς) Caietam intelligere videtur,de qua Virgil.7.Æneidos

Tu quoque littoribus noſtris Æneia nutrix
Æternam moriens famam Caieta dediſti.
Et nunc ſeruat honos ſedem tuus,oſſáque nomen
Heſperia in magna,ſi qua eſt ea gloria,ſignat.

Et nati natorum,Καὶ παῖδες παίδων)Hi poëtæ verſus extant Iliados υ. circa finem. Virgilius autem Æneid.3. hos videtur imitatus,

Hic domus Æneæ cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum,& qui naſcentur ab illis.

Non potuiſſet, Οὐ δυνατὸν ἦν) Cuiacius, vt ait Sylburgius, οὐκ ἀδύνατον ἦν ſine interrogatione legendum cenſet: at nihil mutandum: nam vulgata lectio eſt bona.

In profectionis erroribus,Ἐν πλάνῃ)Sylburgius Lapi verſionem ſequutus ἐν Παλλήνῃ repoſuit, quod non damnandum:nam Dionyſius pag: 31. hoc ipſum confirmat his verbis, πρῶτον μὲν εἰς Θρᾴκην ἀφικόμενοι, κατὰ τὴν χερρόνησον,ἣ καλεῖται Παλλήνη,ὡρμίσαντο. & paulò poſt, μείναντες δὲ τὴν χειμερινὴν ὥραν αὐτόθι,νεὼν Ἀφροδίτης ἱδρύσαντο ἐπὶ τῇ ἀκρωτηρίων ἱερὸς,καὶ πόλιν Αἰνείαν ἔκτισαν. Quia tamen ex vulgata lectione ſenſus non incommodus elicitur,nihil mutare volui,præſertim cùm nullius præter Lapi autoritatem ſequi poſſem.

Vrbem de ſuo nomine, Πόλιν ἐπώνυμον)Τὴν Αἰνείαν, vt pag.31.patet, quam vrbem Steph. Αἰνειάδας appellat. vide Αἴνεια.Infrà tamen p.45. Αἰνείαν παραξυτόνως vocat.

Filiam,Θυγατέρα) Interpretes alij θυγατέρας videtur legiſſe. Quorum verſionem Sylburgius eſt ſequutus: ait enim ita legendum,quia pa.30.Dionyſius affert Agathylli carmina,quibus probat duas Ænez filias fuiſſe,quod & ego facilè concedo. Sed non tamen inde colligitur ergo ambas in Arcadia nuptum datas. Ideo ne hic quidem quicquam mutaui.

Deinde verò ipſis prandium humi ſumentibus,
A Ἔπειτα ἄριστον αἱρουμένοις αὐτοῖς)Virgilij carmina, quæ ſeptimo Æneidos extant, magnam huic loco lucem afferent.Sic autem ille canit,

Æneas primique duces,& pulcher Iulus,
Corpora ſub ramis deponunt arboris altæ,
Inſtituuntque dapes,& adorea liba per herbas
Subijciunt epulis (ſic Iuppiter ipſe monebat)
Et cereale ſolum pomis agreſtibus augent.
Conſumptis hîc fortè alijs,vt vertere morſus
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi,
B *Et violare manu,maliſque audacibus orbem*
Fatalis cruſti,patulis nec parcere quadris,
Heus,etiam menſas conſumimus,inquit Iulus.
Nec plura alludens.Ea vox audita,laborum
Prima tulit finem.&c.

Deinde,Ἔπειτα) particulam δὲ deſiderari puto,nam non eſt copula,quæ reſpondeat τῷ πρῶτον μὲν,aut certè hoc ἀπολύτως dictum.

¶Pag.25.In Erythris Idæ,Σχεδίῳ τῆς ἴδης) Sylburgius cum Gelenio hæc ita vertit, *In Erythris Idæ viculo.* Lapus
C verò, *In Erythris Idæ tugurio.* Ego cùm nihil haberem certi,Gelenium ſum ſequutus.Hic locus eſt difficilis, & quomodo ſit intelligendus non video.Cõſtat certè plures fuiſſe vrbes,quæ τῷ Ἐρυθρῶν idem nomẽ habuerint,vt teſtãtur,cùm alij multi, tum Stephanus: ſed de hoc dubitatur,quonam modo iſtæ ἐρυθραὶ fuerint (vt ait Dionyſius) τῆς ἴδης σχέδιον.Duplex enim eſt Ida mons,vnus in agro Troiano,alter in inſula Creta: in neutro tamen monte vllam vrbem,aut vicum,multò minus tugurium, Ἐρυθρῶν nomine fuiſſe reperio.
D Quare neſcio cur Dionyſius ἐρυθρὰς τῆς ἴδης σχέδιον appellarit. σχέδιον verò propriè ſignificat opus tumultuariũ, atque ex tempore factum: ſed interdum pro tugurio, vel domicilio ita extructo poteſt τροπικῶς accipi: ſed pro viculo, quemadmodum Gelenius interpretatur, vix crediderim vſurpari poſſe.Suidas vbi de variis Sibyllis verba facit,ita de Sibylla Erythręa loquitur:Σίβυλλα,Ἀπόλλωνος, καὶ Λαμίας.κατὰ δέ τινας Ἀριστοκράτους, καὶ ὑδώλης.ὡς δὲ ἄλλοι,κρινάγόρου.ὡς δὲ Ἕρμιππος θεοδώρου, Ἐρυθραία,διὰ τὸ τεχθῆναι ἐν χωρίῳ τῶν ἐρυθρῶν,ὃ προσηγορεύετο
E Βάτος.νῦν δὲ αὐτὸ τὸ χωρίον πολιτῶν προσαγορεύεται Ἐρυθραί. Fortaſſe igitur quod Dionyſius σχέδιον vocat: idem eſt ac illud,quod Suidas χωρίον appellat. Et re vera niſi tãta mutatio fieret hic pro σχεδίῳ legere non dubitarem χωρίῳ.Lectores igitur hac de re volo monitos.Vtinam verò qui bonos tam Græcę,quàm Latinæ linguæ ſcriptores tractant,quique ſe correctores eorũ eſſe profitentur ita facerent, & quoties aliqua difficultas, & obſcuritas occurrit, lectorem monerent, ſuúmque ea de re iudicium, & ſententiam prudenter interpone-
F rent,& pro viribus locos corruptos emendare conarentur:minus enim laborarent qui literis dant operã. Sed horum hominum plerique quum in aliquem locum obſcurum,ac ſpinoſum incidunt,ceruis leuiores hunc citò tranſiliunt, & rem à nullis antè declaratã, ac proinde explicationis indigentem tanquam muti ſilentio prætereunt. Quòd ſiquid luce meridiana clarius,& à multis antè decantatum nanciſcãtur, hic ſiſtunt gradum, hîc agunt tragœdias, hîc omnes ingenij, omnes eloquentiæ vires exerere conantur,
G atque ſibi primis, ſibi ſolis præclaras huiuſcemodi caſtigationes acceptas referendas eſſe vociferantur. At nos hac in re longè aliam rationem ſequendã exiſtimamus, quam etiã nos ipſi bona fide ſequemur.

Nā quāta maxima diligentia fieri poterit, Dionyſij locos obſcuros notabimus poſthac, vt adhuc fecimus, neque nos pigebit apertè dicere quod ſentimus, neq; nos pudebit ingenuè fateri quod ignoramus. Sylburgius χεδὸν τῆς ἴδης legendum putat: id eſt, prope Idam. quod probarem & ego, ſi Erythras non in ipſo monte: ſed prope montem fuiſſe conditas conſtaret.

Porca quam erant immolaturi, quæ grauida erat & partui vicina, Ἡ μέλλουσα χοιροτροφῆς ἐν ἰσχύμασι ὗσ) De his Virg. octauo Æneidos.

Littoreis ingens inuenta ſub ilicibus ſus
Triginta capitum fœtus enixa iacebit,
Alba ſolo recubans, albi circum vbera nati.
Hic locus vrbis erit, requies ea certa laborum.
Ex quo ter denis vrbem redeuntibus annis
Aſcanius clari condet cognominis Albam.

& paulò pòſt,

Quam pius Æneas, tibi enim, tibi maxima Iuno
Mactat ſacra ferens, & cum grege ſiſtit ad aram.

Sedes ad vitam agendam non eſſet poſiturus. Τὸν βίον ἱδρύσοντας) Βίον ἱδρύειν paulò durius loquendi genus videtur, niſi per τὸν βίον figuratè ſedes, & domicilium ipſum, in quo vita degitur, intelligamus. Quare βίον ἱδρύειν ſignificabit ſedes in aliquo loco habitandi gratiā figere. Sic autem & infrà pag. 42. loquitur, ἐν ᾗ τῆ Θρακικῆ γῆ τοὺς βίους ἱδρύσαντο. & pa. 44. τοὺς βίους ἐν ᾧ κατέχουσι χωρίῳ ἱδρύσαντες. at βίον τρίβειν, vt ſuprà vidimus, id eſt, *vitam terere*, de ærumnoſo vitæ genere dicitur.

Inopi & exiguo, Τῆς λυπρᾶς, καὶ ὀλίγης) Sylburgius ait λυπρὰν εἶναι vocari, ἐν ᾗ λυπηρὸν εἰς ἀεὶ βίον τρίβουσι. Senſus eſt ille quidem bonus: ſed tamen maximum eſt diſcrimen inter hæc, & illa ſuperiora. Hic τῇ λυπρᾷ τὸ ἀγαθὴ, τῇ ὀλίγῃ, ἡ πολλὴ opponitur. eſtque egregius χιασμὸς, vt Græci vocant.

Λυπρᾶς ╲╱ Ὀλίγης.
Πολλὴν ╱╲ Ἀγαθήν.

Eſt etiam quædam alluſio nominum τοῦ λυπροῦ πρὸς τὸ λυπηρόν.

Verum, Ὀπότερον) Ὁπότερον, quod vſitatius, quanquam commodius fuerit ſi ita legatur.

Ab aliis Troianis, Τ' ὑπὸ τρώων ἑτέρων κτισθεῖσαν πόλιν) ſuprà Dionyſius dicit λέγεται χοίρους ἐν τεκεῖν, quare hic quoque πόλις κτισθῆναι dicendum videtur, ſi modò infinitus iſte ab illo λέγεται pendet: alioqui conſtructionem mutatam dicemus, quod non erit nouum. Nam vtrumque ſatis vſitatum eſſe conſtat, & λέγεται οὗτος ποιεῖν, & λέγεται τοῦτον ποιεῖν vt pag. 37. συμπλεῦσαι δ' αὐτῷ τοὺς τρωσὶ λέγεται. & pag. 43. τελευτῆσαι δὲ τοῦτον ἐν μάχῃ περὶ τὸν ποταμὸν γενομένῃ λέγεται. Quòd ſiquis vel λέγουσι, vel φασὶ ſubaudiri dicat, ei non repugnabo.

Aliis Troianis, Τρώων ἑτέρων) Sylburgius ait procul dubio ἑτέραν pro ἑτέρων reponendum, & hoc epithetū ad πόλιν referendum: ait enim hanc correctionem petendam eſſe ex verbis illis, quę præcedunt, μετὰ δὲ τριάκοντα ἐνιαυτοὺς ὅσους ἂν ἡ ὗς τέκῃ χοίρους, κτισθήσεσθαι πρὸς αὐτῶν ἐξ ἐκείνων γενησομένων πόλιν ἑτέραν εὐδαίμονα, καὶ μεγάλην. affert etiam verba quæ in vulgatis codicibus non extant pa. 41. μετὰ τὴν κτίσιν τοῦ Λαουϊνίου, (πόλιν ἑτέραν οἰκίζει, κατὰ τὸ γενόμενον Αἰνείᾳ θέσφατον, Ἀσκάνιος ὁ Αἰνείου, &c.) Ego vulgatam lectionem retineo. Quamuis enim verum ſit alteram vrbem hic intelligi, quæ poſtea fuit ædificata: nō tamen inde concluditur, τὸ ἑτέρων corrigendum. Nam quos hic Dionyſius ἑτέρους τρῶας vocat, ſuprà τοὺς ἐξ ἐκείνου γενησομένους appellauit. Sic igitur Æneæ poſteros appellat. qui reuera alij erant Troiani, non illi primi, qui ad illam Italiæ regionem appulerant.

Quemadmodum domo diſcedens ſperauerat, Καθ' ἣν ἔχων νέαν οἴκοθεν ὡρμώμενος) Hęc de mendo mihi ſunt ſuſpecta: quid enim quæſo τὸ νέαν hoc loco ſignificat? Geleni interpretatio facit vt locum iſtum ita legendum putem. Καθ' ἣν ἔχων ἐλπίδα οἴκοθεν ὡρμώμενος. Ipſe ſenſus aliquam huiuſmodi lectionem flagitat. Verba hoc ſonant, ſecundum ſpem, quam domo diſcedens habuerat. Quòd ſiquis vulgatam lectionem bonā eſſe contendat, neceſſe eſt fateamur hæc ita intelligenda, κατὰ τὴν ὁρμὴν τὴν νέαν, ἤγουν τὴν μεγάλην, ἣν ἔχων οἴκοθεν ὡρμώμενος, vel etiam ἣν ἔχε λίαν, ἤγουν σφόδρα. Quod loquendi genus paolò durius videtur. Sylburgius tamen iſtam coniecturam ſequutus vertit, *Primo impetu, quo ferventiſsimè domo feſtinarat.*

A ¶Pa. 26. Licuiſſet, Παρατυχόντι) Ex ſequentibus patet legendum παρατυχόν τι, vt ſit neutrius generis, quod Græcis familiare vt pro genitiuo accuſatiuum, vel vt alij malunt, rectum caſum vſurpent. Hoc autem præcipuè in participiis impersonalium locum habet, vt ἐξὸν, δέον, pro ἐξόντος, δέοντος, quæ non ſunt recepta. Eodem modo παρατυχὸν, ἀντὶ τοῦ παρατυχόντος: id eſt, cùm ei liceret. Ita & Plutarchus quodam in loco eſt loquutus, ἑλεῖν δὲ παρατυχὸν, οὐκ ἠθέλησας: id eſt, cùm autem capere liceret, noluiſti. Sic apud hunc Dionyſium pag. 26. Καλὸν ὂν ἑκάστῳ. & pag. 29. Δόξαν δὲ αὐτῷ.

B Vóſque ſuppliciter oramus, Ἱκέται δ' ὑμῶν γινόμεσθα) Vel γινόμεσθα, vel potiùs γενόμεσθα legendum videtur.

Quare æquum eſt, Καὶ ἃ ὑμᾶς μηδὲν δεινὸν βουλεῦσαι ἄξιον περὶ ἡμῶν) Hunc locum ita puto corrigendum, δι' ἃ ὑμᾶς μηδὲν δεινὸν βουλεῦσαι ἄξιον περὶ ἡμῶν, vel potiùs διὸ πρεπόντως ὑμᾶς μηδὲν ἀνήκεστον βουλεῦσαι περὶ ἡμῶν. &c. id eſt, *Quamobrem æquum eſt nequid durius, nequid grauius ſtatuatis contra nos, qui manus ſupplices vobis tendimus.* Sic pag. 172. μηδὲν ἀνήκεστον βουλεύσασθαι περὶ αὐτῶν ἀξιοῦντες.

C Nec primum, Πρῶτον) Mallē πρῶτοι, vt cum ἀρξάμενοι commodè coniungatur: nam ſi πρῶτον legas, licet aduerbialiter ſumas, tamen durius erit.

Si vera ſunt, Εἰ δ' ἐπαληθεύσεται ἡμῶν) Sunt qui ὑμῶν legendum putant. Sed vtraque lectio eſt bona. Si ἡμῶν retineas, hæc idem valebunt ac ſi Dionyſius dixiſſet, εἰ δὲ οὗτος ὁ ὑμέτερος λόγος ἡμῶν τοῖς Λατίνοις ἀληθῶς λέγεται. Si verò malis ὑμῶν, hæc ita diſtinguenda ſunt πύσεις, εἰ δ' ὁ λόγος ὅδε ὑφ' ὑμῶν ἐπαληθεύεται, ἤγουν ἀληθῶς ὑφ' ὑμῶν λέγεται.

D Lauinis, Ἡ Λαουίνια) Suprà pa. 27. monuimus vel Λαβινίαν, vel Λαουινίαν, vel etiam Λαυίναν legendum. Lauiniam enim à Latinis vocari: ſed huius nominis diuerſam eſſe ſcribendi rationem. Hæc autem Dionyſij verba confirmant noſtram coniecturam. Quare cùm autor Regis Latini filiam, Æneæ ſponſam intelligat, Lauiniam eam appellandam eſſe conſtat, præſertim cùm à Lauinis Lauinium dictum tradat.

Anij Deliorum regis filia, Ἀνίου τοῦ Δηλίων βασιλέως) Huius inſulæ, & regis Anij Virgilius tertio Æneidos 167. meminit quum ita canit,

E *Huc feror: hæc feſſos tuto placidiſſima portu*
Accipit. Egreſſi veneramur Apollinis vrbem,
Rex Anius, rex idem hominum, Phœbique ſacerdos
Vittis, & ſacra redimitus tempora lauro
Occurrit, veterem Anchiſen agnoſcit amicum.

Dum prior vrbs, Τῆς πόλεως πρώτης) Πρώτην πόλιν dicit, quia 30. poſt annis ἑτέραν πόλιν ὑπὸ τρώων ἑτέρων ἐκτίσθαι, vt ſuprà pag. 35. declaratum. Hæc ab aliis interpretibus ſunt omiſſa, quæ tamen non erant omittenda.

F Pa. 27. Vt ignem extingueret, Ἐπιρραπίζειν) Sylburgius ἐπιρραντίζειν, id eſt, aſpergere, corrigit: ego nihil mutandum cenſeo: nam (vt docet Suidas) ἐπιρραπίζειν ſignificat κωλύειν, id eſt, impedire: quare ἐπιρραπίζειν καιόμενον πῦρ, id eſt, impedire ignem, flammæ vim reprimere, atque penitus ignem extinguere. Sed ex antecedenti conſequens ſæpe colligitur, paulò pòſt τὸ ἀποσβέσαι συναπτόμενον ponit, quod noſtram coniecturam confirmat.

Aliquot Troiani erant admixti, Τρωϊκόν τι ἐμέμικτο) Vel μέμικται, vel ἐμέμικτο, vel (quod veriſimilius) ἀναμέμικται, corrigendum.

G Caucaſus, Καυκάσιον ὄρος) Quidā Θαυμάσιον putant legendū, quod mihi quoque placet: Nam nullus reperitur, quod ſciā, mons Arcadiæ, Caucaſi nomine. Stephanus

phanus θαυμάσιον (inquit) ὄρος Ἀρκαδίας. Hunc igitur montem Dionyſius intelligere videtur.

Harum vnam Electram, Ὧν μίαν μὲν Ἠλέκτραν Ζεὺς γαμεῖ) Ouidius quarto Faſtorum,

Pleiades incipient humeros releuare paternos,
Quæ ſeptem dici, ſex tamen eſſe ſolent.
Seu quòd in amplexus ſex hinc venere Deorum,
Nam Steropen Marti concubuiſſe ferunt.
Neptuno Halcyonen, & te formoſa Celæno,
Maian, & Electram, Taygetámque Ioui.
Septima mortali Merope tibi Siſyphe nupſit,
Pœnitet, & facti ſola pudore latet.

¶Pag. 28. Quod Cereris concubitum concupiſſet, Ὀρεγόμενος ὡς τι ἴσχειν) Si codex mendo caret hæc idē valent ac, Δήμητρος εὐνῆς ὀρεγόμενος ἤτοι ὀριγόμενος αὐτῆς ἴσχειν. Sed τὸ ὡς videtur expungendum, niſi παραπληρωματικῶς, καὶ πλεοναστικῶς id ab autore poſitum dicas, quod Atticis familiare. Sed τὸ ὀρίγεσθαι, ἀντὶ τοῦ ὀρέγεσθαι, καὶ ὀρίγεσθαι ἀπὸ τοῦ ὀρίγω γίνεται, non ſolùm eſt ratum: ſed etiam rariſsimum, adeò vt vix apud alium autorem reperiatur.

Potami pagi principem, Δήμου ἐξ ποταμίων ἄρχοντα) Hæc quæ ſunt citra controuerſiā corrupta, facilè poſſunt corrigi, idque minima literarum mutatione facta, δήμου ἐκ ποταμίων ἄρχοντα, ἀντὶ τοῦ ἐκ δήμου ποταμίων, καὶ ἄρχοντα. Hic primùm diſiungenda ſunt, quæ cōiuncta legebantur: deinde ex Grammaticorum præceptis ἐκ pro ἐξ eſt reponendum: alterum enim ſequente vocali, alterum ſequente conſonante poni ſolet. Tertio loco ſciendum pro μ. irrepſiſſe ι, quod fortaſſe accidit ob vetuſtatis iniuriā, quæ in manuſcriptis codicibus illius litteræ μ. alteram partem ita corroſerat, vt ι. videretur eſſe, quod ipſos typographos in errorē induxit. Cōſtat autem ex nono Strabonis libro Ποταμὸν Atticæ pagum fuiſſe. Hæc ſunt eius verba, Εἶτα ποταμὸς δῆμος οὕτω καλούμενος, ἐξ οὗ οἱ ἄνδρες ποτάμιοι, ſed quid vetat quominus vt ab Ἄορνος Ἀόρνιος, ab Ἀλιμοῦς Ἀλιμούσιος ſita à Ποταμὸς Ποταμιεὺς dicatur? Pli. quoque libro 4. cap. 7. Potamum inter Atticæ oppida recenſet. Quanquam longè commodior eſſet lectio ſi præpoſitio ἐκ penitus tolleretur, & δήμου ποταμίων ἄρχοντα legeremus, id eſt, aiunt Teucrum pagi Potami principem fuiſſe, qui in Aſiam ex Attica migrarit. Gelenius vertit, cùm eſſet princeps pagi Æxonēſis. Quare puto eum legiſſe δήμου Αἰξωνίων ἄρχοντα. Stephanus Αἰξωνή, δῆμος κεκροπίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Αἰξωνεύς. Sed maxima eſſet mutatio: noſtra lectio ad Dionyſij vocē propius accedit, & veriſimilior videtur. Sylburgius δήμου Ξυπεταιέων correxit, eum vide.

Conditum ferunt, Ἔπειτα φέροντες αὐτὴν) Τὸ φέρειν hic ἀντὶ τοῦ λέγειν vt apud Latinos eſt poſitum. Sic etiam pag. 88. Ἀσίαν δὲ τῆς ἀκαρίστων αὐτῆς φέρουσι, τὴν τε τῆς ὁμόρων ἀγορῶν. Quod obſeruandum. Hic tamen orationis ſtructura videtur & corrupta, & mutila. Nam hoc αὐτὴν ad Λαοῦιον commodè referri non poteſt: ſed πρὸς τὸ σημαινόμενον, πόλιν, neceſſariò referendum. alioqui αὐτὸ dicēdum, & vel κτισθῆναι (vt idem verbum ſeruemus, quo antè Dionyſius eſt vſus) vel aliquid ἰσοδυναμοῦν ſubaudiēdum, quod ſi fuiſſet expreſſum, profectò res melius haberet.

Æſtate iam vergente, Τελευτῶντος ἤδη τοῦ θέρους) Τὸ θέρους nomen hìc (ſi modò codex mendo caret) nō pro æſtate: ſed pro vere eſt accipiendum: Solſtitium enim æſtiuum eſt illud quidem poſt ver, non tamen æſtate iam vergente: nam, (vt quidam viri non contemnendæ fidei tradunt) non ita pridem incidebat in ipſas Idus Iunij, vt hybernum in Idus Decembris: nunc tamen hæc temporum ratio eſt mutata, & ab illa priſca ſolſtitij ratione aliquot dierum numero differt. Quod autem θέρος pro vere hìc accipiendum dixerimus, poſſumus aliquam rationem nō aſpernandam afferre. Sunt qui annum in duas tantùm partes diuidant, in æſtatem, & hyemem, quòd æſtas cum vere, hyems cū autumno ſit coniuncta. Hinc fit vt ſæpe æſtas pro vere, & ver pro æſtate accipiatur, & hyēs pro autumno, & pro hyeme autumnus. Thucydides & ipſe annū ſæpe in binas partes diuidit, in æſtatem, & hyemem: ſed æſtatem cum autumno, hyemem cum vere iungit, vt apparet ex loco, qui extat libro 7. περὶ δὲ τὸ φθινόπωρον, τοῦ θέρους τούτου, Ἀθηναῖοι πανδημεὶ αὐτοὶ, καὶ οἱ μέτοικοι ἐσέβαλον ἐς τὴν μεγαρίδα. Sed fortaſſe longè melius res

A habebit, ſi pro θέρους legamus ἔαρος, vt ipſe ſenſus videtur poſtulare. Fateor hanc mutationem nonnullis audaciorem viſum iri: non eſt tamen abſurda, nec à veritate nimium remota. Lapus & ipſe lectionem iſtam agnoſcere videtur. Sylburgius ὀπώρας putat reponi poſſe, quòd Attici annum à ſolſtitio æſtiuo auſpicarentur, vt ex ſequentibus Dionyſij verbis colligitur. Sed hæc parum probabilia videntur. Primam noſtri iudicij coniecturam ſequi malo: nam Thucydidis autoritatem habemus, ſic enim ille initio libri quarti, Τοῦ δ᾽ ἐπιγιγνομένου θέρους, περὶ σίτου ἐκβολήν. & cæt. Ibi

B Schol. græcus hæc tradit σίτου ἐκβολὴν, τὴν περὶ ἀσταχύων ἐκ τῶν καλύκων ἔξοδον φασίν. ἐπειδὴ γὰρ, κατὰ δὲ τὰς αὐτὰς χρόνους τοῦ ἦρος. ἦρος δὲ στάχυς ἐκφύονται, ἤγουν ὅτι ὁ στάχυς δημιουργεῖται, καὶ ἤδη περιβάλλεται, ἤγουν ἐκβάλλεται. ἴσχειν τὸν κόκκον τοῦ σίτου διατείνει ποιοῦμεν, ὅπως δὴ εἰς ἀκμὴν περιαχθέντα. Hinc patet τὸ θέρος, καὶ τὸ ἦρ συνωνύμως nonnunquam poni. Quòd & alibi Dionyſ. fecit vt p. 309. μετὰ τὸ θέρος ἐπανῆλθον εἰς Ἰταλίαν.

Octauo die menſis Th. Ὀγδόῃ φθίνοντος μηνὸς) Gaza, ἐν τῷ περὶ μηνῶν, Νουμηνίαν μὲν (inquit) τὴν πρώτην, εἶτα δευτέραν ἱσταμένου, καὶ τρίτην, καὶ ἑξῆς εἰς τὸ

C πρὸς ἑνὶ ἄχρι δεκάτης. μεθ᾽ ἣν πρώτην ἐπὶ δέκα, εἶτα δευτέραν ἐπὶ δέκα, καὶ ἑξῆς ἄχρι εἰκάδος. ἣ αὐτὴ δὲ καὶ εἰκάς. μεθ᾽ ἣν ἐνδεκάτην φθίνοντος, ἢ δεκάτην, ἢ ἐνάτην, ἢ ὀγδόην ὡς ἔτυχεν ἔχειν ὁ μὴν, καὶ ἑξῆς ἀνιόντες ἄχρι δευτέρας. οὕτω γὰρ Ἀθηναῖοι ἠρίθμουν οὐ προστιθέντες, ἀλλ᾽ ἀφαιροῦντες, καὶ ἀνιόντες μέχρι τριακάδος. &c. Romani verò (vt idem Gaza ibidem docet) in ſuorum menſium diebus numerandis aliam rationem ſequebantur.

Menſis deficientis, Φθίνοντος μηνὸς) Quidā vertunt, *menſis ſeneſcentis*, ſic σελήνη φθίνουσα, Luna ſeneſcens. Si

D igitur verba ſpectes, vertes, *octauo die menſis Aprilis iam ſeneſcentis*, id eſt, deficientis. Verùm, quia inter autores non conſtat quomodo θαργηλιῶνος nomen ſit exprimendum (alij enim Aprilem, alij Februarium, alij Maium vertunt) ideo in mea verſione Athenienſium rationem, quàm aliquid incerti afferre malui. Homerus Odyſſ. T.

Τοῦ μὲν φθίνοντος μηνὸς, τοῦ δ᾽ ἱσταμένοιο.

E Macrobius libro Saturn. 1. φθίνοντα μῆνα vocat, cuius paulatim deficientis ſupputatio in nomen deſinit ſequuturi. Ἱστάμενον verò, illum qui præcedit numerum ſucceſſurus, priori in defectum meanti.

Et legatos, Τὰς πρεσβείας ἐπιδείξασθαι) Si vulgatam lectionē retineamus, hic erit ſenſus, Legatos à Græcis deſignatos, ac decretos fuiſſe, qui agerent cum illis qui defecerant. Sed ἐπιδέξασθαι potiùs legendum puto: quam lectionem ſequi non dubitaui, quia ſuprà Dionyſius pag. 29. teſtatur legatos à Troianis ad Græcos fuiſſe miſſos, vt pacem ab illis impetrarent: quare nūc

F Troianorum legatos à Græcis admiſſos dicemus: qui ſenſus longè commodior quàm alter. Legendū igitur ἐπιδέξασθαι τὰς παρὰ τῶν. Per πρεσβείας verò αὐτοὺς τοὺς πρέσβεις intelligit.

¶Pag. 29. Vitis omnem fructum, Ἄμπελον τὸν καρπὸν) Περιφραστικῶς vinum ita vocat.

Et quem in locum, Εἰς οἷόν τι χωρίον) Hæc non ſatis commodè poſſunt ab illo ἔχουσι pendere. Vel igitur ἴσχειν, vel aliquid huiuſmodi ἰσοδυναμοῦν deſiderari videtur: nihil tamen muto.

G Impetrata fide publica, Ἀπῆλθον ὑπόσπονδος) Error eſt manifeſtus, & legendū ἀπῆλθον, quod ex ſequētibus patet, alioqui dicendum eſſet ἀπῆλθον ὑπόσπονδος μετὰ δυνάμεως, ὅσην εἶχε, vel etiam μεθ᾽ ὅσης εἶχε δυνάμεως.

Poſt conditum Lauinium, Μετὰ τὴν κτίσιν τῦ Λαουινίου) Lapus aliquam huiuſmodi lectionem videtur nactus, μετὰ τὴν κτίσιν τῦ Λαουινίου ἑτέραν πόλιν κατὰ χρησμὸν τὸν Αἰνείᾳ δοθέντα, vel κατὰ τὸ θέσφατον τῷ αἰνείᾳ γενόμενον (vt pag.34. Dionyſius loquitur) κτίζει Α'σκάνιος ὁ Αἰνείου, καὶ Λαυρεντίνων, καὶ τῶν ἄλλων Λατίνων ὅσοις ἦν βουλομένοις ἀνάστασιν οἰκεῖν, ἄγει, vel μετάγει εἰς τὴν νεόκτιστον. Hæc lectio mihi quoq; valde placet, & veram puto. Quare in mea verſione hanc ſum ſequutus: nam ex vulgata, quæ ſententiam imperfectam habet, ſenſus nimiũ durus elicitur. Quia tamen nihil audaciùs eſt mutandum, præſentẽ lacunam inſerto vnico verbo ἤγαγον, ſatis commodè replere poſſumus.

Quæ nomen idẽ habebat, Ο'μώνυμον ἐπικλήσει) Hic eſt huius loci ſenſus, Duæ erant vrbes, quæ idem Albæ nomen habebant. quare Aſcanius ad ſtatuendum diſcrimen inter has duas vrbes ſuæ vrbi Longæ cognomen addidit, quo vocabulo ipſius vrbis figuram meliùs indicauit. Quãquam τὸ ἐπικλήσει videtur ſuperfluũ eſſe: ſatis enim fuerat dixiſſe ὁμώνυμον. Verumtamen, ſi eſt ſuperfluũ, explicationi dilucidiori ſeruire dicem⁹.

Ad eius figuram iudicandã, Ε'πικατηγορήσει) Fortaſſe legendum potiùs ἐπὶ κατηγορήσει, vt ſint duæ voces: id eſt, Albam Longã appellauit vt vrbis figuram, ſitúmque meliùs indicaret. Si codex eſt ſanus idẽ ſenſus erit eliciendus.

¶Pag.30. Tullus Hoſtilius, Ο'στιλίε Τύλλε) Legè Τύλλε Ο'στιλίε, vt pa.46. Nam hæc nomina, vt multa alia apud hunc autorẽ, frequenter ordine præpoſtero leguntur.

Vtrique rei, Πρὸς ἀμφότερα ἔξειν) Per ἀμφότερα intelligit Deorum cultum, & hominum vtilitatem.

Omnes autem, Οὐ τὸ αὐτὸ πάντες) Fortaſſe meliùs ε̉ κατὰ τὸ αὐτὸ: id eſt, Licet autẽ non eodẽ modo omnes loquantur, quodãmodo tamẽ omnes idem ferè dicunt.

Caducea, Κηρυκεια) Apud Euſtath. Κηρύκειον, ἡ τῶν κηρύκων ῥάβδος. Suidas, Κηρύκειον, ξύλον ἔχον ἑκατέρωθεν δύο ὄφεις περιπεπλεγμένους, καὶ ἀντιπροσώπους ἀλλήλοις κειμένους. ὅπερ εἰώθασι φέρειν οἱ κήρυκες μεθ' αὑτῶν. καὶ ἐκ ἐξῆν αὐτοὺς ἀδικεῖν παρ' οὓς ἀφίκοιντο. σύμβολον δὲ ἦν τὸ μὲν ὀρθὸν ξύλον τε ὀρθοῦ λόγου. τὸ δὲ παρ' ἑκάτερον εἶδος τῶν ὄφεων, τὰ ἀντιπαττόμενα στρατόπεδα. ὁ γὰρ ὀρθὸς λόγος δι' ἀμφοτέρων χωρεῖ. Hîc quoque ſequutus horum autoritatem κηρυκεια puto ſcribendum. Error leuis. Alii tamen κηρυκεῖον, ου. ſcribunt.

Locus is Suboliuis vocatur, Υ'πλαῖες τὸ χωρίον) Glareanus, ait hanc vocẽ eſſe corruptã, & ex Græca Latinã aſpiratione in literã s. mutata formatam, atque ex Eraſmi ſententia *ſupellex* fortaſſe legendũ. Sed librarij imperitia s. literam prætermiſſam, & aſpirationem in eius locũ ſubſtitutam. Alij iudiciũ hac de re facient. Neque enim ego is ſum, qui tales viros indicta cauſa damnare velim, præſertim in rebus, de quibus ipſe dubito: neque laudandi ſunt qui ex maledictis, quæ in alios proteruè iaciunt, laudẽ ſibi parare cupiunt, quíque ſuas laudes nullo cogente prædicant. Vt enim dona nobis à Deo data verbis intempeſtiuis vituperare ſtultũ habetur: ſic etiã acumẽ ingenij ſui moleſtis laudibus in cœlũ extollere, hominis eſt nimiũ arrogãtis. Cùm enim duæ ſint legitimæ rationes, quibus codices corruptos corrigere poſsimus, vna, libri diligẽter ac fideliter manu ſcripti, aut typis mandati: altera cõiecturæ, quæ validis argumentis, nõ autẽ inanibus figmentis nitantur: quũ altero præſidio deſtituimur, ad alterũ eſt confugiendũ: qui verò hęc negligunt grauẽ reprehenſionẽ merentur. Quare quonãmodo dignos excuſatione dicemus quoſdã, qui τῶν κριτικῶν, καὶ ὑπερκριτικῶν appellationẽ ridiculã, ne dicã odioſam inflatius ſibi præter omne decorũ audent vẽdicare, & tamen quicquid ipſis in mentẽ venit, licet ſępe ſit abſurdũ, & ab omni ratione alienũ, vt certiſsimũ Apollinis oraculũ exiſtimari volunt? Hinc fit vt cùm magnificẽtius ipſi de ſe ſentiant, cæteróſque deſpiciant, multa, quæ non intelligunt, pro ſua libidine corrigere, vel potiùs deprauare non dubitẽt: & quaſi facinus aliquod præclariſsimũ, ac ſempiterna memoria dignum fecerint, maximas gratias ab omnib. literarũ ſtudioſis ſibi vt optimè de re literaria meritis habendas eſſe cenſeant. Quanquam non deſunt multi qui, quod nullis veriſimilibus argumentis ſuas caſtigationes tueri poſsint, exemplaria vetuſta, & Gloſſaria inaudita, quæ (ſi verũ fateantur) nunquã tenuerunt, imò ne viderunt quidẽ, ſemper habent in ore, & horum autoritate ſe niti dicunt, vt noſtris oculis hoc pacto tenebras offundant,
A ſuíſque verborum lenociniis ac præſtigiis, ſilentiũ nobis, ſi contradicere velimus, in perpetuum indicant. Quaſi verò quicquid in vetuſtis codicibus, & Gloſſariis eſt ſcriptũ, vt ſanum, & incorruptum citra cõtrouerſiam omnem temerè ſit admittendũ, nec vllo modo conſiderandum quid ipſa res poſtulet, quid ſenſui conueniat, quid rationi ſit maximè conſentaneum. In illis igitur, qui volunt aliorũ ſcripta bene corrigere, candidus animus, ſanum iudicium, matura prudentia, & vera linguarum, rerũmque cognitio deſideratur.
B Quoniam tamẽ homines ſumus, nec omnibus omnia ſunt data, ſiquid occurrat, quod mẽdoſum eſſe videatur, nobis noſtram ſentẽtiam liberè dicere, noſtrúmque iudicium apertè: ſed modeſtè, & ſine iactatione, aut aliorũ vituperatione declarare licet: nec eſt quòd melioris iudicij iuſtam cenſuram ſubire reformidemus. Sed redeamus eò, vnde ſumus digreſsi. Gelenius hunc locum ita vertit, *Qui locus Romano vulgo ſub oliuis dicitur*, acceſsit propius ad græcam vocem ita vt ὑπ' ἐλαίαις cum legiſſe credã: error facilis, ſenſus ſatis cõ-
C modus, nec ab ipſa veritate nimiũ remotus. Sed quid ipſe quoque de hoc loco ſentiã dicere non grauabor. Stephanus ſcribit, Σπήλαιον, τὸ ἄντρον· οἱ οἰκοῦντες, σπηλαιῖται· εἰσὶν οὖν ἀγάλματα Ἡρακλέους, Ἑρμοῦ, καὶ Ἀπόλλωνος σπηλαιῖται καλούμενα. His verbis adductus puto apud Dionyſium legendũ, λέγεται δὲ κατὰ τὴν ἐπιχώριον γλῶτταν σπήλαιον τὸ χωρίον. Hic enim agitur de Troianorũ diis, & eorum ſimulachris ab Ænea in Italiam tranſlatis. Qua de re vide ipſius autoris verba, quæ extant pa.43. τὰ μὲν ἂν εἰς Ι'ταλίαν (inquit) ὑπ' Αἰνείου κομισθέντα ἱερὰ, τοῖς
D εἰρημένοις ἀνδράσι πειθόμενος, γράφω θεῶν τε μεγάλων θεῶν εἰκόνας εἶ). &c. Sed quod multò magis hanc noſtram cõiecturam confirmat, eſt locus qui extat ſuprà pa.21. vbi de templo ab Arcadibus Pani extructo verba fiunt, Ἦν δὲ (inquit author) τὸ ἀρχαῖον, ὡς λέγεται, σπήλαιον ὑπὸ τῷ λόφῳ μέγα, δρυμῷ λασίῳ κατηρεφὲς, καὶ κρηνίδες ὑπὸ ταῖς πέτραις ἐμβύθιοι, ἥτε προσεχὴς τῷ κρημνῷ νάπη πυκνοῖς, καὶ μεγάλοις δένδρεσιν ἐπίσκιος. Hinc igitur poſſumus facilè colligere non fore abſurdum ſi hic quoque in re ſimili σπήλαιον legendum dicamus. Hunc autem locum,
E ſiue templum Romani σπήλαιον, id eſt, *ſpeluncam*, ſiue *antrum* κατ' ἐξοχὴν videntur appellaſſe. Cæterùm quanuis σπήλαιον, vt ἄντρον, græca ſint vocabula, tamen & à Latinis, præcipuè verò à poëtis vſurpantur. Nam & antrũ, & ſpelæum dicunt, quod aliàs ſpeluncã vſitatiore voce nominant. Sed ſi coniectura iſta minus firma videtur, alteram firmiorem, ac probabiliorem afferã. Dionyſius, qui rerum Romanarum antiquitates ſcribebat, vt ſuæ gentis auribus inſeruiret, ſæpiſsimè græcis vocabulis Latina eſt interpretatus, & tamen addidit,
F ὡς λέγουσιν αὐτοὶ, vel ὡς ὑπ' αὐτῶν καλεῖται, vel κατὰ τὴν ἐπιχώριον ἐκείνων γλῶτταν. Et ne longiùs abeamus, en hoc ipſo libro locus, qui orationis meæ fidem faciet. Sic igitur ille pag. 24. Εἴτε Κρόνον δεῖ αὐτὸν καλεῖν ὡς Ἕλληνες ἀξιοῦσιν, εἴτε κρόνον, ὡς Ῥωμαῖοι. Ibi agitur de Italia, quæ à Saturno Saturnia fuit dicta. Hunc autem Deum non Κρόνον: ſed Saturnum à Romanis appellatum conſtat. & pa.163. κομιστήρια ἐπὶ τῶν στρατιωτῶν προσαγορεύοντες. & p. 164. de Iunone Lucina verba faciẽs ait, ἣν Ῥωμαῖοι ἥραν φωσφόρον καλοῦσι. & pa.180. Vicum ſceleratum à Romanis
G ἀσεβῆ vocatũ dicit. Hęc ſunt Dionyſij verba, Οὗτος ὁ στενωπὸς ὄλβιος καλούμενος πρότερον ἐξ ἐκείνου τοῦ δεινοῦ καὶ μυσαροῦ πάθους, ἀσεβὴς ὑπὸ Ῥωμαίων κατὰ τὴν πάτριον γλῶτταν καλεῖται. & pag.205. de coſſ. agens ait, οὓς Ῥωμαῖοι κατὰ τὴν

ἑαυτῶν

ἰωνικὴν διάλεκτον ἀσεβύλους καλοῦσιν. & pag.225. de Tuſco vico verba faciēs ita loquitur, καὶ μέχρις ἐμοῦ Τυῤῥηνῶν οἴκησις ὑπὸ Ρ'ωμαίων καλεῖται κατὰ τὴν ἐπιχώριον διάλεκτον. & p. 303. de Æditius agēs hæc ſcribit, κατὰ τὴν ἐπιχώριον γλῶτταν ἱερῶν τόπων ἐπιμεληταὶ καλοῦνται. Denique Dionyſius ſexcētis aliis in locis eodem modo eſt loquutus: quod fecit, vt Græcis hominibus linguæ Latinæ nullam notitiam habentibus, rē longè melius declararet. Quare quid mirum ſi hoc quoque ita intelligitur? Huc adde quòd quæ præcedunt, ſatis indicant σπήλαιον legendū, ex qua lectione ſenſus elicitur commodiſsimus. Dionyſius enim templum illud nihil aliud quàm antrum quoddam, & arborum denſitate, & ædificiorum circū circa extructorū eminētia obſcurum fuiſſe ſignificat. Vnicuique tamen liberum ſit iudicium. Cuiacius (vt ait Sylburgius) *Subuelia* legendum putat.

Valde obſcurum, Υ'περοχῇ σκοτεινὸς) Id eſt, templum ob locorum ac ędificiorum circumiacentium eminētiam obſcurum. Sed hoc ὑπεροχῇ iam pro aduerbio intendentis (vt grammatici vocant) poſitum eſſe puto. quod ſi verum, vertemus, *templum ſuprà modum*, vel *maximè obſcurum*.

DENATES, Δίνας) Δενάτας legendum videtur. Nam antè P literam inuentam hos deos Δενάτας vocatos dicit, poſtea verò Πενάτας. quæ pag. 41. extant, hanc lectionem confirmant. Sic enim autor ibi, τοὺς δὲ θεοὺς τούτους ῥωμαῖοι μὲν πενάτας καλοῦσιν, οἱ δὲ ἐξερμηνεύοντες &c. at verba, quæ ſequuntur, ἐπιγραφὴν ἔχουσαι δηλοῦσαν τοὺς πενάτας &c. omnem dubitationem tollunt.

¶Pag. 31. Quas conuaſarat, Κατασκευασάμενον) Si codex mendo caret, τὸ κατασκευάσασθαι iam ἀντὶ τοῦ συσκευάσασθαι poſitum videtur. niſi fortè συσκευασάμενον legēdum cenſeas, quod mihi quoque magis arrideret. Idcirco in mea verſione lectionem iſtam ſequi malui.

Quandiu enim hæc veneranda. Εὖτ' ἂν γὰρ τάδε σεμνὰ) Hūc locum Ouidij carminibus potiùs quam meis interpretabor. Sic autem ille ſexto Faſtorum,

Creditur armigeræ ſignum cæleſte Mineruæ
Vrbis in Iliacæ deſiluiſſe iuga.
Cura videre fuit, vidi templūmque, locūmque,
Hoc ſupereſt illic, Pallada Roma tenet.
Conſulitur Smintheus, lucòque obſcurus opaco
Hos non mentito reddidit ore ſonos.
AEtheriam ſeruate Deam, ſeruabitis vrbem,
Imperium ſecum transferet illa loci.
Seruat, & incluſam ſumma tenet Ilus in arce,
Curáque ad hæredem Laomedonta venit.
Sub Priamo ſeruata parum, ſic ipſa volebas,
Ex quo iudicio forma reuicta tua eſt.
Seu genus Adraſti, ſeu furtis aptus Vlyſſes,
Seu pius AEneas, eripuiſſe ferunt.

Ab vxore tua. Α'λόχου σέθεν) Quamuis aliquid obſcuritatis ob verborum ambiguitatem hic ineſſe videatur: tamen nihil mutandum: nec (vt placet Sylburgio) ἀλόχῳ corrigendum: ſed locus eſt intelligendus, vt, ad rem meliùs indicandam, conſultò pluribus expreſsi.

Ab eius nepotibus, Πρὸς τῶν συγγόνων αὐτοῦ) Mallem vel τῶν ἐγγόνων, vel τῶν ἐκγόνων, vt Lapus videtur legiſſe: Si codex mendo caret, vertes, *ab ipſius cognatis*: ſed hoc parum veriſimile ſi rem accuratè perpendas.

Quem à paſtoribus in montibus educatum aiunt, Ο'ν φασὶν ἐν τοῖς ὄρεσιν ὑπὸ τῶν νομέων ἐκτραφῆναι) Ouidius quarto Faſtorum hoc feliciſsimè declarat.

Poſthumus hinc, qui, quòd ſyluis eſt natus in altis,
Syluius in Latia gente vocatus erat.

Et Virgilius Æneidos ſexto——*primus ad auras*
AEtherias Italo commiſtus ſanguine ſurget
Syluius, Albanum nomen, tua poſthuma proles.
Quem tibi longæuo ſerum Lauinia coniux
Educet ſyluis regem, regūmque parentem,
Vnde genus longa noſtrum dominabitur Alba.

Cuiuſdam Tyrrhi, qui regiis ſubulcis præerat, Τυῤῥηνῷ τινι συοφορβῶν ἐπιμελητῇ βασιλικῶν) Exiſtimo legendum potiùs Τυῤῥῳ τινί. Sic enim cùm alij, tum ipſe Virgilius lib. Æneid. 8. eum vocat.

Ceruus erat forma præſtanti, & cornibus ingens.
Tyrrheidæ pueri quem matris ab vbere raptum
Nutribant, Tyrrhuſque pater, cui regia parent
Armenta, & latè cuſtodia credita campi.

Qui regiis ſubuleis præerat. Συοφορβῶν ἐπιμελητῇ βασιλικῶν) Hic locus eſt de mēdo mihi ſuſpectus. συοφορβὸς enim τὸν τὰς σῦς φέρβοντα, ἤγουν βόσκοντα, καὶ νέμοντα, id eſt, ſubulcum: at τὸ συοφόρβιον, τὴν τῶν συῶν φερβομένων ἀγέλην ſignificat. Quare συοφορβίων potiùs, vel συφορβίων legēdum videtur: quòd ſi codex mendo caret vertere potes *ſubulcorum regiorum curatori*, vel *præfecto*. Atque dicemus hunc fuiſſe præcipuum paſtorem porcorum regiorum, cui cæteri minores paſtores parebant. Sed coniectura præcedens ad veritatem propius accedit, & lectio ſimplicior, ac ſenſus commodior.

Omne genus ipſius, Τὸ ἐξ ἐκείνου γένος ἅπαν) Hæc ita diſtinguēda & legēda puto. γένος ἅπαν. τὴν δὲ βασιλείαν παρέλαβεν. Ipſe legitimus ſenſus hāc lectionē flagitat. Syluius igitur, quòd in ſyluis, & natus, & educatus fuiſſet hoc nomen eſt adeptus, & ab eo omnes ipſius poſteri Syluij ſunt dicti. Hoc autem Liuius lib. 1. Decad. 1. confirmat. *Manſit* (inquit) *Syluius poſtea cognomen omnibus, qui Albæ regnarunt.*

Suis ſuffragiis eam litem diremit, Τὴν δίκην ἐπεψήφισεν) Τὴν δίκην ἐπιψηφίζειν propriè ſignificat iudicium ratū facere: ſed cùm hæc non ſatis rem præſentem exprimerent, ideo interpretatione liberiore ſum vſus, vt omnem difficultatem tollerem. Suidas ἐπιψηφίζειν, ἐπικυροῦν, ἀποψηφίζειν, ἀποκυροῦν. Sed fortaſſe melius eſſet, ſi, quod eſt ſimplicius, τὴν δίκην ἐψήφισεν legeretur: Id eſt, *Populus ſententiam pronuntiauit, qua controuerſiam inter illos ortam diremit.* Sic Aiax apud Sophoclem loquitur,

——οὐκ ἄν ποτε
Δίκην κατ' ἄλλου φωτὸς ὧδ' ἐψήφισαν: Id eſt,
Nunquam ſententiam contra alium virum ita tuliſſent.

Verùm quia mutatio magna lectionē iſtā ſequi videtur, poſſemus ἀπεψήφισεν dicere, in qua voce minor erit mutatio. Atque hic erit huius loci ſenſus, Cùm Iulus Aſcanij filiorum maximus natu, Syluiū in ius vocaſſet, vt regnū paternū haberet, ac propterea cū Syluio diſceptaret, populus id iudicium ſuſtulit, & controuerſiam corū hoc modo diremit: ne tamen Iulo faceret iniūriam, pro regno ſacerdotium ei dedit. Idem autem valebit iam τὴν δίκην ἀποψηφίζειν, ac τὴν δίκην ψήφοις διαλύειν, καὶ ἀναιρεῖν, καὶ πᾶσαν ἔριν, καὶ διχοστασίαν παύειν. Interdum dicitur, ἀποψηφίζειν τινὸς, ἀντὶ τοῦ τινα ταῖς ψήφοις ἀπολύειν τῆς αἰτίας: id eſt, aliquem ſuis ſuffragiis crimine liberare. Dionyſius Halicarn. pag. 346. 1.

Sacra quædam poteſtas & honor, Ι'ερά τις ἐξουσία, καὶ τιμὴ) Τὴν ἱερωσύνην περιφραστικῶς ſic appellat. ſacerdotij autem maximus erat honor.

Et vnum, Ε'νὶ πλείω) Fortaſſe hīc quoque ἑνὸς πλείω dicendum, vt infrà pag. 215. ἑνὸς πλείους εἶ) τοὺς τῶν πολεμίων ἀποφαίνουσι νεκρούς. Vulgatæ grammaticorum regulę talem conſtructionem longè meliorem eſſe teſtātur. quanquam apud Plutarchum, vbi de hac ipſa pugna agitur, ſcriptum extat ἑνὶ πλείους. eodem modo pa. 219. ἑνὶ πολίτῃ μόνῳ ἐλάττους οἱ λοιποὶ ὤφθησαν. quod obſeruatu dignū. Quum autem Dionyſius dicit πλείω ſubaudiēdum χρόνον, vt in iis, quæ paulò pòſt ſequuntur ἑνὸς δέοντα πεντακόσια ἔτη βασιλεύσαντες. Nam niſi vocis huius ἔλλειψιν eſſe concedas, ἑνὶ proculdubio dicendum.

¶Pa. 32. Albula vocabatur, Α'λβουλαν καλούμενον) Ouid. ſecundo Faſtorum.

Albula, quem Tyberim merſus Tyberinus in vndis
Reddidit.   & Virgilius 8. Æneidos.
Tum reges, aſpérque immani corpore Tybris,
A quo pòſt Itali fluuium cognomine Tybrim
Diximus: amiſit verum vetus Albula nomen.

ALLADES, Α'λλάδης) Interpretes alij videntur Α'λλάδιος legiſſe: Sed quia nihil habemus, quod ſit melius, ac certius, Dionyſium ſequamur.

Fulmina imitaretur. Κεραυνῶν τι μιμήματα)Hũc locum diuinus poëta,dum de quodam alio agit Æneid. 6. ita expreſsit,

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas
Dum flammas Iouis,& ſonitus imitatur Olympi.
Quattuor hic inuectus equis, & lampada quaſſans
Per Graiûm populos,mediaꝗ́ per Elidis vrbem
Ibat ouans, diuumque ſibi poſcebat honorem.
Demens qui nimbos, & non imitabile fulmen
Ære,& cornipedum curſu ſimularat equorum.
At pater omnipotens denſa inter nubila telum
Contorſit (non ille faces,nec fumea tædis
Lumina)præcipitémque immani turbine adegit.

Deinde Amulius,Ἔπειτα Ἀμύλιος ὃς ὁ)Vel τὸ ὃς tollendum,vel pro κατασχὼν κατέχε reponendum. alioqui oratio erit ἀνακόλουθος. Quanquam ſi ὃ ὁ οὖν legas mutatio leuior erit.

Meſenius,Μεσσήνιος) Steph. Μεσσήνη,χώρα, καὶ πόλις. φάσιν οἱ δὲ ὅτι,χώρα δὲ ἡ Μεσσηνία, καὶ Μεσσήνη κατὰ συγκοπήν, (vel potiùs κατ' ἀποκοπήν, Æ.P.)ἡ μέση, καὶ Μεσσήνη,ὥς τινες.Ἔστι καὶ ἄλλη Μεσσήνη τῆς Σικελίας, καὶ χώρα Μεσσήνη δι' ἣν ὁ πόλεμος τῶν δύο ποταμῶν αὐτῆς μεσαζομένη.Dionyſius de ſitu orbis,

Ἔνθ' ἱερώτατος ποταμῶν Ἀλφειὸς ὁδεύει,
Σχιζόμενος σφετέρην Μεσσήνην Εὐρώτας.

Vide hac de re Scholia Græca.

Charopo,decennalis imperij anno primo , Χάροπος ἔτος τῆς δεκαετίας πρῶτον) Infrà pag.47. χάροπος legitur. Suidas verò ait χάροψ, καὶ κλίνεται χάροπος. Quare lectionum hæc varietas nobis obſeruanda.

Mulierũ quæ Argis ſacerd.exerc. Τὰς ἱερείας ἐν Ἄργει) Si codex mendo caret,locus eſt intelligendus vt ſum interpretatus.Sed reuera mallẽ τὰς περιττάς.id eſt, *qui recenſet ſacerdotia,quæ Argis ſacerdotes exercuerunt , & qui ſcriptis mandauit quicquid vnius cuiuſque ſacerdotij tempore geſtum eſt.*Hæc lectio (ni fallor) melior eſt quàm vulgata,& loquendi genus longè commodius. de hac autẽ voce τῆς ἱερατείας,ſuprà pag.15 ἐν τοῖς ἱερωμένοις.

¶Pag.33.In Italiam veniret. Ἐλθεῖν ἐν Ἰταλίᾳ)ἀντὶ τοῦ εἰς Ἰταλίαν.Sed hoc loquẽdi genus eſt & nouũ, & durũ,huic tamẽ autori ſatis familiare.Sic enim loquitur & p.44. ἐν ᾧ κατήχθησαν χωρίῳ,ἀντὶ τοῦ ἐν χωρίῳ,εἰς ὃ κατήχθησαν,& 3.0.οἱ πρόσθεν ἀποσταλέντες ἐν Σικελίᾳ, & pa.488. φέρεσθαι ἐν αἰχμῇ, & multis aliis in locis eodẽ modo loquitur,quod poëtis licet potiùs quàm aliis ſcriptoribus.Hom.Iliad.Z. ——φέρειν αὐτὸν ἐν χερσὶ γυναικῶν φεύγοντας πεσέειν. ἀντὶ τοῦ εἰς τὰς χεῖρας.

Syracuſius, Συρακούσιος) perperam antè legebatur Συῤῥακούσιος,& paulò pòſt συῤῥακούσιοι:ſed errorẽ manifeſtum corrigere non dubitaui. hoc enim nomen tam à Græcis,quàm à Latinis ſcriptoribus per alterũ ρ. ſcribitur.

Roma,Ἡ Ῥώμη)articulum ἡ vt ſuperfluum expungendum cenſerem.

De priſcis ig.Περὶ μὲν οὖν παλαιῶν κτίσεων) Si liberiore interpretatione vtamur,hæc longè cõmodius vertemus.*De Roma igitur olim cõdita hæc quæ ſunt dicta ſufficere puto:neſcio tamẽ quã regulam ſequutus fuerit Timæus Siculus, qui tradit Romam poſtremùm ædificatam, ſiue conditam fuiſſe, ſiue quotunque alio modo rem eam vocare velis, vno eodémque tempore quo & Carthago eſt condita.*

Collatinum, Κολλατῖνον) mendoſè anteà Κολατῖνον legebatur.

¶Pag.34. VNDEVIGESIMO, Ἔτος ἔνατον εἰκοστῷ ἔτει) Quoniam paulò antè Dionyſius hac ipſa de re agens ait,μετὰ τὴν κατάλυσιν τῆς βασιλείας ἔτει ἑνὶ πρὸς τοῖς εἴκοσιν πρὸς τοῖς ἑκατόν,propterea & hoc loco ita legendum videtur,μετὰ τὴν κατάλυσιν τῆς βασιλείας ἔτει εἰκοστῷ πρὸς τοῖς ἑκατόν.vel ſaltem ἔτος ἔνατον εἰκοστῷ ἔτει πρὸς τοῖς ἑκατόν.Quòd autem hic annum ſuperiori ſummæ detrahat non eſt mirũ: multa enim alia ſunt apud Dionyſium, de quibus inter autores variatur & de quibus ſe quoque dubitare dicit.Priorem coniecturã, quæ eſt veriſimilior quàm poſterior, ipſa verborum & ſententiarum ſeries poteſt facilè confirmare.

Ad primum P. R. regem tempus reuoces. Ἀναβιβάσαντες ῥωμύλον ὁ χρόνος)Hæc ſunt perturbata:ſed in priſtinas ſuas ſedes ita ſunt reſtituenda,Ῥωμύλον ἀναβιβάσαντες ὁ χρόνος.

Et Seruius Tullius qui ei ſucceſſit,Τοῦτον δὲ διαδεξάμενος Σέρβιος Τύλλιος)In Græco textu nonnulla regum nomina deſiderantur, ſine quibus reliqua ſumma 244.annorum numerum implere nõ poſſet.Quare

A Lapi verſionẽ bonam ac veram ſequutus , hic ea ſubſcribere cum numero annorum , quos vnuſquiſque regnauit, neceſſarium eſſe duxi , vt res tota melius cognoſcatur.Is autem aliquam huiuſmodi lectionem nactus videtur, Ὁ δὲ μετὰ τοῦτον βασιλεύσας Ἄγκος Μάρκιος,ἔτη τέσσαρα καὶ εἴκοσι.μετὰ δὲ Μάρκιον, Ταρκύνιος ὁ κληθεὶς Πρίσκος,ὀκτὼ καὶ τριάκοντα.

Romulus regnauit annos	37
Interregnum fuit per annum	1
Numa regnauit	43
Tullus Hoſtilius	32
Ancus Marcius	24
L. Tarquinius Priſcus	38
Seruius Tullius	44
L.Tarquinius Superbus	25
	244

Archonte Athenis Charopo, Τῆς δεκαετίας χάροπος ἔτος πρῶτον)Archontes erant magiſtratus apud Athenienſes,ex quorum nominibus, vt Romæ ex conſulũ, anni numerabantur. quinam autem fuerint archon-

C tes,quot,quando,quod eorum officium, quæ iura , & quæ poteſtas,Sigonius libro primo ca. 5. de Rep.Ath. fuſiſsimè,doctiſsiméque declarat.

Et quæcũque alia,Καὶ τι ἄλλα)τὰ τι ἄλλα potiùs legẽdũ,vel καὶ τὰ ἄλλα,vel etiam quod longè melius,ἄλλα τι.

XXX. annos, Πεντηκοντα)Et tamen pag.95. de virginibus Veſtalibus agens Dionyſius hæc tradit, χρόνον δὲ τριακονταετῆ μένειν αὐτὰς ἀναγκαῖον ἁγνὰς γάμων, θυσιάζούσας τε, καὶ τὰ ἄλλα δρώσας ὅσια κατὰ νόμον. ἐν ᾧ δέκα μὲν ἔτη μανθάνειν αὐτὰς ἔδει, δέκα δὲ,τελεῖν τὰ ἱερά.τὰ δὲ λοιπὰ ἔτη

D διδάσκειν ἑτέρας.ἐκπληρωθείσης δὲ τῆς τριακονταετίας οὐδὲν ἦν τὸ κωλῦσον τὰς βουλομένας ἀποθείσας τὰ τε στέμματα,καὶ τὰ λοιπὰ σύμβολα τῆς ἱερωσύνης γαμεῖσθαι. Ex his verbis apparet hic proculdubio τριακονταετίας legendum : quæ lectio eſt vera.

¶P.35.Solẽ obſcuraſſe,cœlóque tenebras offudiſſe. Ζόφον ἐν οὐρανῷ κατασχόντος)Vt fatear ingenuè in hoc loco maximæ ſunt tenebræ, quæ conſtructionem de mẽdo ſuſpectam reddunt. Fortaſſe res melius habebit ſi legamus, τοῦ δαίμονος εἴδωλον φησὶ, οὗ τὸ χωρίον ἦν,πολλὰ

E καὶ ἄλλα τῷ πάθει δαιμόνια ἔργα προσθέντος,καὶ ζόφον ἐν οὐρανῷ κατασχόντος.Vulgata lectio eſt & mutila & corrupta. πάθος verò , (vt paulò pòſt appatet, μηδὲν ἄχθεσθαι τῷ πάθει) vocat ſtuprum virgini per vim illatum. ab illo autem δαίμονος regentur genitiui προσθέντος,& κατασχόντος.Sẽſus,Spectrum Genij,cui ſacer erat is locus, Iliam ſtuprauit, ipſique, vt non ab homine mortali, ſed à Deo ſe compreſſam ſciret,ſui numinis præſentiam patefecit,quomodo,ſolis defectu, & denſa aëris caligine,ac tenebris,quas rebus offudit.Si verba ſpe-

F ctes,locum ita vertes:*At plerique fabuloſè dicunt fuiſſe ſpectrum Genij,cuius erat is locus,quod cùm alia multa opera diuina illi calamitati addidit, tum etiam ſolis defectum, & caliginem,quam cœlo offudit.*

Facinora,Δημιουργημάτων) Error eſt manifeſtus,legendúmque ῥᾳδιουργημάτων, ἀπὸ τὸ ῥᾳδιουργεῖν , quo verbo Dionyſius paulò pòſt vtitur.

Nullũ miniſterium, Λειτούργημα τῆς ἀρδείας) Λειτουργὸς, publicus miniſter, publicus ſacrorum miniſter. Hinc τὸ λειτουργεῖν (quod verbum Dionyſius infrà vſurpat)

G publica ſacra facere,& his operam dare.λειτούργημα,publicum huiuſmodi miniſterium, quod & λειτουργία dicitur: quanquam ſæpe etiam καταχρηστικῶς pro quouis alio miniſterio accipitur. Sed ſenſus videtur poſtulare vt

re vt legamus ῥᾳδιούργημα, qua voce ſuprà Dionyſius eſt vſus, id eſt, facinus, ſcelus: quod certè natura diuina eſt indignum. nihil enim tale cadit in ipſam.

In his poſtulatis, Τῶν ἀξιολογουμένων) Aliorũ interpretatio veriſimilius facit vt credã legẽdũ potiùs δικαιολογουμένων. appellabit autẽ τὰ δικαιολογούμενα, quæ aliàs δικαιολογίαι vocantur. δικαιολογεῖσθαι nihil aliud ſignificat quàm iura ſua in mediũ proferre, & illis niti, ac ſe tutari. at ἀξιολογεῖν, res memoratu dignas dicere, & τὰ ἀξιολογούμενα, res memoratu dignæ: ſed hæc ad rem præſentem facere non videntur. A

Quam dæmonum natio, Ἤ τὸ δαιμόνων φῦλον) Fortaſſe melius fuerit ſi dicas ἢ τὸ δαιμόνων φῦλον ἐπέχει. Sẽſus tamen idem ex vtraque lectione poteſt elici.

Heroum, Ἡρώων) vel ἡρώων, vel ἡρώων eſt ſcribendum. Illud autem ὅτι, quod cum participio ἀνακεκραμένων eſt iunctum, more Attico redundat, vel certè ἀντὶ τοῦ ὥστε poſitum ad infinitum φῦναι referetur. Hoc autem tritum. Vnus Herodotus præter alios multa ſuppeditabit huius rei exẽpla. atque hic locus ita erit intelligẽdus, ὡς φῦναι, pro ὥστε φῦναι ἀποιχέσθαι ἡμᾶς λέγουσι τὸ ἡρώων γένος φῦναι. τοῦτο δὲ ἀνακεκραμένον &c. Sed profectò hæc paulò durius ſunt expreſſa. Nihil tamen hîc deſiderabitur, licet Sylburgius ἐξ ὧν τὸ ἡρώων γένος legendũ putet. B

¶Pag. 36. Vberibus recẽti partu lacte turgẽtibus. Νεοτόκους σπαργῶσι) Paulò durius hoc videtur, τοὺς μαστοὺς νεοτόκους dicere. Mallẽ νεοτόκου dicere, vt ad lupã referatur.

Attonitus, Ἀμηχανῶν ἦν) Mallem ἀμηχανῶν ἦν, quod vſitatius.

Auentino Αὐέντινον) Αὐεντῖνον, vt ſuprà ſæpius, dicendum puto. C

¶Pag. 37. Cæninan Καινινᾶν) Καινίναν legendum. Plin. lib. 3. cap. 5. Cæninam inter clara Latij oppida recẽſet.

Quod nunc quoque. Ὡς καὶ νῦν ἔτι) Mallem ὃς, vt ad ἱερὸν referatur: quæ lectio lõgè commodior quàm vulgata. Si codex mendo caret, modus τοῦ ἀπαρεμφάτου ſignificabitur. Sic Thucydides ſuam hiſtoriam orditur, Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων, καὶ Ἀθηναίων, ὡς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους, vbi τὸ ὡς ad πόλεμον refertur, & tam pro ὥσπερ, quàm pro ὃν commodè ſumi poteſt. D

Faciendum eſſet, Δεξάσαι) Cùm de pluribus, non de vno Remo agatur, vel δεξάσθαι vt τῦψαι æolicè dicendum, vel certè δεξάσαι.

¶P. 38. Ex illius fide Κατὰ πίστιν) Xyl. vt ait Sylburgius, πύστιν reponit, quod mihi quoque placet. vertes autẽ, prout ex ſuo nutricio audierat. Dionyſius iſtam coniecturam confirmat, quum ait, ὅσα Φαυστύλος παρὰ τοῦ σωματοφύλακος ἐπύθετο. tamen & vulgatam retinere poſſumus, & ſenſus erit, quem in mea verſione habes. E

Ex ſatellite, Παρὰ τοῦ σωματοφύλακος) Lapus videtur legiſſe παρὰ τοῦ Φαυστύλου, quod ſatis commodũ, & veriſimile. Gelenius verò hunc locũ ita vertit, Et narrat quicquid alter ipſius ex ſatellite didicerat. Hic locus eſt ita intelligendus, καὶ αὐτῷ φράζει ὅσα Φαυστύλος παρὰ τοῦ σωματοφύλακος ἐπύθετο. neque enim Romulus, ſed Fauſtulus hæc audierat ex Amulij ſatellite. Qua de re ſuo loco fuſiùs. Hanc lectionẽ & ego ſum ſequutus, quòd ex ea ſenſus optimus eliceretur: ſed quæ in ipſo textu Græco non erant, notaui. F

Ne Romulus, Λήσει ὁ Φαυστύλος) ὁ Ῥωμύλος proculdubio legendum, quod ex verborum ſerie, ſententiiſque patet. Nondum enim Fauſtulus ad Amulium peruenerat, nec vllum verbum ei fecerat. Sed Remus, & Romulus fratres cum eo egerant, & Fauſtulus, vt probaret quod ab illis dictum fuerat, alueum ſecum tulerat, in quo infantes fuerant expoſiti. Quæ ſequuntur hoc ipſum apertè confirmant.

Et quidnam celaret. Ποῖόν τι κατεφαίνετο λιγνύων) Ex ipſo ſenſu, verbiſque ſequentibus facilè colligitur τὸ φερόμενον legendum. Intelligitur enim alueus ille, quẽ Fauſtulus ferebat. Hanc lectionem ſum ſequutus. Dionyſius meam coniecturam his verbis, quæ ſequuntur, G apertè confirmat, καὶ τί τὸ βάλλημα τοῦ μὴ φανερῶς ἐκφέρειν σκεῦος, ἀλλὰ δεόμενον ἀποκρύπτειν φέρειν.

Quum hoc cognouiſſet. Ὡς δὲ τοῦτ᾽ ἔμαθεν) Senſus, & legitima conſtructio poſtulat aliquam huiuſmodi lectionem, ἔπειτα δὲ ὡς τοῦτ᾽ ἔμαθεν ἤρετο, vel ἐπυνθάνετο παρ᾽ αὐτοῖς ὁ τρόπος τῆς σωτηρίας ἐγένετο. διηγησαμένου δὲ αὐτοῦ &c. τοῖς πρώτοις μὲν, τὸ ἔπειτα δὲ reſpondent. Sunt enim hæc μόρια ἀνταποδοτικὰ, vt vocant grammatici Græci. Quanquam interdum τὸ ἔπειτα prætermittitur. Quare nihil abſurditatis ſequetur, ſi hîc quoque neglectum dicamus. Verùm cætera ad abſoluendam ſententiam ſunt neceſſaria: & niſi legatur ita, ſequentia cum ſuperioribus malè cohærebunt.

¶Pag. 39. Suaſu fratris Fauſtuli. Ἀδελφοῦ πεισθέντος αὐτοῦ μὲν Φαυστύλου) Plutarchus tamen in Romulo hunc Πλειστῖνον, non Φαυστύλον vocat. Hæc ſunt ipſius verba. ἔπεσε δὲ καὶ Φαυστύλος ἐν τῇ μάχῃ, καὶ Πλειστῖνος ὃν ἀδελφὸν ὄντα Φαυστύλου συνεκθρέψαι τοὺς περὶ Ῥωμύλον ἱστοροῦσι. quo ex loco apparet etiam à Plutarcho Dionyſium aliquomodo diſſentire in voce τοῦ Φαυστύλου, qui ab Halicarnaſſeo Φαυστύλος appellatur. Sed hæc parui ſunt momenti. Cæterùm ſiue Πλειστῖνος, vt Plutarcho placet, ſiue Φαυστύλος, vt vult Dionyſius, eodem res reuoluetur quòd ad ſenſum attinet. Vtrum verò nomen nobis potiùs ſit retinendum, non facilè dixerim. Quare cùm nihil certi habeam, vulgatam lectionem ſequendam cenſeo.

Mãmas præbuit, Μαστοὺς ἐπέχουσα) ἀντὶ τοῦ παρέχουσα, vel ὑπέχουσα, vt loquitur Euripides in Ione. πλευραῖς τ᾽ ἐμαῖς Κρυφαῖα γυμνὰ πλευρὰ μαστὸν ἔσχε, Καὶ μαστὸν οὐχ ὑπέσχεν.

Quæ nũc Ἣ αἱ νῦν) ἣ tollendũ & αἱ legendũ puto. Illud enim eſt ſuperfluũ, & orationis curſum impedit. Hoc verò ad ipſam σύνταξιν, & ſententiã eſt neceſſariũ.

Ab eius paſtoribus, Τῶν ἐκείνου βουκόλων) Hæc videntur cum ſequentibus pugnare, quum ait περὶ τοὺς αὐτοὺς συοφορβοὺς αὐτοῦ. vel igitur τὸ τῶν βουκόλων nomen, γενικώτερον pro quolibet paſtore ſumendum: aut τὸ τοῦ συοφορβοῦ εἰδικώτερον. vel certè dicendum eoſdem & bubulcos, & ſubulcos fuiſſe, quod armẽta boum, & porcorum greges iidem paſcerent. Hoc non eſt περὶ εἰδῶν.

Ad illam cauſam agendam Ἐπὶ φράσεις δίκας) Si vulgatam lectionem retineas, vertes, cauſæ dicendæ gratia. Lapus videtur legiſſe ἐπὶ φράσεως δίκης, id eſt, per iudicij ſpeciem. Quæ lectio veriſimilior.

¶Pag. 40. Ne dennò res nouas moliretur, Ὡς ἐπέλλη νεωτερισμῶν) Id eſt, quod res nouas iterum eſſet molitura. Sed ipſum ſenſum, quàm verba ſequi malui.

In migrationibus Ἐν πόλει κεκινημένῃ) Id eſt, In vrbe commota, & turbata: ſed ab antecedenti conſequens eſt intelligendum: nimirum ipſa migratio.

Hic autem locus, Ἐν ᾧ δὲ τοῦ πλείστου) Hæc lacuna poteſt ita commodè repleri, ἐν ᾧ δὲ τοῦ πλείστου ὄντος ὁ πᾶσιν ὁ πόρρω καλούμενος, ἄπορον. Sylburgius ait in Veneto codice, qui cum Lapi verſione facit, hæc extare, ἐν ᾧ δὲ τῷ χωρίῳ ἐπιτιθεῖν ἐδόκει πόλιν, λόφος ὁ καλούμενος τοῦ Τεβέλλεως. Sed noſtra coniectura, licet nullum Venetum codicem ſequatur, videtur multò ſimplicior, & commodior. Siquis tamẽ aliter ſentit, ei repugnare nolim.

Felicius auſpicium Κρείττω ὄρνιθας) non diſpliceret ſi τὸ κρείττω ad ipſum numerum auium potiùs, quàm ad illarum præſtantiam referretur, id eſt, cui plures aues appáruiſſent, eique addixiſſent. Hoc ex ſequentibus poteſt facilè colligi. Statim enim Dionyſius ſubiicit, γύπες δὲ ἐφάνησαν ἐξ ἀριστερᾶς ἀφανεῖς ὄντες, ὁ μὲν τὴν σωτηρίαν, ὁ δὲ τὰ πλείονα δῆλον ὅτι παρὰ τῶν.

Contigiſſet. Ἐπιφαίνεσθαι) Nunc τὸ ἐπιφαίνεσθαι ἀντὶ τοῦ φαίνεσθαι, id eſt, apparere, poſitum eſt, vel potiùs pro addicere, quod probabilius. In augurali autem diſciplina addicere alicui aues dicuntur, quum eius auſpicium aliquo læto ſigno ratum faciunt. Sic Liuius loquitur, quum dicit, Fabio auſpicanti aues ſemel atque iterum non addixere.

Eum coloniæ Τὴν τῷ ἀρχῆν) Legendum τοῦτον, vt ipſa conſtructio flagitat, vtque ſupra pag. 35. dixit τοῦτον ἀ-

χατ᾽ ἐπιμιξίας, vbi res eadem explicatur. Sylburgius ait eſſe ἀντίπτωσιν, & ad illud εἰρημένον ἐσ referri putat. Sed hæc ἀντίπτωσις hic nullum habet locum. Ouidius. 4. Faſtorum, hanc rem diuinè tractat, cuius carmina magnam lucem huic loco ſunt allatura, ſi ſubſcribantur.

Iam luerat pœnas frater Numitoris, & omne
Paſtorum gemino ſub duce vulgus erat.
Contrahere agreſtes, & mœnia ponere vtrique
Conuenit, ambigitur mœnia quis ponat vter.
Nil opus eſt, dixit certamine Romulus vllo,
Magna fides auium eſt, experiamur aues.
Res placet, alter init nemoroſi ſaxa Palati,
Alter Auentinum mane cacumen adit.
Sex Remus hic volucres, hic ſex videt ordine frater,
Statur, & arbitrium Romulus vrbis habet.

Volantes, Πετομένας) Vel ποτωμένας, vel πετομένας, vel πετωμένας legendum: quæ verba ſunt vſitata. Si codex mendo caret à grauitono πέτομαι τὸ πετῶμαι circumflexum Atticè formatum dicemus.

¶Pag. 41. Precibus adductus ſurrexit. Πεισθεὶς ἀνέστη) Id eſt, *eius precibus adductus ſurrexit*. Hoc autem bene ab autore dictum. Romulus enim iacebat maximo mœrore preſſus: ſed tandem Laurentiæ precibus obtemperauit, ad ſéque rediit, & animi corporiſque vires reſumpſit.

Celerem verò Κελέριον δέ τινα) Ouidius quarto Faſtorum de his ita,

Augurio læti iaciunt fundamina ciues,
Et nouus exiguo tempore murus erat.
Hoc Celer vrget opus, quem Romulus ipſe vocarat,
Sintque Celer curæ, dixerat, iſta tuæ
Neue quis aut muros, aut factam vomere foſſam
Tranſeat, audentem talia dede neci.
Quod Remus ignorans humiles contemnere muros
Cœpit, & his populus dicere tutus erit?
Nec mora tranſiluit, rutro Celer occupat auſum,
Ille premit duram ſanguinolentus humum.

Parilia, Παρεντήλια) Imò verò παρεντάλια potiùs eſſet ſcribendum. Parentalia autem dicebantur conuiuia ſolennia, quę in parentum, aut propinquorum funeribus fiebant, vnde parẽtales dies appellati, quibus epulæ ſolennes ad defunctorum ſepulchra afferri ſolebant: quam parentandi conſuetudinem primus Æneas in Italiam tuliſſe creditur: quod teſtatur Ouid. 4. Faſt. his carminibus,

Hunc morem Æneas pietatis idoneus autor
Attulit in terras iuſte Latine tuas.
Ille patris genio ſolemnia dona ferebat,
Hinc populi ritus edidicere nouos.

Sed cùm hic de parentalibus non agatur: at de ſacrificiis, quæ ab agricolis, & paſtoribus fiebant ob felicem anni prouentum, & pecoris partum (quod ex his Dionyſij verbis patet, θύουσι δ᾽ ἐν αὐτῇ περὶ γονῆς τετραπόδων οἱ γεωργοὶ, καὶ νομεῖς θυσίαν χαριστήριον ἔαρος ἀρχομένου) adducor vt credam vel Παρίλια, vel Παλίλια legendũ. Quænam autem fuerint hæc ſacra, vnde dicta, & quãdo celebrarentur. Ouidius quarto Faſtor. fuſè docet. Et Propertius libro 4. elegia 4. hoc ipſum his verſibus apertè confirmat,

Vrbi feſtus erat, dixêre Palilia patres,
Hic primus cœpit mœnibus eſſe dies,
Annua paſtorum conuiuia luſus in vrbe,
Quum pagana madent fercula deliciis,
Quumque ſuper raros fœni flammantis aceruos
Traiicit immundas ebria turba dapes.

Feſtus, *Parilibus Romulus vrbem condidit, quem diem feſtum præcipuè habebant iuniores*. Ex his, quæ à nobis ſunt allata, colligimus duobus modis hanc vocem ſcribi: ſed qui Palilia dicebant, hunc diem à Pale paſtorum Dea nom[in]atum putabant: qui verò Parilia à pariendo nomen deductum credebant.

Saunitibus, Σαυνίταις) Sic etiam ſcribitur hæc vox apud Dionyſium de ſitu orbis pag. ex Henr. Steph. typis 53. Σαυνῖται δ᾽ ἐπὶ τοῖσι μέσην χθόνα ναιετάουσι. Schol. Σαυνῖται, οἱ διὰ τοῦ μ Σαμνῖται οἱ Ῥωμαῖοι λέγουσι.

Et lingua, Οὔτε φωνὰς) Hic proculdubio aliquid deſideratur. Oratio enim eſt imperfecta. Quòd ſi legamus ὡς οὔτε φωνὰς, οὔτε δίαιταν ὁμοίους id eſt, *quos, vt eſt veriſimile, neque voce, neque viuendi ratione inter ſe ſimiles* &c. ſententia erit perfecta: ſed τῆς κατὰ præpoſitionis ἔλλειψις. hæc autem illorum præcedentium verborum οὔτε ὁμογλώσσους, οὔτε ὁμοδιαίτους quandam explicationem eſſe dicemus.
A Quãquam poteſ & ita locum emendare, οὔτε φωνὰς, οὔτε δίαιταν ὁμοίαν: vel τὴν αὐτὴν ἔχοντας, πλείστους δ᾽ ἐκ βίας.

In vnum per vim contractos. Καὶ βίᾳ συγκλύδας) Per βίαν intelligimus iam non ſolùm vim hoſtilem: ſed & ipſam rerum omnium ad vitam præſentem neceſſariarum penuriam, quę hominibus aliò migrandi, ſedéſque nouas quærendi neceſſitatem imponit. σύγκλυδας verò dixit Dionyſius vt Latini colluuiem hominum appellant. Suidas, συγκλύδων ἀνθρώπων, συμμίκτων, ἐπηλύδων, περιφερομένων.

B ¶Pag. 42. Neque vllum contractuum genus, Τῶν ἄλλων συμβολαίων μηδ᾽ ὅτι) Τῶν ἄλλων συμβόλων μηδ᾽ ὅ, τι, vel μηδ᾽ ὁτιοῦν legere præſtat: quam lectionem & Gelenius videtur nactus, id eſt, Ita vt neque vllum aliud originis priſcæ veſtigium prorſus habeant, vel ſeruent.

Efferatiſſimi, Ἀγριώτατοι) Qui linguæ græcæ vel mediocrẽ notitiã habet, profectò cognoſcet vel ἀγριώτατοι, vel ἀγριωπότατοι dicendum. Quod autem ſit diſcrimen inter ἄγριος, & ἄγροικος, Euſtathius docet.

Vrbs Roma ſita eſt in occidẽtalibus Italię partibus,
C ad Tiberim flumen, quod per ipſam vrbem fermè mediam fluit. Ἡ δὲ Ῥωμαίων πόλις ἵδρυται μὲν ἐν τοῖς ἑσπερίοις μέρεσι τῆς Ἰταλίας περὶ ποταμὸν Τίβεριν, ὃς κατὰ μέσην μάλιστα τὴν αὐτὴν ἐκδίδωσιν) Diu me hic locus torſit, quia non videbam quomodo hæc κατὰ μέσην μάλιστα τὴν αὐτὴν eſſent intelligenda, vt commodus ſenſus ex verborum interpretatione eliceretur. Tandem exiſtimaui leuiſſima mutatione facta, hæc ita non ineptè legi poſſe, κατὰ μέσην μάλιστα τὴν αὐτὴν, vel, quod longè melius, μάλιστα αὐτὴν: id eſt, ferme per ipſam mediam vrbem
D fluit, & in mare ſe exonerat. Noſtram coniecturam confirmant Dionyſij de ſitu orbis carmina, quæ extant pag. ex Henr. Steph. typ. 49.

Τοῖς δ᾽ ἐπὶ, μάρμαρον ὕδωρ ἀγαυοῦ ἐπὶ Λατίνων
Γαῖαν κατὰ προρέων ἐπὶ γνῶν, ἡ διὰ μέσσης
Θύμβρις ἑλισσόμενος καθαρὸν ῥόον εἰς ἅλα βάλλει,
Θύμβρις ὃς φέρτατος ποταμῶν βασιλεύτατος ἄλλων,
Θύμβρις ὃς ἱμερτὴν ἀποτέμνεται ἄνδιχα Ῥώμην,
Ῥώμην τιμήεσσαν, ἐμῶν μέγαν οἶκον ἀνάκτων,
Μητέρα πασάων πολίων, ἀφνειὸν ἔδεθλον.

E Scholiaſtes hęc interpretans noſtram ſententiam & ipſe confirmat. Nam (inquit ille) Θύμβρις ὁ ποταμὸς (ὁ καὶ Τίβερις) &c. deinde ſubiicit, διὰ μέσης γὰρ τῆς Ῥώμης ῥεῖ ὁ Θύμβρις, ὡς καὶ ὁ Κύδνος διὰ τῆς Ταρσοῦ, καὶ διὰ τῆς Βαβυλῶνος ὁ Εὐφράτης. Quod igitur obſcurius dixit Dionyſius Halicarn. κατὰ μέσην μάλιστα αὐτὴν (δηλονότι τὴν Ῥώμην) ἐκδίδωσιν, id apertius tam ab hoc poëta, quàm ab eius interprete explicatur. Nihil tamẽ auſim mutare, ſatis erit quòd lectores hac de re monuerim, noſtrúmque de hoc loco iudicium in mediũ protulerim. Illud e-
F tiam addam, τὸ μάλιστα, id eſt, *fermè*, ab Halic. ἀσφαλείας ἕνεκα poſitum: fortaſſe quòd ita res ſe habeat, nec Tyberis in duas prorſus æquales partes vrbem diuidat: vel certè vim intendentis habet hoc aduerbiũ, & idẽ ſignificat ac penitus, & omnino, quod Galli perbellè dicerent, *lequel fleuue paſſe par le beau milieu de la ville*. Vtrum autem bene, an malè Dionyſij mentem, & rem ipſam iſta correctione ſim aſſequutus, qui Romæ ſitũ ætate noſtra vident, teſtari poſſunt. In mea verſione coniecturam iſtam ſum ſequutus: quòd ſi vulgatam le-
G ctionem retineas, vertes. *Iuxta fluuium Tyberim, qui per medium ferme litus fluens in mare ſe exonerat*: at quid hæc ſibi velint viri docti iudicabunt. Sylburgius & ipſe huius loci maximam obſcuritatem animaduertit, at ingenuè

genuè fatetur ſe neſcire quid iſta ſignificent. Sed quid mirum? exemplar enim eſt corruptum, & codices vetuſti ſpes hominum ſæpe fallunt, & in rebus dubiis animos incertos relinquunt.

In vno è ſeptem collibus, Πρὸς ἑνὶ τῶν ἑπτὰ λόφων) Ἀντὶ τοῦ ἐν ἑνὶ τῶν. &c. Sic paulò poſt πρὸς ἑτέρῳ τῶν λόφων, ἀντὶ τοῦ, ἐν ἑτέρῳ. Hoc moneo, quia ſi vertas *prope collem*, vel *iuxta*, hoc hiſtoriæ videbitur repugnare. Nã non iuxta colles: ſed in ipſis collibus ſedes ab iſtis gentibus poſitas fuiſſe conſtat. Quanquam, quod attinet ad ſenſum nihil abſurdi ſequetur ex altera interpretatione.

Æſtiui pabuli, Θερεινόμων πόαν) Τὴν ἐν τῷ θέρει νεμομένην, ἤτοι θερινὴν (χειμερινήν.

¶Pag.43. cum Græcis in gratiam rediiſſe. Τῷ ἑλληνικῷ συγκαταλλαγῆναι) Gelenius totam hanc periodum præteriit. Lapus verò hæc ita vertit. *Veriſimile eſt autem barbaricum etiam aliquid ex accolis, vetuſtiſque habitatoribus reliquum Græco generi fuiſſe permixtum.* His verbis adducor vt putem eum legiſſe συμμιγῆναι pro συγκαταλλαγῆναι: quæ lectio non eſt damnanda. Eſt enim commoda: ſed tamen nulla mutatione nobis eſt opus. Nã συγκαταλλάττεσθαι (licet hoc in vulgatis Lexicis non reperiatur) accipi poteſt pro redire in gratiam cum aliquo: quam ſignificationem huius loci ſenſus flagitat.

Priſcis colonis, Παλαιῶν οἰκητόρων) Antiquos Italiæ colonos intelligit, qui antè Græcis inimici erant: ſed poſtea cum illis in gratiam redierunt, ſéque cum ipſis miſcuerunt.

Anno quadringenteſimo trigeſimo ſecundo, Ἐνιαυτῷ δευτέρῳ, καὶ τετρακοσιοστῷ μετὰ Ἰλίου ἅλωσιν) Et tamen ſupra pag.46. ſcribit Romam conditã ἔτεσι δυσὶ, καὶ τριάκοντα, καὶ τετρακοσίοις ὕστερον τῶν Ἰλιακῶν. Quare hic quoque videtur dicendum δευτέρῳ, καὶ τριακοστῷ, καὶ τετρακοσιοστῷ. &c. quemadmodum rectè ſcriptum extat pagina 44.

Ab hominibus inuenta eſſe, Ἀνθρώποις ταῦτα. καὶ ῥᾳθύμοις βίου εὑρίσκεσθαι) Sylburgius ait legendum vel ἀνθρώποις εὑρῆσθαι, vel ἀνθρώποις εὑρίσκεσθαι. Sed nullas ſuarum correctionum affert rationes: at nihil mutandum. Quis enim neſcit vocem mediam ſæpiſſime pro paſſiua poni? quis etiam ignorat vſum datiui loco genitiui cum præpoſitione ὑπὸ: hæc igitur idem valent ac ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων εὑρίσκεσθαι εἴτε εὑρεθῆναι.

Miſeri non ſint, Πονηροὶ ὦσι) Πένητες προσπεφευγότας legendum puto: quæ lectio commodior: vt autem grammarici docent, πονηρὸς improbum, πένης miſerum ſignificat: hæc ſignificatio huic loco conuenit.

Eandem Reip. formam conſtituere Τὸ τῆς πολιτείας σχῆμα) Hæc videntur perturbata, & pronomen relatiuum αὐτὸ in ſuas ſedes ita reſtituendum, τὸ τῆς πολιτείας σχῆμα ποιεῖν αὐτὸ τοῖς φρονίμοις κατασκευασαμένοις. Hoc enim participium ab illo αὐτὸ regitur. alioqui eſſet ἀνακόλουθον. Hęc autem loquendi forma ποιεῖν τὸ αὐτὸ τοῖς ἄλλοις, ἰσοδυναμεῖ τῷ ποιεῖν τὸ αὐτὸ, καὶ οἱ ἄλλοι ποιοῦσιν. quod & ipſi Latini ſunt imitati, vt quum dicunt, *Inuitum qui ſeruat, idem facit occidenti*: id eſt, Idem facit ac ille qui occidit. Quanquam melius fortaſſe ſi ταυτὸ dicas.

Quamcunque, Πρὸς ἣν ἐὰν) Πρὸς ἣν ἂν legendum puto: ſenſus, & ſequentium verborum conſtructio talem lectionem videtur poſtulare.

Aduerſa fortuna, Τύχη παλίγκοτος) Verba ſonant, *fortuna iterũ irata*, vel *alicui infenſa*, vel ſimpliciter, *irata*.

¶Pag.44. Accepta, Ἐκ διαδοχῆς) Suprà pag.59. Diony. ita loquitur ὁ Ῥωμύλος, ὑποθεμένου τοῦ μητροπάτορος, καὶ διδάξαντος ἃ χρὴ λέγειν: vnde patet hic ἐκ διδαχῆς legendum, vt ipſe ſenſus flagitat: vertes autem, *atque Romulus hæc ab auo materno edoctus* &c. Si codex mendo caret, alteram meam interpretationem ſequeris.

Signum de cœlo felix oſtenderent, Σημεῖα αἴσια φανῆναι καλὰ) Vel φαίνειν, vel φανῆναι ſcribendũ: ſi φαίνειν dicas, hoc ad Deos, ſi φανῆναι legas (quod ad vulgatã lectionem proximè accedit) ad ipſa ſigna referetur. τὸ φαίνειν autem interdum eſt verbum augurale, quod patet & Homeri verſibus, qui Odyſſeæ libro tertio extant,

Ἠτέομεν δὲ θεὸν φῆναι τέρας, αὐτὰρ ὅγ' ἡμῖν
Δεῖξε, καὶ ἠνώγει πέλαγος μέσον εἰς Εὔβοιαν
Τέμνειν. Et Iliadis ſecundo,
Ἔνθ' ἐφάνη μέγα σῆμα, δράκων ἐπὶ νῶτα δαφοινὸς,
Σμερδαλέος, τόν ῥ' αὐτὸς Ὀλύμπιος ἧκε φόως δέ.

A & paulò pòſt

Ἡμῖν μὲν τόδ' ἔφηνε τέρας μέγα μητίετα Ζεύς.

Quomodo autem auguria in regibus creandis caprarentur, & quid tunc fieret, Liuius vbi de regis Numæ creatione verba facit, pluribus docet.

Qui vocatur arcticus, Ὁ καλούμενος ἀρκτικὸς) Hac de re poëta τῶν γεωργικῶν libro primo agens, ita canit,

Mundus vt ad Scythiam, Riphæáſque arduus arces
Conſurgit, premitur Libyæ deuexus in Auſtros.
Hic vertex nobis ſemper ſublimis, at illum
B *Sub pedibus ſtyx atra videt: manéſque profundi.*

Quæ in cœlo & ſublimi aëris regione obſeruantur, Τῶν οὐρανίων, καὶ μεταρσίων σημείων) Hæc duo συνωνύμως à Dionyſio ponuntur, ita tamen vt τὸ μετάρσιον ſit quædam τοῦ οὐρανίου explicatio: quid enim aliud hoc loco τὸ οὐράνιον σημεῖον quàm quod in ſublimi aëris regione obſeruatur?

Candidati, Οἱ τὰς ἀρχὰς μέλλοντες λαμβάνειν) Id eſt, *qui magiſtratus ſunt accepturi*, id eſt, inituri. περίφρασις candidatorum, & eorum qui ſunt deſignati: ſed magi-
C ſtratum nondum inierunt.

Vel contra ipſius dei prohibentis atque aduerſantis voluntatem, Οἱ δὲ καὶ παρὰ τὸ βούλημα τοῦ θεοῦ) id eſt, *quidam etiam præter ipſius Dei aduerſantis voluntatem.*

¶Pag.45. Vocabant, Μᾶλλον ἐκάλουν) Hoc de mendo mihi eſt ſuſpectum. Sed ſi vel ἀπατρίδας μὲν ἐκάλουν, vel χρήμασι μᾶλλον δυνατοὺς legas, res bene habebit.

Illos patres vocatos, & progeniem eorum Patricios. Ἐκείνους πατέρας, καὶ τοὺς ἐκγόνους αὐτῶν πατρικίους) Liuius lib.1. decad.1. de Romulo agens, *Cum iam* (inquit)
D *virium haud pœniteret, conſilium deinde viribus parat. Centum creat Senatores, ſiue quia is numerus ſatis erat, ſiue quia ſoli centum erant, qui ciere Patres poſſent: Patres certè ab honore, patriciíque progenies eorum appellati.* Vide Feſtum.

Cornibus bubulis Κέρασι βοείοις) Ἤτοι ταῖς βυκάναις. Hoc enim paulò pòſt ſic explicatur.

¶Pag.46. Et commoda vtriſque addidit, Χρηστὰ προσέθηκαν, id eſt, *cõmoda vtriſque propoſuit.*) Gelenius videtur legiſſe προσέθηκεν. quę lectio commodior, & ſequentia eam confirmant.

E Patricios, Τοὺς μὲν πατρικίους) Si codex eſt ſanus τοὺς πάτρωνας intelligit, qui τῶν πελατῶν curam gerebant.

Cauſam contra accuſatores ſuſtinere, Τοῖς ἐγκαλοῦσιν ὑπέχειν) Si codex mendo caret, hæc idem valent ac, τὴν δίκην κατὰ τῶν ἐγκαλούντων ὑπέχειν. Lapus tamen videtur legiſſe, τοῖς ἐγκαλοῦσιν ἀποκρίνεσθαι. Vertit enim *accuſantibus reſpondere*: ſenſus eſt commodus: at lectio à verbis græcis eſt nimium remota. Sed fortaſſe melius ſi ἀντέχειν legeretur, & verteremus, *accuſatoribus reſiſtere*: dicimus autem ἀντέχειν πρὸς τὰ δεινὰ, καὶ τοῖς δεινοῖς. ſic infrà pag.
F 186. καὶ πολὺν ἀντέχων τῇ ταλαιπωρίᾳ χρόνον.

Honoribus, Γερωφορίαις) Perperam ante γερωφορίαις.

Vllum pecuniarium donum. Χρηματικὴν δωρεὰν) Ita vocat pecuniam tam ſignatam, quàm non ſignatam, quę dono dabatur alicui. Ergo κατὰ τὸ σιωπώμενον cætera leuiora dona: dummodo non eſſe pecunia, accipere licebat.

Illos autem ita elegit, Ἐποιεῖτο δὲ αὐτῶν τοιάνδε τὴν διαίρεσιν) Τὴν αἵρεσιν legendum ſuſpicor. ποιεῖσθαι τὴν αἵρεσιν καὶ αἱρεῖσθαι idem, id eſt, eligere: at τὴν διαίρεσιν ποιεῖσθαι
G ſignificat διαιρεῖν, id eſt, diuidere. Gelenius dum nimiæ breuitati ſtudet, hæc verba neglexit, & totam hanc periodum duabus hiſce voculis expreſſit, *Hac ratione*. Lapus Dionyſij verba fidelius eſt ſequutus: vertit

enim, *ſecitque delectum eorum hoc modo.* Senſus noſtram coniecturam facilè confirmat.

¶Pag.47. Senatu ex centum viris, Τὸ βουλευτικὸν τῶν γερόντων συνέδριον) Α'πὸ τῆς τῶν γερόντων, ἢ τὸ συνέδριον ἐκ τῶν γερόντων ἐκλεχθῆναι ὑπὸ Ρ'ωμύλου πρὸς τὸ συμβουλεύειν μετ' αὐτῶν περὶ τῶν κοινῶν) Id eſt, *Conſilium quod conſtabat ex ſenioribus, quos Romulus elegerat vt cum ipſis de rebus publicis conſultaret.*

Iuuenum, Τῶν νέων) Perperam ante τοῦ νέων legebatur.

Abſolutam haberet poteſtatem, Ε'ξουσίαν ἐπίληπτον) Proculdubio ἀνεπίληπτον eſt legẽdum, ἐπίληπτος enim is dicitur, qui morbo comitiali laborat: morbus ipſe νόσος ἐπιληπτικὴ vocatur: dicuntur etiam ἐπίληπτοι οἱ κατεχόμενοι, καὶ δαιμονιζόμενοι, ἐπίληπτον πρᾶγμα, res quæ comprehendi poteſt. Dicitur & ἐπίληπτος, qui reprehenſione eſt dignus, qui non caret culpa, qui reprehenſioni eſt obnoxius: huic opponitur ὁ ἀνεπίληπτος. Quare ἐξουσία ἀνεπίληπτος eſt, ſi vim vocis ſpectes, poteſtas nullis reprehenſionibus obnoxia, id eſt, libera, & abſoluta: quæ ſignificatio huic loco conuenit aptiſſimè. Senſus hoc indicat.

Edictum, Κελεύματος) Fortaſſe melius ſi κηρύγματος legatur: hoc enim vſitatius.

¶Pag.48. Interſtitium duorum lucorum, Μεθόριον δυεῖν δρυμῶν) Liuius, *Locum* (inquit) *qui nunc ſeptus denſis ſentibus inter duos lucos eſt, aſylum aperit.* Sunt qui Intermontium vocant. Sed hac voce vti non auderem: quam apud nullos autores probatos reperio: μεθόριον autem ἀπὸ τοῦ μεθορίου eſt dictum, verſo ο. in θ. vt vult Euſtath. Infrà tamen pag.142. μεθόρια vox extat.

Quæſiſſet, Η'γκτήσατο) Gelenius hæc ita, *Oblata parte agri hoſtibus adempti.* Lapus verò, *tradebátque agri portionem, quem bello quæſierat:* quare puto eos legiſſe ἣν ἐκτήσατο. Atqui Romulus quum hoc aſylum aperuit nullum agrum adhuc hoſtibus ademerat: nullum enim bellum adhuc illis intulerat. Dionyſius certè, qui res leuiores prolixa oratione deſcribit, rem tanti momenti ſilentio nunquam præteriiſſet. Sed vulgatæ lectionis optimus eſt ſenſus. Romulus enim partem agri, quem nondum poſſidebat, & cuius dominium ſe breui adepturum ſperabat, illis ſe daturum promittebat.

Agrum earum deſertum, Τὴν μηλόβοτον) Ita vocat agrum pecori paſcendo deſtinatum, ac proinde deſertum, ac incultum. Hoc autem ex ſequentibus apparet.

Bis mille, Α'νδρῶν διχιλίων) Et tamen ſuprà Dionyſius pag. 59. ſcribit, ἀριθμὸς δὲ τῶν μεταχόντων αὐτοῖς τῆς ἀποικίας ἀπὸ πολλοῦ τοῦ κατ' ἀρχὰς ἀποσταλέντος ὀλίγος ἦν ὁ καταλειφθεὶς, πεζοὶ μὲν τρισχίλιοι πεζοί, καὶ ἱππεῖς τριακόσιοι. vide & quæ pa.56. traduntur. Quare mendum hoc loco videtur eſſe.

Annibalis, Α'ννίβαλον) Error eſt manifeſtus, & ἀννίβαλον legendum.

¶Pag.49. Matris Ideæ, Τῆς ἰδαίας ἱερά) Vel θεᾶς, vel μητρὸς deſiderari videtur.

Sacra autem eius peragunt, Ι'ερᾶται δὲ αὐτῆς) Α'ντὶ τοῦ τὰ αὐτῆς ἱερὰ ἐργάζεται, ἱερὰ ποιεῖται, αὐτῇ ἱερουργεῖ.

¶Pag.50. Eligant ſacerdotes Τῶν ἐπιτηδευμάτων τοῖς ἱεροῖς) Sacerdotes ἱεροφαντικὰς ita vocat. Reuera enim ſacris illi præerant.

Appellantur, Αἳ δὲ προσαγορεύονται) Lapus hæc ita vertit, *Quæcunque enim ea quæ κανηφόροι dicuntur, & ἀρρηφόροι miniſtrant in ſacris Græcis, ea quoque apud Romanos ſic appellatæ.* Ex qua verſione patet pro αἳ δὲ fortaſſe αἳ δὲ ἀπὸ τοῦ ἔτους cum legiſſe. Gelenius verò ita, *Nam* (inquit) *hæ ſacris iiſdem operantur, quibus apud Græcos, quas illi vocant canephoros.* Vnde colligimus & ipſum αἳ δὲ nactum in ſuo codice: ſed tamen τὸ προσαγορευόμεναι præteriit, quod non eſt ſuperfluum, neque à Dionyſio temerè dictum. Hunc locum certè mendoſum eſſe conſtat, quod ex ipſo ſenſu facilè colligitur. Ita autem legendum puto, αἳ δὲ παρθένοι ἱεραὶ προσαγορευόμεναι: quã lectionem confirmant autoris verba, quæ extant infrà pag. 93. Ibi enim de his virginibus Veſtalibus agens hæc tradit, τὰς φυλαττούσας τὸ ἱερὸν πῦρ παρθένους, αἳ καλοῦνται πρὸς αὐτῶν ἀπὸ τῆς θεᾶς, ἣν θεραπεύουσιν, ἑστιάδες. Non eſt autem veriſimile Dionyſium ſcripſiſſe participium illud προσαγορευόμεναι, & tamen ipſam illarum virginum appellationem prætermiſiſſe: hoc potiùs culpa typographorum videtur accidiſſe, qui codices corruptos ſunt ſequuti. Obiter hoc addam, vocem ἀρρηφόροι, qua Lapus eſt vſus, in græco textu non extare. Sic autem vocabantur (vt quidam tradunt) quatuor pueri, qui veſtibus albis induti aurum ferebant, & Mineruæ feſtum celebrabant. Hos Heſychius μυσταγωγοὺς appellat: dicti παρὰ τὸ τὰ ἄρρητα, καὶ μυστήρια φέρειν. hinc τὰ ἀρρηφόρια ipſum Mineruæ ſacrificium, dieſque feſtus: hinc τὸ ἀρρηφορεῖν.

Cadoli, Πρὸς αὐτῶν κάδουλοι) Glareanus hunc locum ita cenſet vertendum, *Hi qui vocantur ab eis Cabiri, & Daduchi:* ſed nihil huiuſmodi in hoc Dionyſij loco legitur. Δᾳδοῦχοι dicebantur Cereris ſacerdotes, qui in eius ſacris faces geſtabant Cererem imitantes, quæ in quærenda Proſerpina id ante fecerat: iidem & λαμπαδηφόροι vocabantur. Cabiri verò, quos Græci καβείρους appellant, erant dij Samothracum, in quorum templum nemini niſi ſacerdoti acceſſus patebat, vt Herodotus lib. 3. teſtatur. Quare patet hæc nihil ad rem præſentem facere. Quamuis autem horum Καδούλων apud nullos alios vllam mentionem fieri comperiam, tamen vulgatam lectionem ſequi, quàm aliquid noui & incerti afferre malo.

Qui deorum voluntatem interpretantur, Υ'πὸ τῶν ἐξηγουμένων τὰ θεῖα) Ita vates, aruſpices, auſpices, ſiue augures, omnéſque diuinos ἱεροφαντικὰς appellat. Hi enim deorum voluntatem artis ſuæ beneficio hominibus declarabant.

Quæ ad diuinum cultum pertinent, Περὶ τῶν θεραπευόντων τοὺς θεοὺς) Verba ſonãt, *quod attinet ad Deorum cultores:* ſed per deorum cultores ipſum diuinum cultum intelligit, idque μετωνυμικῶς. Quanquam ſi ad perſonas hæc referantur, nihil abſurdi ſententiam iſtam ſequetur.

Sacrificia ſibi attributa, Εἰς τὰς ἀπομερισθείσας θυσίας) Præpoſitio εἰς vt ſuperflua videtur expungenda: hic enim accuſatiuus θυσίας à verbo συνθύειν pendet.

Et præter id conſecrata erat, Καὶ σὺν αὐτῷ χαθωσίωτο) Perperam antè χαθωσίωτο legebatur. Hæc autem σὺν αὐτῷ nunc idem valent ac πρὸς αὐτῷ: id eſt, *præter id, præterea:* niſi locum intelligamus ita, ſenſus erit ineptus.

Vt apud Græcos prytanea, Ω'σπερ ἐν τοῖς ἑλληνικοῖς πρυτανείοις) Si codex caret mendo, hæc ita ὁμοίως τοῖς, ὥσπερ ἐν τοῖς ἕλλησι, ἢ παρ' ἕλλησι τὰ πρυτανεῖα. Et reuera hæc lectio longè commodior videtur.

Pudorem, Τὴν αἰδῶ) Αἰδῶ ſcribendum ſi verum eſt quod Grammatici tradunt, duo tãtùm nomina quartæ contractorum in ως deſinentia accuſatiuum circumflexum habere, (hæc ſunt ἠῶς, & αἰδῶς,) cætera, quæ ω in recto habent, acui, vt τὴν φειδώ, τὴν λητώ, &c. pag. 72. αἰδῶ bene ſcriptum legitur.

¶Pag.51. Neque rebus Venereis, Τὰς ἀφροδισίους) Mulier ἀφροδίσιος dicitur quæ Veneri eſt apta, & in Venerem procliuis. At hoc non facit ad rem præſentem: ſenſus poſtulat vt legamus τοὺς ἀφροδισιασμούς. ἀφροδισιασμὸς autem res Venereas, & concubitum ſignificat.

¶Pag.52. A farris communicatione, Ε'πὶ τῆς κοινωνίας τοῦ φαῤῥὸς) Romani confarreationem vocabant: ἐπὶ δὲ ἐπὶ ἀντὶ τοῦ ἀπὸ, quod ſuprà iam dictum.

Reuerẽtia, Α'λλ' εἰς αἰδῶ) verbum Ε'τρωμάθησαν, quod præceſſit, hic quoque ſubaudiendum, & repetendum ad ſententiam abſoluendam.

Publicè relatum eſſet, Εἰς τὰ ἀρχαῖα τὰ δημόσια) Ex ipſo

ipſo ſenſu verbiſque præcedentibus ἀρχεῖα legendum patet: quantum autem ſit diſcrimen inter hæc duo vocabula, & vtriuſque ſignificationes in vulgatis Lexicis teperies. Sylburgius putat Doricè formatam vocem, vt λαῖαν pro λείαν. ſic enim ipſe ſcribit: λείαν tamen ſcribendum, quia τὸ α. μακρὸν, μακρὸς δὲ ... ἐκφωνεῖται, vt Gaza docet.

¶Pag. 53. In vrbem conuenientes mercatum exercere, Συνιόντας ἀγοράζειν) Hæc ab illo participio ἰδίζον commodè peodere uon poſſunt. Seutentia vel ἐνίσταν, vel aliquid buiuſmodi poſtulat.

Partim ipſe per ſe de iis iudicans, Τὰ μὲν αὐτὸς διελὼν) Τὸ διαιρεῖν, Iam uibil aliud ſiguificat, quàm quod vulgò *decidere* dicitur, id eſt, litem aliquam ſua ſententia dirimere. Metaphora eſt ducta ab illis, qui rem cõtrouerſam in partes æquales diuiduut, vt ſuam, quiſque partem habeat.

¶Pag. 54. Certamen equorũ & iunctorum & nou iunctorum, Δρόμος ἵππων ζευκτῶν, καὶ ἀζεύκτων) Hic eſt ſenſus. In Conſi honorem, & equorum ſingularium, & bigarum, & trigarum, & quadrigarum certamina fieri ſolebaut: per δρόμον ἵππων, id eſt, *curſum equorum* equeſtre certamen intelligit: ἵππους ζευκτοὺς appellat, vt bigas, trigas, & quadrigas: bis opponit ἵππους ἀζεύκτους: id eſt, equos ſiugulares, qui iuncti non erant.

Iſte Deus, Τὴν γῆν ὁ θεὸς οὗτος ἔχει) Ideo paſſim ab Homero Γαιήοχος appellatur. Neptunus & mare ſæpe συνωνύμως ponuutur: quare bene boc à Dionyſio dictum: mare, Oceanus nimirum totam terram ambit vt canit poëta. Et pater Oceanus, totum qui amplectitur orbem. Et Ouid. in Faſt. 104. Qui terram liquidis quà patet ambit aquis. Vtroq; igitur modo Neptunus τὴν γῆν ἔχει. Nam & vt Deus eam in ſua poteſtate babet, & vt Oceanus totam ambit.

Quia audiui, Ἀκούων ὡς τὴν μὲν ἑορτὴν) Ἀντὶ τοῦ ἀκούων τὴν μὲν ἑορτὴν τοῦ Ποσειδῶνος ἀγομένην, καὶ τὸν δρόμον τῶν ἵππων τούτῳ τῷ θεῷ γινόμενον, ἐν δὲ καταγαίειον βωμὸν δαίμονος ἀρρήτῳ τινὶ βουλευμάτων κρυφίων ἡγεμόνι, καὶ φύλακι κατακεχωσμένον ὑπάρχειν. Græci autem ſæpiſſimè participium pro infinito ponunt.

Et quem finem Καὶ εἰς τέλος) Εἰς ὃ τέλος videtur legendum: alioqui ſententia eſſet imperfecta.

¶Pag. 55. Cænina, Καινίνη) Καινίνη legendum. Stephanus Καινίνην vocat. Καινίνη (inquit) πόλις Σαβίνων ἢ ἐγγὺς Ῥώμης, ἀπὸ τοῦ ἐθνικοῦ, Καινῖται. alij tamen Καινίνην appellant. Plutarchus vocat ipſos ciues Κενινήτας, alij Καινινίτας, vnde colligimus hanc vocem apud varios ſcriptores variè ſcripram reperiri.

Nou tamen conſpectæ fuerunt, Οὐκ ὤφθησαν) Fortaſſe melius ſi ἔφθησαν legas: id eſt, *non tamen ocius*, vel, *non tamen ſatis maturè in vna, eadémque caſtra omnes conuenerunt.*

Portas ſpertas, Τὰς πύλας ἀκλείστους) Legendum potiùs ἀκλείστους, vt recta formatio poſtulat: ſic etiam ſcriptum legitur pag. 128. καὶ καταλαβὼν πύλας ἀκλείστους.

Hoſtibus, Ἀπὸ τῶν ἀποίκων) Subandiendum ἀφαιρεθέντα. Quanquam ſi nibil ſubaudiatur, & ſic, boua erit cooſtructio, boouſque ſenſus. ἀποίκους autem vocat omnes peregrinos, & hoſtes, qui ab vrbe erant remoti, & quibus in prælio cæſis Romulus ſpolia detraxerat: alijs bæc vox colonos ſignificat, vnde ἀποικία, colonia dicta: ſed reuera vox iſta de mendo eſt mihi ſuſpecta. Fortaſſe non ineptè τῶν ἀποιχομένων, id eſt τῶν ἀποθανόντων legi poteſt. Euſtath. οἴχεσθαι τὸ ἀπελθεῖν, καὶ τὸ θανεῖν, καὶ ἁπλῶς ἀφανισθῆναι ὅθεν οἰχόμενοι, καὶ ἀποιχόμενοι οἱ θανόντες. Sic priſci Latini abire pro mori vſurpabant. Feſtus, *Abitionem antiqui dicebant mortem*. Quòd ſi τὸ ἀποιχομένων probes, dicendum hîc eſſe χεῖρα ἐπαγγελίαν αὐτῶν τῶν ἀποιχομένων.

Crateras vino plenas, Κρατῆρας οἴνῳ κεκερασμένους) Obſerua κρατῆρας hic genere fœmiueo poſitũ vt apud Latinos *cratera, æ*, quod vix apud alium reperias: ſed fortaſſe κεκερασμένους legere præſtaret. Facilis lapſus, levis mutatio: videtur autem Dionyſius ad ἔννοιαν τοῦ κρατῆρος alludere, cùm dicit κεκερασμένας. Vide Euſtath. Μεστωμένους etiam ab antecedenti conſequens eſt intelligendum: verba enim hoc ſonant, *crateras vino mixtas*, id eſt, plenis vino, ſiue id eſſet mixtum, ac dilutum, ſiue merum.

Pompa igitur, &c. Ἡ μὲν οὖν ἐπινίκιός τε, καὶ τροπαιοφόρος πομπὴ, καὶ θυσία, ἣν καλοῦσι Ῥωμαῖοι θρίαμβον) Lapus
A hæc ita, *Victorialis igitur, & trophæophora pompa, & immolatio, quam Romani triumphum vocant, prima à Romulo inſtituta talis fuit.* Sed ſi verba ſequi velis, interpretatio uimium ridicula, nimium inſulſa erit, ue portentoſam vocem: multa enim nomina inaudita io medium erũt afferenda: propterea liberiore interpretatioue vti cogor. Sed hic eſt huius loci ſenſus. Primus triumphus quem Romulus de boſtibus victis egit, & cuius agendi apud Romauos primus autor fertur, talis fuit, qualem Dionyſius ſuprà deſcripſit. Sed quem Roma-
B ni triumphum vno vocabulo vocant, eum Dionyſius περιφραστικῶς pluribus deſcripſit, vt melius quid iu eo fieret, iutelligeremus. Quanquam nou omnia declarauit. Nam (vt docer Carolus Sigonius in ſuis commentariis de autiquo Iure prouiociarum libro ſecundo cap. decimo) hæc in triumpho fiebant. *Senatus, qui ad portam prodierat, anteibat, tunc ſpolia boſtibus detracta, & omnis auri, atque argenti præda, & vrbium captarum ſimulacbra ferebantur, & captiuorum boſtium duces vinctis ſubſequebantur: ipſe vero imperator auratis quadrigis, laurea coronatus
C dextra lauri ramum tenens, os minio illitus, bulla ornatus, & toga, tunicáque triumphali indutus vebebatur. Currum verò Legati, & tribuni militum in equis, & reliquus exercitus pedibus, victor laureatus cum cantu, & clamore ſequebatur, donec in Capitolium ventum eſſet. Ibi enim imperator ſacrificium faciebat vt diis ob victoriam partam gratias ageret: eoque facto conuiuium celebrabat.* Sciendum tamen (quod etiam hic obiter declaratur) ſolennem iſtam pompam pro varis tẽporum, & victoriarum conditione variam fuiſſe. Qui plura cupit ipſum Sigonium conſulat.

D Eius veſtigium verus, &c. Ἴχνος ἐλάττονας ἢ πέντε ποδῶν, καὶ δέκα τὰς μείζους πλευρὰς ἔχων) Ἔχον proculdubio legendom: boc enim participium ad ἴχνος refertur. Hic autem eſt buius loci ſenſus, ſi codex mendo caret. Adhuc enim illius templi vetus quoddam veſtigium extat, quod latera haber, quorum quæ maxima, minora ſunt quàm quindenûm pedum. Lapus aliquã buiuſmodi lectionem videtur nactus, ἴχνος ἔχον πλευρὰς τὰς μὲν ἐλάττονας, πέντε ποδῶν, τὰς δὲ μείζους δέκα. Hanc lectionem & ego ſum ſequutus, quòd commodior vi-
E deretur: qui tamen alteram malunt, eam ſequantur. Sed fortaſſe non eſſet abſurdum ſi legeremus οὐκ ἐλάττονας ἢ πέντε, &c. id eſt, quorum quę maxima nou ſunt minora quàm 15. pedum magnitudine.

Τροπαιοῦχον) τροπαιοῦχος Epithetum eſt Iouis: quod ſignificat eum, in cuius poteſtate ſunt trophæa, quidam Trophæalem vocant. σκυλοφόρος Iupiter vocatur, quaſi dicas, *ſpolia ferens*: Feſtus Iouem Feretrium à ferendo dictum tradit: quòd pacem ferre crederetur, ex cuius templo illius ſeculi homines ſumebãt ſceptrũ, per quod iurarent, & lapidem ſilicem, quo fœdus fe-
F rirent. Propertius Elegia 11. 310. 311. 312. cur Iupiter Feretrius ſit dictus pluribus docet.

¶Pag. 56. Neque poſſeſſiones, Οὔτε κτίσιν) Κτῆσιν mallem. κτίσις enim ſignificat ædificium, opus conditum, & ipſam condendi actionem: κτῆσις verò poſſeſſionẽ: quæ ſignificatio huic loco couuenire videtur: niſi fortè τῷ τῆς κτίσεως nomine ipſum ædificandi ius intelligas: quod certè parum veriſimile.

A Græcis originem ducentes, Τὸ γένος ἔχοντας Ἑλληνικόν) Si vulgatam lectionem retineamus, paulò pòſt e-
G rit legendum μετὰ τοῦτο τὸ πλεῖον, & δὲ particula tollenda. Cætera enim κατὰ μετοχὴν dicuntur: alioqui ἔχουσιν ἦσαν, vel εἶχον eſſet legendum. Illa quoque diſtinctio poſt

ctio poſt πόλεμον eſt expungenda.

Vere ineũte, Εἰς νέωτα) Εἰς νέωτα propriè ſignificat in proximum annum vel in futurum. Hic verò, ineunte vere. Dionyſius enim hoc explicat quum ſubiicit, ἦρος ἀρχομένου μέλλοντες ἐξάγειν οἱ Σαβῖνοι.

Satis firmo præſidio, Ἐχυρᾷ φρουρᾷ) Copulam καὶ deſiderari puto: alioqui minus commoda fuerit conſtructio: hic enim ἀσύνδετον non eſt: quod apparet ex tot copulis, quæ in eadem periodo ponuntur.

¶Pag.57. Et quæcunque alia huiuſmodi ad bellum neceſſaria, Καὶ ὅσα τοιούτοις ἀφορμῶν ἦν, καὶ εἰς ἅπαντα ἐπεχειρεῖτο) Si codex mendo caret hoc loquendi genus paulò durius videbitur, & vel τὸ ἐπεχειρεῖτο erit repetendum in præcedentibus verbis, vel aliquid ἰσοδυναμοῦν ſubaudiendum ad ſententiæ perfectionem. Quòd ſi tollamus particulas illas καὶ & εἰς, lectio longè commodior erit, atque præcedentia erunt partes, hoc verò ἅπαντα totum denotabit: illud εἰδικώτερον, hoc verò γενικώτερον compendij gratia declarabitur. Hæc autem erit conſtructio, καὶ ἅπαντα ὅσα ἦν τοιούτοις ἀφορμῶν ἐπεχειρεῖτο.

Ad bellum neceſſaria, Τοιούτοις ἀφορμῶν) Ἀντὶ τοῦ τοῖς τοῖς πράγμασι τοῖς πολεμικοῖς, ἤγουν τῷ πολέμῳ. Sed hic ego ſenſum potiùs, quàm verba ſum ſequutus.

Illi his omnibus poſtulatis contentis, Οἱ δὲ ἀνδρὶ τῶν ἀξιουμένων ὑπακούσαντες) Quoniam autor paulò antè dixit, Ῥωμύλος δὲ ἀξιοῦντος, vt ſequentia cum ſuperioribus bene coniungantur nunc eſſet dicendum ὑπακούσας ἀνδρί, &c. alioqui ſuprà legendum eſſet ῾Ρωμύλος δὲ ἀξιουσῶν τῶν μὲν γυναικῶν, & paulò poſt, οἱ δὲ ἀνδρὶ Quòd ſi neutrum placet, conſtructionis ordinem dicemus mutatum fuiſſe.

Exiſtimans fore vt ibi tempus fruſtra tereret, Οὐκ ἔχων ὅ,τι χρήσηται τῇ τριβῇ) Si codex mendo caret, hæc ita ſunt vertenda. Omnis conſilij inops hærebat, quòd neſciret in quas res tempus eſſet impendendum, dum ſcilicet aliqua rei commodè gerendæ occaſio ſe offerret. Gelenius hæc ita, *hærebat inops conſilij, ratus fore vt fruſtra tempus ibi tereret.* Quibus verbis adducor vt credam eum legiſſe νομίζων ὅτι χρήσεται τῇ τριβῇ τοῦ χρόνου. Hanc lectionem vt vulgata meliorem ſequi non dubitaui. χρῆσθαι τῇ τριβῇ τοῦ χρόνου, ἀντὶ τοῦ χρόνον τρίβειν.

Armillarum, Ψελίων) Ψέλια, καὶ ψάλλια, καὶ ψέλλια idem: ſi modò τοῖς λεξικογράφοις habenda fides, armillæ. Quare nihil mutandum.

Annulorum, Τῶν δακτύλων) Vel eſt μετωνυμία, & digitus pro annulo ponitur, quo digitus ornatur. Græci δακτύλιον vocant: vel certè δακτυλίων eſſet legendum: nihil tamen auſim mutare.

Præclari facinoris deſiderio. Πράγματος ἐπιθυμία) Sylburgius ait ἐπιθυμίᾳ legendum, & cum ἔρως iungendum, vt ab illo εἰσέρχεται regatur: quæ conſtructio paulò durior, quòd hoc nomen ab illo verbo ſit remotius. Sed vulgatam lectionẽ potes tueri, ſi ſubaudiẽdum dicas τινὰ ἔνεκεν. Hoc ipſe ſenſus tibi dictat.

Vt cum ipſo duce, Ὡς αὐτῷ στρατηλάτῃ) Mallem, vt vſitatum loquendi genus flagitat, ὡς σὺν αὐτῷ στρατηλάτῃ ἐπιλαμβάνων τοὺς πολεμίους, legeretur: alioqui κατὰ σχηματισμόν, καὶ ἑλληνισμόν hoc ab autore fuerit dictum.

¶Pag.58. Indignatos mercedis magn. Χαλεπαινόντες ἐπὶ τῷ μεγέθει) Hæc oratio videtur ἀνακόλουθος. legitima enim conſtructio talem lectionem flagitat, φασὶ γὰρ δεῖν αὐτοῖς τὸν χρυσὸν, ὥσπερ ἡ σύμβασις ἔχει, κατὰ τὰς ὁμολογίας ἀποδιδόναι, χαλεπαίνοντας, & paulò poſt λέγειν. His reſpondebit τὸ ἀποχρώμενοι. alioqui dicendum χαλεπαίνοντες ἔλεγον, & δυνάμενοι ἀποχρώμενοι. quod ſi verum, hæc ab illo φασὶ non regentur: ſed abſolutè dicentur.

Penitus, Τὸ εἰς τέλος) τέλος legendum: præpoſitio εἰς hoc indicat.

Ex vulnere, Ἐκ τοῦ τραύματος) Ἔχειν deſideratur: hoc addito lacuna replebitur, ῥᾷον ἔχειν, melius ſe habere ῥᾷον ἔχειν ἐκ τραύματος, ex vulnere ſe melius habere.

Vrbs ſua, Τὴν πόλιν αὐτῶν ἀλῶναι) Ex iis quæ ſuprà vidimus, & quæ ſequuntur apparet (ni fallor) per τὴν πόλιν ipſum Capitolium à Sabinis occupatum intelligi, quod erat inſtar vrbis amplæ munitum. Neque enim hoc ad reliquam vrbem Romanam commodè videtur referri poſſe.

Difficilis autem, Ἦν δὲ αὐτοῖς ἀνάπτις) Imò verò ἡ ἀνάπτις potiùs eſſet dicendum, id eſt, *Erat autem ipſis difficilis receptus in caſtra*: Cur? quia ex loco ſuperiore pulſi
A per locum cauum, & anguſtum hoſtibus inſequentibus in caſtra fugere cogebantur: quamobrem etiam magnam cladem in hac fuga acceperunt. Sed ſi per ἀνάπτιν ἀπόκρημνον intelligas præcipitem ac proinde difficilem receptum, bene res habebit, & nihil mutandum erit.

De compoſitione verò cum hoſtibus, Συμβάσεως δὲ περὶ τοῦ διαλέγεσθαι) Vel τὰ δὲ συμβάσεως πέρι. vel τὰ δὲ περὶ συμβάσεως διαλέγεσθαι. vel περὶ δὲ τῆς συμβάσεως διαλέγεσθαι legendum puto. Conſtructio lectionem huiuſmodi fla-
B gitat.

Quod in ſuperbo hoſte nihil moderati, Ὅτι τοῖς αὐθάδεσιν οὐ μετριότης γίνεται) Μετωνυμικῶς vitia pro ipſis hominibus, & adiuncta pro ſubiectis ponuntur. ἀντὶ τοῦ ἐν τῷ αὐθάδει ἐχθρῷ οὐ γίνεται μετριότης. ἀλλὰ βαρύτης πρὸς τὸ ἀδύνατον, ἄλλων ἐχθρῶν ὅτι δυσχερείας πεπόνθασιν.

Inter ſe colloquutæ fuiſſent, Λόγον ἑαυτοῖς δοῦσαι) Legendum proculdubio ἑαυταῖς. Hoc enim ad γυναῖκας refertur, de quibus hic agitur.

¶Pag.60. Quibus verò conditionibus, Ἐφ' οἷς δὲ γένοιντο δικαίοις) Τῷ δικαίων nomine apud Dionyſium ſex-
C centis in locis conditiones appellantur: ſed non quæuis, at eæ quæ ſunt æquæ, & iuſtæ.

Ipſos duces in vnum coëuntes, Τοὺς ἡγεμόνας αὐτῶν) Hoc pronomen αὐτῶν neque ad ſolos Romanos, neque ad ſolos Sabinos referri poteſt commodè. Fortaſſe melius ſi αὐτοὺς legeremus, vel ἀμφοτέρων, δηλονότι καὶ τῶν Ῥωμαίων, καὶ τῶν Σαβίνων. Niſi dicas illud quidem retinendum, hoc verò ἀμφοτέρων ſubaudiendum, quod certè non eſſet abſurdum, id eſt, Dicebant ipſos am-
D barum partium duces in vnum, eundémque locum venturos, & pro arbitrio, ita tamen vt communem vtilitatem ſemper ob oculos haberent, de pacis conditionibus conſulturos, eáſque decreto ſuo ratas facturos.

Pro arbitrio, Ἐφ' ἑαυτῶν) id eſt, *inter ſe, & remotis arbitris*: vel *pro arbitrio*, ſiue *arbitratu ſuo*.

Donec qui aderant, Τέως ἀπαντῶσι) Τέως ἀντὶ τοῦ ἕως poſitum, vt pag.21. & 24, ex ipſo ſenſu hoc facilè patet. ἕως)(τέως: Sic apud Latinos, quandiu)(tandiu, & tan-
E diu)(donec.

Hæc quum iuraſſet, Ταῦτα ὀμόσαντες, καὶ βωμοῖς) Περιφραστικῶς fœdus ad aras iureiurando interpoſito inter vtramque gentem ictum fuiſſe dicit. Hæc autem in feriendis fœderibus obſeruabantur.

Quando ipſa multitudo non parum creuiſſet, Ἐπίδοσιν εἰς ὄχλου πλῆθος ἱκανήν) Δηλονότι τὰ πράγματα. Sed hic res pro ipſa ciuitate ponuntur, cuius multitudo mirum in modum creuerat.

Sed Terentius Varro, Οὐάρρων δὲ Τερέντιος) Videtur
F dicendum potiùs Τερέντιος δὲ Οὐάρρων, vt pag.84. bene legitur, vtque à Latinis hic autor vocatur.

Iam multò antè, Πάλαι πρότερον) Vel eſt πλεονασμὸς ἀντὶ τοῦ κατὰ παλαιότερον: id eſt, *multo antè*, vel παλαίτερον ἔτι legendum.

Hæc nomina curiis fuiſſe impoſita, Ἐν ταῖς κουρίαις τεθεῖσθαι τὰ ὀνόματα) Si codex eſt incorruptus, nouum eſt loquendi genus, ἀντὶ τοῦ ἐπιτεθεῖσθαι τὰ ὀνόματα ταῖς κουρίαις. vel pro ἐν legendum ἐπί, vel certè tollendum.

Patriis, Τὰ δ' ἀπὸ πάτρων) Error eſt manifeſtus, qui
G ex ipſo ſenſu, & Dionyſij verbis præcedentibus elici poteſt, legendúmque πατέρων, quam lectionem & ipſe Gelenius videtur nactus, & ego ſum ſequutus, quòd eam vulgata longè commodiorem eſſe iudicarem.

¶P.61.Modiũ cognomine Fabidiũ, Παῖδα μόδιον ὄνομα, φαβίδιον ἐπίκλησιν) Exiſtimo legẽdũ μέδιον ὄνομα, φίδιον ἐπίκλησιν. Iſtã lectionẽ ſequentia confirmant. Sic enim paulò pòſt Dionyſius, τοῦτον δὲ Σάγκον (inquit) ὑπὸ πατρίων καλεῖσθαι. Sed hîc quoque vt multis aliis in locis Dionyſius videtur allucinatus. Quoniam enim apud Latinos erat iuriſiurandi formula, *Mediusfidius*, quod idẽ valet ac, Ita me Dius fidius amet, id eſt, Ita me Hercules Iouis filius amet, ipſe fortaſſe exiſtimauit illius nomen fuiſſe Medium, cognomen verò, Fidium. Quare hæc ita ab eo ſcripta, ſed poſtea corrupta fuiſſe puto. Gelenij verſio noſtram coniecturam confirmat. Feſtus hac de re agens hæc dicit. *Mediusfidius compoſitum videtur, & ſignificare Iouis filium, id eſt, Herculem, quod Iouem Græci Δία, vt nos Iouem; ac fidium pro filio, quod ſæpe antiqui pro L. litera D. vtebantur. Quidam exiſtimant iuſiurandum eſſe per Diui fidem, quidam per diurni temporis, id eſt, per diei fidem.* hæc Feſtus. Alij, quorum ſententia videtur bona, fidium Herculem putant appellatum à fide, cui præerat hic deus. Plaut. in Aſin. *Per Dium Fidium credis iurato mihi?*

Haſtas enim Sabini vocant Cures, Κύρεις γὰρ οἱ Σαβῖνοι τὰς αἰχμὰς καλοῦσιν) Idem & Ouidius ſecundo Faſtorum de Quirini appellatione agens teſtatur,

——at tertia dicta Quirino
Qui tenet hoc nomen Romulus antè fuit.
Siue quòd haſta curis priſcis eſt dicta Sabinis,
Bellicus à telo venit in aſtra Deus.
Siue ſuo Regi nomen poſuêre Quirites,
Seu quia Romanis iunxerat ille Cures.

Sed in nonnullis codicibus *quiris* pro *curis* extat ſcriptum.

Hunc autem Samum, Τοῦτον δὲ τὸν Σάμον) Gelenius videtur legiſſe Σάβον, quod mihi quoque placet. Quanquam & quidam Σάγκτον legendum putant, quæ lectio non eſt damnanda. Nam Silius Italicus lib. 8. vtrãque lectionem retineri poſſe demonſtrat: quãdo hac ipſa de re agens ita canit,

Ibant, & læti pars Sanctum voce canebant
Autorem gentis, pars laudes ore ferebant
Sabe tuas, qui de patrio cognomine primus
Dixiſti populos magna ditione Sabinos.

Quare à Sabo nomen Sabini filii deductum, ab hoc Sabino Sabinos appellatos dicemus. Lapus vertit Sangum: quare puto codicem ei fuiſſe oblatum, in quo legebatur Σάγκον pro Σάγκτον, de quo & ipſe Ouidius 6. Faſt. hoc tradit,

Quærebam Nonas Sancto, Fidióne referrem.
An tibi Semipater, tunc mihi Sanctus ait.
Cuicunque ex illis dederis ego munus habebo,
Nomina terna fero, ſic voluere Cures.
Hunc igitur veteres donarunt æde Sabini,
Inque Quirinali conſtituêre iugo.

Sed quid per Δία πίστιον ſit intelligendum, & quomodo hîc legendum, patet ex ipſius Dionyſij verbis, quæ extant infrà pag. 190. Sic enim ibi, Ἐν ἱερῷ διὸς πιστίου, ὃν Ῥωμαῖοι Σάγκτον καλοῦσιν. Propertius autem τοῦ Σάγκτου ἔτυμον aperit,

Hunc quoniam manibus purgatum ſanxerat orbem,
Sic Sanctum Tatiæ compoſuêre manus.

Cotynas, Κοτύνας) Sunt qui κοτυλίας putent legendum: ſed cùm neutrius appellationis vllum autorem habeamus, quem ſequamur, vulgatam lectionem retinebimus, donec meliorem videamus.

Quas immunitas colebant, Ἐν αἷς οἰκεῖν ἀτειχίστοις) Mallem ἀτειχίστους, vt hoc epithetum non ad vrbium incolas: ſed ad ipſas vrbes referatur, quod eſt commodius.

Pomptini vocantur, Πωμεντῖνα πεδία) Meliùs fortaſſe, ſi dicas πωμετῖνα. Nam ab vrbe *Pometia*, quæ eſt in Latio, ager Pometinus eſt dictus, qui poſtea voce per ſyncopen formata, & litera p. inſerta, Pomptinus eſt appellatus.

Faroniam vocant, Φαρωνίαν καλοῦσιν) Conſtat tamen hanc deam Feroniam, non Faroniam à Romanis appellatam: vide Plin. lib. 2. c. 55. & Liuium. Poëta de hac agens, ita canit Æneidos libro ſeptimo,

Circæumque iugum, queîs Iuppiter Anxurus aruis
Præſidet, & viridi gaudens Feronia luco.

Cuius igitur autoritatem ſequutus Dionyſius hanc deam ita vocatam dicat, ignoro: præſertim cùm ipſemet pa. 128. de hac ipſa faciens verba φερωνίαν appellet. Hæc enim ille,
A Ἱερὸν ἐστι κοινῇ τιμώμενον ὑπὸ Σαβίνων τε, καὶ Λατίνων, ἅγιον ἐν τοῖς πάνυ, θεᾶς φερωνίας ὀνομαζομένης, &c. Qui inquam, vt obiter hoc dicam, φερωνίας, vt alibi per ε. tantùm videtur ſcribendum.

Forum, Ἀγορὰν αὐτόθι) Τὸ αὐτόθι ſeruit explicationi αὐτῆ τοῦ ἐν τῷ πεδίῳ ὑποκειμένῳ τῷ καπιτωλίῳ. Ibi inquam forum conſtituerunt.

Vouerant, Οἷς ηὔξαντο) Fortaſſe meliùs, ſi οὓς legas, vt ad βωμοὺς referatur, id eſt, quas aras diis vouerant in præliis. Si vulgatam ſequamur, vertemus, conſecrarũt
B aras diis, quibus eas in præliis vouerant.

Mugonia, Μυκωνίσι πύλαις) Hanc portam alij Mugoniam, alij Mugioniam à mugitu dictam putant. Feſtus à Mugio quodam appellatam tradit.

Deus eius precibus exauditis, Θεὸς ὑπακούσαντι) Ὑπακούσας legendum puto: ſic enim hæc ſunt conſtruẽda. Θεὸς ὑπακούσας ταῖς (αὐτοῦ) ἀρχαῖς ἱκεσίαις ἔστησέ τε. &c. ex vulgata lectione nullus commodus ſenſus elici poteſt.

¶Pag. 63. Quare iuſsit eos, Δικάζεσθαι δ' αὐτοῖς ἐκέλευσε)
C Αὐτοὺς potiùs videtur legendum, quod cum ſequentibus melius adhærebit. Quòd ſi αὐτοῖς retineas, & paulò pòſt τοῖς ἀδικεῖσθαι λέγουσιν εἰς Ῥώμην ἀφικομένοις eſt legendum. Prior lectio minorem, ac probabiliorem mutationem habet.

Nec re diutius neglecta, Οὐδὲν ἔτι ἀμελήσας) Fortaſſe μελλήσας meliùs haberet, id eſt, *nihil ampliùs cunctatus.*

Romam autem delatus, Εἰς Ῥώμην κοσμηθεὶς) Ex ipſo ſenſu, & legitima verborum ſtructura κομισθεὶς
D legendum patet: hoc ab aliis interpretibus omiſſum videtur.

¶Pa. 63. Coloniam fecit, Ἄποικον ἐποίησε) Si codex mendo caret idem hoc valet ac alterum illud loquẽdi genus, quo Dionyſius vti ſæpe ſolet, ταύτην τὴν πόλιν ῥωμαίων ἀποικίαν ἐποίησεν. Eodem modo loquitur pa. 101. vbi de Medullia facit verba, κατὰ συνθήκας παραλαβὼν ῥωμαίων ἐποίησεν ἄποικον.

Cum Veientibus, Ἡ καλεῖται μὲν Ἰοῖ) Exiſtimo vt apud Plutarchum legitur Οὐηΐοι: ſic etiam hîc legendũ,
E & pro Γ'εντανοί, reponendum Οὐηϊεντανοί. Hic error apud hunc autorem paſsim occurrit. Quanquam & Οὐΐοι, vel potiùs Οὐΐοι, & Οὐϊεντανοὶ dici ſatis commodè poteſt, vt quibuſdam placet.

A Salinis abſtinerent, Τῶν ἄλλων ἀποστῆναι) Error eſt manifeſtus, & ἁλῶν eſt ſcribendum, & per τοὺς ἅλας ipſas ſalinas intelligit. Plutarch. in Romulo lectionẽ iſtam confirmat, quum ſcribit, τῶν παρὰ ποταμὸν ἐνστάντες ἁλοπηγίων.

¶Pag. 64. Ipſe ſolus ea pœna, Τὴν δίκην αὐτὸς μόνος)
F Si participium ὑποσχὼν addas, iſtam lacunam facilè, & commodè replebis. Sic autem ſuprà Dionyſius eſt loquutus, Δίκας ὁ Ῥωμύλος αὐτοῖς ὑποσχεῖν τίσασθε. Diſtinctio poſt τὸ ὑποσχὼν addenda eſt.

A nouis ciuibus robuſtis, Ὑπὸ τῶν νεοπολιτῶν ῥωμαλέων) Ἀντὶ τοῦ, ὑπὸ τῶν νέων πολιτῶν ῥωμαλέων. Sylburgius ait in Romano, & Veneto codicibus ῥωμαίων legi: quare ſe locum iſtum corrigere non dubitaſſe. Sed vulgata lectio eſt bona, & commodus ex ea ſenſus elicitur: nihil igitur mutandum.

G *Populi fugium* nominatum, Τῆς πρώτης τοῦ πλήθους ἐπώνυμον ἦν) Plutarchus in Romulo de his ita, ἡμέρα δ' ἐν ᾗ μετήλλαξεν, ὄχλου φυγὴ καλεῖται, καὶ νόνναι καπρατῖναι διὰ τὸ θύειν εἰς τὸ τῆς αἰγὸς ἕλος ἐκ πόλεως

κατιόντας. τὴν δ᾽ αὐγὴν πάντας καλοῦσιν. At Ouidius ſecundo Faſtorum rem iſtam apertiùs declarat his carminibus,

Eſt locus, Antiqui Capreæ dixêre paludem,
Fortè tuis illic, Romule, iura dabas.
Sol fugit, & remouent ſubeuntia nubila cælum,
Et graui effuſis decidit imber aquis.
Hinc tonat, hinc miſſis abrumpitur ignibus æther,
Fit fuga, Rex patriis aſtra petebat equis.
Luctus erat. falſæ que patres in crimine cædis, A
Hæſiſſétque animis forſitan ipſa fides.
Sed procul è Longa veniebat Iulius Alba,
Lunáque fulgebat, nec facis vſus erat.
Cùm ſubito motu ſepes tremuére ſiniſtræ,
Rettulit ille gradus, horruerántque comæ.
Pulcher, & humano maior, trabeáque decorus
Romulus in media viſus adeſſe via,
Et dixiſſe ſimul, prohibe lugere Quirites,
Ne violent lacrymis numina noſtra ſuis.
Thura ferant, placéntque nouum pia turba Quirinum, B
Et patrias artes, militiámque colant.
Iuſſit, & in tenues oculis euanuit auras,
Conuocat hic patres, iuſſáque verba refert,
Templa Deo fiunt, collis quoque dictus ab illo eſt,
Et referunt certi ſacra paterna dies.

Commentator Latinus in hæc Ouidij carmina ſcribẽs ait, hunc diem à Varrone Poplifugia vocari, quòd populus fugiſſet: alij Populi fugia nominant.

Et ad noſtra vſque tempora, Καὶ μέχρι τῶν καθ᾽ ἡμᾶς χρόνων θνητῶ) Hic locus eſt corruptus: ſed ipſe ſenſus C aliquam huiuſmodi lectionem videtur flagitare, καὶ μέχρι τῶν καθ᾽ ἡμᾶς χρόνων ὅτι καλεῖσθαι. vel (vt ex Plutarchi loco ſuprà allato colligitur) ὅχλῳ φυγὴν καλεῖσθαι. τοῖς δὲ ἀποθανοῦσι τὰ θνητὰ, καὶ εἰς οὐρανὸν ἀναβιβάσασι τὰς ψυχὰς τῶν ἐπιφανῶν τι συμβαίνει τῶν ἐκ τοῦ θεοῦ περὶ τὴν σύγκρισιν αἰδέσιμον, καὶ τὴν διάκρισιν, δεινὸν ἢ μικρὸν τοιαύτης δόξης ἀφορμὴν παρέχειν. Hanc lectionem ſum ſequutus, quòd ex vulgata ſenſum commodum elicere non poſſem. Per τὴν σύγκρισιν autem intelligit τὴν σύλληψιν, καὶ τὴν φύσιν, per τὴν διάκρισιν, τὸν θάνατον, mors enim corpus ab anima D ſeparat.

¶Pa.65. Poſterior autem ſyllaba, Χρὴ δὲ τὴν δευτέραν συλλαβὴν) Hæc παρένθεσις ipſius Dionyſij non videtur eſſe, ſuſpicor ab aliquo literarum ſtudioſo hæc in margine fuiſſe ſcripta. deinde per typographi imprudentiam ex margine in textum fuiſſe tranſlata. Quia tamẽ hoc eſt in dubio, nihil mutandum.

In Italia habitauit, Διέτριψεν ἐν Ἰταλίᾳ) Poſſumus & ita hunc locum vertere, *In Italia docuit*. Nam (vt docet Suidas) ἡ διατριβὴ οὐ μόνον τὴν διαιτὴν, καὶ διαγωγὴν, ἀλλὰ καὶ E τὸ ἐπιτήδευμα, καὶ τὸ ἀσχόλημα, καὶ τὴν διάλεξιν φιλοσόφου σημαίνει. Quod autem hic διατρίβειν, id paulò pòſt φιλοσοφεῖν appellat.

¶Pa.66. Poſtea verò concione conuocata, Ἐκκλησίας δὲ μετὰ τοῦτο) His verbis Dionyſius Numam comitiis Curiatis accedente Patrum ſuffragio, & lætis auſpiciis Regem creatum ſignificat.

Ipſi patres, Τῶν πατρικίων) Τῶν πατρικίων nomine nõ ſolùm ipſi Patricij, ſed & ipſi Patres, ac Senatores Romani intelliguntur, vt ex hoc loco, & multis aliis fa- F cilè poſſumus colligere.

Cum quadam Nympha Egeria, Νύμφην γάρ τινα μυθολογοῦσι Ἠγερίαν) Apud Latinos ſcriptores Ægeria, non Egeria plerumque ſcriptum reperias. Ouidius tertio Faſtorum.

Ægeria eſt quæ præbet aquas, Dea grata Camœnis
Illa Numæ coniux, conſiliumque fuit.

Ad conuiuium extemporaneũ, Ἐς εἰλαπίνην ὀχλικὴν) Noluì vertere, *conuiuium turbulentum*, aut *tumultuarium*, hoc enim paulò durius videretur: ſed verbo recẽtioribus G ſcriptoribus ſatis familiari ſum vſus: nam his verbis ita vocat conuiuium extempore factum, rebus nullis ad id neceſſariis multò antè comparatis.

Legum ferendarum rationem didiciſſe, Διδάσκαλος τὴν νομοθεσίαν) Id eſt, ſe ex Apollinis præſcripto leges condidiſſe dixit, vel, leges eas ſe tuliſſe dixit, quas ab ipſo Apolline acceperat.

Vt pari iure frueretur, Ἐπὶ τοῖς ἴσοις γενόμενοι μεταλαβεῖν) Suſpicor locum eſſe mendoſum, & reuera oratio eſt ἀνακόλουθος, ſi τὸ γενόμενοι retineamus. Non erit enim verbum à quo τὸ μεταλαβεῖν, καὶ τὸ δεδωκέναι regatur, quod vitioſum eſſet. Sed ſi pro γενόμενοι legas ἀξιούμενοι res optimè habebit. Sic autem hæc erunt conſtruenda. καὶ ὅσοι ἐτύγχανον ἀξιούμενοι (nam ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τὸ ἐτύγχανον eſt repetendum) μεταλαβεῖν τῆς πόλεως παρὰ τῶν ἀρχαίων οἰκητόρων ἐπὶ τοῖς ἴσοις, &c. Hanc lectionem vt vulgata longè commodiorem ſum ſequutus.

¶Pa.67. Nuntia Romanis, Ἄγγελλε Ῥωμαίοις) Si codex mendo caret, ab aoriſto ſecundo ἤγγελον hic imperatiuus deducetur: ſic ſuprà pag. 77. participium διαγγελόντες ſcribitur hinc formatum, quod apud alios non memini me legiſſe: quare obſeruandum, niſi fortè ibi διαγγείλαντες, & hic ἄγγελλε ſcribendum dicas: quod non eſſet abſurdum.

Pileotũ & infularum, Τῶν πιλωτῶν τε, καὶ στεμμάτων) Leuiſſima mutatione facta, hic locus ita poteſt corrigi, πίλων τε, καὶ στεμμάτων, ἃ καὶ νῦν ἔτι φοροῦσι φλάμινες καλούμενοι. Flamei veſtimenti meminit & Feſtus. Quanquam non deſunt qui hanc vocem per geminum m. ſcribendam cenſeant: nam flummeum à flammæ colore dictum putant.

Ob duas iſtas cauſas, Δι᾽ ἀμφοῖν δ᾽ αὐτῶν) Si lectionem iſtam retineas, ſententia pendebit adhuc, & erit imperfecta: ſed ſi (quod ex ipſo ſenſu, verbiſque præcedentibus facilè colligitur) legas ἀμφοῖν ταῦτα res optimè habebit.

Nam quæ πρυτανεῖα ab illis vocantur, Τά γε τοι καλούμενα πρυτανεῖα παρ᾽ αὐτοῖς ἐστιν ἱερά) Quid hæc ſibi velint patet ex altero loco, qui extat pag. 70. ἱστορεῖται γὰρ ὑπὸ κατασκευάσασθαι τὸ ἱερὸν τῆς Ἑστίας, καὶ οὐκ αὐτῷ καθιδρῦσθαί τε, ὥσπερ ἐν ταῖς ἑλληνικαῖς πρυτανείοις, ἑστία κοινὴ τῶν φρατριῶν.

Ea dea ſit Terra, Ὅτι γῆ τίς ἐστιν ὁ θεὸς) Quid eſſet Veſta, vnde fuerit dicta, cur virginibus in ſuis ſacris vteretur, & quid in eius templo ſeruaretur. Ouidius 6. Faſtorum his carminibus docet,

Quid mirum virgo ſi virgine læta miniſtra
Admittat ſacras in ſua ſacra manus?
Nec tu aliud Veſtam, quàm viuam intellige flammam,
Natáque de flamma corpora nulla vides.
Iure igitur virgo eſt, quæ ſemina nulla remittit,
Nec capit, & comites virginitatis amat.
Eſſe diu ſtultus Veſtæ ſimulacbra putaui,
Mox didici curuo nulla ſubeſſe tholo.
Ignis inextinctus templo ſeruatur in illo,
Effigiem nullam Veſta, nec ignis habent.
Stat vi terra ſua, vi ſtando Veſta vocatur,
Cauſáque par Graij nominis eſſe poteſt.

Cicero de Nat. 39. B. *Veſtæ nomen à Græcis, ea eſt enim, quæ ab illis* ἑστία *dicitur, víſque eius ad aras, & focos pertinet*, Idem de leg. 175. B. *Cumque Veſta, quaſi focus vrbis (ut græco nomine eſt appellata, quod nos prope idem græcum nomen interpretatum tenemus) conſpecta ſit, ei colendæ virgines præſunt, vt aduigiletur faciliùs ad cuſtodiam ignis.*

¶P.69. Per triginta annos, Χρόνον δὲ τριακονταετῆ) Hinc patet ſuprà pag. 47. τριακονταετοῖς mendoſè legi, & τριακονταετοῦς reponendum.

Depoſitis, Ἀποθεῖσαι) Error eſt manifeſtus, & ἀποθεῖσαι legendum.

Monumentis, Ἐπιτάφιοις) Ἐπιτάφια τε, ςῆλαι ἐπιτάφιαι. Columnæ quæ defunctis erigi ſolebant.

Tuam ſacerdotem, Τὴν σεαυτῆς ἱερείαν,) Mallẽ ἱέρειαν, vt βασίλειαν, Id eſt, *reginam*, ſcriberetur. Quod ipſe vſus, & formationis ἀναλογία videtur poſtulare. (bẽdũ,

Carbaſina Καρπασίνας) Καρβασίνας potiùs videtur ſcri-

κορβα-

κάρβασος enim genus erat lini tenuiſsimi, ex quo veſtes,& vela fiebāt. Qua de re Pli.li.19.ca.1. hinc καρβάσινος, καὶ καρβάσινος adiecta nomina ſunt deducta. Plin. lib.19.ca.15. noſtrā coniecturā confirmat, vbi de variis lini generibus agit. Hæc ſunt eius verba, *Hiſpania citerior habet ſplendorem lini præcipuum torrentis in quo politur natura, qui alluit Tarraconem. Et tenuitas mira,ibi primum carbaſis reperta.*

Per carbaſum, Διὰ τῆς καρπάσου) Hic quoque mendū eſſe,& καρβάσου legendum puto. Quam autē ſuprà καρβασίνην ἐσθῆτα vocauit,eam nunc κάρβασον appellat. Nonius carbaſum,pallium eſſe dicit, quo fœminæ opulentiæ cauſa vt ſerico olim mulieres,amiciebantur.

Et argumenta veriſimilia, Ἐξ εἰκότων τεκμηρίων) Hic eſt huius loci ſenſus. Qui Tuciā accuſarat nō poterat ille quidem eā violatæ pudicitiæ arguere,quòd ignis perpetuus eſſet extinctus,neque enim tale quidpiam acciderat.Sed aliis argumentis non veris at veriſimilibus,atque adeò falſis teſtimoniis eā premebat. ἀποδείξεις vocat probationes, quibus aliquid probamus, ἀποδείξεις οὐκ ἀληθεῖς ἐξ εἰκότων τεκμηρίων appellat probationes falſas,quæ ex argumentis probabilibus, & veritatis ſpeciem præ ſe ferentibus ducuntur. Sed μαρτυριῶν ἀποδείξεις οὐκ ἀληθεῖς vocat falſa teſtimonia,quorum autoritate accuſator nitebatur vt pudicitiam a Tucia violatam probaret.

Effudiſſe, Ἐξηρύσατο τὸ ὕδωρ) Ἐξηρύειν, ſi modò codex eſt ſan°,propriè ſignificat aliquid ex terra eruere,quaſi ἐξ ἔρας ἐρύειν.ſed ſæpe,vt hoc loco,ponitur pro encere, & effundere. Sed fortaſſe melius ἐξεχέατο. Suidas, Ἐξεχέοντο τοὺς λίθους.i. κατεχέοντο, ἐπέχεον, ἐπήρκεσαν. .... ἡ λέξις ἀπὸ τῆς ἔρας, ὅ ἐστι τῆς γῆς.

Nam Agonales, Οἱ μὲν γὰρ Ἀγωναλεῖς) Ex Ouidij verbis,quæ extant Faſtor.pri.poteſt facilè cognoſci quinam dicerentur Agonales,quæ Agonalia, & quid eſſet ἀγών. Sic autem ille canit,

Quattuor adde dies,ductis ex ordine Nonis,
Ianus agonali luce piandus erit.
Nominis eſſe poteſt ſuccinctus cauſa miniſter,
Hoſtia cœlitibus quo feriente cadit.
Qui calido strictos tincturus ſanguine cultros,
Semper Agóne rogat,nec niſi iuſſus agit.
Pars,quia non veniant pecudes,ſed agantur,ab actu
Nomen agonalem credit habere diem.
Pars putat hoc feſtum priſcis Agnalia dictum,
Vna ſit vt proprio littera dempta loco.
Aut quia prœuiſos in aqua timet hoſtia cultros,
A pecoris lux eſt ipſa notata metu.
Fas etiam fieri ſolitis ætate priorum
Nomina de ludis græca tuliſſe diem.
Et prius antiquus dicebat Agonia ſermo,
Veráque iudicio eſt vltima cauſa meo.

Panathenæa, Παναθήναια) Feſta erant Athenis à Theſeo in honorē Mineruæ inſtituta.Latini Quinquatria vocant.Erant autem & maiora,& minora:minor. quotannis peragebantur, maiora quinto quoque anno celebrabantur.

Balteis, Μίτραις) Μίτραις legēdum, vt ipſe ſenſus indicat.Quantū autē diſcrimen ſit inter has duas voces, quilibet vel mediocrē linguæ græcæ notitiā adeptus facilè dicat:nequid tamen temerè viderer mutare,vulgatā vocē retinendā, & lectorem monendum cenſui.

Geſtantes prætextas ſubtegminis punicei, Τηβέννας ἐμπεπορπημένας περιπορφύρους, φοινικοπαρύφους) Hic locus poteſt ita verti.*Induti togis purpuram circumtextam,& orā extremam punicei coloris habentibus,quas fibulis annectebant, & quæ à Romanis trabea vocantur.* Sed Dionyſius vt melius ipſas trabeæ qualitates depingeret,his omnibus vocabulis eſt vſus,quæ iam vnam,eandémque rē ſignificāt. Τήβεννα autē ſimpliciter togam ſignificat,quam nonnulli à quodam Tebeno Arcade eius inuentore dictam putant: ſed ἰδίως trabea ſic vocatur. Quare, vt ab aliis veſtibus diſtingueretur,hæc epitheta ſæpe ſolent addi.Dicta autem περιπόρφυρος ob purpuram circum circa textam.Quamobrem etiam toga prætexta, & prætexta ſubſtātiuè nominatur. φοινικοπάρυφος verò quòd purpura togæ attexta colorē puniceū haberet: vel(vt aliis placet)quòd ſubtegmen puniceum haberet:ſæpe tamen & τήβεννος,ſiue τήβεννα ſine vllis aliis epithetis reperitur.Quid autē eſſet τήβεννα,Diony.pa.145.apertè docet.Sed (niſi fallor) hic eſt ταυτολογία.&, vel τὸ περιπόρφυρος,vel τὸ φοινικοπάρυφος redūdat,vel certè τὸ φοινικοπάρυφος ab aliquo literarū ſtudioſo ad marginem

A fuerat annotatum, vt explicatio τοῦ περιπόρφυρος : ſed poſtea per impudentiam librarij, & per imperitiam typographi in ipſum textum eſt tranſlatum.

In altum faſtigiatos, Εἰς σχῆμα κωνοειδές) Id eſt. *ſunt autem pilei alti in coni formam contracti, & in altum ad coni formam faſtigiati.*

Latera, Τοὺς λαγόνας) Vſitatiùs genere fœminino τὰς λαγόνας.

A concitato motu, Ἀπὸ τῆς συντόνου κινήσεως) Ita vocat ſaltationem,quæ concitato corporis motu fiebat,

B quam & κουρητισμὸν appellat,κουρητισμὸς autē dicebatur ſaltatio,cuius Curetes fuerunt inuentores, quod ipſe Dionyſius teſtatur his verbis, χορεία δὲ, καὶ κίνησις ἐνόπλιος, ἥ τις ἐν ἀπάσαις ...... ἐπιχωρίων ...... κουρῆτας ....

A Saliis ſaltatores vocant, Ἀπὸ τῶν σαλίων τῆς κλήσεως σαλιτῆρας) Ouid.3 Faſtorum de his ita,

Iam dederat Saliis(à ſaltu nomina ducta)
Armáque,& ad certos verba canenda modos.

Cætera, quæ de his,& de Mamurio ab eo traduntur le-

C ctor φιλομαθὴς apud ipſum autorem videbit. Sed Dionyſius hic quoque videtur allucinatus, qui ſaltatores à Saliis deducat,cùm contrà Salios,à ſaliendo, & ſaltando conſtet dictos,vt & Ouidius teſtatur.

Saltatores, Σαλιτῆρας) Imò verò σαλτήτορας eſſet dicēdū, ſaltatores enim,non ſalitores voce recepta dicebātur.

Opificis, qui, Τινὸς τὸ ἔργον) Hæc puto tranſpoſita,& in ſuas ſedes ita reſtituenda, τινὸς δημιουργοῦ τὸ ἔργον ἀναδείξαντος.

Cœleſtis ſcuti ſpecies, Τὴν διοπετοῦς φύσιν) Φύσιν vi-

D detur appellare ſcutorum ſpeciem, & formam naturalē,quam vulgo *vinam* vocamus:quæ ſcutū illud cœleſte referebat:ita vt illud ipſum eſſe videretur.

¶Pag 71.Sacrum collegium, Ἱερὸν ἀρχεῖον) Ego verti, collegium ſacrum,quæ ſignificatio huic loco conuenit.Sunt autem qui hoc nomine magiſtratum intelligi putent:vtraque interpretatio bona.

Ab Æquicolis, Τῶν καλουμένων Ἐκίκλων) Suſpicor Αἰκουικλῶν legendum:hos Latin. & Æquiculanos, & Æquicolas vocant:horum meminit Virg.lib. Æneid.7.

E *Horrida præcipuè cui gens,aſſuetáque multo*
Venatu nemorum,duris Æquicola glebis.

Plinius libro 3.cap.12.

Vlli fœderatæ ciuitati, Κατὰ μηδεμίαν ἔνσπονδον πόλιν) Si codex eſt ſanus,erit σχῆμα λόγου καινοπρεπές: at ſuſpicor μηδεμίας legēdū,vt recepta dicēdi forma flagitat: plures verò negationes apud Græcos magis negāt,vt docent Grāmatici. Sylburg.μιᾶς pro τινὸς poſitum putat.

Fœderati, Ἔνσπονδοι λέγοντες) Sylburgius ait,forſan legendū ἔνσπονδοί γε ὄντες:ſed vulgata lectio eſt bona: nā

F ita ſunt ſic conſtruenda, μόνοι δὲ πάντες ἔνσπονδοι τὰ δίκαια αὐτῶν, λέγοντες ἀδικεῖσθαι ὑπὸ Ῥωμαίων.

Pontifices appellantur, Ποντίφικες προσαγορευόμενοι) Reuera Pontifices à pontibus faciendis dictos eſſe cōſtat.Hac in re fere omnes conſentiunt: ſed tamen de his pōtibus non vna eſt omnium ſentētia Multi enim (vt & Dionyſius)tradunt eos dictos quòd pontē ſublicijū facerent,ac reficerent.Alij verò (quorū ſententia ad veritatem propiùs accedere videtur) aſſerunt Pontifices dictos à pōtibus, quos ſacrificiorū cauſa facie-

G bāt,per quos victimā immolandā deducebāt,& ſupra quos eā iugulabant. Hūc autē morē,& huiuſmodi pōtes,& varias cæremonias,quæ à Pōtificibus in ſacrificiis obſeruabātur,Prudētius inſignis poeta ἐν τῷ περὶ στεφάνων elegantiſsimis carminibus deſcribit,quæ omnibus

rerum antiquarum, ac reconditarum ſtudioſis grata fore ſpero. Quare hic ea ſubſcribere non grauabor.

Summus ſacerdos nempe ſub terram ſcrobe
Actu, in profundam conſecratus mergitur
Mirè inſulatus, feſta vittis tempora
Nectens, corona tum repexus aurea
Cinctu Sabino ſericam fultus togam.
Tabulis ſupernè ſtrata texunt pulpita
Rimoſa rari pegmatis compagibus,
Scindunt ſubinde, vel terebrant aream,
Crebróque lignum perforant acumine,
Pateat minutis vt frequens hiatibus.
Huc taurus fronte torua, & hiſpida,
Sertis reuinctus, aut per armos florens,
Aut impeditus cornibus deducitur.
Nec non & auro frons coruſcat buſtia,
Setáſque fulgor bracteatus inficit.
Hic vt ſtatuta eſt immolanda bellua,
Pectus ſacrato diuidunt venabulo.
Eructat amplum vulnus vndam ſanguinis
Feruentis, inque texta pontis ſubditi
Fundit vaporum flumen, & latè æſtuat.
Tunc per frequentes mille rimarum vias
Illapſus imber tabidum rorem pluit,
Defoſſus intus, quem ſacerdos excipit,
Guttas ad omnes turpe ſubiectans caput,
Et veſte, & omni putrefactus corpore.
Quin os ſupinat, obuias offert genas,
Supponit aures, labra, nares obiicit,
Oculos & ipſos perluit liquoribus.
Nec iam palato parcit, & linguam rigat
Donec cruorem totus atrum combibat.
Poſtquam cadauer ſanguine egeſto rigens,
Compage ab illa Flamines retraxerint,
Procedit inde Pontifex, viſu horridus.
Oſtentat vdum verticem, barbam grauem,
Vittas madentes, atque amictus ebrios.
Hunc inquinatum talibus contagijs,
Tabo recentis ſordidum piaculi,
Omnes ſalutant, atque adorant eminus.

Plutarchus verò in Numa de Pontificibus, huiúſque nominis etymologia agens hæc tradit, φασὶ δὲ καλεῖσθαι τοὺς ποντίφικας, οἱ μὲν ὅτι τοὺς θεοὺς θεραπεύουσι, δυνατοὺς, καὶ κυρίους ἁπάντων ὄντας· τὸ γὰρ δυνατὸν ὑπὸ Ῥωμαίων ὀνομάζεσθαι πότενς. ἕτεροι δὲ φασὶ πρὸς ὑπεξαίρεσιν γεγονέναι τοὔνομα τῶν δυνατῶν, ὡς τοῦ νομοθέτου τοὺς δυνατοὺς ὄντας ἱερουργεῖν τοὺς ἱερεῖς κελεύοντος. εἰ δέ τι κώλυμα μεῖζον ἢ συκοφαντοῖτο, οἱ δὲ πλεῖστοι μάλιστα καὶ τὸ γελώμενον τῆς ὀνομασίας ἀπομάζουσιν, ὡς οὐδὲν ἀλλ' ἢ γεφυροποιοὺς τοὺς ἄνδρας ὀνομασθέντας ἀπὸ τῆς τοιαύτης θυσίας· ἱερῶν ἁγιωτάτων, καὶ παλαιοτάτων ὄντων περὶ τὴν γέφυραν· Λατῖνοι δὲ τὴν γέφυραν ὀνομάζουσι.

¶Pa.72. Ἱεροδιδασκάλους) Id eſt, *ſacrorum doctores, ἱερονόμους, ſacrarum legum conſultus, ἱεροφύλακας, ſacrarum cuſtodes, ἱεροφάντας, ſacrorum interpretes*. His autem omnibus nominibus autor Pontifices appellari poſſe dicit.

Seruate rem ipſam, Α'ὐτὸ σῴζετε) Senſus videtur poſtulare vt legamus, vel αὐτοὺς ἔτι χάριν, vel ſaltem ἔτι χάριν θεοῖς ἐχόμενον. Hæc lectio fuerit commodiſsima.

Exiſtimarunt vocandos eſſe, Ε'ρινύας ὀνομάσαι) Vel ſubaudiendum eſt δεῖν: vel certè, ſi codex eſt ſanus, durum erit loquendi genus.

Nã iuſtitiam, & Themin, & Nemeſin, Δίκην μὲν γὰρ, καὶ Θέμιν, καὶ Νέμεσιν) Lapus hęc ita vertit, *Ius enim, & fas, & ta nem & quæ vocantur à Græcis Erynnies, & omnia his ſimilia à ſuperioribus quidem abunde diuina facta, & ſacrata exiſtimauit*. Gelenius commodius hæc expreſsit. Eum ſum ſequutus. Aliquid tamen addidi, quò Dionyſij verbis obſcuris maiorem lucem afferrem.

Fides alterius partis, Η' θατέρου πίστις) Fortaſſe meliùs ἡ θατέρου, quod vſitatius & commodius. Nam (vt quidã viri docti tradunt) nec θάτερος, nec θατέρα dicitur in ſingulari, quum verò θάτερον reperitur, ἀντὶ τοῦ τὸ ἕτερον in utriusque generis dicitur, ideo etiam reiecto ε. & verſo ο. in α. & tenui in aſpiratam formatur in plurali

θάτερα, ἀντὶ τοῦ τὰ ἕτερα: hic fit contractio ἐκ τοῦ ο. & α. in α. tamen θατέρου, pro τοῦ ἑτέρου, θατέρῳ, pro τῷ ἑτέρῳ, θατέρᾳ pro τῇ ἑτέρᾳ ſatis recepta. Si vulgatam lectionem retineas, vertes, *altera fides diſceptantium*. Hoc autem figuratè dictum erit pro fides alterius partis litigatorum. fides, quam iurabat, ac interponebat altera pars eorũ, qui iure inter ſe diſceptabant. Ex verbis Euſtathij patet vulgatam lectionem eſſe bonam. Sic enim ille, θάτερος, ἐκ τοῦ τὸ ἄρθρον ἐπισυναλειφθὲν τῷ ὁ ποιητικόν,

A καὶ τοῦ ἕτερος συγκείμενον, καὶ θατέρου, ἐκ τοῦ τοῦ, καὶ τοῦ ἑτέρου, καὶ θάτερον τὸ ἕτερον. τὸ δὲ ἅτερος ἐκ τοῦ ὁ ἕτερος κατὰ κρᾶσιν ἐκ τοῦ ἕτερος μόνον γέγονε τροπῇ τοῦ ε εἰς α. καὶ διὰ τὸ ἄρθρον ... θάτερον, ὅτε θάτερα κατὰ τὴν ... τῶν πληθυντικῶν. καὶ διὰ τὸ ἐξ ἄρθρου συγκεῖσθαι, αἱ ἀπόλυτα εἰσιν ἄρθρων ἐν τῇ συντάξει τὰ τοιαῦτα.

¶Pag.73. Ciuitatem quæ eſſet iuſtitiã amatura, Ο'π πόλιν τὴν μέλλουσαν ἀγαπήσειν τὰ δίκαια) Commodior fuerit interpretatio ſi dicamus, *Cum enim ille animaduerteret ad ſtudium æquitatis, & frugalitatis in ciuitate conſeruandum, co-*

B *pia rerum ad victum neceſſariarum opus eſſe, duxit, &c.*

Circumibant, Περιόντες) Περιϊόντες legendum videtur, quod ἰσοδυναμεῖ τῷ περιερχόμενοι.

Tullux Hoſtilius, Τύλλος Ο'στίλλιος) Apud Liuium, & alios paſſim Tullus Hoſtilius vocatur. Quare hic quoque vel Ο'στίλιος vel Ο'στίλλιος, videtur ſcribendũ.

Herſilij filiam, Ε'ρσιλίου θυγατέρα) Dionyſius hac ipſa de re agens ſuprà pag. 82. hæc tradit, αἱ δὲ ... ἡγουμένη τὸ βούλευμα τῶν γυναικῶν Ε'ρσιλία μὲν ἐκαλεῖτο, γένος δ' ἦν ἐπιφανὴς ἐν Σαβίνοις. ταύτην δ' οἱ μὲν φασι γεγαμημένην ἤδη σὺν

C ταῖς ἄλλαις ἐκ πόλεως ἁρπασθεῖσαν ὡς παρθένον, οἱ δὲ τὰ πιθανώτερα γράφοντες ἑκοῦσαν κατάμειναι λέγουσι μετὰ θυγατρὸς ἁρπασθείσης, καὶ δὴ καὶ τὴν θυγατέρα μονογενῆ. His verbis adductus, exiſtimo hic fortaſſe legendum, θυγατέρα Ε'ρσιλίας, τῆς ἡγησαμένης τῶν γυναικῶν πρεσβεύσεως πρὸς τοὺς πατέρας ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν, ὅτε Σαβῖνοι Ῥωμαίοις ἐπολέμησαν, καὶ τοῦ συναλλαγῆναι εἰς φιλίαν τῆς ὁμονοίας αἰτιωτάτης γενομένης δοκούσης. Hæc enim (vt ex ipſis Dionyſij verbis ſuprà allatis patet) non ad Herſiliæ filiam: ſed ad ipſam Herſiliam illius matrem ſunt referenda: alioqui Dionyſius ſibi non conſtaret,

D & locus iſte cum ſuperiore pugnaret. Gelenius non θυγατέρα, ſed Ε'ρσιλίας θυγατέρα videtur legiſſe: quod vtrũque cur malè habeat, à nobis antè declaratum. Hac ipſa de re Plutarch. in Romulo ita ſcribit, pag. ex Hẽr. Steph. typ. 46. Μηδεμίαν δὲ ἀπολόγημα τοῦ Ῥωμύλου γυναῖκα γὰρ ἀλλὰ τὸ ἀλλ' ἢ μίαν Ε'ρσιλίαν διαλαθοῦσαν αὐτοὺς ὅτι δι' ὕβριν, μηδ' ἀδικίας ἐλθόντες ἐπὶ τὴν ἁρπαγὴν, ἀλλὰ συμμῖξαι, καὶ συναγαγεῖν εἰς ταὐτὸ τὰ γένη ταῖς μεγίσταις ἀνάγκαις διανοηθέντες. Τὴν δ' Ε'ρσιλίαν, οἱ μὲν, Ο'στίλιον γῆμαι λέγουσιν, ἄνδρα Ῥωμαίων ἐπιφανέστατον, οἱ δὲ αὐτὸν Ῥωμύλον. Vnde ſatis

E apparet quanta ſit ſententiarum varietas, & quàm periculoſum aliquid temere corrigere. Si vulgatam lectionem ſequamur, Herſiliũ (de quo nihil prorſus ab alijs proditum reperio) patrem illius Herſiliæ, quæ Sabinos Romanis conciliarat, atque Tulli Hoſtilij vxorem fuiſſe dicemus. Ouid. 14. τῶν μεταμορφώσ. 419. circa finem, & Volaterranus lib. 15. 177. 2. cum Liuio Herſiliã Romuli vxorem facit. Hæc ſunt Liuij verba, *Victoria ouantem Romulum Herſilia coniux precibus raptarũ fatigata orat, vt parentibus earum det veniam, & in*

F *ciuitatem accipiat. Ita rem coaleſcere concordia poſſe, facilè impetratum*. Horum igitur autoritatẽ ſequutus, crediderim & ego Herſiliã Romuli vxorem fuiſſe, eiúſque filiam, quam Dionyſ. pag. 82. θυγατέρα μονογενῆ vocauit, a Tullo Hoſtilio ductam vxorem. Hæc enim cũ matre Herſilia, & cæteris Sabinis à Romanis rapta fuerat. Quare noſtræ correctionis coniectura damnãda non videtur.

Monumenti cum inſcriptione, Στήλας δὲ γραφὴ) ἐπιγραφὴ legendum, vt ſenſus ipſe docet.

G Populi ſuffragijs, Ψήφῳ πολιτικῇ) Verba ſonant, *ſuffragio ciuili de ipſis ex legibus lato*.

¶Pag. 74. Atque hæ quidem ſunt res, Α'ρα καὶ τὰ πεπραγμένα) Πεπραγμένα legendum puto: quam lectioné ſenſus ipſe flagitat, & ſequentia Dionyſij verba facilè cõ-

firmant. Nam τὰ πολιτικὰ πράγματα τοῖς πολεμικαῖς πράξεσιν opponuntur. Ex Gelenij verſione colligitur per ἄρματα intelligi res ab illo geſtas, quæ ad pacandum Reipub. ſtatum pertinebant: quod ſi concedatur, hanc vocem παρὰ τὸ ἄρω τὸ ἁρμόζω, id eſt, apto, formatã dicemus: ſed apud alium ſcriptorem vix reperias hoc vocabulum.

Multæ & variæ, Πολλαί τε, καὶ ἄλλαι) Si codex eſt ſanus, hæc intelliges vt ſum interpretatus. Sed fortaſſe meliùs ſi καὶ καλαὶ diceres, Id eſt, *multæ, & præclaræ res,* vel καὶ μεγάλαι: ſenſus hoc indicat.

Cluilius, Κλοίλιος) Fortaſſe meliùs ſi legas Κλούιλιος. Sic enim Liuius hunc appellat, à quo foſſam Cluiliã denominatam dicit. Sunt tamen qui Κλοίλιος legendum cenſeant.

Summum magiſtratum gerebat, Τῆς μεγίστης ἀρχῆς ἀξιωθεὶς) Id eſt, *ſummo magiſtratu dignus iudicatus;* vel, *ſummo magiſtratu decoratus.* περιφραστικῶς autem eum Albanorum dictatorem fuiſſe ſignificat, vt & Gelenius eũ vocat. Dionyſius pag. 249. poſt Amulij, & Numitoris obitum regia ſtirpe deficiente magiſtratus annuos cũ regia poteſtate ab Albanis creatos, & Dictatores appellatos dicit. Quare hunc quoque Dictatorem iã appellare non fuerit abſurdum.

Exiſtimabat etiam, Ὑπολαβών τε) Vel ὑπέλαβέ τε, vel ὑπελάμβανέ τε (vt antè dixit) legendum videtur: neque enim τὸ ὑπολαβὼν ab illo ὑπελάμβανε commodè pendere poteſt.

Malefici homines, Τῶν κακουργούντων) Eos intelligit qui ab vtroque populo mittebantur vt res hoſtium agerent, & ferrent, quod explicatur poſtea: hos ego ciues maleficos vocaui, vocabulum enim aliud commodius in præſentia mihi non occurrit. Alij interpretes hoc omiſerunt.

Vtriuſque ciuitatis, Ἐξ ἑκάστης πόλεως) Κατάχρησις, καὶ ἀκυρολογία, ἀντὶ τοῦ, ἐξ ἑκατέρας πόλεως, δηλονότι τῆς Ῥώμης, καὶ τῆς Ἄλβης. Hoc appatet infrà pagina 108.

Pœnáſque pro iniuriis illatis repoſcerẽt, Δίκας αἰτήσουσαι τῶν γεγονότων) Hic eſt huius loci ſenſus. Legati miſsi fuerunt, qui res raptas repeterent, & iniuriæ autores ad ſupplicium depoſcerent.

Eorum aduentum eluſit, Διεκρούσατο τὴν πρόσοδον αὐτῶν) Id eſt, *Eorum aduentus cauſas nõ audijt:* ſed in aliud tẽpus rem diſtulit, atque ita eos eluſit.

Romanos, Τοὺς Ῥωμαίων) Legendum, vel τοὺς τῶν Ῥωμαίων, ἀντὶ τοῦ τοὺς Ῥωμαίους, vel πρέσβεις addendum.

Iniuriam vlturos, Τοὺς ἀμυνουμένους ὑμᾶς) Si codex eſt ſanus, hic eſt huius loci ſenſus. Expectate nos, breui enim iniuriam, quam à vobis accepimus, armis vlturi veniemus: atque hæc idem valebunt ac ſi Dionyſius dixiſſet ἡμᾶς τοὺς ἀμυνουμένους ὑμᾶς προσδέχεσθε.

Armatis domeſticis copiis, &c. Καθοπλίζων, & ἐπιχαλκίδιος) Ad maiorem terrorem Albanis incutiendum, quaſi res iam gereretur, Tullus hac τοῦ χρόνου ἐναλλαγῇ eſt vſus ἀντὶ τοῦ καθοπλίσων, καὶ ἐπιχαλκισόμενος. nondum enim ſuas domeſticas copias armarat, nec ſociorũ auxiliũ accerſiuerat: ſed hoc ipſum erat facturus vt bellum Albanis indictum inferret.

¶Pag. 75. Rebus autem omnibus ad bellum paratis, Ὡς δὲ πάντα ἦσαν αὐτοῖς) Vel ἕτοιμα, vel ἐντελῆ deſiderari puto. Id eſt, *Cùm autem illi res omnes ad bellum neceſſarias paraſſent,* ſic & alibi loqui ſolet Dionyſius: atque ita ſententia, & loquutio videbitur abſoluta.

In mentẽ venit, Εἰσήει τι αὐτῶν) Si retineamus εἰσήει, proculdubio paulò pòſt κατέμεμψε, eſt reponendum: ſi κατεμέμψατο legas, εἰσῄεσαν erit dicẽdum. Alioqui orationis σύνταξις violaretur: alterum enim eſſet ſingularis, alterum pluralis numeri, quod eſt abſurdũ. Cæterùm iam τοὺς ἐν τέλει vocat ipſos duces, quibus rerum ſumma fuerat commiſſa.

Memoratu dignum. Λόγου ἄξιον ἦγε) Hic locus mihi de mendo eſt ſuſpectus: vix enim τὸ ἄγειν apud alios Græcos ſcriptores pro facere reperias. Sed vt concedamus τοῦ ἄγειν talem ſignificationem reperiri: legendum tamen videtur ἦγον, vt hoc tam ad Romanos, quã Albanos referatur: neque enim hoc ad ſolum Cluiliũ Albanorũ regẽ commodè poteſt referri. Sequentia Dionyſij verba noſtram cõiecturam cõfirmant. Quòd ſi codex mendo caret, hoc à Dionyſio liberiùs dictum erit. Solet enim non ſolùm verba: ſed etiã integras Latinas loquutiones, vt & apud Plutarchum videmus, vſurpare. Quare non eſt quòd iã miremur ſi ita loqua-
A tur. Videtur tamen & ipſe Demoſthenes tertia Philippica τὸ ἄγειν, ἀντὶ τοῦ ποιεῖν vſurpaſſe. Hæc ſunt eius verba, Ἦν τι, τότ' ἦν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐν ταῖς τῶν πολλῶν διανοίαις, ὃ καὶ τοῦ Περσῶν ἐκράτησε πλούτου, καὶ ἐλευθέραν ἦγε τὴν Ἑλλάδα, quo in loco τὸ ἦγε ἀντὶ τοῦ ἐποίησε poſitum.

Moleſtè ferens ignauũ otiũ, Ἀχθόμενος ὅτι τῇ ἀπράκτῳ καθέδρᾳ) Id eſt, cũ ægrè ferret quòd ſui milites tempus fruſtra tererent, & nihil memoratu dignum facerent, decreuit, &c.

Metius Suffetius, Μέττιος Φουφέτιος) Sigonius hanc
B lectionem retinendam cenſet, & Metius Fuffetius dicendum ait. Liuius tamen autor fide dignus Suffetiũ hunc vocat. Ego eum ſequi non dubitarim.

Niſi inter ſe fœdus faceret, Εἰ μὴ σπείσονται) Hæc ita videntur legenda, εἰ μὴ σπείσονται πρὸς ἀλλήλους, τὸν πόλεμον ἀφύλακτον ὄντα, atque hic erit ſenſus. Metius Suffetius videbat grauiſsimum periculum Albanis, & Romanis impendere ab externo hoſte. quodnam? bellum improuiſum: atque iſta τὸν πόλεμον erunt quædam pręcedentium explicatio.

C Alius rei index, Μήνυσιν ἑτέραν) Potes & pro ἑτέρων intelligere. Id eſt, indicium aliorum. Indicium coniurationis ab aliis factum.

Quarum multi ſunt participes, quæque ſunt lentæ, Πολυανθρώποις, καὶ χρονιζομέναις συνωμοσίαις) Id eſt, *In multorum capitum, & lentis coniurationibus.*

Diutius cunctatus, Διαμελλήσας) Perperam antè διαμελήσας.

Deſcendere velletis, Ὑπομείνοντε) Vel ὑπομένοιτε legendũ, vt ſit Optatiuus ab ὑπομένω, Vel ὑπομείναιτε,
D vt ſit opt. aor. 1. act. ab ὑπομένω. Nec enim aor. 2. ὑπέμεινον, aut in opt. ὑπομείνοιμι dicitur.

In humana ratiocinatione, Μακρῷ δέ τινι τῶν ἐν λογισμῷ) Si codex mendo caret, hæc ſunt ita intelligenda. καὶ μακρόν τινα χρόνον ἐν ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ πολλῶν χαλεπῶν καταλαμβανομένων, καὶ τῶν δαιμονίων σημείων ἐμοὶ χαλεπωτέρων γινομένων ὁπότε χρησαίμην σφαγίοις περὶ μάχης, εἰς πολλὴν δυσθυμίαν, καὶ ἀμηχανίαν ἐνέπεσον. Id eſt, *Iam pridem autem difficultates, quæ in humana ratiocinatione deprehenduntur, atque adeò ipſa diuina ſigna, quoties victimarũ exta de prælij exi-*
E *tu cõſului, effecerunt vt animo valde triſti, dubio, ac anxio eſſem.* ſed articulum τῶν vt ſuperfluum expungendum puto. Quòd ſi retineas, hæc ita conſtrues τῶν δὲ χαλεπῶν μακρῷ τινὶ ἐν ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ καταλαμβανομένων, τὰ δαιμόνια σημεῖα, &c. Id eſt, *Cùm autem iam pridem, & ad multum tempus difficultates in humana ratiocinatione deprehenderẽtur, ipſa diuina ſigna, quoties cõſului exta vt ſcirem quiſnam prælij futurus eſſet exitus, animi grauem mærorem, magnámque conſilij inopiam mihi præbuerunt,* vel, *magno animi mærore me affecerunt, & ad magnam inopiam conſilij me redegerunt.*

F Nos cõciliat, Περιλαβοῦσα συνάγει) Ἀνάγκην περιλαβοῦσαν appellat neceſsitatem, quæ Albanos & Romanos vndique premebat, & quam nullo modo vitare poterant: aut enim pax erat faciẽda, aut exitium vtriúſque populi potentiſsimo hoſtium exercitu vtriſque imminente erat expectandum.

Facilè, Ἀκοντὶ) Ex ſequentibus patet ἀκοντὶ legendum, cui explicationis gratia ſubiicitur τὸ δίχα πόνου. Quod autem hic ἀκοντὶ, id pag. 107. συνωνύμως ἀμαχητὶ dicit: ἀκοντὶ verò idem ſignificat, quod ἀκουσίως: Id eſt,
G præter noſtram voluntatem, nobis inuitis, quæ ſignificatio ad rem præſentem facere non videtur.

¶Pa. 77. Defectionẽ facere, ſed etiam, Ἀφ' ὑμῶν ἀλλὰ καὶ) Vnico vocabulo inſerto hæc lacuna repleri poteſt

legendum igitur crediderim ἀφ᾽ ὑμῶν ἀπόστασιν, ἀλλὰ καὶ ἐπανάστασιν. Hoc autem bene: nam poteſt quis ab aliquo facere defectionem, ita tamen vt in eum non inſurgat, neque arma ei inferat: propterea Dionyſius hæc duo coniunxit.

Aliter ſentire, Θάτερα ἀξιῶν) Τὰ ἕτερα, ἕτερα, ἄλλα. ἄλλως ἀξιῶν, φρονεῖν.

Iudicium ſubire, Δίκας ὑπέχειν) Perperam antè δίκαιε legebatur. Error erat manifeſtus.

In medium proferes, Φθονήσεις φέρων) Si lectionē hanc retineas, interrogationis nota poſt εἰποῦσαι addenda. Alioqui dicendum potiùs οὐκ αὖ φθονήσεις φέρων, id eſt, non inuidebis nobis hanc rationem, nec ſilentio premes, ſed in medium proferes, & magnam tibi gratiam habebo.

Noluimus, Α᾽ξιοῦμεν) Meliùs, ἀξιοῦμεν, ἀντὶ τοῦ ἀξιώσομεν. hoc ex ipſo ſenſu, & Dionyſij verbis tam præcedentibus, quàm ſequentibus apparet.

Vt inducias, Α᾽ναβολὰς τῶν κακῶν) Ita περιφραστικῶς ipſas inducias appellat, quas alibi ἀνοχάς, καὶ ἀνοχὰς vocare ſolet.

¶Pag. 78. Alacriter accipiant, Α᾽γαπητῶς τὰ διδόμενα δέχεσθαι) Gelenius hunc locum eſt ita interpretatus, *Albani verò gratè quæ dantur accipiant*. at meliùs ſi dixiſſet, *grato animo*. Sed ni fallor, hæc loquutio ſignificat, Rebus, quæ dantur, contentum eſſe, & in iis acquieſcere.

Romanæ vrbis coloni, Τῆς Ρ᾽ωμαίων πόλεως οἰκήτορας) Id eſt, vt Romam commigretis, ibique habitetis.

Neque enim cum Sab. Οὐ γὰρ δὴ Σαβίνοις μὲν) Id eſt, *Neque enim Sabinis quidem, & Hetruſcis res præclarè ſucceſſit qui ſuas ſedes deſeruerunt vt Romam commigrarent, vobis vero, qui nobis eſtis coniunctiſſimi, res malè ſuccedet*, vel, *Neque cum illis quidem præclarè eſt actum, vobiſcum vero male agetur*.

Vterque iudicaret æquum, Δικάσοντος ἑκατέρου) Δικάσοντι τοῦτε Τύλλου, καὶ τοῦ φυφετίου.

Ex hominum memoria non ſit deletum, Ω᾽ς ἐξίτηλον ἦν) Gelenius videtur legiſſe οὐκ ἐξίτηλον. Hāc lectionem vt veram, & vulgata longè commodiorem ſequi non dubitaui. Sed ſi vulgatam retineamus contrarius erit ſenſus, qui cū præcedentibus ac ſequentibus ſententiis pugnabit.

Noſtri generis, Ο᾽μοίαν) Proculdubio ὁμοειδῆ legendum. ſic pag. 78. ἐξ ὧν τὸ Ρ᾽ωμαίων γένος ἤρξατο. & cadē pagina, ἔθνος ἐκ Πελοποννήσου τὸ ὁμογενές. aliud verò τὸ ὁμοίως, quod ad rem præſentem non facit.

Nihil prorſus adhuc immutatum fuit, Οὐδὲν ἔτι περιαιρούμενος) Si codex mendo caret, hoc idem valet ac περιῃρημένος, vel περιῃρεθὲν. atque vocem actiuam pro paſſiua poſitam dicemus, quod in ſoluta oratione rarò reperias, apud poëtas ſæpius inuenias. Xenoph. in [illegible] 4.631. πολλοὶ μὲν γὰρ διὰ τὸ κάλλος ὑπὸ τῶν διὰ τὴν ὥραν ἐξεστηκότων διαφθείρονται, ἀντὶ τοῦ ἐξεστηκότων, vel ἐξεστηκυιῶν. Suidas in voce ἐξεστηκότα. ἐξεστηκότα, inquit, ἐξεστώτα. & huius verbi ſubiicit exemplum, ἐχόντων ἐξεστηκότες, καὶ διεφθαρμένην τὴν γνώμην. Paulò pòſt rem eandem exprimens voce paſſiua vtitur, ἀλλ᾽ ἐξεστηκὼς ὑπὸ τοῦ ἐξεστακότος. Et Thucydides autor non contemnendus vſurpat & ipſe actiuū pro paſſiuo, quod non latuit Scholiaſten. Sic autem ille pa. 1. ex Henr. Step. typ. τὸ γὰρ (inquit) ἐμπορίας οὐκ οὔσης, οὐδ᾽ ἐπιμιγνύντες ἀδεῶς ἀλλήλοις, ἀντὶ τοῦ ἐπιμιγνυμένων. & pag. 6. r. 2. Οἰκοῦντες γὰρ τὴν πόλιν οἱ Κορίνθιοι ἐπὶ τοῦ ἰσθμοῦ αἰεὶ δή ποτε ἐμπόριον εἶχον, τῶν Ἑλλήνων τὸ πάλαι κατὰ γῆν τὰ πλείω ἢ κατὰ θάλασσαν, τῶν τε ἐντὸς Πελοποννήσου, καὶ τῶν ἔξω διὰ τῆς ἐκείνων παρ᾽ ἀλλήλους ἐπιμισγόντων; quo in loco τὸ ἐπιμισγόντων ἀντὶ τοῦ ἐπιμισγομένων eſt poſitum: & pag. 48. r. Νῦν δὲ (inquit) τέσσαρες ἀποχρῶσιν ἡμῖν. ἐπιψηφισμάτων, Μεγαρέας μὲν ὅτι ἐπειργασίᾳ ἐπεκάλουν, καὶ λιμένων χρῆσθαι μὴ ἐν Λακεδαιμονίους ξυμμαχίᾳ μὲν ποιοῦσι αὐτὸ ἡμεῖς, μήτε τῶν ἡμετέρων ξυμμάχων. οὔτε γὰρ ἐκεῖνο κωλύει ἐν ταῖς σπονδαῖς, οὔτε τόδε. vbi τὸ κωλύει ἀντὶ τοῦ κωλύεται poſitum patet. Homerus etiam Iliados Δ. eodem modo loquitur,

Αἳ γὰρ ἐπ᾽ ἐπάλμενοι τε, καὶ ἱππεῦσιν ἀσκελέστον

Νεστόριον πόλιος, vbi τὸ κατείληπται pro κατειλημμένα poſitū.

Et Sophocles in Aiace μαστιγοφόρῳ,

Ω᾽ κλεινᾶς Σαλαμῖνος, σὺ μέν που

Ναίεις ἁλίπλακτος. Hic τὸ ναίεις ἀντὶ τοῦ ναίει ponitur, quod & ipſe Scholiaſtes annotauit. Idem Sophocles in eadem tragœdia,

Α᾽λλ᾽ ἴδ᾽ ἵκοι δὴ τῆς ἐφ᾽ ἡμῖν ὁ μολὼν

Κλάδον ἀνὴρ ἰδαίου δηλοῖ φωνεῖς. δηλοῖ ἀντὶ τοῦ δηλοῦται. & alibi. Μεμάλευσ, ᾧ δὴ τόνδε πρὶν ἐστάλαμεν, ἀντὶ τοῦ ἐστάλμεθα. Æſchylus in Perſis, ἄλοχοί τ᾽ ἱμερόμεναι τίτρωσκε χθόνιον πεμφθέντων. pag. ex Henr. Steph. typis 128. vbi τὸ τίτρωσκε ἀντὶ τοῦ τετρωμένον, καὶ μεμαινόμενον eſt poſitum.

Sedata, Τὰ καθεστηκότα) Hic pro perſonis res ipſæ ponuntur. Nam per τὰ καθεστηκότα Dionyſius intelligit homines, quorum res ſunt ſedatæ, & qui in pacato Reip. ſtatu viuunt: his opponit τὰ ταραττόμενα, id eſt, eos, quorum res ſunt turbulentæ, & qui variis turbis conflictantur. τὰ πεπειραμένα propriè dicūtur ea, quorum periculum à nobis eſt iam factum, & quæ propterea nobis ſunt nota, & perſpecta. His opponuntur τὰ ἀδοκίμαστα, Id eſt, ea quæ nōdum ſumus experti, quæ nondum cognouimus. Sed hic quoque res pro perſonis ſunt poſitæ, id eſt, pro hominibus, quorum virtus, & egregia facinora ſunt perſpecta, aut qui nullum ſpecimen virtutis, ac fortitudinis ſpecimen ediderunt. Vel certè per τὰ πεπειραμένα homines rerum periti ſunt intelligendi, quibus τὰ ἀδοκίμαστα, id eſt, homines imperitos opponit eodem modo τὰ ὑγιαίνοντα, καὶ νοσοῦντα vocat αὐτοὺς ἀνθρώπους τοὺς ὑγιαίνοντας, καὶ νοσοῦντας.

¶Pa. 79. Vtrique enim ex iiſdem maioribus nos eſſe gloriamur, Τοὺς αὐτοὺς γὰρ ἀρχόμεθα προγόνους ἑκάτεροι) Si lectionem iſtam retineamus, proculdubio verbū ἔχειν deſiderabitur, alioqui oratio eſſet mutila, & ſententia imperfecta. Sed ſi τοῖς αὐτοῖς γὰρ ἀρχόμεθα προγόνοις ἑκάτεροι legamus, nihil erit addendum: hoc veriſimilius quā alterum, & minor eſt mutatio in poſteriore coniectura, quàm in priori.

Nónne Lauin. cauſa erit potior, Οὐκ αὖ φθάνοιεν ἀμφοτέρους ἡμῶν) Exiſtimo legendū potiùs ἀμφοτέρους ἡμᾶς. Sic enim Græci loquuntur, φθάνω σε δίκαια πράττων, anteuerto te iuſta faciens, id eſt, mea cauſa eſt melior quàm tua, mea cauſa eſt æquior, vel iuſtior quàm tua.

Valde egregiam, Πλείστην ἔχον) Ε᾽χον eſt ſcribendum, & ad διήγημα referendum.

Alienigenarum commerciis, Ταῖς ἐπιμιξίαις τῶν ἀλλοφύλων) Gelenius hanc ἐπιμιξίαν ad ſanguinis permixtionem refert: ſed ſi commercia hac voce ſignificari dicamus, res fuerit probabilior. Quanquam ex vtroque commodus ſenſus elicitur. Nam vtroque modo P. R. mores deteriores factos fuiſſe conſtat.

Multorum hominum, Ε᾽κ πολλῶν σωμάτων) Id eſt, Hæc autem vis, & potentia hominum multitudine comparatur: ſed συνεκδοχικῶς ſolum corpus pro homine toto poſuit.

His inſtitutis, Ε᾽κ τοῦ τούτων ἐπιτηδεύειν) Α᾽ντὶ τοῦ τούτους τοὺς ἐπιτηδεύματα, Id eſt, *his inſtitutis*, quæ colit, & obſeruat. Paulò pòſt dicit τούτοις τοῖς πολιτεύμασιν.

Et aduenæ cum indigenis, Ε᾽πήλυδας πρὸς τοὺς ἐπιχωριάζοντας) Ε᾽πήλυδας vocat omnes aduenas, qui Romam habitandi gratiā migrarant, τοὺς ἐπιχωριάζοντας περιφραστικῶς appellat, ipſos Romanos indigenas, qui aduenas Romam vocarant.

Qui eſtis æqui iudices, Τοὺς δικαίους κριτάς) Vel εἰρωνικῶς hoc dictum, vt ſit ſenſus, Finem dicendi faciam apud vos qui eſtis tam æqui Iudices, id eſt, adeò iniqui, ſiquidem eſtis aduerſarij noſtri: vel τοὺς οὐ δικαίους κριτὰς legendum. hanc lectionem Gelenius agnoſcit. Lapus hæc omiſit.

Cōtrouerſias dirimat, Δυνάμενος διακρίνειν) Α᾽ντὶ τοῦ ὥστε τὸ δύνασθαι. Alioqui melius eſſet ſi diceres δυνάμενον διακρῖναι.

¶Pag. 80. Cum parte aliqua Εἰς ὀλίγον τι πλῆθος ἀνδρῶν)

ϑρῶν) Id eſt. Autor ſum vt ex vtroque exercitu exiguus aliquis virorum numerus eligatur, quibus totius belli fortuna committatur, hoc enim modo minorem cladem vtrique accipiemus.

Curiatio, Κοεγατίῳ) Κυειατίῳ legendum, Curiatium enim Latini vocant: hic error in ſequentibus paſsim occurrit. Quidam tamen vulgatam lectionem vt bonam retinendam cenſent. Sigonius.

¶Pag. 81. Qui virtutem ſibi vindicet, Τὸν αὐτὴν ποιούμενος ἀρετὴν) Id eſt, qui virtutem, ac fortitudinem ſibi vendicent eámque cupiant oſtentare.

In vrbem reuerſus, Εἰς τὴν πόλιν) Vel εἰσχώρησε, vel ἐπανῆλθε deſideratur. Locus enim eſt mutilus, & ſententia imperfecta. Sylburgius παρῆν ex Rom. & Ven. codice repoſuit.

¶Pag 82. Cognationis piaculum veriti, Μίασμα μηδενὸς) Hæc ita videntur corrigenda, εἰ δὲ τὸ συγγενὲς ἐντρεπόμενοι μίασμα, τοῦτο ἀναδύεσθε, μηδεμίαν, &c. Sic enim ſuprà loquitur Dionyſius, ἐὰν δὲ ἀναδύωνται, μηδεμίαν αὐτοῖς ἀφορμὴν ἀπολείπειν.

Cognationi prætuleritis, Εἰ πρωτεῖον ἡγήσασθε) Locus eſt corruptus: ſed ita poteſt emendari, πρωτεῖον ἡγήσασθε τῆς συγγενείας τὴν πατρίδα δι' ἣν διαδικαζόμεθα, ὑμετέραν ἔστω τι ποιοῦντι βουλεύειν, vel ἐκεῖνο, vel εἰ πρωτεῖον ἡγούμενοι τῆς συγγενείας τὴν πατρίδα τυγχάνετε δι' ἣν διαδικάζεσθε, ὑμετέρας ἔσται. &c. Senſus aliquam huiuſmodi lectionem flagitat.

Tragicis ſimiles, Θεατρικῆς ἐοικότα περιπετείας) Περιπέτεια in tragœdiis ſubita & repentina rerum mutatio vocatur. Sæpe tamen ſimpliciter quiuis caſus, & euentus fortuitus ita nominatur: vocat autem θεατρικὰς περιπετείας varios rerum caſus, quos tragici recenſent, & quodammodo ſub oculos ipſos ponunt.

Summis laudibus in cælum efferebat, Κατευφημούμενοι) Id eſt, toto populo fauſtis ominibus eos proſequente.

Super eas ardentes, Ἐπὶ τῶν ἱερῶν) Gelenius vertit, *Super ardentes focos iurarunt*: Sed ἱερεῖα dicuntur τὰ καιόμενα ἱερεῖα, Id eſt, *victimæ, quæ cremantur igne* alias ἔμπυρον nomen eſt adiectum, & ſignificat rem accenſam, ardentem, inflammatam, aut quæ igne vritur.

¶Pag. 83. Poſtea verò frequentes acclamationes inter vtroſque, Ἔπειτα ἀλαλαγμοὶ τὸ ἀθρόον παρ' ἀμφοτέρων) Thucyd. li. 7. p. ex H. Ste. typ. 257. Dum deſcribit grauiſsimam illam Athenienſium cladem, quam à Syracuſanis in Sicilia præter omnem ſpem acceperant, rem ita perſequitur, vt ſub oculos ipſos ſubiiciat ancipites prælij caſus, & victoriam modò huc, modò illuc nutantem, & varia variorum militum pugnam ſpectantium ſtudia, clamores, adhortationes, obiurgationes, fiduciam, trepidationem, lætitiam, & mœrorem: quem locum Dionyſius imitatus videtur. Sic autem ille, Δι' ὀλίγου γὰρ οὔσης τῆς θέας, καὶ οὐ πάντων ἅμα ἐς τὸ αὐτὸ σκοπούντων, εἰ μέν τινες ἴδοιέν πῃ τοὺς σφετέρους ἐπικρατοῦντας, ἀνεθάρσησάν τε ἂν, καὶ πρὸς ἀνάκλησιν θεῶν, μὴ στερῆσαι σφᾶς τῆς σωτηρίας, ἐτρέποντο· οἱ δ' ἐπὶ τὸ ἡσσώμενον βλέψαντες, ὀλοφυρμῷ τε ἅμα μετὰ βοῆς ἐχρῶντο, καὶ ἀπὸ τῆς δρωμένης τῆς ὄψεως, καὶ τὴν γνώμην μᾶλλον τῶν ἐν τῷ ἔργῳ ἐδουλοῦντο. ἄλλοι δὲ καὶ πρὸς ἀντίπαλόν τι τῆς ναυμαχίας ἀπιδόντες, διὰ τὸ ἀκρίτως ξυνεχὲς τῆς ἁμίλλης, καὶ τοῖς σώμασιν αὐτοῖς ἴσα τῇ δόξῃ περιδεῶς ξυναπονεύοντες, ἐν τοῖς χαλεπώτατα διῆγον. αἰεὶ γὰρ παρ' ὀλίγον ἢ διέφευγον, ἢ ἀπώλλυντο. ἦν τε ἐν τῷ αὐτῷ στρατεύματι τῶν Ἀθηναίων, ἕως ἀγχώμαλα ἐναυμάχουν, πάντα ὁμοῦ ἀκοῦσαι, ὀλοφυρμός, βοή, νικῶντες, κρατούμενοι, ἄλλα ὅσα ἐν μεγάλῳ κινδύνῳ μέγα στρατόπεδον πολυειδῆ ἀναγκάζοιτο φθέγγεσθαι. & cæt.

Erántque longè plura quæ quiſque, &c. Καὶ ἦν πλείω τὰ εἰκαζόμενα ἢ τὰ δρώμενα) Hunc locum mendoſum eſſe puto, & ita corrigi poſſe credo, ἢ τὰ ὑφορώμενα. Quæ enim hic ὑφορώμενα dicuntur, ea paulò ante συνορώμενα τὰ ὑπὲρ ὄψιν ὄντα vocauit; opponit autem τὰ εἰκαζόμενα, καὶ τὰ ὑφορώμενα τοῖς γινομένοις. τὰ εἰκαζόμενα, id eſt, ea quæ vnuſquiſque ſibi fingebat, & imaginabatur: τὰ ὑφορώμενα, id eſt, quæ quiſque fieri putabat: τὰ γινόμενα, res ipſæ, quæ gerebantur.

Rurſus alius aduerſus caſus, Ἐπίεσε πάλιν αὐτὰς ἡ τύχη) Id eſt, Rurſus alia fortuna ſecundis Romanorum rebus teſlauit, & eorum ſpem afflixit, ac hoſtium animos erexit: ſed fortunæ nomen toties repetendum non erat.

Scutum ſubiit, Ὑπὸ τὴν πέλτην τὴν ἀσφαλῆ) Lapus vertit, *tranſgreſſum* ſed quid ſibi velit hæc vox, ignoro. Πρόβλημα de omnibus propugnaculis, & munitionibus dicitur.
A Dicitur & de armis, quibus noſtrum corpus tegimus, & telorum vim propulſamus. Hic pro clypeo, vel ſcuto poſitum videtur: quod paulò pòſt θυρεὸς ἐπιμήκης appellatur.

¶Pag. 84. Amplius non poſſet, Ἐπὶ σφᾶς) Ipſe ſenſus ἐπὶ σφᾶς legendum demonſtrat. Romani enim cùm vnum de ſuis, duos verò de hoſtibus ſuperſtites viderent, vehementer lugebant quaſi à fortuna erigi, & in priorem ſtatum reſtitui ampliùs non poſſent.

Quàm fortiter, Καὶ τὰς ἀρετάς) Quoniam præcedit
B τὸ πρῶτον idcirco τὸ εἶτα hic videtur deſiderari, & legendum εἶτα καὶ τὰς ἀρετάς. Hæc enim μόνα ἀντιθέμενα, vt vocant grammatici græci, rarò imò verò rariſſimè ſeparata ponuntur. Quòd ſi codex eſt ſanus, τὸ πρῶτον vertemus, *primum & ante omnia*, vel *præcipue* & vel etiam τὸ πρῶτον ἀπολύτως dicetur, & ſua αἱ ἀρεταὶ carebit.

In ædea, Εἰς τὴν οἰκίαν) Οἰκίαν legendum. Maximũ autem eſt diſcrimen inter hæc duo. Nam alterum eſt adiectum, alterum eſt ſubſtantiuum.

¶Pag. 85. Eo veſpere, Τὴν ἑσπέραν ἐκείνην) Autor non
C ſolùm ipſum veſpertinum tempus: ſed & ipſam noctem ſequutam intelligere videtur. Erit itaque ἐσπέρα νυκτί.

Vt ſanguine domeſtico pollutum, Ὡς ἐκ καθαροῦ αἵματος ἐμφυλίου) Dicendum potiùs videtur ὡς οὐ καθαρὸν, quod ex ipſo ſenſu patet. Sic enim loquimur, καθαρὸς ἄγος, *Integer vitæ, ſcelerisque purus*, vt canit Horatius. Si codex mendo caret eodem modo καθαρὸς apud Græcos accipietur, quo ſæpe ſacer apud Latinos, nimirum pro execrando, & ſceleſto. Quare καθαρὸς αἵματος is
D dicetur, qui cædem patrauit, & ſanguine manus contaminauit, vt meritò impurus vocari poſſit.

Duas haſtas tectas, Δύο κατακλίνων ξύλα ἰσχυρά) Τῶν ξύλων appellatione nunc σαυνιδῶν χαμαὶ, καὶ μετεωρίζων διέχοντα id eſt, haſtæ ſunt intelligendæ. Idcirco non ligna, non tigna, non trabes verti, vt alij quidam, ſed Liuium ſequutus, *haſtas* vocaui. Hic enim libro tertio primæ decadis, de Iugo verba faciens, hæc tradit. *Tribus haſtis iugum fit, humi fixis duabus, ſuperque eas tranſuerſa vna deligata, ſub hoc iugo Dictator Æquos miſit.*

E Qui ad Cyprium angiportum ſunt, Τοῖς ἐπὶ τοῦ Κυπρίου ἀγχωρώσιν) Vel eſt dandi caſus abſolutè poſitus. qui ab illo participio φέροντι pendet: vel certè τοὺς ἐγχωρίους legendum, quod probabilius.

Parietibus, Ἀλλήλων τοίχοις) Τοίχοις autè mendoſè legebatur.

In hoc igitur, Τούτῳ μὲν δὴ) Ἐν τούτῳ μὲν δὴ legendum puto. Alioqui durus erit præpoſitionis defectus, quod poëtis eſt familiare, vt apud Sophoclē Henrici Steph. pag. 193. Καὶ μὴν μάλιστα τοῦτ' ἀφικόμην, ὅπως, &c. ἀντὶ τοῦ
F διὰ τοῦτο. & pag. 240. Τάλας ἐγὼ καὶ μόνον αὐτῶν, ἀντὶ τοῦ μόνος διὰ μόρον τῆς αὐτογόνου νυμφῆς. vt autem hoc obiter explicetur, τάλας (quemadmodũ ſcholia græca docent) παρὰ τὸ ἀπολαύειν ὁ ἀπολαυστικῶς τινὸς ἠνωμένος λέγεται. & 181. Εὐθὺς, κλείων σοῦ δεῦρ' ἀφίξεται τοιχός, ἀντὶ τοῦ διὰ σοῦ κλείαν.

¶Pag. 86. Superaret, Ὑπερβάλλοιεν) Fortaſſe longè meliùs res habebit ſi ὥστε ὑπερβάλλεσθαι legamus: aut erit ἔλλειψις huius particulæ, quod veriſimile.

Vt promptum, Ὡς ἐκ προθυμίας) Id eſt, Tullus igitur
G Metium quaſi ſumma animi alacritate, optimaque fide omnia belli munia ſecum obire ſtatuiſſet, laudauit, omniúmque ſuorum conſiliorum participem fecit: hoc autem loquendi genus ἐκ vel ἀπὸ τοῦ βελτίστου,

CC. iiij.

vel ἀρεστῶς nihil aliud ſignificat quàm optimo animo, ſinceré, ſine dolo, & ſine fraude.

Imperium precarium & alteri ſubditum, Α'ρχὴν ὑπήκοον ἐπίφθονος ἀρχῶν) Id eſt, cùm precarium imperium habere nollet. Verba ſonant, *imperium, quod alij imperio pareret.*

Aniene fluuio, Α'νίωνος ποταμόν) Hunc fluuium Dionyſius modò Α'νίωνα vt hic, modò Α'νιωνα vocat vt pag. 142. & 226.

Alioqui enim me perdetis, Εἰ μὴ ἐμὲ διαχρήσεσθε) Hæc ita corrigenda puto, εἰ δὲ μὴ, ἐμὲ διαχρήσεσθε, ἐὰν δὲ δόξῃ .i. alioqui enim me perdetis ſed ſi res iſtas ad finé perductas vobis perfecturas exiſtimatis me iuuate. Poteſt hic locus & ita emendari, Εἰ μὴ ἐμὲ διαχρήσασθαι ἐθέλετε, ἐὰν δὲ δόξῃ, Id eſt, *Niſi velitis me perdere.* Hæc lectio poſterior ad veritatẽ propius quã prior accedere videtur.

Auxilia ſollicitauit, Βοηθείας ἐγείροντας) Sylburgius putat fortaſſe ἀγείροντας legendum: ſed nihil mutandum: nam τὸ ἐγείρειν μεταφορικῶς ſolicitare ſignificat.

¶Pa. 87. Hoc à me iam antè eſt prouiſum, Οὕτω παρεσκεύασται) Τοῦτο potiùs legendum videtur: hanc enim lectioné ſenſus ipſe flagitat. Id eſt, *Atque vt auxiliares copiæ, quæ ſe nobis iunxerunt, vnicuique veſtrùm quàm maximam fidelis ſocietatis fidentiam afferrent, hoc à me iam antè eſt prouiſum.*

Id etiam nos conſequemur, Τ' ὑπάρχει, μάχοντες) Sententia eſt imperfecta, & locus corruptus, qui facilè corrigetur ſi legamus ὑπάρξει, εὖ μάχεσθαι ὑπὸ τῆς ſυμμάχου ἐκείνους εὖ ποιεῖν αὐτοὺς δέξηται. vel ita: ὑπάρξει. εὖ γὰρ μάχοντες ὑπὸ τῆς ſυμμάχου ἐκείνους αὐτοὺς εὖ ποιεῖν δέξηται. quod longè melius.

Quaſi hoc beneficium à nobis acceperint, Ω'ς ὑφ' ἡμῶν τοῦτο πεπονθότες) Id eſt, Non aliter quàm ſi à nobis liberati eſſent gratiam nobis habebant.

E duobus alterum, Δυοῖν θάτερον) Καὶ δυοῖν θάτερον legendum: alioqui oratio eſſet ἀνακόλουθον, eiúſque membra malè cohærerent: hoc patet ex iis quæ ſequuntur, μὴ καταπροΐεσθαι εἰς ὑμᾶς τὸ φρονεῖν. niſi enim καὶ copulam addamus, hic particula concludentis δὴ deſiderabitur. Vtroque tamen modo ſenſus idem elicitur.

Expectandum &, Α'ναμένειν ἀνταλλάττεσθαι) Orationis legitimæ conſtructio videtur aliquam huiuſmodi lectionem poſtulare. ἀναμένειν, καὶ ἀνταλλάττεσθαι τὴν πεῖραν. Hæc autem illis μηδέποτε ἀπαντῆσαι reſpondebunt: vel certè ἀναμένοντα ἀνταλλάττεσθαι. Hæc enim pendent ab illis verbis οἴεται δεῖν quòd ſi codex mendo caret ordinem vſitatum ab autore neglectum dicemus.

Ex caſtris, Ε'πὶ τοῦ χάρακος) Ex ipſo ſenſu, verbiſque ſequentibus ἐκ τοῦ χάρακος legendum patet.

Alban. Τῶν Α'λβανῶν) Τοῦ Α'λβανοῦ legendum: hic autem genitiuus à nomine ὑποχύσεως regetur: vel τῶν Α'λβανῶν.

Fortiter, Α'κρατῶς) Hoc iam idem valet ac τὸ ἀπαραιτήτως, καὶ ἀνυποστάτως. τὸ δὲ ἀκράτως ſignificat, *immodicè vehementer.*

Ad loca edita, Ε'πὶ τὰ μετέωρα) Id eſt, ad loca edita, & montana, ad ipſum montem.

Circunuenturi, Κυκλωσομένους) De futuro agitur: quare κυκλωσομένους mallem, vt ſenſus poſtulat.

Circunuentus erat, Κατακεκλῃμένην) Vſitatius κατακεκλεισμένην. qua de re ſuprà. ſic pag. 128. non κατεκλείσθησαν, ſed κατεκλείσθησαν dicitur.

Neque retro cedere poſſunt, Ε'πὶ πρόσω δυνάμενοι) Ex ipſa verborum conſtructione δυνάμενοι legendum patet: hinc autem τὸ ἀποκλειόμενοι pendebit: atque hic eſt huius loci ſenſus. Cùm igitur videatis noſtros acerrimos hoſtes à nobis circumuentos, alij à fronte, alij à tergo in eos impetum facite: nam neque vlterius progredi, neque pedem referre poſſunt: hinc enim flumine, inde monte ab altero latere intercluduntur.

Impetum facite, Α'λλ' ἴτε) Τὸ ἀλλὰ vel eſt ſuperfluum, vel aduerbij concludentis, & hortantis vim habet, & idem ſignificat ac, *Eia, agite igitur.*

Intrepidè, Σὺν πολλῇ καταφρονήσει) Id eſt, *cum magna hoſtium contemptione.*

Proditionis, Παλιμπροδοσίας) Si vnicum eſt vocabulum, ex grammaticorum regulis παλιμπροδοσίας eſt ſcribendum, quod ſignificat proditionem, quæ in ipſum proditoris caput recidit. Gelenius duas voces ſeparatas nactus videtur. Hîc πάλιν poteſt verti *vice verſa*, vel *rurſus*. Fidenates enim antè Romanos audactèr

A inuaſerãt Albanorũ proditione freti, tunc verò vice verſa, vel contrà, ſe proditos rati timere cœperunt. Dionyſius paulò pòſt idem παλιμπροδοσίας nomen pro noua proditione poſuit.

Ε'πιχειρήσωσι) Vel ἐγχειρήσωσι τις eſt legendũ, vel certè ἐπιχειρήσωσι, vt ad omnes Romanos hoc referatur.

¶Pag. 90. Neque impedire, neque imperata facere, Οὔτε κωλύειν, οὔτε πράττειν τὰ κελευόμενα) Imò verò dicendum, οὔτε μὴ πράττειν τὰ κελευόμενα, id eſt, cùm neque Metij conſilia impedire, neque imperata non facere

B poſſent, id eſt, cùm Metij conſilia impedire non poſſent, & eius imperata facere cogerentur.

Has veſtras iniurias ferre, Καὶ ταῦθ' ὑμῶν τὰ ἀδικήματα φέρειν) Hoc ὑμῶν ſignificat *in veſtram gratiam*, vel eſt ἀντὶ τοῦ ὑμετέρου ὑπὲρ ὑμῶν.

Alteris ſuperiores eſſe conabimur, Τὸ πλεῖον, καὶ τὸ ἔλαττον) Id eſt, quandiu inter nos contendemus vtri meliorem, aut deteriorem conditionem ſint habituri, vel vtri meliore, aut deteriore conditione ſint futuri. Hæc ita galliçè poſſemus commodiſſimè redde-

C re. *Tandis que nous nous debattrõs à qui en aura plus, ou mains, ou bien, à qui aura l'auantage, ou le deſauantage.* Hinc τὸ πλεονεκτεῖν)(μειονεκτεῖν.

¶Pag. 92. Binas bigas admouerunt, Προσελάσαντες δὲ ſυνωρίδας, τῇ μὲν ἑτέρᾳ προσάψαντες τοὺς βραχίονας αὐτοῦ) Hac de re ita Liuius lib. 1. Decad. 1. *Meti Suffeti, inquit, ſi ipſe diſcere poſſes fidem, ac fœdera ſeruare, viuo tibi ea diſciplina à me adhibita eſſet. Nunc quoniam tuum inſanabile ingenium eſt, tu tuo ſupplicio doce humanum genus ea ſancta credere, quæ à te violata ſunt. vt igitur paulo antè animum inter Fidenatem, Ro-*

D *manámque rem ancipitem geſſiſti, ita iam corpus paſſim diſtrahendum dabis. Exinde duabus admotis quadrigis in currus earum diſtentum illigat Metium: Deinde in diuerſum iter equi concitati lacerum, in vtroque curru corpus, qua inhæſerant vinculis, membra portantes, auertere omnium à tanta fœditate ſpectaculi oculos.* Virgilius octauo Æneidos 324. 3. de his ita.

Haud procul inde citæ Metium in diuerſa quadrigæ
Diſtulerant (at tu dictis Albane maneres)
Raptabátque viri mendacis viſcera Tullus
Per ſyluam, & ſparſi rorabant ſanguine vepres.

E Et magna cęde in prælio edita, Καὶ πολλοὺς ἀποκτείναντες) Si lectioné iſtã ſequamur hic erit ſenſus, Licet autem collatis ſignis magnam hoſtium ſtragem ediſſent, tandem tamen intra mœnia compulſi fuerunt. Lapus, & Gelenius videntur legiſſe ἀπολέσαντες, id eſt, *multis in prælio amiſſis*: hoc veriſimilius.

Α'νθοφόρον) Id eſt, flores geſtantem, vel ferentem. φιλοστέφανον, coronas amantem, φερσεφόνην. Proſerpinam. Euſtathius, φερσεφόνη ἡ φερσεφόνη, ὅτι ἐκ τοῦ φέρω, φέρει αἰολικῶς κλεινομένη, ἢ ἐκ τοῦ φέρειν φθόρον, καὶ τοῦ φόνου αἴσχιστον

F τὸ γένεσιν, ἃ αὐτὴ δὲ καὶ περσέφασσα ὡς ἀπὸ τοῦ φάζω, φάω τὸ φονεύω.

Sacrificia votiua perſoluturi, Εὐχὰς ἀποδιδόντες, καὶ θυσίας) Α'ντὶ τοῦ ἀποδιδόντες θυσίας, ἃς τοῖς θεοῖς εὔξαντο.

Eduxerunt, Ε'ξῄεσαν εἰς ὕπαιθρον) Verba ſonant, *ſub dium cum magnis copiis ſunt egreſſi*, id eſt, cum magnis copiis ex ſuis finibus exierunt, & in campos apertos prodierunt.

Sed æquo marte pugnarunt, Δ' ἀγῶνα γὰρ) Longè com-

G modior lectio fuerit ſi διαγῶνα δὲ legatur: id eſt, *conſixerunt illi quidem: ſed tamen æquo marte diſceſſerunt. Eos enim victoria dubia nox interuentu ſuo diremit.*

¶Pag. 93. Quædam patria carmina canunt, Υ'μνους πατρίους

πιὰς ἄδοντες πατρικίους) Error eſt manifeſtus, & πατρίκις corrigendum: vel πατρικίοις ſaltem eſt dicendum.

Quam ſenatus Rom. irrogarat, Ἣν ἐπέταξεν ἡ βουλὴ) Hæc ita videntur legenda, καὶ ἀναπράξας ζημίαν, ἣν ἐπέταξεν ἡ βουλὴ τῶν ῥωμαίων τὰς δ' ἀβλαβείας πρὸς ἀργύριον τιμησάμενος, id eſt, & *cum mulctam exegiſſet, quam Senatus Romanus irrogarat, damnis acceptis pecunia æſtimatis, ita demum Sabinis petentibus pacem dedit.*

Damna accepta pecuniis æſtimans, Τὰς βλάβας πρὸς ἀργύριον τιμησάμενος) Mulctam pecuniariam ita vocat.

Coniuratis, Κοινῇ συνωμοσάμενοι) His verbis Dionyſius Latinorum populos communi quodam furore correptos in Romanorum perniciem coniuraſſe ſignificat.

Graue & diuturnum, Οὐ μὰ Δί' ἐν ὀλίγῳ καθαιρεθῆναι χρόνῳ) Ita vocat bellū diuturnum, quod breui temporis ſpatio confici nequit: ſed metaphora eſt ſumpta ab ædificiis, quæ funditus euertuntur.

Copias armare, Δυνάμεις καθοπλίσας) Hæc participia breuitati ſeruiunt. Sed ego vt verborum aſperitatem, & eorundem caſuum multitudinem, & concurſum vitarem, liberiore verſione conſultò ſum vſus.

Maleficorū, Ὕλην κακούργων) Liuius *ſyluam Malicuſam* appellat. Sed Sigonius vetuſtiſſimorū librorū autoritate fretus, *Malitioſam* legendum aſſerit. Fortaſſe autem hoc nomen illi ſyluæ ab ipſis indigenis eſt inditum ob prædonum maleficia, quibus viatores infeſtabantur.

Vnum neceſſarium, alterum voluntarium, Τὸν ἀναγκαῖον, καὶ τὸν ἑκούσιον) Hic eſt huius loci ſenſus, Duæ ſunt rationes, quibus homines rerum ſuarum dominium amittunt, vna, quum eas aliis dare coguntur, altera, quum ipſi ſua ſponte aliis eas tradunt.

Nam eos & in bello, Πολέμων τε γὰρ αὐτῷ ἡγησάμενοι) Vel πολέμων τε γὰρ αὐτοῖς ἡγησαμένων eſt legendum, id eſt, *cum enim bella ab ipſis fuiſſent ſuſcepta*, vel, *Nam belli tempore armis eos deuictos fuiſſe dicebat.* Vel certè legendum πολεμίων τε γὰρ αὐτῷ ἡγησαμένων, id eſt, *cum enim hoſtes eſſent*: hanc lectionem Lapus agnoſcere videtur.

Sp. V. Σπόριον) Ἀντὶ τοῦ σπόριον. quod aliàs σπούριον dicit. Feſtus docet antiquos ſ. pro r. vſurpaſſe, vt *maioſibus, melioſibus, Laſibus, feſiis*, pro maioribus, melioribus, Laribus, feriis. Hoc & noſtra ætate apud quoſdam Gallos eſt receptum. Nam pro *pere, Mere* dicunt, *Peſe, Meſe.*

¶Pag. 94. Marcio, Μάρκῳ) Μαρκίῳ legendum quod omnes hiſtoriæ teſtantur. Παρεσχηκὼς) Ἀντὶ τοῦ ἐσφαγίσθαι, vel σφαγιασθῆναι. Sed fortaſſe meliùs ſi παρασχεθῆναι legas.

Nam poſt ſuffragia, Μετὰ γὰρ τὴν ὑπὸ φυλῶν) Id eſt: *poſt tributa comitia, in quibus ſuffragia ferebantur.* ψηφοφορίαν) antè ψηφοφορίαν: ſed mendoſè legebatur.

Hominem verò ſceleſtum, Ἄνδρα δὲ μικρὸν) Error eſt manifeſtus, & μιαρὸν legendum. Leuis eſt mutatio: ſic infrà pag. 152. Dionyſius loquitur, καὶ τὸν δῆμον παρῄνει μὴ περιορᾶν ἄνδρα μιαρὸν πρός τε θεοὺς ὅσιον τὰς χεῖρας, καὶ τὴν ἐξουσίαν μιαίνοντα, &c.

Cædibus pollutum, Ἠ ... ἐθνους) Ex ipſo ſenſu, & præcedenti participio φόνοις legendum patet.

Quamobrem ego, Ἐγὼ μὲν δὴ ταῦτα) Ex ipſa verborum conſtructione patet legendum, vel ἐγὼ μὲν διὰ ταῦτα, vel ἐγὼ μὲν δὴ διὰ ταῦτα, quod longè melius. Subiicitur enim τὸ ἔργον ἀναφέρω: quare hoc ταῦτα ſuperfluū eſſet, & malè haberet. Si tamen codex mendo caret dicemus eſſe defectū præpoſitionis διὰ, vel κατά. Qua de re à nobis fuſiùs pag. 119. ἐν τῷ, τούτῳ μὲν δὴ, hoc autem Atticis familiare.

Ancum cognomine Marcium, Μάρκον ἐπίκλησιν Ἄγκον) Scribendum Ἄγκον, ἐπίκλησιν Μάρκιον. Sic enim eū Latini vocant: atque ipſe Dionyſius eum ſic appellat, quum hæc tradit pag. 152. διαδεξάμενος δὲ τὴν Ἄγκου Μαρκίου παίδων ἐπιτροπείαν. Alibi eodem modo nominat hunc regem.

Et deus lætum exitum portendiſſet, Τῶν ἐκ τοῦ θεοῦ καλῶν φανέντων) Ἀντὶ τε καὶ τῆς ὑπὸ τοῦ θεοῦ σημείων καλῶν φανέντων. Sic ſuprà in Romuli regiæ creatione pag. 61. D. dixit ἔλεγε σημεῖα θεῶν φανῆναι καλά. quibus etiam verbis adducor, vt credam hîc quoque fortaſſe commodius καλῶν legi poſſe.

¶Pag. 95. Vetuſtate abſumptæ ſunt, Αἳ ἀφανισθῆναι συνέβη) Τὸ συμβαίνειν non ſolùm apud hunc autorem, ſed & apud alios ſæpiſſimè reperias cum aliis verbis

A hoc modo iunctum, συνέβη αὐτὸν ἀποθανεῖν, ἀντὶ τοῦ ἀπέθανεν: ſic συνέβη ἀφανισθῆναι, ἀντὶ τοῦ ἠφανίσθησαν. Quare non ſemper caſum aliquem, aut fortuitum aliquid ſignificat: ſed ſiquis mauult verba ſequi, vertemus, *Quas vetuſtate deleri contigit.*

Summo pontifice, Τὴν ἀρχὴν τῶν ἱερῶν ἡγεμονίαν) Eſt περίφρασις τοῦ ἀρχιερέως: id eſt *ſummi pontificis.* Ille enim omnium ſacerdotum princeps erat, omniúmque ſacrorum principatum obtinebat.

Ciues minimè bonos, Οὐ βεβαίους πολίτας) Id eſt, non

B firmos, non conſtantes, ac proinde malos.

Vrbe obſeſſa, Πολιορκηθείσης τῆς πόλεως) Ex verbis, quæ paulò pòſt ſequuntur, τὸ δ' ἐξῆς ἐν αὐτῷ Λατίνοι εἰς ... τὸ πολίτευμα ... ſic ... colligitur hîc vel τῇ πόλει πολιτευομένῳ, vel tantùm τὸ πολίτευμα legendum: neque enim eſt veriſimile quod vulgata lectio præ ſe fert: abſurdum fuiſſet dicere τῇ πόλει quaſi Latini tantùm vnam vrbē habuiſſent: huc adde quod nullius vrbis Latinæ antè fit mentio, vt hæc eò referri

C poſſe dicamus.

Coloni Romanorum, Ἄποικοι προκαταπεπλασμένοι) Si vulgatam lectionem retineamus hic erit ſenſus. Vbi erant Romanorum coloni, qui ſe ad hoſtium impetum excipiendum, & ſuſtinendum iam antè pararant. Gelenius videtur legiſſe, ἐν ᾗ ῥωμαίων ἦσαν ἄποικοι προκαθεζόμενοι, καὶ τὸ τεῖχος Hæc lectio mihi quoque valde placet. Quoniam tamen ex vtraque lectione commodus ſenſus elici poteſt, ideo nihil mutandum.

Fidenas expugnauit, Τὴν φιδηναίων αἱρεῖ πόλιν). Ex ſequentibus vbi de Fidenatium defectione, & de eorū

D vrbe capta agitur, patet hîc legendum τὴν φικαναίων αἱρεῖ πόλιν: Hanc Latini Ficanam, illam verò Fidenas appellant. Hæc autem ſunt Dionyſij verba, ἀπέστησαν δὲ καὶ φιδηναῖοι ῥωμαίων κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, &c. Quod profectò Dionyſius non ſubieciſſet ſi vrbs ſuperius nominata eadem eſſet quæ & illa, de qua hic agitur. At ipſa rerum diuerſitas, quam vtraque vrbs eſt ſortita, ſatis indicat coniecturam noſtram à veritate, ac fide non eſſe alienam. Gelenius quoque noſtram coniecturam ſua verſione confirmat: vnde apparet & ipſum

E in codicem incidiſſe, in quo τὴν φικαναίων αἱρεῖ πόλιν legebatur.

¶Pa. 96. Sed exigua hominum manu, Κατ' ὀλίγον) Id eſt, *ſenſim paulatim.* Sed fortaſſe melior fuerit lectio ſi dicas κατ' ὀλίγους, vt ad ipſos homines hoc referatur.

Et cæteris rebus, Τὰς ἄλλας ὠφελείας) Ita vocat ipſam prædam, ex qua milites vtilitatem erant percepturi.

Nam bellum quod cum Latinis, Ὅτι γὰρ ὁ πρὸς τοὺς Λα-

F τίνους) Vel ὅτι γὰρ ὁ, vel ὁ γὰρ πρὸς τοὺς legēdū videtur. Alioqui hic eſſet ἀνακόλουθον: nam τὸ ὅτι poſtulat aliquid quod ſequatur, & ſententiam abſoluat.

Alterum prælium priore maius, Ἑτέρα τίθεται πρὸς αὐτοὺς μάχη τῶν πάλαι μείζονα) Proculdubio legendum vel ἑτέραν τίθεται μάχην μείζονα, vt hoc τίθεται pro actiua voce ponatur, & ad Marcium referatur, vel certè μείζων ſcribendum, & τὸ τίθεται paſſiuè accipiendū: pag. 138. διττὰς τίθεται πρὸς αὐτοὺς μάχας. Sylburgius pro ἄλλαις reponit ἄλλας. Qua de re paulò pòſt agetur.

G Ad Allas Τὰς ἄλλας πόλεις) Lapus τὴν Ἄλλας πόλιν videtur legiſſe: ſed vulgata lectio retineri poteſt. Nam paulò antè Dionyſius dixit, καὶ τὰς ἄλλας ἀξιούντων ἀπολαβεῖν πόλεις. Igitur illas hîc intelligit, ad quas etiam pu-

gnam commiſſam,& quas à Marcio per vim occupatas dicit. Verùm, Allarum vrbis nullus alius præter hunc autorem vllam mentionem facit, quod comperiam. τῆς Ἅλων meminit Stephanus de vrbibus, hæc ſunt eius verba. Ἅλαι, πόλισμα Βοιωτίας, παυσανίας πιμπῆ. ἔστι καὶ ἑτέρα χωρίον ἀσέπτος, καὶ ἡ χιλικίας ἡ πόλις ὅθεν ἐπιλογικῶς λεγομένη Ἁλαί. ἀπὸ ἡ πίντε ἄλλιον ποδῶν. Sed cùm vrbes iſtæ non eſſent Italicæ, hoc profectò iam non facit ad rem. Volaterranus lib.9.105. 2. vrbis cuiuſdam Alex meminit. Sed ne hoc quidem mihi placet. Sylburgius ait τὰς ἅλας hic intelligi, de quibus pag.88. quod ſalinas ſignificat, cùm potiùs τοὺς ἅλας dicendū videatur. Nam à ſale ipſe ſalis locus, id eſt, Salinæ ſunt intelligendæ. Sed quia vnius Sylburg. autoritatem ſequi non audeo, lectionem vulgatam retinebo donec meliorem nanciſcar.

Cum ingentibus copiis in eos profectus, Καὶ στρατεύσας ἐπ' αὐτοὺς μεγάλη ἀρχῇ) Suſpicor μεγάλῃ χειρὶ legendum, quemadmodum infrà Dionyſius loquitur: hæc ſunt eius verba, Καὶ πολλῇ χειρὶ πολεμίων ἐπιστρατεύσαντων, vulgata lectio videtur abſurda, nec vllus commodus ſenſus ex ea poteſt elici.

¶Pag.97. Latrociniis & incurſionibus, Ἀπὸ λῃστηρίων καταδρομῶν ἀγῶν) καὶ καταδρομῶν ἀγῶν legendum: alioqui oratio erit ἀκατάλληλος. Quidam per τὰ λῃστήρια Latronum receptacula putant intelligi. Sed quorū auctoritate nitantur, ignoro. Equidem talem vocis huius ſignificationem apud nullum me legiſſe memini: verùm illud quidem apud Dionyſium τὸ λῃστήριον ſæpe pro ipſa Latronum manu atque adeò pro ipſo latrocinio poni: ſed pro Latronum receptaculis hoc ab eo vſurpatum affirmare non auſim.

Incolumes abire, Ἀζῴους ἀπελθεῖν) Si lectionem iſtā retineas, vertendum, *Non tamen licuit ipſis diſcedere frequentibus*: cur? quia Rex Romanus maximam eorum ſtragem edidit. Sed veriſimilius eſt ἀθῴους, id eſt, ἀζημίους, *ſine clade, ſine ſuorum iactura*.

Ceciderunt, idque ob tolerantiam laborum, Ἔπεσον* ἐν ἐκείνοις ἦσαν) Hūc locum ita corrigendum puto. ἔπεσον καρτερία, vel διὰ τὴν καρτερίαν πόνων, ἐν ἐκείνοις ἦσαν ἐκ πλείστου, ἀλλ' ὅμως οἱ Ῥωμαῖοι προέσχηντο παρὰ πολὺ τῶν Σαβίνων: vel ita, ἔπεσον, καὶ προέσχηντο παρὰ πολὺ τῶν Σαβίνων οἱ Ῥωμαῖοι ἐμπειρίᾳ τόπων, ἐν ἐκείνοις ἦσαν ἐκ πλείστου, τοῖς τε φάραγξιν, &c. Id eſt, *Et Romani Sabinis longè ſuperiores diſceſſerunt, idque ob peritiam locorum, quibus iam pridem aſſuefacti erant*: hic enim ad ſententiam abſoluendam aliquid huiuſmodi videtur deeſſe: cętera puto perturbata eſſe. Quanquam potes & hunc locum ita corrigere: ἔπεσον· οἱ Ῥωμαῖοι μόνοι ἐνίκησαν διὰ τὴν καρτερίαν τῶν πόνων, ὧν, &c.

Inter cæteras, Πολλοῖς καλοῖς) Ven. codex ἄλλοις habet: quod melius, Id eſt, *Inter*, vel *præter cæteras res*. Sylbur.

Vtrunque collem, Ἀμφοτέρων τῶν συμπεφυκότων) Articulus τῶν ſuperfluus eſſe videtur: fortaſſe res melius haberet, ſi pro eo, γηλόφων reponeretur.

Tellene, Τέλλης τε) Τελλήνης, Vel Τελλήνας legendum puto. Plinius libro tertio, capite 5. Telenen oppidum Latij eſſe dicit.

Priore præſtantius, Πολιτεύματος χρείττω) Πολιτεύματα vocat *acta*. Acta autem propriè dicuntur quæ geſta ſunt ab iis, qui togati in Repub. cum poteſtate, imperióque ſunt verſati. Imperatorum verò *res geſtæ* vocantur. Lapus actum ciuile vertit: quam vocem in ſingulari apud probatos ſcriptores vix reperias. Quoniam autem vocabulo proprio, ac vſitato deſtituimur, quod πολίτευμα poſſit exprimere, facinus ad Remp. pertinens appellabimus. Nihil enim commodius in præſentia nobis occurrit.

Longæ naues, Ἐπίκωποι νῆες) Id eſt, *Naues, quæ remis hinc inde impelluntur*, quas Homerus νῆας ἀμφιελίσσας appellat διὰ τὸ τοῖς κώπαις ἀμφοτέρωθεν ἐλίσσεσθαι, ἤτοι ἐλαύνεσθαι.

Quæ vſque ad tria millia modiorum ferunt, Τρισχιλιοφόροι) Lapus loci nomen eſſe putat, vertit enim *ad Trochiliophoram*, Sed ex ipſis Dionyſij verbis τρισχιλιοφόρων legendum patet. τρισχιλιοφόροι naues vocantur, quæ tanta ſunt magnitudine vt tria modiorum millia capere, & ferre poſſint: dictę enim παρὰ τὸ τρισχίλια μέτρα, ἢ τρισχιλίους μεδίμνους φέρειν. Hoc autem modo ſcriptores nauium capacitatem ſæpe ſignificare ſolent. Sylburgius ait τρισχιλιοφόρος legendum, & ſic appellari nauem,
A quæ tria hominum millia ferre queat: ſed (vt ingenuè fatear) ego noſtro ſeculo nunquam vidi, neque etiam olim tantæ magnitudinis naues vſquam terrarum fabricari ſolitas apud ſcriptores vllos reperio: nec onerum, mercium, & variarum ſarcinarum, ac hominum in nauibus vehendorum eadem ratio videtur eſſe. Qui rerum nauticarum ſunt periti meliùs hac de re iudicium facere, ſententiámque ferre poſſunt.

Intrant, Εἰσάγουσι) Actiuum pro paſſiuo εἰσάγονται. Qua de re ſuprà.

B Pag.98. In continenti, Ἠπειρώτων) Exiſtimo ἠπειρωτικῶν legendum. τὰ γὰρ θαλάττια τοῖς ἠπειρωτικοῖς opponit, ſed ſi vulgatam lectionem retineas, & ſic peccatum erit in accentu. Nam ex grammaticis regulis ἠπειρωτῶν eſſet dicendum: & perſonæ, pro ipſarum rebus eſſent accipiendæ, idque μετωνυμικῶς.

Frueretur, Τὴν Ῥώμην φυῖδες) Γεύσασθαι legendum. Senſus hoc indicat. Illud verbum ἐγεύσατο coniecturam noſtram confirmat. Sed ſi videtur hoc paulò durius, & ταυτολογίαν quandam redolet, fortaſſe non fuerit ab-
C ſurdum ſi dicamus legendum θαλαττίων μέτοχον ἐποίησε τὴν Ῥώμην μέτοχον φυῖδες. Hoc ad veritatem propiùs accedit: ſed tamen maior eſt mutatio. Ex vtraque noſtra lectione idem ſenſus elicitur. Quare vertemus, *Effecit vt Roma bonorum non ſolùm eorum, quæ in continenti naſcuntur, ſed etiam maritimorum particeps eſſet, atque adeo tranſmarina guſtaret*. γεύειν autem hìc tranſitiuè ponitur pro facere vt quis guſtet.

Eniochilo, Ἡνιοχίλῳ) Sunt qui Ἡνιοχίλῳ legendum cenſent, quam ſententiam & ipſe Sigonius vir ſingu-
D lari doctrina præditus, in eo libro, qui de magiſtratibus Athenienſium eſt ab eo ſcriptus, ſequi non dubitauit.

Carpentum, Ἐγκύκλιον αἰώραν) Περιφραστικῶς Carpentum ita vocat: αἰώρα enim quodlibet vas penſile, & vectabulum ſignificat: ſed πρὸς διαφορὰν τὸ ἐγκύκλιον additur: non quòd reuera ſit aliquod vehiculi genus omnino orbiculare: ſed quia pars illa, quæ regit homines, qui vehuntur, ad circuli, vel potiùs, ſemicirculi formam eſt facta: quanquam ſi per αἰώραν τὴν ὕψωσιν,
E quam recentiores exaltationem vocant, intelligendum dicas, non fuerit abſurdum. Sic enim Dionyſius appellabit ipſius aquilæ volatum, quo ſe librabat ſublimem, & in orbem per aërem ferebatur, donec altiſſimam aëris regionem petiit, vbi pileum occultauit.

¶Pa.99. Reip. Rom. Καὶ τὴν Ῥωμαίων πόλιν) Ex præcedentibus Dionyſij verbis, patet hanc lectionem abſurdam eſſe, & legendum καὶ τῇ ῥωμαίων πόλει. Hæc enim illis εἰς τὸν κοινὸν ἔρω τοῦ βασιλεῖ reſpondent.

F Nomen commune, Κοινὸν τὸ ὄνομα κεῖται) Quidam per τὸ κοινὸν ὄνομα ipſum prænomen intelligunt: alij verò nomen proprium, quod non vni tantùm, aut alteri, ſed pluribus eſt commune. Hoc poteſt colligi ex iis, quæ Dionyſ. infrà pag.150. de Accio Nauio dicit: αὐτὸς μὲν ἐκαλεῖτο τὸ κοινὸν ὄνομα, καὶ προσηγορικὸν, Νέβιος, τὸ δὲ συγγενικὸν Ἄττιος. & pag.154. agens de Seruio Tullio hæc tradit, Ὧ πάντα παρέσχε ἡ μήτηρ τὸ μὲν ἴδιόν τι, καὶ συγγενικὸν ὄνομα, Τύλλιον, ἐπὶ πατρὸς. προσηγορικὸν δὲ, Σέρουιον, ἐπὶ τῆς ἰδίας τύχης: ſed hanc rei difficultatem
G non contemnendam libellus Caroli Sigonij de Romanorum nominibus in lucem editus, ſi non penitus, at maxima ex parte tollere poteſt. Tu lector eum conſule.

Latin.

Latin.Καὶ Ἀπίναν) Ex ſequentibus patet hîc Λατίναν legendum.

Et eorum liberi & coniuges, Παῖδές τε αὐτῶν, καὶ γυναῖκες ἀνδραποδισθέντες) Fortaſſe meliùs, ſi ἀνδραποδισθεῖσαι legas, vt ex regulis grammaticis legendum videtur: hoc enim participium ad nomen fœmineum γυναῖκες, quod eſt proximum, commodè referetur. Vel verba perturbata ſunt, & ita in priſtinas ſedes poſſent reſtitui ſine vlla mutatione, γυναῖκές τε αὐτῶν, καὶ παῖδες ἀνδραποδισθέντες. Hoc non eſt παράδοξον. Quòd ſi codex eſt ſanus, & minimè corruptus, genus fœmineum, quod eſt deterius, à maſculeo, quod eſt præſtantius, comprehendi dicemus. Quanquam non ſemper participia ponuntur in eodem genere, in quo præcedens nomen ponitur: neque ſemper ad proximum, at ad remotius interdum referuntur: quod tamen apud poëtas potiùs, quàm apud ſolutæ orationis ſcriptores reperias. Afferã vnũ & alterũ exemplum, quo verborum meorũ fidem faciam. Homerus Iliadis B. ita canit,

Αἱ δέ που ἡμέτεραί τ' ἄλοχοι, καὶ νήπια τέκνα
Εἵατ' ἐνὶ μεγάροις ποτιδέγμεναι.——

Idem eodem libro,

Τῶν δ' ὥς τ' ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλὰ
Χηνῶν, ἢ γεράνων, ἢ κύκνων δουλιχοδείρων,
Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι, Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα,
Ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι.

In altero loco, τὸ ποτιδέγμεναι ad ἄλοχοι, in altero, τὸ ἀγαλλόμεναι ad ὀρνίθων refertur. Recta conſtructio poſtularet vt τέκνα ποτιδέγμενα, & ἔθνεα ἀγαλλόμενα diceretur: quanquam à re præſenti non fuerit alienum, ſi & tertium exemplum afferamus ex Homero ſumptum, quod ipſe D. Hal. pag. 352. affert. Ἔνθα μὲν ἠΐθεοι, καὶ παρθένοι ἀλφεσίβοιαι,

Ὀρχεῦντ' ἀλλήλων ἐπὶ καρπῷ χεῖρας ἔχοντες.

Hîc τὸ ἔχοντες vtrumque genus complectitur, ad præſtantius tamen refertur. Sed poëtarum licentiæ multa ſunt condonanda, quæ nobis obſeruanda potiùs, quàm imitanda. Poſſimus tamen & vulgatam lectionem retinere: ſed Atticiſmum eſſe dicemus: nam Attici ſæpe nominibus ſubſtantiuis fœmineis addunt & nomina adiecta, & participia maſculei generis, vt docet Scholiaſtes Sophoclis in Oedipode Colonæo, ex typis Henr. Steph. pag. 325. in illo verſu ἰδόντε, καὶ παθοῦσα. Ibi agitur de Antigone, & Iſmene ſororibus, & ſcholiaſtes hæc ita interpretatur, ἰδόντε, καὶ παθοῦσα, ἀντὶ τοῦ ἰδοῦσαι, καὶ παθοῦσαι. πολλαχοῦ δὲ (ἐστι) τῷ σχήματι χρῆται, ἀντὶ τῶν θηλυκῶν ἀρρενικὰ τιθείς· καὶ ἐν Ἠλέκτρᾳ, ὣ τοῖσιν ἐχθροῖς εὖ βεβηκότε ποτὲ, ψυχῆς ἀφειδήσαντε, προὐστήτην φόνου. (προὐστήτην legitur pag. 124. 3.) καὶ πάλιν. Ὅρα, κακῶς πράξαντε, μὴ μείζω κακὰ κτησώμεθα· καὶ Ὅμηρος. Τὰς δὲ βάτην τρήρωσι πελειάσιν ἴθμαθ' ὁμοῖαι. In Homero tamen legitur αἱ δὲ βάτην. pag. ex Criſpini typis 203. 33. καὶ τότε δὴ πρὸς Ὄλυμπον ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης Λευκοῖσιν φαρέεσσι καλυψαμένω χρόα καλὸν, Ἀθανάτων μετὰ φῦλον ἴτον προλιπόντ' ἀνθρώπους, Αἰδὼς, καὶ Νέμεσις. vide quæ dicuntur infrà pag. 512. in voce χαίρειν.

Recipienda fuit, Εἰσῆγε) Si codex eſt ſanus, fortaſſe ἀνάγκη ſubaudiendum, Id eſt, *veruntamen neceſſitas ipſum non impulit*, non coëgit: quod paulò durius. Sed mallem dicere, Οὐκ ἐδέξατό γε αὐτοῦ. Sic pag. 141. Οὐ μὴν ἐδέξατό γε αὐτοῦ τειχομαχίας.

Quum enim Cruſtumerium violaſſent, Μαθόντες γὰρ οἱ Κρουστομερεῖνοι) Gelenius horum vrbem Cruſtumium vocat, vt pag. Latinæ verſionis 74. & pag. 76. ipſos ciues Cruſtuminos paſſim appellat. Idem eandem vrbem pag. 271. Cruſtumeriam vocat. Dionyſius modò Κρουστομέρειαν, modò Κρουστομέριον neutro genere vt pag. 77. ipſos ciues Κρουστομερείνους appellat. Stephanus verò Κρουστομερίνους vocat. Sunt tamen qui putant duas fuiſſe vrbes diuerſas, quarum altera vocaretur Cruſtumerium, quæ (vt illi dicunt) erat in Latio, & ad Sabinos pertinebat: altera, Cruſtumium, quæ erat in Tuſcia iuxta Veios, à qua ciues Cruſtumini, ager Cruſtuminus, & vinũ Cruſtuminũ laudatiſsimũ dictũ fertur. Ego Dionyſium ſequutus vrbem ipſam Cruſtumerium, ciues, Cruſtumerinos appellaui: præſertim quum viderem alios in his appellationibus inter ſe non conſentire.

Exilio mulctauit, Φυγαῖς ἰδίαις ἐζημίωσε) Si codex mendo caret hæc ita vertemus, *Proprio exilio mulctauit*, id eſt, *eorum exilium, quo illi ſe vltro iam antè mulctauerant, ſua ſententia confirmauit.* Quare ἰδίας φυγὰς vocabit Dionyſius exilium voluntarium, in quod illi defectionis autores abierant, veriti ne, ſi in Romanorum poteſtatem veniſſent, pœnis ſuorum ſcelerum grauitate dignis afficerentur. Hanc lectionem confirmant verba, quæ extant infrà pa. 161. vbi de Marcij filiis agens hæc ſcribit, οὓς ὑμεῖς Ταρκύνιον ἀποκτείναντας τὸν βασιλέα ὑμῶν, ἄνδρα χρηστὸν, καὶ φιλόπολιν, καὶ τηλικοῦτο διαπραξαμένους ἄγος, τάς τε δίκας ὑπέχειν ἐκλιπόντας, καὶ φυγὴν ἑαυτοῖς ταμιευσαμένους, πυρὸς, καὶ ὕδατος εἴργειν ἐψηφίσασθε. Propterea interpretatione liberiore ſum vſus. Sed ſi codex eſt mendoſus pro ἰδίαις, exiſtimo ἀϊδίαις reponendum, quemadmodum autor loquitur infrà pag. 144. vbi de Fidenatibus agit. Hæc ſunt eius verba, οἱ δὲ φυγαῖς ἐζημιώθησαν ἀϊδίοις. Idem loquendi genus multis aliis in locis reperias, vertemus autem, *Perpetuo exilio mulctauit illos.* Quanuis autem poſterior lectio commodior videatur, nihil tamen muto. Nam & ex altera ſenſus bonus elicitur: quas autem hîc φυγὰς ἀϊδίας vocabit, eas pag. 156. ἀειφυγίαν vno vocabulo rem exprimens appellat.

Expeditionẽ aduerſus eos ſuſcepiſſet, Στρατεύσαντος δ' ἐν αὐτοῖς) Ἐπ' αὐτοῖς Legendum, vel certè ἐπ' αὐτοὺς, quemadmodum ſuprà pag. 135. καὶ στρατεύσας ἐπ' αὐτοὺς μεγάλῃ χειρὶ, πολλὴν περιεβάλετο λείαν.

Nec ipſi ſoli poſſent, Οὐχ' οἷοί τε ὄντες αὐτοῖς) Αὐτοὶ potiùs legẽdũ, vt ad ipſos Nomẽtanos hoc referatur. Si tamen τὸ αὐτοῖς retineamus, nõ erit abſurda lectio. Sed priore loco perſonas, poſteriore vires ipſarum poſitas dicemus.

Collatiam, Κολατίαν) Κολλατίαν vt apud Latinos eſt ſcribendum.

Auſi ſunt illi quidem, Ἐπεχείρησαν μὲν διὰ μάχης ἐλθεῖν) Nunc τὸ ἐπιχειρεῖν non ſignificat tam conari, quàm audere. Sed hoc naturæ ordine præcedit, illud verò ſequitur. Homerus etiam πειρᾶν, pro ἐπιχειρεῖν, καὶ τολμᾶν dixit, Iliados H. pag. ex Criſpini typis 271. 7.

Μήτε τις οὖν θήλεια θεὸς τόγε, μήτε τις ἄρσην
Πειράτω διακέρσαι ἐμὸν ἔπος.

¶Pag. 100. Variis murorum partibus, Καὶ κατὰ πολλὰ μέρη) Id eſt, Cùm Romani Collatinos variis murorum partibus oppugnarent, eos tandem vrbem dedere coëgerunt. Hæc enim ἐποιοῦντο, καὶ ἠνάγκασαν ad Romanos ſunt referenda. Sed conſultò in verſione mea conſtructionem mutaui, vt obſcuritatem vitarem, quæ in verbis græcis ineſt.

Nullis rationibus reddendis obnoxium, Τὴν ἀνυπεύθυνον ἀρχὴν διὰ βίου) Ita ſummum, ac perpetuum imperium περιφραστικῶς Dionyſius appellat.

Egerius fuit cognominatus, Ἠγέριος ἐπωνομάσθη. τὴν γὰρ ἀπορίαν) Verum illud quidem eos, qui à Græcis ἄποροι dicuntur, à Latinis egenos appellari: non tamen memini me apud alium ſcriptorem legiſſe hunc Egerium ab egeſtate dictum. Sed fortaſſe hoc quoque vt multa alia Dionyſio vt peculiare eſt tribuendum.

Vrbis curam, Τῆς πόλεως ἐπιμέλειαν) Non ſolùm curam: ſed & ipſum imperium intelligit.

Vrbs erat gentis, Ἔθνους ἡ πόλις) Articulus ἡ vt ſuperfluus videtur expungendus.

Corniculani, Κορνικόλανοι) Vel Κορνικολανοὶ, vel Κορνικολάνοι, vt alibi, legendum.

Aſſiduitate laborum, Τὴν συνεχείαν) Vel τὴν συνέχειαν legendum. Nam vt docet Theodorus à maſculinis nominibus in ης deſinẽtib. ſubſtantiua nomina proparoxytona formantur, vt ἀληθὴς, ἀλήθεια, ἀναιδὴς, ἀναίδεια, ſic etiam συνεχὴς, συνέχεια. Quam lectionem ſi admitta-

mus, præpoſitionis κατὰ, vel potiùs διὰ defectum eſſe dicemus, quod certè poëtis eſt familiare: qua de re ſuprà pag. 119. à nobis actum. Vel igitur τὴν συνέχειαν ἀντὶ τοῦ διὰ τὴν συνέχειαν eſt legendum, vel τῇ συνεχείᾳ eſt corrigendum, eodem res reuoluitur, & idem ſenſus ex vtraque lectione elicitur.

Horum autem vrbs, Ἡ δὲ πόλις αὐτοῦ) Si codex eſt ſanus hæc idem valent ac ſi dixiſſet autor, ἡ δὲ πόλις ὑπ' αὐτοῦ διαρπασθεῖσα, & illud pronomen αὐτοῦ ad Regem referetur. Sed ſi legas αὐτῶν, vt puto legendum, ad ipſos A
hoſtes hoc erit referendum.

Quum non amplius eos aſſequi potuiſſet, Οὐκ ἔτι δὲ καταλαβεῖν αὐτοὺς φθάσας) Id eſt, cùm non ſatis citò illis occurriſſet, nec eos deprehendere potuiſſet.

Ad Ferentinum, Ἐν φερεντίνῳ) Alibi φερεντῖνον appellat. Ptolemæus φερεντίαν vocat. Stephanus verò de vrbibus hac de re verba faciens hæc tradit, φερεντῖνος. πόλις Σαυνιτῶν ἐν Ἰταλίᾳ. τὸ ἐθνικὸν φερεντῖνος. λέγεται καὶ φερέντιος, ὡς Διονύσιος ιζ. τῆς ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

Irrupiſſe Ἐκβεβληκότας) Ex verbis præcedentibus, & B
ipſo ſenſu ἐμβεβληκότας legendum eſſe patet. Sic inſtà, εἰς τὴν ῥωμαίων γῆν ἐνέβαλον.

Non omnes tamen, Οὐχ ἅπαντες) Οὐχ ἅπαντες δὲ dicendum videtur: Sequentia coniecturam noſtram confirmant

Cluſini, Κλουσινοῦντες) Hæc populorũ nomina ita ſunt ſcribenda, Κλουσινοῦντες, καὶ Ἀρρητῖνοι, καὶ Οὐολατερρανοὶ, οἱ Ῥουσελλανοῦντες. Sic enim eos Plinius, aliique Latini ſcriptores appellant. Vide Plin. libro 3. ca. 5.

¶Pag. 101. Poſtridie eius diei, Ταῖς δ' ἑξῆς ἡμέραις) C
Verba ſonãt *ſequentibus diebus*, vel *diebus, qui ſunt illum ſequuti*, Id eſt, *Poſtea verò* Ita autem nihil certi, nulla certa dies deſignabitur. Gelenius tamen videtur legiſſe, τῇ δ' ἑξῆς ἡμέρᾳ quemadmodũ paulò antè Dionyſius eſt loquutus: atque intelligemus diẽ qui ſequutus eſt illũ, quo Latini ex caſtris cũ Romanis pugnaturi prodire noluerunt. Ego quoque lectionem iſtã ſum ſequutus, quod eam vulgata commodiorem eſſe iudicarem.

Latinorum caſtris, Τῆς παρεμβολῆς τῶν Λατίνων) Lapus videtur legiſſe τῆς παρεμβολῆς, quod veriſimilius: ſed ſi ni- D
hil mutãdum, vertemus *Captis Latinorum impedimentis.* Verumtamen ex ipſis Dionyſij verbis legendum παρεμβολῆς. alioqui μετωνυμικῶς à contento continens intelligendum dicemus. Quanquam ex vtraque lectione ſenſus ſatis commodus elicitur.

His cõditionibus, Κατὰ τάσδε τὰς ὁμολογίας) Illas fœdetis cõditiones intelligit, quas paulò poſt deſcribit.

Confiniis, Μισόρια) Hanc vocem apud nullos alios reperio. Sed fortaſſe melius ſi legas, vt extat p. 186. μεθόρια. Hęc ſunt Dionyſij verba, συνάψας δ' αὐτοῖς μάχην περὶ τὰ μεθόρια. Quidam tamen aiunt μεσόρια ἀντὶ τοῦ με- E
θόρια dictum ἰωνικῶς. alij verò Dorienſibus hoc aſcribunt: illi enim interdum θ. in σ. vertunt, vt apparet in voce σιὸς, id eſt, θεὸς, vel potiùs σιὸς, vnde Σίβυλλα creditur dicta, quaſi τοῦ θεοῦ βουλὴ, quòd vates dei mentem, conſilium, & voluntatem hominibus interpretaretur. Quòd ſi vox mendo caret, eam ex nomine μέσος, id eſt, *medius*, & ὅρος, id, *finis, terminus*, compoſitam eſſe dicemus: vide quæ ſuprà pag. 66. in voce μεθόριον à nobis ſunt dicta. F

E caſtris copias eduxit, Προσῆγεν ἐκ τοῦ χάρακος) Mallem προῆγεν, vt ſenſus videtur poſtulare.

¶Pa. 102. Vtrique paraſſent, Ἐπεὶ δὲ παρεσκεύαστο αὐτοῖς) Vel δύναμις ſubaudiẽdũ, qua de re paulò antè: vel certè aliquid huiuſmodi puto deſiderari, τὰ πρὸς τὸν πόλεμον, quemadmodũ aliàs apud hunc autorem ſępe reperias.

Eduxit & ipſe, Ἐξῆγε καὶ αὐτὸς τὸ τῶν Ῥωμαίων) Vel στράτευμα, vel aliquid ἰσοδυναμοῦν videtur deſiderari. Sed ſi locus eſt integer & ſanus, hoc ab autore figuratè, καὶ καινοπρεπῶς poſitum dicemus ἀντὶ τοῦ τοὺς ῥωμαίους ἐξῆγε. G

Stratagemate, Ἀγχινοίᾳ στρατηγικῇ) Id eſt, *prudentia, ac ſagacitate imperatoria*, περιφραστικῶς ita τὸ στρατήγημα vocat.

Quartam vigiliam, Ἑωθινὴν φυλακὴν) Id eſt, *matutinam vigiliam.* Latini quartam vigiliam appellant: noctem enim in quatuor vigilias diuidebant.

Pars cuſtodiarum deſetuerat, Ἐκλελοιπότων τὰς φυλάς) Τὰς φυλακὰς legendum: ſenſus hanc lectionem indicat: mutatio leuis.

Confluentem, Τὸν ἐκ τῶν δυεῖν ποταμῶν) Περίφρασις confluentis: quid enim aliud eſt confluens quàm vnum flumen ex duobus factum, quod accidit aquis in vnum confluentibus? Suprà dixit, συμβολὰς τοῦ τε Ἀνίητος, καὶ τοῦ Τιβέριος.

Fœdus in ſex annos Σπονδὰς ἑξαετεῖς) Particulam καὶ deſiderari puto, niſi fortè hæc per appoſitionem addita dicamus.

Clã accerſitis, Διαπεμψάμενοι) Ἀντὶ διὰ πολλῶν κρύφιον, Vel ἀγγέλων μεταπεμψάμενοι. Significat igitur plures ſiue legatos, ſiue nuntios in varias partes clã miſſos ad implorandam aliorũ opem, & ad accerſendũ auxiliũ.

¶Pag. 103. Appellata eſt Cære, Καίρητα μετονομάσθη) Vel Καίρη, vt apud Latinos, vel Καιρὴ, vt apud Stephanũ legendum videtur. Si Καίρη legas, hinc καιρητανὸς deducetur: ſi καιρὴ, καιρητανὸς, qua voce Dionyſius ſæpe vtitur. Vide Plin. libro 3. cap. 5. & ſuprà pag. 14. hac de re fuſiùs à nobis eſt actum.

¶Pag. 104. Allatas fuiſſe, Κομισθῆναι δὲ καὶ Ταρκυνίῳ) Vel καὶ ταρκυνίῳ, vel καὶ πρὸς ταρκύνιον eſt legendum: alioqui oratio eſſet ἀνακόλουθος, & ſenſus abſurdus, quod ex ſequentibus facilè colligitur. Si tamen retineas vulgatam lectionem, vertes, *Aiunt Tarquinium præter cætera ornamenta regia tuliſſe etiam duodecim ſecures*: at, vt antè dictum, hoc abſurdum videtur, licet quis reſpondeat tribui μετωνυμικῶς Tarquinio, quod eius ſatellitibus, ac lictoribus propriè tribuendum: huc adde quod τὸ κομισθῆναι ἀντὶ τοῦ κομίσασθαι, vel κομίσαι paulò durius, & inuſitatius videtur: quanuis enim vox paſſiua pro actiua ſæpe ἀδιαφόρως ab Atticis vſurpetur, hic tamen infinitus aoriſti prioris paſſiui rariſſimè pro actiuo poſitus apud probatos linguæ græcæ ſcriptores, niſi ſo apud poëtas, reperiatur (vt ingenuè fatear) mihi nullum exemplum iam occurrit.

De principatu, Ὑπὸ τῆς ἀρχῆς) Vel περὶ, vel ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς dicendum videtur, vt alias Dionyſius loqui ſolet: ſenſus ipſe lectionem iſtam flagitat.

¶Pag. 105. In inſidiis collocarat, Ἐλόχησε) Euſtath. λοχᾶν, τὸ ἐνεδρευτικῶς ὑποκαθῆσθαι. Suid. λοχῶσιν ἐνεδρεύουσι, ἀπὸ τοῦ λόχου τὸ ἐνέδρευμα. λοχᾶν igitur, ſiue λοχᾶν, eſt in inſidiis latere. Sed λοχίζειν ſignificat in inſidiis collocare eſtque verbum tranſitiuum παρὰ τὸν λόχον, quaſi ἐνλοχίζειν, vnde apud Homerum ſæpe διάγωγος reperias λοχίζειν, ſtruere inſidias. Hic igitur fortaſſe melius ſuerit ſi ἐλόχισε legas, quod colligitur ex ipſa cõſtructione

Inſperato malo, Τοῦ παρ' ἐλπίδα κακοῦ) Lapus κακοῦ videtur legiſſe: hanc lectionem & ego vulgata meliorem eſſe puto.

Ne incurſiones in agrum faceret, Τῶν ἐπὶ τὴν χώραν ἐξόδων) Ἀντὶ τοῦ τῶν ἐξόδων, καὶ ἐφόδων, ἤγουν εἰσβολῶν, vt alibi loquitur hic autor: ἔξοδος enim ſæpe non ſolùm ipſum exitum: ſed etiam eruptionem, expeditionem, & irruptionem in agrum hoſtilem ſignificat, vt hoc loco facilè colligitur.

Eos qui in ipſis erant expugnare decreuit, Πολεμεῖν τοῖς ἐν αὐτῇ) Si πολεμούμενος dicitur is, qui bello premitur & vexatur, ergo πολεμεῖν bello premere, & vexare ſignificat. Sed illud quidem vſitatiſſimum, hoc verò nouum, vel certè minus vſitatum: ſi tamen codex eſt ſanus hoc ita intelligendum dicemus: alioqui dicendum eſſet τοῖς ἐν αὐτῇ. Nam vſus obtinuit vt dicamus πολεμεῖν τινι, id eſt, bellum alicui facere, vel inferre: quanquam nihil abſurdi ſequeretur ſi ſimplex pro cõpoſito ἐκπολεμεῖν ab autore poſitum diceremus. Dionyſius tamen (ſi modò codex mendo caret) ſæpius τὸ πολεμεῖν vſurpat pro bello premere, & obſidere, pag. 193. pag. 225. τὴν Ἀρικηνῶν πόλιν πολεμῶν, & 517. οἱ Σαβῖνοι πολεμοῦσι. & 272 τὸ φρούριον πολεμεῖν.

Relictis

Relictis ipſi, Καταλιπόντες αὐτῷ) Δηλονότι τῷ Ταρκυνίῳ. Tarquinius enim eos hoc facere coëgit. Sylburgius exiſtimat ἐν αὐτῷ legendum, & ad χώρας refert: ſed vulgata lectio eſt bona: quare nihil mutandum.

Aruntem, Ἄρροντα) Alias Ἄρροντα vocat: declinationem igitur mutauit.

Peregrinum & extorrem, Ξένον καὶ ἄπολιν) Potes & hunc locum ita vertere, *Peregrinum, & nondum Romanæ ciuitatis iure donatum.*

Quod is nullam prolem virilem ſuſcepiſſet, Οὐκ ὄντος Ταρκυνίῳ γονῆς ἄρρενος) Hoc facit ad probandum A Tarquinium Superbum, eiúſque fratrem non filios: ſed ex fratre nepotes Tarquinij Priſci fuiſſe. Nam (vt hic videmus) Tarquinius Priſcus ſine virili prole mortem obiit. Tamen cum hoc loco pugnat alter locus, qui extat pag. 153. initio quarti libri, vbi Dionyſius ita loquitur, Βασιλεὺς δὲ Ταρκύνιος ὁ μείζων, ὃς δὲ ὀλίγον φαμέν εἰς ἀγαθῶν αἴτιος γενόμενος αὐτοῖς, καὶ τριάκοντα ἔτη τὴν ἀρχὴν κατασχὼν ἔτη τελευτῶν υἱοὺς τε δύο καταλείπει νηπίους, καὶ δύο θυγατέρας αἳ δ' ἔφην συνοικοῦσαι. Vt igitur hos locos B inter ſe conciliemus, dicēdum, Tarquinio Priſco præter duas filias duos etiam fuiſſe filios, quorum alter ſine vlla ſobole multò antè obierat, alter paulò pòſt, relictis duobus filiis, qui infantes erant, quum Tarquinius Priſcus eorum auus Marciorum inſidiis eſt interfectus, atque horum filiorum alterum (vt patet pag. 172.) fuiſſe L. Tarquinium Superbum, alterum Aruntem eius fratrem, minorem natu, quem ipſe vxoris opera venenis ſuſtulit. Iſtam coniecturam Dionyſius confirmat pag. 155. quum ait. Ἔτυχε δὲ αὐτῇ (de Tanaquile, Tarquinij Priſci vxore ibi verba fiunt) C παῖδας μὲν υἱοὺς περὶ πολλοῦ τετελευτηκὼς χρόνου, παιδία δ' ἐξ ἐκείνων δύο νήπια καταλελειμμένα, &c. vide & quæ pag. 157. 158. traduntur: vbi Dionyſius refellit eorum opinionem, qui Tarquinium Superbum, eiúſque fratrem Tarquinij filios proprios eſſe credebāt. Sed fortaſſe obiiciat quis, quomodo Dionyſius pag. 153. dixit υἱοὺς τε δύο καταλείπει νηπίους, ſi ambo filij, quo tempore Tarq. Priſcus fuit cæſus, iam obierant? nónne hoc abſurdum? Fateor & ego: niſi τὸ καταλείπειν iam accipias pro habuiſſe, vt ſit D conſequens pro antecedenti poſitum, quod tamen durius videtur. Vt igitur omnem horum locorum difficultatem tollamus, ſi codex mendo caret, dicendum per τοὺς υἱοὺς ipſos Tarquinij Priſci nepotes intelligendos, quia reuera & ipſi noſtri nepotes ſunt noſtri filij, quia à nobis procreati: ſed ſi υἱωνοὺς pro υἱοὺς legeremus, vt legendū ſuſpicor, hic nulla difficultas eſſet. Hoc patet ex ſequentibus verbis, quæ extant p. 155. Nam Dionyſius de his duobus infantulis agens hæc ſcribit, εἰ γὰρ δὴ μαρτυρεῖ τοῖς ἀπολωλόσι τῶν πάππων αὐτῶν, &c. Quinetiam E ipſemet Dionyſius ait, fieri poſſe vt duo illi infantuli natura quidem eſſent Tarquinij nepotes: ſed adoptione filij: idcirco veriſimile videtur pleróſque crediſiſſe eos ipſius proprios fuiſſe filios.

¶P. 106. Pontifices, Ἱερῶν ἐξηγηταί) Id eſt, *ſacrorum interpretes*, hos alibi vocat ἱεροφάντας, id eſt, *Pontifices*. Sed hic ἀκυρολογικῶς autor eſt loquutus.

Ingentibus lapidibus, Λίθοις ἁμαξιαίοις) Ita vocat ſaxa grandiora, quorum ſingula iuſtum plauſtri onus conficiebant. Maiora quàm quæ verbis exprimi, F Κρείττω λόγου) Id eſt, vix credenda, quæ omnem orationis fidem ſuperabant. Primus, Πρῶτον ὑπεστήσατο) Mallem πρῶτος, vt ad ipſam Tarquinij perſonā referatur, quemadmodum ſuprà dixit πρῶτος ἐδείματο.

Extentoriorum tabulatis, Σκηναῖς ὑποκειμένων) Imò verò ὑποκειμένων: neque enim illæ furcæ ligneæ ſuprà tabulata: ſed ſub illis ſuſtinendi gratia ponebantur. Hic autē eſt huius loci ſenſus. Antè enim ſtātes ludos ſpectabant ex quibuſdam ligneis tabernaculis, in quibus erant tabulata, quæ furcis ligneis ſuſtentabantur. G Si verbum ὑποκειμένων velis retinere, dicendū σκηνῶν ξυλίνων δικράνοις ὑποκειμένων. Euripo, qui, Εὐρίπῳ εἰς ὑποδοχὴν ὕδατος) Euripi in Circis, ac ludis erant foſſæ circum circa ductæ, quæ pro ſeptis fiebant. Interdum etiam, vt ex Dionyſij verbis apparet, erant hæ foſſæ deſtinatæ ad recipiendas aquas, quæ ludos impedire potuiſſent. Ideo Εὔριπος à quibuſdam ὑποδοχεῖον, & δοχεῖον ὕδατος appellatur. Coniunguntur, Καὶ συνάπτουσιν ἀλλήλαις) Ex præcedentibus, & ſequentibus Dionyſij verbis, atque ex ipſa legitima conſtructione poſſumus conicere legendum καὶ συνάπτονται. Hoc autem reſpondebit τῷ συνάγονται. Et vertemus, *Aliæ cum aliis coniunguntur ita vt minor maiores connectat.* quamuis enim A τὸ συνάπτειν interdum neutraliter poſitum cohærere, & coniunctum eſſe ſignificet, nunc tamen ita vſurpari commodè non poteſt. Sequitur enim, αἱ μείζους ὑπὸ τῆς ἐλάττονος, quæ verba neque cum actiuo, neque cū neutro verbo legitimè cōiungi poſſunt: quòd ſi poſſunt, eodem modo hoc dicetur, quo τὸ δίδοσθαι ὑπό τινος, ἀντὶ τοῦ κτείνεσθαι, quod minimè nouum.

¶P. 107. Et faſtigiatus, Εἰς κορυφὴν συνηγμένος ὀξεῖαν) Id eſt, *in verticem*, vel *cacumen acutum contractum.*

Simulachro proxima, Πλησίον τοῦ ἕλους) Gelenius vertit B *propè delubrum*: quare videtur legiſſe ἕδους, quæ lectio mihi quoque vt veriſimilior quàm vulgata non mediocriter placet. Nam de nulla palude mentio fit antè. ἕδος autem præter vulgatas ſignificationes accipitur & pro templo, & ſimulachro, & puluinari alicuius dei.

Vocabatur Accius, Accius Nauius, Ἐκαλεῖτο κοινὸν ὄνομα, καὶ προσηγορικόν) Verba hoc ſonant, *Vocabatur nomine communi, & appellatiuo Neuius, at nomine cognationis, Attius,* Sed ego ſenſum ſum ſequutus. Anteiuerit, Ἀναψάντες) Mallē ἀναψάντα, vt ad ipſum Neuiū refe- C ratur, Id eſt, *Qua fortuna vſus, & quibus Dei auxiliis, vel quibus facultatibus ſibi à Deo oblatis adeò claruerit, vt omnes ſuæ ætatis homines præterierit, illiſque omnem admirationem detraxerit.* Si vulgatam retineas, ſenſus parum commodus erit: dicendum enim fuiſſet τοὺς κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν διαπρέψαντας. Id eſt, *omnes eiuſdem ſeculi homines, qui augurali arti operam nauabant.* Nam ſuprà monuimus τὸ διατρίβειν γυμνικῶς, pro φιλοσοφεῖν ſæpe poni. Sed longè melius, ac ſimplicius eſſet ſi ἡβάσαντας legeremus, i. *qui eodem ſeculo vixerunt.* Hunc virum Liuius Accium Nauium, Diony- D ſius Attium Neuium, Sigonius Attium Nœuum vocat, alij aliter appellant: ego Liuium ſequi non dubitaui.

Quem in tota vinea, Τὸν ἐν τῷ χωρίῳ) Id eſt, *Racemum maximum, quem in ſuo fundo reperire potuiſſet*, τὸ χωρίον hic appellat, quod infrà vocat ἀμπελῶνα.

¶P. 108. Centurias tres, Τρεῖς φυλάς) Si codex mendo caret φυλῶν nomine καταχρηστικῶς, καὶ ἀκυρολόγως nō Tribus, at centuriæ ſunt intelligendæ. Liuij verba, quæ extant lib. 1. decad. 1. tollent iſtam difficultatem. Sic autem ille, *Tarquinius equitem maximè ſuis deeſſe viribus ratus,* E *ad Ramnenſes, Titienſes, Luceres, quas Centurias Romulus ſcripſerat, addere alias conſtituit, ſuóque inſignes relinquere nomine.* Ego puto pro φυλάς fortaſſe reponēdum λόχους, id eſt, centurias, vnde λοχῖτις ἐκκλησία, Comitia centuriata, vt apparet p. 342. 343. 486. 501. 534. 540. Ex recenti delectu, Ἐκ τῶν ὑπ' αὐτοῦ προστεθέντων) Reuera enim antequā nouas illas centurias ad veterem numerū adderet, earum delectū habuit. Huc igitur autoris verba ſpectāt.

Rē fieri poſſe, Δυνατὸν εἶναι τὴν πρᾶξιν) Sylburg. δυνατὴν corrigit Sed hoc dictum Atticè, vt ἄλυτος ἐπιπεδήσασα.

F Nouacula, Τὸ ξυρόν) Sylburgius τὸν ξυρὸν emendat, quia p. 152. ὁ ξυρὸς dicitur, ſed vtrumque ſatis vſitatū.

Erexit, Χαλκοῦν ἔστησεν) Ἀνέστησεν exiſtimo legendum. Sic autem Dionyſius de re eadem agens alibi loqui ſolet. Maximum autem eſt diſcrimē inter τὸ διαστῆσαι, καὶ τὸ ἀναστῆσαι. Sed hoc ad rem præſentem facit, illud ab autoris mente videtur alienum. Prope ſacrā ficū. Πλησίον τῆς ἱερᾶς συκῆς) Gelenius vertit, *prope Ruminalem ficum*, quod bene habet. Nam ficus Ruminalis, & ſacra ficus idem: qua de re vide doctiſsimas Cl. V. Ioſephi G Scaligeri Caſtigationes in Feſtum, in voce Nauia. Lapus verò vertit, prope ſacrum templum: quare puto eū legiſſe ἱεροῦ σηκοῦ: ſed nihil mutandum.

Sculptam, Ἀκόνη γεγράφθαι) Id eſt, *Cotem & noua-*

ulam in ara quadã ſubterranea inſculptam fuiſſe ferunt. Liuius
hac de re ita, *Statua Accij poſita capite velato, qua in loco rei
acta eſt in comitio in gradibus ipſis ad læuam Curiæ fuit. Cotem
quoque eodem loco ſitam fuiſſe memorant, vt eſſet ad poſteras mi
raculi eius monimentum.* Cicero quoq; de diuinatione de
re eadem agens hæc ſcribit, *Cotem illam, & nouaculã de-
foſſam in comitio ſupráque impoſitum puteal accipimus.* His ver
bis adducor vt credam hic κατακλυφθῆναι, vel περιφθῆναι po
tiùs, quàm γεγάφθαι ſcribendum, quẽadmodum ipſe
ſenſus poſtulat: quare vertemus, *Aiunt autem & cotem,
& nouaculam illam ſub ara quadam ſubterranea reconditã fuiſſe:*
vulgata lectio parum commoda videtur.

Puteus vocatur, Καλεῖται δ' φρέαρ ὁ τόπος) Idẽ Scaliger
eodem loco à nobis ſuprà allato docet Dionyſiũ falli,
qui puteal à Græcis φρέαρ appellari putet, φρέαρ enim eſt
ipſe puteus: puteal verò τὸ τοῦ φρέατος πῶμα, Id eſt, pu-
tei operculum. Ego tamen vulgatam lectionẽ in ver-
ſione mea ſum ſequutus. Commodus enim ſenſus ex
ea elicitur. Nã & ipſe Dionyſius videtur illud innuere
ipſum quidem locũ, in quo cos & nouacula recondita
fuit, puteũ à Romanis appellatum: putei verò oper-
culum vtrique impoſitum puteal nominatum. Sed al-
terum expreſſit, alterius nullam fecit mentionem. Lo
cum verò à putei ſimilitudine puteũ appellatũ dicit.

Rebus bellicis operã ampliùs dare non poſſet, Ἀπα-
γορεύσας ἤδη τῶν πολεμίων) Si codex mendo caret per
τὰ πολέμια intelligit autor τὰ πολεμικὰ πράγματα, τὰς
πολεμικὰς πράξεις, αὐτοὺς τοὺς πολέμους. Sed fortaſſe me-
lius ſi τῶν πολέμων legas.

Anci Marcij, Ἄγκου Μαρκίου) Hinc patet verum eſſe
quod ſupra de Marcij voce corrupta diximus.

A ciuibus facillimè ſibi traditũ iri credebant, Πρὸς
τῶν πολεμικῶν ἀποδοθήσεσθαι) Ex hac lectione nullus com-
modus ſenſus elici poteſt. πολιτῶν legendum videtur,
quod ex ipſis Dionyſij verbis facilè colligi poteſt, Id
eſt, Regnum enim ſibi à ciuibus traditũ iri ſperabant,
quòd ſi vulgatam lectionem retineas, homines belli-
coſos intelliges, quos κατὰ τὸ σιωπώμενον à Marcij filiis
ſubornatos, & pecunia corruptos fuiſſe dices, vt hac
ratione rẽgnum occuparẽt. Sed ſequentia cum præce-
dentibus malè cohærerent: Imò verò ſuperiora cum
his pugnarent.

Certam coniecturam aut ſignum, Τεκμήριον, ἔστι ση-
μεῖον) Τεκμήριον appellat notã, & coniecturam certio-
rem: σημεῖον verò coniecturã leuiorem, & minus certã.

Noua in Rep. Κοινὰ περὶ πολιτείαν) Lapus hæc ita. *Quod
multa cogitãs communia in rep. agere:* ſed hæc interpretatio
durior videtur: ſuſpicor legendũ καινὰ. i. noua. Aliquid
autem in Rep. nouare, & præter leges ac mores mu-
tare, vt nunc, ita olim erat odioſum: hoc eſt veriſimi-
lius. Leuis eſt error, leuis eſt mutatio.

Multum riſum omnibus mouerunt, Πολὺν ἐποίησαν
ἐξ ἁπάντων γέλωτα) Perperam antè πολλὴν legebatur.

Antequam ad regnum accederet, Καὶ πρὶν ἐπὶ τὴν δυνα-
στείαν) Id eſt, *Vel antequam ad principatum accederet*, ante-
quã regnũ auſpicaretur, & iniret. Sunt tamen qui co-
pulam καὶ vt ſuperfluam putent expungendã: ſed reti-
nẽda. Hic enim eandẽ vim habet, quam particula, Vel,
apud Latinos.

Quibus ego fidem maximam adhibeo, Οἷς ἐγὼ μάλι-
στα συγκατατίθεμαι) Id eſt, *quibus ego maximè aſſentior*, id
eſt, *quæ mihi maximè veriſimilia videntur.*

Quæ Corniculi erant, Ἐν Κορνικόλῳ πόλει) Quæ plu-
ribus hîc traduntur, Ouidius 6. Faſtorum 141. paucıori-
bus explicat. Sic autem ille,

Námque pater Tulli Vulcanus, Ocriſia mater
Præſignis facie Corniculana fuit.
Hanc ſecum Tanaquil ſacris de more peractis,
Iuſſit in ornatum fundere vina focum.
Hic inter cineres obſcœni forma virilis
Aut fuit, aut viſa eſt. ſed magis illa fuit.
Iuſſa foco captiua ſedet, conceptus ab illa
Seruius, à cœlo ſemina gentis habet.
Signa dedit genitor tunc, cùm caput igne coruſco
Contigit, inque comis flammeus arſit apex.

Plinius libro 37. cap. 27. 415. *Non præteribo* (inquit) *&
vnum foci exemplum Romanis literis clarum: Tarquinio Priſco
regnante tradunt repentè in foco eius apparuiſſe genitale è cinere
maſculini ſexus, eámque quæ inſederat ibi Tanaquilis reginæ an-
cillam Ocriſiam captiuam conſurrexiſſe grauidam. Ita Seruium
Tullum natum, qui regno ſucceſſit. Inde & in regia cubanti puero
caput arſiſſe viſum, creditumque Laris familiaris filium. Ob id
A Compitalia, & ludos Laribus primum inſtituiſſe.*

¶Pag. 110. Cui iam educato mater impoſuit nomẽ,
Ὧι τίθεται τραφέντι) Id eſt, *Cui nato nomen impoſuit*: ſed à cõ-
ſequenti antecedens eſt intelligendum: ortus præce-
dit, educatio ſequitur.

¶P. 111. Iampridem autem eius iuuenis filius obie-
rat, qui duos infantulos ſuos ſuperſtites reliquerat,
Ἐτύχε δ' αὐτῷ νεανίας υἱὸς οὐ πρὸ πολλοῦ τετελευτηκὼς χρόνου)
Quia ſubiicitur παῖδας δ' ἐξ ἐκείνου δύο νηπίους καταλελοιπὼς,
ideo videretur potiùs dicendum οὐ πρὸ πολλοῦ. i. non mul-
B to antè. Alioqui iſti pueri non fuiſſent infantes: ſed iam
adulti, natúque grandiores. Si tamen codex eſt ſanus
per hæc verba πολλοῦ χρόνου ſex, ſeptémve annos intel-
ligemus, quod temporis ſpatium non abſolutè: verùm
κατὰ σύγκρισιν quandam longum dicetur. Infantia enim
(vt placet nonnullis) vocatur hominis ætas vſque ad
ſeptimum annum, quòd ad hoc vſque tempus plerũq;
non ſatis expeditè, nec ſatis commodè fari poſſimus.

Quibus Tarquinius ſuas filias in matrimoniũ dedit,
Οἷς ἐνεγγύησε Ταρκύνιος τὰς ἑαυτοῦ θυγατέρας) Tanaquil
Tarquinij Priſci vxor (vt ſuprà Dionyſius declarauit)
C cæteris arbitris amotis in cubiculũ ſecretũ hos tantũ
vocauit, Ocriſiam Tullij matrem, Tulliũ Ocriſiæ filiũ,
eiúſque vxorẽ, Tarquinij Priſci filiã, nullos præterea:
tamen hic quaſi duos generos cum duabus vxoribus
vocaſſet ita dicit οἷς &c. Quare vel per imprudentiã
horum duorũ nomen ab autore, vel (quod lõgè veriſi-
milius) à typographo præteritum: ſed ſi codex mendo
caret, ſi nihil hic deſideratur, hoc profectò quod ver-
bis diſertiſſimis non eſt expreſſum, tamen κατὰ τὸ σιωπώ-
D μενον eſt intelligendum. Quanquã nihil abſurdi ſe-
quatur hanc ſententiam, ſiquis dicat ad abſentes tan-
quam ad præſentes verba a Tanaquile fuiſſe facta. Res
enim eorum, vt & cæterorũ, qui ex regia familia erãt,
agebatur. Quòd autem illi priuato concilio tunc non
interfuerint, variæ cauſæ poſſunt afferri, vel quòd non
eſſent in vrbe, vel quòd à palatio regio nimiũ remoti,
vt non tam citò res ipſis ſignificari poſſet ſine aliquo
ſuſpicionis metu. Tullius verò, qui iam ſæpiùs Remp.
adminiſtrarat, κατὰ τὸ εἰκὸς ibi præſtò fuerat, & vxor cum
E eo. Sed de altero Tarquinij genero nihil certi reperio,
præter ea quæ infrà ab ipſo D. Hal. traduntur, p. 156. τὸν
ἕτερον τῶν αὐτοῦ υἱῶν, vbi υἱὸν vocat generũ, quia gener eſt
tanquã ſoceri filius, vt pote qui filiã eius matrimonio
iunctam habet. Conſtat certè duas fuiſſe Tarq. Priſco
filias, vt etiam ipſemet Dionyſius docet ſtatim initio
libri 4. 153. vbi de eo agẽs hæc tradit, τελευτῶν, φησί, τε δύο
καταλείπει νηπίους, καὶ δύο θυγατέρας. & pag. 155. ὁ δὲ βασιλεὺς
(Ταρκύνιος αὐτὸν) κηδεστὴν ἐποιήσατο τὴν ἑτέραν τῶν θυγατέρων
ἐγγυήσας. & pa. 158. ἀλλὰ θυγατέρες ἦσαν αὐτῷ δύο, &c. & 159.
F ibi agitur de Tullio, qui ait ſibi alteram Tarq. Priſci fi-
liam datam in matrimonium, καὶ τὴν ἑτέραν τῶν θυγατέρων
ἔδωκέ μοι γυναῖκα. Vxor Tulli Tarquinia vocabatur pag.
172. ἦσαν δὲ Τυλλίῳ δύο θυγατέρες ἐκ γυναικὸς γεγενημέναι Ταρ-
κυνίας, ἣν ἐνεγγύησεν αὐτῷ βασιλεὺς Ταρκύνιος, &c. 201. Ταρ-
κυνίαν δὲ τὴν ἐκείνου γυναῖκα, de Tullij vxore agit, quã Tar-
quinius Superbus interfecit. Alter gener Tarquinij
vocabatur Marcus Iunius, & eius vxor Tarq. Priſci fi-
lia vocabatur & ipſa Tarquinia, vt docet Dionyſius
pa. 195. Eo loco agit de Bruti parentibus τῷ ἀνδρὶ τούτῳ
G (inquit) πατὴρ μὲν ἦν Μάρκος Ἰούνιος ἐκ τῶν ἀνῳκισμένων
λαῶν ἀπόγονος. &c. Μήτηρ δὲ Ταρκυνία, τοῦ προτέρου βα-
σιλέως Ταρκυνίου θυγάτηρ.

Illos quinefariè, Ἀνδρες ἀνόσια) Vel ἀνόσιοι dicendũ,
vt ſit

vt ſit ἀντιμερία, nomen pro aduerbio, quod eſt vſitatũ, vel certè ἀνοσίως eſt legendum. Πολλῷ ἐξ ἀμφοτέρων) perperam antè πολλῷ legebatur.

¶Pa.112. Ad regię veſtibulũ, Τὸν πρὸ θυρῶν στενωπὸν) Ita περιφραστικῶς ipſum regiæ veſtibulum vocat, quod græcè προπύλαιον appellatur. Verba autem hoc ſonant. Stans ad feneſtras, quæ ferunt antè anguſtias, quæ ſunt ante fores.

Viginti & quatuor, Τέτταρα δ' ἐπὶ τοῖς εἴκοσι) Ex hiſtoria, & annis, quos ſinguli reges regnarunt colligitur hũc [A] locum mendoſum, & ita corrigendum τέτταρα δ' ἐπὶ τοῖς εἴκοσι ἐβασίλευσεν ἄγχος. αὐτὸς δὲ ἔτη ὀκτώ. &c. Gelenij verſio noſtram coniecturam confirmat. Quare in mea verſione hãc lectionẽ vt verã ſequi nõ dubitaui.

¶P.113. Rebus gerendis intereſſet, Ἐν τοῖς πράγμασιν ἐξεταζόμενος) Lapus vertit, *Rebus ipſis interueniens*. Sed hæc interpretatio iam minus commoda videtur. Gelenius verò hæc ita. *Ipſe interim ab armis non temperans*, hoc eſt commodius. Sed ſi vllus coniecturæ locus eſt dandus, ἐν τοῖς τάγμασιν legendum puto. τάγματα vocantur [B] ordines militares: ἐξετάζειν verò præter vulgatas ſignificationes, ſignificat etiam recẽſere, & luſtrare copias. Et duces τὰς δυνάμεις ἐξετάζειν, illi verò ἐξετάζεσθαι dicũtur. Hic autem erit huius loci ſenſus: Tarquinius, licet iam annum ætatis nonageſimum ſextum eſſet ingreſſus, tamẽ omnia imperatoris munia obibat, atque adeò ſe in ipſo militum pugnantium numero ponebat: quare & ipſe inter cæteros recenſebatur. Maximæ autem laudi vertitur imperatori, ſi non ſolùm rectè imperare norit: ſed etiam ſi ipſe, quoties eſt opus, forti- [C] ter pugnare poſsit.

Præter communem, Παρὰ τὰς κοινὰς) Vel addendum, ὃ, id eſt, *quod*, vel verbum illud δεῖν eſt expungendum: alioqui oratio eſſet ἀνακόλουθος.

Gemaniam, Ἀλλά γε μανίαν τινὰ) Legendum Ἀλλὰ Γεγανίαν τινά. Gelenius videtur legiſſe Γεγανίαν. Liuius Geganiæ familiæ mentionem facit: huius tamen mulieris nullus alius præter Dionyſium meminit, quod ſaltem ſciam.

[D] Et priuatum eorum, Τόν τε ἴδιον αὐτῶν βίον) Mallẽ αὐτῶν vt ad παίδων referatur.

Magna neceſsitas me, Πολλὴ μὲν ἀνάγκη) Facilè crediderim legendũ potiùs πολλή με ἀνάγκη κατείληφεν, tum quia nulla particula ſequitur, quæ reſpõdeat huic μὲν, tum etiam quia verbum κατείληφεν hoc requirit: Si tamen locus eſt ſanus, pronomẽ με deſiderari dicemus: quòd verò τὸ μόριον ἀνταποδοτικὸν hic deſit, hoc minimè mirum, nam non ſolùm in ſoluta oratione: ſed etiam in poëſi ſæpe hoc poteſt obſeruari. Homeri exemplo [E] vnico, quod nobis occurrit in præſẽtia cõtẽti erimus. Sic autem ille lib. Iliad. 7. pa. ex Criſpini typis 265. 6.

Ὣς ἔφαθ' οἱ δ' ἄρα τοῦ μάλα μὲν κλύον, ἠδ' ἐπίθοντο.

Δόρπον ἔπειθ' εἵλοντο κατὰ στρατὸν ἐν τελέεσσιν.

Hic τὸ πρότερον particula præcedens deſideratur.

Excepit, Ὅντα μεταλαβὼν) Exiſtimo legendum ὄντα με παραλαβών. Sic pa. 175. ὃν ἐγὼ νήπιον παραλαβών.

¶P.114. Si bona debitorũ, Τὰς οὐσίας τῶν συμβαλόντων) Τοῖς δανεισταῖς, i. *fœneratoribus* opponit τοὺς συμβάλλοντας. i. *debitores*, qui ob certã pecuniæ ſummã fœneratorib. [F] fœnus perſoluunt. Senſus & verba Dionyſij hoc manifeſtè declarant: aliàs tamen συμβάλλειν, quod longè melius, dicuntur ipſi creditores, qui pecuniam conferunt, & alicui numeratam mutuò dant.

Creditoribus, Τοῖς ὀφείλουσι) Imò verò τοῖς δανείσασι, vel τοῖς δανεισταῖς, vel τοῖς συμβαλοῦσι, Id eſt, *qui creditoribus*, vel *fœneratoribus fidem ſuam ſeruare non poterant*, vel qui fidem ſuam liberare nõ poterant. Ex ſequentibus ita legendum patet: ſubiicit enim Dionyſius ἀποδοῦναι τοῖς δανεισταῖς τὰ χρέα. οἱ ὀφείλοντες) (οἱ δανείσαντες, vel οἱ δανεισταὶ

[G] Et quantum vnuſquiſq;, Καὶ τόσον ἕκαστος) Id eſt, Et quantum vnuſquiſque deberet, hic enim verbũ ὀφείλει, vel ὤφειλεν deſiderari puto.

Nec eadem ampliùs conſilia, Καὶ λογισμοὺς οὐκ ἔτι) Nõ ampliùs idem cogitabant: ſed ſententiam mutarunt, & conſilia longè alia ceperunt.

Regẽ legitimũ, Ἄξοντα τὴν ἀρχὴν) Fortaſſe ἕξοντα potiùs legẽdũ. Verba ſonant, *& per illos eligere qui ex legibus regnũ eſſet habiturus. i. regnaturus eſſet legitimè*. Si codex eſt ſanus hæc ἄγειν ἀρχὴν, ἔχειν ἀρχὴν, καὶ ἄρχειν συνωνύμως dicẽtur.

Tullius om. Ἅπαντα Τύλλιον) Hoc ad φυλαὶ eſt referendum, quod deſideratur.

Suffragiis crearetur, Ψηφοφορήσουσι) A ψῆφος & φέρω fit ψηφοφορία, & ψηφοφορεῖν, quibus vocibus hic autor ſæpe vtitur: ſed mendoſè paſsim reperias ψηφηφορία, & ψηφηφορεῖν pro ψηφοφορία, καὶ ψηφοφορεῖν. hic autem ψηφοφορεῖν, quod obſeruandum, poſitum eſt pro ψηφοφοροῦντα, vel ταῖς ψήφοις, vel τῇ ψηφοφορίᾳ αἱρεῖσθαι.

¶P.115. Me metus iã ſubit, Περὶ τοῦ ἐμοῦ δέος) vel ζωῆς, vel ψυχῆς deſideratur. Hic autem eſt huius loci ſenſus: Sed nunc etiã meo ipſius capiti eſt metuendũ, vereor enim ne pro mea iuſtitia præmium amarum referam.

Nulla iniuria aut prauiore aut leuiore, Ἀδίκημα μὲν ὅτι μεῖζον, ὅτι ἔλαττον ἐγκαλεῖν) Hic infinitiuus nullum habet verbum à quo regatur, ſi participiũ δυνάμενοι, vel ἔχοντες addamus, orationis conſtructio erit abſoluta, alioqui locus mancus, & conſtructio ἀνακόλουθος. Sequentia noſtram coniecturam confirmant.

Qui res alienas vendunt, Οἱ τὰ ἀλλότρια ἀποδιδόντες) Si codex eſt ſanus, eos intelligit, qui res alienas diſtribuebant, & largiebantur vt ſibi populi beneuolentiã hac ratione conciliarent. Sed ipſe ſenſus videtur poſtulare vt legamus, οἱ τὰ ἀλλότρια κατέχοντες, i. qui res alienas poſsident: ſed fortaſſe à conſequenti antecedens eſt intelligendum.

Contributionum quę in bellicos vſus, Τῶν συμφορῶν τῶν εἰς τοὺς πολεμίους) Lapus vertit, *expertes calamitatũ bellicarum*. Sed nihil tale hic agitur. Nã quas nunc συμφορὰς autor vocat, eas paulò pòſt συνεισφορὰς, & alibi εἰσφορὰς συνωνύμως appellat, & intelligit pecuniarum collationes, quæ in vſus bellicos fiebant. Sic p. 160. 163. quanquam codicem mendoſum eſſe puto, & εἰς τοὺς πολέμους legendum exiſtimo.

Mancipiis, Ἀργυρωνήτοις) Ita vocat mancipia, quæ pecunia emuntur.

His de cauſis, Τὰ ἐγκλήματα) Cauſæ intelliguntur, quibus impulſi Patricij de Tullio conquerebantur, & in eius perniciem coniurarunt.

Et auito, Καταλειφθεῖσαν) Proculdubio καταλειφθεῖσαν legendum. Illud παρὰ τὸ καταλαμβάνω, hoc παρὰ τὸ καταλείπω.

Eum creandum regem, Βασιλέα ποιεῖν αὐτὸν) Infinitus δεῖν deſideratur, alioqui locus erit imperfectus.

¶P.116. Agreſtes, Τοὺς τῶν ἀγρῶν) Ἐκ videtur deſiderari, τοὺς ἐκ τῶν ἀγρῶν, vel certè τοὺς τῶν ἀγροίκων. Hoc quoque Sylburgius notauit.

De rebus quas egit, Περὶ τῶν πολιτευμάτων αὐτοῦ) Id eſt, *de eius actis verba faciam*.

Exquilinum, Ἰσκυλῖνον) Vt quidam cenſent, ἰσκυλῖνον, καὶ ἰσκυλίας eſt legendum, vel vt alij, malunt, ἐξκυλῖνον, καὶ ἐξκυλίας. Sunt enim vocabula Latina, nõ græca. Γυμνά, καὶ ἀτείχιστα) Nuda, nulliſque cincta muris, immunita.

Primam Palatinam, Τὴν μὲν Παλατίνην) Quoniã ſubiicit Dionyſius τῇ τρίτῃ δὲ, & τῇ τετάρτῃ, profectò videretur hìc dicendum fuiſſe, τὴν μὲν πρώτην, παλατίνην, τὴν δὲ δευτέραν, βαβουράνην, τὴν τρίτην δὲ, &c.

Palatinam, Πελατίνην) Παλατίνην potiùs legendum. ſiquidem παλάτιον id poſtea vocatum, quod olim παλλάντιον: qua de re ſuprà in voce παλλάντιον pluribus à nobis actum. Latini Palatinam vocant hanc regionẽ.

Βαβουράνην) Vox eſt mendoſa, & Συβουράνην legẽdum: dicta enim Suburana tribus à Subura vrbis Romanæ regione, quæ nomen iſtud inde ſumpſiſſe creditur, quòd eſſet ſub muro terreo Carinarum. Alij tamen à pago Sucuſano primùm Sucuſam, deinde mutatis litteris Suburam appellatam tradũt, quòd Carinis ſuccurriſſet. Non deſunt qui Suburram, & Succuſanum pagũ ſcribendũ eſſe cenſeant. Hac de re vide Feſtum.

Quartam, Τὴν τετάρτην τῶν μερῶν) Τῶν μερῶν

legendum videtur, præſertim cùm autor antè τὰς μοίρας dixerit, quas μέρη συνωνύμως ſuprà vocauit, alioqui τοῦ τετάρτου τῶν μερῶν eſſet dicendum. Sed præcedentia Dionyſij verba docent priorem coniecturam eſſe veram,& genuinam lectionem.

Collatinam,Κολλατίνην) Κολλίνην potiùs puto dicẽdum.Nam Varro libro 4.de Lingua latina hanc facit vnam ex quatuor vrbis regionibus, quam à collibus, quos cõplectebatur,ita nominatam tradit.Hoc ipſum confirmabat Feſtus his verbis. *Vrbanas tribus appellabãt, in quas vrbs erat diſpartita à Seruio Tullio rege,id eſt, Suburrana,Palatina,Eſquilina,Collina.*

Laribus propiciis,Ἥρωσι προσηνοῖς) Lapus, *Heroibus propitijs.* Gelenius, *Laribus*, quod melius, προσφεγγικῶς enim Dionyſius Lares innuere videtur,qui in ſingulis ædibus colebantur,& qui ſemper ob oculos verſabãtur, προσώπιον enim dicitur τὸ προσώπιον, ἤτοι τὸ περὶ ὀμμάτων,id eſt, quicquid ante noſtros oculos verſatur. Interdum tamen & προσώπιος pro propitio ponitur: quare Lapi verſio non eſt penitus reijcienda. Pollux τὰ προνώπια vocat τὰ πρὸ θυρῶν,καὶ τὰ προπύλαια. Sed & hoc nomine vocantur & ipſa loca, in quibus Deorũ, aut Geniorum aliquorum ſimulachra ponuntur, quæ ſunt in omnium oculis,& cõſpectu. Quare ſi per ἥρωας προσωπίους intelligamus Larium ſimulachra,quæ in publicis locis adoranda collocabantur,hoc ab iſto loco non fuerit alienum.Quoniam autem Lares & compita ſeruare credebantur,ideo & in compitis eorum ſimulachra colebantur,& in ipſorum honorem compitalia ſunt inſtituta.De his agẽs Ouid.2. Faſt.ita canit.

——————qui compita ſeruant,
Et vigilant noſtra ſemper in æde Lares.

Idem 5.Faſtor.*Præſtites* appellat,

Quòd præſtent oculis omnia tuta ſuis.

In compitis,Ἐν τοῖς προσωπίοις) Hic,ni fallor, προσώπια vocantur ipſa Compita,quæ ſunt in omnium conſpectu.Lapus vertit,*In propitiationibus*:at,quod pace tãti viri ſit dictum,Dionyſij mens longè alia videtur eſſe. Huc adde quòd talem huius vocis ſignificationem vix apud alium ſcriptorem græcum reperias.

Rem diuinam Laribus fac.Τοὺς ἥρωας ἱλασκομένους) Verba ſonant,quia Lares placant.Sed à cauſa finali,vt vocant recentiores,ipſa ſacrificia, & res diuina figuratè nobis eſt intelligenda.Hæc enim fiunt,vt numinis diuini ira placetur.

Quatuor vrbanis ad illas additis,Καὶ τὰς ἀστικὰς προσθεὶς αὐταῖς) Hæc ita puto legenda, καὶ τὰς ἀστικὰς τέτταρας προσθεὶς αὐταῖς,τριάκοντα φυλὰς ἀμφοτέρων ἐποίησεν:Id eſt, *Et quatuor vrbanis ad illas 26.Tribus additis, ex vtriſque 30. Tribus fecit*,vel ita,καὶ τὰς ἀστικὰς τέτταρας προσέθηκεν αὐταῖς, καὶ τριάκοντα φυλὰς ἀμφοτέρων ἐποίησεν. alioqui oratio erit imperfecta, & ἀνακόλουθος.

Regnante Tullio,Τούτων ἐπὶ Τυλλίου) Hic locus eſt corruptus,quod facilè cognoſci poteſt:Sed ſi legamus Κάτων μέντοι τοσαύτας ἐπὶ Τυλλίου τὰς πάσας γενέσθαι λέγει, res optimè habebit. Id eſt, *Cato Tribus vniuerſas iam tum regnante Tullio tot fuiſſe dicit.* Hæc lectio videtur eſſe vera. Sylburgius ait Sigonium hoc loco ita ſcribendũ cenſere,ὡς δὲ Οὐεννώνιος ἱστόρηκεν,εἰς μίαν, καὶ τριάκοντα φυλάς.ὥστε σὺν ταῖς κατὰ πόλιν οὔσαις ἐκπεπληρῶσθαι τὰς ἔτι καὶ εἰς ἡμᾶς ὑπαρχούσας τριάκοντα, καὶ πέντε φυλάς.Κάτων μέντοι τούτων ἀξιοπιστότερος ὤν,οὐχ ὁρίζει τῶν μοιρῶν τὸν ἀριθμὸν.ἐπὶ Τυλλίου. &c.Sed ſi locum intelligas vt ſum interpretatus, tanta mutatione non erit opus.

¶Pag.117.Vrbanæ multitudinis,Τῶν ἐν ἄστει διατριβόντων) Eorum,qui in vrbe verſarentur & degerent.

Eorum qui in virorum numerum referebantur, Εἰς ἄνδρας ἐγγραφομένων)Id eſt,*Eorum qui togam virilem ſumebãt.* Paulò pòſt autor pro eodem dicit,Εἰς ἄνδρας ἀρχομένων συντελεῖν.

Quanti pretij nummum, Ὅσον ἔδει νομίσματος) Potes & ita vertere.*Quot nummos pro ſingulis eorum neceſſarij in ærarium inferre deberent.*

Cognati,Τοὺς προσήκοντας)Ipſos parentes,& cęteros aliquo neceſſitudinis vinculo coniunctos,non autem ſolos cognatos Dionyſius videtur intelligere.

Ilithyæ,Τῆς Εἰλειθυίας) Εὐσταθ. εἰλείθυια,ἡ εἰς φῶς ἔλευσις,καὶ προσαγωγὴ τῶν κυοφορουμένων. Sed poëtæ hoc quoque numen quoddam finxerunt quod mulieribus grauidis,& parturientibus adeſſe tradiderunt:idcirco Græci Deam eandem συνωνύμως ἦρα ν φωσφόρον, Latini Iunonem Lucinam appellant,quòd eius beneficio ma-

A tres faciliùs partum in lucem edant.Ouid.ſecũdo Faſtor.36.& 37.Lucinæ etymologiam, huiúſque Deæ officium elegantiſſimis carminibus ita deſcribit.

Gratia Lucinæ dedit hæc tibi nomina lucus,
Aut quia principium tu Dea lucis habes.
Parce precor grauidis facilis Lucina puellis,
Maturumque vtero molliter aufer onus.

& libro Faſt.tertio 56.

Dicite,Tu nobis lucem Lucina dediſti,
Dicite,tu voto parturientis ades.
Si qua tamen grauida eſt reſoluto crine precetur,

B *Vt ſoluat partus molliter ipſa ſuos.*

Quam libitinam nuncupant,Ἣν προσαγορεύουσι λιβιτίνην) Hac de re Plutarchus in Numa ita loquitur, ἐξαιρέτως δὲ τὴν προσαγορευομένην Λιβιτίναν,ἐπίσκοπον τῶν περὶ τοὺς θνήσκοντας ὁσίων θεὸν οὖσαν,εἴτε Περσεφόνην,εἴτε μᾶλλον, ὡς οἱ λογιώτατοι Ῥωμαίων ὑπολαμβάνουσι,Ἀφροδίτην,οὐ κακῶς εἰς μίαν δύναμιν θεοῦ τὰ περὶ τὰς γενέσεις,καὶ τὰς τελευτὰς ἀνάπτοντες. 123. Idem Plutarchus in Quæſtionibus Rom. 480.apertiùs hac de re agit. Διὰ τί τὰ πρὸς τὰς ταφὰς πιπράσκουσιν ἐν τῷ τεμένει τῆς Λιβιτίνης, νομίζοντες Ἀφροδίτην

C εἶναι τὴν Λιβιτίνην,πότερον καὶ τοῦτο τῶν Νουμᾶ τοῦ βασιλέως φιλοσοφημάτων ἕν ἐστιν,ὅπως μανθάνωσι μὴ δυσχεραίνειν τὰ τοιαῦτα, μηδὲ φεύγειν ὡς μιασμόν, ἢ μᾶλλον ὑπομνησις ἐστι τοῦ φθαρτοῦ εἶναι τὸ γεννητὸν,ὡς μιᾶς θεοῦ τὰς γενέσεις, καὶ τὰς τελευτὰς ἐπισκοπούσης;καὶ γὰρ ἐν Δελφοῖς Ἀφροδίτης ἐπιτυμβίας ἀγαλμάτιόν ἐστι, πρὸς ὃ τοὺς κατοιχομένους ἐπὶ τὰς χοὰς ἀνακαλοῦνται. Ex his Plutarchi verbis,quod à Dionyſio prætermiſſum, facilè cognoſci poteſt.

Clypeos argenteos, Ἀσπίδας ἀργυρικάς) Hoc parum

D probabile,& reuera Lapus, & Gelenius ἀργολικὰς legiſſe videtur,quod probabilius.Sic autẽ appellabit clypeos ad ſimilitudinem clypeorum Argolicorũ factos, Liuius lib.primo longè aliter ſentit, *His*(inquit) *arma imperata,galea,clypeos,ocreæ,lorica,omnia ex ære*:nihil tamẽ auſim mutare,cùm nullius codicis autoritatem ſequi poſſim.Quidam putant clypeos argento tectos,id eſt, argentatos,hic intelligi:quod & ipſum mihi dubium.

Clypeos argenteos, Ἀσπίδας ἀργυρικάς) Manifeſtum diſcrimen eſt inter τὴν ἀσπίδα, καὶ θυρεὸν,quia ἀσπὶς erat clypeus rotundus,quod patet ex Euſtath. qui dicit vo

E cem hanc παρὰ τὸ α. στερητικὸν,καὶ τὸ σπιλοῦν τὸ ἐκτείνειν deductam, διὰ τὸ μὴ ἐκτεταμένην εἶναι τὴν ἀσπίδα,ἀλλ' εἰς κύκλον συνηγμένην.θυρεὸς verò εἶδος ἀσπίδος μεγάλης ἐοικυίας θύρᾳ, ὅθεν καὶ λέγεται ἐπενθέσει τοῦ ε.

Et ocreas, Καὶ κνήμας) Τὰς κνήμας hic appellat μετωνυμικῶς quæ κνημῖδες, & περικνημῖδες alibi vocantur, vt infrà,vnde toties apud Homerum Græci ἐϋκνήμιδες,id eſt,*benè ocreati* dicuntur,κνήμη, *tibia*,κνημὶς *ipſa ocrea*, vel armatura tibiæ, Gallicè *armure de iambes,iambieres.*

Pro clypeis ſcuta dedit, Ἀντὶ τῶν ἀσπίδων ἀνέδωκε θυ-

F ρεούς) Ergo clypeus à ſcuto differebat, ſunt qui clypeũ rotundum fuiſſe dicant, ſcutum verò, quod à Græcis θυρεὸς vocatur, oblongum, à ianuæ ſimilitudine dictum tradunt,θύρα enim ianuam ſignificat.Sed hoc diſcrimen non ſemper obſeruatur.

In viginti centurias, Τούτοις εἴκοσι λόχοις)Fortaſſe melius ſi legamus τούτοις εἰς εἴκοσι λόχους.Sic enim ſ.Diony.eſt loquutus,συντάξας δὲ αὐτοὺς εἰς εἴκοσι λόχους.quòd ſi codex mẽdo caret,hoc ab autore καταχρηστικῶς dicetur.

¶P.118.In quintã claſſem,Τὴν τε πέμπτην μοῖραν,εἰς)Ex

G præcedẽtibus atque ſequẽtibus Dionyſij verbis facilè patet hũc locũ corruptũ eſſe,quẽ ſatis cõmodè potes corrigere ſi legas, τήν τε πέμπτην μοῖραν ἐποίησεν ἐξ ἐπιλοίπων,οὓς ἐν τοῖς εἴκοσι, καὶ πέντε μναῖς ἄχρι δώδεκα, καὶ ἡμίσους μνῶν ὁ βίος ἦν,καὶ τριάκοντα συνέταξε λόχους. Vel τήν τε πέμ-

τὴν μὲν γὰρ πρώτην ἐξ ἐκείνων, οἷς ἦν τοῖς ἴχειν, καὶ πάντα εἶναι ἄρχει διδάσκει, καὶ ἡμίσεις μερῶν ὁ [illegible] λοι, πεντήκοντα ὡς μὲν πεζῶν λόχους. vel etiam εἰς ἐπτὰ εἶναι, &c. & genitiuus μερῶν ab hoc aduerbio regetur.

Fabrorum ferrariorum ac lignariorum, Ο᾿πλοποιῶν. [illegible] τεκτόνων) Τέκτων nomen eſt generale, ὁπλοποιὸς ſpeciale: τέκτονες enim dicuntur non ſolùm fabri lignarij, vt quidã putant, ſed & quiuis alij opifices, qui ex aliqua materia opus aliquod faciũt: excipe plaſtas, & qui metalla tractãt. hi enim nomen à cæteris diſtinctum habent: ὁπλοποιοὶ verò vocãtur, qui arma faciũt. Si igitur verba ſpectes, hunc locum ita vertes, *Ex iſtis autem quatuor Centuriis duæ erant, quæ conflabant ex armorum fabricatoribus, & fabris lignariis, & aliis hominibus, qui machinas ad bellum neceſſarias fabricabant.*

Tubicinum, Καὶ ποιμαντιῶν, Καὶ βυκανιστῶν legendum puto. Sic infrà, τὴν τε πέμπτην, εἴκοσι καὶ δύο σὺν τοῖς σαλπικταῖς καὶ βυκανισταῖς. Ideo Lapus eos *buccinatores* appellat.

Sequeretur, Α᾿κολουθοῦ λόχους) Mallem λόχος. atque λόχος ἀκολουθῶν πρεσβυτέροις is erit, quem & λόχον ἐκ τῶν ἀπ[illegible]ύτερον appellamus, καὶ ὁ λόχος ἀκολουθῶν τοῖς νεωτέροις, alii τε λόχος ἐκ τῶν νεωτέρων. Sed alterum eſt receptũ & vſitatum. Iterum verò νεωτέροις ab autore dictũ. Senſus autem & legitima conſtructio reuera flagitare videtur aliquam huiuſmodi lectionem, διῃρημένοις καθ' ἡλικίαν εἰς δύο λόχους, ὧν ὁ μὲν τοῖς πρεσβυτέροις, ὁ δὲ τοῖς νεωτέροις ἀκολουθεῖ. vel certè, καὶ οἱ μὲν τοῖς πρεσβυτέροις, οἱ δὲ τοῖς νεωτέροις ἀκολουθοῦσι λόχοις. Coniecturam iſtam verba ſequentia confirmant: vulgata lectio videtur & nimium dura, & nimium obſcura, ſi codici mendo carere dicamus.

Quarum cenſus erat, &c. Οἱ τίμημα εἶχον ἐλάττονα, δύο δὲ, καὶ ἡμίσεος μυρίων πλείους ἀργυρίου ὄντες) Senſus, & legitima conſtructio, ac loquendi recepta ratio poſtulat vt hæc ita diſtinguamus, & legamus, ἐλάττονα δὲ δέκα, καὶ ἡμίσεος μυρίων, πλείους ἀργυρίου ὄντες. Nam ἃ κατὰ præpoſitio more Attico deſideratur: vulgata lectio & dura, & abſurda videtur.

Quinta verò triginta, Τὴν τε πέμπτην τριάκοντα) Quarta claſſis hic deſideratur: quare addenda, vt ratio numeri cõſtet. Legẽdũ autẽ, τὴν τε τετάρτην, εἴκοσι. Niſi hic numerus quartæ claſſis addatur, Centuriarum 193. numerus erit imperfectus: deerunt enim 20. Cẽturiæ: quod eſſet abſurdũ. Sed hæc partim librorũ vetuſtate, partim typographorum negligẽtia puto prætermiſſa. Sylburg. pa. 223. hæc ita corrigit, τὴν δὲ πέμπτην εἴκοσι (τὴν δὲ τετάρτην, εἴκοσι,) καὶ δύο, &c. Ego quoque hanc lectionem veram puto: nam pag. 343. in tertia claſſe 20. Centuriæ, in quarta 22. ponuntur: tamen nihil mutare ſum auſus.

Egenore, Α᾿πορωτέρων) Α᾿πορωτέρους legendum, vt ex præcedentibus, & ſequentibus patet.

Ψηφοφορεῖν, & paulò pòſt ψηφοφορίαις) Perperam antè ψηφοφορεῖν, & ψηφοφορίαις legebatur.

¶Pag. 119. Leges confirmandi & abrogandi, Νόμους τοὺς μὲν ἀπεκύρουν) Ε᾿πεκύρουν corrigendum. Nam τὸ ἀποκυροῦν, τὸ ἀκυροῦν συνωνύμως ponuntur, & abrogare ſignificãt: hic τὸ ἐπικυροῦν opponitur, id eſt, ratum facere, ſancire, confirmare. Senſus hanc lectionem indicat.

Bellum decernendi, Πολέμου συνεστηκότος) Τὸν πόλεμον συνεστηκότα appellat, bellum quod iam cõflatum erat, & quod gerebatur, cuius finiendi arbitriũ, vt pax fieret, penes P. R. erat, at per τὸν πόλεμον καταλύειν bellũ intelligit, quod gerendum erat, cuius decernendi, & indicendi ius ad populum pertinebat: πόλεμον κατάλυειν is dicitur qui bellũ mouet, & aliis infert vltro, ita vt quodammodo bellũ accerſere videatur. Sed fortaſſe melius eſſet, ſi pro καταλυθέν diceretur καταλυθήν: hinc ad veritatem propiùs accederet, nihil tamen auſim mutare. Quod tamen Dionyſius dicit p. 289. vbi de Senatu, & plebe verba facit, καὶ τὴν [illegible] κυρίαν τῆς βουλῆς, τὴν ἀρχαίαν ἀποδείξῃ, καὶ νόμους ψηφίσῃ, καὶ πόλεμον ἐξενεγκεῖν, ἢ τὸν συνεστῶτα καταλῦσαι, &c. Hoc (inquã) facit vt credã hic pro καταλυθεν, fortaſſe καταλυθῆναι reponendũ, πόλεμον καταλῦσαι, vel καταλῦσαι, bellum diſſoluere, deponere, finire, pacem facere.

Centuriata, Τὴν λοχῖτιν) Λοχῖτιν legendũ. Error eſt manifeſtus. Ipſe Diony. quomodo locus hic ſit corrigendus apertè nos docet, quum pa. 342. ita loquitur, καὶ τὴν λοχῖτιν ἀξιοῦν τὸν συνάγειν ἐκκλησίαν, quo in loco pro acuto circumflexus eſt ponendus, vt bene extat pa. 340. Ο῞τι δ' αὖ ἡ λοχῖτις ἐκκλησία γένοιτο, &c. Hoc enim nomen à
A recto λοχίτης, λοχιτικός deducitur, non autẽ à λοχῖτις, quod eſt abſurdum: hinc dictæ λοχιτικαὶ ἀρχαιρεσίαι, quæ Comitia Centuriata vocantur à Latinis.

Hæ quia tribus, Οὔσαι τρεῖς ἢ πλείους) Hæc videntur perturbata, quæ ſunt in ſuas priſtinas ſedes ita reſtituenda, οὔσαι τρεῖς πλείους ἢ [illegible]. Sed ſi τὸ ἢ tollatur, & τρεῖς legatur, lectio fuerit commodior. πλείους autem dicit, quia iſtæ Centuriæ erant 98. Reliquæ verò 95.

Secundæ claſsis, Α᾿πὸ τοῦ δευτέρου τιμήματος) Πρῶτον, καὶ μέγιστον τίμημα vocatur à Dionyſio prima claſsis, cuius
B ſenſus erat maximus, & qui propterea primus cenſebatur, δεύτερον τίμημα, ſecunda claſsis: idem de reliquis eſt ſentiendum.

In tabulis erant ſcripta, Κατεχωρίσθησαν) Hoc ideo dixit autor, quia ſingulorum ciuiũ R. nomina in tabulas publicas referebantur, quoties cenſus habebatur.

Hæc autẽ faciebat, &c. Καὶ τοῦτ' ὁ τούτοις μέχρι τῶν [illegible] λόχους ἔτι, καὶ ἐπισόμενοι τὰ ἰσοψηφίας) Ε᾿ξ pro ἔτι legendũ. Nam cùm vniuerſæ Centuriæ eſſent 193. quarũ poſtrema alteri parti Cẽturiarum addita victoriam ſuis ſuf-
C fragiis afferebat, profectò ad ἰσοψηφίαν faciendam neceſſe erat ab vtraque parte 96. Cẽturias ſtare. Nam bis 96. efficit 192. hoc patet ex iis, quæ ſequũtur, ἀλλ' εἰ ἴσαι μὲν γένοιντο αἱ τῶν ἐξ ἡμισείας [illegible] δύο λόχων γνῶμαι, &c. Hoc etiam à Sylburgio notatum. Hac ipſa de re & infrà pluribus agitur pa. 343.

Quinta verò vocatio, Η῾ δὲ πέμπτη κλῆσις) Vt ἀπὸ τοῦ καλεῖν κλῆσις, ſic etiam à voco vocatio formari poteſt. neque enim hîc κλῆσις claſſem: ſed ipſam vocationẽ, qua quis vocatur videtur ſignificare. Si tamen claſſem in-
D telligas, & ſic bonus erit ſenſus.

Idem nõ facerent, Τὰ αὐτὰ ποιούντων) Id eſt, *qui eadem onera non ſuſtinebant*, nec vllas pecunias conferebant, nec in vllis periculis verſabantur.

Cenſu peracto, Διεπράξατο περὶ) Hunc locum ita legendum puto, διετάξατο τὰ περὶ τὰς τιμήσεις, id eſt, Cùm cenſum peregiſſet, & quicquid ad hoc ipſum pertinebat, rite, & ordine feciſſet. Hic enim τὸ διατάξασθαι accipitur pro aliquid in ordinem digerere, ordine conſti-
E tuere, atque peragere. Ex vulgata lectione nullus cõmodus ſenſus elici poteſt.

In campo, omnium &c. Τὸ μέγιστον τῶν πρὸ τῆς πόλεως πεδίων) Campum Martium πεδίον Ἄρεως ſignificat, quẽ apertius p. 342. τὸ πρὸ τῆς πόλεως Ἄρεως πεδίον appellat.

Leuis armaturæ, Ψιλικὸν ὁπλισμὸν) Si codex mendo caret τὸ ψιλικὸν ἀντὶ τοῦ ψιλὸν eſt poſitum: ſed hoc vſitatum, illud minus vſitatum.

In ſuis quoſque, Ι῎δίους ἑκάστους) Ε῾κάστους legendum, & ad τάξεις eſt referendum, quod ab illo participio τάξας regitur.

F ¶Pa. 120. Vt liberè, Α῞πασιν ἐλευθερίαν) Si codex mendo caret, ad verbum ſatis commodè hęc ita reddi poſſunt, *cùm enim his quoque libertatem permiſiſſet, vt cum cæteris ciuibus ſua bona conferent*, &c. Libertatem autem permittere dico, vt Cicero permittere licentiam. Sylburgius putat codicem mendoſum, & pro ἐλευθερίαν reponit ἐλευθερίους, id eſt, *ingenuus*, quod non reiiciẽdum, & pro τίμιος corrigit τιμᾶς: at hoc non etiam mihi probatur: nã hoc τίμιος regitur ab illo ἐπιτρέψας. Sic enim conſtruẽda ſunt iſta, ἐπιτρέψας γὰρ, καὶ τούτοις τιμᾶσθαι τὰς οὐσίας
G ἅμα τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐλευθερίοις. Si cui mea verſio placet, nulla prorſus mutatione hîc erit opus.

Ad omnia publica munia admiſit, Α᾿πάντων τῶν κοινῶν αὐτοὺς μετέχειν) Mallem αὐτοῖς, vt hîc dandi

DD. iij.

caſus à verbo ἐπιδείξαι pendeat.

Non ex honoribus, Τὰς ἀξίας, καὶ τοὺς τρόπους) Vel ἀξιωμάτων hæc duo iam ponuntur, vel per ἤθη, mores, per τρόπους ingenium eſt intelligendum.

Vel in quantumuis beatis hom. Οὐδὲ τὴν πάνυ μακαρίαν) Οὐδενὶ videtur legendum, cui τὸ αὐτῷ reſpondet. Senſus, Eos monebat, vt huius felicitatis inconſtantiam conſiderarent, dicebat enim difficillimum eſſe aſſeuerare, vel de illis ipſis, qui beatiſsimi cenſentur, quandiu hac felicitate ſint fruituri.

¶Pa.122. In vrbe Triopio, Ἐν ἐπιτροπίῳ) Gelenius lectionem iſtam mendoſam ſequutus vertit *In Epitropio*: Sed legendum ἐν Τριοπίῳ. Stephanus, Τριόπιον πόλις Καρίας ἀπὸ Τριόπου τοῦ πατρὸς Ἐρυσίχθονος. λέγεται καὶ Τριοπία. Ἑλληνικὸν δὲ καὶ τρίτην φασὶν αὐτὴν ἀπὸ τοῦ τριόπου. τὸ ἐθνικὸν, Τριόπιος, καὶ Τριοπὶς τὸ θηλυκὸν, καὶ Τριοπεὺς, ὡς ἀπὸ τῆς Τριοπέως καὶ τὸ κτητικὸν Τριοπικὸς. Τριοπικοῦ πεδίου. Ἡρόδοτος τετάρτῃ. Hæc autem ſunt Herodoti verba, φυλάσσοντες αὖτις μηδαμοὺς ἐσδέξασθαι τῶν ἀστυγειτόνων Δωριέων ἐς τὸ Τριοπικὸν ἱερόν. Plinius quoque vrbis Triopiæ meminit. Præter iſtorũ autoritatem ipſa Dionyſij verba noſtram conjecturã confirmant: huc adde quòd τοῦ ἐπιτροπίου nullam mentionem ab alijs fieri conſtat.

Et muſica faciebant, Καὶ τῶν περὶ μουσικὴν ἀκουσμάτων) Ita vocat muſicum certamen, de quo auribus iudicium fiebat, & cognoſcebatur quis arte muſica cæteris præſtaret.

Deprimere, Ταπεινότητα δὲ) Verba ſonant, *Humilitatẽ vero & imbecillitatem vel potentiſsimis à mutua inuidia afferri*. Huc ſpectant illa, quæ in omnium ore verſantur. *Concordia res paruæ creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur*. ἀλληλοφθονία propriè mutuam inuidiã ſignificat: ſed hoc loco diſcordiam inuidiæ mutuæ cauſam, qua fit vt alij alijs inuideant.

Vrbis amplitudine Μεγέθει τε πόλεων) Mallẽ πόλεως, vt ſenſus videtur flagitare, quod ad vrbem Romã erit referendum: talem lectionem alij interpretes videntur nacti: ſed ſi vulgatam lectionem retineamus, intelligemus vrbes, quæ P. R. imperio parebant.

Quibus diuina prouidentia magis quàm illis fauerat, Τῇ παρὰ τοῦ δαιμονίου κρείττονος κεχρημένους εὐνοίας) Si codex mendo caret procul dubio hoc loquẽdi genus eſt durum, ne duriſsimum dicam. Si τὸ κεχρημένους tolleretur, non nisi obſcuritas, & hæc difficultas tolleretur. Alioqui dicẽdũ potiùs fuiſſet, καὶ τῇ παρὰ τοῦ δαιμονίου κρείττονι κεχρῆσθαι ἐκείνων, & ita genitiuus ἐκείνων ab illo comparatiuo κρείττονι commodè penderet. Hæc autẽ αἰτί που τῇ παρὰ τοῦ δαιμονίου μείζονι κεχρημένους εὐνοίᾳ. Lapus hæc ita, *diuina prouidentia potiores eis iudicatos*. Vnde conijcio eum legiſſe κρίνομένους, quod lõgè melius. Vertemus autem, *Cenſebat Romanos cæterorum Latinorum patrocinium habere debere & illis præeſſe, tam quia vrbis amplitudine & rerum magnitudine illis præſtabant, tum etiam quia numinis diuini prouidentia, ob quam ad tantum ſplendorem ſuerant prouecti, illis excellentiores, ac potentiores fuerant iudicati.*

Ad tantam gloriam, Εἰς τοσαύτην ἐπιφάνειαν προῆλθε) Ex ipſo ſenſu, verbiſque præcedentibus προῆλθον legẽdum patet, hoc enim verbum ad Ῥωμαίους, de quibus hic verba fiunt, eſt referendum. Sed ſi πόλεως legas paulò antè, nihil erit mutandũ. Et reuera ex hoc προῆλθε poteſt colligi πόλεως ſcribendum, ad quod hoc verbum referetur.

Eos qui Romam incoluerunt, Τοὺς οἰκήσαντας τὴν Ῥώμην) Gelenius videtur legiſſe οἰκίσαντας. Id eſt, Romã à barbaris conditam non fuiſſe: ſed nihil mutandum, vtraque lectio bona.

¶P.123. Et contemptionem deorum, Τῶν εἰς θεοὺς ἀθετημάτων) Senſus & verba præcedentia faciunt vt putem hanc vocem ἀθετημάτων eſſe corruptam, & leuiſſima mutatione facta ἀσεβημάτων legendum credam: ἀσεβεῖν, impius, ἀσεβεῖν, impium eſſe, impiè ſe gerere, impiè aliquid dicere, vel facere. Hinc τὸ ἀσέβημα, impietas, quam quidam definiunt, πλεῖον εἰς τοὺς θεοὺς. at ἀθέτημα, improbitatẽ, & abrogationẽ ſignificat. Fit autẽ ab ἀθετεῖν, τὸ ἄθετον ποιεῖν, irritũ facere, abrogare, improbare. Sed hæc ad rem præſentẽ non faciunt. Siquis tamẽ vulgatã lectionẽ retinendã eſſe cenſeat, per τὰ ἀθετήματα εἰς τοὺς θεοὺς, deorum contemptionem intelligemus, quod figuratè liberiùſque ab autore fuerit dictum. Si cui noſtra conjectura placet, vertemus, *abſolutorum impietatem in deos*, qui ſenſus optimus eſſe videtur. Lapus hæc ita, *Illicitorum in deos cauſa*. Sed hæc interpretatio

A paulò durior videtur.

Romanos clementer, Τῆς δὲ Ῥωμαίων ἐπιεικείας) Hæc ab illo ἀποχρῆναι pendent, à ἀποχράω, non aberrare ab aliqua re, id eſt, eam conſequi, impetrare. Ego tamen hunc locum liberiùs ſum interpretatus, vt inſulſam interpretationem vitarẽ. Gelenius (vt ex eius verſione colligi poteſt) hic putat ἕνεκα ſubaudiẽdum. vt ſit ἕνεκα τῆς ἐπιεικείας, καὶ μετριότητος τῶν Ῥωμαίων, illud verò ἀποχρῆναι abſolutè poſitum exiſtimat. Vertit enim, *Verum, ob Romanorum æquitatem, & clementiam nihil grauius*

B *poſsuros*, omiſit tamen hæc, ἐν τῷ παρόντι, id eſt, *in præſentia*. Sed codex eſt ſanus, & lectio bona, nec quicquam deſideratur: at locus intelligendus videtur vt à nobis eſt antè dictum.

Facilè oblitus iræ, Ἀπόνως, καὶ δίχα ὀργῆς μεμνησμένου) Hæc ita Lapus, *ſine pœna, ſineque ira memoria*. Gelenius verò, *Impunè vt oblitus iniuriarum omnium*. Vtraque verſio facit vt credam eos codicem nactos, in quo non ἀπόνως, ſed ἀποίνως legebatur. ποινή, pœna, mulcta pecuniaria. Vnde τὰ ἄποινα dicuntur ea, quæ pro alicuius capite redi-

C mẽdo, & ſalute dantur. Fortaſſe autem Dionyſius hoc quoque more ſuo, vt multa alia, formauit, & iſtud aduerbium ab α. priuante, & ποινή deduxit, quod certè apud alios vix reperias. Nam pro ἀποίνως vſitatè ponuntur νηποινεὶ, καὶ νηποινὶ αὐτὸ τὸ ἀζήμιος, καὶ ἀτιμωρητὶ, Id eſt, impunè. Sequentia Dionyſij verba lectionẽ ipſorum confirmant: opponit enim autoi τῷ ἀπόνως τὸ τιμωρησάμενος. Ego vulgatam ſum ſequutus, quòd ex ea ſenſus ſatis commodus eliciatur.

Quam virilem appellarunt, Ἣν ἀνδρείας προσηγόρευσεν)

D Ouidius 4. Faſt. cur *Fortuna virilis* dicta docet,

Diſcite nunc quare Fortunæ thura Virili
Detis eo gelida qui locus humet aqua.
Accipit ille locus poſito velamine cunctas,
Et vitium nudi corporis omne videt.
Vt tegat hoc, celetque viros, Fortuna Virilis
Præſtat, & hoc paruo thure rogata facit.

Plutarchus ἐν τῷ περὶ τῆς Ῥωμαίων τύχης, aliam affert huius nominis rationem. Sic autem ille, ex Henr. Stepha.

E typis pag 567. Καὶ τάχα που τὴν τύχην τῇ ἀνδρείᾳ παραβαλόντες, ἣ πλεῖστον εἰς τὸ νικᾶν τύχης μετέσχεν. Hoc propiùs accedit ad ea quæ Dionyſius dicit: ſed Ouidij verba ad rẽ præſentem parum facere videntur.

Conſobrinis, Τοῖς ἀδελφοῖς τῆς μητρὸς αὐτῶν) L. & Aruns Tarquinij, non erant fratres vxoris Tullij: ſed (vt ſuprà pag. 147. declaratum) erant Nepotes Tarquinij Priſci, ac proinde Tarquiniæ vxoris Tullij erant neceſſarij, vtpote filij ex fratre defuncto. Quidam cõſobrinos eos appellant, quia nepotes ex fratre longè alios eſſe tra-

F dunt. Sed ſi ἀδελφοῖς retineas, hoc dictum erit à Dionyſio ex quorundam ſententia, qui hos Tarquinij Priſci filios eſſe credebant: vertes autem, *auunculis*. ἀδελφὸς τῆς μητρὸς, ὁ μητράδελφος.

Ignauiam exprobrabat, Τὴν ἀνδρείας ὀνειδίζουσα) Error eſt manifeſtus, & ἀνανδρίας eſt legendum. Vxor enim ipſius ignauiam, non autem fortitudinẽ vituperabat.

¶Pag. 124. Ego enim mox eodem modo maritũ meũ tractabo, Ἐγὼ δὲ τὸ αὐτὸ διαθήσομαι τὸν ἐμὸν ἄνδρα) Fortaſſe commodior eſſet lectio, ſi notam interrogationis

G tolleremus, hæc enim meliùs cum ſuperioribus connecterentur. Alioqui dicendum eſſet, ἐγὼ δὲ διαθήσομαι τὸν ἐμὸν ἄνδρα. Id eſt, *Quin igitur tu quidem vxorem tuam vita priuas, ego verò maritum meum eodem modo tracto* ? ἀφῆρει τὸ

ἴδιον τῆς δαίμονα) Hic τὸ φέρειν αὐτὸ τοῦ ὑπομένειν, καὶ καρτερεῖν, vel certè αὐτὶ τοῦ βαρέως φέρειν accipitur.

Quiduis eſt audendum, Α'παντα τολμᾶν) Vel δεῖ, vel χρὴ deſideratur, à quo modus ille infinitiuus τολμᾶν regatur.

¶Pag.125. Et conari me regno pellere, Προθυμούμενος ἐκβαλεῖν) Ex ipſo ſenſu patet legendum προθυμούμενος. πρόθυμος. *promptus*, & *paratus ad aliquid faciendum*, hinc verbum προθυμεῖσθαι, *promptum*, & *paratum eſſe ad aliquid faciendum*. Accipitur iam pro conari. Ego ſenſum, quàm verba ſequi malui. προμυθεῖσθαι verò *prologui* ſignificat. Sed hoc nihil ad rem præſentem facit. Noſtram coniecturam ipſius Dionyſij verba confirmant. Sic enim ille de re eadem agens ſuprà pag.172. loquitur, Ο' μὲν γε πονηρὸς ἐκβαλεῖν τῆς βασιλείας τὸν κηδεμόνα προθυμούμενος, καὶ πάντα, &c.

Auita regna. Ιστιγὰς ἀρχὰς) Procul dubio legendum πατρῴας, vt ſenſus ipſe flagitat. Hanc lectionem & alij interpretes nacti videntur: quas autem ſuprà πατρῴας ἀρχὰς vocauit, eas nunc πατρῴας appellat.

Neque iam per quadraginta quatuor annos, Καὶ μὴ τέταρτον ἤδη, καὶ τεσσαρακοστὸν ἔτος) Hic Tarquinius conqueritur ſe per 44 annos regno per fraudem à Tullio priuatum. & tamen pag.176. Tullius ſe purgans mentionem facit tantùm annorum 40. cùm ita loquitur, Καὶ νῦν ὑπαρχούσης ἐξουσίας ὁ χρόνος, ἐν ᾧ τεσσαράκοντα ἔτη γεγονότα. &c. & pag.180. Τοιαύτης πλείστης ἐπιχ Τύλλιος ἔτη τετταράκοντα τὴν βασιλείαν κατασχών. Hinc igitur patet vel in primo libro, vel in his poſtremis mendum eſſe. Verùm quod attinet ad locum pag.176. poſſumus dicere Tullium conſultò ſuæ cauſæ ſeruientē hac annorũ μειώσει vſum: vel etiã, quod non prorſus à fide remotum, tunc temporis Tulliũ reuera tantùm 40. annos regnaſſe, & Tarquinium Superbum per amicos in Regis gratiam rediiſſe, atque vſque ad quadrageſimum quartum annum in illa ſimulata reconciliatione permanſiſſe, donec oblata occaſione Tullium ſub finem 44. anni ſuſtulit. Alioqui dicendum eſſet, ἐν ᾧ τέτταρα, καὶ τετταράκοντα ἔτη γεγονότα, ſi Tullius eodem anno, quo in gratiam cum Tarquinio rediit, per inſidias ab eo eſt interfectus. At in loco pag.180. proculdubio 4. anni deſiderantur, & legendum ἔτη τετταράκοντα, καὶ τέτταρα τὴν βασιλείαν κατασχών. quod ipſemet Dionyſius teſtatur pag.47. vbi ſic loquitur, Τέταρτος δὲ διαδεξάμενος Σέρβιος Τύλλιος τετταράκοντα, καὶ τέτταρα. Cõſtat autem & ex aliorum hiſtoricorum ſcriptis hunc Regem 44. annos regnaſſe, quòd ſi 4. annos hic tollas, numerus 244. annorum, de quo pag. 47. agitur, non erit integer.

Pag.126. Ad id quod iuſtum erit faciendum, Τὰ δίκαια πράξων) Lapus videtur legiſſe τὰ βίαια πράξων, quæ lectio mihi quoque vehementer placet. Hic autem erit huius loci ſenſus. Paratus ſum ad tecum iure diſceptandum: quòd ſi hoc recuſaris, vi tecum agam Erit autẽ egregia ἀντίθεσις, δίκαια ἀγορεύσων) (βίαια πράξων. Sed ſi vulgatam retineamus, locum ita vertemus, *Paratus ſum non ſolum ad res iuſtas dicendas, ſed etiam ad res iuſtas faciendas, quin niſi verbis meis flecti poſſis vt tuu officium facias*: atque hæc idem valebunt ac ſi Tarquinius dixiſſet, niſi mihi rectè monenti parueris, ego te in ius vocabo, & iure tecum experiar.

Meum infortunium, Τὴν ἐμὴν τύχην) Vt apud Latinos Fortunæ nomen eſt mediæ ſignificationis, & modò pro ſecunda, modò pro aduerſa fortuna ponitur, ſic etiam apud Græcos τύχη modò τὴν εὐτυχίαν, modò τὴν δυστυχίαν, vt hoc loco, ſignificat.

Curaret aut cuſtodiret, Κηδεμὼν δὲ καὶ φύλαξ) Quod ſit diſcrimen inter *Curatorem*, & *Tutorem*, docent apertè Harmenopuli verba, quæ extant libro.5. tit. 11. §. Ε'πίτροπος. 362. Ε'πίτροπός ἐστιν ὁ διδόμενος ἀνήβοις παισὶ δικαίως τὰ ἐκείνων ἄγειν καὶ σώζειν τὴν ἐφηβότητος. κουράτωρ δὲ ὁ διδόμενος ἀφήλιξι, καὶ τισιν, δικαίω τὴν οὐσίαν αὐτῶν ὡς πληρώσει τὴν εἰκοσιν πέντε ἐνιαυτόν. Hic tamen Dionyſius cùm

de Tarquinij pupillis à Tullio in fidem, ac tutelam receptis verba facit, videtur καταχρηστικῶς τὸν τε, καὶ ἐπιμελητὴν ipſum tutorem κηδεμόνα, καὶ φύλακα vocare: quem Latini ſeruata vi græcarum vocum Curatorem, & Cuſtodem appellarent. Hoc autem ideò dixit, quia oportet πάντα ἐπιτρόπω εἶναι κηδεμόνα, καὶ φύλακα, καὶ τὴν ἀπιστίαν, καὶ τὴν ὑπὲρ αὐτῶν. quæ cura, fides, & diligentia non ſolùm in bonis tutoribus, verum etiam in bonis curatoribus deſideratur.

A Huius reip. adminiſtr. præfectus, Τέτοις μὲν τοῖς πράγμασι ἐγὼ) Oratio eſt imperfecta. Exiſtimo vel ἐφεστώς, vel aliquid ἰσοδυναμοῦν ad abſoluendam ſententiam deſiderari.

Tutelæ à me adminiſtr. Τῆς ἐπιτροπικῆς) Ε'πιτροπῆς legendum: quod vocabulum receptum, & antè Dionyſ. vſurpauit. Alioqui aliquod nomen ſubſtantiuum deſiderabitur, cum quo hoc adiectiuum iungatur: ſed hoc parum probabile.

Familiam & bona, Τὴν τε φύσιν, καὶ τὰ χρήματα) Si co-

B dex mendo caret per φύσιν nomen intelligemus ipſam familiam, & perſonas quæ ſunt in familia, quas natura coniunxit cum aliquo, & ad quas bona, & iura defuncti deuoluũtur: quidam tamen τὴν τε κτῆσιν, καὶ τὰ χρήματα legendum putant: quod eſſet probabile. Nam χρήματα dicemus eſſe pecunias & quæuis bona: κτῆσιν verò ipſam bonorum poſſeſſionem & dominium, ac iura. Coniecturam iſtam præcedentia Dionyſij verba confirmant, vbi dicit, ἐδέξατο μοι κτῆσιν ὑπὸ τῆς οὐσίας.

At regnum, Τὴν βασιλείαν δὲ τῶν δοκούντων) Ex hac le-

C ctione nullus commodus ſenſus elici poteſt. ſed ex illis verbis ſequentibus, τὴν δὲ ὅταν ἐκλίπωσιν οἱ λαβόντες, τοὺς δεδωκότας ἔχειν, hic quoque τῶν δεδωκότων legendum eſſe patet.

Iam per quadraginta annos, Ε'ν ᾧ τετταρακοστὸν ἔτη γεγονότα) Hæc ita ſunt intelligenda, ἐν ᾧ χρόνῳ, ὅς τετταράκοντα ἔτη γεγονὼς, ἐκείνοις ῥωμαίοις, &c. quanquam (vt ſuprà pag.175. monui) dicendum videtur, ἐν ᾧ χρόνῳ τεσσάρων, καὶ τετταράκοντα ἐτῶν γεγονότι.

D ¶Pa.127. Quaſi ex diuturna crapula experrectus, Ε'κ μακρᾶς μέθης ἀνανήψας) Id eſt, Ex diuturna crapula excitatus, & ad priſtinam mentis ſanitatem reuerſus.

Me præmonere vt populum ad concionẽ conuocarem, Προεπεῖν γε δεῖ μοι τὸν δῆμον) Hæc oratio eſt ἀνακόλουθος. Legitima conſtructio aliquã huiuſmodi lectionẽ flagitat, Ε'δει δέ σε προειπόντα μοι τὸν δῆμον εἰς ἐκκλησίαν συναγαγεῖν, ἐκεῖ με κατηγορεῖν. Atq; hic erit huius loci ſenſus, Debebas mihi priùs ſignificare, vt populum ad concionem conuocarem, deinde conuocato eo me apud ipſum accuſare debebas: ſed fortaſſe Dionyſius

E Tullium ita loquentem induxit conſultò, vt hac orationis perturbatione, & ἀσυνταξίᾳ, Tullij loquentis animum, ac perturbationem nobis meliùs indicaret.

Eos qui ſuadent, Τὸ γὰρ πεῖθον) Res eſt pro perſona. αὐτὶ τοῦ, Τοὺς γὰρ πείθοντας.

Demiror autem, Τ'ὑμῶν δὲ τὰ θαύματα) Legendum, Τ'ὑμῶν δὲ τεθαύμακα.

Perditos, Α'πολωλεκότας) Vel ἐμὲ ἀπολωλεκότας dicendum: quod tamen erit paulò duriùs ob iſtam accu-

F ſatiui geminationem. Vel ἀπολωλότας legendum: verbum enim mediæ vocis ſæpe pro paſſiuo ponitur, vel certè actiuum eſt pro paſſiuo: qua de re pluribus ſuprà.

Miſerè condemnatos, Συμφορᾷ κεχρημένους) Quidam putant κεχειρωμένους legendum, quod non eſſet abſurdum: dicimus enim χρῆσθαι συμφορᾷ, vti calamitate, id eſt, accipere cladem aliquam, vel verſari in aduerſa fortuna. Eurip. in Medea, pag. ex Plantini typis 159.5. Κείνοις δὲ κλαίω συμφορᾷ κεχρημένους. Sed ſi locus intelli-

G gatur, vt ſumus interpretati, nulla mutatione fuerit opus.

Nemo me ferre poteſt, Φέρειν δυναταί με) Hæc ſunt ita intelligenda, καὶ οὐδεὶς δύναται φέρειν τὴν αὐθάδειαν με, &

κίνδυνον περὶ τὴν ἀρχήν. Eſt enim ὑπερβατόν. alioqui dicendum eſſet καὶ οὐδεὶς δύναται μὴ φέρειν διὰ τὴν αὐθάδειαν, ἢ περὶ τὴν ἀρχὴν κίνδυνον.

Eos ceu pater, Τοὺς πολίτας ὡς πατὴρ) Hæc ita ſunt diſtinguenda. τοὺς πολίτας ὡς πατὴρ πρᾶος ἢ ὡς αὐτὸς χρώμενος.

Vobis priuatorum criminum cognitioné permiſi, Τὰ ἰδιωτικὰ ὑμῖν ἀποδοὺς διαγινώσκειν) Verum quod iam à Tullio dicitur. Nam Dionyſius de eo ſupra 170. ſic loquitur, τῶν γὰρ πρὸ αὐτοῦ βασιλέων ἁπάσας ἀξιούντων ἐφ᾽ ἑαυτοὺς ἄγειν τὰς δίκας, καὶ πάντα τὰ ἐγκλήματα τά τε ἴδια, καὶ τὰ κοινὰ ἐπὶ τὴν ἑαυτῶν γνώμην δικαζόντων, ἐκεῖνος διελὼν ἀπὸ τῶν ἰδιωτικῶν τὰ δημόσια, τῶν μὲν εἰς τὸ κοινὸν φερόντων ἀδικημάτων αὐτὸς ἐποιεῖτο τὰς διαγνώσεις, τῶν δὲ ἰδιωτικῶν ἰδιώτας ἔταξεν εἶναι δικαστάς.

Sæpe me purgaui Πολλάκις ἀπολογήσομαι) Imò verò ἀπολελόγημαι, (non autem ἀπολελογήσομαι vt Sylburg.) vel ἀπολογησάμην potiùs eſt dicendum, quemadmodum & alij interpretes videntur legiſſe. Hoc autem ex ipſis Tullij verbis facilè poteſt colligi. Quamuis autem concederemus Tullium diſertiſſimis verbis hac de re non egiſſe, neque ſe purgaſſe, tamen κατὰ τὸ σιωπώμενον hoc ab eo ſæpe factum fuiſſe credendum. Quòd ſiquis iſti coniecturæ locum nullum dare velit, & vulgatam lectionem retinere malit, hunc ſenſum ex his verbis eliciemus, *Quibus de rebus me ſæpius apud vos purgabo*, quaſi dicat quotieſcúmque hoc volueritis.

¶ Pag 128. Tandem ita eſt loquutus, Tarq. Τελευτῶν εἴρηκεν, Ταρκύνιος αὐτοῦ αἰτιᾶται) Oratio eſt ἀκατάλληλος, & contra Grammaticorum præcepta. Dicendum enim τελευτῶν εἴρηκεν ὅτι Ταρκύνιος αὐτὸν αἰτιᾶται, &c. vel τελευτῶν εἶπεν Ταρκύνιον αὐτὸν αἰτιᾶσθαι τὴν βασιλείαν. &c. Illud autem αὐτὸν eſt referendum ad Tullium, hoc verò ἑαυτοῦ, ad Tarquinium, qui regnum ad ſe pertinens à Tullio per fraudem ſibi ereptum querebatur. Hic tamen ego paulò liberiore interpretatione ſum vſus, vt duram & ambiguam pronominis reciprocationem faciliùs vitarem.

Si quod ius, Εἴτι δίκαιον εἰπεῖν) Vel δύναιτο deſideratur, vel εἴποι dicendum, vel etiam ἔστιν.

Et turba in ſe, Τὸν ὄχλον ἐπ᾽ αὐτόν, Vel diſtinctio ponenda poſt αὐτόν, αὐτὶ τοῦ ἐφ᾽ αὐτόν. vel (vt alij interpretes videntur legiſſe) ἐπ᾽ οἶκον legendum: qui ſenſus eſt optimus, id eſt, celeriter ſe cum ſuis ſocijs fuga domum recepit.

Bellum nefarium, Πόλεμον ἄπιστον) Ex ipſo ſenſu, verbiſque præcedentibus hunc locum mendoſum eſſe conſtat Nam illud τε quod præcedit, alterum τε vel καὶ poſtulat, quod ei reſpondeat. Vulgatæ lectionis duo membra inter ſe pugnant acerrimè. Si enim ille vir erat natura miti, & ad reconciliationem facili, quonammodo faciliimè paſſus fuiſſet perſuaderi ſibi, idque à ſuo genero, vt bellum implacabile, & nefarium cum filia, generóque gereret? hæc profectò ſunt abſurda. Quare puto locum hunc ita corrigendum, καὶ πόλεμον ἄπιστον θυγατρὶ καὶ γαμβρῷ πολεμεῖν οὐκ ἐθέλοντα, vel οὐκ ἀξιοῦντα. hanc noſtram coniecturam Lapi verſio confirmat, hæc enim ille Latinè ſic eſt interpretatus, Haud dignante execrabile bellum cum filio, generóque gerere. Gelenius quoque facit vt credam opinionem noſtram eſſe veram: vertit enim ita locum iſtum, Itaque reconciliatus viro natura facili, & abhorrenti ab inimicitijs exercendis cum filia, & genero. Sed, vt obiter hoc dicã. à verbis Græcis Gelenius nimiũ receſſit: ἄπιστος autẽ propriè dicitur infidelis, perfidus, cui nulla fides habetur, aut eſt habenda. Sed πόλεμος ἄπιστος accipitur pro bello, quod alicui præter fidem infertur, quódque propterea nefarium ac ſceleſtum dici poteſt. Ex vulgara lectione nullus commodus ſenſus elicitur.

Conuenerunt, Συνῄεσαν) Vel συνῄεσαν dicendum, ſi eſt tertia pluralis imperfecti, vel συνεληλύθεσαν legendum, vt ſit tertia pluralis pluſquam perfecti actiui κατὰ συναλοιφὴν αὐτὶ τοῦ συνῄεσαν, vel ὅρα τὸ συνῄεσαν, συνῄεσαν ἐπιθέμενοι, vt ἐπιθέσθαι. Παρὰ τὸ συμφέρον) Præter vtilitatem ſuam. Niſi enim inconſideratè, nullóque ſatellitio ſtipatus ita ſe geſſiſſet, & ſi præſenti fortunæ prudenter ceſſiſſet, illud infortunium, mortémque crudelem fortaſſe vitaſſet.

¶ Pag. 129. Vi per cadauer mulos egit, Ἄγειν βίᾳ τὰς ἡμιόνους) Suprà Dionyſius dixit αἱ ἡμίονοι τὸ πτῶμα ὑπὸ τοῦ διατεθέντος ἐξέπεσον. quare hic quoque τὰς ἡμιόνους dicendum videretur. alioqui parum ſibi conſtaret autor: niſi dicamus & mulos, & mulas ſimul fuiſſe iunctas, quod affirmare non auſim.

Cyprius appellaretur, Ὄλβιος καλούμενος) Quem Dionyſius *vicum beatum* vocat, cum Latini *Cyprium* appellant. Nam, vt Varro de lingua latina teſtatur, Cyprium Sabinè bonum ſignificat. Ouidius hac ipſa de re agens 6. Faſt. 140. ita canit,

Filia carpento patrios initura Penates
Ibat per medios alta, feroxque vias.
Corpus vt aſpexit, lachrymis auriga profuſis
Reſtitit, hunc tali corripit illa ſono,
Vadis, an expectas pretium pietatis amarum?
Duc, inquam, inuitas ipſa per ora rotas.
Certa fides facti, dictus Sceleratus ab illa
Vicus, & æterna res ea preſſa nota eſt.

Senatus probaſſet, Ἀποψηφίσαι, καὶ τὰ μαντεύματα τὰ ἐπικυρῶσαι. Ex ipſo ſenſu ſatis patet ἐπεψήφισε, καὶ ἐπεκύρωσε legendum: ἐπιψηφίζειν, καὶ ἐπικυροῦν) (ἀποψηφίζειν, καὶ ἀποκυροῦν. Hic error ſæpe lectoribus apud hunc autorem occurrit.

Vates, Τὰ μαντεύματα) Id eſt, *Vaticinia*. Sed ex iis, quæ præcedunt apparet hic τὰ μαντεύματα poſitum figuratè αὐτὶ τοῦ οἱ μάντεις, id eſt, Vates. Vates autem qui vaticinandi erant periti, & qui artis ſuæ beneficio norant quiſnam eſſet futurus rerum exitus, vtrum bonus, an malus, huiuſmodi electiones, & creationes magiſtratuum, prout Reip. vtiles, aut damnoſas fore iudicabant, ſuis reſponſis aut ratas, aut irritas faciebant. Εἰ μὴ συμβάλῃ) Si codex mendo caret iam τὸ συμβάλῃ αὐτὶ τοῦ συμβαίνῃ eſt poſitum. Alioqui συμβαίνῃ potiùs dicendum: facilis lapſus, leuis mutatio.

Per totam vrbem, Ἐπὶ τὴν πόλιν) Ἐπὶ nunc pro κατὰ ponitur: hoc vſitatum, illud minus receptum.

Regio, Βασιλικοῦ) Sylburgius corrigit βασιλικῶς. Sed ex iis, quæ ſupra pag 138. dicuntur apparet nihil mutandum.

¶ P. 130. Lignea eius ſtatua, Εἰκὼν αὐτοῦ κειμένη ξυλίνη κατάχρυσος) Ouidius hoc ipſum confirmat Faſtor. libro 6. 140.

Signum erat in ſolio reſidens ſub imagine Tulli,
Dicitur hoc oculis oppoſuiſſe manum.
Et vox audita eſt, Vultus abſcondite noſtros,
Ne natæ videant ora nefanda meæ.
Veſte data tegitur, vetat hanc fortuna moueri,
Et ſic è templo eſt illa loquuta ſuo.
Ore reuelato cum primum luce patebit
Seruius, hæc poſitæ prima pudoris erit.
Parcite matronæ vetitas attingere veſtes,
Solennes ſatis eſt voce mouere preces.
Sitque caput ſemper Romanus tectus amictu
Qui Rex Romana ſeptimus vrbe fuit.
Arſerat hoc templum, ſigno tamen ille pepercit
Ignis, opem nato Mulciber ipſe tulit.

Conſult. Χρηματίσαι) Vel εἰώθει, vel aliquid ἰσοδυναμοῦν deſideratur, Id eſt, *De Republica conſultare ſolebat.*

Nam vtrunque nomen, &c. Ὁμώνυμος γὰρ ἦν τῷ πρεσβυτέρῳ κατ᾽ ἄμφω τὰ ὀνόματα) Hoc ideo dicit Dionyſius, quia vterque Tarquinius tam auus, quàm nepos Lucius Tarquinius vocabatur: ſed vt inter hos diſcrimen ſtatueretur, alteri ab ætate cognomen Priſci inditum, alter à moribus Superbus eſt appellatus. Περιϊόντων) Lapus videtur legiſſe περιϊόντος, vt ad Tarquinium hoc referatur. Sed & vulgata lectio ſatis eſt cummoda

Digitized by Google

commoda. Ipſos enim Tarquinij ſatellites intelligemus. Quare nihil mutandum.

Relinquebant, Ἔμελλον καταλείψειν) Verba ſonant, *erant relicturi*: Sed ſenſus videtur poſtulare vt dicamus potiùs, relinquebant. Hoc ex præcedentibus Dionyſij verbis facile colligitur

Qui à Tullio rege in ſenatum lecti fuerant, Τῶν ἐπὶ Τυλλίου καταλλαγέντων) Error eſt manifeſtus, qui tam ex verbis ipſis quàm ex ſenſu deprehenditur: Legẽdum enim καταλεγέντων. leuis eſt mutatio: aliud autem τὸ καταλλάξαι, aliud τὸ καταλέξαι. Dionyſius eadem de re agens, ſic alibi ſæpe loquitur.

In contractibus, Περὶ τὰ σύμβολα) Suprà pag. 181. & 206. συμβόλαια, id eſt, *contractus* appellat: quod longè melius.

¶Pag. 131. Abſumſit, Ἀπανάλωσεν) Hoc verbum variis modis apud ſcriptores reperitur: modò enim dicunt ἀπανάλωσε, vt hoc loco: modò ἀπηνάλωσε: modò ἀπανάλωσε, modò etiam ἀπηνάλωσε. quæ tamen in voce paſſiua ſæpius hoc modo formata reperiuntur.

Cloacas, Τὰς ἐξαγωγίμους ὑδάτων τάφρους) Ita Dionyſius cloacas περιφραστικῶς appellat: per illas enim aquæ, & ſordes vrbis ferebantur, & in fluuium deuoluebantur. Hic tamen vt cætera bene habeant, copulam deſiderari puto, & legendum, καὶ τὰς μὲν, &c.

Circum verò maximum, Ἀμφιθέατρον ἱππόδρομον) Verba ſonãt, Amphitheatrum in quo equi currebant. Sed iam περιφραστικῶς Circum Maximum ita vocat: ἀμφιθέατρον autem dictum ædificum oblongum hemicycli figura conditum, & quaſi ex duobus theatris compoſitum, in quo hinc inde populus ludos ſpectabat: ἱππόδρομος verò modò ſignificat ipſum locum in quo equi currebãt, & in quo equeſtria certamina, & imaginaria prælia cõmittebantur, modò ipſum equorum curſum, qui ἱπποδρομία aliàs vocatur, vnde τὰ ἱπποδρόμια dicta, quæ Equiria à Romanis appellantur. Erãt autem ludi curules à Romanis in Martis honorem inſtituti: qua de re Ouid. Faſt. 2. hæc tradit,

Iámque duæ reſtant noctes de menſe ſecundo,
Márſque citos iunctis curribus vrget equos.
Ex vero poſitum permanſit Equiria nomen,
Quæ deus in campo proſpicit ipſe ſuo.

Συγκαθιέντες) Subaudiendũ αὑτούς. Id eſt, *ſe demittentes, ſe ingerentes, inſinuantes.*

Circundare porticibus tectis, Ὑπερῴοις παραλαβεῖν) Legendum περιλαβεῖν: ſenſus hoc indicat. περιλαμβάνειν, circundare, παραλαμβάνειν verò longè aliud: ſed ad rem præſentem hoc nihil facit.

Octauius, Ὀκταῖος) Ὀυκτάϊος potiùs ſcribendum. Hoc enim ad Latinam ſcribendi, ac pronunciandi rationem propiùs accedit.

Non mediocriter, Ἐν ὀλίγοις ἦν) Imò verò, οὐκ ἐν ὀλίγοις, Id eſt, οὐ μικρὸν, non paruni rerum bellicarum peritus, legendum eſſe puto: alioqui ſenſus abſurdus, & autoris menti contrarius erit.

Coriolis, Κορύλλη) Κοριόλλη corrigendum: ſic enim eam Stephanus appellat. Latini verò Coriolos vocant. Incolæ dicti ſunt Coriolani: ab hac vrbe expugnata, & in populi Romani poteſtatem redacta Cn. ille Martius Coriolani appellationem ſibi ſumpſit.

Turnus Herdonius, Τύρδος ἑρδώνιος) Ex Liuio, aliiſque Latinis ſcriptoribus, qui hac ipſa de re egerunt, Τύρνος legendum eſſe conſtat.

¶Pag. 132. De modo quo, Τρόπους οὓς ἴσθι) Vel ὡς ἴσθι legendum, vel κατὰ ſubaudiendum. Hæc autem præpoſitionis huius ἔλλειψις eſt Atticis valde familiaris.

¶Pag. 133. Vnaquæque ciuitas, Μέρος ἑκάστην) Ἑκάστη legendum: ſubauditur enim πόλις, qui nominatiuus ad verbum illud λαμβάνει referendus: niſi ſequamur hanc lectionem, oratio erit ἀνακόλουθος. Περὶ ἑαυτοῖς δεδιότες) Poëtica locutio, ἀντὶ τοῦ περὶ ἑαυτῶν δεδιότες, quod in ſoluta oratione vſitatum.

Et res alias, Τὴν ἄλλην τῆς κτήσεως) Τὴν ἄλλην κτῆσιν recepta, legitimáque conſtructionis ratio poſtulat: ſed iam καινοπρεπῶς hoc ab autore, dictum, vt οἱ τῶν ἀνθρώπων, ἀντὶ τοῦ οἱ ἄνθρωποι.

¶Pag. 134. Accerſito, Μεταπεμψαμένοις) Si codex mẽdo caret, hoc participium ab infinito πέμψαι pendebit. Sed mallem μεταπεμψαμένοις, & cum illo ἡγεμόσι iungetur, atque erit geminus datiuus.

Pace ig. his data, Σπεισάμενος δὲ πρὸς αὐτοὺς τὸν πόλεμον) Hic eſt huius loci ſenſus, Tarquinius bellum depoſuit, pacémque Sabinis dedit: hoc ex præcedentibus facilè colligitur: ſed obſeruandum hoc loquendi genus σπείσασθαι πόλεμον πρός τινα. nam (vt fatear ingenuè) non memini me apud alium probatum ſcriptorem hoc legiſſe. Si tamen codex eſt ſanus, hoc ἰσοδυναμεῖ τῷ σπεισάμενον καταλύειν, vel διαλύειν τὸν πόλεμον. i. fœdere percuſſo bellũ deponere, pacémq; dare: hic etiã dicimus σπείσασθαι νεῖκος. i. fœdere facto, & amicitia inita, rixas & cõtẽtiones ſedare. Euri. in Medea pa. ex Plãtini typis 187. Δι' ὥτων δ' ἥδυς ἣν πόλις λόγος σέ, καὶ πόσιν σὸν νεῖκος σπείσασθαι τὸ σόν. Quòd ſi locus eſt corruptus, fortaſſe dicendum λυσάμενος, vel διαλυσάμενος δὲ τὸν πόλεμον, quemadmodum Dionyſius pag. 188. loquitur, καὶ ὁμολογίας (inquit) ὤετο δεῖν ποιήσασθαι πρὸς τοὺς γαβίους, καὶ τὸν πόλεμον, ἐφ' οἷς ἂν ἐκεῖνοι θέλωσι διαλύσασθαι. Eodem modo & paulò pòſt autor eſt locutus.

Sed tunc cum parte quadam, Τοτὲ δὲ μέρει τινὶ) Lapus videtur legiſſe τοτὲ μὲν πανστρατιᾷ, τοτὲ δὲ μέρει τινὶ, i. *modo totis viribus, modo cum aliqua exercitus parte*: quæ lectio mihi quoque vehementer placet. Reuera enim hęc τοτὲ δὲ flagitant τοτὲ μὲν præcedens.

Tarquinius vrbem vaſtabat, Τὴν πόλιν αὐτὸς Ταρκύνιος κατέβαλετο) Hæc ita Lapus, *Tunc quum eis Tarquinius vrbem abſtulit*: ſuſpicor legendum κατελάβετο. *i. cepit.* Sæpe autem huiuſmodi literarum traiectiones apud hũc autorem inuenias. Si κατεβάλετο retineas, vertes, *euertit, demolitus eſt.*

Quum a. hæc aſſiduè fierẽt, Συνεχῶς δὲ τούτων γινομένων ἠναγκάζοντο) Tollenda eſt puncti nota, & coniungenda, quæ ſunt diſiuncta.

A reliquo exercitu, Ἀπὸ πολλοῦ στρατοῦ) Senſus nos docet legendum λοιποῦ στρατοῦ.

¶Pag. 135. Et quò faciliùs, Ἵνα δὴ μᾶλλον) Legitima conſtructio flagitat vt dicamus καὶ ἵνα δὴ, vel καὶ ἵνα, vel, quod veriſimilius ἵνα δὲ μᾶλλον.

Crederet, Πιστεύσειεν) Vel πιστεύσειαν legendum, vt ſit optatiuus Aeolicus, vel πιστεύσειε dicendum.

Ibi autem erant papauera, Ἔτυχον δὲ μήκωνες ἐν αὐτῷ πεφυκυῖαι) Ouidius. 2. Faſt. his carminibus rem totam feliciſſimè deſcribit, quæ, quia Dionyſij verbis maximam afferunt lucem, operæpretium fuerit hic ſubſcribere.

Vltima Tarquinius Romanæ gentis habebat
Regna, vir iniuſtus, fortis ad arma tamen.
Ceperat hic alias, alias euerterat vrbes,
Et Gabios turpi fecerat arte ſuos.
Námque trium minimus proles manifeſta Superbi
In medios hoſtes nocte ſilente venit.
Nudarunt gladios occidite, dixit, inermem,
Hoc cupiunt Fratres, Tarquiniuſque pater.
Qui mea crudeli lacerauit verbere terga,
Dicere vt hoc poſſet verbera paſſus erat.
Luna fuit, ſpectant iuuenem, gladioſque recondunt,
Tergáque deducta veſte notata vident.
Flent quoque, & vt ſecum tueatur bella precantur,
Callidus ignaris annuit ille viris.
Iámque potens miſſo genitorem appellat amico,
Perdendi Gabios, quod ſibi monſtret iter.
Hortus odoratis ſuberat cultiſſimus herbis,
Septus humum riuo leue fluentis aquæ.
Illis Tarquinius mandata latentia nati
Accipit, & virga lilia ſumma metit.
Nuntius vt rediit, decuſſáque lilia dixit,
Filius, agnoſco iuſſa parentis, ait.

Nec mora Principibus cæſis, ex vrbe Gabina,
Traduntur ducibus mœnia nuda ſuis.

Hîc tamen aliquomodo Dionyſius ab Ouidio diſſentit, quia non lilia, ſed ſumma papauerum capita percuſſa, atque adeò decuſſa dixit: ſed hoc leue.

Quælibet ſpicarum capita, Καὶ τοὺς ὑπερέχοντας τῶν σταχύων κολούειν, καὶ διαφθείρειν) Hęc ab illo participio præcedenti κελεύοντος pendere non poſſunt: ſed verbum ἐκέλευσεν eſt ſubaudiendum, vel certè addendum, quod veriſimilius: alioqui ἐκόλουε, καὶ διέφθειρε legendum, vel A etiam κολούων, καὶ διαφθείρων, quæ participia regentur à verbo ἦγε. Sic ſuprà loquutus eſt Dionyſius, πάλλων τῶν κεφαλὴν ἀπέρχεται. Sylburg. hunc locum correxit, σταχύων ἀποθραύων ἐξέπληξε χαμαί, διδάσκων ὅτι δεῖ τῶν ἀστῶν τοὺς δοκιμωτάτους κολούειν, καὶ διαφθείρειν. at noſtram coniecturam minor mutatio ſequitur, & ſenſus idem.

¶Pag.136. Iouis fidij, Διὸς πιστίου) Ζεὺς πίστιος dictus Iupiter fidei præſes, qui fidei datæ violatores punit. Quanquam non deſunt qui διὰ πίστιν ipſum Herculem Iouis filium fuiſſe dicunt: qua de re ſuprà pag. 84 fuſiùs B à nobis actum.

Vbi deorum templa, Ἔνθα ἱδρύσασθαι ἔμελλε τοὺς θεοὺς) Per τοὺς θεοὺς, vel ipſa deorum ſimulacra, vel, quod veriſimilius, deorum templa ſunt intelligenda. Sed μετωνυμικῶς hoc ab autore dictum.

Magnis ſumtibus & terra aggeſta, Ἀναλώμασί τε, καὶ χώμασι) Ex hac lectione ſenſus parum commodus elicitur: at longè melior fuerit ſi legas ἀναλήμμασι: præſertim cùm ipſemet Dionyſius hac ipſa voce ſit vſus ſuprà, libro tertio pag. 149. & nos eò remittat: hæc C ſunt verba illius loci, ἐνεχείρησε δὲ καὶ τὸν νεὼν κατασκευάζειν τοῦ τε Διὸς, καὶ τῆς Ἥρας, καὶ τῆς Ἀθηνᾶς, ὁ βασιλεὺς οὗτος, ἀρχὴν ἀποδιδοὺς ἥνπερ ἐποιήσατο τοῖς θεοῖς ἐν τῇ τελευταίᾳ πρὸς Σαβίνους μάχῃ. τὸν μὲν οὖν λόφον ἐφ᾽ οὗ τὸ ἱερὸν ἔμελλεν ἱδρῦσθαι πολλῆς δεόμενον πραγματείας, (οὔτε γὰρ εὐπρόσοδος ἦν, οὔτε ὁμαλὸς, ἀλλ᾽ ἀπότομος, καὶ εἰς κορυφὴν συναγόμενος ὀξεῖαν,) ἀναλήμμασιν ὑψηλοῖς πολλαχόθεν περιλαβὼν, καὶ πολὺν χοῦν εἰς τὸ μεταξὺ τῶν τε ἀναλημμάτων τε, καὶ τῆς κορυφῆς τόπον ἐμφορήσας, & cæt. Ἀναλήμματα autem vocat vallos ac palos grandiores, qui in terram defigebantur. D

Tunc mirum quoddam prodigium, Ἔνθα δὴ λέγεται τέρας τι θαυμαστὸν ἀποφῆναι) Plinius li. 28. ca. 2. & 6. de hac ipſa re agens hæc tradit. Cùm in Tarpeio fodientes delubro fundamenta caput humanum inueniſſent, miſſis ob id à Senatu legatis, Hetruriæ celeberrimus vates, Olenus Calenus præclarum id fortunatúmque cernens, interrogatione in ſuam gentem transferre tentauit, ſcipione prius determinata templi imagine in ſolo ante ſe. Hoc ergo dicitis Romani? Hic templum Iouis optimi maximi futurum eſt. Hic caput in- E uenimus conſtantiſſima annaliũ affirmatione, tranſiturum fuiſſe fatum in Hetruriam, ni præmoniti à filio vatis legati Romani reſpondiſſent. Non planè hîc: ſed Romæ inuentum caput dicimus.


Iam valde profunda eſſet, Εἰς πολὺ βάθος ἤδη παρήκοντος) Mallem vel προελθούσης, vel προϊούσης. i. cum foſſa ad magnam profunditatem eſſet iam progreſſa. cùm foſſæ magna iam eſſet profunditas.

¶Pag. 137. Pater vobis interpretabitur, Ὁ πατὴρ διηλώσεται) Ἤτοι διαιρήσεται, καὶ ἐξηγήσεται. F

Quid igitur vobis ſuadeo vt reſpondeatis, Τί οὖν ὑμεῖς ἀποκρίνεσθαι παραινῶ;) Vel ὑμᾶς, vel ὑμῖν eſt corrigendum. Si legas ὑμῖν, hoc ab illo verbo παραινῶ regetur: ſi ὑμᾶς, hic accuſatiuus ab infinito ἀποκρίνεσθαι pendebit.

Fata, Τὸ χρεὼν) Senſus huius loci flagitat vt legamus τὸ χρεὼν, quia τὸ χρεῖον, ου, licet in nonnullis Lexicis reperiatur ἀντὶ τοῦ χρεῖος, ους, tamen nullius autoritate confirmatur: & quanuis fateamur receptum eſſe, tamen debitum ſignificat, quæ ſignificatio ad rem præſentẽ nihil facit. At τὸ χρεὼν, qua de re fuſius à nobis actum G alibi, τὸ εἱμαρμένον, τὴν μοῖραν, τὸ πεπρωμένον ſignificat, quod huic loco conuenit optimè. Dionyſius pag. 193. de Tarquinio loquens hæc dicit, καὶ φυλαττόμενος εἴπως δύναιτο διακρούσασθαι τὴν μοῖραν, οὐκ ἴσχυε νικῆσαι τὸ χρεών. & 203. καὶ πάσχειν ἕτοιμος πᾶν, ὅ, τι ἂν ὁ δαίμων, καὶ τὸ χρεὼν φέρῃ.

Lineas circulares, Περιφερεῖς γραμμὰς) Περιφερεῖς τὰς κύκλους, αἳ ἐκ τῶν γραμμῶν περιφερῶν συνίστανται. περιφερὴς, Orbicularis, circularis, rotundus: hinc ipſa περιφέρεια, circunferentia, vel linea in orbem ducta, quæ ſuo ambitu circulum facit: figuræ verò quas vates humi ducebat, erant quales hic ſubiecimus,



Hîc γραμμὴ περιφερὴς eſt ea quæ ſuo ambitu, at ductu perpetuo circulum facit. Lineæ rectæ ſunt binæ, quarum altera ab Oriente ad Occidentem, altera à Septentrione ad Meridiem eſt ducta: atque ita quatuor mundi plagæ nobis apparent manifeſtè.

Id caput, Τὸ σημεῖον) Suprà τέρας vocauit: hoc autem bene: nam prodigia, & portenta aliquid portendunt, & ſignificant.

Pari propemodum longitudine ac latitudine, Ὀλίγον δ᾽ ἔτι) Ὀλίγον δέ τι legendum puto, vt ſenſus ipſe flagitat. i. exiguum verò quoddam diſcrimen inter latitudinem, & longitudinis magnitudinem reperire potuiſſes: ὑπερέχει μήκους, ἀντὶ τοῦ μῆκος ὑπερέχον, ἢ ὑπερέχει, poſſumus ad verbum reddere, longitudinis exuperantia

Sub iiſdem pinnaculis, Ὑφ᾽ ἑνὸς ἀετοῦ) Ἀετὸς propriè aquilam ſignificat. Sæpe tamen πτέρυγες, ἀετοὶ, καὶ ἀετώματα dicuntur ipſa ædificiorum faſtigia, & pinnacula in altum trianguli inſtar extenſa. Suidas τὰ ἀετώματα vocat τὰ τῶν ἱερῶν στεγάσματα i. *templorum tecta*: hoc autem dictum ab alarum ſimilitudine, quibus aquilæ ſunt præditæ.

Quod non ad aliquod breue temporis, Οὐ πρὸς ὀλίγον καιρὸν, ἀλλ᾽ εἰς ἅπαντα τὸν βίον πολλάκις αὐτὴν ἔσωσεν ἐκ μεγάλων κακῶν) Si verba ſpectes hæc ita ſunt reddenda, quod non ad aliquod exiguum tẽpus, ſed per totam vitam, ipſam rempub. ex magnis malis ſępe eripuit. Sed hîc oritur difficultas non parua. Quæritur enim vtrum per τὸν βίον intelligas τὸν τῆς πόλεως βίον, an verò τὸν τοῦ Ταρκυνίου βίον. Illud minus eſt probabile: hoc verò longè probabilius. Quid quæſo ſignificaret per totam vitam Reip? quanuis multa πρακτικῶς, μεταφορικῶς, κατα-χρηστικῶς Reip. tribuantur, vix tamen apud quenquam reperias (quod ſciam) tale loquendi genus. Sed ſi concedamus ita rem accipiendam, incommodum graue ſequetur hanc interpretationem: nam εἰς ἅπαντα τὸν βίον idem valebit ac ἀεὶ. i. ſemper: verùm ſi ſemper à magnis malis eam liberauit, cur additur τὸ πολλάκις; hæc aliquid abſurditatis videntur habere: quod enim ſæpe fit, id non ſemper fit: & quod ſemper fit ſæpe fieri non dicitur, niſi quatenus (vt recentiores loquũtur) poſito toto ponuntur & totius ipſius partes: quæ ſubtilitatis frigiditas hîc locum nõ habet: tamen ne quis nos damnet vt nimiæ ſeueritatis autores in interpretatione verborum iſtorum, ad-

mittamus

mittamus nos quoque genus hoc dicendi:ſed quia latinæ linguæ ſtudioſi ſumus, verbis ne mordicus hæreamus:commodè igitur hæc ita poſſunt reddi. Quod bonum Remp.quandiu ea ſtetit, ex magnis,variiſque malis eripuit.Hic ſenſus nec ineptus, nec à Dionyſij mente nimium alienus. Quod ſi ad Tarquinij vitam τὸ βίον referas, hæc ita vertes ambiguitatis vitandæ cauſa.Quod bonum eam,quandiu rex iſte vixit,ex magnis malis ſæpius eripuit, qui ſenſus & ipſe commodus.Vt igitur hos difficultatum ſcopulos declinare, interpretatione liberiore ſum vſus. Quanquam non fuerit penitus rationi contrarium, ſi dicamus per hæc verba εἰς τὸν ἅπαντα βίον, hîc non intelligi temporum ſeriem, & quandam perpetuam continuationem ſine vllis interuallis,ſine ipſa intermiſſione felicitatis, at ſimpliciter temporis diuturnitatem, in qua accidit vt reſp.ſæpe in magnarum calamitatum pericula inciderit:ſed tamen huius tanti boni opera inde fuerit erepta:ideò τὸ πολλάκις commodè ſubiicietur illis præcedentibus verbis. Ex quo autem. P.R. libros Sibyllinos à Tarquinio emptos penes ſe habuit, ſi quod grauius malum Reip. videbatur imminere, eos conſulebat, & remedium ſuarum calamitatum in illis quærebat, & reuera ſæpè maximas clades horum beneficio depulſas conſtat. Hoc illud eſt, quod Dionyſius iam docet.

¶Pag.138.Publicè,Δημοσία)Δημοσίᾳ legendum.

Vt rem paucis expediam,Συνελόντι δ' εἰπεῖν) Perperam antè συνελόν τι δ' εἰπεῖν legebatur.

Centeſimam & ſeptuageſimam, Τρίτην ἐν τοῖς ἑβδομήκοντα) Exiſtimo legendum (vt aliàs Dionyſius loquitur)ἐπὶ ταῖς ἑβδομήκοντα,&cæt. Nam vt τὸ ἐν iam bene habeat,quod ſanè non concedendum, tamen articulus τοῖς ἀντὶ τοῦ ταῖς malè habet,ſiquidem ad ὀλυμπιάσι refertur.

Actoſtichides, Ἀκροστιχίαι) Cic li.2.de Diuinatione, *Tum verò ea,quæ ἀκροστιχὶς dicitur,cùm deinceps ex primis verſus literis aliquid connectitur*:hæc ille. Quanquam vt aliis placet ἀκροστιχίδες dicuntur verſus ita compoſiti & collocati,vt deinceps ex primis, aut extremis eorum literis aptè connexis aliqua ſententia colligatur hinc ἡ ἀκροστιχία,ſententia qua ex hac ſumma literarum collocatione elicitur, vel ratio ipſa ſententiam ita ex verſuum ſummis, ac extremis literis colligendi.

Vbi Circe Solis f.Ἔνθα λόγος ἔχει Κίρκην τὴν ἡλίου θυγατέρα κατοικῆσαι) Virgilius Æneidos 7.294. idem confirmat,

Proxima Circææ raduntur littora terræ,
Diues inaceſſos vbi Solis filia lucos
Aſſiduo reſonat cantu,tectiſque ſuperbis
Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum,
Arguto tenues percurrens pectine telas.
Hinc exaudiri gemitus,iræque leonum
Vincla recuſantum,& ſera ſub nocte rudentum,
Setigerique ſues,atque in præſepibus vrſi
Sæuire,ac formæ magnorum vlulare luporum.
Quos hominum ex facie Dea ſæua potentibus herbis
Induerat Circe in vultus,ac terga ferarum.

Fertur,Λόγος ἔχει)*Fama habet*.i.Rumor eſt,fertur,vel etiam fabulis fertur.Λόγος enim ſæpe fabulam ſignificat, quæ ſignificatio non ſolùm apud hunc ſcriptorem,ſed & apud Herodotum ſæpius occurrit.

Vrbem Tarq. obſidebat, Πόλιν ἐπολέμει) Si codex mendo caret,πολεμεῖν πόλιν nihil aliud ſignificat,quàm bello premere,vexare:quanquam poteſt etiam ἀντὶ τοῦ πολιορκεῖν accipi,vt ſuprà pluribus eſt demonſtratum. Sed mallem ἐπολιόρκει. quam coniecturam confirmant illa Dionyſij verba, καὶ πολυχρονίου τῆς πολιορκίας γινομένης. πολεμεῖν enim datiuo gaudet, & ſignificat bellum alicui facere,ſiue inferre:at πολεμεῖσθαι,bello premi:quoniam tamen rectè dicitur ἐγὼ πολεμοῦμαι ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, idcirco videtur etiã dici poſſe ἐχθροὶ ἐμὲ πολεμοῦσι. Demoſth.3.Philippica.97.τοῦτο δ' ἐστὶν, ὁ αἰσχυνόμενοι χρημάτων ἀπάντων ὤνηται φίλιππος, αὐτὸς μὲν πολεμεῖν ὑμῖν, ὑφ' ὑμῶν δὲ μὴ πολεμεῖσθαι:quod obſeruandum : vide ſuprà p.147.

Eadem ætate erat ac Tarq.liberi, Τὴν αὐτὴν τοῖς Ταρκυνίου παισὶν ἡλικίαν)Oratio videtur imperfecta,& participium ἔχοντα puto deſiderari, quod cum illo τοῦτον iungetur.

Quod ipſi libuiſſet,Ἃ προῃρεῖτο)i.*Quæ ille antè dixerat*, ſcilicet, ſe velle cum ea concumbere. Lapus videtur
A legiſſe,προῄρητο,vel potiùs προῄρητο. i. *quæ ſtatuerat apud ſe*,vel quæ volebat: hæc lectio mihi quoq; magis placet, quàm vulgata : ſic paulò antè, ὧν πότερον αὐτὴ προαιρεῖτο λαβεῖν ἀξιοῖ. Honeſtè autem obſcæna res exprimitur.

Non credendam,Ἀπίστευτον ὕβριν) Ita vocat iniuriam contumelioſam, quæ tanta eſt vt nullus ne coniecturis quidem magnitudinem eius aſſequi poſſit.Hoc autem ὑπερβολικῶς dictum ἀντὶ τοῦ μεγίστην,i.maximã, quod alias ἀνίατον dicit.i.*incurabilem,inſanabilem*.

B Accepit,Παθοῦσα)Lege παθοῦσαν.hoc enim ad illud θυγατέρα referendum,& cum eo iungendum.

Nec longas moras, Καὶ μὴ πολλὰ χρόνον τὰ διὰ μέσου) Vel ποιεῖ, vel aliquid huiuſmodi deſideratur, vt hoc ad Lucretiæ patrem referatur.i.ne magnas moras necte :quanquam non fuerit abſurdum,ſi verbum ἐγένετο deſiderari,vel ſubaudiri dicamus.i. nec magnæ moræ fuerunt interpoſitæ, vel, nec longa mora interceſsit: alioqui dicendum hæc ab autore conſultò conciſè dicta, vt melius Lucretiæ loquentis perturbatio indicaretur,ipſaque rei celeritas meliùs exprimeretur.

C ¶Pag.140. A quodam Æneæ ſocio, Ἑνὸς δέ τινος τῶν συνελθόντων)Ἀντὶ τοῦ ςειλάντων, actiuum pro paſſiuo : qua de re ſuprà fuſiùs à nobis actum: niſi locum ita intelligas, vertendum erit,*Oriundus à quodam,qui erat de numero eorum,qui cum Ænea coloniam deduxerant*:plena loquutio eſſet,τὴν συστειλάντων ἀποικίαν. Hic etiam obſeruandum τὸ ςέλλειν ἀποικίαν,pro coloniam deducere, non autem mittere, ab autore poſitum: quod minus eſt receptũ: prior coniectura veriſimilior videtur: quanquam ſi
D τὸ ςέλλειν hîc pro in coloniam proficiſci poſitum dicas, non refragabor.

Se ſtultum eſſe ſimulauit,Καταψευσάμενος μωρίαν)Ouid. 2.Faſt.

Brutus erat ſtulti ſapiens imitator,vt eſſet
Tutus ob inſidias dire Superbe tuas.

Hocque illi ſaluberrimum fuit rem. Τοῦτ' αὐτὸν ἐρρύσατο) Verba ſonant, *hoc ipſum ſeruauit*.i.effecit ne quid mali à tyrãno pateretur,cùm tamen ab eo multi, probique viri perderentur. Sed ego liberiùs hæc ſum interpretatus.

E Per medias vias, Ἐν ταῖς ἀγοραῖς) Lapus videtur legiſſe ἐν ταῖς λοχείαις. Vertit enim, *in partu*.bona vtraque lectio:ſed tamen nihil mutandum. Gelenij verſio facit vt ἐν ταῖς ἀγυιαῖς.i.in viis,eum legiſſe putem.

¶Pag.141.Sum enim Celerum tribunus,Κελερίων ἄρχων)Κελερίων lege. Gelenius videtur legiſſe καλλιερίων, vertit enim, *Ego ſum ſacrificorum princeps*:at vocem καλλιερεὺς apud nullos reperio : ſed καλλιερεῖν eſt vſitatiſſimum,& ſignificat litare,& ſacra facere. Eſt autem verbum artis aruſpicinæ, & extiſpicij, quum nobis ſacra
F facientibus hoſtiarum exta felicem rerum ſucceſſum pollicentur. Liuij verba docent apertè quomodo locus iſte corrigendus:ſic enim ille Decadis primæ li.1. *Ergo ex omnib. locis vrbis in forũ curritur:quò ſimul atque ventum eſt,præco ad Tribunum Celerum, in quo tum magiſtratu fortè Brutus erat, populum aduocauit*, quem igitur Liuius Tribunum Celerum vocat,eum Dionyſius ἄρχοντα Κελερίων appellat. Sed vox hic eſt corrupta,quæ longè meliùs ſcripta extat ſuprà pag.93. hæc ſunt autoris verba,
G τοῖς ἡγεμόσι τῶν κελερίων,οὓς ἔφην ἱππεῖς τε, καὶ πεζοὺς στρατευομένους φύλακας ἀποδείκνυσθαι τοῦ βασιλέως, & pag.65. ὄνομα δὲ κοινὸν ἅπαντες εἶχον κελέριοι. Quanquam(vt obiter hoc dicam)quando Dionyſius vocem latinam ſeruare vo-

Init, ἄρχειν τῶ Κελέρων dicere debuiſſet: ſed non ſemper hoc religioſè facit, interdum ſuo more multa mutat. Quare pro κέλερες maluit dicere κελέριοι, ſi modò κελερίων potiùs quàm κελέρων eſt legendum. Idem error extat pa.199. Κελερίων ἀρχῶν. Quinam eſſent Celeres, vnde dicti, quis eorum numerus, cur, quando, & à quo fuerint inſtituti, & quis Tribunus Celerum diceretur Dionyſ. ſuprà pag 65. pluribus docet.

¶Pag.142. Nobis nullam ciuitatis formam, Οὐδεμίαν ἡμῶν εἶναι δεῖν πρόσωπον πολιτείαν) Ex ipſo ſenſu facilè A
colligitur legendum potiùs, ἡμῖν, quam lectionem in verſione ſum ſequutus: huc adde quòd hoc verbum δεῖ ſolet ita conſtrui, δεῖ μοι τούτου, opus eſt mihi hac re, & δεῖ με ποιεῖν τοῦτο, i. opus eſt mihi hoc facere, ἀντὶ τοῦ δεῖ με τοῦτο ποιεῖν, oportet me hoc facere. Si vulgatam lectionem retineas τὸ ἡμῶν ab illo πολιτείαν pendebit: ſed parum commodè.

Ne rerum ſummam vnius arbitrio, Μὴ ποιεῖν γνώμην) Vel μίαν γνώμην, vel ἑνὸς γνώμῃ legendum. Ipſe ſenſus aliquam huiuſmodi lectionem flagitat. B

Centur. Τὴν λοχίτιν) Lege λοχίτην. qua de re alibi.

Τοῦδ' ἕκαστον) Mallem τούτων ἕκαστον, vt legitima conſtructio flagitat.

¶P.143. Conſules, Κονσολίους) Proculdubio Κονσούλους, vel potiùs Κόνσουλας eſt legendum. Conſules enim vocabantur, & à conſulendo ſunt dicti.

Simulatione ſtultitiæ induiſſem, Ἐσκευάσμην μωρίαν) Ἐσκευασάμην legendum. i. ſimulaui ſtultitiam. Aliud autem σκευάζω, aliud σκευάζομαι.

Indicata voluntate, Πεζαίροιτο ἀποδειξάμενος) Mallem ἀποδειξάμενοι, vt ſenſus flagitat: ſic ſuprà pag. 199. Ταύτην ἀποδειξαμένη τὴν γνώμην Ἰούνιος Βροῦτος. C

¶Pag. 144. Poſsint excuſari, Ἰσχύειν. τοῦδ') Pro puncto κόμμα potiùs ponendum.

Antequam integer dies, Πρὶν ἡμέραν ὅλην.) Canterus vir doctiſſimus nouarum lectionum libro tertio, cap. 27. πρὶν ἢ μαραίνεσθαι τὴν πυρὰν legendum cenſet. i. *antequam rogus extinctus eſſet*: hæc lectio profectò tanti viri doctrinam, & ingenij acumen commendat. Poſſumus tamen vulgatam lectionem retinere, ita vt τὸ D
ὅλην coniungamus cum verbis ſequentibus. Rebus autem inanimis motum & actionem ſæpe tribuunt ignoramus.

Pactiones cum illa confirmans, Ἐμποδὼν ὁμολογίας) Ἐμπεδῶν corrigendum. i. *confirmans*. ἔμπεδον id propriè dicitur, quod ſolo infixum eſt, & quod propterea eſt firmum, hinc ἐμπεδοῦν, firmum reddere, confirmare: vulgata lectio eſt abſurda, & penitus corrupta.

Euerſiones, Ἀφανισμούς) Sylburgius Ἀφαγισμοὺς, i. *piacula*, putat legendum. Sed apud quem hoc legerit, ignoro: vulgata lectio eſt ſana: quare non mutanda. E

Quomodo eſt adeptus? Πῶς παρέλαβεν) Hæc videntur perturbata, atque in ſuas priſtinas ſedes ita reſtituenda, πῶς παρέλαβε; παρὰ τίνων; ἆρ' ἔργα ὡς οἱ πρὸ αὐτοῦ γενόμενοι βασιλεῖς; πολλοῦ γε καὶ δεῖ. i. Quomodo hoc imperium eſt adeptus? à quibus hoc accepit? an vt omnes reges, qui ante ipſum regnarunt? multùm certè abeſt. F

Patrio more, Πατρικοῖς ἐθισμοῖς) Πατρίοις eſt legendum. Error eſt manifeſtus, vt ſuprà dixit, Ταρκυνίων, ὅτι κατὰ τοὺς πατρίους ἡμῶν ἐθισμούς, καὶ νόμους.

Suffragia ferete, Ψῆφον ἀπενέγκαντος) Mallem ἐπενέγκαντος. Sic pag. 204. κατὰ φράτρας ψῆφον ἐπενέγκαντες, & ibidem, ψῆφον ἐπιφέροντες.

Nobis inuitis, Ἀκουόντων ἡμῶν) Ἀκόντων legendum videtur, vt ex ipſo ſenſu facilè colligitur.

Res veſtræ, Ἡμέτερα πράγματα) Ὑμέτερα potiùs legendum, vt ex ſequentibus patet. G

Haud ſecus quàm mancipiorum, Ὥσπερ δούλους) Quoniam ἄξιος cum genitiuo iungitur, idcirco δούλων ἀργυρωνήτων dicendum videtur, vel τὸ ἄξιον delendum, vel ἀξιοῦσι dicendum. i. cogit vos miſere facere quæcunque decet mancipia pecuniis empta facere

¶Pag. 145. To quod vnius, Καὶ οὐ μόνον ὅτι) Lege καὶ οὐ μόνον. Hæc enim ab illo ἐνδέχεται reguntur.

Turpe eſt nos, Αἰσχρὸν τι ἡμῖν ἐλλεῖπον) Proculdubio locus eſt corruptus, quem ſenſu dictante ſic emendandum puto, αἰσχρόν τι ἡμᾶς ἐκλείπειν μὲν καὶ, & ἀξιοῦν, αὐτοὺς δὲ.

¶Pag. 146. A nobis, Ὑφ' ὑμῶν) ἡμῶν legendum, vt ad illud ἡμᾶς præcedens referatur.

Cum triſtitia & lætitia mixti erant, Λύπαις τε γὰρ καὶ ἡδοναῖς ἐκίρναντο) In ſuperiore periodo Diony. vſus eſt verbo κατελάμβανεν, quod eſt ſingularis numeri: nunc verb vtitur plurali, cùm tamen vtrumque ad vocem πλῆθος referatur: quare prima fronte hoc paulò durius videtur: ſed res bene habet. Nam, vt grammatici docent, verbum neutrum tam ſingulari, quàm plurali gaudet: conſtructio igitur eſt mutata.

Mixti erãt, Ἐκίρναντο αἱ μὲν) Oratio videtur ἀνανταπόδοτος. Vel enim dicendum eſſet, καὶ αἱ μὲν ἐγίνοντο ἐπὶ τοῖς προγεγονόσι δεινοῖς, αἱ δ' ἐπὶ τοῖς, & cæt. vel, quod veriſimilius, λύπαις τε γὰρ καὶ ἡδοναῖς ἐκίρναντο, ταῖς μὲν ἐπὶ τοῖς, & paulò pòſt, ταῖς δ' ἐπὶ τοῖς. Hæc autem ſunt intelligenda hoc modo, Romani partim dolebant, partim lætabantur: dolebant, quum præteritorum malorum recordabantur, lætabantur, quum bona mox fruenda ſecum ipſi reputabant, & animo iam præcipiebant.

In curias diuiſi, Διαστάντες κατὰ φράτρας) Eodem modo paulò pòſt αἱ φράτραι κατεψηφίσαντο. hæc videntur pugnare cum ſequentibus ψῆφον ἐπιφέροντες κατὰ λόχους. Sed ſi codex ſanus, dicemus iam τὰ φράτρας, καὶ τὸ λόχον συνωνύμως poſitum. Dionyſ. enim pag. 62. verbis diſertiſſimis ait *Curiam* à Græcis φράτραν, καὶ λόχον appellari, *Curiones* φρατριάρχους, καὶ λοχαγούς. vide & pag. 303. 2. Aliàs verò λόχος *Centuriam* ſignificat: vnde toties apud hunc ipſum autorem λοχῖτις ἐκκλησία, *Comitia Centuriata*.

Creauit interregem, Ἀποδείκνυσι βασιλέα) Atqui ſuprà dixit ipſemet Brutus βασιλείας μὲν ἐκ ἐπιτηδευμένας δοκεῖ. quare locus ille cum iſto pugnat. Sed dicendum, vel τὸ τοῦ βασιλέως ὄνομα nunc impropriè ἀντὶ τοῦ μεσοβασιλέως i. Interregis, poſitum: vel certè, quod veriſimilius, μεσοβασιλέα legendum: hoc etiam apparet ipſa, pag. 205. vbi Romani iurant ſe nullum regem amplius paſſuros: huc adde quod comitiorum cura non ad reges, ſed ad Interreges pertinebat.

Herminius, Τὸν Ἑρμήνιον) Latini Herminium vocant: ſed Dionyſius vt latinæ vocis ſonum ſeruaret, & melius exprimeret, η, vocali longa eſt vſus, cùm alioqui η non in ι: ſed in ι longum apud Latinos plerúmque verti ſciamus.

Induciis cum Ard. Ἀνοχὰς ἀπὸ τοῦ πολέμου κατασκευασάμενοι) Hoc loquendi genus eſt valde durum, ac inuſitatum: vel enim τοῦ πολέμου potiùs eſſet dicendum, vel, quod facilius crediderim, τὸ ἀπὸ vt ſuperfluum eſſet tollendum.

¶Pag. 147. Athenis magiſtratum annuum gerente, Ἀθήνῃσι δὲ τὴν ἐνιαύσιον ἀρχὴν) Περιφραστικῶς τὸν ἄρχοντα intelligit: nam & perpetui, & decennales, & annui Archontes Athenis olim fuerunt: qua de re vide doctiſſimos Caroli Sigonij libros, vbi de Athenienſis reipub. téporibus agit, pa. 642. 943. *Archontum* (inquit) *decennalium imperio abrogato, ſumma rerum nouem Archontibus quotannis eſt mandata, Regi, Archonti, Polemarcho, & Theſmothetis ſex, permiſſumque vt ab Archonte anni ſinguli nominarentur. Primus Archon annuus fuit Creon: ſecundus Teleſias. Ab hoc tempore Democratia, Athenienſium initium capit.* Quod autem Iſagoras Archon hoc

tempore

tempore fuerit,ex eadẽ Sigonij chronologia patet.vide Olympiadem. LXVIII.

Athenis, Ἀθήνησι δὲ τὴν ἐνιαύσιον ἀρχὴν) Hic locus eſt corruptus,& mutilus: nam deſideratur nomen illius,qui magiſtratum annuum gerebat. Sed ex Sigonij chronologia Iſagoram fuiſſe conſtat:quare hęc ita puto legenda,ἐνιαύσιον ἀρχὴν ἔχοντος Ἰσαγόρου.

Cõſſ. autem quadrimeſtres, Παραλαβόντες ὕπατοι) Hæc ita videntur legenda, παραλαβόντες δὲ ὕπατοι τεττάρων μηνῶν ἀρχὴν,id eſt,Cõſſ.autem inito quatuor mẽſium magiſtratu. Hoc autẽ ideo Dionyſius dicit, quia, niſi fallor,Conſules iſti quatuor tantùm menſes conſulatum geſſerunt:nam (vt apparet pag.211.212) L.Tarquinius Collatinus à collega ſuo coactus eſt ſe conſulatu abdicare,vel quòd ob affinitatem,& nomen Tarquiniorum populo ſuſpectus eſſet, vel ob diſſenſionẽ ortam inter Brutum, & Collatinum, quum ageretur de Collatini filiis puniendis, vt videre eſt in locis ſuprà allatis. Brutus verò ab Arunte Tarquinij filio in prælio cæſus eſt, vt docet Dionyſius pag. 214. vbi rem totam oratione prolixa perſequitur. Idcirco etiam idem de eodem Bruto ita loquitur pag.216. Ἰούνιος μὲν δὴ Βροῦτος ὁ τὴν βασιλείαν ἐκβαλὼν,καὶ πρῶτος ἀποδειχθεὶς ὕπατος,οὐδὲ μὲν εἰς ἐπιφάνειαν προελθὼν,ἀκαρῆ δὲ χρόνον ἀνθήσας ἐν αὐτῇ,ῥωμαίων ἁπάντων κράτιστος φανεὶς,τοιαύτης τελευτῆς ἔτυχεν. In Collatini verò locum ſuffectus Publius Valerius,qui poſt Bruti mortem Sp. Lucretium collegam ſibi cooptauit. Cæterùm,de primi cõſulatus anno,menſe, & die inter ſcriptores variatur,nec vna eſt omnium ſententia.Illud certè cõſtat Idus Maias olim ſolennes fuiſſe Magiſtratibus ineundis, poſtea Martias,inde & Calendas Ianuarias.Sylburg.hunc locum ex Veneto Codice ſic ait correctum, ἐνιαύσιον ἀρχὴν ἔχοντος Ἰσαγόρου, ἀριστοκρατείας δὲ γενομένης πρῶτοι τὴν βασιλικὴν ἀρχὴν) παραλαβόντες ὕπατοι, τεττάρων (μηνῶν εἰς τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ὑπολειπομένων) Ἀδικιος, &c. Lector iudicabit vtram harum correctionum ſequi præſtet.Illud tamen dicam codicis Veneti fidem mihi ſuſpectam eſſe: quod ex iſta minus neceſſaria tot verborum congerie poteſt facilè deprehendi:quin etiam hoc μηνῶν eſt ſuperfluum.

Aſſumptis in ſocietatem, Ἑτέρους παραλαβόντες) Vt hæc melius cum præcedentibus connectantur, Καὶ copulam deſiderari puto:niſi fortè hunc locum ita dicas intelligendum,ὕπατοι δὲ τεττάρων μηνῶν, παραλαβόντες,παραλαβόντες inquam,ἑτέρους πολλούς. Ita enim nihil erit addendum:ſed hoc poſterius participium perſpicuitatis, & explicationis gratia repetitum dicemus: multa enim ſunt inſerta,quæ orationem obſcuriorem reddebant.

Manius Papyrius,Μάνιος παπύριος) Alij Manium vocant:ſed nihil mutandum.

Coronis, Καὶ κορώνας) Vt fatear ingenuè quid ſibi velit hoc loco τὸ τῆς κορώνης vocabulum non ſatis intelligo.Quidam putant coronas intelligi, quod ab autoris mente fortaſſe non eſſet alienum.Coronæ enim, & ſceptra ſunt regiæ maieſtatis inſignia, & ornamenta: alij furcas,alij aliud.Lapus vertit,*Cornicines*:ſed quã bene,viri docti iudicent.Quoniam tamen κορώνη teſte Euſtathio genus coronæ textilis ſignificat,hic quoque pro corona ſimpliciter accipi poteſt: ſed hæc ſignificatio eſt rariſsima.Quoniam etiam per κορώνην φυσικῶς ſignificatur quicquid eſt incuruum, ac inflexum, fortaſſe furca non incommodè poteſt intelligi, quemadmodum Gelenius vertit, quod vt minimè dubium non auſim affirmare verum eſſe. Furcas autem cum faſcibus ad maiorem terrorem maleficiis incutiendũ, Conſulibus prælatas dicemus.

Hoc igitur inſtituto, Τοῦτο δὴ τὸ πολίτευμα) Hæc videntur perturbata, & in priſtinas ſedes ita reſtituenda,τοῦτο δὴ τὸ πολίτευμα καταστησάμενοι, καὶ ἄλλα τούτοις παραπλήσια ἢ ὀλίγα, προθυμίαν ἐποίησαν εἰς τὴν διαμονὴν τῶν πραγμάτων τὸν δημότην, καὶ ταπεινὸν ὄχλον. Ὑπεμίμνησκεν) Suſpicor ὑπεμίμνησκεν legendum. Vix enim ὑπεμιμνήσκειν apud alios ſcriptores græcos reperias.

¶Pa.149 Bonis ſpoliati,Ὡς ἀποστερούμενοι) Legendum videtur ὡς ἀποστερουμένοις,quod patet ex pronomine αὐτοῖς,& verbo παρέχουσιν.

Conſulibus igitur, Τῶν ὑπάτων,καὶ πολλῶν)Oratio eſt
A imperfecta,participium λεγόντων puto deſiderari, cui τὸ συναγορευόντων reſpondeat,vel quod longè commodius τῶν ὑπάτων λεξάντων, καὶ πολλῶν, ſic p. 207.τοιαῦτα λεξάντων,ἀναστὰς ὁ Βροῦτος.

Vt mitteret qui bona ſua reciperent, Ἐπέστειλαν τοὺς ἀποληψομένους) Hîc quoque oratio videtur mutila: ad abſoluendam ſententiam puto verbum πέμψαι addẽdum,atque ita legendum,ἐπέστειλαν πέμψαι τοὺς ἀποληψομένους,id eſt, *Tarquinio per literas ſignificarunt, vt mitteret, qui res ſuas reciperent.* Lapus hanc lectionem agnoſcit.
B Τὰ χρήματα βουλομένων) Ἀντὶ τοῦ βουλομένων, ſi modò codex mendo caret.

Gellij, Γέλλιοι) Ex Liuio, & Plutarchi Coriolano patet Οὐιτέλλιοι, non γέλλιοι legendum. Hæc ſunt Plutarchi verba,ἀρχῆς οὖν διέφθειραν οἴκους δύο τῶν καλῶν κἀγαθῶν νομιζομένων, τῶν ἀκυλλίων τρεῖς ἔχοντας βουλευτάς, καὶ δύο τῶν Οὐιτελλίων, οὗτοι πάντες ἦσαν ἀπὸ μητέρων ἀδελφιδοῖ Κολλατίνου τοῦ ὑπατεύοντος, ἰδίᾳ δὲ Οὐιτελλίοις ἑτέρα πρὸς Βροῦτον οἰκειότης ὑπῆρχεν, ἀδελφὴν γὰρ αὐτῶν ὁ Βροῦτος εἶχε, καὶ παῖδας ἐξ αὐτῆς πλείονας. Hæc magnam huic loco lucem
C afferunt. Οἱ τὴν χεῖρα) Lege οἱ ſine accentu. Eſt enim articulus præpoſitiuus, qui participio ἀιρησόμενοι præponitur.

Aquilij, Ἀκύλλιοι) Mallem vel ἀκύλιοι, quemadmodum extat & apud Plutarchum, & vt alibi Dionyſius hæc nomina ſolet efferre, vt quum dicit Ταρκύνιος, λόφος ἐσκυλῖνος, Κόϊντος, & Κοΐντιος. Græci enim Q literam vt ſuam non agnoſcunt, vel certè ἀκουίλιοι dicendum, vt ipſa ſcribendi ac pronuntiandi ratio po-
D ſtulat. hic error ſæpe occurrit.

Inter ſe colloquebantur,Διεφέροντο πρὸς ἀλλήλους)Lapus videtur legiſſe διελέγοντο,id eſt,inter ſe diſſerebãt, vel colloquebantur de tyrannis reducendis: ſed vulgata lectio eſt bona:nam διαφέρεσθαι, de verborum contentione dicitur,& pro diſſerere,& colloqui de re aliqua poteſt accipi,ſed hoc fiet καταχρηστικώτερον.

Nomine Vindicius, Ὄνομα οὐίνδικιος) Quidam Οὐίνδικα vocant,vt rectus ſit οὐίνδιξ, à Latino vindex. Plutarchus in Coriolano οὐίνδικιον appellat,Liuius quoque
E Vindicium nominat.Quare οὐίνδικιος ſcribendum puto.Sic autem Liuius lib.2.105.loquitur.*Secundum pœnam nocentium, vt in vtramque partem arcendis ſceleribus exemplum nobile eſſet,præmium indici,pecunia ex ærario,libertas,& ciuitas data. Ille primùm dicitur vindicta liberatus: quidam vindicta quoque nomen tractum ab illo putant.Vindicio ipſi nomen,* & cæt.

Quid rei futurus eſſet exitus, Τί τὸ τέλος ἐξοίσει)Τὸ τέλος ἐκφέρειν τι dicitur quum ipſe finis aliquid efferre
F in lucem,ſiue id ſit bonum, ſiue malum. Sed hoc loquendi genus eſt figuratum, & habet quandam προσωποποιΐαν,καὶ ὑποτύπωσιν, nec aliud ſignificat quàm rei alicuius aliquem eſſe finem,vel exitum: ſed dicuntur etiam homines in rebus humanis ἐκφέρειν τι τέλος, id eſt, rebus aliquem finem imponere, adducere res ad aliquem finem,& facere finem aliquem: ſed tunc articulus τὸ non eſt addendus,vel certè Atticè redundat. quare ſi ad Bruti perſonam hoc verbum ἐξοίσει referas,articulus τὸ ſuperfluus erit: ſic Homerus Iliad.θ.
G pag.ex Criſpini typis 297.15.

Ἀτρείδη ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων [sic, printed: Ἀπόποτε κρατίδη ποῖον τὸν μῦθον ἔειπες;]

¶Pag. 150. Ipſum appellantes, Αὐτοῦ ἀνακαλουμένους)

Ex ipſo ſenſu, & legitima verborum conſtructione, patet αὐτὸν legendum.

Neque eorum clamoribus, Οὔτε τῆς φωνῆς) Τὸ αἰτιχέσθαι ſemper cum genitiuo iunctum reperias, nunquam aliter, quod legerim: quod Suid. diſertiſſimis verbis teſtatur. Quare hic videtur legendum οὔτε τῆς φωνῆς αὐτῆς, οὔτε τῆς οἰμωγῆς. Grauis error, ſed leuis mutatio.

Neque ſine flagrorum ignominia, Πε πλακισμοῦ) Πε πλακίζειν propriè ſignificat *in lutum, ſiue cœnum abijcere*, quod faciunt qui rem aliquam contemnunt: μεταφορικῶς accipitur pro contemnere, vituperare, contumelia ac iniuria afficere: ſed hic ſignificat aliquem cũ dolore, & ignominia flagris verberare, quod alias αἰκίζειν dicitur: hinc verbalia προπηλακισμὸς, καὶ αἰκισμὸς, quæ ſæpe pro eodem συνωνύμως ponuntur.

Immotus, Ἄπικτον) Senſus ipſe docet legendum ἄτεγκτον. Vox autem eſt compoſita ex α priuante particula & verbo τέγγω, id eſt, *irrigo*. ἄτεγκτος is dicitur, qui durus eſt, ac rigidus, nec vllis aliorum calamitatibus mouetur, qui nullis lacrymis miſericordia commotus vultum irrigat: hic tamen in bonam partem accipitur pro conſtanti nimirum. quem autem nunc Dionyſius ἄτεγκτον vocat, eum paulò poſt συνωνύμως κατ' ἐπεξήγησιν ἀδάμαντα appellat.

Inde abſtrahere, Ἐπάγειν) Suprà ἀπάγειν dixit. ſed nihil mutandum.

¶Pag. 151. Addita, Ἐπιτείνας) Aliàs ἐπιθείς: quod vſitatius.

Sibi adeſſe iuſſit, Παρεστεσάμενος) Ex verbis præcedentibus, atque ex ipſo ſenſu facilè colligitur προσαγόμενος legendum. i. *cum in mediam concionem proceſſiſſet, & honoratiſſimos quoſque Senatores ſecum adduxiſſet*, vel iuxta ſe collocaſſet.

Coniurarant cæſis, &c. Καὶ συνώμοσαν ἀποκτείναντες) Hanc lacunam ipſa Dionyſij verba ſequuti ita replebimus: ſic enim ille ſuprà pag. 206. Ταρκύνιόν τε κατάγεσθαι συνέθεντο, καὶ τοὺς ὑπάτους ἀποκτεῖναι. & pag. 208. ὅτι ὑπέμειναν ἐπιστολὰς γράψαι πρὸς τὸν τύραννον αὐτοχείρους. Ex quibus locis apparet hic ita legendum, καὶ συνώμοσαν ἀποκτείναντες τοὺς ὑπάτους Ταρκύνιον κατάγεσθαι, καὶ δὴ καὶ πρὸς αὐτὸν ἔγραψαν ἐπιστολὰς αὐτοχείρους, & cæt. Sylburg. ex Ro. & Veneto codice hæc ita corrigit, ἀποκτείναντες (ἅμα Ταρκύνιον ἐπὶ τὴν ἀρχὴν κατάξειν. ἐπιστολάς τε πρὸς τοῦτο γράψαντες) αὐτόχ. ſed ipſum Dionyſiũ autorem certiſſimum, quàm codicum mihi incognitorum dubiam fidem ſequi malo.

Hæc nobis, Ταῦθ' ὑμῖν) Mallem ἡμῖν, vt ad ipſos Cõſſ. hoc referatur.

Quæcunque petierit, Ὅσων ἂν αἰρῶνται) Si codex mendo caret vertemus, *quæcunque voluerit*, eritque αἰρῶ τ προαιρῶνται. ſed fortaſſe meliùs ſi αἰτῶνται legeretur. i. *quæcunque petierit*.

Admittas, Ἐξεργάσῃς) Ἐξεργάσῃ legendum: nam ἐξεργάζομαι, non autem ἐξεργάζω dicitur, quod ſit vſu receptum, & confirmatum.

Neque permittens vt Brutus ciues ad ſuffr. voc. Ψῆφόν τε καθ' ἑαυτοῦ τοὺς πολίτας ἐκ ἴσων ἀναδιδόναι) Exiſtimo legendum τοῖς πολίταις, id eſt, *non ſinens Brutum ciuibus calculos contra ſe diſtribuere*: ἀναδιδόναι τὰς ψήφους τοῖς πολίταις, calculos ciuibus diſtribuere, mittere ciues in ſuffragia, vt ſententiam ſuam ſuffragiis declarent. Ex præcedentibus Dionyſij verbis, & ipſo ſuffragiorum ferendorum more conſtat ita legendum.

Nondum, Οὐ πώποτε) Ἀντὶ τοῦ οὔποτε, ſed hoc videtur præter fidem, & ab hiſtorica veritate alienum: conſtat enim multos homines priuatos olim verba apud populum in concione feciſſe: ſed poteſtate à magiſtratibus accepta, vt hic quoque à Lucretio factum videmus: quare veriſimilius eſt ſi legamus οὔπω, id eſt, nondum, vt & alij interpretes vertunt, & locus iſte flagitat.

Communibus precibus, Καὶ κοινὴν ἐποιήσατο δέησιν) Ex Lapi verſione colligitur κοινὴν legendum: vertit enim, *communes habuit ad Conſulem vtrunque preces*. Ego quoque hanc lectionem vt veram ſequutus, verti, *communibus precibus vtrunque conſulem orauit*.

A Pertinaciter collegæ reſiſteret, Θυμομαχεῖν) *Animoſe dimicare, animo ad prælium ferri*: vel etiam, *præ ira, ac indignatione pugnare*, & *alicui reſiſtere* Sylb. putat forſan δυσμαχεῖν meliùs eſſe. Verùm, vulgata lectio eſt bona.

¶Pag. 152. A quibus exciperetur, Τοῖς ἀποδεξομένοις) Id quod nunc agitur, nondum acciderat: quare proculdubio ὑποδεξομένοις eſt legendum.

Supplicium ſumpſit, Ἄμφω τοὺς ἀπέκτεινεν) Ἀπέκτεινε corrigendum. Hoc enim ad Brutum eſt referendum, vt patet ex illo participio χρώμενος, alioqui χρώμενοι dicendum, quod certè valde probabile: at quæ B ſequuntur ad ambos conſſ. ſunt referenda: mallem tamen ἐτίμησεν etiam, quàm ἐτίμησαν.

In areis, Ἐπὶ ταῖς ἅλωσιν) Si codex mendo caret idẽ hoc valet ac vſitatus datiuus Atticus, ταῖς ἅλῳς. Attici enim in quarta declinatione vertunt diphthongum, ου in ω & ι ſubſcribunt. Erit autem declinationis mutatio & quarta in quintam migrabit, quod obſeruandum. Euſtath. & ipſe vbi ἅλωσιν τῆς ἅλωος aperit, ἅλωνα vocat aream, vbi frumentum teri ſolet.

C Nulli permiſerunt, Οὐκ ἐπέτρεψαν) Ἐπέτρεψαν legendum: hanc lectionem confirmat participium præcedens ὑπολείψαντες, & verbum ſequens ἐψηφίσαντο, quò hoc quoque verbum eſt referendum.

¶Pag. 153. Voluntarios, Ἐθέλοντάς τινας) Suſpicor legendum potiùs ἐθελοντάς τινας. Illud eſt participium, hoc verò eſt nomen: illud eſt ſatis commodum, ſed hoc longè commodius.

Quod vocabatur Iunium, Καλουμένῳ Οὐϊνίῳ) Sunt qui Ἰουνίῳ corrigendum putant: ſed hoc quoque poteſt D in dubium vocari. Plutarchus in Publicola hac ipſa de re agens, ita ſcribit, Ἀντέταξαν καὶ τοὺς ῥωμαίοις οἱ ὕπατοι, καὶ παρετάξαν ἐν χωρίοις ἱεροῖς, ὧν τὸ μὲν Οὔρσον ἄλσος, τὸ δὲ Αἴσουιον λειμῶνα προσαγορεύουσιν quam igitur Liuius Arſiam ſyluam vocat, eam Plutarchus ἄλσος Οὔρσον nominat: ſed apud Plutarchum ἄλσος Ἄρσιον legendum crediderim, vt extat apud Liuium lib. 2. Dec. primæ 106.

Heroi Horatio, Ἥρωος ὁρατίου) Huius herois nullus E alius præter Dionyſium, vllam facit mentionẽ, quòd ego ſaltem legerim.

Fermè pari eſſent numero, Αἰχμάλωτοι) Fortaſſe legendum ἰσόμαχοι.

Robore præſtantiſſimus, Ῥώμῃ κάλλιστος) In robur propriè pulchritudo non cadit, nec aptum & roboris epithetum τὸ καλόν. ſuſpicor itaque κράτιστος legendum, vt & ipſe Lapus videtur legiſſe, quod veriſimilius. Si tamen vulgatam lectionem retineamus, vertemus, *qui erat inter omnes fratres corporis robore maximè egregius*, at F ψυχὴν λαμπρότατος, *clariſſimus animi dotibus*, vel *ingenio præſtantiſſimo præditus*.

Effundentes, Ἐκβάλλοντες) Mallem ἐκβάλλοντες vt ipſe ſenſus flagitat, cui ſequẽs participium ψυχορραγοῦντες reſpondebit.

Exiſtimabant ſuos, &c. Οὐχ ἱκανὸν ὁρώμενοι) Legitima conſtructio, & ſenſus ipſe nos docet ἱκανοὺς legendum: hæc enim ita conſtruenda, οὐχ ὁρώμενοι τοὺς ἀπολειπομένους σφῶν ἱκανοὺς ἀγωνίσασθαι τὸν ἀγῶνα. cur? τραυματίας τοὺς πολλοὺς ὄντας. vulgata lectio videtur ab- G ſurda.

Qui Faunus, Τοῦ καλουμένου φαύνου) Φαυνίου legendum:

Digitized by Google

dum; error eſt manifeſtus.

Quæ varias, Α῎ ὅτι ἀλλοίας) Hæc ita puto legenda, ἃ ἄλλοτε ἀλλοίας, id eſt, *quæ modo has, modo illas formas induentia, in hominum conſpectum veniunt, & metum ipſis incutiunt*. Quanquam meliùs res haberet ſi diceremus ἃ ἄλλοτε μὲν ταύτας, ἄλλοτε δὲ ἀλλοίας, & cætera.

Vocéſque dæmoniacas, Η῎ φωναὶ δαιμόνιοι) Legitima conſtructio poſtulabat vt diceret Dionyſius ἢ φωνάς, vel potiùs, καὶ τὰς φωνὰς δαιμονίους τοιαύτας τὰς ἀκοὰς τούτῳ φασιν εἶναι τοῦ θεοῦ τὸ ἔργον. Sed hic ordo vulgaris ab eo videtur neglectus. Quanquam non fuerit abſurdum ſi dicamus, quemadmodum καὶ ὅσα φάσματα, ſic etiam καὶ ὅσαι φωναί, atque explicandi gratia per appoſitionem ſubiicientur illa, τοῦτό φασιν, &c.

Huic Deo, vt autori, Τῷ θεῷ τὸ ἔργον) Mallem τούτῳ θεῷ τὸ ἔργον, vel τοῦ θεοῦ τούτου τὸ ἔργον, quæ lectio longè melior. Hæc autem ſic ſunt conſtruenda φασὶ τοῦτο τὸ ἔργον εἶναι τοῦ θεοῦ τούτου. Hoc moneo ne quis τὸ articulum iam redundare putet. Lapus videtur legiſſe τοῦτο φασὶν εἶναι τοῦ θεοῦ τὸ ἔργον.

Hac voce aiunt, Τῇ φωνῇ) Ex ipſo ſenſu, verbiſque præcedentibus facilè colligitur τῇ φωνῇ legendum.

¶ Pag. 154. Vno plus, Ε῾νὸς πλείους εἶναι) Plutarchus in Publicola hæc apertiùs explicat: ſic enim ibi φωνὴν μεγάλην φθέγξασθαι ὡς ἑνὶ πλείους ἐν τῇ μάχῃ τεθνήκασι.

Τυῤῥηνῶν ἢ ῥωμαίων) Liuius verò idem declarans ita loquitur, *Adijciunt miracula huic pugnæ, ſilentio proxime noctis ex ſylua Arſia ingentem editam vocem, Syluani vocem eam creditam, hæc dicta. Vno plus Hetruſcorum cecidiſſe in acie, vincere bello Romanum*. Fortaſſe autem hic ἑνὶ πλείους eſſet dicendum, quod v ſitatius, ſic pag. 220. ἑνὶ πλεῖστι μέρει ἐλάττους οἱ λοιποὶ ἦσαν.

Caſtris potitum fuiſſe, Τοῦ στρατοῦ στρατοπέδου) Si codex mendo caret, τὸ στρατόπεδον τοῦ στρατοῦ vocabuntur ipſa caſtra, in quibus erant copiæ: ſed vocem στρατοῦ ſuperfluam eſſe puto.

Coronis victricibus, Στεφάνοις ἀριστείοις) Obſeruandum apud hunc ſcriptorem (ſi modo codex mendo caret) à nomine ſubſtantiuo τὸ ἀριστεῖον, id eſt, *præmium, quod alicui ob ſuam virtutem, aut fortitudinem datur*, formari nomen adiectum, ἀριστεῖος, α, ον, vt στέφανοι ἀριστεῖοι, τιμαὶ ἀριστεῖαι, quod apud alios, rariſſimè reperitur: ſed apud Dionyſium ſæpiſſime, vt pag. 306. 371. 403. 421. Sed ſi codex eſt mendoſus ἀριστείας erit legendum, vt à recto ἀριστεία deducatur, id eſt, fortitudo, στέφανοι ἀριστείας, coronæ, quæ alicui fortitudinis cauſa dantur.

Certamina quidem funebria, Ε῎πιταφίοις Τεθνηκόσι) Τεθνηκόσι dicendum: hic enim accuſatiuus ab illo ἐτέθρισαν pendet, niſi legamus ita, erit ἀνακόλουθον, vel certè legendum ἐτέθρισαν.

Expulſo Collatino, Κολλατῖνον ἐκβληθὲν) Ἐκβληθέντα corrigendum: error eſt manifeſtus. hoc autem patet ex iis, quæ ſuprà ſuo loco ſunt dicta.

¶Pag. 155. Capite plectere, Α᾽ποκτείνειν) Α᾽ποκτεῖνεν legendum puto. nam iſti omnes infiniti pendent à verbo ἔδωκε: ſequentia lectionem iſtam confirmant, vulgata lectio eſt abſurda, niſi τὸ ἀποκτείνειν αὐτὸ τὸ ἀποκτείνειν ἰδίᾳ poſitum dicamus, qui enim ab aliquo magiſtratu capitali ſupplicio iam eſt affectus, quomodo ad alium prouocare poteſt?

Synceriom, Συγκέριον) Nullus alius, præter hunc, quòd ſaltem legerim, huius Syncerij facit mentionem. Gelenius, *Senguirium*, Lapus *Signiam* vocat. Ego nihil certi habeo: quare vulgatam ſequar, donec meliorem lectionem nanciſcar.

Tertium, Τὸ Τρίτον ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἀποδειχθέντος ἀρχὴν) Verba ſonant, *quum tertiùm ad eundem magiſtratum creatus fuiſſet*. Licet autem τὸ ἀποδεικνύναι propriè ſignificet deſignare, ſæpiſsime tamen accipitur pro creare, & ab antecedenti conſequens intelligitur, vt cùm ſexcentis aliis in locis, tum verò præcipuè in iſto facilè poſſumus videre.

Cluſinorum, Κλουσιανῶν) Vel κλουσινῶν, vel κλουσίνων legendum: hos Dionyſius pag. 224. Κλουσινοὺς appellat: ſed Κλουσινοὺς ſcribendum, ſic enim eos Latini vocant.

Sedem fecerunt, Ε῎νταῦθα ἐπέθεντο) Mallem ἀπέθεντο, verba ſonant, *atque hic bellicos apparatus depoſuerunt*, id eſt, omnes ſarcinas, omnia militum impedimenta, & res ad bellum gerendas hic poſuerunt, collocarunt.

¶ Pag. 156. Mamilius, Μανίλιος) Lege Μαμίλιος. ſic enim vocabatur, vt paret ex pag. 217. Vbi Dionyſius ὀκταούιον μαμίλιον eum appellat, & pagina 225. λατίνων πλεῖστον (inquit) μαμίλιος μεγάλα τοὺς γεωργοὺς ἔβλαπτε: ſed quid opus eſt aliis coniecturis cùm ipſe autor paulò pòſt dicat, Μαμίλιος καὶ Λατῖνοι συνεστηκότες.

Irrumpentibus, Βιαζομένων ἀθρόων) Vel eſt αἰτιατικὴ, vel certè ἀθρόων legendum.

Spurius Largius, Σπόριος μάρκιος) Liuius Sp. Largium vocat. Dionyſius paulò pòſt Λάρκιον appellat: quare hic quoque vel Λάρκιος, vel Λάργιος eſt legendum.

Poſtquam, Ε῎πεὶ δὲ τό) Si retineas hanc lectionem præcedentia cum ſequentibus malè cohærebunt, & oratio erit ἀνακόλουθος. Ipſa verborum, ſententiarúmque ſeries poſtulat vt legamus ἐπειδὴ τό.

¶ Pag. 157 Inter natandum, Ε῎ν τῷ νεῖν) Lege νεῖν. i. *inter natandum*.

Vrbana turba, Καπιτωλῖνος ὄχλος) Hoc tam ad ipſius Horatij domeſticam turbam, quàm ad cæteram vrbanam multitudinem commodè referre poteſt.

Claris natalibus, Ε῎πιφανῶν πατέρων) Πατέρων legendum videtur, vt vſus obtinuit, & ſenſus indicat.

Vnde, Ο῎τε τὴν) Si ὅτε legas, vertes, *quando*, vel *quo tempore*, quæ verſio iam minus eſt apta huic loco: ſuſpicor ὅθεν legendum, quam lectionem ſenſus flagitat, & ſequentia Dionyſij verba confirmant.

Commeatus, Τῶν ἀγῶν) Error eſt grauiſsimus, qui leuiſsima mutatione facta corrigi poteſt, legendum enim ἀγορῶν. ἀγοραὶ autem vocantur commeatus.

Nolui vos omnes latere, Οὐκ ἀξιῶ λαθεῖν ἅπαντας, ἀφωρισθεὶς) Hæc ita legenda, & diſtinguenda puto, οὐκ ἀξιῶ λαθεῖν ἅπαντας ἀφορισθεὶς ὑφ᾽ μεγάλων, ὥστε ἰσχυρὰ, & cæt. hanc lectionem ſum ſequutus.

Ego verò, Ε῎γὼ δὲ εἰ, ὅ, τι ἂν) Poſt τὸ εἰ diſtinctio videtur addẽda. Vertes autem, *Ego verò, ſi quicquid fortunæ viſum fuerit, id patiar, horum vos conſcios, & teſtes apud populum habiturus, meliorem patriæ fortunam vitæ ducem ſequutus diſcedam*.

Nulla arma, Ο῎πλον τι) Mallem ὅπλον, id eſt, *nullum telum*.

Mortali corpore, Γεννητοῦ σώματος) Suprà θνητοῦ σώματος dixit.

Gloriam conſequi, Δόξαν καταλιπεῖν) Is δόξαν καταλιπεῖν dicitur, qui ob ſuas virtutes, & egregia facinora gloriam eſt adeptus, cuius memoriam poſteritati reliquit. Ego ſenſum non verba ſum ſequutus.

Spe ſalius, Ψευδῶς) Gelenius videtur legiſſe καταλιπεῖν, νῦν δὲ ψευδῶς, quæ lectio & ipſa eſt bona.

Stratagemate circumuenire, Στρατηγήματι) Στρατηγήματι, καὶ ἀπάτῃ ἀπατᾶν. hoc autem obſeruandum quia rariſsimũ: vſitatius enim τὸ καταστρατηγεῖν. i. bellicis, ac imperatoriis artibus decipere.

Cenſus ipſi non cogitãdum, Α῎ξιον αὐτὸν μὴ σκοπεῖν)

longè maior eſt lacuna, quàm prima fronte appa-ret, ſenſus hoc indicat. Sed lacunam iſtam ipſa Dionyſij verba commodè replebunt. Hìc igitur legendum puto, ἀξιῶν αὐτὸν μὲν σκοπεῖν τί ποιῶν τὰς ἐπιβουλὰς τῶν πολεμίων διακρούσεται, ἀλλ᾽ ὅπως μηδεμιᾶς φυλακῆς δεήσεται. θαυμασάντων δέ. Huius correctionis bona pars ipſi Dionyſio accepta eſt referenda: his enim verbis ſuprà eſt vſus. Ego verò cætera de meo addidi coniecturam ſequutus. Sylburg. ex R. & V. codice locum ita corrigit. Σκοπεῖν τί φυλακαῖς χρώμενος οὐδὲν πείσεται δεινὸν, ἀλλὰ τί ποιῶν μηδεμιᾶς, &c. Lapus hanc lectionem agnoſcit.

¶Pa. 159. honeſtis, Εὐπρεπεῖς) Ex ipſo ſenſu, verbíſque ſequentibus patet legendum εὐτρεπεῖς, facilis eſt lapſus ob affinitatem literę π, & τ.

Tarquinij exp. Ταρκύνιος ἀπεδέχετο) Si codex mendo caret τὸ ἀποδέχεσθαι, ἀντὶ τοῦ προσδέχεσθαι poſitum.

Inſidias collocaſſent, Λοχίσαντες) Fortaſſe præſtaret legere λοχήσαντες, id eſt, inſidiis exceptos in loco opportuno. λοχᾶν enim eſt *inſidiis excipere*, at λοχίζειν *inſidias collocare*, conſtructio verbi, & ſenſus ipſe videtur hoc docere. hac de re ſuprà.

Mucium, Λούκιον) Μούκιον corrigendum: ſic enim eum Latini vocant: ſic etiam eum Dionyſius ſuprà vocauit, quum dixit, καὶ ὁ μούκιος ἔτι μεταβολῆ χρώματος, &c.

Quæ rex legat, Ὁ βασιλεὺς, τοιάδε) Proculdubio τοιαῦτα legendum: hoc enim ad ἐντολὰς eſt referendum.

Senat. Ὑπὸ τῆς βουλῆς) Παρὰ potiùs dicendum, alioqui participium πεμφθέντων deſiderabitur, &c.

Obſides virgines, Τῶν ὁμηρευσάντων παρθένων) Si codex mendo caret erit Atticiſmus, de quo ſuprà pag. 138. ſed ſi vulgatas regulas ſequaris dicendum ὁμηρευουσῶν.

Veſtes reſcindiſſet, Ἐσθῆτας ἀπέβαλλον) Error eſt manifeſtus, & ἀπολάβωσι corrigendum, quod patet ex verbis illis ſequentibus, ἵνα μὴ γυμνὰς ὁρῶσιν αὐτάς.

Qui ad caſtra proficiſcerentur, Τοῖς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον) Deſideratur vel παραγινομένοις, vt paulò pòſt dicit τοῖς παραγινομένοις, vel ἐρχομένοις, ſiue πορευομένοις.

Retineret, Κατέξοντας) Legitima verborum conſtructio poſtulat vt legatur καθέξοντες, & paulò pòſt παραμενοῦντες. hæc enim ita ſunt conſtruenda, ἐπιβάλλουσαν ἀνόσιον πρᾶγμα. Quodnam? ἁρπάσαι παρθένους τὰς ἀγομένας. cur? καθέξοντες, &c.

Properè, Κατὰ σπουδὴν) Σπουδὴν lege: ſenſus hoc docet.

Conuocauit, & illis, Συνεκάλει, καὶ διεξελθὼν) Oratio eſt ἀνακόλουθος, & præcedentia cum ſequentibus malè cohærent. Legendum videtur συνεκάλει, καὶ διεξῄει, id eſt, Hetruſcos ad concionem vocauit, & illis prolixa oratione rem totam declarauit, alioqui dicendum eſſet συνεκάλει, καὶ διεξελθόντος αὐτοῦ ὡς, & cætera. deinde ſubiiciendum, Τυρρηνοὶ μὲν ῥωμαίους. & cætera.

Mamil. Καμιλίῳ) Μαμιλίῳ corrigendum vt ſuprà demonſtratum.

Iuſſerunt, Πρέπον) Oratio eſt ἀνακόλουθος, πρέπειν videtur legendum: verba præcedentia lectionem iſtam confirmant.

Tyrannide recep. Τυρρηνίσαντες τὴν πόλιν) Proculdubio τυραννήσαντες legendum, τύραννος, *tyrannus*, τυραννεῖν, *tyrannum eſſe*, τυραννεῖν τὴν πόλιν, *tyrannidem exercere in aliquam ciuitatem*, vel ciuitatis tyrannum eſſe: ſed τυρρηνίζειν longè aliud ſignificat, quod iam ad rem præſentem nihil facit. dictum autem τυρρηνίζειν vt τὸ ἑλληνίζειν, καὶ φιλιππίζειν, quæ nihil aliud ſignificant, quàm partibus illorum, quorum fit mentio, ſtudere, ac fauere.

Vbi caſtra poſuerat, Στρατοπεδευκὼς) Dicendum potiùs ἐστρατοπεδευκὼς, qua voce ſæpe alibi Dionyſius eſt vſus. quòd ſi codex mendo caret, erit augmentum in medio, non in principio, vt plerunque fieri ſolet. Hoc tamen & ipſum ſatis familiare Græcis.

Cum Etruſcis &, Περὶ Τυρρηνῶν τε, καὶ βασιλέα κλουσινῶν) Vel hæc ſunt perturbata, & ita in ſuas ſedes ſunt reſtituenda, περὶ Τυρρηνῶν τε, καὶ κλουσινῶν βασιλέα. Porſena enim Hetruſcorum, & Cluſinorum rex erat: ſed præſtat κλουσινῶν ſcribere, vt ſcribitur ſuprà pa. 217. vel certè περὶ Τυρρηνοὺς τε, καὶ βασιλέα Κλουσινῶν legendum.

Sp. Largius, Σπόριος, μάρκος λάρκιος) Hæc ita corrigenda, ὕπατοι Σπόριος λάρκιος, καὶ Τίτος.

¶ Pag. 161. Oppugnaret, Ἤδη πολεμῶν) Si codex mendo caret, τὸ πολεμεῖν hic quoque ἀντὶ τοῦ πολιορκεῖν, i. obſidere, bellóque premere, poſitum eſt. qua de re ſuprà.

Exped. fecit, Ἐστρατοπέδευσεν ἐπὶ τοὺς) Ἐστράτευσεν potiùs legendum, quemadmodum alibi.

Contra Aricinos, Τοῖς Ἀρικινοῖς) mendosè antè τοῖς ῥικινοῖς legebatur.

Illius mortem, Τὴν ἐκείνου τελευτὴν) Perperam antè ἐκείνῳ ſcribebatur.

In ſuas domos, Εἰς τὴν ἑαυτῶν οἰκίαν) Longè meliùs fuerit ſi legas εἰς τὰς ἑαυτῶν οἰκίας. Hic enim de pluribus verba fiunt, alioqui dicendum fuiſſet, καὶ ἕκαστοι φέροντες εἰς τὴν ἑαυτῶν οἰκίαν. Quanquam ne hoc quidem æquè commodum videtur, atque alterum illud, quod à nobis eſt allatum ſuprà.

Diis perſoluerunt, Ἀπέδωσαν) Vel ἀπέδωκαν, vel ἀπέδοσαν legendum, hoc norunt qui in græcis literis mediocriter ſunt verſati.

M. Valerius, Μάρκος Οὐαλέριος ἀδελφὸς Οὐαλερίου) Legendum, Μάρκος Οὐαλέριος ἀδελφὸς Οὐαλερίου Ποπλικόλα.

Clade ab Etruſcis accepta, Τυρρηνικοῦ πταίσματος) Πταῖσμα πολέμου, Cicero belli offenſionem vocat. Περὶ ὁ πόλεις) Πολλοὺς fortaſſe melius.

¶ Pag. 162. Conſ. Poſth. Ἔνθα μὲν ὁ ὕπατος Ποστόμιος) Imò verò ὕπατος Οὐαλέριος, & paulò pòſt κατεῖχεν ὕπατος Ποστόμιος, hoc apparet ex iis, quæ ſuprà hac ipſa pagina dicuntur. Ποστόμιος μὲν οὖν πλησίον τῆς Ῥώμης ἐν ἐρυμνοῖς τόποις κατεστρατοπέδευσε, & cætera, &, Οὐαλέριος δὲ ἐγγὺς τῶν πολεμίων, & cætera. Valerius igitur qui ad hoſtes propiùs acceſſerat, cum hoſtibus conflixerat, & paulò pòſt alter Conſ. Poſtumius & ipſe ſuis opem tulit. Nam antè ſe in ſuis caſtris continebat ad vim repentinam propulſandam, ſi qui Romam ipſam petere fuiſſent auſi. Ideo Dionyſ. ſubiicit μαθὼν τὸ γινόμενον ὁ τὴν ἑτέραν τῶν Ῥωμαίων παρεμβολὴν κατέχων ὕπατος Ποστόμιος ἐξῆγε τὴν στρατιὰν, & p. 227. ἐν δὲ τούτῳ καὶ ὁ Ποστόμιος τοὺς πεζοὺς ἄγων, & cæt.

Sp. verò Largium, Τὸν δὲ πρεσβύτερον) Si codex mendo caret, hoc epithetum τοῦ πρεσβυτέρου ad Spurii Largij ætatem iam prouectiorem referetur: ſed ex ſequentibus patet legendum πρεσβευτήν. πρεσβευτὴς autem in bello, Conſulis, vel Prætoris, vel Imperatoris legatum ſignificat, qui & ἀντιστράτηγος vocatur. pag. 228. hunc ipſum πρεσβυτὴν, μάρκον vocibus corruptis appellat, pro πρεσβευτὴν Λάρκιον. Σπόριον Λούκιον) Σπόριον λάρκιον, vt ſuprà legendum.

Laxatis habenis, Ὑπὸ ῥυτῆρος) Mallem ἀπὸ

quod

quod vſitatius : ſic pag. 204. ἐλαύνων τοὺς ἵππους ἀπὸ ῥυτῆρ☉.

Εἰς οἴκησιν) id eſt, *ad domicilium, ad habitandum*. Sed fortaſſe meliùs ſi legamus οἴκισιν, quemadmodum ex ſequētibus facilè colligitur. Intelligemus autem aream ipſam Valerio ad ædificandum datam.

A Sexto altero Tarquinij filio, Ὑπὸ Σέξτου θατέρου τῶν Ταρκυνίου παίδων) Bene dixit θατέρου, ſiquidem cùm tres eſſent filij Tarquinij, Sextus, Titus, & Aruns. Aruns in prælio à Iunio Bruto cæſus eſt: quare duo tantum ſupererant. vide pag. 214.

Omnes eorum animos, Ἐξεπολέμωσε κοινῇ πρὸς πάντας) Πάντας ad Ῥωμαίους, αὐτοὺς ad Sabinos refertur. Sylburgius putat legendum ἐξεπολέμωσε κοινῇ πρὸς πάντας τοὺς Ῥωμαίους. quod non damnandum: ſed tamen vulgatam lectionem potes tueri, ſi locum intelligas vt ſum interpretatus.

Defectionem, Ἀποστάσει) Plena loquutio eſſet ἐαυτοῖς: ſed præſtaret ἀποστάσαι, vt alibi dicit Dionyſ. vel certè dicendum ἀποστῆσαι, vt πεῖσαι, quod ſequitur.

Ad ſuas partes tranſiret, Ἐκείνοις δὲ συμμαχεῖν) Si codex eſt ſanus, τὸ ἐκείνοις ad Sabinos referetur: ſed ipſe ſenſus videtur poſtulare vt dicamus ἐκείνῳ δὲ, vel potiùs, αὐτῷ δὲ συμμαχεῖν, vt ad Tarquinium hoc referatur, id eſt, qui impulit eos ad ſocietarem ſecum ineundam.

Copias conſc. Δυνάμεις ἐπιτρέπουσι) Lege δυνάμεις. Error eſt manifeſtus.

Regillum, Ῥήγιτον) Mallem Ῥήγιλλον. Stephanus, Ῥήγιλλ☉ (inquit) πόλις Σαβίνων. Vrbem igitur intelligit, non autem lacum Regillum, ad quem poſtea cum Latinis prælium fuit commiſſum. Liuius quoque hanc vrbem Regillum vocat.

T. Claudius, Τίτ☉ Κλαύδι☉) Liuius Appium Claudium appellat. *Námque* (inquit) *Appius Clauſus, cui poſtea Appio Claudio fuit Romæ cognomen, cùm pacis ipſe autor à turbatoribus belli premeretur, nec par factioni eſſet, ab Regillo magna clientium manu comitatus Romam transfugit.* Sigonius tamen vetuſtorum codicū authoritate fretus Ἄππι☉ Κλαύδιος legendum aſſerit.

Circiter quinque millia, Οὐκ ἐλάττους πεντακισχιλίους) Lege πεντακισχιλίων: ſic enim genitiuus ab illo ἐλάττους pendet: vel hæc ὡς ἐλάττους in fine pòſt δυναμένους collocanda, & abſolutè dicentur. Φιλεταιρίας) Ἕνεκα ſubaudiendum.

Suóſque ciues non fineret, Οὐκ ἐῶν κύρια εἶναι) Hæc videntur perturbata, & ita conſtruenda, καὶ τοὺς ἑαυτοῦ πολίτας οὐκ ἐῶν ἡγεῖσθαι κύρια εἶναι τὰ δόξαντα τοῖς ἄλλοις. addidi articulum, quem proculdubio deſiderari conſtat: cæterùm ἡγεῖσθαι κύρια εἶναι, iam, vt ex ipſo ſenſu elicitur, non ſignificat, *exiſtimare rata eſſe*: ſed *rata facere*, vel ſaltem, *probare*.

¶ Pag. 163. Fidem, Φιδήνης) Scribendum potiùs Φιδήνης vt antè, & pag. 229. & alibi. Latini enim Fidenas vocant. Græci verò illud ι longum in η vertunt. Εἴασαν) Ἀπὸ τοῦ συνηγόρησεν. alioqui verbum ἠλέσθαι deſiderari dicemus.

Et Picentia, Καὶ Πικεντίας) Gelenius, & Lapus hanc vrbem *Piculam* appellant. Stephanus Picentiæ meminit. Πικεντία (inquit) πόλις Τυῤῥηνίας. Φλέγων δὲ Πίκεντον αὐτὴν καλεῖ. Plinius quoque libro 3. cap. 5. mentionem huius vrbis facit. Quare nos etiam Picentiam vocabimus.

Claudia, Κλαυδία καλουμένη.) Virg. Æn. 7.

Ecce Sabinorum priſco de ſanguine magnum
Agmen agens Clauſus, magnique ipſe agminis inſtar,
Claudia nunc à quo diffunditur & tribus & gens
Per Latium, poſtquam in partem data Roma Latinis.

Rebus autem omnibus, Ἐπεὶ δὲ παρεσκεύασο ἅπαντα, ἀμφοτέροι πρῶτον μὲν) Manifeſtus eſt error: ipſe enim ſenſus, & legitima conſtructio poſtulat vt legamus, ἐπεὶ δὲ παρεσκεύαστο ἅπαντα ἀμφοτέροις, πρῶτον μὲν, & cæt. vel certè, ἐπεὶ δὲ παρεσκεύαστο ἅπαντα, ἀμφότεροι ἐξῆγον τὰς δυνάμεις, πρῶτον μὲν οἱ Σαβῖνοι, & paulò pòſt, ἔπειτα δὲ οἱ τῶν Ῥωμαίων ὕπατοι.

Complendas foſſas, Τάφρω δὲ χῶσαι) Χῶσαι legendum puto: ex vulgata lectione nullus commodus ſenſus elici poteſt.

Illi quoque probarent, Κἀκείνοις ἦν βουλομένοις) Ni fallor legendum ἦν βουλομένοις. Sic pag. 41. Dionyſius eſt locutus, ὅσοις ἦν βουλομένοις μετοικεῖν, & 252. ὅσοις οὐκ ἦν βουλομένοις ὁ πόλεμ☉. atque
A vertemus, *cùm illis quoque volentibus hoc fieret*, vel cùm illi quoque hoc vellent, ac probarent. Iſtam coniecturam verba præcedentia confirmant.

¶Pag. 192. Et compedibus, nemine. Καὶ πέδας, οὐδενὸς) Locus eſt mutilus, & ſententia imperfecta: ſed facilè vnico vocabulo addito abſolui poteſt: legendum igitur videtur πέδας ἐξῆλθον, οὐδενὸς, &c.

Nemini creditorum, Μηδένα τῶν δανειστῶν) Μηδενὶ corrigendum: hic enim dandi caſus ab illo ἐξεῖναι pendet.

Conuocato, Ὁ δὲ συγκαλέσας εἰς τὴν ἀγορὰν) Hic, niſi

F fallor, deſideratur vel τοὺς πολλοὺς, de quibus paulò antè egit, vel τὸ δημοτικὸν πλῆθος, vel τὸν δῆμον, vel aliquid huiuſmodi ἰσοδυνάμου. Ἀγορὰ verò non tam ipſum locum, forum ſcilicet, quàm ipſam concionem, & populi congregationem, quæ alibi ἐκκλησία dicitur, iam videtur ſignificare.

Nã, inquiebat, optimum, Τοῖς γοῦν ἀδικουμένοις) Poſſumus hunc locum & ita intelligere. Seruilius dicebar non proprerea optimum remedium, quod alit ciuium cõcordiam, omnino, aut in perpetuum de Rep.

G Ro. præter cæterarum morem ſublatum iri, ſi inopum aliqua ratio haberetur, & ſi creditores aliquid de ſuo iure remitterent.

¶Pag. 193

¶Pag.193. Se purgauit, A'πελογεῖτο καὶ) Id eſt, Poſtremò & de ſua conſtanti erga plebem beneuolentia pauca verba fecit vt ſe purgaret, quòd eius cauſa præſtare non poſſet, quod cupiebat, à collega ſuo, & ab aduerſa factione impeditus.

Secum, Κατ' αὐτὸν ἐκεστρατεύσατο) Hæc κατ' αὐτὸν Lapus vertit, *per ſe*. i. ni fallor, ſuis impenſis. Dicẽdum potius eſſet μεθ' αὐτοῦ, id eſt, *ſecum*: hoc autem ad Conſulem referetur: hanc lectionem & Gelenius videtur nactus.

Nemin. Μηδένα ἐξεῖναι) Hic quoque vt ſuprà μηδένι legendum.

Pometiam vrbem Sueſſæ proximam, E'πὶ τὴν ἐγγύτατα Συέσσης πωμεντανὴν) Si codex mendo caret hæc ita ſonant τοῖς ἐπὶ τὴν πόλιν πωμεντανὴν, ἔχουσαν τὴν πωμετίαν τῆς Συέσσης ἐγγύτατα, id eſt, (vt ſumus interpretati) *ad Pometiam Sueſſæ proximam cum exercitu eſt profectus*: hoc enim non eſſet abſurdum ſiquis diceret vrbem Pometiam, agrum Pometium, ſiue (vt alij vocant) Pomptinum habuiſſe, in quo agro & Sueſſa ſita eſſet. Nam in vno eodemque agro, ac ditione plures vrbes eſſe nihil vetat. Interpretes alij vertetũt *ad Sueſſam Pometiam*. Quare puto eos codicem nactos, in quo legebatur ἐπὶ τὴν Συέσσαν πωμεντανὴν, id eſt, *ad Sueſſam Pomptinam*, vel potiùs (vt Liuius eam appellat) *Sueſſam Pametiam*. Sic enim ille lib.2. decad.1.124. de Seruilio conſule agens loquitur: *Poſtero die ad Sueſſam Pometiam, quo confugerant hoſtes*, & cæt. ſed ab illis τὸ ἐγγύτατα prætermiſſum, quod à Dionyſio temere poſitum non videtur: hoc enim ἐγγύτατα referetur ad locum, vnde Seruilius cum copijs eſt profectus, cui loco proxima erat Sueſſa Pometia. Sed vt iſtius difficultatis nodus ſoluatur, & quod eſt obſcurum illuſtretur, ſciendum Pometiam & Sueſſam duas diuerſas vrbes fuiſſe. Vtriuſque præter alios fide dignos ſcriptores, Liuius paſſim, potiſſimùm verò lib.2. dec.1. meminit. Cur autem Sueſſa Pometia fuerit appellata, patet ex Volaterrano τῆς γεωγραφίας lib.6. pag.63. B. *Volſci* (inquit ille) *ſeptentrionem verſus cum Marſis terminant, quorum Sueſſa caput, quam vltra Lirim ſitam Tarquinius Priſcus adſcitis Hernicis expugnauit, vnà cum Pometia, è cuius manubijs templum Ioui Latiali apud Albanum excitauit. Pometiæ verò* vrbis, & agri Pometij in hac parte frequens apud autores mentio, quæ iam & ipſa interiit. Huius enim coloni Sueſſam migrarunt, ex quo Sueſſa Pometia dicta. Atque hæc ſic intelligenda, ſi Liuium & alios interpretes ſequamur: ſed ex Dionyſij verbis, quæ extant pagina 185. circa finem, videtur colligi Sueſſam Pometiam dictam, quòd in agro Pomptino eſſet. Sic enim ille, Δηώσαντες τὸ αὐτῶν τοὺς ἀγροὺς, καὶ τοὺς ἐμβάντας χωρίοις μάχη νικήσαντες, ἐπὶ τοὺς καλουμένους πωμεντίνους ἦγε τὴν δύναμιν, εἰ πόλιν μὲν Συέσσαν ἔχουσι, ἀλλὰ ... ἁπάντων ἰδίαν ... τὴν πλουτοχώραν, & cætera. Quòd ſi Dionyſij locum cũ illo Volaterrani loco velimus conciliare, dicẽdum Pometiæ colonos Pometia à Tarquinio capta Sueſſam confugiſſe, & ibi habitaſſe, vnde factum vt ob nouos colonos Pomptinos ſiue Pometios Sueſſa Pometia fuerit nominata. Quare longè meliùs res haberet, ſi leuiſſima, nempe vnius ſolius literæ mutatione facta legeretur ἐπὶ τὴν ἐγγύτατα Συέσσαν πωμεντανὴν, id eſt, *ad vrbem proximam Sueſſam Pometiam*. Quanquam mallem pro πωμεντανὴν πωμετιανὴν, vel πωμετίαν dicere: ab vrbe πωμετία, quam Latini Pometiam vocant, & inter clara Latij oppida recenſent, vt Plin. libro 3. cap 5. teſtatur, deducitur nomen adiectũm πωμέτιος, α, ον. Sed Dionyſius hanc vrbem πωμεντίαν vocat, vnde nomen ciuium deducit πωμεντανὸς, & πωμέντιος. Sic ſuprà pag.84. πωμέντια dixit: hinc nomen Latinum Pomptinus κατ' συγκοπὴν, καὶ ἐπένθεσιν τοῦ π εὐφωνίας ἕνεκα: ſic enim formatum, Pomentinus, Pomtinus, Pomptinus: hinc fortaſſe palus Pomptina fuit dicta, de qua Plin. libro 3. cap.5.

In campum ante vrbem, E'ν τῷ πρὸ τῆς πόλεως πεδίῳ) Niſi fallor Dionyſius campum Martium intelligit, in quo & magiſtratus creari, & leges ferri, & exercitus luſtrari ſolebat. Idem pag.167. huoc vocat τὸ μέγιστον τῶν πρὸ τῆς πόλεως πεδίων & pag.342. ſ. τὸ πρὸ τῆς πόλεως ἄρειον πεδίον apertè vocat.

¶Pagi. 194. Iter ingreſsi, Ποιησάμενοι τὴν ἐπίθεσιν)
A Lapus hæc ita, *facturi nocte incipiente impoſturam*: ſed ποιησάμενοι ἐπίθεσιν hoc loco nihil aliud ſignificat, quàm rem aliquam aggredi, & incipere: hinc ἔργων ἐπίθεσις, ipſa operis inceptio, & aggreſsio: mallem tamen legeremus τὴν ἐπίθεσιν ποιησάμενοι, id eſt, *eos aggreſſi*: ſic enim paulò antè dixit Dionyſius αὐτοῖς ἐπιθέσθαι: quare ἐπιθέσθαι, καὶ ἐπίθεσιν ποιήσασθαι συνωνύμως dicentur. Quanquam abſurdum non fuerit ſi ἐπίθεσις ἀντὶ τοῦ ἐπιθέσθαι ponatur: Si nihil mutandum, & lectio ſimplex eſt retinenda, locum intelligemus vt ſumus interpretati, vel etiam hæc ita vertemus, *dum adhuc nox aduentaret,*
B *rem aggreſſi*, id eſt, iter ingreſsi, vt Romanos nihil tale cogitantes aggrederentur. Sylb. ait pro ἔτι poſſe cõmodiùs ἤδη reponi: ſed τὸ ἔτι poteſt retineri: hic autem erit ſenſus, Nox nondum erat intempeſta: ſed iam aduentare incipiebat.

Conuenerat, Συνετέτακτο) Fortaſſe συνετέτακτο legendum: neque enim augmentum negligere licet in ſoluta oratione: quanquam pluſquam perfectum paſſiuum interdum ſolo perfecti incremento eſt contentum, vt τεθεμελίωτο à θεμελιόομαι, ῥόομαι. i. *fundor*, pro quo
C vſitatius ἐτεθεμελίωτο.

Auruncos, A'ρίγκων) Auruncos intelligit, quare αὐρούγκων ſcribendum. Idem error & paulò pòſt apud hunc autorem extat.

Romani colonis, &c. P'ωμαῖοι κληρούχοις, εἰς φυλακὴν) Si lectionem iſtam retineas, hic erit ſenſus, Quẽ agrum Romani Ecetranis colonis, & dominis ademptum, ſuis illius gentis præſidiarijs militibus diuiſerunt: ſed fortaſſe melius ſi legeretur, ῥωμαῖοι, κληρούχους εἰς τὴν φυλακὴν τοῦ ἔθνους ἐκπεμψάντων: hanc lectionem
D ſum ſequutus.

Ariciam, E'ρικίας) Ariciam Latini vocant: quare A'ρικίας legendum.

Alb. A'λβαν) A'λβαν lege, quemadmodum à Liuio vocatur. Dionyſius pa.291. Βάλβαν appellat: ſed & eo loco codex eſt mendoſus, & A'λβαν legendum.

¶Pa.195. A. Virginius Mont. Αὖλος Οὐεργίνιος Μοντανὸς) Qui nunc Montanus à Dionyſio vocatur, is pa.291. Cœlimontanus appellatur: quanquam eo loco pro κοιλιμοντανὸς vox eſt corrupta, & καὶ λιμοντανὸς le-
E gitur: quod iam pridem Carolus Sigonius obſeruauit.

Titus Veturios Ge. Τίτος Οὐίμιος Γεμίνιος) Ex eiuſdem Sigonij faſtis Τίτος Οὐετούριος Γέμινος legendum patet.

Seeſicrates, Σποσικράτης) Τεισικράτης legendum, vt in huius libri initio, & pag 180.

Irrita fuiſſe facta, A'ντιδιαπραγέντων δὲ) Vix apud alium ſcriptorum reperias τὸ ἀντιδιαπράγειν ἀντὶ τοῦ ἀκυροῦν, id eſt, *irritum facere*, quemadmodum alij inter-
F pretes, atque adeò ipſi λεξικογράφοι vertunt, qui nullius authoritatem afferunt, qua verbis ſuis fidem conciliſent: ſed vt hoc ipſis concedamus, tamen legitima conſtructio talem lectionem flagitat, ἀντιδιαπραχθέντων δὲ τῶν ὑπ' ἐκείνων (δυνατοὶ τῶν ἀνδρῶν) ψηφιζομένων: ſed ſi τὸ ἀντιδιαπραγέντων retineas, hoc participium ad patricios referetur, & τὰ ὑπ' ἐκείνων ψηφιζόμενα legendum: alioqui oratio eſſet ἀνακόλουθος, & præter grammaticorum regulas: ſi à vulgata lectione recedere liberius liceret, exiſtimarem (quod & à Sylb. notatum)
G ἀναδιδομένων, vel παρελκομένων τῶν ὑπ' ἐκείνων ψηφιζομένων dicendum.

Communi conſenſu, Κατηγορήσαντες κοινῇ) Vel κατη-

χόμϑοι, vel κατηχυμένοι, vel κατηχόμενοι, legeodum: hæc autem tria rem eandem ſignificant. Lapus hunc locum ita vertit, *Pro vno quoque pauperum ententes communiter, & auxilium occurrentibus ferentes:* h s verbis adducor vt eredam eum aliquam huiuſmodi lectionem eſſe nactum, ὑπὲρ ἑκάστου τῶν ἀπόρων κατηχυμένους κοινῇ πρὸς τοὺς ἐπιτυγχάνοντας βοηϑοῦντες: quæ lectio bona illa quidem: ſed tamen melior afferri poteſt: κατηχύειν autem, καὶ κατηχεῖσϑαι, vt ex ipſa etymologia colligitur, ſæpe pro *mti*, & *canari* ponitur: ſed ſi quid coniecturis tribuendum, exiſtimarem potiùs legendum, καϑ' ἕνα τε τοῖς τῶν ἀπόρων κατηχυμένοις, vel κατηχυμένους κοινῇ, & cæt. id eſt, *& ſinguli iurarunt ſe ſingulis pauperibus, qui* (*à patriciis*) *detineꝛentur* (*in vinculis ob ſuum æs alienum*) *contra quorumuis vim opem laturas*. Si legamus κατηχυμένους, vertemus, *iis qui vim à patriciis paterentur*. Poſſumus & ita locum iſtum corrigere, καϑ' ἕνα τε τῶν ἀπόρων οἱ κατηχυμένοι, id eſt, *& ſinguli pauperes, qui vim à patriciis patiebantur, curarunt ſe communi conſenſu mutuam opem ſibi laturos aduerſus violentiam quorumuis*, hæc autem καϑ' ἕνα idem valent ac ſi Dionyſius dixiſſet, vniuerſi hoc iurarunt, & ſinguli ſeparatim hoc ſuo iureiurando confirmarunt. Noſtram coniecturam confirmant verba, quæ extant pag. 301. ὅπως ἄλλου μὲν οὐδενὸς ἔσονται κύριοι, τοῖς δὲ ἀδικουμένοις, ἢ κατηχυμένοις τῶν δημοτῶν βοηϑήσουσι, καὶ οὐ περιόψονται τῶν δικαίων ἀποστερούμενον οὐδένα. Ita etiam loquitur Dionyſius pa. 445.4. & 464.

Delectum habentibus, Περὶ τὴν ἀπολογίαν) Hic eſt huius loci ſenſus, Præcipuè verò cùm illi ad cauſam dicendam, & ad ſe purgandom quòd nomina non darent, licet vocarentur, venire nollent. Sed ex aliorum interpretatione, atque adeò ex ipſo ſenſu colligi poteſt dicendum potiùs στρατολογίαν, qua voce Dionyſius alibi ſæpe vtitur: ἀπολογία, purgatio, cauſæ dictio, & defenſio. hinc ἀπολογεῖσϑαι, ſe purgare, cauſam dicere: ſed στρατολογία militum delectum ſignificat: hic autem datis nominibus habebatur. στρατολογεῖν, militum delectum habere: quamuis autem poſterior lectio longè commodior videatur, quàm prior: quia tameo res eſt dubia, oihil mutandum.

Præſidium oppugnare, Φρούριον πολιορκεῖν) ἀντὶ τοῦ πολιορκεῖν. hoc ſuprà pluribus in locis iam eſt à oobis dictum. Πολιτεύματα) Error eſt manifeſtos, & πολιτευόμενα legendum: hanc lectionem ſenſus, & præcedentia Dionyſij verba docent apertè.

Violentia, Καὶ τὸ βιαιότερον) Ἐν præpoſitio deſideratur, quod patet ex ipſo loquendi vſu. Dicimus enim τὸ εἶναι τὸ δίκαιον ἐν τῷ βιαίῳ, i. *in ipſa vi ius ponere*: ita vt is iuſtus habeator, qui vi ſuperat alterum.

Malúmque, Βλαβέντες) Mallem βλαβήσεσϑαι vt ipſe ſenſus flagitat: hic autem τὸ μᾶλλον ſubaudiendum, ad quod τὸ ἢ referendum. qua de re alibi.

¶Pag. 196. Hæc communicemus, Κοινωνήσομεν αὐτῶν) Senſus aliquam huiuſmodi lectionem videtur poſtolare, καὶ λέγωμεν ὅτι ταῦτα κοινωνεῖν, καὶ καταλιπεῖν αὐτοῖς ὅσα τούτων ἡγουμένους ἀγωνιεῖσϑαι. εἰ δὲ τῶν ὑπαρχόντων οἱ στερούμεϑα, vel potiùs εἰ ἡμᾶς στερήσομεν, ἑαυτοὺς ὡς πολεμίους βλάψομεν. i. *& hoſti reſpondeamus nos pro viribus operā daturos vt has res bello partas cum omnibus noſtris poſteris cōmunicemus, eáſque relinquamus ipſis. Si enim ipſi rebus, quas nunc habemus, nos fraudaremus, nos ipſos hoſtiliter tractaremus.*

Hæc ipſis, Τοῖς ἐκ τούτων) Ἀπὸ τοῖς ἐξ ἡμῶν. ſed ἀπὸ κοινοῦ hoc eſt dictum.

Miſſuros, Αὐτοὺς πέμψειν) Vel πέμψειν legendum vt hoc τῷ ἀναϑησόμενοι reſpondeat, vel certè πέμψοντας dicendum, quemadmodum Dionyſius ſuprà dixit, ὡς ἐκ τῆς στρατευσόμενοι, hæc lectio poſterior longè commodior videtur, quàm vulgata.

Seſe vobiſcom oppoſuit, Ἀντιτάξαιμεν ἐφ' ὑμῶν) Legendum vel ὑφ' ὑμῶν, vel potiùs ὑπὲρ ὑμῶν, vt ex ſequentibus Dionyſij verbis apparet, ὑμᾶς δὲ ἐν τοῖς συναγωνιζομένοις ἡμῖν τότε, καὶ τῶν τῆς πολέμων μετεχόντων: hæc autem ita vertes, *Quandoquidem plebs ſuperiore anno maximam animi alacritatem, & promptitudinem in prælus pro Repub. commiſſis demonſtrauit, dum ſe Volſcis, & Auruncis nos cum ingenti exercitu inuadentibus oppoſuit, & nobiſcum in acie contra illos ſtetit.*

Ioducent, Εἰσηγησάμενοι) Exiſtimo legendum potiùs εἰσηγησόμενοι. agitur enim de futuro, oon de præterito.

Semper, Μέχρι παντὸς) Ex præcedentibus Dionyſij verbis, atque ex ipſo ſenſu aliquid hic videtur deeſſe ad legitimam conſtuctionem abſoluendam. Fortaſſe noo fuerit abſordum ſi dicas ἀλλ' ὅμως μέχρι, & cætera.

¶Pa. 197. Manium, Μάνιον δὲ) Μάνιον δὲ legendum, vt ſuprà dictum. πολίτας) πολίτας.

Vos doceam, Ἡμῖν δηλώσεις) Mallem ὑμῖν vt ad Plebeios referatur, de quibus verba fiunt, & ἐν ὑμῖν poro legendum, vt ita conſtruantor verba, οἱ λόγοι ἔσονται ἐν ὑμῖν ἡ δηλώσεις διδαχῆς.

Ad bella, Ἐπὶ τοὺς πολεμίους) *Contra hoſtes*. ſed ἐπὶ τοὺς πολέμους dicendum videtur.

Nihil præſtare eorum qoæ fuerit pollicitus, Μηδὲν δὲ ἐπὶ τέλος ἀγόντων τῶν ὁμολογηϑέντων) Hæc verba monent me fortaſſe non ioeptè ſuperiorem illum locum, pagina 272. αὐτοὶ δὲ ὑπαγόντων, & cætera ſic emendari poſſe, μηδὲν δὲ ἐπὶ τέλος ἀγόντων τῶν ὑπ' ἐκείνων ψηφιζομένων. Ἀμαρτήσεσϑε) Lege ἀπαμαρτήσεσϑε.

Vel ſioe ſua voluntate, Καὶ δίχα ἐκείνου ἐπικυροῦν) Ex ſenſu, verbiſque præcedentibus colligi videtur hic legendum ἐπικυροῦν, id eſt, *rata facere*: hæc lectio longè melior quàm vulgata: ſi vulgatam retineas verba idem valebunt ac ſi Dionyſius dixiſſet, εἰς τὴν ὑμῶν ἐπικουρίαν, καὶ δύνασϑαι συμφέρειν, vel δεδόσϑαι δυνάμεως. ſed teuera hoc loquendi genus eſſet paulò durius, & ſenſus ipſe nimium coactus.

Sola veſtra diſcordia, Ὡς πρὸς ἀλλήλους ἐχόντων) Ex ipſo ſenſu facilè colligitur legendum διαφόρως ἐχόντων, id eſt, *vobis mutuo diſſidiis laborantibus*, vel πολεμίως ἐχόντων, id eſt, *vobis inter vos ita affectis vt alteri alteros hoſtili animo perſequantur*, vel *adeo hoſtili proſequantur*. Potes & ita legere, ἐχϑρῶς ἐχόντων: ſic ſuprà pag. 206. ἐχϑρῶς ἔχοντας πρὸς ἀλλήλους.

Bonæ exiſtimationis &, Ἐπιτιμία) Hæc vox iam accipitur pro iuſto, ac integro eius ſtatu, & pro bona eius exiſtimatione, cui ἀτιμία opponitur: ſed eſt res pro perſooa.

Pro pignore retinere, Ἀρρυσίαστος) Heſychius, ἀρρυσίαστον, ἀνεχυρίαστον, καὶ ἄσυλον, id eſt, id qood oppignerari non poteſt, aut non debet, aut quod minimè violaodum.

Operam ſuam in prælio naoauerint, Ἀγωνισαμένους) Senſus flagitat vt ἀγωνισομένους legatur: oam de futuro agitur.

¶Pag. 198. Superiorum cladiom memores, Τῶν προτέρων κακῶν ἀναμνησϑέντες) Gelenius vertit, *ſuperiorum cladium obliti*. Quare οὐκ ἀναμνησϑέντες videtur legiſſe: ſed nihil mutandum: oam ex vulgata lectione commodius ſenſus elicitor. Περιγενομένους) Perperam antè περιγενομένους.

In eum, Ἐπ' αὐτοὺς) Senſus flagitat vt legatur αὐτόν, vt hoc ad Valerium referatur, & paulò poſt pro οἰκίας αὐτῶν mallem αὐτοῦ, alioqui dicendum antè ἐπ' αὐτοὺς τοὺς περὶ τὸν Οὐαλέριον, vt ſæpius alibi. Potes & minori cum mutatioue dicere συμφέροντες ἑαυτοὺς εἰ ῥινὸς, καὶ: illud verò αὐτῶν non ad ſolum Valerium, ſed & ad cæteros eiuſdem familiæ homines referetur.

Vt pro egregia, Κατεμαρτύρησαν τὸ φέρειν τοῦ πλήϑους προϑυμίαν ἐν τοῖς ἀγῶσιν) Ego ſenſum ſequi ſum coactus ne incidam in aliquod ineptum, ac barbarum loquēdi genus: hæc enim ita barbari ad verbum redderent,

& rogauit

& rogauit Senatum vt confirmaret plebi promiſſa, quando acceperat ab ipſa multitudine alacritatem in prælijs. Sed hic eſt huius loci ſenſus. Quando Senatus ab ipſa plebe beneficium acceperat, quod cupiebat: quodnam autem illud erat? egregia opera in huius belli prælijs in Senatus gratiam à plebe alacriter nauata.

Vt ſolet, Καὶ ὡσ εἰκὸς) Potes & ita hunc locum intelligere, & cùm vaticinatus fuiſſet, ac prædixiſſet quæ hominem in tali malo verſantem veriſimile eſt vaticinari, ac prædicere ſolitum, partim quòd dolore premeretur (dolor enim quodammodo hæc vaticinia inuitis extorquet) partim etiam quòd prudentia longè maiori præditus eſſet, quam cæteri de plebe. A

In concione & iudicijs Ἐκκλησίας τῆ̀ δικαστηρίων) Τὴν ἐκκλησίαν τῆ̀ δικαστηρίων appellat ipſum forum, in quo conciones habebantur, & iudicia exercebantur: quanquam non fuerit nouum ſi dicamus, *In concione iudiciorum*: nam concio apud Latinos pro ipſo loco ſæpe poni ſolet, vt docet A. Gellius lib. 18. cap. 7. Sylb. putat ἐπὶ τοῖς περικλείουσι τῆ̀ δικαστηρίων legendum. Ait enim legem Valeriam de prouocatione à patricijs ad populum ſic perſtringi: ſed tanta mutatione non eſt opus. B

Rerum ſtatus poſtulet, Τὰ πράγματα ἐρῶντα) Ἐρωτῶντα legendum, ἐρωτᾶν verò interrogare ſignificat: ἐρᾶσθαι, amare, τὰ πράγματα ταῦτα ἐρῶντα, id eſt, Res hoc poſtulant.

Ad hoc fuiſſet mihi reſp. Ἐκεῖνα μὲν ἀπολογητέα) Μὴ lege: alioqui ſenſus eſſet abſurdus.

Iam verò, Ἐπειδή τι) Particulam δὲ puto deſiderati. C

¶Pag. 199. Velit nolit, Ἤγε κωλυόντων) Δηλονότι τῆς κατὰ γνώμας τοῦ συνεδρίου: ſed figuratè tribuit ſententię, quod ipſis ſententiæ autoribus erat tribuendum: ſed pro ἤγε mallem αὐτοῖς, vt ex præcedentibus colligitur.

Contra leges, Παρανομοῦντι) Παρανόμων τι legendum videtur, cui reſpondent illa προσήκοντα καὶ ἄξιον. Ἐπὶ στρατολογίας) per τὴν στρατολογίαν tam ipſe militum delectus, quam eorundem expeditio commodè poteſt intelligi. D

Mota eſt, eiúmque, Ὑπηγάγετο, καὶ προσύπεμψαν) Καὶ προσύπεμψαν potiùs eſt legendum, cui τὸ ὑπηγάγετο reſpondet: vel τὸ προσύπεμψαν ad πλῆθος nomé collectiuum eſt referendum, illud verò ὑπηγάγετο ad ipſum Valerium: atque locum ita vertes, *Et ipſe Valerius hoc modo Senatus animos contra ſe magis exaſperauit.* Χαλεπώτερον αὐτῷ) Δηλονότι τοῦ Οὐαλερίου.

Quodam Belluto, Τινὸς Βέλλου) Plutarchus in Coriolano hunc ipſum Βέλλουτον appellat, & Dionyſius p. 303. & 326. Γάιον Σικίννιον Βελλοῦτον vocat: quare hic quoque Βελλούτου legendum. E

Tum verò, Τότε ἤδη) Mallem τότε δὴ, quod longè elegantius. i. *tunc verò.*

Hoſtes, Τὰ πολέμια) Ἀντὶ τοῦ οἱ πολέμιοι, res pro perſonis.

¶Pag. 200. Cum ſuis q. clientibus, Σὺν τοῖς οἰκείοις ἕκαστοι πελάταις) Gelenius videtur legiſſe σὺν τοῖς οἰκείοις, καὶ πελάταις. i. cum ſuis quique domeſticis, & clientibus, quæ lectio mihi quoque placet: ſed tamen vulgata eſt bona. F

Qua hoſtes venturos, Ἃς ἥξειν ἐνόμιζον) Vel eſt defectus præpoſitionis κατὰ, quod Atticis familiare, vel certè καθ᾽ ἃς legendum.

Memoriam ab illa die, Εἰς τὴν ἀπὸ τοῦδε χρόνου ἀμνηστίαν) Ex iis quæ præcedunt, colligitur præpoſitionem εἰς eſſe ſuperfluam, ac proinde expungendam.

P. 201. Poſtumiū Cominium, Ποστούμιον Κομίνιον) Ποστούμιον Κομίνιον dicendum videtur, vt apud cæteros ſcriptores legitur. vide Chronologiam in T. Liuij hiſtoriam. Sylb. tamen Πόστουμον legendum putat, & Sigonium ita ſentire dicit. G

Poſt. Com. & Sp. Caſsium, Ποστούμιον Κομίνιον, καὶ Σπόριον Κάσσιον, ὑφ᾽ ὧν Σαβῖνοι καταπολεμηθέντες τῆς ἡγεμονίας ἀπέστησαν, &c.) Hic locus apertè pugnat cum eo, qui extat pag. 233. μετὰ δὲ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ὕπατοι καθίστανται Σπόριος Κάσσιος Οὐεκελλῖνος ἐπικαλούμενος, καὶ ὕπατος Οὐεργίνιος ὁ Τρικόστος ἐφ᾽ ὧν ὁ πρὸς Σαβίνους πόλεμος ἀπὸ θατέρου τῶν ὑπάτων Σπορίου κατελύθη. Idem traditur pag. 397. vbi Caſsius res à ſe geſtas in concione narrat. In altero loco manifeſtum mendum eſſe conſtat, quod non ſolùm ex ipſis Conſulum varijs nominibus, ſed & ex ipſo tempore rerum ab illis geſtarum apparet. Glareanus in ſua Chronologia Poſtumum Cominiū II, & Sp. Caſsium II Conſſ. Olympiade 72. fuiſſe dicit: ſed quis eo tempore Archon Athenis eſſet non declarat. Sigonius verò vbi Athenienſium tempora deſcribit Diognetum apertè notat, quem Dionyſius hic ponit.

Septuageſima ſeptima, Ἐπὶ τῆς ἑβδομηκοστῆς, καὶ ἑβδόμης ὀλυμπιάδος) Alij interpretes videntur legiſſe ἑβδομηκοστῆς, καὶ δευτέρας, & reuera ſuprà p. 272. legitur ἐπὶ τῆς ἑβδομηκοστῆς καὶ δευτέρας, ἣν ἐνίκα δεύτερον Τισικράτης Κροτωνιάτης, quo tempore Dionyſius Sabinos grauiſsimam cladem accepiſſe, & ſubactos fuiſſe teſtatur. Ita etiam legitur pag. 308. circa finem. Quia tamen res eſt dubia, vulgatam lectionem ſum ſequutus.

Vos terrere, Ἢ καὶ δεδιττεσθαι μέλλοντας) cùm hæc ex illis verbis pendeant, ὅτι τ᾽ ἀπαιτεῖ συμπείθουσι, & cum ſequentibus ὅτι ἀπειλαῖς πλείοσιν χρῶνται coniungantur, proculdubio μέλλοντες, καὶ ὀρρωδοῦντες legendum: ſenſus tamen aliquam huiuſmodi lectionem videtur flagitare, ἢ καὶ θέλοντες ὑμᾶς δεδίττεσθαι, ὥστε φοβεῖσθαι τὰ φαυλότατα τῶν χαλεπῶν, καὶ ῥᾳδίας ἔχοντα ἐπανορθώσεις, ἃ αὐτοὶ ὀρρωδοῦσι τῶν μεγίστων, id eſt, *vel certè dum volunt vos timere mala leuiſſima, & quæ facilè ſanari poſſunt, quæ ipſi formidant,* &c.

Pro ipſorum, Ὡς αὐτοῖς) Αὐτοῖς, vel potiùs αὐτῶν legendum: ſi legas αὐτοῖς, erit datiuus abſolutus, ſi αὐτῶν, hic genitiuus ex ſequentibus pendebit, atque hoc idē valebit ac ſi dixiſſet Dionyſius ὃς ὑπὲρ αὐτῶν ἀρχὰς πολεμίους.

Animis eſſe elatis, Ἀναπληρουμένους) Vel ἀναπτεροῦντας, vel ἀνεπτερωμένους legendum.

Exaſperati, Δυσαναχετοῦντες) Δυσαναχετοῦντες legendum, & cum δημεύουσι iungendum.

Publicant, Δημεύουσι) i. *agros noſtros publicant, quaſi in poteſtatem ſuam iam redactos.* Lapus vertit, *agros noſtros populantur*: quare videtur legiſſe περιτεμνουσι, quo verbo Dionyſ. p. 275. eſt vſus, quum dixit ὅτι χώραν περιτεμνομένου: ſed ſi nihil mutandum, dicemus hoſtes in maximam ſpem victoriæ à Romanis reportandæ veniſſe, adeò vt iam agros P. R. proſcriberent, & publicarent, vel etiam inter ſe iam diuiderent.

¶Pa. 202. Alijs bellum inſerebamus, Ἐπιστρατοπεδεύοντες ἑτέροις) Si codex mendo caret τὸ ἐπιστρατοπεδεύειν iam pro ἐπιστρατεύειν, ἤτοι πόλεμον ἐπιφέρειν eſt poſitum, atque à conſequenti antecedens intelligitur. Vel certè ἐπιστρατοπεδεύειν ἑτέροις ſignificat πολιορκεῖν ἑτέρους, quod fit caſtris poſitis contra illos quos obſidemus: atque perbellè hoc ſequentibus opponetur, vt τὸ πολιορκεῖν τῷ πολιορκεῖσθαι, καὶ τὸ πολεμεῖν τῷ πολεμεῖσθαι.

Agros incultos, Τὴν δ᾽ ἄσπορον) Ἄσπορον legendum puto. Gelenij verſio coniecturam noſtram confirmat: ſi vulgata lectio eſt bona, γῆν ἄσπορον agrum incultum, deſertum, ac proinde ſterilem vocabit.

Numeri, Πληρώματος) Πλήρωμα in bello ſupplementum vocatur. i. milites, qui ad aliquem numerum explendum copiis adduntur: hoc tamen loco γυμνότερον pro quouis alio militum numero poni poteſt.

Famem minatum, Φοβεῖται ἤδη λιμόν) Φοβεῖν pro minari vix apud alium reperias: quoniam autem ſubijcitur ἔτι μᾶλλον φοβοῦντες, ſuſpicor hic quoque φοβεῖ legendum, vt τὸ φοβεῖν λιμὸν ἀντὶ τοῦ μετὰ φόβου λιμοῦ

ἀπειλεῖν accipiatur, id eſt, *cum terrore famem intentare, ac minari*: quod loquendi genus reuera durum videtur: ſed ſi φοβεῖται legas, paulò pòſt dicẽdum φοβεῖται: niſi συνωνύμως, καὶ ἁπλῶς vtranque verbi vocem actiuam, & mediam iam à Dionyſio poſitam dicas. Figuratè autem tribuetur commeatibus, qui in vrbem comportari non poterant, quod ipſis hominibus erat tribuendum, qui commeatibus, & rebus ad victum neceſſariis deſtituti famem formidabant. Alioqui ſenſus aliquam huiuſmodi lectionem flagitaret, ἀπειλεῖ λιμὸν, καὶ ἔτι μᾶλλον ἀπειλήσει, A id eſt, *Rerum ad victum neceſſariarum comportatio* (liceat enim nobis ad rem meliùs exprimendam ita loqui) *quæ nullo modo fieri poteſt, quod ager ſit in hoſtium poteſtate, iam famem minatur, ſed quum ad ipſam egeſtatem redacti fuerimus, & quum ea prememur, tunc longè magis famem minabitur.* Quod ſi φοβήσει retineas, ἡμᾶς erit ſubaudiendum. i. *nos terrebit.* Sylb. φοβεῖ τι, vt ſit αἴτι τοῦ καὶ φοβεῖ dicendum putat: ſed τὸ τι, alterum τι, vel καὶ ſequens deſideraret.

Sed quod atroc. Ἅπαντα ὑπερβάλλει) Legendum B videtur ἃ δὲ πάντα ὑπερβάλλει τὰ δεινὰ, & ſubaudiendum τοῦτ' ἔστιν, quid? ἔτι γυναῖκα. ſic enim Dionyſ. alibi ſæpe loquitur, & ſenſus ipſe talem lectionem videtur flagitare: vel ſaltem dicendum ἅπαντα δὲ ὑπερβάλλει τὰ δεινὰ, quæ verò ſequuntur ἀπολύτως, καὶ κατ' ἐπεξήγησιν ſubiiciuntur.

Dextram & genua vniuſcuiuſque attingentes, Ἁπτόμενοι δεξιᾶς ἑκάστου, καὶ γονάτων) Præclarè Plinius lib. x i. cap. 45. de his agens hæc tradit. *Hominis genibus quæ-* C *dam & religio ineſt obſeruatione gentium. Hæc ſupplices attingunt, ad hæc manus tendunt, hæc vt aras adorant, fortaſſe quia ineſt illis vtilitas nàmque in ipſa genu vtriuſque commiſſura, dextra, læuáque à priore parte gemina quædam buccarum inanitas eſt, quâ perfoſſâ, ceu iugulo, ſpiritus fugit. Ineſt & aliis partibus quædam religio, ſicut dextra oſculis auerſa appetitur, in fide porrigitur. Antiquis Græciæ in ſupplicando mentum attingere mos erat. Eſt in aure ima memoriæ locus, quem tangentes anteſtamur. Eſt poſt aurem æquè dex-* D *tram Nemeſios (quæ dea Latinum nomen ne in Capitolio quidem inuenit) quò referimus tacto ore proximum à minimo digitum, veniam ſermonis à Diis recondentes.*

Vehementer commoueatur, Πάσχει τι περὶ τὰς) Hæc particula τι nunc eſt ἐπιτατικὴ, id eſt, vim intenſionis habet, & ἰσοδυναμεῖ aduerbio μάλα, id eſt, valde, vehementer: alias habet vim ἀνέσεως, ſiue eſt ἀνετικὴ, id eſt, habet vim remiſſionis, vt quid, & aliquid, apud Latinos.

Vndecunque, Ἐκ παντὸς τρόπου) Quia Dionyſius ſu- E prà dixit, ἐκ παντὸς ἔθνους, καὶ τόπου, hic quoque τόπου videtur legendum: ſi vulgatam lectionem ſequamur, vertemus, *quauis ratione.*

Pauperes à diu. &c. Πενία πρὸς πλοῦτον, καὶ ταπεινότης πρὸς ἐπιφάνειαν). Res pro perſonis ponuntur, ἀντὶ τοῦ οἱ πένητες πρὸς τοὺς πλουσίους, καὶ οἱ ταπεινοὶ πρὸς τοὺς ἐπιφανεῖς.

Multitudini paucitatem, Τοῦ πλείονος τοὔλαττον) Τὸ πλεῖον vocat ipſam plebem, cuius multitudo ſemper ſolet eſſe maior, quàm aliorum nobilium, ac illuſtriũ F virorum: at per τὸ ἔλαττον ipſam nobilitatem, & viros illuſtres intelligit, quorum numerus eſt longè minor quàm aliorum.

Hoc enim pacto. Οὐ γὰρ ἂν φθάνοι) Ex ipſo ſenſu, verbiſque præcedentibus patet legendum vel καὶ γὰρ ἂν φθάνοι, vel potiùs, οὕτω γὰρ ἂν φθάνοι. Poſterior coniectura propius accedit ad vulgatam lectionem.

Vobis ex animi ſent. Ἡμῖν κατ' ψυχὴν) Mallem ὑμῖν, vt ex ſequentibus colligitur.

Iſto longè admi. Τοῦτο δὲ τὸ θαυμασιώτερον) Vel τοῦτο G δέ τι, vel δ' ἔτι proculdubio legendum. Ἡμῖν αὐτοῖς) Ἐν præpoſitio deſideratur.

¶Pag. 204. Obſidio præcaueri poſſet, Καὶ ὅπως πειρᾶσθαι ... ἀξιοῦντες) Senſus poſtulat vt dicatur, μὴ ἀξιοῦντες, id eſt, & qui cenſebant conſiderandum quonammodo vitari poſſet obſidio: ſi vulgatam lectionem ſequaris, vertes, *Et qui cenſebant conſiderandum quonam modo obſidio à Romanis intra mœnia incluſis tolerari poſſet.*

Progrederetur, Προσελθούσα) Mallem προσελθοῦσαι, quæ ſequuntur iſtam coniecturam confirmant.

Suſpicari, Εἰκάζει) Εἰκάζειν legendum: hoc enim ab A illo ἀπόφασιν pendet: alioqui dicẽdum eſſet εἰκάζεις, quod τῷ ἀπόφασιν reſpondebit.

In iudicio, Παρὰ τῇ κρίσει) Sylb. περὶ τῇ κρίσει, vel περὶ τὴν κρίσιν. Ego nihil muto: nam vulgata lectio eſt bona.

Quorum opera damnati fuiſſent, Τοῖς καταδικασαμένοις) Exiſtimo τοῖς καταδικασαμένοις dicendum. Iudex enim qui reum condemnat καταδικάζειν dicitur, ipſe verò actor καταδικάζεσθαι, quum crimen reo obiectum probauit, & effecit vt damnaretur, & quum victor ex B iudicio diſceſsit. Quare ὁ καταδικασάμενος appellatur aduerſarius, cum quo in foro iure diſceptamus, & qui cauſa ſuperior ex iudicio diſcedit.

¶Pag. 205. Sed etiam præterea, &c. Ἀλλὰ καὶ προσαπέλαυσε. & διὰ τὴν τῶν ὑπὸ πολλῶν σπουδὴν) Hunc locum ita puto legendum καὶ προσαπέλαυσαν: nam ad τοὺς πολλοὺς hoc verbum refertur: & paulò pòſt διὰ τὴν ὑπὲρ τῶν πολλῶν, ἤγουν τῶν δημοτικῶν σπουδὴν. hæc autem ita vertes, *ſi quidem neque Conſuli, neque Dictatori plebeiorum curam gerere volentibus hoc facere licuit: ſed & ipſi fuerunt ipſorum contume-* C *liæ, ac ignominiæ participes, propter ſuum ſtudium erga plebem, & propter ſuam prouidentiam, qua plebis commodis conſulere conabantur.* Quanquam & ſic alteram huius loci partem commodè legere potes, διὰ τὴν ὑπὸ πολλῶν σπουδὴν, καὶ πρόνοιαν. i. propter multorum (optimatum) ſtudium, ac prouidentiam, qua quaſi diceret ſe Reipub. commodis ſtudere ſimulabant, cùm tamen plebeiis, & omnibus ipſorum fautoribus pro viribus aduerſarentur, propter ſuum in eos odium, quod occultabant. Iſtam coniecturam videntur tueri verba ſe- D quentia. ταῦτα δὲ ἀπειργάσθη συγκαλύψαντας ἐν τοῖς χαριστάτοις τῶν πατρικίων, ὑβριστὰς δέ τινας, καὶ πλεονέκτας περὶ χρηματισμὸν ἄδικον ὑποδεδυκότας.

Video, Ὁρῶν) Ὁρῶ legendum: quod patet ex verbis illis, ἐπειδὴ ... ἀπέχρησεν αὐτῷ.

Eia, Ἴδε) Ἴδι potiùs dicendum, pro quo φέρε, ἄγε συνωνύμως alias vſurpatur: at τὸ ἰδὲ ad rem præſentem non facit.

Plebis hoſtem, Μισόδημον) Perperam antè μισόδημον legebatur.

E Hoc nouo nomine in inuidiam adducta, Ὑπὸ τοῦ ὀνόματος διακαταβληθὲν) Si codex mendo caret, τὸ διακαταβάλλειν idem iam valebit ac τὸ καταβάλλειν, id eſt, *ſternere, deiicere, demoliri, euertere*: quanquam vix apud alium quempiam græcum ſcriptorem idem verbum reperias: erit autem metaphora ſumpta ab ædificiis, quæ demolimur, quorum materiam in varias partes iacimus. Sed ſi quid coniecturis tribuendum ſuſpicor legendum potiùs διαβληθὲν, quod ipſe ſenſus flagitat, F & ex præcedentibus facilè colligitur: διαβάλλειν autem præter alia ſignificat & aliquem falſè accuſare, calumniari, falſis criminibus premere, & (vt hoc loco) in inuidiam vocare, ſiue rapere, ac odioſum reddere, alias ſimpliciter aliquem vituperare: hinc ipſa διαβολὴ, id eſt, crimen, accuſatio, calumnia, vituperatio.

¶Pa. 206. Nec veſtrum imperium vt ante Latinos, Ἐφ' ὑμῶν ὡς πρότερον ἀρχόμενοι) Exiſtimo legendum ὑφ' ὑμῶν. ſic ſuprà hac eadem pag. v. 1. ὑπὸ τῶν κρειττόνων ἄρχε- G σθαι dixit, vt receptum loquendi genus poſtulat.

In præſ. rerum ſt. acquieſceretis, Στέργειν τοὺς παρόντας) Si codex eſt ſanus, hæc ad πάντας referentur:

sed hæc

ſed hæc lectio parum commoda videtur. exiſtimo legendum potiùs τὰ παρόντα, pro quo alibi τοῖς παροῦσι στέργειν reperitur. i. *in rerum præſentium ſtatu acqueſcere*, vel, *rebus præſentibus contentum eſſe.*

Id te decebat, Ἄξιον ἦν σοι ἄξιον) Ἄξιος, & ἀνάξιος, quum pretium, & dignitatem ſignificant, genitiuo gaudent, vt paſsim videre eſt apud græcæ linguæ ſcriptores: ſed ſi datiuo iungantur ſignificant iuſtum, rationi conſentaneum, & decorum, quod aliquem decet, quod alicui eſt conſentaneum. Sic apud Xenophontem τῇ ἀπομνημ. libro 1. τοῖς ἀνθρώποις ἄξιον ἐστὶ (in ex Guarini typis 672. 15 & σοὶ δ' οὐκ ἄξιον. 585. 15 & 690. 39. ἐν ἐκείνοις σοι ἄξιον ἐστὶ ἐπιμελεῖσθαι ὅπως διασωθῇ. alias συμφέρον diceretur, quod longè vſitatius, σοι πρέπει. te decet, vel tibi decet, vt priſci Latini græcam loquendi formam expreſſerunt: ſic enim Plautus in Amphitruone 38. D. *Iſtuc facinus, quod tu inſimulas, noſtro generi non decet:* ſic Terentius in Adelph. 382. *Hæc primum vt fiant, deos quæſo, vt vobis decet*: ſic & A. Gellius libro 9. cap. 15. *Intrat adoleſcens, & præfatur arrogantius, & elatius quàm ſuæ ætati decebat.* Οὐκοῦν) Οὐκοῦν, vel potiùs οὐκ οὖν videtur legendum, quod apparet ea ſequentibus ἐν οἷς γε παρρησίᾳ quod autem ſit diſcrimen inter οὐκοῦν, οὐκοῦν, & οὐκ οὖν docent grammatici.

Damnationum, Καταδικασμάτων) Κατάδικασμα modò ſignificat ipſam condemnationem, modò pecuniam, quam reus damnatus aduerſario perſoluit.

Quicquid prætereà ipſi, Ὅτι καὶ ἄλλο τι αὐτῷ δοκεῖ) Senſus & legitima conſtructio lectionem huiuſmodi videtur flagitare, ὅτι καὶ ἄλλο τι αὐτῷ δοκῇ, δεῖξαι δὲ δύναται, πείσαντες, καὶ πείσοντ, &c.

Quod poſtulat, Τῶν ἀξιουμένων ἰσονομίαν ἐστὶ) Huic loco magnam lucem afferent, quæ ſuprà dixit Dionyſius, καὶ ἴσως ἂν ἐκεῖ τοῦτο ἀρκέσειεν ἂν μὴ οὖν, ἀλλὰ καὶ τιμῶν, καὶ ἀρχῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν ἐξ ἴσου τοῖς πατρικίοις ἀξιοῦσι μεταλαμβάνειν.

In dominatum popularem, Εἰς δημοκρατίαν σὲ εἰσιόντι) Niſi fallor τὴν πολιτείαν deſideratur.

Qui eſt imperitiſsimus, Τὴν ἀμαθεστάτην ὥσπερ ἐστὶ) Et tamen ſuprà, v. 2. dixit ὑπὸ τῆς ἀγνοίας τῶν ἐν ἀνθρώποις πολιτειῶν: ſed quod ibi γενικῶς, hoc ipſum nunc εἰδικῶς explicatur: quare nihil mutandum: tribuitur autem dominatui populari, quod ſingulis hominibus, ex quibus ipſe dominatus conſtat, erat tribuendum.

Sed neceſsitate coacti, Ὑπό τι ἀνάγκης) Mallem ὑπὸ δὲ ἀνάγκης: his enim opponuntur πάντα ἢ μετὰ χαρίτων πείθοντι.

Cedere, Εἴξαντες) Εἴξαι puto legendum, quod ea illis εἴξαι δεῖν facilè colligitur. Lapus meam coniecturam ſua verſione confirmat.

Vbi agrorum domini, Ἐν οἷς ἐκεχειρόνουν, ὡς οἱ γεωμόροι αὐτὸς τῶν πολιτῶν) Ἀντὶ τοῦ ἐν οἷς οἱ γεωμόροι ὑπὸ τῶν πολιτῶν ἐξηλάθησαν. Quare erit ἔλλειψις præpoſitionis ἐν. Quanquam non eſſet nouum ſi τὸ ἐν αὐτῷ ποιῶν à Dionyſio poſitum diceres, ſæpe enim (vt docent grãmatici) articulus iſte ſubiunctiuus in eodem caſu, quo & nomen præcedens collocatur eleganter: qua de re infrà pa. 302. in vocibus Ἡ τῆν. Huius rei meminit & Herodotus p. ex Hen. Steph. typ. 271. μετὰ δὲ ταῦτα τὸ δῆμον τοὺς γαμόρους καλεομένους τῶν Συρηκουσίων ἐκπεσόντας ὑπό τε τοῦ δήμου, καὶ τῶν σφετέρων δούλων, &c.

Si verò, Εἰ δ' ἐπ' ἐκείνων) Sylb. corrigit ἐπ' ἐκείνοις, vel ἐπ' ἐκείνῳ. Ego vulgatam lectionem retineo: ſed locum ita intelligendum puto, εἰ δὲ ἀγανακτήσαντες ἐπὶ τοῖς ἐκείνων (δηλονότι τῶν δημοτικῶν) αἰτήμασιν, ἐναντιωθήσεσθε, τί δὴ ποτε. i. *Sed ſi indignati propter illorum poſtulata, ipſis eſtis aduerſaturi, cur, &c.*

¶P. 207. In tuguriis, Ὑπὸ καλύβας) Lapus, *ſub tentoriis*: quare καλύβαις videtur legiſſe: quod mihi quoque magis placet quàm τὸ καλύβας: ſi tamen codex eſt ſanus, συνεκδοχικῶς eſſe dicemus.

Poterunt, Δυνησόμενοι) Oratio eſt ἀνακόλουθος, & vel δυνησομένους εἶναι, vel δυνήσονται dicendum, vtrunque tamen idem valet.

Qui tam malè, Οἱ κακῶς αὐτῶν) Ex iis quæ ſequuntur, καὶ αἰσχρῶς ὑπὸ λόγων περιυβρισθέντες, patet hic οἱ κακῶς legendum.

Ne ſi eas in parem iuris, Μὴ εἰ μεταδόντες δὲ) Hæc particula δὲ videtur expungenda, quia eſt ſuperflua, & curſum orationis impedit: hæc enim ſunt ita intelligenda, & conſtruenda. ὁ δῆμος τούτων εἰσδέξοντες, ἵνα μὴ μεταδόντες τῆς ὁσίας, αὐτοὶ οὐδὲ χρόνῳ στερήσονται τῆς ἴσης. Sylb. αὐτοῦ reponit, & ad δῆμον refert: ſed hoc αὐτοὶ retinendum, & illud αὐτῷ ſubaudiendum.

Petere poſſemus, Ἠγνοήσαμεν) Ex ipſo ſenſu αἰτησόμεθα legendum patet. Lapus hanc lectionem agnoſcere videtur.

Vt autem alat. Ἵνα περιθῶμεν) Δὲ particulam deſiderari puto.

Quid verò memor. Λέγω δὲ τοὺς Λατίνων) Senſus aliquam huiuſmodi lectionem poſtulat, τί δὲ λέγω τοὺς Λατίνων, vel certè, λέγω δὲ καὶ τοὺς τριάκοντα Λατίνων πόλεις ὅσα μετὰ πολλῶν. In vulgata lectione aliquid abſurditatis videtur ineſſe.

¶Pa. 208. Maior eſt earum numerus, Μείζονα πλήθει) Niſi fallor πλῆθος δυνάμεων ſic appellatur ipſe copiarum numerus: opponuntur enim τῷ μείζονι δυνάμεως πλήθει αἱ μείζονες δυνάμεις.

Per otium deliberandi, Καθ' ἡσυχίαν ἐξετάσοντας) Si codex mendo caret, hic accuſatiuus regetur ab infinitiuo βουλεύσασθαι: ſed longè meliùs eſſet ſi diceres ἐξετάσαντες, vt ab illo ὑμῶν præcedente pendeat.

Præſertim quum, Ἄλλων τι καὶ ταῦτα) Proculdubio vel καὶ ἐνταῦθα βουλευομένοις ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. hic. i. in ſenatu, vel ἄλλως τε καὶ κατὰ ταῦτα. niſi dicas defectum eſſe τῆς κατὰ, qua de re ſæpius iam antè dictum: vertes autem, *Præſertim verò in his rebus*, q. d. quæ maximi ſunt momenti.

¶P. 109. Video equidem, Ὁρῶ μὲν) Ex ipſo ſenſu, verbiſque ſequentibus patet legendum ὁρῶ μὲν ſeparatim, quibus reſpondent illa, ὁρῶ μὲν διὰ ταῦτά γε ἀποστερουμένας τῆς ἐξ ἀρχῆς ἐγγυωμένην.

Ea Æneæ ſociis, Ἀπὸ τῶν σὺν Αἰνείᾳ) Vel ἐλθόντων, vel ἐλθόντες deſideratur. Illud verò αὐτῶν referendum eſt ad omnes, qui erant ea eadem Nautiorum familia: quem autem Dionyſius Nautium vocat, & Æneæ ſocium fuiſſe dicit, eum poëta Æneid. 5. 237. Nautem appellat.

Tum ſenior Nautes, vnum Tritonia Pallas
Quem docuit, multáque inſignem reddidit arte,
Hæc reſponſa dabat.——————

Hæc fuere nomina, Ἦσαν οἱ δὲ Ἀγρίππας) Dionyſius decem legatos ad plebem miſſos dicit: ſed nonnullorum nomina codicis vetuſtate ſublata deſiderantur. Cùm enim decem fuerint electi, & ſeptem ſolorum fiat mentio, trium nomina ſunt prætermiſſa. Gelenius T. Largium, & S. Nautium addit, ſunt autem qui putant τὸ Ναυτίου tertij legati nomen eſſe: ſed hoc abſurdum. Conſtat in hoc numero fuiſſe ipſum quoque M. Valerium, quod ea ſequentibus Dionyſij verbis facilè colligitur: ſic enim ille, Σπουρίου συγκαλέσας εἰς ἐκκλησίαν τὸν δῆμον ἐκέλευσε τοὺς πρεσβευτὰς ὑπὲρ ὧν ἥκουσι λέγειν. Παρελθὼν δὲ Μάρκος Οὐαλέριος, ὅσπερ ἦν αὐτῶν πρεσβύτατος τε, καὶ δημοτικώτατος, & pa. 295. idem confirmatur. Si igitur duo illa legatorum nomina, quæ à Gelenio afferuntur, & tertium iſtud recipiatur, ita demum decem legatorum numerus explebitur. Quòd autem & ipſe T. Largius in hoc legatorum numero fuerit patet ea p. 298. hæc ſunt autoris verba, ἐπειδὴ δὲ ὅ, τι πολλὰ θρῆνος ἐπαίνεσαν, καὶ σιωπὴ κατεῖχε τὴν ἐκκλησίαν παρελθὼν ἀπολογησόμενος ταῦτα, ὥσπερ ἔθνος τῶν ἄλλων

πολιτῶν ἱκανῶς τι σεσῦχαν, καὶ ἀξιώσει Τῖτος Λάρκιος, ὃς ἐδὲ, &c. ſed S. Nautij nulla fit mentio. Liuius vnum Menenium oratorem à Senatu miſſum ad plebem fuiſſe dicit, eius concionem ſuo loco vide, libro 2. Dec. 1.

Poſtumius Q. F. Ποστούμιος Κοίντου) Hæc legatorum Romanorum nomina more Latino legere non dubitarem, Ποστούμιος τουβέρτος Κοίντου υἱὸς, Τῖτος Αἰβούτιος φλάουιος Τίτου υἱὸς, Σέρουιος Σουλπίκιος καμερῖνος ποπλίου υἱὸς, Αὖλος Ποστούμιος Ἄλβος ποπλίου υἱὸς, Αὖλος Οὐεργίνιος καιλιμοντανὸς, Αὔλου υἱὸς: nam voces ille Βάλβος, & καὶ Ναυφιντανὸς ſunt corruptæ, in quarum locum ſubſtituendum Ἄλβος, & καιλιμοντανὸς, quemadmodum ſuprà p. 271. à nobis eſt dictum. vel certè καιλιμοντανός.

¶ Pag. 210. Reuerti, Κατιέναι) Καπιέναι, καταβαίνειν. Plebeij, qui à patriciis ſeceſsionem fecerant, erant in monte: quare hoc verbo vſus eſt Dionyſius aptiſſimè, quo loci ſitum notat. idem etiam extat pagina 293. 2.

Salua Senatus P. Q. R. dignitate, Μήτε ὑπ' ἄλλης αἰσχύνης ἀνηκέστου κωλύονται.) Hic dedita opera liberiore interpretatione, ſenſum ac Latini ſermonis puritatem ſequutus, vti non dubitaui. Hæc enim ſi Latinè reddantur ad verbum, nimium inſulſa, ac frigida fuerit interpretatio. Verba enim hoc ſonant, *& niſi ab aliqua alia incurabili ignominia, vel dedecore inſanabili, i. grauiſſimo impediatur.*

Rebus in long. Ἀναβαλόντες τὰ πράγματα) Ex ipſo ſenſu patet ἀναβαλόντας legendum. ἀναβάλλειν τὰ πράγματα εἰς φθόνους τῶν ἀντιπάλων, id eſt, *&c., earumque cognitionem ad inuidiam aduerſariorum reijcere*, hoc eſt, aduerſariorum inuidorum iudicio rerum cognitionem permittere, vt illi arbitratu ſuo de illis ſtatuant.

Vlli aduerſ. Οὐδὲν τῶν ἀντιπάλων) Οὐδενὸς lege.

Inferioribus, Ὡς ὑποδεεστέροις) Hæc ſunt iungenda cum illis ὑμῶν αὐτοὺς ὑποκατακλινομένους: ſed ordo verborũ videtur perturbatus. ὑποκατακλινόμενοι autem dicitur de illis, qui ſe alteri ſubiiciunt, ac demiſſo animo parent. Τίνων χρῄζετε) Quid velitis, quid petatis, vel quibus rebus opus ſit vobis.

Ex vna ratione, Ἐξ ἑνὸς ἔφη δεῖν λόγου) Λόγος hic tam pro ratione, quàm oratione poni poteſt.

Non ferre, Οὐ γὰρ ἐπιτρέψω) Fortaſſe meliùs ſi legatur, οὐ γὰρ ἐπιτρέψειν ἔφη, vt conſtructio videtur flagitare: vel certè ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τὸ ἔφη repetendum, vnde τὸ ἐπιτρέψειν regatur.

Prodit, Προσέρχεται) Mallem προσέρχεται. Si vulgatam lectionem retineas, vertes, *accedit*, vel acceſsit.

¶ Pa. 211. Conſenſu, Ἐπισημασίας) Ita vocat autor crebras voluntatis ſignificationes, quas tota multitudo dabat, quibus acceptis L. ille Brutus concionem habuit.

Occupauit, Ἐπιτακεὶς) Metaphora ſumpta vel à cera, vel à niue, quæ liqueſcit, & locum occupat in quo liqueſcit.

Liber. Τὸ ἐλεύθερον) Τὸ ἐλεύθερον legendum videtur: alioqui dicẽdum potiùs τὸ τοῦ ἐλευθέρου, ἀντὶ τοῦ ἡ ἐλευθερία. quod eleganter dicitur.

Illi ea reſpondebo, Ταῦτα ἀποκρινάμενος πρὸς αὐτὸν) Senſus ac legitima conſtructio videtur flagitare vt verbum ἐρῶ addamus, à quo futuro participium ἀποκρινόμενος regetur, neque enim ex præcedentibus, multò minùs ex ſequentibus hoc pendere poteſt, alioqui dicendum ἀποκρίνομαι, vel ἀποκρινοῦμαι. Lapus hanc poſtremam lectionem agnoſcere videtur: vertit enim, *reſpondebo.*

Conſtanter ſunt vſi, Ταύτῃ χρώμενοι διετέλεσαν) Oratio eſt imperfecta, & vel οἱ πατέρες ἡμῶν, vel οἱ πρόγονοι ἡμῶν deſiderari puto.

In tyrannicam conu. Οἱ τυραννικῶν) Si codex mendo caret, hæc ita ſunt intelligẽda ἅπαντες οἱ τῶν τυραννικῶν, ἀντὶ τοῦ ἅπαντες οἱ τυραννικοί: Sed mallẽ vt τυραννικῶς legeretur, quam lectionem Lapus videtur nactus, atque hic erit huius loci ſenſus, Qui ad regnum more tyrãnorum viam ſibi ſternunt, vel, Qui more tyranorum ad imperium prouehuntur.

¶ Pa. 212. Quemadmodum ſolet accidere, Οἷα γίνεσθαι φιλεῖ) Si οἷα legas ad πολιτείαν referes: ſed fortaſſe melius eſſet οἷα aduerbialiter ἀντὶ τοῦ ὥσπερ.

A Vnuſcuiuſque opem implor. Ἕνα ἕκαστον ἐπιβοώμενον) Ex ipſo ſenſu, verbiſque præcedentibus ἐπιβοωμένους legendum patet.

Cum hoſtibus immanib. Τοῖς δεινοῖς ἐχρησάμεθα) Res pro perſona, ἀντὶ τοῦ τοῖς δεινοῖς πολεμίοις, crudelibus hoſtibus, quanquam & ipſa pericula poſſunt intelligi, quibus illi caput obiectare non dubitarant.

Pro hoſtibus hab. Ἐχθρὸν ὡς ἅπαν) Hæc videntur perturbata, & ita in ſuas ſedes reſtituenda, ὡς ἐχθρὸν ἡγούμενοι ἅπαν τὸ ὑπερέχον.

B Quid? Latini, Τί δαὶ οἱ τῶν Λατίνων) Oratio videtur ἀνακόλουθος. Dicendum enim, τί δαὶ τοὺς τῶν Λατίνων πρύτανεις πολλάκις οὐ μόνον μεγέθει ἐπιφανεστάτους δυνάμεως, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῷ δικαιότερα ἀξιοῦν μεγαλοφρονοῦντας τίνες ἦσαν οἱ τυραννεύειν ἀναπειθόμενοι: hęc enim ex illis poſtremis verbis pendent: neque crediderim legitimam conſtructionem conſultò ab autore neglectam, vt hãc ſententiam κυριολογικῶς, vel potiùs ἀνακολούθως efferret.

In tyrannidem iam conuertiſſe, Τυραννίδι περιβεβλημένους) Id eſt, *poſtquam deprehendimus vos imperium tyrannicè*
C *exercere*: hæc loquutio eſt paulò durior. Idem autem valet ac ſi Dionyſius dixiſſet, Βάλλειν τὴν τυραννίδα περὶ τὴν ἀρχὴν. i. *imperium tyrannide amicire, velare*: ſed metaphora eſt ducta a veſtibus, quæ corpus humanum tegunt.

¶ Pag. 213. A vobis contum. aff. Πρὸς ὑμᾶς ὑβρισθέντες) Πρὸς ὑμῶν, vel potiùs ὑφ' ὑμῶν legendum puto: ſi tamen vulgatam ſequi malis, vertes, qui apud vos iniuria affecti fuimus.

Pollicitationibus quas, Ὑποσχέσεων, ἃς) Ἀντὶ τοῦ αἷς, qua de re alibi. Τίνας ὑμῶν) Proculdubio ὑμῖν legendũ:
D ſenſus hoc indicat apertè.

Præſentis ſalutis gratia, Τῆς τότε σωτηρίας) Τὸ ἕνεκα facilè ſubauditur.

Sub ſignis, Ὑπὸ ταῖς σημαίαις) Vel ὑπὸ τοῖς σημείοις, vt pag. 296. 11. ἐπανήγαγεν ἐς τὴν πόλιν τὰ σημεῖα. vel ὑπὸ ταῖς σημαίαις legendum, vt p. 260 μένειν ἐν τῇ χώρᾳ καθ' ἃς τὰς ἰδίας ἕκαστοι σημαίας. ἡ γὰρ σημαία, καὶ τὸ σημεῖον ſæpe συνωνύμως ponuntur: at σημεῖα, ας, apud nullum alium, quod ſciam, pro vexillo reperias, imò ne omnino qui-
E dem inuenias hanc vocem, quod ſaltem recorder. Λαβόντες τύχην) Lege λαβόντας: hoc enim participium pendet ex verbis præcedentibus, ὑμᾶς κατελθεῖν ἀξιοῦντε.

Fide nobis data, Τὰ πιστὰ παρασχόμενοι) Senſus ipſe videtur aliquam huiuſmodi lectionem flagitare, vel παρασχομένους, ἀντὶ τοῦ παρασχόμενοι, vel πιστωσάμενοι: ſi παρασχόμενοι legamus, hic erit ſenſus, *An in patriam redibimus freti fœderibus, quorum dii ſunt præſides, vt fidem ab illis accipiamus?* Si πιστωσάμενοι legas, ita vertes, *An in pa-*
F *triam redibimus freti fœderibus, quibus dii teſtes præfuerint, fretique fide, quam ab illis iureiurando confirmatã acceperimus?* Ex vulgata lectione nullus commodus ſenſus elici poteſt: vocat autem Dionyſius θεοὺς ὁμολογίας, quòd in fœderibus, conuentionibus, pactiſque faciendis dij teſtes eſſent eorum, quæ dicebantur, & fiebant: propterea etiam dij ὅρκιοι dicti, quia iuriſiurandi, eiúſque religionis erant præſides, & vltores eorum, qui hæc violabant.

¶ P. 214. Percipiant, Ἀπολαύσουσιν) Legendum ἀπο-
G λαύσωσιν, cui reſpondet ἀμύνωμεν illud προπέπονθε, facilis eſt lapſus.

Multis labor. Μετὰ πολλῶν πόνων) Deſideratur participium

ticipium κτηθεῖσα.id eſt,*quæſita,parta.*

Collaribus ligneis ac ferreis, Κλοιοῖς, καὶ μύδροις) Κλοιὸς *collare ligneum* vocatur. μύδρος verò *collare ferreũ*: ſed μύδρος propriè ferrum ignitum,& quanuis aliam maſſam candentem ſignificat.

Viæ duces,Ἡγεμόνα) Quia Dionyſius dicit τύχην,καὶ θεὸν,οἵπερ ἡμᾶς σῴζουσι,propterea ἡγεμόνας dicendum putarem.Si codex eſt ſanus, hoc nomen ſeparatim vtrique tribuetur.

A Vrbem condiderunt,Πόλιν ᾤκισαν) Albam intelligit:quare paulò pòſt pro ἐξ Ἰλίου reponendum videtur ἐξ Ἄλβας,vt ipſe ſenſus, & fides hiſtoriæ poſtulat.

Poſtea ex Alba, Οἱ δὲ ὕστερον ἐξ Ἰλίου) Alij interpretes ἐξ Ἄλβας, ſiue Ἄλβης videntur legiſſe: quod mihi quoque vehementer placet: nam res ita habet vt ſuprà Dionyſ.teſtatur pag.55.ὡς δὲ ἀνέστησαν ἐκ τῆς Ἄλβας οἱ νεανίσκοι τὸν λεὼν,& cæt.de Romulo, & Remo eo loco agitur: Si vulgatam retineas, dicendum pòſt illum primum Æneæ aduentum in Italiam, alios etiam eò- B dem ex vrbe Troia veniſſe: quod affirmare non auſim: ſed vt hoc facilè concedamus, tamen & ſic ſequentia cum præcedentibus huius loci verbis grauiter pugnarent. Nam Romulus coloniæ dux, & Romæ conditor ex vrbe Alba, non ex Ilio coloniam deduxit.

A nobis,Ἐφ᾽ ἡμῶν ἐκλειπομένην)Videtur ὑφ᾽ ἡμῶν, vel ἀφ᾽ ἡμῶν legendum, vt recepta loquendi forma flagitat:ſenſus hoc indicat.

Quàm ab alienis,Ἢ τῆς ἀλλοτρίας)Proculdubio μᾶλ- C λον deſideratur, vel certè ſubauditur: cuius particulæ prętermiſſio poëtis potiùs, quàm ſoluta oratione vtentibus eſt familiaris,Homerus Iliados primo,

Βούλομ᾽ ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι,ἢ ἀπολέσθαι:quo in loco τὸ μᾶλλον deſideratur.

Patria car. Τὸν ἄπολιν) Ita vocat locum ipſum, in quo ſine patria, ſine laribus miſerum vitæ genus plebeij tolerabant. Hoc autem rei exaggerandæ gratia dictum,quod plebeij à patriciis peſsimè tractarentur,ita vt neque vrbem aliquam incolere,neque domicilium D aliquod habere viderentur.

Nationes contra fœd.cond.violatæ, Ταῖς παρασπονδημέναις φυλαῖς) Si codex mendo caret, Dionyſius per φυλὰς intelligit gentes ipſas, quæ φῦλα vocantur,nomine magis vſitato. Hoc dico quia nunc de tribubus non agitur,nec earum hic vlla fit mentio.

¶Pag.215.Et vnicuique,Ἕκαστος ἀνέμνησε) Mallem ἕκαστον,vt ex præcedentibus colligitur: ab hoc autem nomine pendet genitiuus κακῶν.

Quòd ſe in ea præclariſſimè geſſ. Ἢ κράτιστα πάντων E ἀνθρώπων χρησάμενος)Hæc ita puto legenda, δυναστείας τῆς χαλεπωτάτης δικτατορίας, αὐτῇ κράτιστα πάντων ἀνθρώπων χρησάμενος,vel ἣν κράτιστα πάντων ἐχρήσατο,ἱερόν.niſi legamus ita,oratio erit ἀνακόλουθος.

Potiùs quàm,&c.Μᾶλλον,ἢ οὐχὶ τοῖς αἰτίοις)Τὸ οὐχὶ videtur tollendum.Hic autem eſt huius loci ſenſus,*Plebem perperam facere, quæ ſenatui potiùs inſenſa ſit, quàm illis ipſis, qui autores erant nequid ei concederetur.* Hoc igitur modo omnis culpa ab vniuerſo Senatu remouetur,& in paucos quoſdam confertur.

F Quàm altera,Θάτερον τὸ μέρος) Senſus & legitima conſtructio poſtulat vt legamus,θατέρου μέρος,ἀντὶ δὲ τοῦ ἑτέρου.

Eorũ ſeceſſionem,Ἐπανάστασιν)Si codex mendo caret, dicendum conſpirationem in patricios factam: ſed ſuſpicor potiùs legẽdum ἀπανάστασιν, id eſt ſeceſſionem à patriciis factam. quam autem Dionyſius hîc ἀπανάστασιν vocat,eam pag.299 ἀπόστασιν apellat:ſic enim ibi, ἃ τὴν ἀπόστασιν ὑμῖν ποιῆσαι ἔδοξε. nihil tamen mutandum.

G Nexi verberibus cæſi,Δεδεμένους, καὶ μαστιγουμένους) Si codex mendo caret,hi accuſatiui ab infinito δουλεύειν regentur.Sed mallem legere δεδεμένοις,καὶ μαστιγουμένοις, vt ad ὑμῖν referatur.ſic etiam ἀπολλυμένοις dicendum.

Nihil diff.Ὥστε μηδένα)Μηδὲν legendum:eſt enim loco aduerbij.

Ille igitur, qui leg.princ. Ὕπατος τοῦ στόλου) Agrippa tunc non erat Conſul:vt patet ſuprà pag.291. vbi Dionyſius hęc ſcribit, ἐπειδὴ ἔγνωσαν τὴν ἀκοσμίαν αὐτῶν οἱ ὕπατοι, καὶ παρακαλέσαντες εἰς ἅπαντα τὰ κοινὰ τοιούτοις εἶναι, πρεσβευτὰς εἵλοντο δέκα τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν πρεσβυτέρων, ἐκτὸς ἑνὸς, ἅπαντας ὑπατικούς.οἱ δὲ ἀποδειχθέντες ἦσαν οἵδε, Ἀγρίππας Μενήνιος,& cæt.ſed à S. P. Q. R. ad plebem fuerat legatus:quare ſi codex mendo caret, per ὕπατον ipſum legationis principem intelligemus.ὕπατος enim propriè ſummum ſignificat,aliàs Conſulem, quòd is magiſtratus Romæ ſummus eſſet, interdum verò ſignificat eum, qui autoritate cæteris eſt præſtantior, quo modo ſi nunc quoque intelligatur, ab autoris mente non erit alienum. Lapus vertit, *fuerunt autem ab eo dicta huiuſmodi*: quare ὑπ᾽ αὐτοῦ videtur legiſſe, quod mihi quoque placet: ſed tamen vulgata lectio retineri poteſt, ſi locum intelligas vt ſum interpretatus.

¶Pag.216.De iure,Ὥστε περὶ μὲν τῶν) Si hæc ab illis ἀπεστάλημεν,& cæt.reguntur, τὸ ὥστε videtur expungendum:alioqui dicendum ἔχομεν δὲ τούτου τὴν ἐξουσίαν.id eſt, habemus autem huius rei liberam poteſtatem, ita vt exiſtimemus prolixiore oratione de iure non eſſe diſſerendum.

Prolixiore oratione,Ἐκμηκύνων χρόνον) Ex ipſa legitima verborum conſtructione,verbiſque præcedentibus ſatis apparet legendum ἐκμηκύνειν: hoc enim non ad Brutum, ſed ad Agrippam eſt referendum. Loquutio autem eſt elliptica: ſubaudiendum enim τὸν λόγον:niſi legamus ita oratio erit ἀνακόλουθος.

Priuatim,Ἰδίᾳ) Si codex mendo caret eſt ἀντιμερία, nomen loco aduerbij:ſed hoc parum probabile: ἰδίᾳ potiùs legendum, quod eſt vſitatiſſimum.

Et graues, Ἐχθραὶ μικραὶ) Ex ipſo ſenſu facilè colligitur,vel οὐ μικραὶ, vel μακραὶ legendum: vulgata lectio videtur abſurda, & Dionyſij menti contraria.

Hanc quoque fidem accipite, Καὶ ταύτην εἴ τι λαμβάνετε πίστιν)Oratio eſt imperfecta: ſed ſi ἔτι λαμβάνετε legamus, res bene habebit: vertemus autem, *hanc quoque fidem accipiatis.*

Egere deſinet, Παύσεται διαμένειν) Ex ſenſu colligitur leui facta mutatione legendum παύσεται δεόμενον. alioqui genitiui ἐμφερεστέρου ἡγεμονίας nullum verbum haberent vnde penderent,atque oratio eſſet ἀνακόλουθος: nam παύω non cum infinitis, ſed cum participiis iungi ſolet,vt,παύομαι λέγων,παύομαι ποιῶν,id eſt,deſino dicere, deſino facere. Quare neſcio cur Sylb.dicat pro διαμένειν videri Lapum legiſſe διώκειν,ſeu διϊστάναι: multò minùs probatur mihi quod idem Sylb.ſubiicit, ſi pro καὶ particulã εἰ reponas,τὸ διαμένειν retineri poſſe, id eſt, ſi modò durare, nec vnquam interire velit. at hoc loquendi genus eſſet non ſolùm durum, vt ipſemet fatetur:ſed etiam duriſſimum, & græca conſtructio non vſitata.

¶Pag.217.Fides neceſſaria videtur,Καὶ εἴ τι δὴ ἀναγκαῖον)Hic videtur eſſe periodi initium, atque huc referenda quæ ſequuntur, τὰ γοῦν ἄλλα.& cæt. pro εἴ τι autem fortaſſe legendum potiùs εἰ: nullum enim aliud εἴ τι ſubiicitur,cui præcedens reſpondeat.

Quibus in exilio vti poſſet, Οἷς εἰς τὴν φυγὴν χρήσεσθαι ἔμελλεν) Τὸ οὔτε quòd præcedit, alterum οὔτε deſiderat. Senſus aliquam huiuſmodi lectionem flagitat; οὔτε λαβὼν, ſiue παραλαβὼν: vel οὔτε μεθ᾽ ἑαυτοῦ οὐδὲν ἐπαγόμενος ἐκεῖνα, οἷς, &c. Sic enim Dionyſius hac ipſa de re verba faciens pag. 379. loquitur, Ἐκ τῆς οἰκίας μόνος οὐ γυναῖκας, ἄδουλος, ἄπορος, οὐδὲ τὴν ἐφήμερον ὁ δύστηνος ἐκ τῶν ἑαυτοῦ χρημάτων τροφὴν ἐπαγόμενος.

F Ad portas, Ἐπὶ τὰς πύλας) Ἐπὶ lege: manifeſtus error. Apud Suidam bene, ἐπὶ τὰς πύλας legitur in voce Μάρκιος.

SP. Largius Flauus, Σπόριος Λάρκιος φλαῦος) Forſaſſe φλαῦος legendum, vt cenſet Sigonius in Faſtis, vbi agit de conſſ. anni CCLXIII. Τοῖς μὲν δὴ ταῦτα) Vel ἐδόκει, vel ἐφαίνετο deſideratur: oratio enim eſt imperfecta.

Nomine T. Latinus, Τίτος Λατῖνος ὄνομα) Cicero libro. 1. de diuinatione pag. ex Aldi typis 92. a. hac ipſa
G de re agens hæc ſcribit. *Cum bello Latino ludi votiui maximi primùm fierent, ciuitas ad arma repentè eſt excitata. Itaque ludis intermiſſis inſtauratiui conſtituti ſunt: qui antequam fierent, cùmque iam populus conſediſſet, ſeruus per circum, cùm virgis cæ-*

gis caderetur, furcam ferens ductus eſt. Exin cuidam ruſtico Romano dormienti viſus eſt venire, qui diceret præſultorem ſibi non placuiſſe ludis, idque ab eodem iuſſum eſſe eum Senatui nunciare, illum non auſum: iterum eſſe idem iuſſum, & monitum, ne vim ſuā experiri vellet, ne tum quidem eſſe auſum: exin filium eius eſſe mortuū: eandem in ſomniis admonitionem fuiſſe tertiam, tum illum etiam debilem factum, rem ad amicos detuliſſe, quorum de ſententia lecticula in Curiam eſſe delatum, cumque Senatui ſomniū enarrauiſſet, pedibus ſuis ſaluum reuertiſſe. Itaque ſomnio comprobato à Senatu, ludos illos iterum inſtauratos memoriæ proditum eſt. A Quem autem T. Latinum Dionyſius appellat, eum T. Liuius T. Latinium vocat.

Verecund. Δι' αἰσχύνης ἔχων τὸ πρᾶγμα λαθεῖν) Vel τὸ ἔχειν, vel τὸ λαθεῖν redundat: niſi τὸ λαθεῖν (vt ait Sylburgius) pro cœpiſſe ſumatur: quod certè mihi non videtur probabile: ſiquis tamen neget codicem mendoſum eſſe, locum ita intelliges ἐπιλαθεῖν τὸ πρᾶγμα τοῖς, ὥστε δι' αἰσχύνης ἔχειν: at hoc fortaſſe nimis acutum, ne dicam audax videbitur. Sed ſenſus erit optimus, dixit ſe rē accepiſſe ita, vt pudore impediretur ne eā Senatui B patefaceret. Ego ſenſum, non verba ſum ſequutus.

Grauiſsimo cruciatu, Κατασάσεως ἐχάτης) Si codex mendo caret, per κατάσασιν ἐχάτην extremum dolorem intelligemus, quem ille ſentiebat quoties aliquam corporis ſui partem mouere conabatur.

Non poterat coniectare, Οὐκ ἔχων συμβαλεῖν) Mallem dicere, vt aliās Dionyſius loqui ſolet, οὐκ ἔχων συμβάλλειν, vel συμβαλεῖν, ἤτοι εἰκάζειν: hanc lectionem legitima cōſtructio poſtulat.

Præſultor, Τῆς πομπῆς ἡγησὶς προηγούμενος) Mallem C προηγούμενος: paulò pòſt ſimplex verbum extat ἡγούμενος τῆς πομπῆς: & p. 354. προηγησάμενον τῆς πομπῆς.

Ligno alligarant, Ξύλῳ προσδήσαντες) Περιφραστικῶς furcam intelligit: huic loco verba Plutarchi magnam lucem afferent. Sic autem ille in Coriolano ſcribit. Ἦν δὲ μεγάλη κόλασις οἰκέτου πλημμελήσαντος, εἰ ξύλον ἁμάξης, ᾧ τὸν ῥυμὸν ὑφιστᾶσιν ἀράμενος διεξέλθοι παρὰ τὴν γειτνίασιν· ὁ γὰρ τοῦτο παθὼν, καὶ ὀφθεὶς ὑπὸ τῶν συνοίκων, καὶ γειτόνων, οὐκ ἔτι πίστιν εἶχεν, ἐκαλεῖτο δὲ φουρκίφερ. ὃ γὰρ Ἕλληνες ὑποστάτην, καὶ στήριγμα, τοῦτο Ῥωμαῖοι φοῦρκαν ὀνομάζουσιν. D

¶Pa. 252. Iræ diuinæ, Μηνυμάτων) Si codex mendo caret, Dionyſius ita vocat diuina prodigia, indicia, & ſigna, quæ Dij dabant, quibus ſe iratos eſſe ſignificabant. Suprà δείγματα δαιμόνια pag. 348. ſed fortaſſe meliùs ſi μηνιμάτων legas, μηνίειν, iraſci, τὸ μήνιμα, ira ipſa.

Leges ac mores, Περὶ τοὺς ὁρμασμούς) Exiſtimo legendum περὶ τοὺς ὁρισμοὺς: quod enim paulò antè νόμους vocauit, id nunc συνωνύμως ὁρισμὸν appellat. Si codex mendo caret hoc eodem modo ponetur, quo E infrà pa. 177. τῷ ὁρμαζόμενον τι, καὶ θεοπρεπῶς τοῖς σύμβολα. Εἴτε κατ' ἐκεῖνο) vel alterum εἴτε cum altera ſentētia deſideratur, vel certè hoc quoque tollendum, alioqui oratio eſſet imperfecta, & ἀνακόλουθος, ſed longè commodior fuerit ſenſus, ſi & ipſa diſtinctio, quæ εἴτε præcedit, & ipſum εἴτε tollatur. Lapus tamen pro εἴτε videtur ἔπι legiſſe, quod mihi quoque placet. Ὅτι ἤπω) Mallem ὅτι ἔπω, vt alij interpretes videntur legiſſe: nihil tamen auſim mutare.

Corpus nudare, Ἀποδοθῆναι τὸ σῶμα) Ex ipſo ſenſu verbiſque ſequentibus ἀποδυθῆναι legendum patet. F

Omnium teſtium grauiſsimus, Ἀξιοπιστότερος) Quia hoc epithetum coniungitur cū ſequenti ἀρχαιότατος, ſuſpicor melius fore, ſi ἀξιοπιστότατος legatur.

Medium certamen, Μέσον ἀγῶνα) Τὸν ἀγῶνα μεγαλοψυχίας ipſum circum, in quo certabatur, videtur vocare.

Humeri, Ὤμοι) Perperam antè ὅμοι legebatur.

Ἀποδειμαίνοντα) Ἀποδειλιῶντα legendum puto: hoc autē verbo Dionyſius vſus eſt & pag. 435. τοῖς κινδύνοις, καὶ ἀποδειλιῶσι παρὰ τὸ ἔμψυχον. quanuis autem δεῖμος, & δεῖμα timorem ſignificet, & δειμαίνειν, timere, nunquam tamen memini me legiſſe ἀποδειμαίνειν quod idem G ſignificet. In vulgatis lexicis reperio δειμαλέος, φοβερός,

ſed hoc nullius autoritate confirmatur: quod ſi codex eſt ſanus, hoc nobis obſeruandum.

Barbita pulſabant, Βάρβιτα κέρκοντες) Si codex mendo caret τὸ κέρκω idem valet ac κρέκω, quod (vt Ariſtophanis commentator annotauit) propriè ſignificat citharam pulſo: vnde κρέξις, ſtrepitus citharæ pulſatæ. Heſychius, κρέκει, κιθαρίζει. οἱ λεξικογράφοι hunc ipſum Dionyſij locum, nullum præterea afferunt: quare lectorem obiter monere volui.

Vnumquemque chorum, Ἕκαστον χορόν) Ex ipſo ſenſu, verbiſque Dionyſij facilè colligi poteſt legendum eſſe ἕκαστον χορόν.

Εἷς δὲ ὁ φορῶν τις) Exiſtimo legendum εἷς δὲ ὁ εἰσφορῶν, id eſt, *vnus etiam, qui militares, & concitatos motus plerumque rythmis proceleuſmaticis canens referebat.* Noſtram coniecturam confirmant quæ Dionyſius dicit pagi. 352. τὴν ἐνόπλιον εἰσφορούντες κίνησιν.

Multò antè, Πάλαι πρὸ τῆς) Mallem παλαίτερον ἔτι vt ſenſus, & legitima conſtructio videtur poſtulare. Αὐτῇ κατεσπουδασμένην) Αὐτὴν legendum, hic enim accuſatiuus ab iſto participio regitur.

Geſticulationibus, Κινήσεσι μελῶν) Intelliguntur corporis motus, & geſtus, quibus illi ſaltatores ad modulos quoſdam concinnos vtebantur.

Quem Achilli, Ἣν Ἀχιλλεῖ) Si codex mendo caret, erit græciſmus, & articulus ἣν ab ἀσπίδος pendebit: hoc autem ἀντὶ τοῦ ἥν.

Ἐορτὰς ποιῶν) Si lectionem hanc retineas, copula καὶ quæ ταῦτα præcedit, erit tollenda, vel ποιεῖ legendum. Si καὶ ταῦτα bene habet, vel etiam καὶ ταῦτα idem ſignificat ac ſi dixiſſet Dionyſius, *præter multa alia, quæ dicit, hæc etiam dicit.*

Eleganti forma præditæ, Ἀλφεσίβοιαι) Euſtathius, ἀλφεσίβοια (inquit) ἡ βόας ἀλφοῦσα λόγῳ προικὸς διὰ τὸ κάλλος. Ita igitur puellæ formoſæ vocantur.

Inuicem, Καρπῷ) Καρπὸς iam appellatur extrema brachiorum pars, quæ cum ipſa manu iungitur.

Concertatorio, Ἐναγωνίῳ) Τὴν ἐναγώνιον ὄρχησιν vocat τὴν πολεμικὴν, καὶ ἐνόπλιον ὄρχησιν.

¶Pa. 254. Cauillatorio & mordaci, Τῆς κερτόμου, καὶ τωθαστικῆς) Paulò pòſt cur his ſaltationibus hæc nomina tribuantur declaratur, ἤτοι γὰρ κερτομοῦντες, καὶ κατημυοῦντο τὰς σπουδαίας κινήσεις ἐπὶ τὰ γελοιότερα μεταφέροντες: tribuitur igitur ſaltationi quod tribuendum erat ipſis ſaltatoribus, qui cauillis, dicteriis, & conuiciis alios petebant.

Sicinnen, Σίκιννιν) Alij σίκιννιν, alij σίκινα appellant. σίκιννις autem, autore Heſychio, erat militaris ſaltationis genus. Sic enim ille, σίκιννις ὄρχησις στρατιωτικὴ εὐρῆσθαι ὑπὸ τοῦ σίκιδος, καὶ κινεῖσθαι. Ammonius verò in voce κόρδαξ, χαλεῖται δὲ ἡ μὲν στρατιωτικὴ ὄρχησις ἐμμέλεια, σίκιννις δὲ ἡ σατυρική. Χορτάσιος) Χορταῖος, inquit Heſychius, δασὺς χιτὼν ὃς ὁ τῶν σειληνῶν.

Ipſos imperatores, Αὐτοῖς στρατηλάταις) Senſus ipſe, & legitima conſtructio lectionem aliquam huiuſmodi videtur flagitare, vel σὺν αὐτοῖς τοῖς στρατηλάταις, vel, quod longè melius, καὶ αὐτοὺς τοὺς στρατηλάτας. Conſtat autem vel clariſsimos imperatores olim dum triumphantes vrbem ingrederentur variis ſcommatibus à ſuo milite peti ſolitos, hæc videtur eſſe Dionyſij mēs.

Proſequebantur, Παρερχομένοις) Παρερχομένοις, id eſt, *prætereuntibus*, legēdum videtur: leuis error: ſenſus hoc indicat: hoc autem participium cum illo πομπευταῖς iungēdum: quòd ſi plauſtris hi vehebantur, abſurdum eſſet dicere eos prætereūdo ſaltaſſe, fortaſſe etiam παρερχομένοις commodè legi poſſet, atque τὸ παρέρχεσθαι iam τῷ σχήματι παρέρχεσθαι ſignificabit.

Vidi, Ἦδον γὰρ) Lapus videtur legiſſe εἶδον δέ, quod mihi quoque probatur: hoc autem ad ipſum Dionyſium verba de ſe facientem referetur, & reuera vulgata lectio eſt abſurda. Sed ſiquis velit eam tueri, profectò dicendum ᾖδον ἀντὶ τοῦ εἶδον ſcriptum κατὰ προσθήκην ἀττικὴν τῆς εἶσις ἢ vt ἴσασιν: ſed hoc parum probabile.

GG. ij.

Proſerpinæ, Lucinę, Περσεφόνης, εἰλειθυίας) Lapus codicem longè ampliorem videtur nactus, in quo aliquid huiuſmodi legebatur. Κρόνου, καὶ Θέμιδος, καὶ Λητοῦς, καὶ Μοιρῶν, καὶ Μνήμης, καὶ ἄλλων ὅσων τὰ ἱερὰ παρ' Ἕλλησίν ἐστι, καὶ ἄλλων οἳ ὕστερον ἡμίθεοι μυθολογοῦνται, ἐξ ὧν τὴν ἀρχὴν ὁ Ζεὺς παρέλαβε· πρὸς δὲ τούτοις καὶ Περσεφόνης, εἰλειθυίας, &c. Gelenius tamen hæc καὶ ἄλλων ὅσων τὰ legiſſe non videtur: hæc ideo ſcripſi quòd contemnenda nõ putarim: hinc enim apparet, quanta ſit librorum in re eadẽ varietas.

Cultros, Τὰς σφενγίδας) Ex ipſo ſenſu τὰς σφαγίδας legendum eſſe conſtat. A

Membratim, Μελίσαντες) Μέλος præter alia ſignificat & membrum, hinc μελίζειν, membratim diuidere.

Vinum infundebant, Περιέσπενδον οἶνον κατὰ τῶν ἀγιαζομένων) Gelenius hæc ita, & *vinum affundebant inſuper*: ſed verba græca non explicauit, multò minùs ſenſum aperuit, qui nonnihil difficultatis habet: ambigi enim poteſt vtrum vinum in hoſtias infunderetur dum adhuc cremarentur, & antequam in cineres iam redactæ eſſent, quod ex Dionyſij verbis elici videtur, quod B etiam veriſimile: ſiquidem & mola ſalſa aſpergebãtur antequam ignis eas abſumpſiſſet. An verò poſtquam in cineres eſſent iam redactæ, quod minus probabile videtur. Vt autem illud etiã obiter dicatur, τὸ ἀγιάζειν, hic τὸ ἁγίως καίεσθαι ſignificat, cuius συνώνυμον eſt τὸ καθαγίζειν, qua voce paulò pòſt Diony. vtitur: quanquã Gelenius illud καθαγίζοντας vertit *conſecrantes*: ſed, ni fallor, aliud ſignificat, id videlicet, quod poëtæ verba & ſenſum ſequuti diximus ſignificare.

Ex omnibus carpens membris, Πάντοθεν ἀρχόμενος μελέων) C Ἀντὶ τοῦ ἐκ πάντων τῶν μελῶν ἀπαρχὰς λαμβάνων, hoc enim ipſe Dionyſius ſic explicandum docet, quum ait, ἀπαρχάς τε ἀπὸ τῶν σπλάγχνων, καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων μελῶν λαμβάνοντας.

Farinæ flore, Ἀλφίτου ἀκτῇ) Euſtathius ἀλφίτου ἀκτῇ, ἡ δημητριακὴ τὸ κλάσμα, παρὰ τὸ ἄγω, ὅ ἐστι ἀλῶ. Bene hoc: nam triticum priùs molitur, & mola frangitur, deinde farina hinc exilit: at ἀκτὴ δημήτερος, vt idem docet, ἔστιν ὁ ἐκ σίτου, καὶ τῶν σιτωδῶν τροφή. λέγεται δὲ τὸ δωρεὰ πρὸς ἐντέλειαν φέρουσα. Οὐλαις) Οὐλαῖς ſcribendum: ſic enim vſus obtinuit. D

Percuſſit autem eum, Κόψε δ' ἀπαρχόμενος) Id eſt percuſſit autem eum ſacra auſpicaturus: ſed in Odyſſeæ Ξ. ἀνασχόμενος legitur: hanc lectionem & ego ſum ſequutus quòd Dionyſius Homeri carmen afferat, vt ſuæ ſententiæ fidem conciliet.

Quum dormitum inerat, Κείων) Κείων (inquit Euſtathius) ἀντὶ τοῦ σχίζων, ἢ ἀντὶ τοῦ σχίζῃ ἐκ τοῦ κέω ἐπιτηδείως τοῦ (ι) ἐν τῷ σχίζῃ δρυὸς, ἣν λίπε κείων, Ὀδυσσείας. ξ. Quæ ſi vera ſunt, hunc locum ita vertemus, *Stipite querno, quem reliquerat dum quercum ſinderet*, vel *quem quercu ſiſſa reliquerat*. Sed fortaſſe longè melius res habebit ſi locum intelligamus, E vt ſumus interpretati: nam idem Euſtathius τὸ κείων ἀντὶ τοῦ κοιμηθησόμενος ſæpe poni teſtatur.

Crudas aris imponebat, Ὠμοθετεῖτο) Ὠμοθετεῖν, καὶ ὠμοθετίζειν idem, id eſt, *crudas carnes ex ſingulis victimæ membris carptas aris imponere*, poteſt enim huius verbi origo, vel ab ὠμὸς, id eſt, *crudus*, vel ab ὦμος, id eſt, *humerus*, deduci, quòd poſt femora reſecta, inde fieret ſecandæ reliquæ victimæ initium, quoties nõ tota victima: ſed eius quaſi quædam primitiæ cremabantur: qua de re hæc F traduntur ab Euſtathio, Ἐν ταῖς θυσίαις οἱ μὲν μηροὶ τῶν ἱερείων ὁλοκαυτοῦνται. τὰ δὲ λοιπὰ μέλη τοῦ σώματος οἱονεὶ ἀπαρχὴν τινὰ ἐπετίθουν τοῖς καιομένοις μηροῖς ὡς οἷον ἀπαρχήν τινα καὶ ἐλέγετο τοῦτο ὠμοθετεῖν παρὰ τοὺς ὤμους, ὅπερ ἐστὶ μέλος ἔξοχον μετὰ τοὺς μηρούς.

¶Pa.255. Apud Græcos, Ὥσπερ Ἕλληνες) Hæc oratio eſt imperfecta, & vel ἐποίουν, vel ἐποίησαν deſideratur ad abſoluendam ſententiam: vel certè ὡς παρ' Ἕλλησιν, vt paulò pòſt, legendum.

Trigarum, Τὰ τρίπολα τῶν ἁρμάτων) Error eſt manife- G ſtus, & τρίπωλα legendum ἅρματα τρίπωλα, currus qui à *tribus* equis trahuntur, *trigas* Latini vocant: τρίπολος verò eſt terræ epithetum, quæ ter verſa, aratáque fuit.

Equus funalis, Σειραῖος) Σειραῖος ἵππος (vt ait Euſtathius) ὁ καὶ παράσειρος, ὅτι παρὰ τὴν σειρὰν λέγεται.

Παρήορον) Ἵππος παρήορος, ſiue παρηορος) vtrũque enim eſt vſitatum) ὁ καὶ παράσειρος, ὁ παρεζευγμένος τοῖς ζυγίοις, παρὰ τὸ ἀείρειν, ὅ ἐστι ζευγνύειν. Euſtath. Παρεμβεβληκότων) Senſus videtur flagitare vt legamus περιμεμβεβληκότων.

Longè omnium optimus, Κράτιστον ἁπάντων ἰδεῖν) Ex iis quæ pręcedunt ſatis apparet ἰδῶν legendum: ſed ne ſic quidem hic mendi ſuſpicio abeſt: conſtructio enim videtur flagitare, ὁ ἐλλειμικώτατον, &c. ἀπεδείκνυτο verò dixit, ἀντὶ τοῦ ἦν, erat: ſed ad illas ἐπιδείξεις, de quibus paulò pòſt agit aptè reſpicit.

Voce præc. laud. Προκηρύξαι τινας) Vel ἔσων ſubaudiendum ἀντὶ τοῦ ἐποιοῦντο: alioqui eſſet ἀνακόλουθον, vel certè hîc locus ita legendus, ἰδῶν ἀπεδείκνυντο στεφανώσεις, καὶ, &c. quod ἰσοδυναμοῦσι ſuperiori φράσει: hoc autem erit ἀντὶ τοῦ φανερῶς ἐστεφάνουν, καὶ ἀνηγόρευον τοὺς ἑαυτῶν ἀριστέας, αὐτοῖς ἐπὶ τιμῇ τις, ὃ δὴ ἐλλειμικώτατον, &c. deinde ſubiiciendum καὶ ἐπεδείκνυντο τοῖς ἐς θέαν συνεληλυθόσι τὰ σκῦλα, ὅσων, &c.

Facinoris nouitatẽ, Παρὰ τοῦτο πραχθὲν ἀναπεμπασμένη) Vt ingenuè fatear, non video ad quid hoc participiũ ἀναπεμπασμένη commodè referri poſsit. Locus de mẽdo mihi eſt ſuſpectus: ſed fortaſſe hæc ita ſunt legenda, ἡ βουλὴ παρὰ τοῦτο τὸ πραχθὲν ἀναπεμπασμένη, καὶ τοῦτον ὑπολαβοῦσα, &c. id eſt, *cùm Senatus ideo facinus hoc in memoriam reuocaſſet*, dicimus enim ἀναπεμπάσασθαί τι, id eſt, aliquid in memoriam reuocare. Suidas, ἀναπεμπασάμενος, ἀναλογισάμενος, καὶ ἀναλέξας, ἢ ἀναμνησθεὶς, καὶ εἰς ἔννοιαν ἐλθών. ὁ δὲ Μάρκος προσαναπεμπασάμενος τὴν τοῦ τείχους περιπέτειαν, ἐπέβαλλετο καταπειράζειν τῆς ἐλπίδος. Alij interpretes à verbis græcis longiſsimè receſſerunt. Ego in verſione mea ſenſum ſequi ſum coactus, quem huic loco conuenire duxi. Sylburgius ait in R. codice legi παρὰ τοῦ τὸ πραχθὲν ἀναπεμπασαμένη, quæ lectio optima: quare leuiſsima mutatione opus erit. Vertes autem, *Cùm igitur Senatus ex illo, qui rem geſtam ipſi in memoriam reuocarat, cognouiſſet ea, quæ ſeruo ad ſupplicium Domini iuſſu abducto acciderant, cùm etiam audiſſet eum, qui pompæ præiuerat*, id eſt, *& audiſſet quiſnam eſſet ille pompæ præſultor, hunc, &c.*

¶Pa.256. Accio Tullo, Ἄπιος) Liuius Accium Tullium vocat: quare Ἄκτιος ſcribendum puto.

Quod ſi aliter de me ſentis, Εἰ δέ τι γινώσκεις) Vt ex ipſo ſenſu colligitur, εἰ δέ τι ἄλλο γινώσκεις eſt legendum.

Tempus ludorum, Ὁ τῆς ἀρχῆς καιρὸς) Sylburgius ἑορτῆς corrigit. Ego nihil muto. Nam ἐλλειπτικῶς hoc dictum, ſubaudiendum enim τῶν ἀγώνων, verteres ad verbum, *Quum autem tempus principij ludorum veniſſet*, id eſt, cùm tempus ludorum committendorum, vel faciendorum veniſſet: hoc ex præcedentibus elicitur.

Ad ſpectaculum veniſſet, Θέαν προσελθεῖν) Fortaſſe melius ſi προσελθὼν legatur, vel παρελθών.

¶Pa.257. Ante omnia, Πάντα μάλιστα) Error eſt manifeſtus, & πάντων μάλιστα legendum, quemadmodum cùm alij probati ſcriptores, tum ſic ipſe ſexcentis in locis loqui ſolet.

Conſtituta, Κατασκευασμένοι) De re præterita verba ſiunt: quare κατασκευασάμενοι legendum eſſe puto.

Multis nominibus, Πολλῶν ἄξιος) Hæc ſunt perturbata, legendum ἄξιος πολλῶν ἕνεκα ἐπαίνων, vel πολλῶν ἕνεκα ἐπαίνων ἄξιος.

Omnium libertatem tueri, Τὸ ἐλεύθερον ἅπαντα) Ἀντὶ τοῦ τὴν ἐλευθερίαν ἁπάντων φυλάττειν. ἔχειν autẽ ſæpe pro *tueri* accipitur, præcipuè apud poëtas: vnde etiam Hector creditur dictus, quòd Troiam, quandiu vixit, contra vim hoſtium ſit tutatus: hoc moneo, quia Sylburg. putat pro ἅπαντα reponendum ἅπαντας: aut ſi ἅπαντα retineas, φυλάττειν pro ἔχειν legendum.

¶P.258. Et vob. Τὰ ἡμέτερα) Dicendum potiùs ὑμέτερα, vt hoc ad Volſcos referatur, ad quos oratio ſpectat, vel certè ad Volſcos, & Marcium, qui ſuam perſonam in eo numero ponebat.

Sterilis, Λυπρὰ) Mallem λυπρὰ, vnde λυπρόγεων, &

τὸ λυ-

τὸ λυπρόγεων, terra ſterilis. λυπρὰ) (ἄγαθά.

Finitimis ademit, Ἥν τοὺς περιοίκους ἀφελόμενοι) Hæc oratio eſt imperfecta, & verbum ἔχουσι eſt addendum, vel ἀφείλοντο dicendum. Dionyſius paulò pòſt dicit, ἣν οἵ τε ἄλλο στρατευσάμενοι ἔχουσι.

¶P.259. Mouendna, Παραμενεῖν φίλους) Longè melius fuerit, ſi φίλοι legatur. Α᾽ δὲ τὰ ἔργα ἐπιόντι) Hæc ſunt perturbata, & in ſuas ſedes ita videntur reſtituenda, τὰ δὲ ἔργα αὖ ἐπιόντι. Ε᾽πιστρέψαντι) Α᾽ντὶ τοῦ ὑποστρέψαντι, vel ὑποστρέψαντι. A

¶P.260. Opinione citius, Καὶ θᾶττον ὡς αὐτὸς ὑπέλαβεν) Hæc ita puto legenda, καὶ θᾶττον ἤ τις ἂν ὑπέλαβεν, id eſt, Et citiùs quàm quis exiſtimaſſet.

Incautos, Α᾽φυλάκτους αὐτοῖς) Δηλονότι τοῖς τὰς πόλεις οἰκοῦσιν, ἤτοι τοῖς πολίταις, hoc enim ad ſignificatum eſt referendum: ſed fortaſſe meliùs ſi αὐτοὺς legeretur, id eſt, *ne fortè hoſtes clàm ipſos incuſtoditos adoriantur.*

¶P.261. Futius, Φρύσεως) Φύσεως legendum, vt à Latinis appellatur.

Φρυκτωρίας) Φρυκτοὶ vocabantur faces, quibus aut hoſtium, aut ſociorum aduentus ſignificabatur: quamobrem etiam τῶν φρυκτῶν οἱ μὲν πολέμιοι, οἱ δὲ φίλιοι dicebātur: hinc φρυκτωρία dicta ipſa ſignificatio, quæ facibus, vel ignibus accenſis dabatur. Ἤκαζον) Mallē ἤκαζε, vt ad Volſcos, non ad δυνάμεις referatur. Τοὺς μὲν ἐν χερσὶν) Quæ ſequuntur ſecerunt vt verterem, quæ in meſſorum manibus adhuc erant: aliàs τὰ ἐν χερσὶν dicūtur res quæ ſunt præ manibus, & quæ ſunt paratæ. B

¶P.262. Hoſtiū fortitudinem, Τὸ τῶν πολεμίων ἀνδρεῖον) Hic eſt huius loci ſenſus. Cùm Marcius Volſcorū Imperator fortes illos, & elatos hoſtium animos contudiſſet, eorúmque audaciam depreſsiſſet, ignauóſque reddidiſſet, ita vt ad conſilij inopiam redacti neſcirēt quò ſe verterent, tum demum ad eorum ſocios copias duxit. Γ᾽επιβοηθούμενος) Γ᾽επι potiùs cum tenui ſpiritu ſcribendum. Οἱ πολλοὶ) Mallem οἱ λοιποὶ, vt alij interpretes videntur legiſſe. Μὲν πάντας) Πάντα legendum puto, vt hoc non ad homines referatur, ſed ad res ipſas, quæ exportabantur. C

Iumentis impoſita, Υ᾽πὸ τῶν ὑποζυγίων) Ε᾽πὶ potiùs legendum: ſenſus hoc indicat. Φθάνει πρὶν) Perperam antè φθάνειν legebatur.

Lauicanos, Λαβικανοὺς) Nec Græci, nec Latini ſcriptores in hoc oppido nominando conſentiunt. Græci enim modò Λαβίκους, καὶ Λαβικανοὺς vocant, modò Λανίκους, καὶ Λανικανοὺς ſcribunt. Et Latini modò Labicos, & Labicanos, modò Lanicos, & Lanicanos appellant. D

Repulerit, Α᾽πήραξαν) Vel ἀπήρραξαν per alterum ρ. ſcribendum, ſi ab ἀποῤῥάττω deducitur, vel certè ἀπηράξαν, ſi ab ἀπαράττω formatur.

¶P.263. Pedum vrbē, Τὴν πιλανῶν πόλιν) Ex Liuio patet πεδανῶν legendum. Pedum erat ipſum oppidum, cuius incolæ dicebantur Pedani. E

Inſtructa, Συντεταγμένην) Oratio eſt ἀνακόλουθος, & vel participiū ἔχων deſideratur, vel συντεταγμένη στρατιᾷ dicendum.

Caſtra ponebant, Κατεστρατοπέδευον) Mallem κατεστρατοπέδευε, vt hoc ad eundem Marcium referatur, id eſt, & ad muros caſtra ponebat. Illud autē verbum πρὸς εἶναι commodè reſpondebit. Si codex mendo caret, hoc ad omnes, qui Marcij ductu militabant, referetur: atque ita conſtructionem mutatam dicemus. F

Ad Bolas, Ε᾽πὶ βώλας) Βόιλλας (inquit Stephanus) πόλις Λατίνων. τὸ ἐθνικὸν Βοιλλανός. His verbis adducor vt credam hic fortaſſe Βοίλλας legendum. Hanc meam coniecturā confirmat Gelenius, qui hanc vrbē *Bouillas* appellat. Lapus *Bolas* vocat. Plutarchus in Coriolano Βοίλλας nominat. Plinius li.3.cap.5. Bouillas inter oppida Latij recenſet. Vox tamen quæ apud Plutarchū extat ad vulgatam lectionem propiùs accedit. Quare lectoribus cū libero iudicio liberā optionē relinquā, vt quod veriſimilius eſſe putant, id eligant, & ſequantur. G

Nulli Latinæ genti, Ε᾽ν ὀλίγῳ πάνυ) Hæc ita vidētur legenda, ἐν ὀλίγαις πάνυ τῶν ἡγεμονίας τοῦ Λατίνων γένους κατὰ πόλεων ἐξεταζομένη. Vel potiùs καὶ ταῖς ὀλίγαις πάνυ τῶν ἡγεμονίας, &c. Id eſt, *quæ ciuitas rei militaris peritia cum pauciſsimis Latinæ gentis populis erat conferenda*, vel, *quæ nulli Latinæ gentis populo in rebus bellicis erat ſecunda*. Sylburgius ait hunc locum in R. codice ſic emendatum legi, καὶ ἐν ὀλίγαις πάνυ τῶν ἡγουμένων τοῦ Λατίνων γένους πόλεσιν ἐξεταζομένην. Vertit autem, *quod oppidum & illuſtre tunc erat, & vnum è primariis Latini generis ciuitatibus numero perexiguis.*

A Muros conſcendiſſent, Ε᾽πέβησαν τῶν τειχῶν) Ε᾽πελάβοντο potiùs legendum videtur, vt alibi Dionyſius loquitur. Quamuis autem τὸ ἐπιλαμβάνεσθαι ſæpius cum accuſatiuo iunctum repetiatur, interdū tamen & cū genitiuo poſitū repetias, vt apud Ariſtotelē lib.7.cap.3. de hiſtoria Animalium, ὅ, τι δ᾽ αὖ ἐπιλάβῃ τοῦ τετάρτου μηνὸς, γίγνεται ἰχθυοειδές. & c.4. eiuſdem libri, ἐνίας δὲ ἐπιλαμβάνουσι καὶ τοῦ ὀγδόου μηνός. Huc adde quòd Græci partem, quæ capitur, in genitiuo ponunt: vt apud Homerum Iliad. Α ξανθῆς δὲ κόμης ἕλε Πηλεΐωνα, & Iliad. Z.

B Α᾽δρηστος δ᾽ ἄρ᾽ ἔπειτα λαβὼν ἐλίσσετο γούνων.

Vel certè, quod longè melius, ἐπιβαίνουσι τοῖς τείχεσι legēdum: ſic ſuprà p.365. καὶ πολλάκις (inquit Dionyſius) ἐπιβαίνοντας τοῖς τείχεσι τοὺς πολεμίους ἀπήραξαν.

Bolani, Βωλανοὶ) Vel Βοιλανοὶ legendum. Suprà enim vrbem ipſam Βώλας vocauit, vel Βοίλλας, vt antè declaratum. Βῶλα enim alia eſt vrbs, cuius ciues Βωλανοὶ, dicuntur. qua de re p.364. & 365.

Apertis portis, Τὰς πύλας ἐξέθεον ἀνοίγοντες ἀθρόοι) Hęc videntur perturbata, & in ſuas ſedes ita reſtituenda,

C τὰς πύλας ἀνοίγοντες ἐξέθεον ἀθρόοι.

Qui reſiſtere audebat, Τοὺς ὑφισταμένους) Fortaſſe meliùs ſi ὑφισταμένους legas, vt paulò pòſt, πάντας γὰρ ὑφιστάμενος ἀνήλωσεν.

Erga ſuos nepotes, Ἢ τὸ περὶ προγόνους) Aduerbium μᾶλλον deſideratur, vel certè ſubauditur, cui τὸ ἢ reſpōdet: hac de re ſuprà, vel pro προγόνους legendum ἀπογόνους, ad quod τὸ ἢ referetur.

Nepotes, Τοὺς προγόνους) Imò verò ἀπογόνους, ſiue ἐκγόνους dicendum. Romani enim à Lauinienſibus oriundi

D erant. Lauinienſes erant τῶν Ρ᾽ωμαίων πρόγονοι, οἱ δὲ Ρ᾽ωμαῖοι τῶν Λαουινιατῶν ἀπόγονοι. Dionyſius ipſe confirmat iſtam coniecturam, quum ſcribit paulò antè, ἣν προγόνων γε πόλιν εἶναι συνέβαινε, &c.

Commeatus illis, Ε᾽πικουρία τε αὐτῶν) Ex ipſo ſenſu, & legitima conſtructione facilè colligitur legendum potiùs αὐτοῖς, hoc autem ab illo προσῆκον τις pendet. Αὐτοῦ κατὰ τὴν πόλιν) Fortaſſe τοῖς κατὰ τὴν πόλιν meliùs, vt hi datiui ab illo ἐπίπονον regantur.

¶Pag.264. Ad mœnia eſſet oppugnanda, Τοῦ πολέμου τοῖς τείχεσι προσαξοντος) Exiſtimo legendum τὸν πόλεμον προσάξοντος, id eſt,

E *Quaſi Marcius mox mox arma muris illaturus eſſet, vel bellum ad ipſos muros eſſet admoturus, vel bellum iuxta muros ipſos eſſet geſturus.* Sic enim Dionyſius de eodem Marcio verba faciens pag.370. loquitur, Εἰ πολεμίους προσάγειν τοῖς τείχεσι τὸν πόλεμον.

Ad parietes domeſticos, Τοῖς τείχεσι τῶν οἰκιῶν) priuatis ædificiis οἱ τοῖχοι, id eſt, *parietes* tribuuntur, de vrbis mœnibus τὰ τείχη dicuntur: quare hic vel τοῖς τοίχοις τῶν οἰκιῶν legendum, vel certè τοῖς τείχεσι τῶν, dicendum, vt pag.430. vbi hæc ipſa verba extant.

F Crinibus, Τὰς κόμας) Ex ipſo ſenſu, & participio illo λελυμένας patet κόμας legendum: vulgata lectio eſt abſurda.

Imminens periculum, Τὸν ἐπιόντα φόβον) Φόβον appellat periculum terroris plenum, quod vrbi imminebat.

M. Minucius, Μάρκος Μινύκιος) Μάρκος lege, vt ſuperiore libro legitur.

G Qui putas ita, Καὶ τοῦτον οἴει τὸν τρόπον) Legitima cōſtructio poſtulat vt legamus ὅτι τοῦτον οἴει δεῖν &c. & interrogationis nota, quæ eſt in fine periodi, eſt expūgēda: alioqui finis periodi cū pūcto ſitmo (vt vulgus appellat) poſt vocem Μάρκος faciendus: vertemus autē, *Nec*

iuſtè facis, Marti, & putas eodem modo, & ſontes, & inimicos tractandos, ita vt ne inſontibus quidem, ac amicis parcatur? Lapus hæc ita *eodem modo*, &c. quare εἰ δῆτον legiſſe videtur: quod mihi quoque placet. Sed & hic interrogationis nota eſt expungenda.

¶Pa.265. Vt funditus euerter, Α᾽φαιρέσει δὲ) Lapus καθαιρέσει, vel ἀναιρέσει videtur legiſſe, quæ lectio mihi quoque probatur.

Feſtorum ſolennitatibus & ſacrificiis, Ε῾ορτὰς δὲ, καὶ θυσίας) Senſus, & legitima verborum, ſententiarúmque connexio lectionem huiuſmodi videtur flagitare, ἑορτὰς δὲ ἀνελὼν, καὶ θυσίας, καὶ σεβασμοὺς θεῶν, ἢ δαιμόνων, οὓς ἐν πολλοῖς τόποις ἀνεόρτους ἠνάγκασας γενέσθαι, καὶ ἀθύτους: &c. i. *Et ſublatis ſolennitatibus, & ſacrificiis, & cultibus Deorum, & Geniorum, quos multis in locis ſine ſolennitatibus, & ſine ſacrificiis eſſe coegiſti, & quos legitimis, ac debitis honoribus fraudaſti.* Sylburgius in ſua verſione maximā partem horum verborum, quæ ſunt in græco textu prætermiſit.

Monent, Α῝ δὲ ὑποτίθεσθαί σοι) Hic infinitus ὑποτίθεσθαι, vt & ille ὑπισχνεῖσθαι pendet à verbo ἔχουσι, quod κατὰ σύλληψιν ſubaudiendum, vt ex præcedentibus patet.

Patriam exoptandam, Τὴν περιμάχητον πατρίδα) Gelenius vertit, *Patriam toties armis defenſam recipere.* Sed id περιμάχητον vocatur, pro quo inter aliquos contenditur & pugnatur: ſæpe tamen accipitur pro optabili, & pro eo, quod dignum eſt, pro quo homines inter ſe pugnent.

¶Pa.266. Plura afferre pot. Εἶχον ἔτι πλείω) Τὸ ἔτι vt ſuperfluum videtur expungendum, vel certè pro eo ἐπὶ reponendum, quemadmodum autor paulò pòſt loquitur.

Vnum adhuc, Εἷς ἔτι μοι) Antea mendoſè εἷς τι legebatur Η῝ χαλεπῶν συμπτώματων) Hic eſt ſenſus. Hæc ne tibi videtur contemnenda, quæ cum extremo periculo ſunt coniuncta?

¶Pa.267. Cæteriſque vobis, Καὶ ἡμῖν) Mallem ὑμῖν, vt ad legatos Minucij ſocios referatur, quos Marcius alloquebatur.

Donatam retuli, Α᾽νεδόμην) Α᾽νεδούμην legendum, ἀναδεῖσθαι, ligari, vinciri, coronari: ſed ego ſenſum ſum ſequutus. Sylburgius ἀνεδούμην, quod minus receptū: hoc enim verbum, vt & τὸ δέομαι, non ſolet in primis perſonis contractionem admittere, quæ autem verba, & in quibus perſonis, ac numeris contractionem recipiant, vide apud Clenardum vbi de verbis circumflexis agit.

Vtilitatis mihi affert, Α᾽ρετῆς ὄφελος, ἀλλ᾽ ἐν τοῖς) Hæc ita videntur diſtinguēda, ἀρετῆς ὄφελος; ἀλλ᾽ ἐν τοῖς. hoc autem ἀλλὰ iam interrogatiuè poſitum reſpondet τῷ πότερος præcedenti, & idem valet ac τὸ ἢ, quod eſt vſitatius. In fine periodi deeſt interrogationis nota. Δι᾽ ἐκεῖνον) aliàs δι᾽ ἐκεῖνο.

Lucio, Δεκίῳ) Λευκίῳ legendum vt patet ex iis quæ ſuprà ſunt dicta.

¶Pa.269. Non ab aliquibus hominibus datam, Οὐκ ἀνθρώπων ὑμῶν τινῶν τήνδε θεμένων τὸν νόμον) Ex ipſo ſenſu patet hæc ita legenda ἡμῶν τινῶν τήνδε θεμένων τὸν νόμον. οὐδὲ ἀνελόντων ποτὲ αὐτὸν, ἐὰν τἀναντία αὐτοῖς δοκῇ. Illud autem αὐτὸν, ad νόμον, αὐτοῖς verò, ad ἀνθρώποις, quod ſubaudiendum, refertur: hoc quoque dicetur obiter τὸ ἀνελοῦντων, ſi codex mendo caret, κατὰ χρόνε ἐνεστῶτα ἀντὶ τοῦ ἀναιρησόντων ab autore poni: ſi futurum poſterius ab ἀνεῖλον formatum eſſet in vſu, & ἀνελῶ diceretur, ἀνελούντων legendum putarem. Moſchopulus in ſuo de ratione examinandæ orationis libello, in voce καθελὼν hæc tradit, ἑλῶ, τὸ λαμβάνω, ἄχρηστον, ὁ μέλλων ἑλῶ, ὁ δεύτερος ἀόριστος εἷλον: at nullius autoritatem affert, qua ſuam ſententiam confirmet. Dionyſius pag. 408, ἐξελῶντες dixit. Hæc ſunt eius verba, καὶ παρεσκευάζοντο ὡς ἐξελῶντες. πολυχειρίᾳ τὸ φρούριον: & p. 431. σφόδρα ἐχάρησαν, ὡς ἐν τῷ τότε κινδύνῳ κατὰ τὸν χαρίεντα τὴν Ρ῾ωμαίων καθελοῦντες ἀρχήν: quare ſi ἐξελοῦντες, & καθελοῦντες, & ἐξελούντων, & καθελούντων licet dicere, ἀνελοῦντες, καὶ ἀνελούντων dicere liceat. Idem Dionyſ pa. 515. ἐκ ἀπελοῦμεν ἐκ μέσου τοῦ φλυάρους, & Dauid Pſal. 36. ver. vlti. καὶ βοηθήσει αὐτοῖς κύριος, καὶ ῥύσεται αὐτοὺς, καὶ ἐξελεῖται αὐτοὺς ἐξ ἁμαρτωλῶν. Extat & apud Euripidem in Helena locus, ex quo apparet τὸ ἐξελῶ in futuro reperiri. ſic autem ille pa. ex Plantini typis 655.

Ε᾽λθὼν δ᾽ ἐς οἴκους ἐξελῶ κόσμον νεκρῷ,
Καὶ σ᾽ οὐ κενοῖσι χερσὶ γῆς ἀποστελῶ.

Quare correctio noſtra non videtur damnanda, A præſertim cum Euripidis autoritatē laudare poſsimus.

¶P.270. Colimus, Στέργομεν) Ex verbis illis præcedentibus ἀγαπώμεθα, καὶ φιλοπονούμεθα, facilè colligitur hic quoque legendum στεργόμεθα, & paulò pòſt καταλειπομένων, alioqui oratio videretur ἀνακόλουθος.

Priuati homines, Επέρχεται καθ᾽ ἕνα φρονεῖν) Verba ſonant, *Neque verò ſolis priuatis hominibus: ſed & integris ciuitatibus, ac gentibus in mentem venit vt hac in re conſentiant:* Sylburgius putat poſt ἐπέρχεται, vel ταῦτα, vel οὕτως deſiderari: ſed tamen vulgata lectio poteſt retineri, quā- B uis nihil aliud addatur.

In quos immeritos, Οὐκ ἐπιτηδείοις ὄντι) Α᾽ντὶ τοῦ οὐκ ἀξίοις οὖσι, ἤτοι ἀναξίοις, quod obſeruandum. Sic & Demoſthenes Philip. 3 loquitur, Ο῾ρῶν δὲ τοῦτο ὁ δῆμος ὁ τῶν ὠρειτῶν, ἀντὶ τοῦ τῷ μὲν βοηθεῖν, τοὺς δ᾽ ἀποτυμπανίσαι, τοῖς μὲν οὐκ ὠργίζετο, τὸν δ᾽ ἐπιτήδειον εἶναι ταῦτα παθεῖν ἔφη. ἀντὶ τοῦ ἄξιον εἶναι ταῦτα παθεῖν ἔφη. Quos autem hic ἐπιτηδείους appellat Dionyſius, eos alibi συνωνύμως, & vocabulo magis communi, ἐνόχους vocat. i. *ſontes, & culpæ obnoxios*, qui ſunt in culpa.

C Quem illis ademit, Αὐτοῖς ἀφῄρηται) Dicimus & ἀφαιρεῖσθαί τι τινὸς, & τινι, & τινὰ, & interdum ἀφαιρεῖσθαι τι ἀπό τινος, vt apud Latinos auferre aliquid ab aliquo: vulgata lexica tibi copiam exemplorum cæterorū ſuppeditabunt: at in iis, quod ſciam, non reperies ἀφαιρεῖσθαί τι τινι, vt hîc apud Dionyſium. Idcirco lectorem monere volui: ſed ſi codex eſt corruptus, quod non credo, pro αὐτοῖς dicendum αὐτούς.

Amicitiam perpetuam, Φιλίας τε ποιήσονται) Ποιήσονται legendum, quod ex ipſo ſenſu, verbiſque præcedē- D tibus, & ſequentibus colligitur. hoc autem ad ῥωμαῖοι referendum, & cum eo τὸ ἀποδιδῶσι coniungendum.

Recipiat, Μεταδώσουσι) Atqui vt ſuprà videre poſſumus, non Volſci, ſed Romani iure ſuæ ciuitatis Latinos donarant: quare hîc vel μεταδῶσι, vel μεταδιδῶσι legendum, vt hoc ſuperiori verbo ἀποδιδῶσι reſpondeat: quomodo autem hic locus ſit legendus ipſe Dionyſius de re eadem agens iiſdem ferè verbis docet, Ε᾽ὰν (inquit pa. 382) ἀποδιδῶσι τὴν χώραν Οὐολούσκοις, ἣν κατέχουσιν αὐτῶν βίᾳ, καὶ φίλους ποιήσονται πάντων αὐτοῖς μεταδιδόντες τῶν E ἴσων, ὥσπερ Λατίνοις, διαλύσονται τὸν πρὸς αὐτοὺς πόλεμον. Κατὰ τὸν τρόπον) Rom. codex, καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον habet: quæ lectio longè melior. Sylb. Οὐκ ἀνάγκη) R. cod. οὐκ ἀναγκαῖον, quod longè melius.

In ſua concione dixerat, Ω῾ς τότε δημηγορῶν ἔφησεν) Hæc non ad Marcium: ſed ad Minucium ſunt referenda, qui vt Marcium à ſuo conatu deterreret, in ſua concione paulò antè habita, Latinorum maximum robur, ac vires eſſe dixerat, hóſque, ſi opus eſſet, auxiliū P. R. miſſuros affirmarat: qua de re pa. 369.

F Suſtinere, in quo, Υ῾πομένειν. ἐν ᾧ δὲ) Ex ipſo ſenſu, verbiſque tam præcedentibus, quàm ſequentibus, cōſtat hæc ita legenda, ὑπομένειν, ἐν ᾧ, καὶ περὶ τῶν ἰδίων ἁπάντων ἀγαθῶν κινδυνεύουσι. τί τε ἆθλα, &c. vel ἀντὶ τοῦ δὲ legendum δή, vt Sylburgius cenſet: niſi pro δή, τὸ δὲ poſitum dicas.

Quæ rebus tam fel. Οὐκ εἰς ἃ κατορθοῦσιν) Hæc ita puto corrigenda καὶ εἰς ἃ κατορθοῦσι, Id eſt, *oſtendite P. R. quæ præmia maneant eos, qui* agrum alienum appetunt tam quum rem feliciter gerunt, quàm quum res ipſis G præter animi ſententiam ſuccedunt. εἰς ἃ κατορθοῦσι) (μὴ τυχοῦσι. Hæc autem ita ſunt conſtruenda, & intelligenda, καὶ ἐπιδείκνυτε αὐτοῖς τὰ ἆθλα γενόμενα, vel potiùs γενησόμενα τοῖς γλιχομένοις τῆς γῆς ἀλλοτρίας, καὶ εἰς ἃ κατορ-

ἃ κατορθοῦσι, καὶ μὴ τυχοῦσι, ἀντὶ τοῦ καὶ εἰς ἃ μὴ κατορθοῦσι. Eſt autem Atticiſmus κατορθοῦν εἰς τινὰ πράγματα pro ἐν τισὶ πράγμασι, id eſt, felicem rerum aliquarum exitum habere res aliquas feliciter gerere. Obſeruandum etiam τὸ τυχοῦσι præſentis tertiam pluralem eſſe, à verbo τυχέω, & μὴ τυχεῖν pro ἀτυχεῖν poſitum, id eſt, voti compotem non fieri, quod aliàs ἀποτυγχάνειν dicitur: alioqui orationis conſtructionem mutatam dicendum, quod parum probabile: hic autem autor, vt alibi monuimus, ſæpe verba, & loquutiones poëticas vſurpat: quamobrem ne hoc quidem nouum videbitur.

Addite, Προσθεῖτε) Id eſt, *Proponite*. Interpretes alij videntur legiſſe προτίθεσθε. ſed nihil mutandum.

Capere vult, Περιλαβεῖν βουλομένοις) Si codex mendo caret, hic datiuus à verbo προτίθεσθε regetur: ſed ſtructura durior videtur. Mallem βουλομένους, quod apparet ex ſequentibus Dionyſij verbis. Κίνδυνον ἀναιρήσειν) aliàs ἀναρρίπτειν κίνδυνον. Παρ' ὃν αὐτοῖς) Senſus videtur aliquam huiuſmodi lectionem flagitare, παρ' ὃν γὰρ αὐτοῖς. vel καὶ γὰρ παρ' αὐτοῖς τὰ δίκαια ποιεῖν, καὶ μηδενὶ δεινῷ περιπεσεῖν, προθυμοῦνται ὅμως τὸν ὑπὲρ τῶν ἐσχάτων κίνδυνον ἀναιρήσειν.

In tuam, Σήν τε χάριν) Vel εἴς τε τὴν σὴν χάριν, vel σοί τε χάριν videtur legendum. χάριν autem, & ἕνεκα συνωνύμως ponentur: ſi codex mendo caret, erit ἔλλειψις præpoſitionis εἰς. Sic loquitur & Apollonius Rhodius Argonauticorum lib. 2. 98. 634. Ἐξότε πόντον ἐμὴν χάριν ἠγρέσθε ἀντὶ τοῦ εἰς τὴν ἐμὴν χάριν, in meam gratiam. Sic etiam Æſchylus in Perſis, ex Henrici Steph. typis pag. 173. Ἐρως, ἴρισσε, καὶ ἄναξ ἐμὴν χάριν. Et Euripides in Medea pag. ex Plant. typis 183. Δίξῃ δ' ὅλεσα, καὶ προδοῦσα πατρὸς φυγὰς ἀφεῖται παισὶ τοῖς δ' ἐμὴν χάριν. Idem Eurip. in Helena, pag. 642. 10. Λιπών σε, Τροίας ἐξέπορσα σὴν χάριν. ſed hæc ſunt potiùs poëtica, quàm ſolutæ orationis.

Siue etiam ne, Λόγον ἢ ἵνα μὴ) Lapus τὸ ἢ non videtur in ſuo codice habuiſſe. Ego quoque longè meliorem lectionem fore puto, ſi dicas λόγον, ἵνα μὴ: id eſt, ſiue quòd hunc rumorem ipſe finxiſſet, ac ſparſiſſet, ne in hoſtium gratiam bellum intermiſiſſe, ác ab armis abſtinere videretur.

Satricanos, Σατρικανῶν πόλιν) Liuius hanc vrbem Satricum vocat, à qua ciues Satricani ſunt dicti.

Vtriuſque vrbis, Τὰς ἐξ αὐτῶν) Hoc αὐτῶν, & illud τὰ videtur expungendum: nam vtrumque eſt ſuperfluum & legitimam orationis ſtructuram impedit: quin etiam diſtinctio poſt ὠφελείας eſt tollenda: ſi ita legas nullum participium deſiderabitur, vt Sylburgius cenſet, qui ἐνεχομένους putat deeſſe.

Setiam Κήτιαν) Nullam vrbem nomine Cetiam in Italia apud autores reperio. Exiſtimo Σητίαν, vel potiùs Σητίαν legendum, à qua Setini populi ſunt denominati, de quibus Plinius lib. 3. cap. 5. mentionem facit, & Dionyſ. ſuprà pag. 241. Leuis eſt mutatio.

Polſcanorum, Πολυσκανῶν) Lapus videtur legiſſe Τυσκλανῶν. Gelenius Polluſtiam vocauit. Liuius *Poluſcam*. Ego Dionyſium ſum ſequutus, quòd nihil haberem certi. ſed ſi πολυσκανοὶ ſunt qui à Plinio lib. 3. cap. 5. Polluſtini vocantur, proculdubio πολύσκα, vel potiùs πολύσκα, vt ſuprà vidimus Polluſcia erit appellanda, cuius ciues Πολυσκανοὶ dicentur.

Albietas, Ἀλβιήτας) Gelenius *Albiolanos* vertit: ſed res in dubio verſatur. Fortaſſe Dionyſius eos intelligit, quos Plinius Albenſes vocat.

Mugillanos, Μογιλλανούς) Μουγιλλανούς, vel (vt aliis placet) Μουγιλλανούς ſcribendum.

Coriolanos, Κοριολανούς) Atqui, vt ſuprà declaratum pag. 365. Marcius Coriolos iam ceperat. Hæc ſunt autoris verba, ἀπήγε τὴν δύναμιν ἐπὶ τὴν κοριολανῶν πόλιν, παραδόντων δ' ἐκείνων τὴν ἔνδον ἀμαχητὶ, &c. Quare, vel dicendũ Coriolanos ab eo poſtea defeciſſe, ita vt Marcius eos iterum in ſuam poteſtatem redegerit, quod parum veriſimile. Rem enim tanti momenti Dionyſius ſilentio nunquam præteriiſſet: vel certè locus eſt mendoſus. Et reuera Gelenius Κοραιοὺς videtur legiſſe, de quibus Plinius lib. 3. cap. 5. hæc lectio mihi quoque probatur.

¶Pag. 271. Tuſculum, Τυσκανούς) Leuis eſt error: legendum enim Τυσκλανούς.

Bello depoſito, Καταλυσάμενοι τὸν πόλεμον) Copula καὶ deſideratur, & diſtinctio poſt πόλεμον tollenda.

Senatus hæc decreu. Ταῦτα ψηφισαμένης τῆς βουλῆς) Nullum eſt verbum, à quo hæc participia regantur, & oratio eſt ἀνακόλουθος. Legitima conſtructio aliquam huiuſmodi lectionem flagitat, ταῦτα ψηφισαμένη ἡ βουλὴ, καὶ πρὸς ταῖς ἑτέροις ἑλομένη δέκα ἄνδρας ἐκ τῶν ὑπατικῶν, αὐτοὺς ἔπεμψεν ἀξιώσοντας τὸν ἄνδρα: Id eſt, *Senatus igitur cùm hæc decreuiſſet, & decem alios legatos viros Conſulares elegiſſet, eos miſit vt hominem rogarent*, &c. quòd ſi liberius à Dionyſij verbis recedere liceret, hunc locum ita corrigendum putarem, ἡ δὲ βουλὴ ταῦτα ψηφισαμένη πρὸς ταῖς ἑτέροις δέκα ἄνδρας ἐκ τῶν ὑπατικῶν εἵλετο, καὶ ἔπεμψεν αὐτοὺς ἀξιώσοντας τὸν ἄνδρα. Sylburgius hoc non obſeruauit: quare vulgatam lectionem, quæ eſt mendoſa, ſequi non dubitauit.

Deterreretur, Ἐξαπτηκυίας) Τὸ ἀπτῆσαι in ſimplici eſt vſitatum: ſed in compoſitione τὸ ἐξαπτῆσαι ἀντὶ τοῦ ἐναπτῆσαι apud nullos alios reperio: ſuſpicor ἐναπτηκυίας legendum: hoc & à Sylburgio notatum.

Tum ob ſuas virtutes, Καὶ ἀρετῆς οἰκείας) Vel ἀρετὰς οἰκείας legendum, vt hæc ab illa præpoſitione κατὰ regantur: vel, quod veriſimilius, καὶ ἀρετῆς οἰκείας ἀξίωσιν ἔχοντας ἅμα αὐτοῖς τῶν, &c. Id eſt, *Atque hi ipſi tũ ob claros natales, tũ ob ſuæ virtutis dignitatẽ, cæteris omnib ſplẽdore longè antecellunt*: hoc autem participiũ ἔχοντας pendebit à præcedentibus verbis καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας. Illa enim ἱερὰ τὰ παρ' αὐτοῖς, κατὰ πάτριον dicuntur. Niſi legamus ita, ſequentia cum ſuperioribus malè cohærebunt, & legendum erit ἅμα αὐτοῖς τῶν ὀργιαζομένων τε, καὶ θεραπευομένων θεῶν τοῖς συμβόλοις, vel participium φέροντας deerit, ſed hæc poſterior lectio maiorem habet mutationem. Lector quam volet ſequetur.

Vnà cũ ipſis inſignibus, Ἅμα αὐτοῖς τῶν ὀργιαζομένων) Lapus hæc ita, *Vnà cum Orgiſſomenis ipſis*, &c. Gelenius verò, *Præferentes Deorum, quibus initiati eſſent, inſignia*. ὄργια propriè vocantur bacchi ſacra, hinc ὀργιάζειν, Bacchi ſacra celebrare: κοινῶς tamen ad quæuis alia ſacra trãſfertur: ſed iam τὸ ὀργιάζεσθαι, καὶ θεραπεύεσθαι, συνωνύμως dici videntur.

Senatus mandata, Αὐτοῖς ἐπέστελλον) Si codex mendo caret, ſubaudiendum eſt verbum λέγειν: alioqui αὐτοῖς dicendum, vt legitima conſtructio poſtulat.

Ad ſe, Πρὸς αὐτούς) Mallem πρὸς αὐτὸν, vt hoc ad Marcium referatur: ſi vulgatam lectionem retineamus, vertemus, *Et edixit neque in poſterum cum illis loqueretur*.

Fruſtrati, Ταύτης ἐπέτυχον) Ex ipſo ſenſu, verbíſque præcedentibus, patet legendum ἀπέτυχον) (ἐπέτυχον.

Ad foſſas, Ὑπὸ τῇ τάφρῳ) Fortaſſe meliùs ſi legatur παρὰ τῇ τάφρῳ, vt παρὰ ταῖς πύλαις, id eſt, pro foſſis, & pro portis.

¶Pag. 272. Declarauit, vnã eſſe r. ſalutis p. ſpẽ, Ὑπέσχετο μίαν εἶναι σωτηρίας ἐλπίδα) Hoc verba ſonant, *Promiſit ipſis vnicam eſſe ſalutis ſpem*: ſed maior ſenſus, quàm verborum habenda ratio, & vertendum, *Affirmauit ipſis*, &c. ſed reuera durum eſt loquendi genus: dicendum enim potiùs, ἔδειξε, vel ἀπέδειξε μίαν, &c. hæc ſunt recepta & vſitata. Sylb. tamen ſequutus verba græca vertit, deinde pollicebatur, &c.

Aſſumptáque, Καὶ παραλαβοῦσα) Error eſt manifeſtus: legendum enim παραλαβοῦσα, & cum γυνὴ iũgendum. Iſtam coniecturam confirmant verba, quæ extant pag. 380. τήν τε γυναῖκα τοῦ Μαρκίου παραλαβοῦσα, καὶ τὰ τέκνα: vulgata lectio eſt abſurda.

Deplorantes fortunam, Ἀνακλαιομένας) Si codex

mendo caret, nunc τὸ ἀνακεκλαῦσθαι ἀντὶ τοῦ ἀνακλαίειν, ſiue ἀνακλαίεσθαι ab autore poſitum: ſed fortaſſe ἀνακεκλαυμένας legendum: κλαίεσθαι verò pro κλαίειν: id eſt deflere, eſt frequens apud Græcos ſcriptores. Eurip. in Hecuba pag. ex Planti. typis. 7. κ. λύμαστ' ἢ μετακλαίομαι. Idem in Iphig. ἐν ταύροις. 404. σύγγονον ἀμὸν κατακλαιομένα.

¶Pag. 273. Auerſus, Ἐπιστραφείς) Ἀποστραφείς videtur dicendum, quemadmodum ſuprà pag. 378. extat, ἀποστραφεὶς γὰρ ἡμᾶς.

Et inhumanum, Ψυχὴν ἄτεγκτον) *Animum inuulnerabilem, impenetrabilem*, Id eſt, durum, qui nullis affectibus, nullis precibus moueri flective poteſt.

Ἐκ τοῦ ἱερᾶ τῶν γυναικῶν) Δηλονότι τῶν Οὐεστερίας, ἢ τῆς Οὐολουμνίας.

Et ad veſperum, Μέχρι τῆς ἑσπέρας) Sententia eſt imperfecta. Senſus autem ipſe aliquam huiuſmodi lectionem flagitat: καὶ μέχρι τῆς ἑσπέρας ὅ, τι χρὴ ποιεῖν σκοποῦντες διετέλεσαν. Sic alibi Dionyſius loqui ſolet. Sylburgius participium λεχθέν τι ſubaudiri putat: quod iam parum commodè videtur ſubaudiri.

Vnà cũ liberis, Ἀνὰ τέκνων) Imò verò μετὰ τέκνων, hoc ex ſuperioribus patet. Sic enim autor pag. 378. καὶ παραλαβοῦσα μετ' αὐτῆς Οὐολουμνίαν τὴν τ' ἀγαθὴν γυναῖκα, καὶ τοὺς παῖδας αὐτῆς, καὶ τὰς ἄλλας ἡμᾶς φέρουσα τὰ νήπια, καὶ ποιοῦσα τὰς φωνάς.

¶Pag. 274. Deterritus, Ἐπιπερισχεθεὶς) Ἐπιπερισχεθεῖσαν legendum: hoc enim ad βουλὴν referendum, quod ſubauditur: error eſt manifeſtus.

Mulas iugales, Ζεῦγος ἡμιόνων ὀρικόν) Τὸ ἡμιόνων ſuperfluum videtur: ſatis enim eſt ſi dicas ζεῦγος ὀρικόν. ὀρεῖς tam muli quam mulæ dicuntur, quòd ad itinera montana aptiores ſint, quàm cætera animalia. ζεῦγος ὀρικὸν, vocantur mulæ iugales, quæ ſub eodem iugo iunctæ currum trahunt. Sed ſi codex eſt ſine mendo, τὸ ἡμιόνων ad dilucidiorem explicationem additum dicemus, quod reuera minimè nouum videri debet. Suidas enim hoc ipſum confirmat, quum ait ὀρικὸν ζεῦγος, τὸ τῶν ἡμιόνων: quare puto vocem ἡμιόνων fortaſſe ad marginem ab aliquo literarum ſtudioſo ἐπεξηγήσεως gratia additam, poſtea per imperitiam aliorum in ipſa textus verba tranſlatam.

Multi, Συχνοὶ συνεχεῖς) Vel hæc duo συνώνυμα à Dionyſio ponuntur, vel certè vertendum, *frequentes, & contigui*. Hoc autem συνεχεῖς erit incrementum, quaſi dicat, adeò erant frequentes vt alij alios tangerent: ſed pòſt συχνοὶ diſtinctio ponenda, atque orationem ἀσύνδετον eſſe dicemus.

Erga parentem, Πρὸς τὸ γένος) Interpretes alij per τὸ γένος ſexum, & cognationem intelligunt. Ego verò puto Marcij matrem intelligi: quod Dionyſius ipſe innuere videtur, quum pietatis mentionem facit.

Vtrunque filium exoſculatus, Ἑκάτερον προσαγόμενος) Id eſt, Cùm vtrumque filium ad ſe admouiſſet: ſed ab antecedenti conſequens intelligendum, id eſt, cùm vtrumque filium, quem ad ſe priùs admouerat, exoſculatus fuiſſet.

Omnibus audientibus, Ἡ δὲ πάντων ἀκουόντων) Hæc ita & diſtinguenda, & legenda puto: ἤρξατο λέγειν, οὐ δεινὸν γὰρ αἰσθεῖν διέσωσθαι, & τὸ ἤρξατο ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendum.

In quo loco ſedens, Ἐν ᾧ καθεζόμενος) Περιφραστικῶς ipſum tribunal intelligitur, quod paulò pòſt βῆμα στρατηγικὸν vocatur. Hic autem eſt huius loci ſenſus, Eum rogabat vt ſe audiret ex tribunali, vnde hominibus ad ſe confluentibus ius dicere ſolebat.

Turbæ, Τοῖς ὄχλοις) Marcius non ipſi turbæ, ſed matri in turbæ conſpectu reſponſum erat daturus: quare videretur ἐν τοῖς ὄχλοις dicendum: ſi tamen codex eſt ſanus, τοὺς ὄχλους ὑποβάλλων iam appellabit Volumniæ, Veturiæque comites, quarum numerus erat magnus,

Præclarè, Ἐν καλῷ) Δηλονότι χωρίῳ, ἢ καιρῷ. Vt autem hoc quoque dicatur, obiter pro πεπεισμένος mallem πεπεισμένος, vt ſenſus, & constructio flagitat: atque hoc τῷ χρησάμενος reſpondebit. Sylburgius putat hũc eſſe huius loci ſenſum, τὴν ἀπόκρισιν τοῖς ὄχλοις ἐν καλῷ ποιῆς ὑπηρέτης, vt τὸ πεπεισμένος idem ſit ac ἀγρόμενος.

¶Pag. 27 . Iniuriam nobis feciſſet. Εἰς ἡμᾶς ἐξαμαρτήσαι) Si nullum eſt mendum in codice, τὸ ἐξαμαρτήσαι, καὶ τὸ παρασχεῖν ad illud δεῖσθαι referendum erit, quod profectò valde durum. Crediderim potiùs legendum ἐξαμαρτήσας, & παρασχόντας vt hæc ad illud participium præcedens, νεύσαντας referantur.

Sed auſæ ſumus, Ἀλλ' ἐτολμήσαμεν) Hæc ita ſunt legẽda, ἀλλ' ἐτολμήσαμεν, ὡς ἐξήνεγκεν ἡμᾶς, ἐκ θεῶν δεῖ τι: alioqui dicendum, ἐτολμήσαμεν, ὡς ἐξήνεγκεν ἡμᾶς ἐκ θεῶν δεῖ τι.

Vt pro hoſtibus, Πολεμίας ὑπὲρ) Ἀντὶ τοῦ ἑαυτοῦ, δηλονότι τοῦ Μαρκίου.

Circunſtantium, Τῶν περιεστηκότων) Si vulgata lectio eſt bona, intelligentur nobiliſſimi quique, qui rebus præerant: ſed aliorum interpretatio facit vt credam legendum potiùs τῶν περιεστηκότων, id eſt, *eorum qui Marcium circunſtabant*, vel qui circum circa erant: hæc lectio longè commodior videtur quam altera.

Induciis factis, Πεποιημένος ἀνοχαὶ) Mallem πεποιημένος vt ex verbis præcedentibus facilè poteſt colligi. Πατρίδος αἷμα) Perperam antè αἷμα legebatur.

¶ Pag. 276. Patriæ ſanguine ipſorum manibus libaris, Τὸ τῆς πατρίδος αἷμα ταῖς χερσὶν αὐτῶν ἐπισπένδων) Gelenius hæc ita, Niſi patriæ ſanguine parentaueris eorum manibus. Sed Dionyſij verba, ni fallor, longè aliud ſonãt, & τὸ ἐπισπένδειν hoc loco libare, & effundere ſignificat: ſiquidem σπένδω (vt in hortis Adonidis legere eſt) dictum παρὰ τὸ πίνω, ὃ ἐστι ποτίζω τὴν γῆν τῷ οἴνῳ, Id eſt, *terram vino rigare*: ſed φιλικῶς ἀντὶ τοῦ ἐκχεῖν accipi poteſt: hoc autem verbum priſcum illud libationum, ac ſacrificiorum genus redolet: qua de re multa apud Seruium: illa verò ἐπὶ addita ad verbum σπένδω iam idem ſignificat *ac præterea*: non igitur ſuperflua.

Memorem eſſe, Μνησικακεῖν πρὸς τὴν σὴν) Πατρίδα deſideratur. Κτεινομένων κατεῖχον) Κτεινόμενοι legendum: error eſt manifeſtus: hoc enim participium κτεινόμενοι ad τοὺς ὑβρίσαντας refertur, & cum illo verbo κατεῖχον iungitur.

¶Pag. 277. Sacras Deorum coronas, Ἱερὰ σώματα τῶν θεῶν) Hæc videntur perturbata, & ſic in ſuas ſedes reſtituenda, ὁ πόλις, γυναῖκας ἄνδρας, ἱερὰ σώματα τῶν θεῶν ἔχοντας, καὶ προτείνοντας, quòd ſi copulam καὶ minimè addas, dices eſſe λόγον ἀσύνδετον. Sylb. in codice Rom. ita ſcriptũ ait, γυναῖκας ἄνδρας, τοὺς τῶν θεῶν στέμματα προτείνοντας, ἱκετεύουσας quod mihi quoque placet.

Quæ omnis ira mollitur, Ὑφ' οὗ μαραίνεται πᾶσα ὀργὴ, καὶ αὐτὸ τὸ μισεῖν τὸν ἐχθρὸν, ἐλεεῖ) Legitima conſtructio videtur poſtulare vt legamus καὶ αὐτὸ τὸ μισεῖν δεῖν τὸν ἐχθρὸν, ἐλεεῖν, atque τὸ ἐλεεῖν, reſpõdebit τῷ μαραίνεται. Illa verò ὑφ' οὗ ad ἔθος ſunt referenda. vel certè dicendum, καὶ αὐτὸ τὸ μισοῦν τὸν ἐχθρὸν, ἐλεούμενον. hoc longè meliùs, vulgata lectio eſt admodum dura. Si tamen codex mendo caret, figuratum erit loquendi genus, & iræ tribuetur, quod hominibus iratis propriè conuenit. Sic autem vertes, â quo more, vel ob quem morem, ob quam conſuetudinem omnis ira mollitur, lenitur, ſedatur, & qui eſt iratus cùm inimicum odio proſequi deberet, eum miſeratur. Idem eſt ſenſus. Potes & ita locum interpretari: Qui mos omnem iram ſedat, & facit vt inimicum, quem odio proſequi deberemus, miſeremur. Ἐξαμαρτάνοντες) Ex ipſo ſenſu verbiſque præcedentibus ἐξαμαρτόντες legendum patet.

Conſtituerunt, Ταῦτα παρασκευασάμενοι) Exiſtimo legendum κατασκευασάμενοι. Sic enim paulò antè autor eſt loquutus, θεῶν ἡμῖν ταῦτα τὰ ἔθη κατασκευασαμένων. Si codex eſt ſanus τὸ παρασκευάσασθαι hoc loco idem ſignificabit ac τὸ παραδοῦναι. ſed alterum erit ἐμφατικώτερον, & ἀντίθεσιν quandam in ſe continebit.

In viduit. Χῆρα) Perperam antè χήρα legebatur: ſed

μακρὰ

Digitized by Google

μακρῶ περὶ μακρᾶς ἡ φιλοσοφία. vide quæ nomina ſecundæ ſimplicium habeant τὸ α. longum, qua de re fuſiſſimè Doctiſſ. Laſcaris in ſua grammatica græcolatina pag.311. ἐν τῷ περὶ τῶν εἰς α. θηλυκῶν.

Ἔργων τε ὑπομνήσεις) Verba hoc ſonant, Rurſus etiam conſidera commemorationes operum vtilium, quàm multa, & magna : hæc enim πολλὰ, καὶ μεγάλα ad ἔργων, non ad ὑπομνήσεις referenda. Ego tamen in mea verſione ſenſum ſum ſequutus. Lapus vertit recordare: quare ὑπομνήσεσι videtur legiſſe. Sylburgius ὑπομνησθεὶς legendum putat: id eſt, recordatus, memor: ſed nihil mutandum.

Quibus ſenect. γηροβοσκοί) Perperam antè γηροβόσκους legebatur. hæc vox pag.379. & 382. bene ſcripta reperitur.

Seditione ciuili, Στάσεως πολιτικῆς) Oratio eſt imperfecta: ſententiam abſolues ſi legas ἐν μέσῳ στάσεως, id eſt, *quum te in medio ciuilis ſeditionis poſitum viderem.* τὸ μάλιστα autem ἀντὶ τὸ μάλιστα ſimpliciter, eſt ab autore dictum.

Paruo momento, Ἐπὶ μικρᾶς αἰωρεῖται ῥοπῆς) Id eſt, vt hæc ad verbum reddamus, *humana vita ex paruo momento pendet:* Huc tritum illud ſpectat,

Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo.

¶Pag.278. Spectaculi nouitatem, Τὴν ἀλήθειαν τῆς ὄψεως) Ex ipſo ſenſu facilè colligitur leuiſſima mutatione facta τὴν ἀήθειαν legendum, id eſt, illius ſpectaculi inſolentiam, vel nouitatem non tulerunt. vulgata lectio videtur abſurda : quid enim quæſo ſignificarent iſta, *ſpectaculi veritatem non tulerunt?*

Proſiluiſſet, Ἀνηλόμενος) Si codex eſt ſine mendo, dicemus eſſe defectum pronominis αὐτὸν, ſed hoc parum probabile : ſuſpicor ἀναλλόμενος legendum, vel ἀναλόμενος, vt ſit participium aoriſti poſterioris medij.

Quæ autem illis viſa ſunt, Ἦν δὲ τὰ δόξαντα) Gelenius videtur legiſſe, τέλος δὲ τὰ δόξαντα, αὐτοῖς ἦν τοιάδε, id eſt, tandem verò quæ decreuerunt, hæc fuerunt. Quæ ſi vera ſunt, τὸ τέλος, quod paulò poſt ſequitur, tranſpoſitum fuiſſe dicemus : hoc à veritate non videtur alienum.

¶Pag.279. Et ad perpetuam poſteritatis memoriam, Ἀποδιδόναι τῆς προθυμίας, πάλαι δικαία) Senſus indicat legendum προθυμίας πάλαι, & hic diſtinctionem addendam : pendet enim hoc πάλαι ab illo ἀποδιδόναι, hæc verò ab illis ἀπεδείξατο γνώμην, quæ repetenda. Senſus autem hic eſt, Dixitque ſententiam, qua demonſtrauit oportuiſſe iam pridem, ſiue multò antè honores matronis redditos eſſe. At profectò hoc loquendi genus paulò aſperius videretur: quare verbis mordicus hærere nolui: ſed maiorem ſenſus, & Latinæ puritatis rationem habendam eſſe cenſui. Illud etiam addam pro ἐκ τῶν ἐπιγινομένων, dicendum potiùs ἐπὶ τῶν, vt ἡ ἐπὶ ſignificet apud, id eſt, vt memoriam ſempiternam apud poſteros ipſis ferret, id eſt, conciliaret, vel pareret: hoc enim eſt vſitatius, & aliàs συνωνύμως dicitur παρὰ τοῖς ἐπιγινομένοις, vt pagina 3. Si codex eſt ſanus, idem erit ſenſus at loquendi genus non, tam vſitatum.

Preces facerent, Ἐποιήσαντο λιτὰς) Hic de futuro, non de præterito agitur : nondum enim id templum fuerat extructum, vt mulieres in eo preces iam concipere poſſent: quare ποιήσωνται potiùs, dicendum videtur : pro χωρὶς autem Sylburgius ait χωρίῳ reponendum: ſed nihil mutandum: vulgata lectio eſt bona: χωρὶς enim dixit, quia ſolæ mulieres ſeorſum à viris ſua ſacra faciebant.

Conuenientes ſacrificio perag. Συνιούσας ἐπιτελεῖν) Si codex eſt ſanus, hic infinitus ἐπιτελεῖν pendet à verbo ἐπιτρέψαι quod præcedit: quod valde durum. Sed longè melior eſſet lectio ſi diceremus συνιοῦσαι ἐπιτελοῖεν, hoc autem verbum τῷ ποιήσωνται reſponderet. Illud autem αὐτῇ ad τύχῃ referendum, quod ſubaudiendum, vt ex præcedentibus Dionyſij verbis facilè colligitur: quare vertes, *Et quotannis ſacrificia ipſi Fortunæ (eò) conuenientes facerent.* Interpretes alij videntur legiſſe αὐτῇ αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ: verterũt enim, *Eò conuenientes*, Eos & ego ſum ſequutus, quòd hanc lectionem vulgata meliorem eſſe iudicarem: ſed non abſurdum fortaſſe fuerit, ſi & ita legas, συνιοῦσαι ἐπιτελῶσιν ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ τὴν πόλιν ἔλυσαν.

Circiter ſextum diem ex ipſo Lunæ curſu. Ἑβδόμῃ A μάλιστα κατὰ σελήνην) Si verum eſt τὴν νουμηνίαν, id eſt, nouilunium à Romanis Calendas vocari, proculdubio ex hoc Lunæ curſu, atque ex hac numerandi ratione menſis Quintilis (qui poſtea in Iulij Cęſaris honorem Iulius eſt dictus, quòd eo menſe natus credatur) ſeptimus dies incidit in ipſas Nonas, non autẽ in eum diem, qui Nonas præcedit, vt Dionyſius ait: quare pro ἑβδόμῃ dicendum puto ἕκτῃ, & vertendum, *Pridie Nonas menſis Quintilis*, id eſt, ſexto die Iulij, quem diem Dionyſius τὴν προηγουμένην Κοϊντιλίων Νωνῶν ἡμέραν B appellat.

Circiter ſex.d. Ἑβδόμῃ μάλιστα κατὰ σελήνην) Hæc ita Gelenius, *Anno deinde poſt primum ſacrificium altero ædes, quæ publicè locata fuerat, dedicata eſt pridie nonas Quintiles à Conſule Proculo Virginio.* Hinc apparet Gelenium vel longè alium codicem fuiſſe nactum, vel animaduerſa huius loci difficultate ac abſurditate, conſultò verbis vale dixiſſe, & ſenſum ſequutum eſſe : ſed tamen hæc non ſunt damnanda, ſi modò locum intelligamus vt paulò antè dictum.

C Ex ipſo Lunæ.c. Μάλιστα κατὰ σελήνην) Si Nonis. Quint. idque ex Lunæ curſu templum hoc eſt abſolutum, quid opus eſt τῷ μάλιστα. hoc enim cùm de numero agitur ſignificat fermè, propemodum, circiter: at ſi certus, & minimè dubius erat hic dies, ergo ſuperfluum eſt τὸ μάλιστα. neque enim dies idem poteſt eſſe & ſextus, & ſeptimus, aut partim ſextus, partim ſeptimus: hæc ſunt abſurda. At quum nullius certi, neque definiti numeri ſit mentio, tunc iſta particula μάλιστα perbellè poteſt vſurpari, vt ſi dicam διεῖχον ἀπ' ἀλλή- D λων σταδίους μάλιστα ἑπτά, i. inter ſe diſtabant fermè ſeptẽ ſtadia : vel circiter ſeptem ſtadia. Nequid tamen temere mutetur, dicemus τὸ μάλιστα idem iam ſignificare ac iuſtè, vt vulgus Gallicum loquitur. Quare commodiſſimè hæc ita Gallicè redderemus, *Ce iour icy tomboit iuſtement au ſixieſme de Iuillet ſelon le cours de la Lune, & les Romains l'appellent le iour qui precede les Nones de Iuillet.* Equidem quid meliùs hac de re nunc afferam non habeo.

Non ſemel, ſed iterum, Οὐχ ἅπαξ, καὶ δὶς) Senſus nos E docet hic aliquid deſiderari, & legendum οὐχ ἅπαξ, καὶ δὶς ἀλλὰ πολλάκις, id eſt, non ſemel, aut bis, ſed ſæpius: vel certè οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δὶς, id eſt, non ſemel tantùm, ſed iterum etiã: vel ἅπαξ, καὶ δὶς, i. ſemel, atque iterum. Valerius Maxim. libro 1. cap.8. hac ipſa de re verba faciens hæc tradit. *Fortunæ etiam muliebris ſimulacrum, quod eſt in Latina via ad quartum miliarium, eo tempore cum æde ſua conſecratum, quo Coriolanum ab excidio vrbis maternæ preces repulerunt, non ſemel, ſed bis loquutum conſtitit, prius his verbis, Rite me matronæ vidiſtis, riteque dedicaſtis.* Ex quibus F verbis coniicio hic quoque fortaſſe οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ δὶς legendum.

Dedicaſtis, Δεδώκατε) Hic τὸ δεδώκατε, ſi codex mẽdo caret, pro dedicare ponitur, quod obſeruandum.

¶Pag.280. Neque manus ad id. Χεῖρας προσφέρειν) Fortaſſe χήρας legendum. Sed ſi nihil mutandum γυναῖκας χήρας appellabit mulieres, quæ antè erant viduæ, ſed poſtea ſecundas nuptias ſunt expertæ: alioqui dicendum eſſet, μήτε χήρας γυναῖκας προσφέρειν, δηλονότι τὰς προσφορὰς μεθ' ὅσια ὁ λόγος, &c.

G Caſtris, Χάρακος) Perperam antè χάρακα legebatur.

Vt proditorem, Ὡς προδότην προδόντα) Si codex mendo caret, hic eſt horum verborum ſenſus, Vt pro-

ditorem, qui ſuos ſocios, ac ſodales prodidiſſet, interficere decreuit. Sed aliorum interpretatio facit vt credam legendum potiùs, ὡς προδότην προαγαγοῦσαι τῇ περὶ αὐτὸν ἑταιρίᾳ: vel certè προδόντα τε τῆ, &c. Id eſt, *vt proditorem ſuæ factioni obiectum interficere*. Hæc autem ab illo ἐδόκει το reguntur. Quanquem ne tanta fiat mutatio, poſſumus hunc locũ ſola καὶ inſerta retinere, ὡς προδότην, καὶ προδόντα τὴν, &c. Id eſt, decreuerat eum vt proditorem, & qui ſodalitium, ſociosque ſuos prodidiſſet, interficere. προαγαγεῖν enim ſępiſſime ἀντὶ τοῦ προδοῦναι ponitur: ſed hoc turpius, ac grauius, illud honeſtius, ac leuius. Hæc verò καὶ προδόντα dicemus eſſe quandam explicationem τοῦ προδότην. alioqui oratio ἀνακόλουθος videtur.

Quum in lecto ſplendidiſſimè ornato, Στρωμνῆς ἀπρεπεστάτης) Sylburgius ἀπρεπεστάτῳ, quod melius, id eſt, *in lecto, qui ſplendidiſſimo ornamento erat ornatus*.

¶Pag. 281. Legum obſeruantia, Τὴν φυλακὴν τοῖς νόμοις) Mallem dicere τῶν νόμων, quemadmodum fere vſitata loquendi forma.

Nimium rigida, Ἀπαράκλητος) Ni fallor legendum ἀπαράγνητος. Leuis eſt mutatio: παραγνάμπτειν *flectere*, & *aliquid alicui perſuadere*: huic addita priuante particula α. fit verbale ἀπαράγναπτος, *is qui nullis precibus, nullóque modo flecti poteſt*, qui durus eſt & rigidus: ἄκαμπτος quidem eſt in vſu, at ἀπαράγναμπτος apud nullos ſcriptores græcos reperio.

Non ſolùm ſi infrà modum ſit, Οὐ γὰρ μόνον ἐλλείπουσα τοῦ μετρίου πέφυκεν, ἀλλὰ καὶ) Senſus hæc ita legenda nos docet, τοῦ μετρίου, ἀλλὰ καὶ ὑπερβάλλουσα, αὐτοῖς ὑπὸ λυσιτελὴς πέφυκεν, ἀλλ' ἴσως ὅτι, &c. hæc lectio longè commodior quàm vulgata.

¶Pag. 282. Seorſim, Ὦ ἰδίᾳ) Mallem vel ὧ, id eſt, vbi, in quibus collibus erat: ſubauditur enim ἦν, vel certè ἦν τι ἴδιον. hoc & à Sylburgio notatum.

Sed re infecta redierunt, Ἀντιστρέψαι ἄπρακτοι) Fortaſſe legendum potiùs ἀνέστρεψαν. Hoc ipſo verbo pag. 392. Dionyſius vtitur. Hócque vſitatum, illud verò minùs vſitatum pro reuerti.

Aquilius, Ἀκύλλιος) Quoniam per vnum l. apud Latinos ſcribitur, eodem etiam modo apud Græcos ſcribendum videtur. Μάλιστα ἀξιοπίστῳ) Perperam antè poſt μάλιστα diſtinctio fuerat notata.

Miſſilium iactu & ſagittis, Ὑψηλαῖς σαυνίων τε βολαῖς) Ex ipſo ſenſu, verbiſque Dionyſij facilè colligitur hæc ita legenda, οἱ ψιλοὶ σαυνίων τε βολαῖς· τοῖς γὰρ ἱππεῦσι, καὶ τῷ ἄλλῳ πεζῷ τοὺς ψιλοὺς opponit. Lapi verſio noſtram coniecturam confirmat.

Vtriſque fortiter, Ἐνθύμως ἀμφοτέρων) Fortaſſe meliùs ſi hic quoque, vt infrà ἐκθύμως legamus: ſi codex eſt ſanus, erunt συνώνυμα. Νυνὶ δὲ) Τὸ δὲ ἀντὶ τοῦ δὴ nunc poſitum: hoc moneo, quia Sylburgius putat, vel νυνί γε, vel νῦν δὴ corrigendum.

¶Pa. 283. A munitionum oppugnatione, Ἐπὶ τῶν ἐρυμάτων) Mallem ἀπὸ τῶν, vt ipſe ſenſus flagitat.

De ſuperiore loco, Ὑπερδεξίων) Lege ὑπερδέξιον, quemadmodum extat bene ſcriptum pag. 420. ἦν γὰρ αὐτοῖς ἐξ ὑπερδεξίου τὸ χωρίον, & pag. 427. ὑπερδεξίους σκοπιὰς καταλαμβάνοντες. Τότε) Perperam antè τοτὲ legebatur. Fortaſſe autem longè meliùs res habebit, ſi legas τότε μὲν αὐτῶν, καὶ γὰρ ἤδη ἦν, &c. Κατ' ἄλλας ὁδοὺς) Vel ἐφοδεύων, vel ἐφέροντο deſideratur. Ὅσον ἦν κράτιστον) Hic quoque vel ἔχων, vel ἄγων deeſt, legendúmque, ἔχων ὅσον ἦν, &c. vel etiam μέρος ἀναλαβὼν, vt Sylburgius.

Aceius Tullus, Τύλλος Αττίδιος) Ἄκτιος vt ſuprà legendum: idem error & paulò pòſt eſt corrigendus.

¶Pag. 284. Valde inſignis victoria, Νίκης λαμπρᾶς σφόδρα ἐσομένης) Bene res habet: nondum enim victoria parta fuerat. Θρίαμβον ἀπέδωκαν) Vel ἀπέδωκαν, vel ἀπέδοσαν legendum. Ὥσπερ τοὺς μείζονας θριάμβους νόμος) Si codex mendo caret ad ſententiam abſoluendam κατὰ deſideratur, quod ſubaudiendum: ſed fortaſſe meliùs ſi legeretur, ὥσπερ τοῦ μείζονος θριάμβου νόμος. ſi longiùs à Dionyſij verbis recedere liceret, dicendum putarem, ὥσπερ τοῖς μείζονας θριάμβους ἄγουσι νόμος. Sic alibi loquitur hic autor. Ὦ' αν) Suprà p. 232 ὄασιν appellat: vide locum. Εἰς τὴν πόλιν) Nullius vrbis vlla mentio antè fit: hæc tamen vt de re certa dicuntur: ſed arbitror εἰς τὰς πόλεις legendum. Hoc veriſimilius eſt, vt ex ipſis Dionyſij verbis colligi poteſt. Ἀνακτήσασθαι) Subaudiendum ἄν. hoc autem ἀντὶ τοῦ ἀνακτήσασθαι. Καταπεφευγασιν) Melius καταπεφευγόσιν, vt & Sylburgius obſeruauit, tamen nihil mutandum. Δεησόμενοι) Si codex eſt ſanus, hoc refertur ad eos, qui legatos miſerant. Ego tamen exiſtimo legendum potiùs δεησομένοις, vt ad ipſos legatos referatur: atque hanc lectionem vt alteram meliorem ſum ſequutus. Ὑπερτιμήσαντες) Perperam antè ὑπερπιμήσαντες legebatur.

¶Pag. 285. Aliquot menſium pecuniam, Ἔθος ἦν, μηνῶν δίδοσθαι) Hæc ita videntur legenda, ἐκέλευον αὐτοῖς ἀργύριόν τε, ὃ κατ' ἄλλο τοῖς στρατιώταις εἰς ὀψωνιασμὸν ἔθος ἦν δίδοσθαι, μηνῶν τινῶν δίδοσθαι. Nam certus menſium numerus hic non eſt expreſſus, vt alibi ſolet exprimi.

Facilius paranda, Ταῦτα εὐπορήσωσι) Si codex eſt ſanus, eſt τὸ κατ' ἔλλειψιν, εὐπορεῖν τι, ἀντὶ τοῦ κατά τι, re aliqua abundare: ſed ſenſus hoc loco videtur poſtulare εὐπορίσωσι, id eſt, *facilè pararent*. facilis lapſus, & leuis mutatio.

Triumphum maiorem, Μέγιστον θρίαμβον) Hunc ſuprà μείζονα vocauit. Ἀρχηγὸν) Vel τὸ γενόμενον præcedens hic ſubaudiendum, vel ἀρχηγοῦ legendum: hoc enim poſtulat illud λανθάνει. Τῶν τότε ἀνθρώπων) Vel αὐτὸς μόνος, vel aliquid ἰσοδυναμοῦν ad ſententiæ abſolutionem deſideratur.

Tyrannidem, Μοναρχικῆς ἐξουσίας) Iam tyrannidem περιφραστικῶς ita vocat. Ἐνθυμούμενος) Ex ipſo ſenſu, legitimáque verborum connexione patet vel καὶ ἐνθυμούμενος, vel ἐνθυμούμενος δὲ legendum, id eſt, eúmque cogitaret, vel animaduerteret regnum, &c. Οἰκεῖα ἑαυτῷ) Vel legendum οἰκεῖά τε ἑαυτῷ, vt hæc pendeant ab illo ἀξιῶν, vel pòſt ἔργα deſideratur βουλόμενος.

¶Pag. 286. Pop. Rom. diuidi, Ῥωμαίους νέμεσθαι) Ῥωμαίοις potiùs legendum. Senſus hoc docet: ſi codex eſt ſanus, vertes, *non ſolum Romanos hæc inter ſe diuidere*.

Ex æquo participes earum fieri, Αὐτοῖς ἰσομοιρεῖν) Si codex mendo caret τὸ αὐτοῖς ad illud præcedens Ῥωμαίους referetur: ſed αὐτῶν potiùs legendum puto, vt ad πραγμάτων, ſiue κτημάτων referatur. Si αὐτοῖς legas, hoc idem erit ac ſi Dionyſius dixiſſet αὐτοῖς τοῖς Ῥωμαίοις ἴσην μοῖραν ἔχειν, ſi αὐτῶν hoc erit ἀντὶ τοῦ ἴσην αὐτῶν τῶν κτημάτων μοῖραν ἔχειν. Ἰσχύος) ſubaudi ἕνεκα.

In partibus capiendis, Μέρος αὐτῆς λαβόντας) Vel λαβεῖν, vel λαμβάνειν legendum: hoc autem ab illo χρὴ pendet, vel λαβόντας ἔχειν dicendum: niſi legamus ita, oratio erit imperfecta.

¶Pag. 287. Per vim, Βίᾳ, καὶ χειροκρατίᾳ) Ita vocat vim quæ manibus infertur.

Ad ſuffragia, Ψηφοφορίαν) Antea mendoſè ψαφηφορίαν legebatur.

Ne res ad arma & manus veniret, Μὴ ξιφῶν τε ἁρπαγαί, καὶ χειρῶν ἐπιβολαὶ γένωνται) Verba ſonant, Ne enſiũ raptus, neúe manuum iniectiones fierent. i. ne homines enſes corriperent, & alij aliis manus iniicerent: hæc ideo ſcripſi quia ſunt qui locum iſtum longè aliter ſunt interpretati, Ne calculorũ raptus, manuúmque inſidiæ fierent: quæ interpretatio nihil ad rem præſentem facit.

Accidere ſolent, Ὅσα φιλεῖ βίᾳ συμβαίνειν) Exiſtimo τὸ βίᾳ cum ſequentibus iungendum, & τὸ νόμον βίᾳ ἐπιστρεψόμενος legendum: hoc veriſimilius. Dionyſij illa verba præcedentia (de Caſſio ibi agitur) ἐπεχείρησε καταλῦσαι τὸ βίᾳ, καὶ χειροκρατίᾳ κυρῶσαι τὸν νόμον: hanc lectionem

confirmant

confirmant. Καὶ πεντηκοστῇ) Ex verbis illis τὴν μὲν ἀπημπολημένην, patet hic τῇ δὲ πεντηκοστῇ legendum: hęc enim eſt altera illius ſententiæ pars.

Si ſinguli pauperes, Καὶ ὡς εἰς μὲν ἕκαστος) Senſus & legitima conſtructio aliquam huiuſmodi lectionem flagitat, καὶ ὡς εἷς μὲν ἕκαστος τῶν πενήτων γήδιον οὐ μέγα λάβοι, καὶ τύχοι γείτονας ὀχληροὺς ἔχων, ὅτι αὐτὸς ἱκανὸς ἔσται, & cæt. his reſpondet εἰ δὲ μεγάλοι κλῆροι, & cæ. Hanc lectionem ſum ſecutus, quòd vulgata ſit corrupta. Εἰς τὸ ταμιεῖον) εἰσφέρειν deſideratur. Lapus hoc agnoſcit. Καὶ ὅτι μᾶλλον) Vel τὸ ὅτι expungendum, vel pro eo ἔτι reponendum.

¶Pag.288. Ac ne nobis q. Οὐδὲν ὑμῖν) Ἡμῖν legendum: hoc apparet ex iis quæ ſequuntur. τὸ καθ᾽ ἡμᾶς μέρος. & pag.398. ἢ καὶ δεύτερον ἀκύροις, ἀξιῶν οὐδ᾽ ἡμῖν αὐτοῖς διανέμειν τὰ κοινά:

Leges ipſis gratas feret, Φέρων αὐτοῖς) Vel νόμον, vel νόμους deſiderari puto: quod ex ipſo ſenſu facilè colligitur: vulgata lectio ſententiam imperfectam habet. Si nihil hoc loco deeſt, τὸ φέρων ſic erit accipiendum, ferens ipſis. i. offerens ipſis has ipſas res, hanc ipſam agrorum diuiſionem, has agrorum portiones. Τοῖς ὑπὸ τοὺς ὑπάτοις) Α᾽ντὶ τοῦ τοῖς ὕπατευσι, vt alibi Dionyſius loqui ſolet. Φρονιμώτερον ἦν ἄν) Τὸ ἦν vt ſuperfluum videtur tollendum: orationis enim curſum impedit, eique tenebras offundit: & diſtinctio antè τὸ καταμιάθοι eſt expungenda.

Q.V.Publicola, Λεύκιος Οὐαλέριος ποπλικόλας ἀδελφὸς τε καταλύσαντος τοὺς βασιλεῖς) Gelenius hunc L. Valerium vocat nepotem eius, qui reges exegit. Sed cùm Pub. Val. Publicola, qui L. Tarquinio Collatino fuerat ſuffectus, cum L. Lucretio Tricipitino collega cóſul fuerit iterum factus. A.A.V.C.246. & ab hoc anno ad eum, quo Q. Fabius, & Set. Cornel. Conſules ſunt creati, qui eſt ab vrbe condita 269. quo tempore hic L. Valerius, & Cæſo Fabius Quæſtores Caſſium tyrannidis affectatæ reum peregerunt, intercedant tantùm XXIII anni, quid opus eſt dicere hunc L. Valerium non fratrem: ſed nepotem illius L. Val. qui cum L. Iunio Bruto Rempub. Rom. ex tyrannorum ſeruitute in libertatem vindicauit? hoc eſſet probabile ſi longum aliquod temporis ſpatium inter illum, & iſtum conſulatum intercederet ita vt parum veriſimile videretur eius fratrem eò ætatis peruenire potuiſſe. Tamen Gelenij ſententiam confirmant verba Dionyſij, quæ extant pag.408, Μάρκος φάβιος Καίσωνος υἱὸς, καὶ Λεύκιος Οὐαλέριος Μάρκου υἱὸς, ὁ τὸν τρὶς ὑπατεύσαντα Κάσσιον κρίνας ἐπὶ τῇ τυραννίδι, καὶ ἀποκτείνας. Si Lapum ſequaris, ἀδελφὸς retinebis. Si Gelenium ἀδελφιδοῦς legendum.

¶Pag.289. Ius ciuitatis, Ἣν ἤτουν ὑπατείαν) Error eſt manifeſtus: legendum enim ἣν ἤτουν πολιτείαν, vel πολιτείαν κοινήν: ſic enim antè οἷς ἀπόχρη πολιτείας κοινῆς ἀξιωθῆναι. potes & ἰσοπολιτείαν dicere, vt pag.397. vbi Caſſius hac ipſa de re verba facit. Ἣν ἐάν) Ἣν ἄν puto legendum. Πρὸς δὴ) Mallem δέ. hîc enim nihil concluditur: vel δὴ ἀντὶ τοῦ δὲ poſitum.

In filios ſontes, Α᾽δικοῦντας υἱούς) videtur deſiderari. Lapus hæc ita, *in lædentes Remp. filios*. Quare εἰς τοὺς ἀδικοῦντας τὴν πόλιν υἱοὺς legendum

¶Pag.290. Carinas, Καῤῥίνας) Καρίνας ſcribendum vt apud Latinos. Ε᾽πικαλῶν) Aliàs ἐγκαλῶν συνωνύμως. Sed hoc magis tritum: illud verò non æquè vſitatum.

Α᾽φεῖσθαι δὲ τιμωρίας) Τὸ δὲ expungẽdum, quod ex præcedentibus facilè colligitur.

Niſi per fœminas, Ὅτι κατὰ γυναῖκας) Proculdubio ὅτι μὴ κατὰ γυναῖκας legendum. Senſus hoc indicat, & tam præcedentia, quàm ſequentia Dionyſij verba idem confirmant. ὅτι μὴ, i. niſi. Sic pag.400. & 409. Παρ᾽ Ε᾽λλήνων) Syl. ait pro παρ᾽ Ε᾽λλησι poſitum. Sed hic genitiuus ab illo ἐνίοις regitur. Καὶ παρεστηκότων) Oratio eſt imperfecta, & vel ἐπιτιμῶσιν, vel aliquid ἰσοδυναμοῦν deſideratur.

¶Pag.291. Relictam, Τὴν ἐγκαταλειφθεῖσαν) Fortaſſe meliùs res haberet, ſi ἐγκαταλειφθεῖσαν legeremus, vt alibi Dionyſius loqui ſolet. Veruntamen & ex vulgata lectione ſenſus commodus elici poteſt.

Redẽptos illis, Αἰχμαλώτους αὐτῆς) Vel αὐτοῖς, vel αὐτῶν legendum. Hoc enim ad Veientes referendum.

Contemptu Romanorum, Καταφρονήσαντες τῶν ῥωμαίων) Id eſt, contemptis Romanis, quod cum paruis
A copiis adeſſent.

Inſtantib. comitiis, Ε᾽πιστάντων δὲ τῶν ἀρχαιρεσιῶν) Α᾽ρχαιρεσίων potiùs dicendũ. Qua de re fuſiùs alibi. Dicimus enim & τὰ ἀρχαιρέσια, ων, καὶ αἱ ἀρχαιρεσίαι, ῶν vt ἦ.

¶Pag.292. Longulam, Λογγοίλαν) Longulam Latini vocant: quare Λόγγουλαν dicendum videtur.

¶Pag.293. Denſatis cohortibus, Κυκλώσαντες τοὺς λόχους) Gelenius vertit, *Conglobatis cohortibus*: quare πυκνώσαντες eum legiſſe puto, quod mihi quoque placet. Sic enim autor pag. 408. ἀνέβαινον ἐπὶ τὸ ὄρος πυκνώσαντες
B τοὺς λόχους. Ε᾽φθη τὶ) Ε᾽φθη δὲ potiùs legendum puto: quod ex præcedentibus colligitur.

Nullumque telum, Μέλος τε οὐδὲν). Locus videtur mendoſus: ſed tamen facilè poteſt emendari ſi legamus, βέλος τε οὐδὲν ἄσκοπον ἦν πεπληθυμένων ἐν βραχεῖ χωρίῳ πολλῶν, ἀφ᾽ ἑκατέρων τοὺς δή. &c. Βέλος ἄσκοπον propriè ſignificat *telum ſcopo carens*. Quare οὐδὲν βέλος ἄσκοπον vocat autor tela, quæ multos habent ſcopos, ipſa videlicet hoſtium confertorum corpora: quod ex ſequentibus patet. Ego tamen nimiam verborum prolixitatem, & aſperitatem vitaui, vt ipſum ſenſum ſequerer.
C Sed ſi μέλος ἄσκοπον legas, hic erit ſenſus: nullum mẽbrum, nulla pars corporis ſcopo carebat: ſed erat tanquam ſcopus, in quem hoſtes tela coniiciebant.

In caſtris ceperũt, Ε᾽λάμβανον ἐν τῷ χάρακι) Hæc puto tranſpoſita eſſe: ſed in priſtinas ſuas ſedes ita videntur reſtituenda, καὶ τ᾽ ἄλλα, ὅσων σπανὶς ἦν ἐν τῷ χάρακι, ἐλάμβανον. Hæc lectio longè commodior eſt, quàm vulgata.

M. Μάρκιος) Lege Μάρκος, vt ſuprà declaratum.

D Qui Caſſium ter conſulem, Ὁ τὸν τρὶς ὑπατεύσαντα Κάσσιον κρίνας ἐπὶ τῇ τυραννίδι, καὶ ἀποκτείνας) Α᾽ντὶ τοῦ ὁ κριθῆναι, καὶ ἀποκτείνεσθαι ποιήσας τὸν τρὶς, & cæt. i. cuius opera Caſſius damnatus. & ſupplicio affectus fuit. Quamuis autem ſolius Valerij hic fiat mentio, tamen & ipſe Cæſo Fabius eius ſocius eſt intelligendus, vt ſuprà pag.402. l.2. verbis diſertiſſimis declaratum. Hi enim ambo dum Quæſtores vrbani eſſent nomen Caſſij ob tyrannidem affectatam ad populum detulerunt, & effecerunt vt reus cauſa cognita damnaretur, & capi-
E te plecteretur. Eodem modo pag.402. Dionyſius de Cæſone Fabio dicit, ὁ τὸν Κάσσιον ἐπὶ τῇ τυραννίδι κρίνας. Quod intelligendum vt à nobis antè dictum. Et licet eo loco nulla fiant verba de Valerio Fabij ſocio, tamen & ipſe Valerius eſt in hac accuſationis, & damnationis ſocietate ponendus. Στρατευσόμενοι ἦσαν) Vel παρέσονται, vel aliquid huiuſmodi deſideratur. Alioqui oratio erit imperfecta.

¶Pag.294. Qui tunc Italiam, Κατέχοντος κατὰ τὴν Ι᾽ταλίαν.) Præpoſitionem κατὰ vt ſuperfluam puto tollendam.

F Magiſtratui plebis potẽtiſſimo, Α᾽ρχῇ δήμου ἣ πᾶν ἄγει) Verba ſonant *magiſtratui populi, qui omnia agit, & facit quæ* ſcilicet, *vult*. Ego ſenſum ſequutus verti, magiſtratui plebis potentiſſimo. Sed reuera locum corruptum ſuſpicor: fortaſſe legendum ἀρχῇ δήμου τῇ παναγεῖ, i. magiſtratui plebis ſacratiſſimo, vel ſacroſancto. Sic enim Dionyſius pag.303. τὰ τῶν δημάρχων σώματα ἱερὰ, καὶ παναγῆ, & pag.535. de Tribunis plebis agens, ait, οὓς ἱεροὺς εἶναι, καὶ παναγεῖς ἐψηφίσαντο οἱ πατέρες ἡμῶν.

G Nec iidem ſemper victoriam, Τὸ νικᾶν ἀεὶ) Id eſt, *& victoria penes eoſdem ſemper manebat*, vel *iidem ex conflictu victoriam ſemper reportabant*. Alij tamen οὐκ ἀεὶ, videntur legiſſe: quod vt veriſimilius ego quoque ſum ſequu-

tius. Μαθὼν ἐργάσασθαι) Vel ſubaudiendum ἐθέλοντα, voluit, vel εἰργάσαντο dicendum.

¶Pag.295. Deos aliquos, Θεῶν τινες οἱ) Sententia eſt imperfecta & corrupta. Senſus enim aliquam huiuſmodi lectionem flagitat, Θεῶν τινας, οἱ ἢ κομίζοντας τὰς πολεμίους τινὰς ἐκπληροῦντες, ἢδὲ ἰδίας ἐπιτιθεμένων αὐτοῖς ἱερῶν, ἐργάζεσθαι, ζήτησις δὲ, & cæt. Sylb. ait in codice Romano χειλοῦσθαι legi: idem eſt ſenſus.

Opimiam, Ὀπιμία) Gel. Oppia legit cum Plinio, Lapus, Propimia: codex R. Προπιμία.

Creatus eſt interrex, Ἀποδείκνυται περὶ αὐτῶν μεσοβασιλεύς) Cùm vnius interregis A. Sempronij mentionem Dionyſius faciat, proculdubio legendum videtur ἀποδείκνυται περὶ αὐτῶν μεσοβασιλεύς. Verba ſequentia noſtram coniecturam confirmant. Subiicit enim autor, ἕτερ⊙ ἐπιτρεπτέας τὴν πόλιν ἀναδείξαι ὅσοις ἐξῆν ὑπάρχειν ἀποδείκνυται. Si codex eſt ſanus, hoc ideo Dionyſius dicet, quia paulò pòſt alter interrex Sp. Larguis creatur Sed tamẽ legitima ſtructura huie lectioni refragatur. Καὶ τὰ τιμήματα) Error eſt manifeſtus. Legendum enim κατὰ τιμήματα, vel potiùs κατὰ τὰ τιμήματα, i. ex claſſium cenſu, ſiue pro claſſium cenſu.

Conſules creauit, Ἀποδείκνυσιν ὑπάτους) Ἀποδείκνυσι puto legendum. De vno enim hic verba fiunt, atque τὸ ἀποδείκνυσι ad συγκλήτους, & ἀναδειξ eſt referendum.

Primoribus, Διατετελεσμένους) Mallem διατετελεσμένους, à quo τὸ παρελθεῖν regetur. i. qui conabantur efficere vt aliquis vir induſtrius, & qui nihil molliter plebi cedetet, ad Conſulatum promoueretur: vel τὸ διατετελεσμένους accipiendum pro ſimplici τετελεσμένους. hoc autem αὐτὸ τε, οἱ τετελεσμένοι ἐν τέλει, οἱ ὄντες ἐν τέλει, Vero modo legas, infinitus ποιεῖν deſideratur ad meliorem orationis conſtructionẽ τὸ διατείνεσθαι autem pro eniti, & conari ponetur. Si liceret liberius à textu Græcæ recedere, ſic legendum cenſerem, τοῖς δὲ ἐν τέλει διατετελεσμένους, ἢ ζητοῦσι, vel ἐπιδιωκοῦσι ποιεῖν δεξιοῦσιν, & cætera.

Decreuiſſet, Αἰτεῖν ψηφισαμένης) Vel χρήματα, vel δίκας deſideratur. Si χρήματα, vertes, Quum Senatus res à Veientibus raptas repetere decreuiſſet. Si δίκας, locum ita interpretaberis, Quum Senatus pœnas à Veientibus ob latrocinia repetere decreuiſſet.

Ortonam, Πόλιν ὀρτώ) Nullam vrbem hoc nomine fuiſſe conſtat, quod ego ſaltem legerim: ſunt qui Hortanam putant intelligi. Alij Artonam, alij Ortonem vocant. Sed cùm nihil certi habeamus præſtat Dionyſij vocem ſeruare, quàm aliquid incerti in medium afferre.

¶Pag.296. Militum ac ho. &c Οἱ τῶν στρατιωτῶν λόγοι) Quanuis ex hac lectione ſenſu aliquis ſatis commodus eliciatur, tamen multò melior eliceretur ſi στασιωτῶν legeremus: hoc ex præcedentibus facilè colligitur: huc adde quòd nõ erãt ipſorum militum S.C. intercedere, eáque irrita facere: Sed vel Tribunorum, vel certè magiſtratus alicuius, cuius autoritas plurimum poſſet, quique ius intercedendi haberet. Suſpicor igitur ita legendum, vt dixi. Per στασιώτας verò Tribunos intelligemus. Hi enim verè ſeditioſi erant, & ſæpiſſime plebem ſuarum concionum aſſentationibus ductantes concitabant in Patricios, & S.C. intercedebant. Quod iã multis in locis ſuprà à Dionyſio verbis diſertiſſimis eſt declaratum.

Mutuas cõcertationes, Γνωσιμαχοῦντες) Ex ipſo ſenſu, legitimáque verborum conſtructione colligitur ita legendum, γνωσιμαχοῦντες πρὸς ἀλλήλους ἡ βουλὴ, ἢ ὁ δῆμ⊙, τίνας (ὅπως τὸ ἴσ⊙) vel etiam τέλ⊙, εἴτε τὸ τέλος τῶν ἐναντίων ἀλλήλοις. Hanc lectionem ego ſum ſequutus. Si τὸ ἴσος retineas ἐγνωσιμάχουν erit reponendum. i. orta inter eos diſcordia, inter ſe contrariis ſententiis contenderunt, donec inter ipſos conuenit, vt & cæt. Ἐστρατοπέδευσε) Ἐστράτευσε potiùs legendum videtur: στρατεύειν, expeditionem facete. στρατοπεδεύειν, caſtra metari ſignificat. Senſus, & trita loquendi ratio noſtram coniecturam confirmat.

Sp. Icilius, Σπόρι⊙ Ἰκίλι⊙) Vel Σπόρι⊙ Λικίνι⊙ legendum, vt quidam volunt, vel Σπόρι⊙ Ἰκίλι⊙ vt ſuprà demonſtratum.

Docens eum, Διδάσκων ὅτι) Τὸ ὅτι ſuperfluum eſt, nec cum ſequentibus legitimè coniungi poteſt. Si retineas A dicendum eſt, ὅτι ὁ κωλύων, καὶ ἐμποδὼν γενόμεν⊙ τοῖς δήμου ἐσομένοις βουλῆς ἱερὸς ἐστι, καὶ νόμου τὴν ἐξουσίαν ἔχει τ' ἀναντία πράττειν, & cæt. Βούλοιτο) Βούλοιτο videtur legendum, atque hoc verbum ad illud ἐκώλυσεν referendum. Vnus enim eſt Tribunus qui loquitur.

¶Pag.297. Aduerſandi, Τ' ἀναντία λέγειν) Sylb. τ' ὑπεναντίον, vel τ' ἀναντία corrigit. Sed nihil mutandum. Idem enim eſt ac τὰ ἐναντία: & oratio ſic conſtruenda. δέξαντες ἀφαιρεθῆναι εὐλαβεῖσθαι μᾶλλον τὰ ἐναντία λέγειν τοῖς καὶ περὶ τῆς πρὸς αὐτοὺς δίκαιας. Δοκεῖν) Δοκεῖν Attico more vt ποιεῖν B legendum.

Pecuniis ditatas, Χρήμασιν εὔπορον) Si codex mendo caret hæc ita vertes, Copiis domum reductis patriam pecuniis abundantem reddidit. i. ditauit: quod non erit abſurdum. Gelenius hæc ita, Exactóque militiæ tempore copias integras, & ditatas reduxit. His verbis adducor vt credam eum legiſſe ἀπάγοντα εἰς τὴν πατρίδα τὴν δύναμιν ὁλόκληρόν τε, καὶ ἀπαθῆ, καὶ χρήμασιν εὔπορον, quod certè veriſimilius. id eſt, & copias ſuas integras, & incolumes, ac pecuniis abundantes in patriam reduxit. Ἦλθεν ὁ χρόν⊙) C Vel eſt ſimplex pro compoſito παρῆλθεν, vel certè παρῆλθεν legendum, vt in R. codice legitur. Sylb. Τὸ δημοτικὸν) Ita vocat plebeios ipſos, & eam populi partem, in qua erat maior plebeiorum, quàm aliorum numerus.

Ingentem ignominiam, &c. Βλάβης ἡ μεγάλης ἄξια) Pagina 417. αἴτια dicit, quo modo fortaſſe hic quoque legendum. Si codex mendo caret ἄξιον βλάβης pro βλαβερὸν, damnoſum, detrimentoſum. ἄξιον μεγάλης βλάβης, ἀντὶ τε μεγάλως, εἴτε μάλα, εἴτι σφόδρα βλαβερόν. Sic ἄξιον αἰσχύνης, τὸ αἰσχρόν. 169. 6. 399. M. 489. M. Ἐμβάντες τῶν D ἀνδρῶν) Legitima conſtructio, ſenſúſque flagitat vt dicamus potiùs ἐμβάντες, cum quo τὸ ἀνδρῶν iungendum.

Minis quam ipſis intentabat, Ἀπειλαῖς, καὶ ἀνατάσεις) Ἀντὶ τῷ ἀπειλαῖς ἐνατεινομένας, ἃ ἀνατεταμένας. Eſt enim ἓν διὰ δυοῖν expreſſum: vel certè eſt ταυτολογία, & hæc duo ἐκ παραλλήλου, καὶ συνωνυμίας ponuntur. Quanquam ſunt, qui putant ἀπειλὴν eſſe leuius minarum genus, ἀνάτασιν verò grauius: huc adde quod E ἀπειλὴ, & in verbis, & in ipſo geſtu, at ἀνάτασις propriè in ipſo geſtu, & corporis motu poſita videtur. Significat enim minarum iactationẽ, quę fit dum manus alicui intentamus. Ὅσον ἂν πλεῖστον βουληθῶσι) Lapus δυνηθῶσι viderur legiſſe: quæ lectio mihi quoque melior videtur, quàm vulgata, id eſt, copias quantas maximas poſſent. Si vulgatam ſequaris, vertes, Copias quantas maximas vellent, quod non tam veriſimile.

¶Pag.298. Nonnullis eius, Αὐτοῦ τινες) Τινας corrigendum: hic autem accuſatiuus ab illo participio F ἐξετάσαντες pendet, & ad Tribunos refertur. Τὸ τε θεῶν, οἷς ἱερὰ) Senſus poſtulat vt legamus τὸ τε, καὶ θεῶν οἷς ἱερεῖς. Ἐχρήσατο αὐτῷ) Ni fallor αὐτῷ legendũ, αὐτὸ δηλονότι τῷ ἐπικουρικῷ, ἀντὶ τῷ ἀπὸ τῷ παρελθόντι ἐπικουρίᾳ.

Peneſt. Πενεστὰς) Πενέστας potiùs ſcribendum, vt pag. 63. Euſtathius πενέσται παρὰ Θετταλοῖς οἱ μὴ γόνῳ δοῦλοι, πολέμῳ δ' ἁλόντες. Dicti (vt nonnulli volunt) παρὰ τὸ πένεσθαι τὸ ποιεῖν, καὶ ἐργάζεσθαι. Sed Suidas hos olim παρὰ τὸ G μένειν ἐθελόντας, deinde verò mutato μ in π πενέστας dictos tradit. Vide commentarios in Dionyſium de ſitu orbis: pag. ex Henrici Stephani typis. 78. B.

Hoc à, Ὅ δὴ) Legendum potiùs τοῦτο δὴ, vt hæc cum ſuperio-

ſuperioribus bene connectantur. Sylburgius hæc ex-
pungenda cenſet. Sed retineri poſſunt. Τὰ ἐκλελειμμέ-
να ὑπὸ τῶν πολεμίων) Μετὰ τῶν ἐρυμάτων caſtra deſerta pro ipſis
caſtrorum deſertoribus ponuntur.

¶Pag. 299. Adequitantes, Πρὸς αὐτῶν) Vel πρὸς αὐτοὺς,
δυνατὸν τοῦ Ῥωμαίοις, vel παρ' αὐτῶν, δυνατὸν τῶν πεζῶν
legendum. Sed ſi τὴν πρὸς expungas, lectio erit melior.

Οἱ δὲ ἐπὶ τῶν ἔργων) Τὸ οἱ poſterius tollendum videtur:
ſenſus hoc docet. Alioqui vertendum eſſet, Romani,
qui rei fuerant præfecti, id eſt, quibus hoc fuerat man- A
datum. Εἴτ' οὖν) Εἶθ' οὖν legendum: hanc lectio-
nem Gelenius ſua verſione confirmant. Νυνὶ δὲ)
Mallem δὲ. Μάρτυρες εἰσὶν) Fortaſſe melius
μαρτυρεῖ εἶναι, vt cum illo συγχωροῦσι coniungatur: ſic pa-
gina 415. ταῦτα δὲ μαρτυροῦσι, καὶ δόξαις συζεύγνυμι. Ἐμοὶ,
τοῦ δὲ) Vel τουδὶ, vel τοῦδε, vel ἡμᾶς πυνθάνοι legendum.

Δίοι αὐτοῖς) Αὐτοῖς legendum, vt legitima conſtru-
ctio flagitat: hoc patet ex illo ἐνδυόμενοι μάλιστα.

¶Pag. 300. Pugnantium exiguum numerum, Μαχο- B
μένων ὀλίγον τὸ ἀπολλύμενον) Idem teſtatur poëta Iliados
E. pag. ex Criſp. typis 191.2. ita canens,

Αἰδομένων δ' ἀνδρῶν πλέονες σόοι, ἠὲ πέφανται,
Φευγόντων δ' οὔτ' ἂρ κλέος ὄρνυται, οὔτε τις ἀλκή.

Pugnantium, Ἀνδρῶν καὶ μαχομένων) Vel eſt ἐν διὰ
δυοῖν pro ἀνδρῶν μαχομένων, vel ἀνδρῶν vocat viros for-
tes. Quoniam autem non ſemper viri fortes pugnant,
cùm ſcilicet pugna non eſt opus, ideo καὶ μαχομένων
additum. Vel hoc idem valet ac ſi diceret Dionyſ. C
τῶν ἀνδρείως μαχομένων, hominum viriliter, ac fortiter
pugnantium.

¶Pag. 301. Ab hac ig. parte R. Ταυτὶ τὸ ῥωμαϊκὸν) Vel
διὰ præpoſitio ſubaudienda, vt ſit διὰ ταυτὶ, vel, quod
probabilius, ταύτῃ legendum.

Q. Fabius conſulis legatus, Φάβιος πρεσβύτης) Si co-
dex caret mendo, hoc epithetum ad Fabij ætatem ſe-
niorem referet. Sed exiſtimo πρεσβευτὴς legendum:
fubijcit enim Dionyſius explicandi gratia, καὶ ἀντιστρά-
τηγος. Sic pag. 420. hæc duo πρεσβευτὴς, καὶ ἀντιστράτη- D
γος cõiungit, quæ hoc quoque loco (niſi fallor) ſυνώ-
νυμως ponuntur.

Καὶ τὸν ἕτερον) Perperam antè τῶν legebatur.

Παρήλλαξε δὲ) Fortaſſe melius ſi legas παρήλλαξε
τὴν ἡμῶν. hoc poteſt ex illo Παρήλλαξεν colligi: quan-
quam mallem παρήλλαξεν legeretur: hoc enim com-
modius, & veriſimilius, atque ad eundem hominem
hæc duo παρήλασε, καὶ παρήλλαξεν referentur: poſterius
verò verbum prioris erit interpretatio.

Τοῖς ἐν χερσὶ) Τῶν ἐν χερσὶ. Hoc autem τῶν ab illo E
φόνον pendet, & verba ſic conſtruenda, ποιεῖ φόνον.
Quorum τῶν ἐν χερσὶ.

Πλείονας τῆς) Particula δὲ deſideratur, quæ τῷ μὲν
reſpondeat.

Hac clade depulſa, Τὸ δεινὸν ἀπεώσαντο) Legen-
dum ἀπώσαντο, quod ἀπλῶς ἀντὶ τοῦ ἀπώσαντο forma-
tum. Eodem modo Dionyſius pag. 430 loquitur, ἀπεώ-
σαντο τοὺς ἀντιτεταγμένους.

¶Pag. 302. Et proprætor, Καὶ στρατηγὸς) Ex præce- F
dentibus colligi poteſt καὶ ἀντιστρατήγου legendum: Sic
ſuprà Dionyſius eſt locutus, ἡγεῖτο δὲ τούτου τοῦ κέρως
Κόιντος Φάβιος πρεσβευτὴς, καὶ ἀντιστράτηγος ὤν, ſic ἀνα-
γνώσεως. Ἀρετῆς τινας) Ambigi poteſt vtrum
τὸ ἀρετῆς ſit genitiuus nominis ſubſtantiui ab ἀρετή,
id eſt, fortitudo, an verò adiectiuum, qua de re ſuprà.

Ταύτην ἀποδειχθεῖσαν) Ex ipſo ſenſu, verbiſque præ-
cedentibus apparet τοῦ τὴν ἀρχὴν, vel ſolùm τοῦ ἀρ-
χὴν, ἤγουν τὴν ὑπατείαν ἀποδεχθῆναι legendum.

Bellum contra Æquos, Αἰκανοῖς πολεμήσειν) Mallem G
πολεμήσων, vt hoc participium ad Φάβιος referatur: ſic
autem alibi loqui ſolet autor.

Eos qui, Ὡς ὅτι) Hæc duo συνώνυμως dicuntur,
vel alterum expungendum vel pro ὅτι fortaſſe ἐπὶ
reponendum.

¶Pagina 303. Nec poſt, &c. Οὐ φθάσαντες ἀνασκευά-
σαντες) Legitima conſtruendi ratio poſtulat vt di-
camus καὶ ἐκ ἔφθασαν ἀνασκευάσαντες: alioqui eſſet ἀνα-
σκευάσαι: hoc enim verbum ſic ſolet conſtrui φθάνω λέ-
γων, φθάνω ποιῶν, ἀντὶ τοῦ πρότερος λέγω, πρότερος ποιῶ.
Si codex caret mendo, hoc obſeruandum, quia rarum,
quia καινοπρεπές.

Illæ enim hoſtium excurſiones, Ἣν ἀφικνουμένην) Hæc
idem valent ac ſi Dionyſius dixiſſet, ἣν τῶν πολεμίων
ἀφικνουμένων ἐμβολὴν, καὶ κατὰ τοὺς ἐμβολὰς ἐπεῖχε δυνάμεις καλοῖεν
ἰδιώτας μάλιστα γὰρ δυνάμεις ἦν ὑπὸ σημαίαις. hoc ab auto-
re paulò obſcurius eſt dictum. Sed figuratè tribuitur
irruptioni, quod hoſtibus irruptionem facientibus
erat tribuendum. Pro ὑπὸ σημαίαις correxi ὑπὸ σημαίαις.
Ita & pa. 409. f. 426. M. bis, & multis aliis in locis, τὰ
σημεῖα, καὶ αἱ σημαῖαι pro militaribus vexillis συνωνύμως
dicuntur. At σημαίας vix apud alium ſcriptorem Græ-
cum reperiatur, licet ſæpe apud eundem Diony-
ſium idem vocabulum ita ſcriptum lectoribus oc-
currat.

Belli cum Veient. ger. Πολεμεῖν τοὺς οὐιέντανοὺς) Πο-
λεμεῖν (vt ſuprà declaratum) datiuo iunctũ, ſignificat
bellum alicui facere, vel inferre: accuſatiuo, aliquem
bello premere, vexare.

Etruſcos prælio vicerat, Καὶ ἐνίκησε τοὺς τυῤῥηνοὺς)
Ex iis, quæ præcedunt, atque ex ipſo ſenſu colligitur
legendum potiùs, καὶ νικήσας τοὺς τυῤῥηνοὺς τῇ μάχῃ, τὸ στρα-
τόπεδον, & cæt. Atque hæc illis ὁ τῷ παρελθόντι ὑπατεί-
ας ἔτει reſpondebunt.

Trecenti & ſex. Ἓξ καὶ τριακόσιοι) Ex Latinis ſcri-
ptoribus Fabios iſtos, de quibus nunc agitur, trecen-
tos, & ſex fuiſſe conſtat, quod cùm alij, tum etiam
Ouidius ſecundo faſtorum his carminibus teſtatur.

Hæc fuit illa dies, in qua Veientibus aruis
Ter centum Fabij, ter cecidêre duo.
Vna domus vires, & onus ſuſceperat vrbis,
Sumunt gentiles arma profeſſa manus.

Sed quid opus eſt aliorum teſtimonio cùm ipſe Dio-
nyſius hoc apertè declaret? pag. 428. hæc ſunt eius ver-
ba, τῶν ἓξ καὶ τριακοσίων φαβίων ἀπολλυμένων. Quare hic quo-
que ἓξ καὶ τριακόσιοι legendum.

Fluuium Cremeram, Ποταμὸς κρεμέρας) Κρεμέρας
potiùs legendum: hoc enim fluuij nomen, vt ταμίας
declinatur, quod patet ex pagina 426. vbi Dionyſius
hæc dicit, τὸν ἐπιτειχισμὸν τῆς κρεμέρας. Si codex men-
do caret dicetur ποταμὸς κρεμέρας eodem modo, quo
apud Theocritum Idyllio VII. pagina ex Henrici
Stephani typis 66. ἱμέρα αἶπυ φύοντι παρ' ὄχθαισιν ποτα-
μοῖο. Vbi τὸ ἱμέρα eſt genitiuus à recto ἱμέρας, α. Quod
confirmat & Stephanus, ἱμέρα (inquit) πόλις Σικελίας,
ἔστι καὶ ποταμὸς ἱμέρας. Vſitatius tamen eſt ἱμέρα, vt Idyl.
v. pagina 52.

Τοὺς περιπόλους) Περίπολοι vocabantur οἱ περιπο-
λοῦντες, καὶ περιερχόμενοι τὰ φρούρια, καὶ οἱ τῶν ἀγρῶν ἐπίσκοποι.
hos Latini vocant *Circuitores*, & *Circitores*.

Commeatus, Ἀγορὰς) Oratio eſt imperfecta, &
vel verbum κομίζεσθαι, vel aliquid huiuſmodi, ad ſen-
tentiam abſoluendam deſideratur, id eſt, *commeatus
recipere*. hic autem infinitus ab illo δυνάμενοι regitur.
Sylburgius, neſcio quem codicem ſequutus, εἰσαγο-
μένους legit.

C. Seruilio, Γαΐου σερουϊλίου) Ex Sigonij faſtis, vbi
agitur de Conſulibus anno CCLXXV, Σερουϊλίου le-
gendum patet.

Æquos, Αἰκανοὶ) Αἰκανοὶ legendum. Error eſt
manifeſtus.

Feciſſe fœdus, Συνθήκας πεποιῆσθαι), i. Romanis nũtia-

tum eſt hoſtes fœdere inter ſe inito copias communibus auſpiciis in Fabios ducere decreuiſſe.

Ε'μϐάλλοιεν) Ex ipſo ſenſu patet legendum ἐμϐαλοῦσι.

Non poſſent, Οὐχ ἱκανῶν) Perperam antè ἱκ legebatur, idque contra grammaticorum præcepta.

In bellum contra ipſos conſpiraſſe, Ε'κπολεμῶσαι πρὸς αὐτοὺς) Ε'κπολεμῶσαι legendum, id eſt, *totam Hetruriam à P. R. alienatam*. ἐκπολεμεῖν, bello vincere, debellare, ἐκπολεμοῦν, inimicum hoſtem reddere, alienare alicuius animum ab aliquo. Sequentia Dionyſij verba A noſtram coniecturam confirmant.

¶Pagina 304. Ab omnibus Παρὰ πάντων) Sylburgius κατὰ πάντων putat legendum: quod ſi bene haberet, vertendum eſſet, quod bellum reprimerent, cohiberent, propulſarent à Popu. Roma. contra omnes eiuſdem gentis populos fluens, id eſt, manans. Sed nihil mutandum: locus enim intelligendus vt ſum interpretatus. Quid autem ſit ἀναχαιτίζειν, vide apud B Suidam: hoc tamen loco metaphorικῶς accipitur pro reprimendo arcere, ac propulſare. Τὴν δύναμιν αὐτῶν) Τὴν δύναμιν ἄγειν ἐπικουρίας videtur legendum: oratio enim eſt & imperfecta, & mendoſus codex. Μερίσοντες τὴν δυναστείαν γῆν) Si codex mendo caret τὸ μερίσοντες, ad βιλλὰ eſt referendum, quod tamen ſubaudiendum, alioqui dicendum eſſet ἵνα ἂν μερίσωνται ἡ δημοσία γῆ.

¶Pa. 305. Ex Fabiorum literis, Αὐτῶν ἐπιστειλάντων) Si lectionem hanc ſequaris τὸ αὐτῶν cum φαβίων iungetur: C ſi αὐτοῖς, vt Sylburg. ad φαβίοις referetur: ſed nihil mutandum.

Lanceis ab hoſtibus ad eos collimantibus, Λόγχαις στοχαζομένοις) Ex præcedentibus Dionyſij verbis, & ſenſu ipſo facilè colligitur στοχαζόμενοι legendum: hic autem erit huius loci ſenſus, Hoſtes variis telorum generibus ad Fabios vt ad ſcopum collineaſſe, & ſua tela in eos iecisse, quibus fuerint confecti.

¶Pa. 306. ſucceſsibus ſecundis, Ταῖς ἀπείραις) Ταῖς πείραις potiùs putò legendum, vt ſenſus ipſe docet: D πείρας autem vocat ipſos conatus, qui feliciter illis ſuccedebant, & quibus impulſi ſemper maiora affectabant, & noua pericula ſubibant: hæc lectio videtur commodior quàm vulgata. Τῷ λόγῳ) Τῷ πρὸ τῷ λόγῳ legere præſtaret.

Vario pecoria gen. Παντοίων βοτῶν) Quæ nunc à Dionyſio βοτὰ vocantur, ea paulò pòſt βοσκήματα τὰ συνωνύμως appellantur.

Nec ſibi inuicem poſſent, Α'λλήλοις ἀμυνόντων) Α'λλήλοις E legendum videtur. Senſus hoc indicat. Dicimus enim ἀμύνω σοι, opem tibi fero, ἀμύνω σοι τὸν θάνατον, à te mortem propulſo. At ἀμύνω, vel ἀμύνομαί σε, te vlciſcor, iniuriam mihi à te illatam vlciſcor.

Repulerunt, Α'πεώσαντο δ'οὖν καὶ τούτους ὁμόσε) Videtur χωρήσαντας, vel χωρήσαντες deſiderari ad locutionem abſoluendam. Sic paulò pòſt: ſic etiam alibi loqui ſolet Dionyſius, χωρεῖν ὁμόσε τοῖς πολεμίοις. Vel fortaſſe pro ὁμόσε reponendum ὅμως, id eſt, tamen, quod non fuerit abſurdum. F

Tota acie repleta, Πληρώσαντες τὴν φάλαγγα νεκρῶν) Tribuit μετωνυμικῶς ipſi aciei exercitus, quod loco, in quo ſtabat exercitus acies, erat tribuendum.

Πεδίου δὲ) Hoc nihil iam ad rem facit. Ex ipſo ſenſu verbiſque præcedentibus conſtat vel πεδιόθεν legendum, vt pa. 410. 7. vel πόῤῥωθεν) (συστάδην.

Κατέχοντες τὸ φρούριον) Perſpicuitatis gratia articulum οἱ deſiderari puto, & οἱ κατέχοντες legendum.

Τῶν βελῶν) Perperam antè τῶν βελῶν legebatur.

Τὰ βέλη) Ex ipſo ſenſu, & nomine σφενδόνηται legen- G dum patet τὰ μέλη.

Formidantes, Οὐ δεδιότες) Imò verò δεδιότες: quare τὸ οὐ tollendum: hæc enim ita ſunt conſtruenda, οἱ συνώσαντες εἰς χεῖρας οἱ πολέμιοι. Cur? ἐκ παντὸς τρόπου τὸ καρτερικὸν τῶν ἀνδρῶν, καὶ δεδιότες τὴν ἀπόνοιαν, &c. Illud verò ἀλλὰ ſequens reſpondet præcedenti ſententiæ οὐ συνώσαντες. Niſi legamus ita, ſenſus ab autoris mente erit alienus, & ſequentia cum præcedentibus grauiter pugnabunt. Sylburgius putat τὴν οὐ particulam retineri poſſe, ſi ad Fabios referatur, quia Lapus vertit, *Impauidi*. verùm qui Dionyſij verba, mentem, huiúſque A loci ſenſum perpendet, comperiet τὴν οὐ proculdubio tollendum.

¶Pa. 307. Vtramque tamen, Φέροντες ἐν) Δὲ particulam deſiderari puto: hac addita longè commodior erit lectio.

Ex tota gente vnicũ puerum, Τὸ γένος παιδίον) Perperam antè παῖδων legebatur. Error erat manifeſtus. Ouidius autem Faſtorum ſecundo, hac de re agens hæc prodidit memoriæ,

B *Vna dies Fabios ad bellum miſerat omnes,*
Ad bellum miſſos perdidit vna dies,
Vt tamen Herculeæ ſupereſſent ſemina gentis
Credibile eſt ipſos conſuluiſſe Deos.
Nam puer impubes, & adhuc non vtilis armis
Vnus de Fabio gente relictus erat.
Scilicet vt poſſes olim tu Maxime naſci,
Cui res cunctando reſtituenda foret.

Fieri tamen non poteſt, Ταῦτα τὰ ἀδύνατα) Articulum τὰ puto tollendum. Eſt enim ſuperfluus: vel ταῦτα γε legendum. C Τὸ δὲ μεῖον) Τὸ δὲ μεῖον legendum: hæc autem idem valent ac ſi Dionyſius dixiſſet, ὅτι δὲ μᾶλλον τῶν ἄλλων ἐπιφανής τις, καὶ λαμπρὸς ἔξω τὰ ἴδε τινὰ ἀνδρεῖα ποιήσαιτο, τοῦτο νομίζω πάντων φανερώτατα τοῖς πολλοῖς τὴν δόξαν ὅτι μόνος, & cætera, τοὺς πολλοὺς autem vocat ipſum vulgus. In vulgata lectione vel οἴομαι, vel νομίζω ad ſententiam abſoluendam deſideratur.

Ε'σὶ λοιπὸν) Λοιπὸς legendum, & ad illa præcedentia D μόνος ἑκαστος hoc referendum.

In verticem euaſerunt, Ε'πέϐησαν) Senſus, & conſtructio flagitant vt ἀνέϐησαν legatur.

¶Pagina 308. Quod locis anguſtis coarctaretur. Ε'ν πρηνέσι πολλῇ συνειργομένοι) Si codex mendo caret, à verbo συνείργω, id eſt coerceo, concludo, pro quo vſitatius eſt συνείργω, fit Atticè συνειργόω, ῶ, vnde τὸ συνειργούμενοι, alioqui dicendum eſſet συνειργόμενοι. πρηνὲς verò vocat locum decliuem adeò vt in eo vix conſiſtere quis poſsit, quin cadat. Sylburgius ἐρρωμένως πολλῇ in E R. C. ſcriptum ait. Vertit autem *prona impreſſione multum adiuuabant*, quod certè non ſpernendum. Dicemus autem τὸ συνεργεῖν ἀντὶ τοῦ συνεργεῖν, συλλαμϐάνειν, id eſt, adiuuare, poſitum. Tamen ſi codex eſt ſanus is erit ſenſus, quem in mea verſione ſum ſequutus.

Ex illa ingenti ſtrage, Πολλῆς τροπῆς) Ab antecedenti conſequens intelligendum: τροπὴ enim eſt antecedens, conſequens verò, clades, & cędes: hoſtes priùs F in fugam vertuntur, deinde faciliùs cæduntur, ac ſternuntur.

Tectis, Στέγαις) Ποιητικώτερον ἀντὶ τῦ κοινῦ τέγεσι.

In obſcura nocte. Ε'ν νυκτὶ σκότῳ) Vel ἐν νυκτὸς σκότει legendum, id eſt, vtpote in noctis tenebris, vel ἐν νυκτὶ καὶ σκότει, vel ἐν νυκτὶ καὶ κατὰ σκότον, vel etiam ἐν νυκτὶ, καὶ σκότῳ, quemadmodum habet codex Romanus, alioqui oratio non eſſet congrua.

Reſpirarunt, Καὶ ἀνέπνευσαν) Τὸ καὶ tollendum G videtur: nam orationis curſum impedit, quod facilè colligitur ex præcedentibus, quæ ab hoc verbo ἀνέπνευσαν pendent.

Circiter

Circiter ſolſtitium æſtiuum, Περὶ τὰς θερινὰς μάλιςα τροπὰς Σεξτιλίου μηνὸς) Atqui ſolſtitium æſtiuum non cadit in menſem aut Iulium, aut Auguſtum: ſed in Iunium: qua de re ſuprà pagina 39. pluribus eſt actum: hinc igitur patet locum hunc eſſe mendoſum. Fortaſſe non abſurdum eſſet ſi legeremus μετὰ τὰς θερινὰς τροπὰς σεξτιλίου μηνὸς, id eſt, poſt ſolſtitium æſtiuum, menſe Sextili: hoc ad veritatem propius accedit. Sylburgius putat legendum περὶ τὰς χειμερινὰς μάλιςα τροπὰς, Δεκεμβρίου μηνός: ſed hæc mutatio nimium eſt audax. Vide quibus rationibus ſuam ſententiam Sylburg. tueri conetur.

Sextili, Σεξτιλίου) Mendoſè antea σεκτιλίου legebatur.

Sp. Seruilius, Σπόριός τε Σερουίλιος) Ex Sigonij faſtis Σπόριός τε Σερουΐλιος legendum patet.

Cum rebus, Παρὰ τῶν) Exiſtimo legendum περὶ τὴν αὐτὸν τε τύχην, hanc lectionem, & R. codex habet.

Nulla ſementis, Α᾿πόρου γὰρ τῆς χώρας) Α᾿σπόρου videtur legendum Leuis eſt error. R.C. & Lapus hanc lectionem agnoſcit. Δευτὰ) Σωμάτων, deſideratur antè κατὰ, & diſtinctio tollenda.

In tam miſero rerum ſtatu, Τοιούτοις συνεχόμενοι κακοῖς) Hæc tota periodus peſsimè ſe habet, ei tamen remedium, quod poterimus, afferemus. Sic igitur hæc puto ſananda, τοιούτοις συνεχόμενοι κακοῖς οἱ ὕπατοι τοὺς τε συναγομένους σῖτον ἐκ τῆς σύνεγγυς τόπων μετὰ πολλῶν χρημάτων ὠνήσαντες, καὶ τὸν ἐν ταῖς οἰκίαις, ὑπέταξαν εἰς τὸ δημόσιον ἀναφέρειν τοὺς εἰς τὸν ἑαυτῶν βίον πλείονα τοῦ μετρίου παρασκευασαμένους, ὁρίσαντες ἀποχρῶσαν τιμὴν, ταῦτα δὴ, &c. Sylb. ait in R.C. pro ὥστε legi τιμῶντες, & ante ὁρίσαντες ſcriptum τιμήν.

Quum autem, Ε᾿πειδὴ αὖ μὲν) Proculdubio particula δὲ deſideratur.

Progreſsi exerc. Προσελθόντες ὑπέξαν) Mallem προσελθόντες. hoc enim commodius.

¶ Pag. 309. Præſenti ſucceſſu contenti eſſent, Ε᾿πὶ τῷ κατορθώματι μένειν) Vel παρόντι, vel ἀξίους, vel ὀλίγοις deſideratur: nec enim τὸ μένειν ab illo ἐπὶ commodè regi poteſt.

Longius progreſsi ſuſceperunt, Προελθόντες ἀνείλοντο) Hoc ἀνείλοντο alij vertunt, perdiderunt, alij confecerunt. Ego verò ſuſceperunt. Nam paulò antè Dionyſius dixit, καὶ τραυματίας λαμβάνουσι πολλοὺς, τοὺς μὲν ἐν ταῖς ἐκδρομαῖς ἀπολειφθέντας, τοὺς δὲ ἀνὰ τὴν ὁδὸν ἄπνους ἐρριμμένους. Quæ verba locum iſtum interpretantur.

Legati à Rep. miſsi, Τῶν τε δημοσίᾳ πεμφθέντων) Πρεσβευτικῶς τοὺς πρέσβεις παρὰ τῆς πόλεως πεμφθέντας ſic appellat.

Q. Conſidius, Κοΐντου Κοϊντιλίου) Sigonius Κοΐντου Κονσιδίου legendum cenſet.

Capite litem æſtimarunt, Θανάτῳ τίμησιν) Legitima conſtructio videtur poſtulare θανάτου, vt pagina 433. a. θανάτου τιμησάμενος. alioqui dicendum etiam ἀπτόματι vt eadem ſtructura ſeruetur. Ε᾿πὶ συνῆλθον) Perperam antè ἐπὶ legebatur.

Seſdecim talenta, Ταλάντων ἑκκαίδεκα) Glareanus in ſuis in Lapi verſionem annotationibus monet hunc locum corruptum eſſe. Vide quæ Sylburgius ea eo affert. Quàm varia ſit talenti ſignificatio docet Suidas: fortaſſe autem locus hic ob variam numeri, ac ponderis rationem, quæ erat apud varios populos excuſari poſſet.

¶ Pagina 310. Inſidiarentur, Ε᾿πιβουλαῖς) Si codex eſt ſanus, locus hic ita eſt intelligendus, vt ſum interpretatus: ſed ſuſpicor fortaſſe ἐπιβολαῖς legendum, id eſt, ſtatuto etiam horum certo numero in mulctis, quas Magiſtratus in poſterum hominibus priuatis eſſent irrogaturi. Α᾿ργυροκράτιον, ἐπιβολὴ, ἡ ζημία. Suidas ἐπιβολὴ παρὰ τοῖς ῥήτορσιν ἡ ζημία, καὶ Αρεοπάγω. ταύτης ἐπιβολὴν μίαν εἶναι. At pag. 433. Dionyſius ἐπιβολὰς appellat τὰς ἐπιχειρήσεις, conſilia, quæ quis init. Ε᾿πισχεῖν) Melius ἀσιτεῖν, id eſt, ob abſtinentiam à cibis.

C. Nautio Γαΐου Ναυτίου) Ναυτίου legendum: ſic enim à Latinis vocatur. Eúmque Dionyſius p. 418. ſic appellat, ὁ δὲ ἕτερος τῶν ὑπάτων Γάϊος Ναύτιος, &c.

A Non alicuius delicti, Οὐκ ἀδικήματι) Οὐκ ἀδικήματος legendum: hic enim genitiuus ab illo λόγον pendet, & verbis illis ἀλλὰ τῆς τύχης ἀπαιτοῦντες λόγον reſpondet.

Τοὺς τοιούτους) δὲ deſideratur.

Si modò vlla in re, Καὶ ἐν ᾧ ἄδηλόν ἐστι) Α᾿πὸ τοῦ καὶ δι' ἐκείνου τὸ ἀδίκημα ἄδηλον, καὶ ὁ φανερόν: ſed τὸ καὶ tollendum antè εἴπερ.

Per iram, Χαριζόμενοι) Gelenij verſio facit vt credam legendum potiùs καταχαριζόμενοι, vt ſenſus videtur flagitare. Si vulgatam retineamus, hæc ita vertemus, me iræ veſtræ concedentes, & permittentes, id eſt, veſtræ iræ libidini dedentes, & per iram necantes. In codice R. totus hic locus ita legitur: λόγον ἐν ᾧ καὶ οὔτε ἀδικοῦ ὑμᾶς ἄδηλον ὄντι ἔτι, τοῖς. Vtraque lectio ſatis bona.

Τοῦ μετ' αὐτὸν) Mallem μεθ' αὐτὸν, ἤτοι ἑαυτὸν, καὶ ἐμαυτόν.

C ¶ Pagina 311. Agrum armis hoſtilibus vacuum, Τήν τε χώραν ὅπλων πολεμίων ἐλευθέραν) Proculdubio vel παρέχων, vel aliquid συνδυναμοῦν deſideratur. In codice R. eſt παρέδωκε. Sylburgius τίνος οὖν ἀδικήματι ὑποδίδοντος εἶναι) Τίνι potiùs legendum, & cum ἀδικήματι iungendum. Niſi τὸ τίνος ἑλληνικῶς poſitum dicas pro τίνος ἕνεκα. Vertes autem, Quam igitur ob cauſam reus agor? ὑπόδικος ἀδικήματι dicitur reus crimini obnoxius. Παραγῇ λάβη) Λάβωσι dicendum videtur, vt ad πράξεις referatur: abſurdum enim eſſet dicere ὅταν δὲ τὸ τέλος παραγῇ λάβη τελευτὴς.

D Vi illata aggreſſus eſſe, Βιασάμενος) Ex ſequentibus patet legendum βιασάμενος: mallem tamen hæc ita legere, vt legitima conſtructio flagitat, ὁ πρῶτος φαίνομαι βιασάμενος ὀχυρόν ἐπιβαλλόμενος, ſic enim loquimur, ἐπιβάλλομαι ποιεῖν, aggredior facere.

Ε᾿νθυμήματα) Καὶ copulam deſiderari puto.

Ε᾿ξεπιτάζομεν) Lapus ἐξεπιστάμεθα videtur legiſſe. Sed nihil mutandum.

¶ Pagina 312. Bella infertis, Πολεμίους ἐπιφέρετε) Error E eſt manifeſtus, πολέμους enim legendum.

Et Remp. erigit, Καὶ ἐν ὀρθῷ) Ex ipſo ſenſu, & legitima verborum conſtructione, patet hæc ita corrigenda, καὶ ὀρθὴν περιέχουσι ὑμῶν τὴν πόλιν, ὁ πλοῦτα. Gelenius hanc lectionem agnoſcit: alioqui (quod & à Sylburgio notatum) ἐν ὀρθῷ περιέχουσι ὑμῶν διάγειν legendum eſſet.

Volutationes, Προσκυλινδήσεις) Hoc ideò dicit autor quia rei, qui in capitis periculo verſabantur, ad captandam miſericordiam ſordidati ad pedes eo- F rum, in quorum erant poteſtate, ſe proſternebant, & volutabant. Α᾿λλὰ παριόντες) Παριόντες potiùs legendum. Si codex eſt ſanus, vertes, in mediam concionem prodeuntes eum purgabant.

¶ Pa. 313. Mediam noctem, Μέσας νύκτας) Vel περὶ, vel κατὰ, vel ἀμφὶ deſideratur.

Ab equitibus, Τῶν ἵππων) Mallem ἱππέων, quod vſitatius: ſi codex mendo caret, hoc figuratè dicetur.

Τινὰ ἐπ' ἐκείνους) Vel ἐσομένην, vel ἐπελευσομένην, vel G etiam χωροῦσαν deſiderari videtur.

Ad Veiorum mœnia, Τῆς Οὐιεντανῶν χώρας) Pro χώρας videtur reponendum πόλεως, hoc ex ſequentibus

Digitized by Google

Dionyſij verbis facilè colligitur. Sic enim ille, ὡς δὲ οὐδεὶς ἐξῆν μαχροσύνδυνος, ἄπορον σφῶν χρῆμα, ἐκ πτοχεια-χίας αὐτοῖς ἰδεῖν, ἐχυρὸν σφίσι ἔχοντας πόλιν. Προ-καλεῖται) Προκαλεῖται potiùs legendum. Quod ſi codex mendo caret, ab antecedendi conſequena erit intelligendum.

A. Manlius, Αὖλος Μάλλιος) Antea mendoſè Μάλιος legebatur. Τῶ μεταξὺ τούτῳ χρόνῳ) Eodem modo, & pagina 385. Dionyſius loquitur: ſed fortaſſe melius ſi τούτων in vtroque loco legeremus. A

¶Pag. 314. Cenſique, Καὶ ὅσοι οἱ τιμησάμενοι) id eſt, *Et ciues, qui ſe ipſos, & pecunias, & filios puberes cenſuerunt, erant centum & tria hominum millia, & aliquot prætereà.*

Æmilius Mamercus, Αἰμίλιος Μάρκος) Mamercum Latini vocant. Quare Μάμερκος legendum. Suprà pa. 405. vbi de hoc ipſo Æmilio agitur, Λεύκιος Αἰμίλιος Μαμέρκου υἱὸς vocatur.

Vopiſcus Tullius, Τύλλιος) Quidam Τούλλιος Οὐοπίσκος cenſent legendum. Sigonius Iulium cognomento Iulum intelligi putat: quare legendũ Ἰούλιος Ἰοῦλος vel Ἴουλος. Τῶν στρατιωτῶν) ſenſus flagitat vt τῶν στρατῶν legamus. B

Caſsio, Τοῖς μετὰ Κάσσιον) Τοὺς περὶ Κάσσιον legendum, quòd cùm ex Liuio, tum ex ipſis Dionyſij verbis facilè colligitur. Sic enim ille pa. 447. Οἱ δήμαρχοι τὸν ὑπὲρ κληρουχίας πάλιν ἐκίνουν λόγον, καὶ προσιόντες τοῖς ὑπάτοις ἠξίουν βεβαιῶσαι τῷ δήμῳ τὰς ὑποσχέσεις, ἃς ἐποιήσαντο οἱ βουλὴ Σπορίου Κασσίου, καὶ Πρόκλου Οὐεργινίου ὑπατευόντων. Si codex mendo caret vertes, *Conſulibus, qui poſt Caſsium, & Virginium Conſules ſunt creati.* C

Manlio & Lucio, Μαλλίῳ τε, καὶ Λευκίῳ) Sylburgius καὶ φουρίῳ corrigit, vt vel nomina, vel prænomina coniungantur. Sed hoc non ſemper obſeruatur. Quare ne hic quidem quicquam mutandum, facilè enim quiuis intelligat ex pa. præcedenti Aulum Manlium, & L. Furium ſignificari.

Dicam iniuriæ pleb. factæ ſcripſit. Δίκην ἐπιγράψαι δημοσίαν) Dionyſius intelligit cauſam publicam, quæ ad Remp. pertinebat, & quam rei apud populum erãt dicturi. Subdit enim explicandi gratia, καὶ προεῖπον ἥκειν ἐπὶ τὴν δίκην ἀπολογησομένους. D

Quum duodecem anni, Δώδεκα ἐτῶν μεταξὺ ἀρχείων) Ἀρχεῖον ſæpe pro magiſtratu ponitur, nunc tamen figuratè à magiſtratu, à Conſulatu videlicet ipſi Conſulatus anni, qui à Conſulibus notabantur, ſunt intelligendi. Sic etiam pag. 448. Dionyſius πεντεκαίδεκα ὑπατείας dixit pro πεντεκαίδεκα ἔτη, id eſt, xv. annos. E

Qui tunc magiſtr. Τοὺς ἐν ἀρχῇ) Senſus ipſe nos docet ἐν ἀρχῇ legendum.

Vt iudicio adeſſet, Ἧκεν ἐπὶ τὴν δίκην) Lapus, *cohortatuſque omnes iudicio adeſſe iuſsit*: hinc ſuſpicor fortaſſe ἥκειν ἐπὶ τὴν δίκην legendum, vulgata lectio paulò durior videtur: hic autem infinitus ab illo παρακαλοῦντες regetur. Sic pag. 450. τοῦ δὲ εἰς κατηγορήσοντας, παρεκάλουν ἥκειν ἅπαντας, & cætera. Ἐμφανῶς, καὶ κατηγορῶν) Κεῖται ἐμφανῶς, ἀντὶ τοῦ ἐμφανῶν, καὶ κατηγορήσειν. Sed quaſi res iam geratur ita loquitur Dionyſius, vt rem minimè dubiam ſignificet. Ἡμέραν προειπών) Sylburgius προεῖπον emendat, quod bene habet: ſed tamen vulgatam lectionem retinere potes: nam hoc participium ab illo infinito κατηγορεῖν pendere dices. F

¶Pagina 315. ſed eum à lictoribus, Ἀλλὰ τοῖς ῥαβδούχοις ἄγειν καὶ παίειν ἐπικελεύοντο) Vel ἄγειν καὶ παίειν τοὺς ῥαβδούχους ἐπεκελεύοντο, id eſt, ſed cùm eos à ſuis lictoribus abduci, virgiſque cædi iuberent, vel τοῖς ῥαβδούχοις ἄγειν & cætera: vulgata lectio aliquid abſurditatis videtur habere. Sylburgius tamen πτῶσιν hoc ab autore dictum putat: ſed vereor ne πτῶσις iſte iam ſit παρὰ προ- G

τον. Dionyſius ſtatim ſubiicit τούς τε γὰρ παρόντας προσελθόντας τῶν ῥαβδούχων, quod meam coniecturam confirmat.

Et ſeditio legis agrariæ, Ἡ περὶ τῆς κληρουχίας) ſententia eſt mutila, & vel στάσις, vel aliquid huiuſmodi deſideratur, & legendum, ἡ περὶ τῆς κληρουχίας στάσις.

Grauius, Μεῖζον) Κακὸν, vel aliquid ἰσοδυναμοῦν deſiderari puto, Sylburgius pro μεῖζον διὰ ait, μείζονα δικασθῇ legendum, & τὸ μείζονα ad ἀγῶνα refert. Noſtra coniectura longè ſimplicior, & commodior videtur.

In eo apoſcere vol. Ἠξίουν παρ' αὐτῶν) Imò verò κατ' αὐτῶν: nam non ab ipſis Conſſ. ſed à Senatu contra conſules animaduerſionem petere, & impetrare cupiebant, atque hoc ſibi concedi æquum eſſe cenſebant: hanc lectionem & Gelenius agnoſcere videtur.

Ab infima plebe tribunus eſt creatus. Ὑπὸ τοῦ τῶν πενήτων δήμου, προστάτης) Hæc videntur, & perturbata, & malè diſtincta. Sed ſic in priſtinas ſedes ſunt reſtituenda, & diſtinguenda, ὑπὸ τῶν πενήτων τοῦ δήμου προστάτης, ὁ δήμου προστάτης περιφραστικῶς Trib. pleb. appellatur, qui δήμαρχος antè συνωνύμως vocatur.

Comitiis, Ἀρχαιρεσιῶν) Si lectionem iſtam retineamus ſubiiciendum erit μετάγειν αὐτάς, δυναστείας ἀρχαιρεσίας. alioqui ἀρχαιρεσίων legendum: alterum eſt fœminei generis, alterũ neutrius: ſed vtrumque idem ſignificat.

Φατριακῶς) paulò pòſt φατριακὰς, & φατρίας: ſuprà tamen ſæpius φρατρία, & φρατριακὸν habuimus, quæ ſunt magis recepta. Vide Heſychium in φάτρια, & φάτριαι.

Curiatis, Κυριάτιν) Error eſt manifeſtus. Vel enim κουριάτην, vel κυριάτιν, vel potiùs κουριάτιν legendum, vt pagina 445. vbi Dionyſius ſic loquitur, ὡς ἐν ἔσχε τὴν λοχῖτιν ἐκκλησίαν, ἀλλὰ τὴν κουριᾶτιν ἐποίει τῆς ψήφου κυρίαν. Illud hic obiter obſeruandum, iſtam comitiorum Tributorum, Centuriatorum, & Curiatorum rationem à Dionyſio ſæpe non ſatis apertè, nec ſatis diſtinctè demonſtrari, quod profectò lectores grauiter turbat: ſed de his Carolus Sigonius, & Nicolaus Gruchius in ſuis doctiſsimis libris de Romanorum Comitiis proliaè agunt. Ex Glareani verbis patet hic Κουριάτιν pro κυριάτιν, ſiue κουριάτιν legendum.

Auibus, Καὶ οἰωνοσκόπων) Hic, vt ſuprà legendum videtur οἰωνῶν. Iſtam coniecturam confirmant verba, quæ extant pagina 446. ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου τὰ τῶν δημάρχων, καὶ ἀγορανόμων ἀρχαιρέσια μέχρι τῆς καθ' ἡμᾶς χρόνου δίχα οἰωνῶν, καὶ τῆς ἄλλης ὀττείας ἁπάσης αἱ φυλετικαὶ ψηφοφοροῦσιν ἐκκλησίαι, opponitur autem τὸ ἐπιθεσπίζειν τῷ ἀποθεσπίζειν. ἀποθεσπίζειν in augurali diſciplina dicebantur aues, quæ addicebant alicui, & quæ auſpicium aliquo ſigno ratum faciebant.

Tribunis duos, Δύο δημάρχοι τὸν νόμον) Hæc videntur tranſpoſita: ſed ita ſunt collocanda, δημάρχων δύο δήμαρχοι οἱ συνεισφέροντες αὐτῷ τὸν νόμον.

Pa. 316. Futuræ indicia, Ἐχεμύθως μηνύματα) Ἐπισήμως legendum puto, quod longè commodius.

Σύμπασαν) Συμπᾶσαν antè: ſed mendoſè legebatur.

Ἐπ' ἐξόδῳ τῆς ἀρχῆς ὤν) Vel ἐλάφρωσε, καὶ ἐπ' ἐξόδῳ legendum, vel pro ὢν ὄν eſt reponendum: hoc autem participium cum verbo μετῄει iungendum erit.

Ἀρχαιρεσιῶν ὀλιγάντων) Ἀρχαιρεσίων legendum vt ſuprà declaratum: neque enim veriſimile videtur nũc Atticè participium maſculei generis cum nomine fœminei generis eſſe iunctum: qua de re ſuprà pluribus à nobis actum.

Ἐλατ.

Ε᾽λαττώσαντα) Ελαττώσαντα fortaſſe melius. Si nihil mutandum, vertes, *qui nihil*, id eſt, nullo modo, nulla in re *dominatum optimatum imminuiſſet*.

Q. Capitolinus, Κόιντ@ Καπιτωλῖν@) Scriptores Latini Quintium vocant: quare Κόιντ@ hic quoque legendum. Ε᾽πὶ τῇ πόλει) Α᾽ντὶ τοῦ ἐν τῇ πόλει.

Ei decerni, Ε᾽πιψηφίσαι) Ex ſenſu, verbiſque præcedentibus patet ἐπιψηφίσαι legendum, cuius verbi συζυγίαν ſubiicitur ἐπιψηφίζεσθαι.

¶ Pagina 317. Iam verò, Νυῦ ᾽ ὑπ᾽ ἐκείνο) Tollenda præpoſitio ὑπὸ, quod orationis curſum impediat, atque adeò ἀσαφῆ faciat. Dicendum enim eſſet νυῦ ᾽ ὑπ᾽ ἐκείνο λόγου φανέντος ἐπὶ καιροῦ, καὶ ἑτέρ@ ἀκουσθέντος. Sed hæc ob tot eorundem caſuum concurſum eſſent & aſpera, & obſcura. Altera lectio proximè ad veritatem accedit, & mutatio leuiſsima, vel potius nulla eſt nobis facienda. Sylburgius hoc non animaduertit, ſed & vulgatam lectionem, ac verſionem eſt ſequutus. Ε῎φασαν) Ε῎φασαν dicendum: hoc ex præcedentibus facilè colligitur.

De rebus turpiſſ. Τῶν αἰσχίστων ἔργων) Gelenius videtur legiſſe ἐσχάτων. Sed ſi τὸ ἔργων expungeretur res melius haberet.

De capitali pœna exilióque, Οἷς περὶ θανάτου, καὶ φυγῆς). Hic locus eſt corruptus. Senſus aliquam huiuſmodi lectionem flagitat, ἐν οἷς περὶ θανάτου, καὶ φυγῆς κρίνεσθαι, πλεῖν οὐχ ὡς πρότερον μετεφέροντο, & cætera. Sylburgius ait hunc locum in codice Romano ſic legi φυγῆς ἐν πόλει πρότερον ἐδόκει κρίνειν, καὶ τὴν. Lector ſequetur lectionem, quam meliorem iudicabit.

Ο῞ τι ᾽) Τοτὶ δὲ legendum puto vt ſuprà.

Φιλεῖ ᾽) Hæc oratio non eſt congrua. Legitima grammaticorum conſtructio poſtulat vt legamus φιλεῖ γὰρ φθονεῖν ἐν μὲν τῷ ἀγαθῶν, & cætera. vel certè dicendum, φιλεῖ γὰρ ἐν μὲν τῷ ἀγαθῶν ἐπιφανεστέρων χρόνῳ, καὶ ἀτυχεῖς γίγνεσθαι ταπεινὰ ἐν δὲ τῷ πονηρῶν, κακοί, καὶ ἀνάξιοι. Sylb. hoc non obſeruauit.

Phagedæna, Φαγέδαινα) Ita vocat inuidiosè Tribunitiam poteſtatem, quam ob mala pernicioſa, quæ inde in Remp. vniuerſam redundabant, phagedænæ aſsimilat: hanc autem Iulius Pollux libro 4. cap. 25. ita definit, Φαγέδαινα, ἕλκωσις ἄχρι τῶν ὀστῶν διαδιδοῦσα ταχεῖα νομῇ μετὰ φλεγμονῆς, ἰχῶρα δυσώδη ἀφιεῖσα, καὶ πρὸς θάνατον φέρουσα, id eſt, *Phagedæna eſt exulceratio, quæ vſque ad oſſa celeri depaſtione cum inflammatione ſerpit, & ſaniem malè olentem emittit, & ad mortem ſpectat.* In vulgatis lexicis ſunt qui τὸ διαδιδοῦσα corrigant, & pro eo vocem inauditam διαδύνουσα reponendam cenſeant: Sed ſi vox eſſet corrigenda, mallem διαδύνουσα reponere, id eſt, quæ penetrando conſumit. At nihil mutandum. Nam διαδιδόναι ſæpe ſignificat diſtribuere, & in varias partes ſpargere. Sic igitur dicemus eſſe ἐλλειπὲς pronominis αὐτήν. Quare ſi verba ſpectes, vertendum, *Quæ ſe diffundit vſque ad oſſa*, id eſt, quæ penetrat, ac ſerpit vſque ad oſſa. In codice Florentino ταχεῖα νομῇ: ſed mendosè legitur.

¶ Pagina 318. Ceſsiſſe, Α῎φεσιν τὴν) Sylburgius ait in R. codice ἄφεσιν legi, quod ἀντὶ τοῦ ἐτύχοσαν, id eſt, impetrarunt. Sed nihil mutandum. Nam ἄφεσιν τὴν κάθοδον fig. reditum ſuſcipere, redire.

Oſtendit Ε᾽πιδείκνυσιν) Non ſolùm oſtendit: ſed etiam legit, atque recitauit. Ideo ad meliorem huius loci interpretationem addidi in mea verſione quod notis eſt incluſum.

Tum de, Τὸν τε περὶ) Error eſt manifeſtus, & legendum τόν τε, & paulò pòſt καὶ τὸν ὑπὲρ. Hoc enim ad νόμον eſt referendum, quod ſubauditur. Alioqui τοῦ τε, καὶ τοῦ ὑπὲρ dicendum, quod ad præcedens νόμου referetur. Sed hæc lectio mihi minus probatur.

Dediſſet, Ω῾ς ἔδωκεν) Mallem ᾧ δηλονότι τῷ νόμῳ, ſiue δι᾽ οὗ, id eſt, qua lege, cuius legis permiſſu, per quam legem. Sic paulò pòſt ᾧ ἐκ εἶχε.

Centuriatorum comit. Ω῾ς ἐκ εἶχε) Si vulgatam lectionem ſequaris, τὸ εἶχε ad præcedens βουλὴ eſt referendum. Verba autem hæc ſonant, *Et quod* (Senatus) *non haberet Comitia Centuriata: ſed Comitia Curiata ſuffragiorum dominam faceret*: ſed in mea verſione ſenſum, non verba ſum ſequutus. Sylburgius ὡς ἐκ ἔτι legendum cenſet.
A Quod ſi probes, vertendum, *Et quòd* (Senatus) *vim ſuffragiorum non amplius Centuriatis Comitiis, ſed Curiatis dediſſet.* Vel, *vim, ac poteſtatem ſuffragiorum non amplius penes Comitia Centuriata eſſe voluiſſet.* Poſſemus etiam ſic, non ineptè tamen locum hunc legere, ὃς ἐκ ἔτι, vt τὸ ὃς ad νόμ@ referatur, id eſt, *Qua lex non amplius Centuriata Comitia: ſed curiata ſuffragiorum dominam faciebat*, hæc lectio longè melior videtur, quam duæ præcedentes.

Aetate noſtra, Τὸ καθ᾽ ἡμᾶς) Υ῾μᾶς potiùs legen-
B dum, vt ex ſequentibus colligitur, hæc enim pertinent ad Appium, ad quem verba fiunt, vertes autem, *Id quod apud vos accidit.* Ε᾽ντρέπεσθαι) Ε᾽ντρέπεσθαι potiùs dicendum videtur, hinc ἐντροπή, reuerentia. Niſi fortè τὸ ἐκτρέπεσθαι ἀντὶ τοῦ ἐντρέπεσθαι poſitum eſſe dicas. hoc autem de iis dicetur, qui honoris gratia de via deflectunt, nec audent rectà obuiam ire illis, quos honorant: ſed reuera hoc affirmare non auſim.

¶ Pagina 319. Ipſa experientis ſapientiores factos,
C Ε᾽μπειροτέρους γεγονότας) Si codex caret mendo, locus hic erit intelligendus vt ſumus interpretati. Sed reuera, ſi coniecturis fides habenda, ſuſpicor legendum potiùs πεπειροτέρους. Sequentia Dionyſij verba rem confirmant. Opponit enim τῷ πεπείρῳ, ſiue πεπειρότερον γίνεσθαι τὸ ἐπὶ τῆς αὐτῆς αὐθαδείας μένειν. πέπειρ@ verò maturus, mollis, ac μεταφορικῶς accipitur pro eo, cuius ingenium eſt mite, manſuetum. Itaque hunc locum ita vertemus, vbi animaduertit hos iam leniores, & manſuetiores eſſe factos.
D Ne publicæ ſaluti aduerſ. Μὴ ἀντιπράττειν τῇ σωτηρίᾳ τῆς) Exiſtimo legendum τῇ σωτηρίᾳ. Nam hic ἀντιπράττειν idem valet ac ἐναντιοῦσθαι. Si codex mendo caret, vt ſenſus commodus eliciatur dicemus τῆς κατὰ ἐλλειπὲς eſſe, ἀντὶ τοῦ κατὰ τὴν σωτηρίαν, ἤγουν τὴν σωτηρίαν, id eſt. Et cum rogaſſet collegam ne ſibi in Reipubl. ſalute aduerſaretur. pagina 473. Dionyſius συνηγόρησεν dicit τῷ τῆς πόλεως συμφέροντι οὐδὲν ἐναντίον πρᾶξαι.
E Alij ſignis. Οἱ μὲν τὰ σημεῖα) Ipſe ſenſus, & legitima verborum conſtructio flagitat aliquam huiuſmodi lectionem, οἱ μὲν τὰ σημεῖα ἐγκαταλιπόντες, οἱ δὲ τὰς τάξεις, ἄλλοι. Lectionem iſtam Lapus agnoſcit, noſtrámque coniecturam ipſa Dionyſij verba confirmant. Sic enim ille paulò pòſt, κατὰ τὴν λειπόντων τὰς τάξεις, καὶ προεμένων τὰ σημεῖα, & pagina 449. dum Appium de plebe conquerentem inducit, hanc orationem ei aſcribit. Α᾽λλὰ καὶ ὅτι στρατηγὸν τὴν αὐτὴν ἀκοσμίαν ἀπελύσατο, ὅπλα τε ῥίψαντες, καὶ τάξεις ἐκλιπόντες, καὶ σημεῖα παραδόντες πολεμίοις. Sylburgius ait in R. codice hæc ita
F legi τὰ σημεῖα ῥίψαντες, οἱ δὲ, τὴν τάξιν ἐκλιπόντες, ἔφευγον. Idem eſt ſenſus, & leue lectionis diſcrimen.

Τῶν πρεσβευτῶν) Suſpicor πρεσβευτῶν legendum, πρεσβευτοὶ legati, legati Conſulis, vel Prætoris. Α᾽πὸ δωδεκάδος) Imò verò δεκάδος dicendum, quod ex Latino verbo patet. Decimare enim ſignificat decimum quemque rapere ad ſupplicium. Quòd ſi codex eſt ſanus, hoc loquutionis genus ſignificabit duodecimũ quemque ad ſupplicium rapere.
G ¶ Pag. 320. Eius patri, Τῷ πατρὶ αὐτῷ) Αὐτοῦ potiùs legendum, vt hoc ad ipſum Æmylium referatur. hanc lectionem ſenſus ipſe indicat. Ε᾽γκρατεύσαντος). i. vi-

rum clariſſimum cùm ob peritiam ductandorum exercituum, & bellorum tractandorum, tum ob reipublicę bene gerendæ, & ciuilium negotiorum bene tractandorum peritiam.

Plebem ad ſe allectans, Αἰρόμενος πρὸς αὐτὸν) Τὸ αἰρεῖσθαι, hîc ἀντὶ τοῦ οἰκειοῦσθαι, καὶ ἐπαιρίζεσθαι poſitum: quod à Sylb. obſeruatum. Sed hæc vox eſt mihi ſuſpecta de mendo. Fortaſſe non eſſet abſurdum ſi legeremus, ὡς δῆμον αἰωρήσας πρὸς αὐτοὺς, δηλονότι πατρικίους. i. quòd plebem contra ipſos Patricios concitaſſet, ac inani ſpe repleuiſſet. Nam, τὸ αἰωρεῖσθαι, ſiue αἰωρεῖν, ſæpe hoc ſignificat. Quia tamen hoc eſt dubium, nihil auſim mutare. Αὐτοῖς προσθεῖσιν) Mallem προσθεῖσιν. hæc autem ſunt perturbata, & in ſuas ſedes ita videntur reſtituenda, τὸν ὑπὲρ τῆς διανομῆς τῆς δημοσίου χώρας λόγον.

Ἐγράφη, τὸν νόμον) præſtat legere, ἐκάστῃ τὸν νόμον κατηναγκασμένον. Sic & Sylburgius.

Conſules qui poſt, Λαβόντες ὕπατοι) Ex ipſo ſenſu, verbiſque Dionyſij, λαβόντες ὑπατείαν legendum eſſe conſtat. alioqui oratio eſſet imperfecta, & abſurda Idem & Sylb.

Multa pericula, Πολλῶν αὐτοῖς) R. codex αὐτοῖς habet, vt ait Sylb. & ad ὑπατείας referendum. Quæ lectio melior, quàm vulgata, licet ad ſignificatum, Conſules s. c. referri poſſe dicas.

Agri finitores, Τοὺς δὲ γῆς ὁμόρους) Ὅμορος τὸν ὁμοτέρμονα, καὶ πλησιόχωρον, *i. conterminum. & finitimum ſignificat.* Sed hoc ad rem præſentem non facit. Locum mendoſum eſſe puto, & γῆς ὁριστὰς legendum arbitror. Sic enim ſuprà pag. 400. & 401. & 409. & 413. 7. & multis aliis in locis Dionyſius hos agri finitores appellauit. Quòd ſi cui hæc lectio à Dionyſij verbis nimium remota videtur, alteram afferemus, quæ ad eam propiùs accedet. Nam ipſe autor hac de re agens ſic loquitur pag. 490. τοὺς ὑπατεύσαντας ἐν τῷ προτέρῳ ἐνιαυτῷ κατέστησεν ὑπὸ δίκην, ἀναλύσαντας τὸ ψήφισμα τῆς βουλῆς, ὃ περὶ τῶν γεωμόρων ἐψηφίσατο, & eadem pag. paulò pòſt, legem agrariam, νόμον γεωμορικὸν appellat. Hæc ſunt eius verba, καὶ τὸν γεωμορικὸν νόμον εἰσφερόντων τῶν δημάρχων ἐπικυρῶσαι. Ex quibus locis facilè colligitur hic quoque τοὺς δὲ γεωμόρους legendum: quos igitur alibi γῆς ὁριστὰς nominibus vſitatiſſimis vocat, eos nunc vocabulo minùs recepto γεωμόρους appellat. Et quam legem pag. 488. νόμον χωρονομικὸν nominat, eam ibi γεωμορικὸν vocat. Χωρονόμος autem (vt ex ipſis Dionyſij verbis facilè colligitur) dicitur ὁ τὸν χῶρον ἤτοι τὴν χώραν νέμων, διανέμων, καὶ διαιρῶν, *i. qui agrum diuidit, agri diuiſor, & finitor*: hinc χωρονομεῖν, *agrum diuidere*, χωρονομία, ipſa agri diuiſio, χωρονομικὸς, qui pertinet ad agri diuiſionem, vt νόμος χωρονομικὸς, *lex agraria*, in qua de agris diuidendis agitur. Γεωμόρος, ſiue γημόρος (nam eadem eſt vtriuſque nominis ratio formandi) dicitur ὁ τὴν γῆν, ἤτοι γῆν μείρων, καὶ διαιρῶν, *i. qui terram diuidit & partitur.* Itaque χωρονόμος, καὶ γεωμόρος συνωνύμως ponuntur. Pro eodem dicitur & γειομόρος apud poëtas. Quanquam etiam accipi poteſt pro agricola, qui terræ findendæ ac diuidendæ. i. arandæ dat operam. Apoll. lib. 3. τῶν ἀργον. pag. 173. verſu 1385. ex Henrici Stephani typis, Δείσας γειομόρος μή οἱ προταμώνται ἀρούρας. & cæt. Et libro quarto, pag. 228. verſu 1452. Ὡς δ' ὁπότε στεινὸν περὶ χηραμὸν εἱλίσσονται Γειομόροι μύρμηκες. Quo loco græcus Scholiaſtes, τὸ γειομόροι interpretatur περὶ τὴν γῆν κακοπαθοῦντες. Eodem modo libro primo, pagina 59. verſu 1214. βοῦν γεωμόρον appellat bouem, qui aratro terram diuidit, & qui circa hoc verſatur, ac laborat. Hæc autem ideo ſcripſi quòd in vulgatis lexicis, aut nullas huiuſmodi voces reperias, aut certè earum longè alias ſignificationes inuenias, quæ nunc ab autoris mente ſunt alienæ. Sed, vt iam ſæpè monui, Dionyſius ſuo quodam iure multa, aliis non tam familiaria vſurpat. Quare ne hæc quidem præter morem ab eo dicta credendum.

Quoniam verò, Ἔπειτα δὲ) Ἐπεὶ δὲ legendum videtur. His reſpondent, ἐπὶ δὲ τοῦτο. Cauſam enim affert, ob quam verba hac de re ſit facturus. Hanc lectionem R. codex agnoſcit, vt Sylb. ait.

¶ Pag. 321. Rerum publicarum, Τὸ τῶν δημοσίων) Intelligit τὴν τῶν δημοσίων διαίρεσιν, καὶ διανομήν. Ἅμα τούτῳ) Δηλονότι τῷ τῆς κληρουχίας πολιτεύματι. Ὑμῶν φυλάσσαι) ὑμῶν φυλάσσειν δεῖ legendum. Vel pro φυλάσσαι, φυλάσσω reponendum. Nullum enim eſt verbum à quo pen-

A deat hic infinitus. Ὅ ἐστι γὰρ) Τὸ γὰρ videtur expungendum. Eſt enim ſuperfluum, & orationis curſum impedit. Vel certè legendum νυνὶ γὰρ ὅ ἐστι.

Occidione, Κατασφαγῆς) R. codex, vt ait Sylb. habet κατασκαφῆς. Significat autem euerſionem. Sed nihil mutandum. Nam vulgata lectio eſt bona, & licet ἡ κατασφαγὴ ad πόλεις referatur, hoc tamen non eſt abſurdum. Nam per τὰς πόλεις, τοὺς πολίτας, καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας πρωτικοὺς intelligemus.

Malè nati & malè educati, Δι' ἀπαιδευσίαν τε, καὶ συγ-

B γένειαν) Si codex eſt ſanus, vertes, *qui propter malam educationem, & propter cognationem, ſiue genus, ſcilicet malum, paruam honeſtatis rationem habent.* Sed ſuſpicor potiùs δυσγένειαν legendum. i. *ob generis humilitatem ac ignobilitatem.* Si τὸ συγγένειαν velis retinere, aliquod epithetum, ſiue κακὴν, ſiue αἰσχρὰν deſiderari videbitur. Si δυσγένειαν reponas, Lapi verſio, & Romanus codex, vt ait Sylb. hanc lectionem confirmabit. Περιτειχισθέντος) fortaſſe meliùs ſi προενεχθέντος legatur. i. *cadauere in forum prolato.* Hæc lectio videtur commodior

C quàm vulgata. Οἱ μὲν δὴ) ſenſus docet οἱ μὲν τοι legendum. Idem & Sylburgius.

¶ Pag. 322. Cælimontanus, Νουμιτανὸς) Κοιλιμοντανὸς legendum videtur, vt ſuprà dictum.

Maritimum *captum eſt.* Ἐπιθαλάττιος, ἢ) vel ἑάλω, vel aliquid ἰσοδυναμοῦν deſideratur: eſt enim imperfecta ſententia, neque illa ad verbum illud ἐτιμήθη commodè referri poſſunt Rom. codex eandem lectionem habet, vt Sylb. affirmat.

¶ Pag. 323. Naualia, Νέοι οἶκοι) Si codex mendo ca-

D ret, vertendum, *Nouas ædes*, vel *noua ædificia.* Verùm quia Dionyſius iam dixit τὰς οἰκίας ἐσέφησαν, hoc videretur ſuperfluum. Quare, ni fallor, νεωσοίκους legendum. Leuis eſt mutatio. Νεώσοικοι autem (vt docet Suidas) οἰκήματα παρὰ τῇ θαλάσσῃ οἰκοδομούμενα εἰς ὑποδοχὴν νεῶν. Quæ omnia nihil aliud quàm naualia ſignificant. Dicti autem νεώσοικοι οἱ νεὼς, ἢ νεῶν οἶκοι, i. nauis, ſiue nauium domus. Qua de re Euſtathius hæc tradit, νεώσοικοι ταυτὸ ὄντα νεώρια παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. Νεώσοικος δὲ συντέθεως, καὶ νεὼς οἶκος ἐν παραθέσει λέγεται. Idem

E autor, Νεῶν οἶκοι, οἱ αἰγιαλοὶ, οἱ ἀττικῶς λεγόμενοι νεώσοικοι.

Coniunctis, Κοινῇ στρατιᾷ) Præſtat στρατιᾷ legere: ſed tamen ne ſic quidem abeſt mendi ſuſpicio. Nam oratio videtur ἀνακόλουθος niſi κοινὴ στρατεία legas, vt ſint recti caſus, & ſubaudiatur verbum ἐποιήθη, vel ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τὸ ἐπράχθη præcedens repetatur. Atque hunc locum ita vertes, poſteà ambo Conſſ. coniunctis viribus communem expeditionem fecerunt in agrum Sabinum, quo vaſtato copias domum reduxerunt. Si κοινῇ

F στρατιᾷ legas, proculdubio ἄλλα deſiderabitur, vt hæc ſic intelligatur, καὶ ἀμφότεροι τοῖς ἀνδράσιν ἄλλα ἔτι ἐπράχθη κοινῇ στρατιᾷ ἐπὶ τὴν, i. Hæc igitur vterque Conſul fecit: ſed ambo ſimul alia etiam fecerunt communi expeditione in agrum Sabinum ſuſcepta.

Q. Capitolino, Κοΐντου Καπιτωλίνου) Dionyſius hunc ipſum pag. 442. Τίτον Κοΐντιον Καπιτωλῖνον vocat, & pa. 454. Τίτον Κοΐντιον Καπιτωλῖνον, ſed hæc mendoſa. Hic enim vocabatur Τίτος Κοΐντιος Καπιτωλῖνος vt rectè ſcriptum extat pag. 456. & 457. Quare hîc quoque Τίτου

G Κοϊντίου Καπιτωλίνου legendum; & paulò pòſt pro Κοΐντος, Κοΐντου, Κοΐντῳ, reponendum Κοΐντιος, Κοϊντίου, Κοϊντίῳ. hic error eſt frequens apud hunc autorem. Sunt

tamen

tamen qui malint dicere Quinctium, quàm Quintium.

Magna præda, Ω᾽ φελείας τι λαφύρων) Σὺν deſideratur: ſed facilè ſubauditur.

Romanis numero præſtabant, Πλήθει τῶν Ῥωμαίων περιέχοντες αἰρόμενοι) Hæc ita ſunt conſtruenda, αἰρόμενοι ἑαυτοὺς διάνοιαν, περιέχοντες τῷ ῥωμαίων πλήθει, i. efferebant ſeſe quòd Romanos hominum multitudine ſuperarent: hoc enim αἰρόμενοι iam videtur ita interpretandum. Eſtque Atticus defectus. Subaudiendum enim ἑαυτούς. Alias alia ſignificat: hæc tamen ſignificatio eſt rara.

A Qua parte maximè, Ω᾽ μάλιστα ἐχώρει) Vel eſt ἀλλαγὴ τῶν ἐν, ᾧ ὧν ᾧ. in quo cornu: vel, quod longè veriſimilius, ᾗ, vt ᾗ, aduerbialiter legendum, qua, qua parte, vbi, hanc poſteriorem coniecturam in mea verſione ſum ſequutus. Lapus vertit, quod maximè laborabat. Quare videtur legiſſe, ὃ μάλιστα ἐπόνει.

B Hora diei fermè tertia, Ω῾ρᾳ πληθούσης μάλιστα ἀγορᾶς) Verba ſonant, & hora diei, qua forum maximè eſt plenum. Ego tamen in mea verſione ſum ſequutus eos, qui hæc ita ſunt interpretati, hora diei tertia. Nam veteres Romani ab oriente ſole ad occidentem duodecim horas numerabant, & diebus breuioribus breuiores, longioribus longiores faciebant: hora autem tertia maximè forum multitudine hominum variis de cauſis eò confluentium refertum eſſe ſolebat. Quare ab antecedenti conſequens intelligendum. Η᾽κολούθουν αὐτῷ) Αὐτοῖς potiùs legendum, vt hic datiuus

C ab illo verbo ἠκολούθουν pendeat: hoc autem vſus ipſe docet: ſi codex mendo caret τῷ αὐτῷ tum πλήθει iungetur quod parum probabile. Ε῎τυχον τυχόντες) Mallem ὄντες, vel ὥστε, quod longè melius.

¶ Pa. 324. Ad Cremeram, Ες κρήμερον) Vel εἰς κρημέραν, vel potiùs κρεμέραν legendum: hoc enim nomen (vt & antè dictum) vt ἡμέρα declinatur.

Cum ſuis clientelis, Σὺν τοῖς τῶν πελατῶν) Vel σὺν τοῖς τῶν πελατῶν legendum, ἀντὶ τοῦ σὺν τοῖς πελάταις, vel σὺν ταῖς τῶν πελατείαις, ἤτοι σὺν ταῖς πελατείαις, i. cum clientelis.

D Quum vellet pauperes, Πένητας βουλόμενος) Perperam antè poſt πένητας diſtinctio ponebatur, quæ ſententiam, & orationis ſtructuram turbabat.

Nequaquam erat grata, Η῎ν δ᾽ οὐκ ἀγαθὸν) Hæc idem valent ac ſi Dionyſius dixiſſet, καὶ ἡ διανομὴ τῆς χώρας οὐκ ἦν ἅπασι τοῖς πένησιν ἀγαπητή. i. Et illa agri diuiſio non erat omnibus plebeis grata, adeò vt pro ea inter ſe contenderent, quod hoc modo ſe patria pelli putarent. τοὺς πολλούς, alibi τοὺς δημοτικοὺς, τὸν δῆμον, τὸ πλῆθος [illegible] vocat. Romanus codex perperam, vt ait Sylb. habet [illegible], ἀλλὰ τοῖς πολλοῖς.

E Manus pugnatura, Δυνάμεις μαχομένην) Mallem μαχουμένην. agitur enim de futuro: ſic autem ſibi loqui ſolet autor.

Stipendio ſex m. Τὸν ἑξαμηνιαῖον ἑξάμηνον) Si codex eſt ſanus ἑλλειπτικῶς eſt nominis χρόνου, alioqui ἑξαμηνιαῖον ἑξάμηνον eſſet dicendum.

F Ipſis denunciatũ fuiſſet, Αὐτοῖς παρηγγέλλετο) Vel legendum [illegible], vel [illegible], vt ſit ſubiũctiuus aoriſti poſterioris paſſiui à παραγγέλλω, παρηγγέλλειν, [illegible] ἦν, quod parum vſitatum, vt alibi monuimus. Alioqui dicendum [illegible], vt ad Ῥωμαίοις præcedens referatur.

Poſtumius Albinus, Ποσούμιος Λαύϊνος) Ex Sigonij faſtis legendum patet Σπόριος Ποσούμιος Α᾽λβῖνος, καὶ Κόιντος Σερουΐλιος πρίσκος.

G Aſſignatæ, Α᾽φοριζόμενα χρήματα) Κτήματα potiùs legendum, vt ex ipſo ſenſu verbiſque Dionyſij facilè colligitur. a. c. idem agnoſcit. Ε᾽νεδίδοσαν αὐτοῖς ἀντί τις) Nullum verbum præcedit, à quo participium, αὐτοῖς regatur [illegible] legendum videtur: atque hoc τῷ ἐλάμβανεν reſpondebit. Si αὐτοῖς retineas, [illegible] erit addendum ante ἔλαβον. Α᾽ξιοῦντας) Α᾽ξιοῦντες legendum, & in eodem caſu, quo λέγοντες, hoc participium eſt ponendum.

¶ Pag. 321. Iouis Fidij, Διὸς τοῦ πιστίου) Ζεὺς πίστιος dictus Iupiter, qui fidei præerat, & qui puniebat eos, qui fidem datam violabant.

A In colle Quirinali, Ε᾽πὶ τοῦ Ε᾽νυαλίου λόφου) Lapus vertit, in colle Capitolino. Gelenius, in luco Bellonæ. Ego verò, in colle Quirinali. Nã ſuprà p. 84. Dionyſ. hæc ſcribit τὸν δ᾽ Ε᾽νυάλιον οἱ Σαβῖνοι, καὶ παρ᾽ ἐκείνων οἱ Ῥωμαῖοι μαθόντες, Κυρῖνον ὀνομάζουσιν. hoc ipſum teſtatur & Plutarchus in Romulo, quum ait, Τὴν δ᾽ ἐσχομένην τῶν ἀρείων τῶν Ῥωμαίων τὸν Κυρῖνον, οἱ δὲ τὸν Ε᾽νυάλιον προσαγορεύουσιν & cæt. & paulò poſt, Ι᾽ερὸν μὲν οὖν ἐπὶ αὐτὸν ἱδρυμένον ἐν τῷ λόφῳ τῷ Κυρίνῳ προσαγορευθέντι δι᾽ ἐκεῖνον. At Dionyſius pag. 115. collem Quirinalem Κυρῖνον ὄχθον vocat.

Ab illo, Υ῾π᾽ ἐκείνου) Mallem ἐπ᾽ ἐκείνου. Illius tempore, illo regnante: hoc ex ſequentibus colligi poteſt. Τοτὲ) Δὲ videtur deeſſe.

B Fabius Vibulanus, Φάβιος Γιβελανὸς) Βιβελανὸς, vel Οὐιβελανὸς legendum. Sic enim eum Latini vocant. Ε᾽πειδὴ παραδόσιμοι αἱ ἀρχαὶ τίσιν ἦσαν, i. quum magiſtratus aliis eſſent tradendi. i. Comitiis inſtantibus. Dionyſ. alias dicit, Ε᾽πιστάντος τῶν ἀρχαιρεσιῶν, & ἐπειδὴ ἐνέστη ὁ τῶν ἀρχαιρεσιῶν χρόνος.

Poſt. Album, Ποσούμιον Α῎λβον) Pag. 485. Α᾽λβῖνον Dionyſ. hũc vocat. Quare ſic quoque hic dicendum puto. Tamen & Α῎λβον in quodam fragmento Capitolino ſcriptum extare Sigonius tradit.

C Sp. Furium, Σπόριον φούριον) Σπόριον φούριον legendum, vt docet Sigonius in ſuis faſtis. Η῎κον οὗτοι, καὶ πάντες) Hæc ita puto legenda, ἧκον, ὅπως καταπεσόντες ἐπὶ τὴν βουλήν. Sic enim multis aliis in locis loquitur hic autor. Senſus, & legitima conſtructio talem lectionem videtur flagitare. Quanquam non fuerit abſurdum ſi legas ἧκον, καὶ ὅπως πάντες. atque ſi coniectura noſtra placet, verba traiecta eſſe dicemus.

D Caſtris ex Hernico motis, Α᾽ναστάντες ἐπὶ τὴν ἑρνίκων) Ex iis, quæ Dionyſius antè dicit, τότε ὁ πολλῷ μείζονι ἑτέρῳ πυθόμενος ὑπὸ ἑρνίκων ἄγγελον ἐξελαύνει δ᾽ ἐκ μεγάλης δυνάμεως Οὐολούσκων, καὶ ἐβουλεύσαντο ἐν τῇ σφετέρᾳ φέρειν τὰ πάντα, καὶ ἄγειν, facilè colligitur hic legendum ἐκ τῆς ἑρνίκων. Æqui enim in agro Hernico iam erant: audito autem Romanorum aduentu, caſtra inde mouerunt, & Romanis obuiam iuerunt, vt manus cum ipſis conſererent. Sic pagina 461. [illegible] τι καὶ ὅπως [illegible], [illegible] ἐκ τῆς Ε᾽ρνίκων τε, καὶ Λατίνων γῆς.

E ¶ Pag. 466. Ad quas cogendas, & c. Α῾ς ἰδίᾳ χρησάντων) Si codex mendo caret hæc idem valent ac ſi dixiſſet autor, ὡς ἰδίᾳ χρησάντων ἑαυτῷ συλλέξειν, ὡς τάχιστα δυνάμενος. Sed exiſtimo legendum potiùs ὡς τάχος δυνάμενος, ἀντὶ τοῦ ὡς ἐδύνατο τάχος δυνάμενος. Vel ὡς τάχος & cæt. pag. 466. dicit ὅσον ἰδίᾳ δυνάμεως, i. pro viribus, totis viribus: hæc enim ſunt vſitata, illud verò inuſitatum. Quanquam ſi legeremus ὡς τάχους εἶχε longè commodius videretur. Sic enim loquitur Dionyſius pagina 460. ὡς εἶχον ἀμφότεροι τάχους ἐξῆγον τὰς δυνάμεις.

F Hoc ſuſpicati ſunt, Υ῾πολαβόντες [illegible]) Sylburgius [illegible] legendum putat. Sed nihil mutandum. Nam ſequens infinitus [illegible] pendet ab illo ὑπολαβόντες. Vertes autem ſic, Æqui hoc ſuſpicati expectabant. i. hoc ſuſpicati ſunt, & euenturum putabant. Ego tamen paulò liberiorem interpretationem ſum ſequutus. Τοξότῶν) Ex præcedentibus, & ſequentibus Dionyſij verbis colligitur legendum τοξῶν. τόξον autem non ſolùm arcum: ſed & ipſam ſagittam ſignificat. Sæpe tamen [illegible], & figuratè pro quouis telo ponitur.

G Quæ numerum mille hom. conſic Πλείους ἀνδρῶν ἔχουσαι) Videtur potiùs dicendum, δύο σπείρας οὐ πλείους ἀνδρῶν ἐχούσας χιλίων. hic enim genitiuus χιλίων ab illo

πλείους regetur, atque hæc ita conſtruentur, δύο σπεῖραι ἔχουσαι οὐδ' ἔστιν ἢ πλείους χιλίων, id eſt, *& circa eum erant duæ cohortes, quæ ex mille hominibus, non pluribus conſtabant.* Quòd ſi mutatio iſta videtur audacior, pro ἔχουσαι reponendum ὦσαι, i. *Et circa eum erant duæ cohortes, non plures, quæ ex mille hominibus conſtabant.* Poteſt & ita, locus iſte legi, ἦσαν δὲ περὶ αὐτὸν δύο σπεῖραι ἢ πλείους, οὐδ' ἔστιν ἔχουσαι χιλίους, ἀντὶ τοῦ, οὐδ' ἔστιν ἔχουσαι χιλίους, ἢ πλείους. Idem eſt ſenſus. Si codex caret mendo, hoc καινοπρεπέστερον, καὶ ἀχαριστότερον erit. Sylburgius vulgatam lectionem retinuit: ſed pòſt αὐτὸν addidit diſtinctionem.

À ſuis deſtituti, Δίχα τῆς σφετέρας ἀπολειφθέντες) Sylb. corrigit ἀπολειφθέντες, i. *intercepti*, ſiue (vt ipſe vertit) *incluſi*. Sed ſi noſtram verſionem probes, cuius ſatis commodus eſt ſenſus, nihil mutandum.

Hoc modo terrorem, Ὥς δι' τέτων) Vel ὡς διὰ τούτων καταπληξομένους dicendum, quemadmodum ſuprà Dionyſius dixit ὡς διὰ τούτων ἐκδηλώσων ἀφροσύνην μεγάλην, vel certè ὡς δι' τούτων legendum. Alioqui oratio non eſſet congrua: Εἰς πόλεμον χεῖρας) Error eſt manifeſtus, legendum enim εἰς πολεμίων χεῖρας. Θυρεοὶ) antè θυρεοὶ legebatur: ſed mendosè. Μένοντες) Sylb. putat μένοντες legendum, quod licet meliùs videatur, tamen vulgata lectio poteſt retineri, & cum illis σφᾶς αὐτοὺς hoc quoque iungetur.

Rerum exitum, Τὰς ἐσχάτας) Vel τύχας, vel aliquid huiuſmodi deſideratur. Πεπολεμημένων) Ἀντὶ τοῦ πολεμηθέντων, ἢ τῷ πολέμῳ πιεζομένων.

Diſpenſi, & leu. Διεσκεδασμένους, ψιλῇ) Hæc ita videntur legenda διεσκεδασμένους, καὶ ψιλῇ ὁπλίσει πρὸς & cæt. Nam illud διεσκεδασμένους eſt finis τῆς παραθέσεως. Reliqua verò cum ſuperioribus ſunt connectenda hoc modo ὀλίγοι μὲν πρὸς πολλοὺς ἀγωνιζόμενοι, καὶ ψιλῇ ὁπλίσει πρὸς, & cæt.

Equis infrænatis impetu facto, Πελάσαντες τοῖς ἵπποις) Gelenius videtur legiſſe ἐλάσαντες, quæ lectio mihi quoque vt vulgata commodior arridet. Si codex eſt ſanus, vertes, *Cùm acceſſiſſent equis infrænatis ad firmiſſimam hoſtium partem, quæ acerrimè pugnans ipſis reſiſtebat.*

Qui ad impedimentorum præſidium relicti erant, Οἵτε φυλάσσοντες τὰς ἀποσκευὰς θέμενοι) Hic locus mihi de mendo eſt ſuſpectus. Quamuis enim concedamus τὸ θέμενοι, (vt fortaſſe quis obiicere poſſet) pro τὸ τεταγμένοι poſitum, hoc tamen cum illo φυλάσσοντες commodè connecti nequit. Sed oratio eſt ἀνακόλουθος. Dicendum enim eſſet οἵτε φυλάσσειν τὰς ἀποσκευὰς αὐτῶν θέμενοι, ἀντὶ τοῦ, οἵτε πρὸς τὸ φυλάσσειν τὰς ἀποσκευὰς αὐτῶν τεταγμένοι, id eſt, ἀπολελειμμένοι. Nam pag. 461. Dionyſius ita loquitur, γενηθείσης δὲ τῆς δυνάμεως, μία μὲν ἀπολείφθη φυλάττειν τὴν πόλιν. Vel certè τὸ θέμενοι pro ἀποθέμενοι accipiendum, vt dicamus, Et illi qui ſarcinas ipſorum cuſtodiebant, illis depoſitis, ac relictis, ocius in proximos montes ſe contulerunt. Legendúmque θέμενοι αὐτὰς, δηλονότι τὰς ἀποσκευάς: atque hic θέσις ἀντὶ τοῦ ἀποθέσις, ἀπόθεσις verò ἀντὶ τοῦ καταλείπειν, μεταφορικῶς ponetur.

¶Pag. 327. Sp. Furius, Σερουίλιος) Σπόριος Φούριος legendum vt ſuprà declaratum. Vide Sigonij faſtos vbi agitur de Conſſ. anni CCXXCIX. hunc ſuprà pag. 456 & 457 Dionyſius Σέξτον Φόριον appellat: ſed codex eſt mendoſus vt ſuo loco demonſtratum. Κατὰ πόλεμον) Vel κατὰ πόλεμον, vel ἐν πολέμῳ, vel etiam κατὰ πολέμους dicendum.

L. Æbutio, Λευκίου φαβίου) Locus hic eſt corruptus: ſed ita videtur corrigendus, Λευκίου Αἰβουτίου, καὶ Ποπλίου Σερουιλίου Πρίσκου. Iſta correctio accepta eſt referenda ipſis Dionyſij verbis, quæ extant pag. 480. Sic enim ibi loquitur autor. ὁ μὲν ἕτερος τῶν ὑπάτων Λεύκιος Αἰβούτιος ἑνδεκάτην ἔτυχε τὴν ἡμέραν τεθνηκώς. Πόπλιος δὲ Σερουίλιος ἐγγὺς ἦν τοῦ θανάτου. Et pag. 487. ταῦτα δὲ ἐγίνετο Ποπλίου Σερουιλίου, καὶ Λευκίου Αἰβουτίου τὴν ὑπατείαν ἐχόντων, ὅτε μεγάλη νόσος κατέσκηψε τὴν πόλιν.

Equorum armenta, Ἵππων φορβάδων) Ita vocantur equi, qui in paſcuis verſantur, ita etiam appellantur φορβάδες equi armentales.

Qui paulum adhuc ſpir. Ὅς ἔτι ὀλίγον) Vel ὡς ἔτι legendum: hoc autem ὡς more Attico redundabit, aut niſi redundet, vertes, *vt adhuc ſpirans* id eſt, *vt pote qui adhuc ſpirabat*, vel *quippe qui nondum animam efflarat*. Vel certè (quod longè meliùs) dicendum τὸ θανάτου, ἔτι ὀλίγον ἐμπνέων συνεγράψατο τὴν βουλήν. Vel in illo ὡς ſubaudiendum τὸ ἐτύγχανε quod præcedit. Πλεῖστον, μάλιστα) Hæc ita legenda puto, πλεῖστον μάλιστα, τὸ δὲ βάρβαρον τι πλῆθος ὑπεράγαν.

Eſquilina, Ἐσκυλίνων) Ἐσκυλίνων, vel (vt ſuprà pag. 162. demonſtratum) Ἐξκυλίνων legendum: has enim portas Latini vocant *Exquilias*. Exquiliæ autem dictæ, vt quidam tradunt, ab excubiis, quæ in eo monte agebantur. Quod & ipſe Ouidius tertio faſtorum confirmat ita canens,

Adde quòd excubias vbi Rex Romanus agebat,
Qui nunc Exquilias nomine collis habet.

Alij verò ab excolendo putant dictum, quòd ea pars vrbis antea neglecta, à Tullo rege fuerit exculta.

Collinam, Τῶν κολληνῶν) Error eſt manifeſtus. Legendum enim Κολλινῶν. Latini portam Collinam vocant.

Quę minimum eſt lata, Ἡ βραχυτάτη) Fortaſſe meliùs ſi legatur ᾗ βραχυτάτη, i. qua, ſiue qua parte minimùm eſt lata.

¶Pag. 328. Interregibus, Ἀντιβασιλεῖς) Dionyſius quoties antè mentionem interregum fecit, eos, μεσοβασιλεῖς vocauit, nunc tamen ἀντιβασιλεῖς appellat, vt à recentioribus Viceregcs nominantur.

Comitiorum, Τῶν ἀρχαιρεσιῶν) Plena loquutio eſſet ſi ὥρας adderetur.

Geminum, Γεμῖνον) Latini ſcriptores Geminum dicunt. Quare Γέμινον legendum.

Q. Fabius b. Κόϊντος Φάβιος) Liuius Quintum Fabium vocat. Ego Liuium ſequi non dubitaui, præſertim cùm alios interpretes viæ duces haberem. Dionyſius pag. 478. καὶ παρεσκευάζοντο τειχῶν τε σῶσαι, καὶ τὰς ἄλλας τῆς συμμαχίας δυνάμεις, μένων μὲν ἐν τῇ πόλει ὁ ἕτερος τῶν ὑπάτων, ἦν ἡγεῖτο Κόϊντος Φάβιος Οὐϊβουλανός. hæc noſtram coniecturam confirmant.

Volſcorum & Æquorum Ἐρνίκων τε, καὶ Αἰκανῶν) Ex verbis illis præcedentibus αἱ δὲ δύο σὺν τοῖς ὑπάτοις διεξῄεσαν ἐπί τε Αἰκανούς, καὶ Οὐολούσκους, patet hic quoque legendum Οὐολούσκων τε, καὶ Αἰκανῶν, de quibus nunc agitur, & contra quos ipſi Conſſ. cum copiis ierant. Verum illud quidem Volſcos, & Æquos in agro Hernico tunc fuiſſe: ſed tamen non conſtat vllas Hernicorum copias in eo numero fuiſſe. Neque Dionyſius hoc ſilentio prętériiſſet, qui cùm duarum tantum gentium faciat mentionem, Volſcorum, & Æquorum videlicet, qui Romanis bellum inferebant, nihil de Hernicis dicit. hæc autem ſunt autoris verba, ἡ μὲν γὰρ κρατίστη δύναμις ἀφ' ἑκατέρου τῶν ἐθνῶν συνελθοῦσα, Αἰκανῶν τε καὶ Οὐολούσκων, ἐν τῇ Ἑρνίκων γῇ, ἐν ᾗ τότε ἦν, ἀπαλλαγεῖσα, ἐπὶ Ῥωμαίων ὑπάτους. huc adde quæ traduntur ſuprà pagina 460. κρατὸν ἐστρατοπεδευμένους κατὰ Αἰκανούς τε, καὶ Οὐολούσκους καταλῦσαι τὴν ἀρχὴν αὐτῶν, & cæt. Ex quibus facilè colligitur id quod antè dictum. Quinetiam aduerſus ipſos Hernicos hoſtium copiæ proficiſcebantur: Quare Hernici hoſtibus ſuis aduerſus Romanos rerum dominos copias non miſiſſent.

Tuſculum vſque, Τόσκλου πόλιν) Lege πόλεως, alioqui oratio non eſſet congrua: hic autem genitiuus ab aduerbio μέχρι regitur. R. codex idem habet. Poſſes, & commodè πάλιν, id eſt, *iterum*, pro πόλιν legere.

Quem in ſuperiore, Τὴν δὲ ἐν τῇ πρώτῃ) Hæc ſunt corrupta

corrupta, & ita videntur corrigenda, τὴν δὲ πόλιν ἐχούσαν, ἣν ἐν τῷ πρότερον περιέλαβον εἰσβολῇ. Senſus, & legitima conſtructio lectionem iſtam flagitat, quam etiam in mea verſione ſum ſequutus.

¶Pag. 329. Cætera pompa, Τὰ ἄλλα πομπεῖα) quid ſibi velit iam τὸ πομπεῖα non video: fortaſſe meliùs τίμια, αὐτὶ τὰ τὰς τιμάς, vt etiam Sylburgius legendum putat. Vel certè σημεῖα, id eſt, ſigna. Si liceret paulò liberiùs hæc emendare, dicerem non ineptè legi poſſe, τὰς μὲν ἄλλας πομπείας ἔχοντες ἴσας, αὐτὶ τὰ τιμὰς ἴσας. Vide Suidam ἐν τῷ πομπεῖα. Ἡ δεκάτη βίβλος) Hæc ab aliquo literarum ſtudioſo ex margine in textum tráſlata fuiſſe puto. Dionyſius enim in cæteris libris nullo tali procemio eſt vſus: huius autem decimi libri principium ibi videtur eſſe, Μετὰ δὲ τούτους ὑπατείας μὲν ἦν. Idcirco hæc à præcedentibus verbis eſſent ſeparanda.

Ser. Sulpicius, Πόπλιος Συλπίκιος) Σερούιος Συλπίκιος legendum, vt infrà declaratur, ſed pro Σέρουιος legitur corruptè Σερβίλιος.

Tempus præteriret, Παρελεύσεται χρόνος) Παρῆλθεν legendum. Error eſt manifeſtus: ſic & R. codex. Συμβαίνειν ἐγένετο) Γενομένων legendum: cætera participia hoc docent.

¶Pag. 330. Hæc & multò antè, Γεγονότα, ἤδη δὲ) Quanuis ex noſtra verſione ſenſus optimus eliciatur, ne quid tamen audacius innouare videamur, poſſumus hæc ita legere, diſtinguere, & interpretari. ἤδη δὲ καὶ μᾶλλον. οὐ δὲ ἄπειροι ἦσαν, καὶ ἀνήκοοι, i. *Conſtabat omnia huiuſcemodi vel iam pridem alias, & minus, & magis accidiſſe*. Quod verò Romani nunquam fuerant experti, & quod nunquam audierant, hoc erat huiuſmodi. Sed vt rem meliùs, ac puriùs explicemus, hunc locum & ita interpretabimur, *hæc & multò antè quondam ſed in nonnullis quidem regionibus minus frequenter, in aliis verò frequentius accidiſſe conſtabat*. Cuius verò rei nunquam antè Romani periculum vllum fecerant, & quam rem nunquam audierant, hæc erat huiuſmodi. Si quis noſtram verſionem ſequi velit, ita legendum erit, Γεγονότα, οὐ δὲ ἤδη, οὐ μᾶλλον οὐ πλείστων ἦσαν ἄπειροι, καὶ ἀνήκοοι. Senſus, & legitima tam verborum, quam ſententiarum connexio aliquam huiuſmodi lectionem videtur flagitare, Sylb. ἤδη τι, καὶ μᾶλλον legit.

Aues quæcunque ſunt prædatrices, Πτηνῶν ὅσα οἰὸν ἀγέλαι) Ex hac lectione nullus commodus ſenſus elici poteſt. Exiſtimo locum hunc ita legendum, πετεινῶν ὅσα οἰὸν ἀγελαῖα, id eſt, *aues quotquot gregatim ſolent volare*. Vel potiùs ἀγρεῖα, id eſt, *quæ ſunt prædatrices, quæ prædam agunt, & ex ea viuunt*: hoc enim vocabulum dictum παρὰ τὸ τὴν λείαν ἄγειν. Vnde ἀγρεῖα ἀθλητά, ὑπ' ἄγρουσι λείαν ἀνάσσουσιν. Euſtathius. Sed Sylburgius ait pro voce πτηνῶν in Rom. codice πτερωτῶν extare. πτερωτὰ dicuntur animalia alata, alis prædita. Iam aues grandiores intelliguntur, & omnes eæ, quæ ſunt carniuoræ, & quæ ex rapto, prædáque viuunt: hunc autem locum idem Sylburg. ita legit, μετάρσια συγκαταπτάμενα πτερωτὰ ὅσα, & cæt. utque ſic Latinè reddit, *Aduolantes omnis generis volucrum greges*. Ego verò legendum potiùs crediderim συγκαταπτάμενα πτερωτὰ, ὅσα οἰὸν ἀγέλαια, τοῖς σώμασιν ἥρπαζον. Lector iudicium faciat de his lectionibus, & quam cæteris meliorem iudicarit, eam ſequatur.

Nec colorẽ mutaret, Οὔτε χρόας μεταβάλλοντα) Hæc oratio eſt ἀνακόλουθος: ſed, vt opinor, hæc ita ſunt corrigẽda, & legẽda, κειμένα οὔτε χρόας μετέβαλλε, ἀλλ' ἴσχυεν μεταλαμβάνοντα σάρκας ἐπ' αὐτῶν συμπεσόντα διαλυομένων οὐδὲν ὄζοντα πονηρόν. Alioqui recta cõſtructio poſtulabat vt diceretur, κειμένα οὔτε μεταβάλλοντα, & paulò pòſt, οὔτε συμπεσόντα διαλυόμενα, οὔτε πονηρὸν οὐδὲν ὄζοντα. hæc autem participia cum illis verbis τὰ δὲ ἐπὶ γῆν ἐπεχθέντα ſunt iungenda. Obiter hoc dicam τὸ ἴσχυεν αὐτὶ τοῦ ἴσχυσαν potiùs eſſe poëticum, quàm ſolutæ orationis. Sylb. magnas huius loci difficultates non animaduertit. Οὐδὲν ἄλλο ἀνά-

ξιον) Deſideratur ποιεῖν, vel πράττειν, id eſt, dicebant ſe nihil indigni facere: R. codex habet δρᾶν, quod idem eſt. Ἀρξάμενοι οἴκοι) Vel δεῖν, vel δέοντα deſideratur. Si δέοντα legas, hoc τῷ παύσεσθαι reſpondebit.

Factionis vtriuſque homines, Τὸ διάφορον) Ἀντὶ τοῦ τοὺς διαφόρους ἀνθρώπους, τοὺς διαφόρους, καὶ ἔχθρας ἔχοντας πρὸς ἀλλήλους.

Prudentiam præſtantiſſ. Φρονιμωτ.) Fortaſſe meliùs ſi legas φρονιμωτάτους, vt τῷ πρεσβυτάτους reſpondeat. Res eſt veriſimilis. Πρεσβυτάτους καὶ νέους) Legendum potiùs videtur πρεσβυτέρους καὶ νέους, vt pag. 46. ταῦτά τε δὴ ποιεῖν δικαιαρχεῖν εὔλογον (inquit autor) τοὺς πρεσβυτέρους, καὶ οἱ νέοι. Sylburgius legit πρεσβύτας τε καὶ νέους. Νόμων εἰσφορᾶς) Vel νόμου, vel νόμων procul dubio legendum.

In veſtro magiſtr. Ἐπὶ τῆς ἀρχῆς) Verba ſonant, *in magiſtratu veſtro*, ſed per τὴν ἀρχὴν intelligit τὴν τῆς ἀρχῆς αἵρεσιν, magiſtratus creationem, quam ἀρχαιρεσίαν, καὶ ἀρχαιρεσίας, καὶ ἀρχαιρέσια alibi vocat. Ὃς ἐκεῖνος) Perperam antè ἐκεῖ legebatur. Ποίας δὲ) Si ποίας retineas, ad εἰσφορὰς referetur. Si ποίαν (vt vult Sylburgius) ad ἐξουσίαν, vtraque lectio bona. Sed tamen nihil mutandum.

Qui tunc, Ὅς ἐν τῷ τότε χρόνῳ) Vt ſequẽtia cum præcedentibus bene cohæreant τὸ ὃς tollendum videtur: alioqui verbum aliquod deſiderabitur ad ſententiam abſoluendam, atque ita legemus ἦν Καίσων Κοίντος, ὃς ἦν υἱὸς, & paulò pòſt, ὃς ἐν τῷ τότε χρόνῳ. Quanquam longè commodior lectio eſſet ſi diceremus, ἦν Καίσων Κοίντιος υἱὸς Λευκίου Κοιντίου, deinde ſubiiciemus, ὃς ἐν τῷ τότε χρόνῳ. Ὀργὴν ἔχειν) Imò verò μὴ ἔχειν dicendum, id eſt, orabat eos, vt non ſolùm ea, in quibus verba faciens peccarat, ira ſedata condonarent: ſed etiam & cæt. Senſus hoc indicat: verba ſequentia idem confirmant.

Filiumque, Τῷ μειρακίῳ) Ex ipſo ſenſu verbiſque Dionyſij legendum patet τὸ μειράκιον. Quòd ſi codex mendo caret, hic datiuus erit inſtrumentalis, vt vocant recentiores, & complectetur rem, quæ concedenda erat. Sed certè durum eſſet loquendi genus. Dicimus enim χαρίζεσθαί τι τινι, non autem vt hîc videmus verbum iſtud cum gemino datiuo iunctum.

Pro nobis, Ὑπὲρ ἡμῶν) Fortaſſe meliùs μεθ' ἡμῶν legendum. Subiicitur enim paulò pòſt ἡμῖν συναγανακτεῖν. Si codex eſt ſanus vertes, pro nobis indignari.

¶Pag. 331. Volſcium, Οὐολούσκιον) Liuius Volſcium vocat. Quare Οὐόλσκιον legendum videtur. Τὸ τῶν κατηγόρων) Oratio eſt mutila & vel δυνάμενος, vel aliquid huiuſmodi deſideratur.

Nunc quando, Νῦν δὲ, ὁπότε) Τὸ δὲ vel ſuperfluum, ac proinde expungendum, vel αὐτὶ τοῦ δὴ, ἔτι ἤδη, iã, nunc, poſitum dicemus: & in μεταλλαγῇ τὸ νῦν, καὶ τὸ ἤδη intelligetur, & ἤδη pro ὅμως, ac τέλος accipietur. i. nunc tamen, vel tandem nunc, & cæt. Romanus codex non agnoſcit. Sylburgius μὲν putat legendum.

Iniuria fuerim aff. Ἃ πέπονθα) Vt cũ præcedentibus hæc meliùs connectantur ἃ δὲ πέπονθα legendum videtur. Ἐχομένης νυκτὸς) Mallem ἐρχομένης, id eſt, *nocte iam aduentante*. Si codex mendo caret νὺξ ἐχομένη dicetur nox proxima, & vicina, quod certè paulò durius.

Liberius eſt loquutus, Ῥῆμα εἰς τόπον εἶπε) R. C. habet εἰς τοῦτον, i. *verbum in hunc protulit*: contra hunc dixit. Lapus εἰς ἡμᾶς videtur legiſſe. Gelenius verò, εἰς τοῦτον εἶπεν ὁ ἀδελφός. Omnibus hiſce modis res bene habet. Ἐκποδὼν ἐγένετο) Ex ipſo ſenſu, verbiſque præcedentibus patet dicendum potiùs ἐμποδὼν) (ἐκποδών. Εἶτε ἐν δεσμοῖς) Verbum δεῖν, vel δεῖ desideratur. Αὐτόθι) Τὸ αὐτόθι ſeruit explicationi.

Quemadmodum Ὥσπερ αὖ) Rom. codex, vt ait Sylburgius, habet ὡς αὖ πεπονθὼς, καὶ πάντας ὑβρίσαντα.

Lucium fr. mortuũ Λεύκιον νεκρὸν μὲν) Hoc μὲν vide-

ſur ſuperfluum. Codex R hoc non habet.

¶Pag. 333. Res tunc, Τὸν τότε ἀγῶνα) Ἀντὶ τοῦ τὸν τότε πόλεμον. Sed hoc μεταφορικῶς, καὶ καταχρηστικῶς eſt dictum.

Conſultabant, Συνέδρευον) Augmentum eſt neglectum fortaſſe, quia τὸ συνεδρεύειν nοua eſt vſitatum.

Νόμον παρεχόμενον) Legendũ videtur παρεχόμενον, cui reſpondet τὸ ἴσως πολιτευόμενον. hæc autem ab illo participio φοροῦντες reguntur. Senſus & legitima conſtructio lectionem iſtam flagitat, τὸ πλεῖον παρεχόμενον, ἀντὶ τοῦ τὸ πλεῖον μέρος τοῦ δήμου παρεχόμενον, εἴτε παρέχον. Ἐδεδίεσαν, μὴ γένηται ταῦτα) Hæc ita puto legenda, ἐδεδίεσαν μὴ γένοιτο ταῦτα, & cæt.

Statuimus, Διέγνωμεν αὐτὸν) Quonam hoc αὐτὸν commodè referri poſſit non video: ſuſpicor αὐτὰ reponendum vt ad βουλεύματα referatur, de quibus hoc loco agitur. Ταύτης μετέχειν) Vel μετέχειν αὐτοὺς dicendum, vel μετέχειν, quod commune, vt cum illo χρεὼς iungatur. Deinde ſubdendum οὐδ' ἐγὼ, &c. Ἐπὶ τὸ ἄλλο πλῆθος) Eſt imperfecta ſententia, & vel χωρεῖτε, vel aliquid huiuſmodi deſideratur.

¶Pag. 334. Indiciorum inquiſitionem, Τὴν ὑπὲρ τῶν μηνύσεων ζήτησιν) Legendum potiùs ὑπὲρ τῶν μεμηνυμένων ζήτησιν. Sic pag. 470. 1. τὴν διαγνώσεως τῶν μεμηνυμένων. hoc autem ex ſequentibus Dionyſij verbis facilè colligitur. Niſi fortè dicas actiuum pro paſſiuo poſitum more Attico. Qua de re fuſius alibi à nobis actum.

Neceſſe etiam eſt accuratiſſ. Ἀκριβεστάτας ἀνάγκην γενέσθαι ζητήσεις) Error eſt manifeſtus. Legendum enim ἀνάγκη. hæc autem videntur perturbata, & in ſuas ſedes ita reſtituenda, καὶ ἀνάγκη ἀκριβεστάτας ζητήσεις γενέσθαι. ἀναζητεῖν verò ἀντὶ τοῦ ἀναζητεῖσθαι. Τὸ τὸ βούλευμα) Fortaſſe meliùs, βούλευμα, i. conſilium : vt pag. 468. τὰ κατειργασμένα βουλεύματα.

Qui à nobis ſemper diſſentiunt, Τοῖς τὰ ἐναντία) Si vulgatam iſtam lectionem ſequamur, vertendum, Vos etiam non rectè facietis, ſi contra nos animum aduertaria ad eos, *qui ſimilia nolunt* i. qui in iiſdem rebus nobiſcum non conſentiunt : ſed quæ ſequuntur cum his pugnant. Quare dicendum potiùs, vt ſenſus ipſe poſtulat, τοῖς τὰ ὅμοια μεθ' ἡμῶν ἀξιοῦσιν ἢ προσέχοντες τὸν νοῦν, i. *ſi aures non prebeatis illis, qui nobiſcum res eaſdem petunt.* Sylb. idem obſeruauit. Ὅσα αὐ ἀξιώσῃ) Mallem ἀξιῶσι, vel ἀξιώσωσι, vt ad omnes Tribunos plebis hoc referatur. Si codex bene habet, hoc de ſolo Virginio dicetur : quod parum probabile. Lapi verſio noſtram coniecturam confirmat. *Quæcunque illi poſtularent.*

Huic culpæ affini, Ἔνοχον ταῖς αἰτίαις) Legendum potiùs videtur ἐνόχους, & cum τινὰς iungendum. hic locus ita in R. codice legitur, vt ait Sylb. τινὰς, ὡς ἐνόχους ταῖς αἰτίαις ὄντας αἰτιᾶσθαι, &c. Τοὺς μὲν παρέχοντας) Imò verò τοὺς παρέχοντας dicendum vt ſenſus ipſe docet. Sylbur. pro μὲν reponit νῦν, & ait Xylandrum τοὺς μὲν retenro, pro αὐτοῦ repoſuiſſe αὐτοῖς.

¶Pag. 335. Nobis concedi poſtulemus, Δοῦναι ἐξουσίαν) Non Tribunorum : ſed Senatus erat hanc inquirendi poteſtatem dare. Quare ſenſus flagitat, vt legamus αἰτῶμεν, id eſt, petamus. Ἐλαύνωμεν) Quoniam Dionyſius antè dixit ὑπάρξει, ideo nunc videtur dicendum ἐλαύνομεν, & πείσομεν. Δόλος ὑπὸ τῶν φαινέντων) Ὑφαίνεται dicendum. Sic Latinè dolos texere, pro inſidiari. Εὐαγεῖς τῶν) Εὐαγὴς, ſacroſanctus. Suprà ἱππέας μεγίστους vocat nobiliſſimos ordinis equeſtris viros.

Indicis quæ, Μὴν ὕστερον περὶ τῶν ἐνδείξεων) Quoniam pag. 469. 1. Dionyſius dicit καὶ συνεστῶσι τινὲς καὶ συνομόσαι τινὲς ἔξωθεν ἐπιβουλεύοντες τὰ ἐνδείξεις μεμηνυμένα, Sylburgius ideo putat τὴν περὶ nunc tollendam. Sed vtrunque dicitur & μηνύειν τί τινος, & περὶ τίνος. Quare ἡ περὶ retineri poteſt.

Singulos nobiles, Καθ' ἕνα τῶν ἀρίστων περισκοπεῖν) Si codex mendo caret, τὸ περισκοπεῖν iam accipietur pro circumſpicere, & oculis luſtrare, & ad cædem deſignare. Sic Cic. Cat. prima. 97. a. Catilina norat, & deſignat oculis ad cædem vnumquemque veſtrûm. Infrà tamen pag. 498. Dionyſius de re eadem agens, vſurpat verbum περικόπτειν, i. circumcidere, cædendo numerum minuere, hæc ſunt eius verba, καὶ τὸ τῶν ἐν αὐτῇ ἀκμαζόντων πλῆθος ἐλάττον, ἢ τοὺς κρατίστους τῶν ἀνδρῶν περικόπτειν. Αὐτῶν ἐπιτηδευμάτων) Αὐτοῦ videtur dicendum, vt legitima conſtructio flagitat, & ad δῆμον referetur. Alioqui αὐτοῖς eſſet dicendum, & ad τὸ συμπολιτευόμενον, ſiue τοῖς δημοτικοῖς referetur. Si codex caret mendo τὸ αὐτῶν ἐπιτηδεύματα idem valebit ac αὐτοῖς, quod vſitatius. Τὸ δεινὸν) Vel οὐδὲν τι δεινὸν eſſet dicendum. i. nullum prorſus malum, vel τὸ τι vt ſuperfluum eſt tollendum.

Sabinorum gẽti, Τὸ Σαβίνων ἔθνος) Τοῦ Σαβίνων ἔθνους ἡγεμονεύειν videtur legendum: hoc ea ipſo ſenſu, legitima conſtructione, verbiſque Dionyſij facilè colligitur, id eſt, *vt Sabinæ gentis principatum, atque imperium pararet*: hic autem τὸ ἡγεμονεύειν ἀντὶ τοῦ ἄρχειν poſitum, quod vſitatius.

¶Pag. 336. Confecta manu, Συγκεκροτημένας δυνάμεις) Τὸ συγκεκροτεῖν ad rem præſentem non facit. συγκεκροτημένας legendum puto, συγκροτεῖν, vt docet Suidas, συνάγειν, συνιστᾶναι, συνάδειν, πρὸς ἁρμονίαν ἄγειν. Hic igitur colligere ſignificat: pag. 480. συγκεκροτημένην ἔχων δύναμιν.

Carmentalem, Κρομεντίνας αὐτὰς καλοῦσι) Καρμεντίνας corrigendum. Nam, vt ait Plutarchus in Camillo, Carmentali portæ Capitolium incumbit. Et Solinus cap. ſecundo ſcribit partem infimam Capitolini montis habitaculum Carmentæ fuiſſe, vbi & fanum eiuſdem Carmentæ conditum teſtatur, à quo portę Carmentali nomen inditum dicit : huius portæ meminit & Virgilius octauo Æneid. ita canens,

Et Carmentalem Romana nomine portam.

Hęc porta, teſte Feſto, ob trecentorum Fabiorum cladem poſtea ſcelerata eſt dicta. Qua de re Ouid. 2. faſt. hæc tradit,

Carmentis porta dextro eſt via proxima Iano,
Ire per hanc noli quiſquis es, omen habet.
Illa fama refert Fabios exiſſe trecentos,
Porta vocat culpa: ſed tamen omen habet.

Ad populum referrent, Προθεῖναι τῷ πλήθει) Mallem προσθεῖναι, vt ſuprà multis in locis ab autore dictum.

¶Pag. 337. Et ſub ſacris ſignis, Ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς ἰδρύσθαι) Legendum potiùs ὑπὸ τοῖς ἱεροῖς ἱδρύσθαι σημείοις. Qua de re ſuprà.

Magni enim motus, Μεγάλου σφόδρα κινήσεως) Sylb. μεγάλης emendat. Sed cùm ex vulgata lectione ſatis bonus ſenſus eliciatur, nihil mutandum. Ἄνω κατὰ τὸν) Oratio eſt mutila, & vel ἰόντων, vel ἦκον τὸ deſideratur, vel etiam ἐχώρησαν. Vel certè ἀνέβαινον pro ἄνω reponendum. Eodem res reuoluitur. Sylburgius ait in a. c. ἐχώρουν addi. Προβόλων) Sylb. πετροβόλων, i. (vt vertit) lapidatoribus, legendum putat.

Renouarunt, Πάλιν ἀνερρίπιζον) Sylburg. ait ἀνερρίπιζον meliùs fore. Sed vtrunque iam idem ſignificat, & μεταφορικῶς pro excitare, ſuſcitare, renouare ponitur. Quare nihil innouandum. Θυσίας ἀρχαιεστηρίους) Vſitatius χαριστηρίους.

L. Quintium, Λεύκιον Κοΐντιον) Non Lucius Quintius pater Cæſonis, ſed ipſe Cæſo Quintij filius, Tribunorum opera in capitis diſcrimen venerat, vt ſuprà pag. 467. pluribus ab autore dictum. Quare hæc ita ſunt legenda, Λεύκιον Κοΐντιον πατέρα Καίσωνος, ὃν εἰς ἀγῶνα & cæt. Liuius hunc L. Quintium Cincinnatum patrem Cæſonis vocat, eumque tunc Conſulem factum fuiſſe dicit. Sylburgius Lapi verſionem ſequutus, ait hunc locum ita corrigendum, Λεύκιον Κοΐντιον Κικιννάτον, οὗ τὸν υἱὸν Καίσωνα Κοΐντιον εἰς ἀγῶνα. Sed noſtra coniectura mutationem longè minorem habet, & ad veritatem

propiùs

Propius ſecedere videtur.

Vrbem deſerere coëgerant, Τὴν πόλιν ἠνάγκασαν ἐκλιπεῖν) Cæſo enim deſerto vadimonio in Hetruriam exulatum ierat. Qua de re ſuprà, pag. 467.

Calamitatem ſuam deplorans, Συμφορὰν ἰδίαν ἡγούμενος) Verba ſonant, *Calamitatem ſuam ducens*, id eſt, id ſuo infortunio tribuens, & aſcribens. Πενίαν δικαίαν βαρυνόμενοι) Α'ντὶ τοῦ βαρέως φέροντες. Sed mallem dicere πενίᾳ δικαίᾳ vt fert recepta loquendi forma.

Arabat, Υ'περγαζόμενος) Ε'περγαζόμενος legendum puto.

¶Pag. 338. Quales eſſent, Οἷοί τε ἦσαν) Lapus, *Quales erant tunc*: hoc mihi quoque magis arridet. Quare οἷοι τότε ἦσαν legendum non dubitarem.

Omnes ciues Ro. Ρ'ωμαίων ἅπαντας) Legendum potiùs, vel τῶν ῥωμαίων ἅπαντας, vel Ρ'ωμαίους ἅπαντας, vel hoc κατ' ἐπιμερισμὸν, dictum fuit. Χρήσονται τῷ νόμῳ) Mallem χρήσωνται vel particula ἂν deſideratur, quæ eandem verbi vim plerunque denotat.

Facilem, Εὐπαρείσοδον) Τὶ particula extat in R. c. εὐπαρείσοδόν τι. Sylburg.

Præbebat, Ε'αυτὸν παρεῖχε) Fortaſſe meliùs παρέχων. Quod Lapi verſio confirmat. vel dicendum antè, καὶ ἀπρόσοδον, καὶ, & poſtea ſubiiciendum παρεῖχε, Sylb. idem notat. Ε'ξ ἀρχῆς χώραν) Τῆς ἀρχῆς dicere præſtat. τὸ ἐξ nihil ad rem præſentem facit. Sylb. idem animaduertit.

Accipere, Τῷ μὲν δέξασθαι) Quoniam dicit ταῦτά τε δὲ τὰ ἔργα, legitima orationis conſtructio videtur poſtulare vt dicamus τὸ μὲν, vt ἀποδεικτικῶς hoc ponatur, non autem inſtrumentaliter, vt recentiores grammatici loquuntur. Idem à Sylburgio obſeruatum.

Oblatum, Δεδομένην) Mallem διδομένην. Tamen nihil mutandum.

Oppugnatos, Ε'κπολιορκηθέντας) Id eſt, *expugnatos, & obſidione captos*. Sed cùm dicat autor eos feciſſe deditionem idcirco crediderim legendum πολιορκηθέντας, id eſt, *oppugnatos, obſeſſos*: πολιορκεῖν, oppugnare, obſidere, ἐκπολιορκεῖν obſidendo capere, expugnare. Qui autem expugnantur, & per vim capiuntur, illi deditionem facere non dicuntur.

¶Pag. 339. In agro Tuſcul. Ε'ν τῷ τουσκλανῷ) Α'ντὶ τοῦ ἐν τῇ τῶν τουσκλανῶν χώρᾳ. Plena loquutio eſſet τῷ ἀγρῷ τῶν τουσκλανῶν.

Cum copiis cel. Τὴν στρατιὰν ἦγε διὰ τάχους ἐλαύνων) Η'γε potiùs dicendum: vulgata lectio nimium eſt dura. R. c. noſtrum coniecturam agnoſcit. Οἱ δὲ ἄρτιοι ἐπιχειροῦντες) Ipſe rerum, & naturæ ordo poſtulat vt dicamus, οἱ δὲ ἄρτιοι ἀνεστηκότες, καὶ περὶ ἄλλων πραττόμενοι ἐπιχειροῦντες. Quare verba videntur perturbata. Κρατίστῳ τόπῳ, Ε'ν præpoſitio deſideratur. Ε'πὶ τοὐναντίον) Grauis eſt error: ſed ita corrigendus, ἐπὶ τοὺς ἐν Α'ντίῳ, vel ἐπὶ τοὺς ἐν Α'ντίῳ. Ex ipſis Dionyſij verbis ita legendum eſſe patet. Ε'πῆγε καὶ) Α'πῆγε vt ſuprà legendum.

Fœdus factum eſt, Αἱ σπονδαὶ ἐγένοντο ῥωμαίοις, καὶ οὐολούσκοις) Hæc ita potiùs ſunt diſtinguenda. ἐγένοντο, Ρ'ωμαίοις καὶ οὐολούσκοις.

Conſules facti, Παραλαβὼν τὴν ὕπατον) Quia de duobus Conſulibus hic agitur, & plurale ἐπολέμουν ſubiicitur, ideo mallem παραλαβόντες. ſic paulò pòſt, αὐτοὶ παραλαβόντες, ἐξῄεσαν.

Vibulanus, Οὐιβολανὸς) Vel οὐιβουλανὸς, vel Βιβουλανὸς legendum vt alibi.

Dynam vrb. Δυνὸς πόλεως) Huius vrbis nomen apud nullos alios reperio. Gelenius *ad Eretum* dixit Liuium ſequutus, qui hac de re ita, *Duo magni exercitus ſcripti, alterum Nautius contra Sabinos duxit, caſtriſque ad Eretum poſitis* & cæt. Ego nihil certi habeo. Sylb. ait ἐρητὸν à Fuluio Vrſino reponi.

Gracchus, Γράγχος) Γράκχος ſcribendum: hæc vox eodem modo variis in locis corrupta reperitur. Pro Κοίλιος autem, nonnulli Κλοίλιος, alij Κλουίλιος legendum cenſent. Liuius Cluilium vocat, vnde & foſſæ Cluiliæ.

Si quam ig. &c. Εἰ μὲν οὖν τῶν ὑμετέρων) Exiſtimo præpoſitionem ἐπὶ deſiderari, quę caſus iſtos regat, legendúmque ἐπὶ τῶν ὑμετέρων. Sylb. τι poſt ἰδίαν ait ſubaudiri.

A Ira perciti, Ο'ργῆς ἐπιτρέψαντες) Vel ὀργαῖς, vel ὀργῇ dicendum. Is enim αὑτὸν ὀργῇ ἐπιτρέπειν dicitur, qui ſe ab ira abripi patitur, quique iræ indulget.

Sacroſanctos, Α'νδρας ἱερούς), Id eſt, viros ſacerdotes: non quòd propriè Sacerdotes eſſent: ſed quòd ordinis eſſent ſacrati, & eorum corpora eſſent ſacroſancta, atque munus ſacrum obirent. Quidam ἱεροὺς legere malunt, id eſt, ſacros, ſacroſanctos: quod longè meliùs. Στρατοπέδοις) Fortaſſe meliùs στρατοπέδων. Nam erant vnica Romanorum caſtra. Si codex eſt ſanus erit συνωθέντας.

In eadem caſtra, Εἰς τὸν αὐτὸν) Si lectionem hanc re-
B tineas vertendum, *in eadem caſtra compulſi, atque in iis concluſi*. Gelenius αὑτῶν legiſſe videtur: vertit enim *in ſua caſtra*. Sed nihil mutandum. Ο'πὸν ἦν ἀκαιρότατον) Α'καιρότατον legendum: vt ſenſus ipſe flagitat. Γεύγχος) Lege Γράκχος.

Q. Fabius vrbis præf. Ο' δὲ τῆς πόλεως φάβιος ἔπαρχος) Hæc ita potiùs ſunt legenda, φάβιος δὲ ὁ τῆς πόλεως ἔπαρχος. Sunt enim tranſpoſita verba.

Quoddam opus ruſt. Τῶν κατ' ἀγρὸν ἔργων) Τὶ fortaſſe deſideratur.

C ¶Pag. 341. Et purpuram, Α'λουργὰς) Mallem ἀλουργοῦς, vt pagina 198.

Pacem petere, Περὶ φιλίας διαλεγόμενον) Legendum potiùs διαλεγόμενος, vel διαλεξόμενος, vt ad ipſos Æquos hoc referatur. Neque enim Dictator eos ad pacem inuitabat. Χρήσονται) Præſtaret χρήσωνται legere. Vel hoc ſubaudita particula ἂν iam idem valet. Γεάγχῳ) Lege γράκχῳ. Περὶ οὗ διήλλαξαν) Mallem ὑπὲρ οὗ.

Quantum lex ipſi per. Παντὶ τῷ νόμῳ) Verba ſonant *vbique, omnibus in partibus lege non eſt vſus*. Integro legis
D beneficio, ac permiſſione non eſt vſus. Quidam tamen vt & Sylburg. putant potiùs legendum παντὶ τῷ χρόνῳ, id eſt, omni, toto tempore, ἀντὶ ἐξαμήνου. Sed vulgata lectio eſt bona. Quare nulla mutatione iam opus eſt.

¶Pa. 342. Hortonam, Βορτῶνα) Mallem Ο'ρτῶνα. qua de re ſuprà in voce ὁρτῶ: hanc vrbē variis nominibus appellant varij ſcriptores, modò Hortonam, modò Hortanā interdum Ortonem, nonnunquam & Ortonam.

In Romanos effundere non potuerant, Ο'πως ῥωμαίους, εἶχον οὐδέν τι ἧσαν ἐργάζεσθαι) Ρ'ωμαίους dicendum:
E hoc enim verbum cum gemino accuſatiuo iungitur, ἐργάζομαί σε κακὸν, *te malo afficio*. συμμάχους ſubiicitur ταῦτα δὲ ἦσαν τοὺς συμμάχους, vbi idem conſtructionis genus extat, quod Atticis familiare.

In eorum ſocios, Τοὺς συμμάχους αὐτοὺς) Id eſt *ipſos ſocios Romanorum*. Quidam tamen malunt αὐτῶν, ſed hoc eſt leue.

Mittere, Ε'κπέμψαι) Sylb. ἐκπέμπειν. Nam ἐκπορθεῖν ſequitur: quod quanuis mihi quoque probetur, tamen nihil auſim mutare, quòd nulla ſit neceſſitas, quæ mu-
F tationem iſtam requirat. Α'μα τοὺς πολίτας) Πελάτας legendum, vt ex ipſo ſenſu, verbiſque Dionyſij facilè colligitur. Τοὺς ἀδοῦ πεπονημένους) Meliùs πεπονημένους.

¶Pag. 343. Vobis honorificam fut. Ο' βίος ὑμῶν) Senſus poſtulat ὑμῶν.

Nec ciues in eorum poteſtatem, &c. Μήτε πολιτῶν, ἀλλὰ τὰς μὲν ἐμπρῆσαι, τὰ δὲ κατασκάψαι) Ex ipſo ſenſu patet locum hunc eſſe corruptum, & ita corrigendum,
G μήτε πόλεων, ἀλλὰ τὰς μὲν ἐμπρῆσαι, τὰς δὲ κατασκάψαι. Illa, τὰς μὲν ad πόλεων, hæc verò τὰς δὲ, ad πόλεις, & γυναῖκας referendum. Sylb. ait & pro πολιτῶν, fortaſſe οἰκιῶν le-

gendum. Ne tamen nimium ſeuerè codices caſtigare videamur, hunc locum poſſumus vnica litera ſublata corrigere, & ita legere τὰ μὲν, τὰ δέ. hæc autem πρὸς τὸ σημαινόμενον referentur. Atque hic erit ſenſus, *Multis barbaris, qui ſe in hoſtium poteſtatem mox mox venturos animaduertebant, in mentem venit vt neque ſuas vxores, neque ſuos liberos, neque etiam cæteros ciues ab illis in ſeruitutem abripi paterentur: ſed alios cremarent, alios iugularent.*

Parentes ſuos humeris port. Οἱ τοὺς πατέρας ἐπὶ τῶν ὤμων ἐνέγκαντες) Dionyſius videtur Æneam intelligere, qui patrem Anchiſem, ex incendio Troiano ereptum, in loca tuta humeris ſublatum portauit, à quo Romani originem duxiſſe creduntur.

De coniuratione, Τῶν ἐν τῇ συνωμοσίᾳ) Εἶναι deſiderari puto, aut pro ἐν legendum ἐπί. Hîc autem ἐπὶ ſignificabit ob, propter.

Plebem nec modeſtiorem, Ὅτι μετριώτερος μὲν ὁ δῆμος, οὐδὲ) Senſus flagitat vt hæc ita legamus, ὅτι οὔτε μετριώτερος μὲν ὁ δῆμος, οὐδὲ & cæt.

¶Pag. 344. Mentionem facturos, Προθήσειν λόγον) Προθήσειν, vt alibi, legere præſtat. Τὸ ἄρχον) Ἤτοι τὸ ἀρχεῖον, vt multis aliis in locis eſt videre, quod longè vſitatius. Ὅσ᾽ ἂρ γὰρ ἐὰν αἱ πλείους) Exiſtimo dicendum, ἅσ᾽ ἂν αἱ πλείους γνῶμαι δοκιμάσωσιν, alioqui oratio erit ἀνακόλουθος. Illud ἅσ᾽ ad προτιθεμένοις eſt referendum.

Icilio Ἰκιλίου) Ἰκιλίου ſcribe, vt apud Latinos.

Lictorem, Τὸν φύλακα τῆς ἀρχῆς τῶν ὑπάτων) Cuſtodem magiſtratus Conſularis. Περιφορεὺς eſt lictoris.

¶Pag. 345. Præſentibus pontificibus, Μετὰ τοῦτό τε ἱεροφαντῶν παρόντων) Mallem hæc ita legere, μετὰ τοῦτο τῶν τε ἱεροφαντῶν παρόντων. hæc lectio melior. R.C. hanc agnoſcit, vt ait Sylb.

Quam in Auentinum, Ἣν ἀνέθεσαν ἐν τῷ Αὐεντίνῳ) Ipſe rerum ordo poſtulat vt legamus ἣν εἰς Αὐεντῖνον κομίσαντες ἐν τῷ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερῷ ἀνέθεσαν. Si vulgatam lectionem ſequaris, vertes, *Quam legem in Auentino repoſuerunt latam in Dianæ templum.* Sed hæc lectio videtur aſperior. Eodem fere modo loquutus eſt Demoſthenes tertia Philippica de quibuſdam Athenienſium literis, & monumentis verba faciens) Ἐγὼ δηλώσω (inquit) οὐ λόγους ἐμαυτοῦ λέγων, ἀλλὰ γράμματα τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων δεικνύων, ἃ ἐκεῖνοι κατέθεντο εἰς στήλην χαλκῆν γράψαντες. ἀντὶ τοῦ γράψαντες εἰς στήλην χαλκῆν εἰς ἀκρόπολιν κατέθεντο ἤτοι ἐν ἀκροπόλει. Vt autem obiter hoc addatur, exiſtimo Αὐεντίνῳ ſcribendum, vt alibi rectè ſcriptum extat.

Nonnulli etiam duo ſimul, Εἰσὶ δὲ οἳ σὺν δύο) Legendum οἱ. ſciendum autem τὸ σὺν ſine caſibus poſitum ἰσοδυναμεῖν τῷ ἅμα, vt hoc loco videmus: Sic apud Hom. Iliad. K. pag. ex Criſpini typis 357.12. σύν τε δύ᾽ ἐρχομένω, i. *Duobus ſimul euntibus.* Et pro συνιόντες mallem συνιόντες, id eſt, *coeuntes.* Sylb. ait in Rom. C. hunc locum ita legi σὺν δύο, καὶ συντρεῖς, καὶ ἔτι πλείονες συνιόντες. Quæ lectio mihi quoque valde probatur. In eodem R.C. ait λαγχανόντων pro λαμβανόντων extare. Sed vtrunque bene eſt. Quare vulgatem lectionem retinere poſſumus.

L. Icilliū, Περὶ Λεύκιον, καὶ Ἰκίλλιον) Τὸ καὶ tollēdum, & Ἰκίλιον legendum, vt vox iſta rectè ſcribitur pa. 523.

Non parua commoda, Οὐ μικρὰν δὲ ὠφέλειαν) Vel προσοίσειν, vel παρέχειν, vel aliquid huiuſmodi ad ſententiam abſoluendam deſideratur.

Nulli veniam, Οὔτε παραίτησιν) Senſus participium διδόμενον, vel aliquid ἰσοδυναμοῦν flagitat. Si codex eſt ſanus διδόναι παραίτησιν ſignificabit *deprecandi, & ſui purgandi poteſtatem alicui dare.*

Tribunitiæ poteſtatis opem impl. Τὴν δημαρχικὴν ἐξουσίαν ἔχοντες) Ex præcedentibus Dionyſij verbis colligitur hunc locum ita corrigendum, τὴν δημαρχικὴν ἐξουσίαν ἐπικαλοῦντας, ὡς δέ. vel ἀπάγειν ἐπικαλοῦντας τὴν δημαρχικὴν ἐξουσίαν ἔχοντας. hæc poſterior lectio ad veritatem propius accedit. ἀπάγειν autem ἀντὶ τοῦ ἀπάγεσθαι poſitum, actiuum pro paſſiuo: qua de re ſuprà. Niſi locum hunc ita intelligamus, hæc idem valent ac ſi dixiſſet autor, ἐκέλευσαν τοὺς ἑαυτῶν ὑπηρέτας ἀπάγειν πολλούς. Sylburgius hunc locum in R.C. ſic ſcribi dicit, ἐξουσίαν ἐπικαλουμένους, τῆς τε στρατολογίας ἀπολύειν ἔφασαν, οἱ ἐκ τῶν νόμων ἐξουσίαν ἔχοντες. Noſtra coniectura longè ſimplicior, & probabilior videtur. Τὰς χαρὰς) R. Codex

A κατασχαφὰς, quod commodius.

Suum auxilium, Τὴν ἐξ αὐτοῦ βοήθειαν) Exiſtimo τὴν ἑαυτῆς βοήθειαν legendum, vt ad δῆμον reciprocè referatur: alioqui τὴν αὐτῶν, δηλονότι τῶν δημάρχων eſſet dicendum. Εἰς δημοσίους) Legendum potiùs εἰς τοὺς δημότας, ἤτοι τὸν δῆμον, vel εἰς τοὺς δημοτικοὺς vt paulò pòſt Dionyſius loquitur.

¶Pag. 346. Tantum abeſſe, Ἢ τοσοῦτον δεῖν) Dicendum potiùs καὶ τοσοῦτον δεῖν, niſi fortè τὸ ἢ ἀντὶ τοῦ καὶ poſi-

B tum fuerit, quod non eſt nouum. Sylb. ἢ putat dicendum, quod non malè: nam ad ἀρχὴν δημαρχικὴν refertur. Ἢ ἡ βουλὴ) Sylb. corrigit ἣν. Senſus, niſi Senatus decernat. i. niſi S.C. hoc decernatur. Sed vulgata quoque lectio retineri poteſt. idē eſt ſenſus. Τὰ ὅπλα) Λαβόντας deſiderari puto, id eſt correptis armis abire in montem. R.C. vt ait Sylb. habet ἀναλαμβάνοντας. Idem eſt.

Violarant, Παρηνόμουν) Ἀντὶ τοῦ παρενόμουν, cum gemino augmento, vno ſyllabico, altero temporali. Sic ἠνώχλουν, & ἠπείλουν, & alia multa eodem modo

C formata.

Expectandamque, Ἐὰν τὰ συγκεχωρημένα τοῖς νόμοις λαμβάνωσιν) Hoc verba ſonant: At plerique cenſebant in vrbe remanendum, & ab armis abſtinendum dummodo illi, qui iniuriam acceperant, ius ſuum legibus conceſſum obtinerent. Sed Gelenij interpretatio facit vt credam legendum potiùs, ἐᾶν τε τὰ συγκεχωρημένα τοῖς νόμοις λαμβάνειν, id eſt, cenſebant illis permittendum vt pœnas legibus ſtatutas ſumerent. Ipſe Dio-

D nyſius mentem ſuam interpretatur quum ſubiicit καὶ τὰς ἐκ τῶν νόμων τιμωρίας παρ᾽ ἐκείνων λαμβάνειν. Romanus codex, vt ait Sylburgius, habet ἀλλὰ τὰ συγκεχωρημένα τοῖς νόμοις λαμβάνειν. Οἱ κελεύουσι ἢ ποιεῖν) Ἢ φυγεῖν legendum puto. i. quæ leges iubent eos aut fugere, aut mori. Ego ſenſum ſum ſequutus. Ἀφῆκαν) Mallem ἀφεῖσαν, quod magis vſitatum. Παρέδωκαν) Mallem προσῆκον.

Legem agrariam, Τότε ἐκκλησίας νόμον) Proculdubio τότε περὶ τῆς κληρουχίας νόμον. Senſus hoc docet. Lapi verſio idem confirmat. R. codex, vt ait Sylb. hanc lectio-

E nem agnoſcit: hanc autem legem νόμον χωρογραφικὸν Dionyſius συνωνύμως appellat.

Singulatim, Καθ᾽ ἕκαστον ἔργον τῶν) Melius ſi ἔργων dicas.

Si quiſquam alius, ordines duco, Καὶ εἴ τις ἄλλος ἡγεμονίας) Senſus videtur poſtulare, vt legamus, καὶ εἴ τις ἄλλος ἡγεμονίας, Illud autem στρατιωτικῆς ad ἡγεμονίας refertur. Sylb ait καὶ εἴπερ τις ἑτέρας ἡγεμονίας legi in R.C. Quod ſi cui probetur, vertemus & ſi quā aliam præturā gero.

Modo primipilus, Τοτὲ δὲ ὅλου τάγματος) Ducem integræ legionis autor appellat, quem ſuprà pag. 418.

F primipilum à Romanis vocari dixit: hæc ſunt eius verba, Δι᾽ ἀμφω ταῦτα ὑπὸ τῶν τεταγμένων τῇ καταστάσει τὰς ἀρχὰς, κεκοσμημένος, ᾗ τοὺς ἑξήκοντα ἑκατονταρχίας ἐπιτάττειν τε, καὶ τὸ κελευόμενον ὑπηρετεῖν κελεύειν νόμος, τούτους Ῥωμαῖοι τοὺς ἡγεμόνας τῇ πατρίῳ γλώττῃ πριμιπίλους καλοῦσι. Τίτε Σικκίε) Quidam aiunt Siccij nomen bene Conſuli tributum: ſed cum de altero plebeio agitur, quem Dionyſius L. Siccium Dentatum aliquot in locis vocat: Sicinnium potiùs dicendum cenſent.

¶Pag. 347 Præfectus noſtræ legionis, Στρατοπεδάρχην) Στρατοπεδάρχης, ſi vim nominis ſpectes, caſtrorum præ-

G fectum, vel exercitus ducem ſignificat. Sunt qui Tribunum militum vocent. Ego Dionyſij verbis adducor, vt credam

credam nunc *primipilum* intelligi. Quod veriſimile. Subiicit enim autor τὸ φέρειν τὸν αὐτὸν στρατοπεδάρχην ἀπίδων, quod non ſubiiceretur, ſi caſtrorum præfectus intelligeretur.

Aquilam tradere volebat, Καὶ τὸν ἀετὸν ἐδίδου) Hinc facilè colligitur per τὸν στρατοπεδάρχην primipilum intelligendum. Ille enim, teſte Vegetio, Aquilæ ac toti legioni præerat.

Pro quibus meritis, Ἐφ' οἷς ἀγαθοῖς με ὁ ὑπατ@) Μοι legendum, quod ab illo ἀπίδων regitur: alioqui dicendum eſſet ἀπιδὼν εἰς στρατοπεδάρχην. Sylb. ait R.C. habere ἐφ' οἷς ἀγαθοῖς με, id eſt, propter quæ admiratus me.

Tres murales, Τρεῖς δὲ πολιορκητικούς) Lapus videtur legiſſe ἕνα πολιορκητικόν, καὶ τρεῖς τειχικούς, στέφανος ὅπλων, &c. hanc lectionem & ego ſum ſequutus, quod ſenſus eam flagitet. Πολιορκητικὸς στέφανος dicebatur *corona obſidionalis*, quæ dabatur illis qui ſuos ab hoſte obſeſſos liberaſſent. Τειχικὸς verò *corona muralis*, quæ dabatur ei, qui primus hoſtiū muros aſcendiſſet. Abſurdum certè fuerit, ſi dicas hæc στέφανος ὅπλων πολιορκ. τειχικὸν ad illud πολιορκητικούς referenda. De coronis militaribus, quæ ſit triumphalis, quæ obſidionalis, quæ ciuica, quæ muralis, quæ caſtrenſis, quæ naualis, quæ oualis, quæ oleagina, vide apud A. Gellium libro 5. cap. 6. Quibus autem coronis, ac muneribus ob ſuam fortitudinem L. iſte Siccius olim fuerit donatus, teſtatur & Plin. libro 7. cap. 28 & lib. 16. cap. 4. & lib. 22. cap. 5. A. Gellius lib. 2. cap. 11. hunc L. Sicinium Dentatum appellat, vbi multa præclara huius viri facinora recenſet.

Vltro ſuſcipiens, Ἐκούσιος ὑποστάς) Vel ἑκούσιος, vel ἑκουσίως legendum videtur. Priorem lectionem R. C. confirmat, vt ait Sylb. qui in eodem codice στρατευσαμένους eſſe dicit, quod mihi quoque magis placet.

Ἀλλ' ἐὰν) Sylb. ait τὸ ἐὰν in Codice R. non extare: & poſt μάρτυρ@ ſcribi ἄν. Sed vulgata lectio videtur bona. Quare nihil mutandum. Οὐδ' ὑμῶν, ὦ δημόται) Legitima conſtructio ὑμᾶς flagitat: hic autem genitiuus ab ἐδεῖν regitur. R. C. vt ait Sylb. noſtram coniecturam confirmat.

Nullam tamen ipſe portionem, Τὴν ἐξ αὐτῆς ἔχω μοῖραν ἐξ αὐτῆς λαβών) Hæc ita puto legēda, τὴν ἐξ αὐτῆς ἔχω μοῖραν λαβών. Illa enim duarum vocum repetitio eſt ſuperflua. R.C. habet, vt ait Sylb. καὶ οὐδὲ τὴν ἐλαχίστην ἔχω μοῖραν ἐξ αὐτῆς λαβών, i. *ne minimam quidem eius partem datam habeo.* Οὐδ' ἂν πολλοστὸν ἐπιστρέψεσθαι) Vel ἔχοιεν, vel δυνηθεῖεν deſideratur. Oratio enim eſt imperfecta. R.C. τὸ ἔχοιεν agnoſcit Sylb.

Ciuitatem omnibus communem, Κοινὴν εἶναι πόλιν) R.C. vt ait Sylb. habet κοινὴν εἶ, id eſt, qui non communem vrbem: ſed ſuam ipſorum propriam patriam eſſe putant.

Contumelias, Ἄλλα ὑβρίζοντες). R.C. vt ait Syl. habet ἀλλ' ἄττα ὑβρίζοντες quæ lectio melior quàm vulgata: ſed tamē vtraque videtur ἀνακόλουθος. Dicendū enim eſſet ὧν γε τὰ μὲν ἄλλα ἐῶ, & cæt. quod aliàs liberius diceremus ὧν γε τὰς μὲν ἄλλας ὕβρεις μικράς τε καὶ μείζους, ὅσας ἡμᾶς ὑβρίζοντες διατελοῦσι, σιωπῶ, i. *Quorum cæteras quidem contumelias tam leniores, quàm grauiores quibus perpetuò nos afficiunt, ſilentio prætereo.* Ὅτι ἐπεὶ τὸ) Vel τὸ ὅτι, vel τὸ ἐπεὶ expungendum. Alterum enim eſt ſuperfluum. R. C. vt ait Sylb. τὸ ὅτι non agnoſcit.

¶Pag. 348. S.C. de agro diu. factum, Ἐψηφίσατο) Sylb. ἐψηφίσαντο corrigit, quia ad βουλὴν refertur. Sed excuſari poteſt, quia ἡ βουλὴ collectionem denotat, & ſignificat τοὺς βουλευτάς.

Nemini cedatis, Ὑπομενεῖτε καλῶς ποιοῦντες) Videtur eſſe ὑπαλλαγὴ ἀντὶ τοῦ ὑπομένειτε καλῶς ποιοῦντες.

Indicia diſturbantium, Τὰς καταδίκας ἀναστρεπόντων) Quid hæc verba ſibi velint non ſatis bene intelligo. Καταδίκοι enim dicuntur rei in iudicio damnati. Sed hæc vox cum participio ἀναστρεπόντων malè iungeretur, nec ſenſus bonus ex his eliceretur. Lapus videtur legiſſe τὰς δίκας ἀναστρεφόντων, vel τὰ δικαστήρια ἀναστρεφόντων, quod veriſimilius. Sed exiſtimo legendum potius τοὺς καταδίκους ἀναρπάζοντων, ἢ τὰ ἀγγεῖα τῶν ψήφων ἀναστρεφόντων, vel etiam τὰς ψήφους ἀναστρεφόντων, id eſt, Quod ſi iuniores eò inſolentiæ, ac impudentiæ proruperint vt iudicio damnatos vobis eripere audeant, & vrnas ſuffragiorum, ſiue calculorum euertant, oſtendite ipſis quanta ſit veſtri collegij poteſtas: hanc meam coniecturam confirmant ipſa Dionyſij verba, quæ extant pag. 471. Sic enim ibi Dionyſ. loquitur, ἐπὶ τὴν ἀναρχίαν ἐτράποντο καὶ πάντα τὴν πολιτείαν, διεσπασμένοι τε κατὰ φυλὰς τοὺς δημάρχους ἐκωλύοντο, καὶ τὰ ἀγγεῖα τῶν ψήφων τοὺς ἔχοντας ἀφῃροῦντο, & cæt. Quanquam, ſi noſtra coniectura maiorē mutationē videtur habere, poteris (quod etiā Sylb. animaduertit) pro καταδίκους reponere καδίσκους. Quid autem ſit, καδίσκος docet Suidas, Καδίσκ@, ἀγγεῖον πλοῖν ὃ ἐψηφοφόρουν οἱ δικασταὶ ὑπὸ καλεῖται. Φρυνίχ@, Μοῦσαι. Ἰδοὺ δέχου τὴν ψῆφον, ὁ καδίσκος δέ σοι, ὁ μὲν ἀπολύων οὗτ@, ὁ δ' ἀπολλύς, ὁ δι. Idem tradit & Harpocration: hæc lectio ad veritatem quàm proximè accedit. τούτων τῶν καδίσκων Dionyſius mentionem facit pag. 534.

Conſulum poteſtatem abrogare, Τοὺς ὑπάτους ἐξουσίας) Imò verò ἐξουσίᾳ legendum videtur. Conſules enim ſummum magiſtratum obtinebant. Sylb. ait in R.C. legi ὃ τοὺς ὑπάτους. quæ particulæ collocatio in R. C. paulò durior videtur. Ἀφῃρεῖν χρήσασθαι) Χρήσασθαι potiùs legendum. Σωματίων πατρικίων) Mallem πατρικίων.

Diſperſa detineretur, Ὥστε διαλείπεσθαι) Si codex mendo caret, hoc παρὰ τὸ διαλείπειν deducetur, quod ſignificat certis interuallis interiectis relinquere. Quare vertes, *ita vt plebeia multitudo certis interuallis interiectis relicta.* i. diſtincta, diuiſa, ac diſperſa *detineretur.* Sed præſtaret ſcribere διειλῆφθαι, quod vſitatius. Διειληφέναι, vt ait Suidas, περιειληφέναι, ὁ διειληφὼς τὰς ὁδοὺς φυλακαῖς.

¶Pag. 346. Sed cæteram turbam, Τοῦ δὲ ἄλλου δήμου) Sylburgius ait in C. R. totum hunc locum ita legi, δήμου τότε ἑπομένου αὐτοῖς καὶ τὸ κατ' ἄλλα, καὶ ἄλλα μέρη τῆς ἀγορᾶς, σὺν θορύβῳ, καὶ ἀταξίας κινούμενον ἐπ' αὐτούς, οὐ παρίεσαν ὥστε ἀνωφελεῖς εἶναι τῷ δήμῳ, οὐ τῆς, & cæt. hæc lectio longè melior quàm vulgata. Vertes autem. *Reliquam vero populi turbam, quæ partim illos ſequebatur, partim etiam incompoſito tumultu commota, & concitata in ipſos per varias fori partes ferebatur, non admittebant.* i. *tranſitum ei non dabant. Ita vt plebi magiſtratus nihil prodeſſent.* Ego tamen minori cum mutatione iſtum locum ſic olim legi poſſe duxi, τοῦ δὲ ἄλλου δήμου τὸ ἑπόμενον αὐτοῖς, οὐ παρίεσαν. Nam in illis ἀνωφελεῖς facilè τὸ δῆμον, de quo hic agitur, intelligitur. Τῶν ἀρχόντων) Δηλονότι τῶν δημάρχων. Οὐδὲν ποιοῦντ' ἀγαθὸν) Ἀγαστὸν legendum ſuſpicor. ἀγαστὸν autem, & θαυμαστὸν συνωνύμως ponuntur. Vulgata lectio videtur abſurda. Ἐμποδὼν ἐγένοντο) Ἐμποδὼν dicendum. i. *impedimento erant, impediebant.*

Conſenſu, Καὶ πάντων ὁμολογούμενα) Παρὰ deſideratur, quam R.C. habet: vt refert Sylburgius.

In Senatum conuocatis, Τῶν συγκληθέντων εἰς τὸ συνέδριον) Vel συγκληθέντων, vel potiùs συγκαλεσθέντων eſt legendum: ſic enim paulò pòſt loquitur, autor, ἔτυχον δὲ οἱ κρατοῦντες συγκαλέσαντες, vulgata lectio nimium eſt dura. R. C. vt ait Sylburgius, habet συγκληθέντων.

Derepentè nuntiatum eſt. Αἰφνιδίως τις ἀγγελθῆναι) Hæc ita puto commodè poſſe corrigi, αἰφνιδίως τις ἠγγέλθη πολεμίων ἔφοδος ἐπὶ τὴν τῶν Τουσκλανῶν χώραν, τῶν δὲ Τουσκλανῶν κατὰ πλῆθος εἰς τὴν Ῥώμην ἀφικομένων. Liuius iſtam coniecturam confirmat his verbis. *Quum maximè hæc agerent trepidi nuntij ab Tuſculo veniunt, Æquos in*

agro Tuſculano eſſe. Potes & hoc modo locum emendare, αἰφνιδίως τὶς ἀγγελθεῖσα ἐφόδος ἐπὶ τὴν τῶν τυσκλάνων χώραν, τὴν αὐτῶν ταραχὴν ἔπαυσε· τῶν γὰρ τυσκλάνων κατὰ τὴν πόλιν, & cæt. i. cùm autem non multò pòſt Tribuni plebis iterum mentionem legis facerent, derepente quidam nuntius de hoſtium irruptione in agrum Tuſculanum facta allatus, ipſorum tumultum ſedauit. Tuſculanis enim, & cæt. Sylb. ait R.C. ita habere, ἐπὶ τὴν τυσκλάνων πόλιν, αἰτία κωλύσεως ἀπεχώρησε ἐγένετο, τῶν γὰρ τυσκλ. κατὰ & cæt.

Sed tamen nihil mali inde ſequutum, Ἔπραξε δὲ οὐδέν) Hæc ita intelligenda, ἐγένετο μὲν οὖν καὶ τότε στάσις, ἔπραξε δὲ οὐδέν, id eſt, *tunc quidem orta eſt ſeditio: ſed nihil profecit*, delectus militum impedire non potuit, nec quidquam mali inde eſt ſequutum.

¶P. 350. Virorum, qui, Ἀνδρῶν, στρατεύεσθαι) Legendum videtur ἀνδρῶν, οἱ στρατεύεσθαι μὲν, niſi legas ita oratio erit imperfecta: hîc autem intelliguntur veterani, qui legitimis ſtipendiis confectis, nullis militiæ legibus ampliùs erant obnoxij, quemadmodum paulò pòſt apertè declaratur. R.C. noſtram coniecturam confirmat. Ἐξιόντων ἐπὶ τὸν πόλεμον) Ἐξιόντος dicendum videtur, vt ad Siccium hoc referatur. R.C. idem habet.

Inuaſiſſent, Τῆς πρoεπιχειρήσεως) R.C. habet, τῆς οὐ προεπ. quod longè meliùs. *Quod eos priores aggreſſi non fuiſſent*. Idem C R. hunc locum habet ampliorem νομίσαντες ἀγαθόν τι αὐτῶν πολεμίοις ἐξιόντες, καὶ τοὺς ἐπὶ τὰς νομὰς ἀποπεμφθέντας, ἢ χεῖρον, ἢ ἄπορον ἀντήρισαν. Tamē & vulgatam lectionem retinere potes: nam ex ea ſenſus bonus elicitur.

Pugnæ ſignum dari, Ἀρθῆναι ἐκ τῆς μάχης) Ἐκ præpoſitio tollenda. Dicimus enim τὸ σημεῖον τῆς μάχης αἴρειν. Ἀπὸ τοῦ ἐν ὑψηλῷ πλησίον, καὶ) Hæc ita videntur collocanda, Ἀπὸ τοῦ πλησίον ἐν ὑψηλῷ, καὶ. Μαχούμενοι) De futuro agitur, quare μαχησόμενοι potiùs eſſet dicendum. Τ' αὐτὸν) Ἐς αὐτὸν videtur legendum, vt ad χάρακα referatur: hoc eſt commodius.

Expugnaturi, Ἐξαιρούντες) Fortaſſe meliùs, ſi vel ἐξαιρήσοντες, ab ἐξαιρέω, vel ἐξαιρήσοντες, ab ἐξαιρέω, ῶ, dicamus, vt τῷ κλείσοντες reſpondeat.

¶Pa. 351. Viuum conficias, Ἢ ζῶντα με διεργάσασθαι) Senſus aliquam huiuſmodi lectionem videtur flagitare, ἢ ζῶντα με διεργάσασθαι, ἢ μηδὲν ἀποδοῦναι μοι δόξαν αἰσχίστην ἐντυχεῖν μοι, ſiue potiùs ἀποτυγχάνοντα δειλίας, id eſt, *vt aut me viuum conficias, & mihi fœdiſſimam ignauiæ notam reportanti nihil reddas*, id eſt, *nullum præmium des, quod viris fortibus dari ſolet*. Cur? quia non fortiter, ſed ignauiter me geſſero. Quomodo? ſi præſens periculum ſubire recuſauero. Interpretes alij à verbis Græcis longè receſſerunt. Ex vulgata lectione non poſſum (vt fatear ingenuè) ſenſum vllum ſatis commodum elicere. Quare ad aliquas veriſimiles coniecturas eſt confugiendum. Poſſemus etiam hunc locum ſic emendare, ἢ ζῶντα μηδὲν διαπράξασθαι, καὶ κίνδυνον ἀποδύσασθαι δόξαν ἀποτυχόντα δειλίας, i. *aut vt viuus nihil faciam, nullum egregium facinus edam, ac periculum recuſem timiditatis opinionem turpiſſimam reportans*: hoc autem κατ᾽ ἐνάλλαγήν dicetur, ἀντὶ τῷ ἀποδυσάμενον ἀποτυχεῖν, i. *vt recuſato, detrectato, vitato periculo fœdiſſimam ignauiæ opinionem reportem*. i. ignauus habear, quòd periculum ſubire non fuerim auſus. Ἐλάσσονας φρονεῖν) Ἐλάσσονα φρονεῖν legendum, vt vſus ipſe docet.

Continenter, Οὐ γὰρ ἀνῆκαν) Meliùs ἀνῆκαν, id eſt, non deſierunt. Ἀλλαχομένοις) Τοῖς ἀλλαχομένοις.

Mutuis complexis, Ἀσπάσεως εἶχον ἀσπασμῶν τε τοὺς ἄνδρες) Ni fallor dicendum οἱ ἄνδρες, καὶ τῶν ἄλλων φιλοφρονήσεων ἥδοντες, vel ἥδονται, ἀπὸ τοῦ φιλοφρονεῖσθαι, καὶ ἥδονται. Si hæc τοὺς ἄνδρες expungerentur, res longè meliùs haberet. Potes & ita locum emendare, ἀπλήστως εἶχον οἱ ἄνδρες ἀσπασμῶν τε, καὶ τῶν ἄλλων φιλοφ. ἥδοναί, R.C. vt ait Sylb. habet, ἀπλήστως εἶχον τῶν πρὸς ἀλλήλους οἱ ἄνδρες ἀσπασμῶν, καὶ ἥδοντες τῆς ἐκ τῶν ἄλλων φιλοφ. Ἐπειδὴ ὀρθῶς ἐφαίνετο) Vel λέγειν, vel ἀποπέμπεσθαι deſideratur, vt alibi loqui ſolet autor.

¶Pag. 352. Nam ne ſenatus q. Οὐδὲ γὰρ ἡ βουλὴ) Fortaſſe præſtaret dicere οὐδὲ γὰρ οὐδ᾽ ἡ βουλὴ Sylburg. & ipſe hoc notauit.

Triumphum, Πομπὴν θρίαμβον) R.C. vt ait Sylb. habet πομπὴν, ἢ θρίαμβον, i. pompam, aut triumphum, Sed

A vulgatam lectionem vt bonam retinere nihil vetat.

Ὡς προὔλαβεν) R.C. vt ait Syl. habet ὃ, quod præuidit, animo præcepit. Sed nihil mutandum.

L. Halienus, Λεύκιος δὲ τότε ἀγορανόμος) Liuius lib. 3. hac de re agens, hunc Ædilem L. Halienum vocat. Ego eum ſum ſequutus, neque enim veriſimile videtur hoc à Dionyſio fuiſſe prætermiſſum, ſed librariorum negligentia nomen hoc omiſſum puto. Alij tamen L. Icilium credunt hîc intelligi. Vide pag. 486, & 491.

B A. Terminius, Αὖλος Τερμίνιος) Hunc quidem A. Thermum, alij A. Aternium, alij A. Æternium, alij A. Aterium vocant. Ego cùm nihil certi haberem, quod in medium afferrem, vulgatam lectionem ſum ſequutus. Vide Gellium libro ſecundo, ca. vndecimo. Plin. lib. 7. cap. 27.

S.C. de lege tribunorum, Τὸ περὶ τῶν δημάρχων βούλευμα) Lapus τὴν περὶ præpoſitionem in ſua verſione non agnoſcit. *Tum inſtitutum Tribunorum decreuerunt*: quæ lectio mihi quoque probatur. i. *Tribunorum decretum S.C.*

C *ratum fecerunt*. Quare non erit opus vlla alia mutatione. Nam ex his verbis optimus ſenſus elicietur. Sylb. putat vel περὶ τῆς δημαρχίας αἰτημάτων, i. de Tribunitiis poſtulatis. Vel περὶ τῆς ἀρχῆς i. de magiſtratibus. Vel περὶ τῶν δεκάρχων, i. de decemuiris creandis. Verùm cùm δόγμα τῶν δημάρχων Dionyſius dicat, hoc iſta omnia complectetur, nec erit neceſſe verbis diſertiſſimis explicare, quod facilè poteſt intelligi. Vide quę traduntur pag. 464. τὸν παραλαβόντα νόμον ἀνέγνωσαν, κεφάλαια δ᾽ αὐτοῦ ταῦτ᾽ ἦν, ἄνδρας αἱρεθῆναι δέκα,

D & cæt.

Haud gratum fore, Οὐκ ἂν ἀγαπητῶς) Mallem οὐκ ἂν ἀγαπητῶς. Nam ſubiicitur οὐδ᾽ ἂν ἀπολειφθείη. Καὶ τῆς αὐτῶν ἐκείνων) Τῆς αὐτῆς ἐκείνοις longè meliùs. Sylb. idem obſeruauit.

¶Pag. 353. Ad eum ex ordine ventum eſt, Περιστάντων ἑαυτῷ) Αὐτῷ dicendum: hîc nullus reciprocationi locus: & κατὰ τὴν ἑαυτῆς legendum pro ἑαυτῶν. Error manifeſtus: quanquam fortaſſe meliùs etiam κατὰ τὴν αὐτῆς, vt ne

E hoc quidem reciprocè dicatur. Τὸ βουλόμενον τὸ δυνάμενον) Τὸ βουλευόμενον proculdubio legendum: τὸ βουλόμενον, τὸ βούλημα ἡ βούλησις, i. voluntas: τὸ δυνάμενον, ἡ δύναμις, potentia, vires, facultas.

Veſtros propugnatores, Ἀγῶνα αἱρουμένους) Aliàs, quod vſitatius, dicit Dionyſius ἀραμένους, ἀγῶνα ἄρασθαι ſuſcipere certamen. Πάθοιεν ταῦτα) Longè melior eſſet lectio, ſi ταῦτα diceremus.

Et viri illuſtres, Ἀνδρῶν ἐπιφανῶν θανάτοις) Si codex mendo caret, hoc loquendi genus erit duriſſimum: ſubaudiendum enim ἀπέχεσθαι, κατὰ: ſed potiùs dicendum

F videtur ἀνδρῶν ἐπιφανῶν θανάτοις τε, καὶ ὕβρεσι, καὶ ἐκβολαῖς ζημιωθέντες στερεῖσθαι, id eſt, *Semper nobis accidit, vt deteriore conditione diſcederemus, & viris illuſtribus capitali ſupplicio, & ignominia affectis, & exilio mulctatis orbaremur*. Potes & ita locum emendare, καὶ ἀνδρῶν ἐπιφανῶν θανάτοις, καὶ ὕβρεσι, καὶ ἐκβολαῖς ζημιωθῆναι, id eſt, Et nobis accideret vt viris illuſtribus capitali ſupplicio, & ignominiæ affectis, & in exilium pulſis mulctaremur, ac orbaremur. Hic infinitus ζημιωθῆναι ab illo ἐξεγένετο pendet, & καὶ copula ante ἀνδρῶν videtur addenda, vt legitima

G fit conſtructio.

Veſtræ cauſæ fauens, Καὶ ταῦτα ὑμῖν εὐνοῶν) Siquis coniecturæ locus eſt dandus, ex iis quæ præcedunt facilè

cilè colligitur hæc ita legenda, ταῦτα οὖν ἐπιδικῶν ἐγὼ ποιεῖσθαι παρ' αὐτῶν, καὶ μήτε τοὺς νῦν ἄρχοντας περιβάλλειν εἰς κίνδυνον προήδηκεν, ἔπειτα ἐγκαταλείπειν τοῖς δεινοῖς, μήτε. Interpretes alij lectionem ab hac vulgata valde remotam nacti videntur. Ego eam ſum ſequutus, quam ab autoris mente non alienam duxi.

¶Pag.354.G[illegible] habent, Ἔχοιεν ἀπειπεῖν) Senſus poſtulat vt legamus ἀδαρεῖν. hoc autem ad δόξαν eſt referendum. Κρείττονα γίνεσθαι) Mallem ἡγεῖσθαι, quod longè commodius.

Hanc gratiam illi refero, Ἀποδίδωμι τιμὴν, καὶ χάριν ἀφίημι) Rerum ordo, & ſenſus ipſe docet nos hæc perturbata eſſe, & in ſuas ſedes ita reſtituenda, ἀποδίδωμι χάριν, καὶ τιμὴν ἀφίημι, Quamuis enim Romilio damnato mulcta fuiſſet irrogata, nondum tamen, vt ex ſequentibus Dionyſij verbis colligitur, ille Tribunis eam perſoluerat. Quare non mirum quod Siccius ſe eam ipſi remittere dixerit. Sylb. hoc non animaduertit, fortaſſe quòd cæteri codices eandem lectionem & ipſi haberent. Παριόντες) Παρέντες potiùs legendum puto. Senſus hoc flagitat.

Ser. Sulpicius, Σερούιλιος Σουλ.) Alij Σέρουιος malunt. Καὶ ὑπονείας τῆς) Ex ipſo ſenſu, verbiſque ſequentibus patet ἀπονείας legendum.

In ſubterraneas compitorum cloacas, Πολλοὺς μὲν ἐν τοῖς ὑπονόμοις) Hæc videntur & corrupta, & perturbata: ſed ita ſunt corrigenda, πολλοὺς μὲν τὴν ἀπογινομένην εἰς τοὺς ὑπονόμους τῆς στενωπῶν φέροντες ἐρρίπτουν, hic eſt legitimus conſtructionis ordo. Sylb. tamen hoc non animaduertit, quod animaduerſione dignum.

Damnum accipiebant, Ἐκακοῦντο, πρὸς τὰς ἀκτὰς) Hæc quoque ſunt mendoſa: ſed ita ſunt emendanda, ἐκακοῦντο, πρὸς γὰρ τὰς ἀκτὰς, καὶ τὰς ἠιόνας ἐκκυματιζομένων τῶν σωμάτων, βαρέα, & cæt. Sylb. vulgatam lectionem eſt ſequutus, ἀκταὶ autem, quæ & αἰγιαλοὶ, & ῥηγμῖνες à poëtis συνωνύμως dicuntur, ſunt littora aſperiora, & ſaxoſa, ad quæ fluctus delati franguntur: ἠιόνες verò, quæ & θῖνες, littora molliora, & arenoſa.

Sex. Quintilius, Σέξτος Κόιντος, Κοιντίλιος legendum vt ſuprà, Faſti Conſulares hoc ipſum teſtantur. Περιαγαγεῖν) Legendum potiùs προσαγαγεῖν, educere.

His conſul. Ἐπὶ μὲν τούτων) Οὖν poſt μὲν addendum videtur.

P. Seſtius, Πόπλιος Σίκκιος) Σήστιος legendum. Sic enim infrà, ταύτην δὲ προλαβὼν τὴν πρόφασιν ὁ Σήστιος. Quidam tamen Sextium hunc vocant.

¶P.355. Commeatuum inopia, Ἐν τῇ σπάνει) Ἐν præpoſitio videtur tollenda: dicimus enim τῇ σπάνει τῆς τροφῆς κάμνειν. Προβάλοιντο) Vel προὐβάλοντο more Attico legendum, vel προεβάλοντο dicendum. Καὶ δίον) Vel τὸ ἐπὶ præcedens hîc repetendum, vel δεῖν legendum.

T. Genucium, Τίτον Γενούκιον Λεύκιον) Τὸ Λεύκιον, vt ſuperfluum, videtur expungendum. Προσῆκον) Error eſt manifeſtus. Senſus indicat legendum προσσχεῖν. Plena loquutio eſt προσσχεῖν τὸν νοῦν, ſed nunc hoc nomen deſideratur.

Inuaſerat, Ἐμπεσούσης) Sylb. ἐμπεσοῦσαν mauult, vt ad πικρίαν referatur: ſed nihil mutandum. Nam ex vulgata lectione commodus ſenſus elicitur. Προλαβὼν) Mallem προσλαβὼν, vel certè προβαλὼν, vel etiam προβαλλόμενος, i. hanc ſpecioſam excuſationem prætexens. ſiue prætendens, Sic enim ſuprà Dionyſius πρόφασιν ἀδαρεῖν προὐβάλοντο dixit, quæ metaphora ſumpta eſt à re militari, quum clypeum ictibus, ac vulneribus obiicimus, ac prætendimus. Πάντως μάλιστα) Πάντων μάλιστα, Vel πάντως legendum, vt vſus ipſe docet.

Magiſtratus imperium conſulare habituros, Ἀρχὴν ὑπατικὴν ἀρχὴν παραληψομένοις) Decemuiri his verbis περιφραστικῶς intelliguntur: hi enim prædit erant Conſulari poteſtate.

Nobis iam deſignatis, Ἡμῶν ἤδη κεκυρωμένων) Suprà tamen hos Dionyſius dixit Cōſſ. deſignatos quidē fuiſſe, nondum tamen populi ſuffragiis confirmatos magiſtratum iniiſſe. Et paulò poſt ἐπειδὴ δὲ ἡ περὶ εἰς τὸν νέωτα μελλόντων ὑπατεύειν γνώμη. Quare ἀποδεδειγμένων potiùs dicendum videtur. Quòd ſi codex mendo caret, vertes, *Nobis populi ſuffragiis iam confirmatis*, quod cum locis ante allatis pugnabit, niſi τὸ κυροῦσθαι iam accipias pro certis ſuffragiis deſignari, ac eligi, ita tamē vt nō ſequatur, quam vulgus muneris, ac magiſtratus confirmationem vocat, quod frigidum, ac abſurdū videtur.

De priuatis contractibus, Συμβόλαια διαιρεῖν) Fortaſſe διαιτᾶν, vel διαιτᾷν legendum, vt pag. 502. καθεζόμενοι διῄτων τὰ δημοτικὰ συμβόλαια. Si codex eſt ſanus, hæc duo διαιρεῖν, καὶ διαιτᾶν, ſiue διαιτᾷν συνωνύμως ponuntur. διαιτᾶν, καὶ διαιτᾷν ſæpe idem ſignificant, nimirum cauſæ dubiæ, & controuerſæ iudicem ac arbitrum eſſe, & de ea ſtatuere quod nobis placet: hinc dictus διαιτητὴς iudex, & arbiter inter aliquos conſtitutus.

¶Pag.356. Creandi, Ψηφοφορεῖν) Ψηφοφορεῖν hîc accipitur pro latis ſuffragiis creare. Sic loquitur autor pag. 516. ἀρχὰς ψηφοφορεῖν. At ψηφοφορεῖν περὶ τινὸς, i. ψῆφον φέρειν περὶ τινὸς, ſuffragium de re aliqua ferre.

T. Lucius, Τίτος Λεύκιος Γενύκιος) Τὸ Λεύκιος, vt ſuprà, videtur expungendum.

P. P. Πόπλιος δὲ) Πόπλιός τε potiùs legendum: hoc ex ipſis Dionyſ. verbis colligitur.

Seruius, S. Σερούιλιος Σουλπίκιος) Σέρουιος, vt ſuprà, legendum.

Quæſtores, Καὶ ταμιείων) Hîc agitur de quæſtoribus, non de ærario, quod ταμιεῖον, & ταμεῖον vocatur. ταμίαι verò ταμιῶν ipſi quæſtores, ærarij cuſtodes. Quare ex legibus grammaticis ταμιῶν legendum.

Reliqua inſignia, Τὰ λοιπὰ πράγματα) Intelligit quod alibi παράσημα vocat. Sed & ſic mallem ita legeretur: ſic pag. 503. τὰ παράσημα πάντα τῆς βασιλικῆς ἐξουσίας, & paulò poſt, τὰ παράσημα τῆς βασιλικῆς ἀρχῆς. Παρανομίας) Error eſt manifeſtus, & lapſus facilis, at legendum παραμονῆς. Senſus hoc indicat: autoris verba lectionem iſtam confirmant.

Tam de publicis quàm de priuatis, Διῄτων τὰ δημοτικὰ συμβόλαια, καὶ τὰ δημόσια) Hic quoque, vt pag. 501. τά τε ἰδιωτικὰ συμβόλαια, καὶ τὰ δημόσια puto legendum. Nam τὰ δημοτικὰ, καὶ τὰ δημόσια συνωνύμως dicuntur, at τὰ ἰδιωτικὰ καὶ τὰ δημόσια opponuntur. Quidam tamen (vt & Sylb.) putant per τὰ δημοτικὰ intelligi cauſas, quæ ad τὸ δημοτικὸν πλῆθος, i. ad multitudinem plebeiam, per τὰ δημόσια, quæ ad remp. pertinent. Quod & ego concedam, ſi codex mendo caret.

Non fore ampliùs opus ciuitati, Ὡς οὐδὲν ἔτι δεήσοι δήμου πρὸς τὰ τῆς) Hæc ita lege, δήμου προστατῶν ἄλλων ἀρχαίων τῇ πόλει. Vocat autem Dionyſius ἀρχαίους δήμου προστάτας, ipſos Tribunos plebis, qui ante Decemuiros creatos plebis patrocinium gerebant, & quorum magiſtratus imperio Decemuiratus in Remp. R. inducto fuerat ſublatus. Potes & ita locum hunc emendare. δήμου προστατῶν, ἔτι ἄλλων ἀρχείων i. & à multis iactatum eſt in vulgus, nullis amplius Trib. pleb. aliiſve magiſtratibus Reip. opus fore. Lapus hanc lectionem nactus videtur. Syl. putat πρὸς τὰ τῆς expūgenda, vel πρὸς τὰ τοῦ δήμου legendum. i. ad tuendas res populi: noſtra coniectura ad veritatem propius accedere videtur.

Καὶ παρὰ τῶν ὁρίων) Hæc ita videntur collocanda, καὶ τῶν παρὰ ὁρίων ἀγγάρων, verba ſunt perturbata. Ἀνίδυσαν τοῖς λοχαγοῖς) Τοῖς λόχοις potiùs eſſet dicendum, vt alibi Dionyſius loqui ſolet. Χρέος, καὶ ὅτι) Hæc ita diſtinguenda & legenda puto, χρέος καὶ ὅτι τοῖς ἤδη κεκυρωμένοις, ἵνα ἀκούοντές τε, καὶ ἄκοντες ἐν αὐτοῖς ὦσιν, ἰδόντες τινὸς ἀρχῆς αὐτοκράτορος δεῖν. niſi legas ita, oratio erit ἀνακόλουθος.

Vibulanus, Ἰουβυλανὸς) Βιβυλανὸς legendum: vel quod meliùs, Οὐιβυλανὸς, ſiue Οὐιβυλανός, atque literarum traiectionem factam dicemus: qua de re iam ſu-

prà à nobis actum.

¶Pag.357. M. Seruilius, Μάρκος Σερουΐλιος) Hic decemuirorum numero deeſt nomen Marci Cornelij, de quo verbis diſertiſſimis agitur pag.513 vbi Dionyſ. ita loquitur, Ἐκ δὲ τῶν ἄλλων ὀλιγαρχικῶν προελθὼν Κορνήλιος Μάρκος, & cæt. quanquam & ibi Μάρκος Κορνήλιος legendum: vt bene ſcriptum extat pag.514. καὶ παρελθὼν Μάρκος Κορνήλιος ἀνίστησι Λεύκιον Κορνήλιον τὸν ἀδελφόν, & pag.519. vbi recenſentur nomina decemuirorum, qui ad militiam ſunt profecti, idem confirmatur: huius etiam Cornelij pag.516 ſæpius fit mentio.

M. Seruilius, Μάρκος Σερουΐλιος) Liuius & alij M. Sergium appellant, quin etiam Dionyſius ipſe pag. 519. hunc ipſum ita vocat: quare & hic Μάρκος Σέργιος dicendum videtur.

Manius Rubuleius, Μάνιος Ῥαβολήιος) Ex Liuio, aliiſque Latinis ſcriptoribus Μάρκος Ῥαβολήιος legendum patet. Dionyſ. pag.519. hunc ipſum Μάνιον Ῥαβολήιον apertè vocat: ſed & ibi Μάρκον eſt legendum.

Q. Petilius, Πετίλλιος) Πετίλιος puto legendum. Liuius enim hunc vocat Petilium: ſunt tamen qui Pœtelium appellent, quod ad Dionyſij vocem propius accedit.

Duellius, Δυέλλιος) Liuius duellium nominat: quare Δυίλλιος vel Δυίλλιος dicendum videtur: pag.519. hic ipſe Καίσων Δυίλλιος vocatur.

Oppius, Ἄππιος) Fortaſſe Ὄππιος vt apud Liuiū.

Et conſulum, Τῶν καθ' ἐνιαυτὸν) Coſſ. περιφραστικῶς intelliguntur: horum imperium erat annuum.

Idibus Maiis Εἰδοῖς μέσαις) Quid ſibi vult hoc Idibus mediis, eſt profectò manifeſtus error: ſed Liuius facit vt hæc ita legenda putem, εἰδοῖς μαΐαις. ſic enim ille hac de re agens libro tertio Dec. i. *Inde impotentibus inſtructi conſiliis, quæ ſecretò ab alijs coquebant, iam haud ſimulando ſuperbiam, rari aditus, colloquentibus difficiles ad Idus Maias rem perduxere. Idus tum Maiæ ſolemnes ineundis magiſtratibus erant.* Non eſt veriſimile menſis nomen Iduū mentione facta à Dionyſio fuiſſe prætermiſſum.

Σφίσιν αὐτοῖς ἰδοῦντο) Mallem συνίδρυντο, vel, quod longè melius, ἐν σφίσιν αὐτοῖς συνίδοντο, i. *inter ſe pacti ſunt*. Οὐδὲ διαμεμνημένοι) Hæc videntur eſſe perturbata, & ita collocanda. οὐδὲ διαμεμνημένοι τὰ πρότερα τῆς βασιλικῆς ἀρχῆς ἀδικήματα, vel τὰ τῆς πρότερον βασιλικῆς ἀρχῆς ἀδικήματα vel etiam ἀρχῆς εἰς τὸ πρότερον.

Ex eorum ſodalibus, Ἐκ τῶν ἰτέρων) Ἑταίρων lege: ſenſus hoc docet: hoc ex ſequentibus Dionyſij verbis facilè colligitur: ſic enim ille paulò pòſt ſcribit, ὡς ἀναγκάζοιτο ἐλευθεροποιοῦντες τῷ δικαίῳ προτιμῶντες ἑαυτοὺς τοὺς ἑταίρους, & pa.506. κατηγόρουν τε αὐτοῦ, ὑποπτεύοντο τις ἐκ τῶν ἰδίων ἑταίρων. Ἐκπλεύσαντι χρόνον) Ἐκπλήσαντι χρόνον legendum.

Prioribus addiderant, Καὶ ταύτας τοῖς προτέροις) Vel καὶ ταύτας ταῖς legendum, vel καὶ ταύτας τοῖς πρότερον ἐξενηνεγμένοις προσέθηκαν dicendum. Poſterior lectio maiorem mutationem habet, quàm prior. Ἐπιγαμίας) Ἐπιγαμίας corrigendum. Ita autem vocatur ipſum coniugium, ſiue connubium, & ius connubij contrahēdi.

¶Pag.358. Vt de eo loquar. Ἐπὶ τούτου ποιήσωμαι τὸν λόγον) Dicendum potiùs περὶ τούτου, quod magis vſitatum. Ὅταν ἐπὶ παραδείγματι) Error eſt manifeſtus: legendum enim ὅταν ταῦτα ἐπὶ παραδείγματι, vel potiùs παραδείγματι πολλῶν ὁρῶσι.

Accuſabant, Κατηγόρουν δὲ αὐτοῖς) αὐτῶν potiùs legendum hoc enim receptum, κατηγορεῖν τινός. Lapus hæc ita vertit, *ſummittentes eis accuſatores*. Quare videtur legiſſe κατηγόρους τε αὐτοῖς ὑποπέμποντες, quæ lectio mihi quoque valde probatur.

¶Pag.359. Propter cognationem, Διὰ τὸ ἀσθενές) Si codex mendo caret, vertes, *propter eorum infirmitatem*, ſiue imbecillitatem: qui ſenſus parum commodus videtur: ſed ex ipſis Dionyſij verbis facilè colligi poteſt διὰ τὸ συγγενὲς legendum. Lapus hanc lectionem agnoſcit. Ἐρημωθήσεται) Mallem diceremus ἐρημωθήσεσθαι, vt hoc cum πόλεως iungatur: πόλις ἐρημοῦσθαι τοῦ κρείττονος μέρους dicitur quum eam melior ciuium pars deſerit.

Regillum, Ἐν Ῥηγίλλῳ) Sunt qui Ῥήγιλλῳ ſcribendum putant: ſed vtrunque de mendo mihi eſt ſuſpectum, ἐν Ῥηγίλλῳ videtur legendum: ſtephanus, Ῥήγιλλος, πόλις Σαβίνων. Liuius tamen hac ipſa de re agens Sabinos ad Eretum caſtra potuiſſe dicit: quare ſi eius autoritatem ſequamur, ἐν Ἠρήτῳ legendum erit.

A Ad Algidum, Ἐπ' ἀλγηδόνι) Huius vrbis nomen paſſim mendoſè ſcriptum occurrit modò enim ἀλγηδόνι, vt hic modo (ἀλγηδόνι vt pag.520. & 523. interdum rectè ſcriptum repetias ἀλγίδῳ. Ἄλγιδος enim à Stephano, à Latinis Algidum vocatur.

Deinde ſequoque qui ſenatui inſeruirent, Ἔπειτα αὐτοὺς εἴ τι δέξαι ὑπηρετοῦντες) Hæc pendent ab illis verbis præcedentibus, πρῶτον μὲν ἀπεδείχθη ἑκάστη πάντας ὑπελάμβανον, quare hic videtur legendum ἔπειτα δὲ αὐτοὺς τὸ δόξαν ὑπηρετοῦντας τῇ βουλῇ, καὶ τὰ κυρωθέντα ὑπ' ἐκείνης πράττοντας, κατὰ νόμους, niſi legamus ita, oratio erit

B imperfecta, & ἀνακόλουθος. Ταῦτα περιγραψάμενος) Ταυτὰ potiùs dicendum, quod longè commodius. Περιελθὼν) Mallem προελθών.

Valerius. Γάγιος) Οὐαλέριος tepone: hic error eſt frequens apud hunc autorem. Φανερὸν δὲ γενόμενος) Τὸ δὲ tollendum, alioqui oratio erit imperfecta.

Fabius Fibulane, Φάβιε Βιβυλανὲ Καίσων) Hoc ita videntur legenda, Καῖσον Φάβιε Βιβυλανέ. Ἀλλ' ἀνίστασο) Τὸ ἀλλὰ nunc eſt hortantis, & idem valet ac ἄγε, εἶα, age, ſurge.

C Appius verò & cæteri omnes, Ἄππιος, καὶ οἱ λοιποὶ δέκα πάντες) Hæc idem valent ac ſi Dionyſius dixiſſet, Appius verò, & nouem reliqui Decemuiratus collegæ, qui cum ipſo Appio decemuirorum numerum explebant, omnes ſimul ex ſuis ſedibus cum impetu ſurrexerunt, & eum dicere prohibuerunt.

Rectè eos facere, Ὀρθῶς λέγειν) Sunt qui ὀρθῶς ποιεῖν legendum eſſe potent: ſed nihil mutandum.

M. Horatius, Μάρκος Ὁράτιος) Ex iis, quæ ſequuntur, Μάρκος Ὁράτιος legendum eſſe patet.

D Citius coges me, Θᾶττον μὲν ἀναγκάσετε) Fortaſſe meliùs ſi legas, θᾶττον με ἀναγκάσετε, i. citius, quàm velletis, me, Appi, cogetis &c. ſubiicit enim autor, ἐκάστοτε μετριάζοντες. Βουλήσεσθε) Βούλεσθε legendum videtur. Καταπαύσαντες ἔχετε, καὶ τὸ κωλύετε) Lapi verſione adducor vt credam hæc ita legenda, καταπαύσαντες ἔχετε, καὶ κωλύετε λέγειν ὅποτε βούλεταί τις λέγειν ὑπὲρ τῆς πατρίδος, καὶ γὰρ εἰ δὴ τοιαῦτα δόξαιτε, ἄξιοι ἂν εἴητε καὶ ταῦτα, &c. legitima conſtructio, ſenſuſque talem lectionem flagitat. Παρείσωσαν τοὺς) Fortaſſe meliùs παρείσωσαν.

E Deinde progreſſus, Ἔπειτα προσελθὼν) Παρελθὼν potiùs legendum.

De re propoſita nulla verba, Τὰ μὴ περὶ τὸ πρᾶγμα διαγορευόντας ἐδὲν) Hoc ἐδὲν ſuperfluum videtur: fortaſſe dicendum τὰ μηδὲν περὶ τὸ πρᾶγμα ποιοῦντα, vel συμφέροντα διαγορεύοντες. Ἅπαντας ἥξειν) Mallem ἥξειν, i. *omnes venturos ad militare ſacramentum*. Sylb. idem notauit.

¶Pag.361. Damna data reſarciant, Τάς τε βλάβας ἀπωθούμενοι) Si codex mendo caret verba hoc ſonant, & damna propulſantes: ſed fortaſſe meliùs ὠνούμενοι, i. damna data redimentes: præſtaret tamen per futurum exprimere ἀπονοσόμενοι, vt cum διαγράψόμενοι iungatur. ἀποτῖσαι τὰς βλάβας damna data compenſare, pro damnis datis ſatisfacere. Sylb. ἀπονούμενοι, vel ἀποτίνοντες putat corrigendū: at hoc loquendi genus nimis durum videtur. Λέγειν ὑπὲρ αὐτῶν) Sylb. ὑπὲρ ἄλλων legit, vel ὑπὲρ αὐτῶν ἐν ἔξειν.

Maximè læter quotiea, Ἥδεσθαί τε πάντων, ὅταν μάλιστα δὴ) Hæc ita puto legenda ἥδεσθαί τε πάντων μάλιστα ὅταν ᾖ, & καὶ ἀνιᾶσθαι πάντων ὅτε δέοιτο. Sylburg. idem

G ſentit,

Studia accepi, Διαδέδεγμαι προελόμενον) Vel προαίρεσιν, vel

vel πάντα deeſſe putn:tale ſtudium, tale inſtitutum in adminiſtrandæ Reip. ratione. Καὶ τὸ κοινὸν ὑπὸ τῶν συμφερόντων) Si codex mendo caret hæc idem valent ac ſi Dionyſius dixiſſet, καὶ τὰ τῷ κοινῷ συμφέροντα, ſed durum loquendi genus: fortaſſe καὶ τὸ κοινὸν ἅπαντων συμφέρον, ſic infrà τὰ κοινὰ συμφέροντα, vel τὸ κοινὸν ἅπασι συμφέρον. Ο῞σοις τῆς πατρίδος μέλει) Ο῞σοις ἡ πατρὶς μέλει videtur legendum, vel ὅσοις τῆς πατρίδος μέλει, Dicimus enim. Μέλει μοι τοῦτο, & τούτου, & περὶ τούτου.

A Vitæ inſtitutum, Τὴν βίου προαίρεσιν) Vel ὁμολογῶ vel aliquid ἀποδεικνύουσιν ad ſententiam abſoluendam deſideratur. Πάντες οἱ τὰ κοινὰ) Hæc ita videntur legenda, ὅτι πάντες οἱ τὰ κοινὰ διοικοῦντες, ὃ μόνον οὐδ' ἀγνοοῦσι ἐξέστιν ὑμῶν, φεύγουσιν ἐκ τῆς πόλεως. notatio enim eſt perturbata. Οἱ χαρίσαντες) poſt τίνας addenda eſt diſtinctio, & legendum καὶ οἱ χαρίσαντες, ſic enim res habebit bene.

Quando vel pauciſſimi, Ο῞τι καὶ τῆς βουλευτῶν) Lapus videtur legiſſe ὅτι καὶ τῆς, & paulò poſt, προσγινομένους ὑμῖν, vt hoc ad ipſos decemuiros referatur: quæ lectio mihi
B quoque longè commodior videtur: quàm uulgata: ſed ſi vulgatã ſequi malis, vertendum, *ſed quid opus eſt de alius dicere, nimium vel paucos quoſdam Senatores nobis cognatione, aut amicitia iunctos in vrbe remanere?*

Ε᾿άσαντες ἡμῶν ἀγαλίους τὴν βουλὴν) Non ipſi Senatores, at decemuiri Senatum, vt ſuprà vidimus viritim ex agris conuocarunt: quare ὑμῶν legendum videtur.

Dicere ad rem pi. non facit, Οὐδὲν εἰπεῖν ἔχω) Lapus videtur legiſſe, οὐδὲν δὲ λέξω περὶ τῶν ὑμετέρων ἑταίρων οἰ-
C κείως τοῖς παροῦσι πράγμασιν ἐχόντων, i. nihil autem dicam de veſtris ſodalibus, qui ſe ſe ad res præſentes accommodant: Sic ſenſus eſt ille quidem bonus: ſed tamen longè commodiorem fore credo ſi legamus, Περὶ δὲ τῶν ὑμετέρων ἑταίρων εἰπεῖν, οὐδὲν οἶμαι, & cæt. hanc lectionem ſum ſequutus, quod vulgata videatur corrupta.

Si facta S.C. Εἰ προβουλεύματα τῇ βουλῇ εἶναι ποιοῦντες) Sylb. ποιοῦντος ſed nihil mutandum: nam vulgata lectio eſt bona: nam decemuiri Senatum viritim coëgerant. Quare Appius eos hortabatur vt S.C. face-
D rent, eóque factorem totam populi arbitrio permitterent, vt ille de Reip. forma ſtatueret.

Quondam nobis vtilem, Λυσιτελῆ ποτε ἡμῖν γενόμενον) Si codex mẽdo caret τὸ γενόμενον ἀντὶ τοῦ ἀρχὴν referetur ſed profectò γενομένην iam dicere præſtaret, ſi nulla alia de cauſa, ſaltem ambiguitatis vitandæ gratia. Εἰ δὲ ἀληθεῖς εἰσιν αἰτίαι, Ex ipſis Dionyſ. verbis facilè colligitur legendum αἱ δ' ἀληθεῖς εἰσιν αἰτίαι, i. Tu Appi dicis te metu aduerſariorum, ne quod peri-
E culum tibi creent, imperium deponere non audere, ſed ego dico has veras eſſe cauſas, tuam ſcilicet inanem ambitionem, &c. potes & ita locum emendare αἱ δ' ἀληθεῖς, &c. vt τὸ εἰσιν ab illa δῆλον regatur. Τὰς σκιὰς τῆς τιμῆς) Fortaſſe σκιαί, i. vmbras honorum: hoc eſſet commodius.

Stultitiæ, Τῶν ἠλιθιῶν) Verba ſonant, *fatuitatum*. i. *fatuitatis*. Sylb corrigit εἰκελιῶν, vel potiùs εἰκελίας i. vmbras honorum, & gloriæ. Sed vulgatæ lectionis optimus eſt ſenſus. Dionyſ. enim his verbis demonſtrat
F homines ambitioſos non veros honores ſectari: ſed ſimulacra, & vmbras honorum, ac proinde non veræ gloriæ: ſed fatuitatis, ac vanitatis eſſe cupidos: quare nihil mutandum.

¶P.3. Et grati, Χαρίεντι) Ex grammaticorum præceptis vel χαρίεντες, vel χαρίεσσαι legendum: nam pluralis tam maſculei, quam fœminei generis cum plurali, & ſingularis cum ſingulari iungendus, non autem, vt hic videmus, pluralis cum ſingulari. Si χαρίεσσαι legas, nihil erit onus: hoc enim epithetum ad τιμαῖς
G referturſi χαρίεντες, erit Atticiſmus. Attici enim ſæpiſſime nominibus fœminei generis epitheta, & participia maſculea addunt, vt γυνὴ σοφός, γυνὴ δικαστής. Sic

homerus Ο᾿δυσσείας Α. 1414.9. Δουλιχίῳ τε, Σάμῃ τε, καὶ ὑλήεντι Ζακύνθῳ. Eo loco notat Euſtath. nihil eſſe quod impediat quominus τὸ ὑλήεντι ἀντὶ τοῦ θηλυκοῦ γένους ſumatur vt Πύλος ἠμαθόεις, ἀντὶ τοῦ ἠμαθόεσσα, & 1613.46. Idem Homerus Iliados Δ: de Minerua agens loquitur. Η῎τοι Α᾿θηναίη ἀκέων ἦν, οὐδέ τι εἶπε, vbi τὸ ἀκέων ἀντὶ τοῦ ἀκέουσα, poſitum, qua voce vtitur poëta Iliad. Α. pagina. 47. verſu. 36. ex Criſpini typis. ἀλλ' ἀκέουσα κάθησο, ἐμῷ δ' ἐπιπείθεο μύθῳ, & eodem libro pag. 49.4. Καί ῥ' ἀκέουσα καθῆστο ἐπιγνάμψασα φίλον κῆρ. Et Iliados Θ. pag. ex Criſpin. typis 207.8. Οὐκ ἂν ἐφ' ὑμετέρων ὀχέων πληγέντε κεραυνῷ. Ibi τὸ πληγέντε ἀντὶ τοῦ πληγείσα poſitum: agitur enim eo loco de Iunone, & Minerua. & Pindarus ode. vi. τῶν ὀλυμπιον,
Ε῞πτα δ' ἔπειτα πυρᾶν νεκρῶν τελεσθέντων.
Quo in loco τὸ τελεσθέντων ἀντὶ τοῦ τελεσθεισῶν eſt poſitum, ex H. Steph. typis pag 62. Thucidides tamen & ipſe in quadam concione Laconicè loquens genus maſculeum participij cum nomine fœmineo iunxit. Sic autem ille lib. 5. pag. ex H Steph. typis 190. τὰς δ' ἄλλας πόλεις τὰς ἐν Πελοποννήσῳ, κατὰ ἑαυτοὺς τὴν αὐτονομίαν. καὶ τὰ ξυμμάχων, & cæt. ὄντων ἀντὶ τοῦ οὐσῶν. Sed reuera hæc apud poëtas ſunt frequentiora, quàm apud orationis ſolutæ ſcriptores. Vide quæ ſupra pag. 118. in vocibus πόλεις τε αὐτῶν, καὶ γυναῖκας ἀπὸ ἐπισπασθέντες à nobis ſunt hac de re pluribus dicta.

Nec vllorum tuorum, Καὶ μηδὲν τῶν πολιτῶν) Sylb. putat dicendum potius μηδὲ. Sed cur hoc ſentiat non aperit. Fortaſſe ſic legendum cenſet quaſi τὸ ἐπιλανθάνεσθαι cum accuſatiuo iunctum nunquam reperiatur, τὸ λεξικογράφοι vnicum afferunt exemplum, Plat. epiſt. 7. ὅσα μάτην... ὥστε αὐτὰ ἐπιλαθέσθαι. Ego tamen & apud Euripidem locum inſignem olim obſeruaui. Sic enim ille ἐν Ἑλένῃ pag. ex Plantini typis 615.
Καὶ τὰς τύχας μὲν τὰς ἐμὰς, ἃς νῦν ἔχω,
Ε῞λληνες ἐπελάθοντο τάς τε μοι κακὰς
Ε῎ρξεν, ... τὰς κακὰς ...
Attulerunt, Μεγάλας ὑπεστρέψαν ἡμῖν ἀρετῆς ἐλπίδας) Ὑπέτρεψαν legendum, i. *aluerunt fouerunt*, παρὰ τὸ ὑποτρέ-
D φειν, non autem παρὰ τὸ ὑποστρέφειν, quod ad rem præſentem nihil facit. Sylb. idem obſeruauit. Αἱ ἀπολαυθέν) Legitima conſtructio flagitat ἀπολαύσας, quod ἀποδιδόναι τῷ ἀπολαύοντι, hoc patet ex illis verbis ſequentibus καὶ τὰ λοιπά.

Abſurdum enim eſt potare, Οὐ γὰρ ἔχει λόγον ἐφ' ὧν αὐ-
E ξάνοντες τὸ ἐξ ἀγαθοῦ κακὸν) Hic verbum γενέσθαι, vel γενήσεσθαι deſideratur. videtur autem Dionyſ. Demoſthenem ſequutus. Sic enim ille Olynthiaca ſecunda circa finem loquitur, Εἶτα ὦ πᾶν ἀγνωμόνως ἔχετε ὦ ἄνδρες Α᾿θηναῖοι, εἰ δι' ὧν ἐκ χρηστῶν φαῦλα τὰ πράγματα γέγονε τῆς πόλεως, διὰ τῶν αὐτῶν τούτων ἐλπίζετε πράξεων ἐκ φαύλων αὐτὰ χρηστὰ γενήσεσθαι ἀλλ' οὔτ' εὔλογον, οὔτ' ἔχον ἐστι φύσει τοῦτο γε, i. *Adeone deſipitis vel adeone rerum imperiti eſtis ô Athenienſes vt quibus rationibus veſtræ Reip. ſtatus ex bono malus eſt factus, his ipſis rationibus ex malo bonu fieri poſſe ſperetis? at hoc neque rationi, neque naturæ eſt conſentaneum.*

F Ex ædibus, Α᾿πὸ τῆς οἰκίας) Vel οἴκων, vel οἰκιῶν legendũ quod patet ex Dionyſij verbis, καὶ παραγενομένην ἐκ τῆς οἰκίας ἐχώρησε. οἴκων, autem καὶ οἰκίας, καὶ δόμος ſunt συνώνυμα. noſtram coniecturam confirmant ea quæ pagina 174 dicuntur, ἀλλ' ὥσπερ τὴν οἰκίαν ἰδίαν ἀπολέσθαι, &c. Περὶ δὲ ἀναγκαιοτέρας) Oratio videtur eſſe ἀνακόλουθος. ſenſus poſtulat vt legamus πρότερον δὲ ἀναγκαιοτέρας. lib. leuia eſt mutatio.

¶Pag. 364. Patres conſcripti, Μὴ βουλὴ) Ω῏ βουλὴ dicendum vt cùm alibi toties tum etiam bis hac ipſa pagina. Α῎δειαν ὥσπερ ἐφ' ἑαυτοῦ ποιεῖ) Legendum puto ὥσπερ vt multis alijs in locis apud hunc autorem reperies.

G Vrbem Regillum habitaturus, Πόλιν οἰκήσων Ῥήγιλλον) Supra pag. 227. Dionyſius de Appij claudij migratione ad Romanos verba faciens, eius vrbem, Ρ῾ήγιλλον ap-

pellat: hæc ſunt ſutoris verba, Ἀνήρ τις ἐκ τῆς Σαβίνων ἐ-ϑνους πόλιν οἰκῶν Ρηγιλλον, &c. hic verò Ιγείλλον vocat: ſed vtroque in loco codex eſt mendoſus, & Ρήγιλλον legendum. Quod cum alij, tum Liuius teſtatur, qui hanc vrbem lib. 2. decad. primæ Regillum vocat: vide quæ ſuprà hac de re à nobis ſunt dicta.

L. Quintius, Λεύκιος Κοίντος) Κοίντιος dicendum, & Καπιτωλῖνος, ſic enim vocabatur. Idem eſt error in ſequenti nomine: legendum enim Τῖτος Κοίντιος Καπιτωλῖνος vt ſuprà declaratum.

Decem ſenatus principes, Οἱ προεδρεύοντες δέκα) Sylb. cum Xylandro, & Gelenio τὸ δέκα de ſuo codice ſuſtulit. Ego non ſum auſus expungere, quia vox iſta ſenſui non officit: nam πάντες οἱ δέκα non excludunt eos, quorum nomina antè recenſentur: ſed locus ita poteſt intelligi vt qui pòſt illum primum ad ſententiam dicendam ſurrexerunt omnes, ac vniuerſi eſſent decem ſenatus principes. i. ſimul numerati numerum decem virorum efficerent qui in ordine Senatorio principem locum tenerent.

Qui Q. Fabij, Ὅς Κοίντῳ ἐγεγόνει) Grauis eſt error, qui tamen facilè poteſt emendari ſi legamus, ὃς Κοίντῳ Φαβίῳ Βιβουλανῷ τοῖς ὑπατεύσασι συνάρχων ἐγένετο, δεύτερον. Lapus hanc lectionem agnoſcere videtur: & Faſti Sigoniani, vbi agitur de Coſſ. An. CCCIIII. hoc ipſum apertè confirmant. Sylb ait in C. R. ſcriptum, ὃς Κοίντῳ Φαβίῳ Οὐιβουλανῷ συνυπάτευσεν τὸ πρῶτον ὑπατεύοντι.

Iſtius ætatis qua ſunt, Τὴν ἡλικίαν, ἔχουσι οἱ περὶ ἐμοῦ) Legendum vel ἡλικίαν, ἣν ἔχουσιν οἱ περὶ ἐμοῦ, vel certè τὸ ἔχουσι vt ſuperfluum eſt delendum oratio enim eſſet imperfecta: ſequentia verò ita videntur legenda, περὶ τοὺς προεστηκότας τῆς πόλεως φυλάττουσι, εἰ ἔχθραν, εἰ ἐνστᾶσαν, ἢ τοῖς νέοις. Hoc autem φυλάττουσι regitur ab illa particula εἰ, atque ita conſtruendum, εἰ φυλάττουσι τὴν ἐκ τῆς πολιτικῶν, niſi legamus ita, oratio erit ἀνακόλουθος. Sylb. ait τὸ ἔχουσι poſt ἀδιάλλακτον eſſe collocandum. Illud ve τὸ φυλάττειν, vertit, tueri.

Ad ſupremum dementiæ gradum, Τὴν ἐσχάτην τῆς ἀνοίας τούτοις) Hoc τούτοις, ſi codex mendo caret, ſignificat, his rebus, vel hac dicendi ratione, vel his ſuis ſententiis, quas in Senatu dicunt, ſed fortaſſe res melius haberet ſi expungeretur. impedit enim orationis curſum. Sylb. ταύτην, vel τοσαύτην potius dicendum cenſet quod non contemnendum. Ἐνίκησαν) Hoc ad Appium, & cæteros eius collegas eſt referendum, qui vt Cornelius aiebat, aduerſarios in comitiis vicerant, quod ad illum magiſtratum aptiores iudicati fuiſſent.

Bellum implacabile, Πόλεμον ἀδιάλλακτον) Verba ſonant, bellum irreconcilibile. i. implacabile, immortale: ſic ἀπέχθεια ἀδιάλλακτος, odium irreconciliabile. i. quod nullo modo pacari, ſiue placari poteſt. Μεταγνώσεσθαι) Sylb. οὐδ' ἀνάστατον emendat: quod longe meliùs, quàm alterum: ſi codex eſt ſanus, vtrunque idem hoc loco ſignificat.

Et omni alacritate, Καὶ αὐτοῦ πάσης) Sylbur. Lapi verſionem ſequutus αὐτοὺς legendum cenſet. Ego nihil mutandum puto. nam ex præcedentibus Dionyſij verbis facilè colligitur hanc lectionem eſſe bonam: ſic enim hæc ſunt conſtruenda, καὶ ἀντὶ τοῦ βοηθεῖν αὐτοῦ, ὠφελοῦσι τῇ πατρίδι, quomodo: πάσῃ προθυμίᾳ. Ἡ μὲν ἄσπονδος) Εὐσπονδον legendum: hoc patet ex ſequentibus quum Dionyſius paulò pòſt dicit τὸν πρὸς ἡ πόλεμον ἄσπονδον πέπαυται.

Tunc noui magiſtratus, Τότε αἱ νέαι προβουλεύσουσι τὴν πόλιν ἀρχαί) Lapus hæc ita, tunc Senatum magiſtratus nouos conuocabunt: quare videtur legiſſe τότε αἱ νέαι συγκαλέσουσι τὴν βουλὴν ἀρχαί, quæ lectio multò melior, quàm vulgata τὸ προβουλεύσουσι hic nullum locum commodum habere poteſt. Sylb. putat προβαλοῦνται τὴν πόλιν legendum: ſed hoc loquendi genus, quamuis minorem habeat mutationem, tamen paulò durius videtur, niſi figuratè dicas τὴν πόλιν poſitum ἀντὶ τοῦ τὰ τῆς πόλεως προστάγματα, τῆς πόλεως διοίκησιν, i. Reip. gubernacula, & adminiſtrationem accipient. Ταῖς ἐκβολαῖς) Εἰσβολαῖς potiùs, vel ἐμβολαῖς dicendum. Ita autem vocantur irruptiones, quæ fiunt in hoſtilem agrum tamen: & ἐκβολαῖς retinere potes ſi dicas hoc referendum ad τοὺς πολεμίους τοὺς πορευθέντας ἐκβολαῖς ἐκ τῆς ἑαυτῶν χώρας εἰς τὴν τῶν πολεμίων, quare iam hæc duo erunt σημαίνοντα.

¶ Pag. 365. Agro qui vaſtatur, Τῇ ὑποτεμνομένῃ χώρᾳ) Τὸ ὑποτέμνειν, ſi codex mendo caret, nunc idem valet

A ac προνομεύειν, προνομή, populatio, vaſtatio, προνομεύειν, populari, vaſtare. ſed exiſtimo legendum potiùs προνομευομένῃ χώρᾳ. quomodo ſexcentis aliis in locis autor loquitur: quanquam non fuerit fortaſſe abſurdum ſi τὸ ὑποτέμνειν poni dicas pro clam & doloſè vaſtare.

Vt hoſtes ad ipſa mænia ac. Τὸν πόλεμον προσελθεῖν) Ἀντὶ τοῦ τοὺς πολεμίους. ſed bello tribuitur quod tribuendum illis, qui bellum inferunt.

Neque hominum prouidorum, Οὐδὲ προνοίας πολιτικῆς) Res eſt pro perſonis, prouidentia ciuilis pro ipſis

298	29	*Lycurgus, Lacedæmoniorum le-*	8	12
299	30	*giſlator inſignis habetur.*	9 *Zacharias Hebræo-*	13
300	31		10 *rum propheta oc-*	14
301	32		11 *ciditur.*	15
302	33		12	16
393	34		13	17
304	35		14	18
305	36		15	19
306	37		16	20
307	38		17	21
308	39		18	22
309	40		19	23
310	1	ALLADIVS SILVIVS,	20	24
311	2	Latinorum duodecimus	21	25
312	3	rex, an. 19.	22	26
313	4	*Hic ſuperioris filius, varia ha-*	23	27
314	5	*bet apud ſcriptores nomina,*	24	28

Anni a Troia	An. re. Latin.	*Latinorum.*	*Hebr. Iudæ.*	*Hebr. Iſrael.*
315	6	*vt in annotationibus noſtris*	25 *Heliſæus propheta*	1 Ioachab, x rex Iſ-
316	7	*diximus, Addit Euſebius,*	26 *moritur.*	2 rael, annis 17.
317	8	*eum præſidium Albanorum in-*	27	3
318	9	*ter montes vbi nunc Roma*	28	4
319	10	*eſt poſuiſſe: eiúſque filium*	29	5
320	11	*fuiſſe Iulium, proauum Iu-*	30	6
321	12	*lii Proculi, qui cum Romulo*	31	7
322	13	*Romam commigrans, funda-*	32	8
323	14	*uit Iuliam gentem.*	33	9
324	15		34	10
325	16		35	11
326	17		36	12
327	18		37	13
328	19		38	14
329	1	AVENTINVS SILVIVS,	39	15
330	2	Latinorum XIII rex, an-	40	16
331	3	nis 37.	1 Amaſias, XI, rex Iu-	17
332	4	*Superioris regis hic fuit maior*	2 dæ, an. 29.	1 Ioas, XI rex Iſ-
333	5	*filius, & in eo monte qui nunc*	3	2 rael, annis 16.
334	6	*pars vrbis eſt, mortuus ac ſe-*	4	3
335	7	*pultus, æternum loco vocabu-*	5	4
336	8	*lum dedit.* Euſeb.	6	5
337	9		7	6
338	10		8	7
339	11		9	8
340	12		10	9
341	13		11	10
342	14		12	11
343	15		13	12
344	16		14	13
345	17		15	14
346	18	*Sardanapalus vltimus Aſſyriorum*	16	15
347	19	*rex hic regnare cœpit.*	17	16
348	20		18	1 Hieroboam,
349	21		19	2 XII rex Iſ.
350	22		20	3 an. 41.
351	23		21	4
352	24		22	5
353	25		23	6

Anni a Tr. cã.	An. rc. Latin.	*Latin.*	*Medor.*	*Maced.*	*Heb. Iudæ.*	*Heb. Iſrael.*
354	26				24	7
355	27				25	8
356	28				26	9
357	29				27	10
358	30				28	11
359	31				29	12
360	32				1 Ozias, XII	13
361	33				2 rex Iuda.	14
362	34				3 an.52.	15
363	35				4	16
364	36				5	17
365	37	*Hoc anno deſtructum eſt Aſſyriorum imperium, ac in Medos translatum per Arbacē, fuere tamen abſque tyrannide Medi vſque ad Deiocem verum regem.*			6	18
366	1	PROCAS SILVIVS	1 Arbaces liberis primum		7	19
367	2	XIIII Latin. rex,	2 Medis præfuit, an.28		8	20
368	3	annis 23.	3		9	21
369	4	*Hic fuit Auentini ſu*	4		10	22
370	5	*perioris filius, teſte*	5		11	23
371	6	*Euſ.*	6		12	24
		Euſebius hoc loco Macedonū orditur regnū. Cæterū regum hæc nomina vſq; ad Perdiccam qui hic quartum obtinet locum, neſcio-		Macedon.	*quam vera habeantur.*	
372	7		7	1 primus rex	13	25
373	8		8	2 Caranus,	14	26
374	9		9	3 an.28	15	27
375	10		10	4	16	28
			Prophetabant apud Hebræos, Oſee, Amos, Eſaias, & Ionas,			
376	11		11	5	17	29
377	12		12	6	18	30
378	13		13	7	19	31
379	14		14	8	20	32
380	15		15	9	21	33
381	16		16	10	22	34
382	17		17	11	23	35
383	18		18	12	24	36
384	19		19	13	25	37

Anni à Troia	An. re. Latin.	Latin.	Medor.	Maced.	Heb. Iuda.	Heb. Iſrael
385	20		20	14	26	38
386	21		21	15	27	39
387	22		22	16	28	40
388	23		23	17	29	41
389	1	AMVLIVS SIL-	24	18	30	1 Zacharias,
		VIVS, XV Latinorum rex, an. 44.				XIII rex Iſ-

NVMITOR, *Procæ ſuperioris regis filius maior, à fratre Amulio regno pulſus, in agro ſuo vixit. Filia eius, adimendi partus gratia, virgo Veſtalis lecta: quæ cum viceſimo ſeptimo patrui ſui anno geminos edidiſſet infantes, iuxta legem, in terram viua defoſſa eſt. Verùm paruulos prope ripam Tiberis expoſitos, Fauſtulus regij paſtor armenti, ad Acciam Laurentiam vxorem ſuam detulit: quæ, propter pulchritudinem & rapacitatem corporis quæſtuoſi, lupa à vicinis appellabatur. vnde ad noſtram vſque memoriam meretricum cellulæ, lupanaria dicuntur. Pueri verò cùm adoleuiſſent, collecta paſtorum & latronum manu, interfectóque apud Albam Amulio, auum Numitorem in regnum reſtituunt. Hæc Euſebius in Chronicis. Legendum autem*, viceſimo ſeptimo patrui ſui anno: *quæ verba in omnibus, quæ nos vidimus, exemplaribus corrupta erant: ſed ex Dionyſio reſtituimus.*

(Heb. Iſrael:) rael, menſibus 6. Sellum, XIIII rex Iſr. diebus 28. *Pro his 7. menſib. Euſebius ſupputat annũ: quod hac de cauſſa annotare placuit, ne nimis aliquando anxii ſimus, cũ videamus magnos viros nõ perpetuo adamuſſim hæc obſeruaſſe.*

Anni à Troia	An. re. Latin.	Medor.	Maced.	Heb. Iuda.	Heb. Iſrael
390	2	25	19	31	1 Manahem,
391	3	26	20	32	2 XV rex Iſr.
392	4	27	21	33	3 an. 10.
393	5	28	22	34	4
394	6	1 Medorũ ſecun-	23	35	5
395	7	2 dus rex Soſar-	24	36	6
396	8	3 mus, an. 30.	25	37	7
397	9	4	26	38	8
398	10	5	27	39	9
399	11	6	28	40	10
400	12	7	1 Macedonũ	41	1 Phaceia,
401	13	8	2 II rex, Cœ-	42	2 XVI rex Iſ-
402	14	9	3 nus, an. 12.	43	3 rael, annis
403	15	10	4	44	4 10.
404	16	11	5	45	5 *lib. 4. Re. c.*
405	17	12	6	46	6 *15, biennio*
406		13	7	47	7 *legitur. ſed*
407	19	14	8	48	8 *numeri ſimi-*
408	20	15	9	49	9 *litudo fefellit*

OLYMPIAS PRIMA.

Olympias, ſpatium eſt quatuor annorũ:quod puto apud Romanos vocari Luſtrum: Vt apud Horatium lib.4.Carminum: *Fortuna luſtro proſpera tertio Belli ſecundos reddidit exitus.* Ab initio enim eius belli,quo primum Auguſtus cùm Q.Pedio conſ. fuit,ad finem bellorum ciuilium,fuerunt 12.anni, atque ita etiam exponit Acron. Non ſum tamen neſcius, Porphyrionem exponere 15.annos:& illud eiuſdem Poetę, *Cuius octauum trepidauit ætas Claudere luſtrum*,pro quadraginta annis omnes exponere commentatores. Sed alius erit de his diſſerendi locus.Fefellit autẽ quoſdã hic loquendi modus apud Latinos: *Quinto quoque anno Agongymnicus totius Græciæ celebrabatur*:item, *Quinto anno luſtrũ Romæ condebatur*:vt Olympiada ſpatium quinque annorum crediderint,atque adeo etiam ſcriptis prodiderint: non intelligentes,annum quo ſequens Olympias incipit,quintum dici annum, qui tamen eſt primus ſequentis Olympiados.Quatuor itaque anni interiacent, exceptis his quibus luditur menſibus.

Olympiades.

Anni à Tr-ca.	An re. Latin.	*Latin.*	*Medorum.*	*Macedon.*	*Juda.*	*Jſrael.*
1	409	21	16	10	50	10
2	410	22	17	11	51	1 Phaceerex
3.	411	23	18	12	52	2 XVII Iſr.
4	412	24	19	1 Macedo-	1 Ioatham,	3 an.20.
1	413	25	20	2 num,III	2 XIII rex	4
2	414	26	21	3 rex,Tyri-	3 Iud.an.16.	5
3	415	27 *Romulus & Re*	22	4 mas(*ſeu,vt*	4	6
4	416	28 *mus naſcuntur*	23	5 *vet.Euſeb.*	5	7
1	417	29 *ex Ilia Siluia*	24	6 *cod.habet,*	6	8
2	418	30	25	7 Trymmas)	7	9
3	419	3	26	8 annis 38	8	10
4	420	32	27	9	9	11
1	421	33	28	10	10	12
2	422	34	29	11	11	13
3	423	35	30	12	12	14
4	424	36	1 Medorum	13	13	15
1	425	37	2 tertius rex	14	14	16
2	426	38	3 Medidus,	15	15	17
3	427	39	4 annis 40.	16	16	18
4	428	40	5	17	1 Achaz,	19
1	429	41	6	18	2 rex XIIII.	20
2	430	42	7	19	3 Iud.an.16.	1 Oſee,XVIII
3	431	43	8	20	4	2 Iſr.an.
4	432	44	9	21.	5	3 nis 9

VRBS CONDITA.

A Troia capta Vrbem ad conditã anni ſunt 432, vt ter Dionyſius admonet: ſed ab Alba condita, anni 400. Romulus ac Remus fratres, nouã condentes vrbem Romam ſeptima Olympiade, Numitori auo Albã reliquerunt. Cæterùm orta ſeditione, in qua Remus cecidit, Romulo ſoli imperiũ relictum eſt. Scio eſſe qui ſexta Olympiade Romam conditam dicant: ſed nos hic Dionyſium ſequendum putamus.

	Anni Olympiadum.	*Anni ab Vrbe condita.*	*Anni regni Romanorum.* *Romanorum.*	*Medor.*	*Maced.*	*Iudæ.*	*Iſrael.*
7	1	1	1 ROMVLVS, 1	10	22	6	4
	2	2	2 Romanorũ rex,	11	23	7	5
	3	3	3 an. 37.	12	24	8	6
	4	4	4 *Cõſualibus ludis*	13	25	9	7
8	1	5	5 *Sabinæ raptæ an*	14	26	10	8
	2	6	6 *no ab Vrb. cõd. ter*	15	27	11	9
	3	7	7 *tio, vt ait Euſebi-*	16	28	12	Captiuitas
	4	8	8 *at Gelius apud*	17	29	13	*Iſrael, hoc eſt, X*
9	1	9	9 *Dionyſiũ anno 4.*	18	30	14	*tribuum, à Se-*
	2	10	10 *ſcripſit. Bellũ in*	19	31	15	*nacherib rege*
	3	11	11 *de cum Antẽna*	20	32	16	*Chaldæorum,*
	4	12	12 *tibus, Caninẽſib.*	21	33	1 Ezechias,	*vel Salmanaſ-*
10	1	13	13 *ac Cruſtumiis or-*	22	34	2 XV rex	*ſar rege Aſſy-*
	2	14	14 *tũ, quibus victis,*	23	35	3 Iud. an. 29	*riorum, vt le-*
	3	15	15 *cũ Sabinis atroci*	24	36	4 *Apud He*	*gitur 4. Regum*
	4	16	16 *us natũ quo Tati*	25	37	5 *bræos pro-*	17. *Regnatum*
11	1	17	17 *us Sabinorũ rex*	26	38	6 *phetabant*	*itaque in Iſrael*
	2	18	18 *Vrbem, capta pri*	27	1 Macedo-	7 *Eſaias &*	*an. 250.*
	3	19	19 *mũ per proditionẽ*	28	2 num, IIII	8 *Oſee*	
	4	20	20 *arce, inuaſit. Trib*	29	3 Perdicca,	9	
12	1	21	21 *autẽ annis bello*	30	4 annis 51	10	
	2	22	22 *cũ Romanis geſto*	31	5	11	
	3	23	23 *tandẽque pace fa*	32	6	12	
	4	24	24 *ctã, per quinque*	33	7	13	
13	1	25	25 *poſtea annos cũ*	34	8	14	
	2	26	26 *Romulo imperiũ*	35	9	15	
	3	27	27 *Romæ tenuit.*	36	10	16	

Ex Euſebii Chronico hæc addere viſum eſt: Roma Parilibus, qui nunc dies feſtus eſt, condita. Ob aſyli impunitatem, magna Romulo multitudo coniungitur. Romulus primus milites ſumpſit ex populo; & nobiliſſimos centum ſenes, ob ætatem, Senatores: ob ſimilitudinem curæ, Patres appellauit. templa quoque & muros Romanæ vrbis exſtruxit. Tarpeia clypeis Sabinorum obruta: vnde mons Tarpeius, in quo nunc Capitolium. Romani, Tatio Sabinorum rege regnante cum Romulo, à Curibus Quirites appellati.

	An. olymp.	Anni V.C.	Anni R.R. Roman.	Medorum.	Macedon.	Judæ.	Iſr. capt.
	4	28	28	37	11	17	
14	1	29	29	38	12	18	
	2	30	30	39	13	19	
	3	31	31	40	14	20	
	4	32	32	1 Medorum	15	21	
15	1	33	33	2 IIII. rex	16	22	
	2	34	34	3 Cardiceas,	17	23	
	3	35	35	4 annis 13.	18	24	
	4	36	36	5	19	25	
16	1	37	37	6	20	26	

Romulus apud paludem capræ nuſquam comparuit, & perſuadente Iulio Proculo Quirini nomine apud ſuos conſecratus eſt. Euſebius.

	2	38	1 Interregnum.	7	21	27	

Mortuo Romulo quinos dies Senatores Remp. rexerunt: atque ita vnus annus expletus: quod tempus Interregnum appellatum eſt. Hæc Euſebius: apud quē in pleriſque codicibus hic annus adiectus eſt Romuli annis, quaſi 38. Romulus regnaſſet annos.

			NVMA POM				
	3	39	1 PILIVS, II	8	22	28	
	4	40	2 Rom. rex, an. 43.	9	23	29	

Numa Pompilius duos menſeis anno addidit, Ianuarium & Februarium: cum ante hunc decem tantum menſes apud Romanos fuiſſent, [adeo vt vltimus December diceretur.] Capitolium quoque (à fundamentis) ædificauit, & congiarium dedit aſſes ligneos & ſcorteos. nullum cùm finitimis bellum geſſit. Euſeb.

17	1	41	3 *Nicomedia con*	10	24	1 Manaſſes,	
	2	42	4 *dita, quæ prius A*	11	25	2 XVI rex	
	3	43	5 *ſtacos: ait Euſeb.*	12	26	3 Iudæ, an. 55.	
	4	44	6	13	27	4 *Manaſſes im*	
18	1	45	7 *Tarentū à Parthe*	1 Medorū v	28	5 *pius Eſaiā in*	
	2	46	8 *niis, duce Phalāthe*	2 rex Deioces,	29	6 *terfecit mul-*	
	3	47	9 *conditur & Corcy*	3 annis 54	30	7 *taque alia*	
	4	48	10 *ra à Corinthiis*	4	31	8 *mala fecit.*	
19	1	49	11	5	32	9	
	2	50	12	6	33	10	
	3	51	13	7	34	11	
	4	52	14	8	35	12	

	An. olymp.	Anni V.C.	Anni R.R. Roman.	Medorum.	Macedon.	Heb. Iudæ.
20	1	53	15	9	36	13
	2	54	16	10	37	14
	3	55	17	11	38	15
	4	56	18	12	39	16
21	1	57	19	13	40	17
	2	58	20	14	41	18
	3	59	21	15	42	19
	4	60	22	16	43	20
22	1	61	23 *In Sicilia Gela in Pam-*	17	44	21
	2	62	24 *phylia Phaſelus condi-*	18	45	22
	3	63	25 *tur.*	19	46	92
	4	64	26	20	47	24
23	1	65	27	21	48	25
	2	66	28	22	49	26
	3	67	29	23	50	27
	4	68	30 *Chalcedon condita.*	24	51	28
					Macedonum	
24	1	69	31	25	1 v Argæus,	29
	2	70	32 *Cyzicus condita.*	26	2 an. 8.	30
	3	71	33	27	3 *Herodotus*	31
	4	72	34	28	4 *lib. , ad fi-*	32
25	1	73	35	29	5 *nem,* [illegible]	33
	2	74	36	30	6 *vocat.*	34
	3	75	37	31	7	35
	4	76	38	2	8	36
26	1	77	39	33	9	37
	2	78	40	34	10	38
	3	79	41	35	11	39
	4	80	42 *Hic in Euſebii ſupputatione deſunt duo anni à Romana hiſtoria. Nos verò Liuiū*			
27	1	81	43 *& Dionyſium hic potius ſecuti ſumus auctores, tamquam ex propoſito Romanam*			
			ſcribenteis hiſtoriam.			
	2	82	1 TVLLVS HOSTI-	36	12	40
	3	83	2 LIVS, III Roma-	37	13	41
	4	84	3 norum rex, annis 32.	38	14	42
28	1	85	4	39	15	43
	2	86	5	40	16	44
	3	87	6 *Tullus Hoſtilius poſt*	41	17	45
	4	88	7 *longam pacem bella*	42	18	46

	An. Olymp.	Anni V.C.	Anni R.R.	Romanorum.	Medorum.	Macedon.	Hebr. Iuda.
29	1	89	8	*reparauit: Albanos,*	43	19	47
	2	90	9	*Veientes, Fidenates*	44	20	48
	3	91	10	*vicit: & adiecto mon-*	45	21	49
	4	92	11	*te Cælio vrbem am*	46	22	50
30	1	93	12	*pliauit.* Euſeb.	47	23	51
	2	94	13		48	24	52
	3	95	14		49	25	53
	4	96	15	*Cypſelus Corinth. tyr.*	50	26	54
31	1	97	16	*Byzantium condita.*	51	27	55
				Alcmæon clarus ha-			Amon, XVII rex
	2	98	17	*betur.*	52	28	1 Iudæ, annis 12.
	3	99	18		53	29	2 4. *Reg.* 21, & 2.
	4	100	19		54	30	3 *Paralip.* 33, *dici-*
					Medorum VI rex,		*tur regnaſſe an-*
32	1	101	20	*Lampſacus & Ab-*	1 Phraortes, an-	31	4 *nis duobus, ſed*
	2	102	21	*dera condita.*	2 nis 24.	32	5 *facilis eſt lapſus*
	3	103	22	*Phaleris apud Agr.*	3 *Herodotus ait*	33	6 *in numeris. nos*
	4	104	23	*tyran. exercet.*	4 *an.* 22.	34	7 *ſecuti ſumus hic*
33	1	105	24		5	35	8 *Euſebium, vt in*
	2	106	25		6	36	9 *pleriſque aliis.*
	3	107	26	*Selinus condita in*	7	37	10
	4	108	27	*Sicilia.*	8	38	11
34	1	109	28		9	1 Maced. VI,	12
	2	110	29		10	2 Philippus	1 Ioſias, XVIII, rex
	3	111	30	*Boryſthenes in ponto*	11	3 an. 38.	2 Iudæ, ann. 32.
	4	112	31	*condita.*	12	4	3 4. *Reg.* 22. & 2.
35	1	113	32	*Terpander Muſicus.*	13	5	4 *Paralip.* 34, *di-*
				ANCVS MARCIVS,			*citur regnaſſe*
	2	114	1	IIII. Roman. rex,	14	6	5 *an.* 31.
	3	115	2	an. 24.	15 *Thales Mileſius*	7	6 *Helchias Hebr.*
36	4	116	3	*Ancus Marcius, Nu-*	16 *his temporibus*	8	7 *pontifex max.*
	1	117	4	*mæ ex filia nepos, A-*	17 *vixiſſe credi-*	9	8
	2	118	5	*uentinum montem &*	18 *tur.*	10	9
	3	119	6	*Ianiculum vrbi addi-*	19	11	10 *Hieremias pro-*
	4	120	7	*dit: & ſupra mare ſe-*	20	12	11 *phetare orſus.*
37	1	121	8	*xto decimo ab vrbe*	21	13	12 *Olda mulier pro-*
	2	122	9	*miliario Oſtiam con-*	22	14	13 *phetabat apud*
	3	123	10	*didit: ad extremũ mor-*	23	15	14 *Hebræos.*
	4	124	11	*boperiit.* Euſeb.	24	16	15

	Ano-lymp.	Anni V.C.	Anni R.R.	Romanorum.	Medorum.	Macedon.	Hebr. Iudæ.
38	1	125	12	*Battus condidit Cyren.*	1 Cyaxares, VII	17	16
	2	126	13	*Sinope cond. in Ponto.*	2 Med. rex, an-	18	17 *Prophetabant*
	3	127	14	*Periander Corinth.*	3 nis 32.	19	18 *Hieremias &*
	4	128	15	*tyrannus.*	4	20	19 *Sophonias.*
39	1	129	16		5	21	20
	2	130	17	*Epidamnus condita,*	6	22	21
	3	131	18	*quæ poſtea Dyrrha*	7	23	22
	4	132	19	*chium.*	8	24	23
40	1	133	20	*Ancus Marcius O-*	9	25	24
	2	134	21	*ſtiam vrbem condidit*	10	26	25
	3	135	22		11	27	26
	4	136	23		12	28	27
41	1	137	24	*Rurſus hic in Euſebii ſupputatione deeſt vnus annus à Romanæ hiſtoriæ annis.*			
	2	138	1	L. TARQVINIVS	13	29	28
	3	139	2	PRISCVS, V Ro-	14	30	29
	4	140	3	man. rex, annis 38.	15	31	30
42	1	141	4	*Tarquinius Priſcus*	16	32	31
	2	142	5	*Capitolium exſtruxit,*	17	33	32
	3	143	6	*circum ædificauit, ſe-*	18	34	1 Ioachaz, XIX
				natorum numerum auxit, ludos inſtituit, muros & cloacas æ-			rex Iudæ, men-
				dificauit: ad extremum ab Anci filiis occiſus eſt, regis eius cui			ſibus 3.
				ipſe ſucceſſerat. Euſeb.			

In ſerie Regum Iudæ Euſebius hoc loco tres menſes pro anno ſupputat, quamquam tertio hinc rege tres rurſus menſes huc accedunt. Id etiam ſuperius fecit in XII *ac* XIII *regibus Iſrael.*

	4	144	7		19	35	1 Eliachim, qui & Ioa
43	1	145	8		20	36	2 chim, XX, r. an. 11.
	2	146	9		21	37	3 *Anno 3. Nabuch.*
	3	147	10		22	38	4 *Iudæam cepit.*
	4	148	11	*Pittacus Mitylenæus,*	23	1 Macedonũ	5
44	1	149	12	*vnus è 7 ſapient.*	24	2 VII, rex,	6
	2	150	13		25	3 Europs,	7
	3	151	14		26	4 an. 26.	8 *In Babylone Da-*
	4	152	15		27	5	9 *niel, Ananias, Aza-*
45	1	153	16		28	6	10 *rias, & Miſael clari*
	2	154	17	*Perinthus condita.*	29	7	11 *habentur.*
				Iechoniæ tres menſes veniunt in eos qui decimo nono regi Iudæ ceſſerunt:			Ioachim, qui & Ie-
				videlicet ſex menſes pro anno: quod bis antè admonuimus.			chonias, XXI rex
							Iudæ, menſ. 3.
	3	155	18	*Camerina vrbs cond.*	30	8	1 Sedechias, XXII
	4	156	19	*Sappho & Alcæus*	31	9	2 rex Iudæ, an. 11.

	An. olymp.	Anni V.C.	Anni R.R. Romanorum.	Medorum.	Macedon.	Hebr. Iuda.
46	1	157	20 *poetæ clari habētur.*	32	10	3
	2	158	21	1 Medorum VIII,	11	4
	3	159	22	2 Aſtyages, an-	12	5
	4	160	23	3 nis 38.	13	6
47	1	161	24 *Solon Athenienſis.*	4 *Herodotus ait*	14	7
	2	162	25	5 *ann.35.*	15	8
	3	163	26	6	16	9
	4	164	27	7	17	10
48	1	165	28	8	18	11
	2	166	29 *Thales Mileſius.*	9	19	1 Captiuitas Heb.
	3	167	30	10	20	2 Iudæ ſub Nabu-
	4	168	31	11	21	3 chod.Chaldæo-
49	1	169	32	12	22	4 rum rege.
	2	170	33	13	23	5
	3	171	34	14	24	6
	4	172	35	15	25	7 *In Babylone pro-*
50	1	173	36	16	26	8 *phetabant Daniel*
	2	174	37	17	Macedonū	9 *& Ezechiel.*
	3	175	38 *Hic in Euſeb.rurſus vnus deeſt annus.*		1 VIII rex,	
	4	176	1 SERVIVS TVLLIVS,	18	2 Alcetas,	10
51	1	177	2 VI Roman.rex,an-	19	3 an.29.	11
	2	178	3 nis 44.	20	4	12
	3	179	4 *Euſeb.dat huic an.34.*	21	5	13
	4	180	5 *Tarq.autē Superbo 35.*	22	6	14
52	1	181	6 *Quos igitur decē annos*	23	7	15
	2	182	7 *huic detraxit,Superbo*	24	8	16
	3	183	8 *adiecit,nihil officiēs ſū*	25	9	17
	4	184	9 *mæ noſtræ.nos Liuiū ac*	26	10	18
53	1	185	10 *Dionyſiū ſecuti ſumus*	27	11	19
	2	186	11 Idem Euſebius,*Ser*	28	12	20
	3	187	12 *uius*,inquit,*ancillæ,ſed*	29	13	21
	4	188	13 *nobilis captiuæ filius,*	30	14	22
54	1	189	14 *tres mōtes vrbi addidit,*	31	15	23
	2	190	15 *Quirinalē,Viminalē,&*	32	16	24
	3	191	16 *Eſquilinū foſſas circum*	33	17	25
	4	192	17 *muros duxit,cēſus Ro.*	34 *Æſopus interimi-*	18	26
55	1	193	18 *manorum ciuiū primus*	35 *tur à Delphis. Pi-*	19	27
	2	194	19 *inſtituit & ad extremū*	36 *ſiſtratus tyrannus.*	20	28
	3	195	20 *Tarq. Superbi generi*	37 *Crœſus Lydorum*	21	29
	4	196	21 *ſui.ſuperioris regis filis,*	38 *rex.*	22	30
			ſcelere occiſus eſt.			

	An. olymp.	Anni V.C.	Anni R. R. *Romanorum.*	*Perſarum.*	*Macedon.*	*Hebr. capt.*
			Cyrus Hebræorum captiuitate laxata, 50 fermè hominum milia regredi fecit in Iudæam: qui conſtructo altari, templi fundamēta iecerunt. Sed cùm à vicinis gentibus fabricatio impediretur, imperfectum opus vſque ad Darium permanſit, ſolo tantum altari conſiſtente Hæc Euſeb.			
56	1	197	22	1 Cyrus, I. rex Per	23	31
	2	198	23	2 ſarum, an 30.	24	32
	3	199	24	3 *Hic Cyrus Me-*	25	33
	4	200	25	4 *dorum deſtru-*	26	34
57	1	201	26	5 *xit imperium.*	27	35
	2	202	27	6	28	36
	3	2 3	28	7	29	37 *Propheta-*
	4	204	29	8	1 Macedonū	38 *bāt Aggeus*
58	1	205	30	9	2 IX. rex, A-	39 *& Zacha-*
	2	206	31	10	3 myntas, an	40 *rias.*
	3	207	32	11	4 50.	41
	4	208	33	12	5	42
59	1	2 9	34 *Crœſus à Cyro captus eſt,*	1[illegible]	6	43
	2	210	35 *& Lydorum regnum de*	[illegible]	7	44
	3	211	30 *ſtructum.*	15	8	45
	4	212	37	16	9	46
60	1	213	38 *Theognis poeta agnoſcitur.*	17	10	47
	2	214	39	18	11	48
	3	215	40	19	12	49
	4	216	41	20	13	50
61	1	217	42	21	14	51
	2	218	3	22	15	52
	3	219	44	23	16	53
	4	220	1 L. TARQVINIVS SVPER	24	17	54
62	1	221	2 BVS, VII & vltimus Ro-	25	18	55
	2	222	3 manorum rex, annis 25.	26	19	56
	3	223	4	27	20	37
	4	224	5	28 *Tomyris Maſſa*	21	58
63	1	225	6 *Tarquinius Superbus ſocero*	29 *getarum regina*	22	59
	2	226	7 *Seruio occiſo, arripuit im-*	30 *Cyrū interfecit.*	23	60
	3	227	8 *perium excogitauit vincu-*	1 Cambyſes Per	24	61
	4	228	9 *la, taureas, fuſtes, latomi*	2 ſarum rex an-	25	62
64	1	229	10 *as, carceres, compedes, ca-*	3 nis 8.	26	63
	2	230	11 *tenas, metalla, excillia.*	4	27	64
	3	231	12 *Vulſcos, Gabios, Sueſſam*	5	28	65
	4	232	13 *Pometiam ſubiecit: & cùm*	6	29	66

	An. olymp.	An. ab V. cōd.	Anni R. R.	Romanorum.	Perſarum.	Macedon.	Hebr. Capt.
65	1	233	14	*oppugnaret Ardeā, cauſſa*	7	30	67
	2	234	25	*Tarquinii iunioris filii ſui*	8	31	68

qui Lucretiam corruperat, regno excluſus eſt. Hæc Euſebius: qui eum XXXV *annis regnaſſe ſcribit, vt ſuprà in Seruio adnotaui.*

TERTIO *apud Perſas regnarunt per ſeptem menſes duo fratres magi: pro quibus menſibus Herodotus ſupputat annum. Herodotus autem ad impletionem octaui anni, Cambyſa ait hos ſeptem fuiſſe menſes.*

	3	235	16	1 Magi.	32	69
	4	236	17	1 Darius, an. 36.	33	70
66	1	237	18	2	34	71

SECVNDO *anno Darii regis, templum in Hieroſolymis extruitur ab Zorobabel, conſummóturque opus anno 40. Remiſſio quidem captiuitatis Iudæorum, & venia templi ædificandi, ſub Cyro exordium habuit: ſed conſummatur templum ſub Dario: quòd vicinæ gentes aſſiduis incurſibus ædificationem impediebant.*

	2	238	19	3	35	
	3	239	20	4	36	
	4	240	21	5	37	
67	1	241	22	6	38	
	2	242	23	7	39	
	3	243	24	8	40	
	4	244	25	9	41	

Regnatum eſt Romæ ſub regibus ann. 244. auctoribus Liuio atque hoc noſtro Dionyſio. In Euſebii verò ſupputationibus deſunt anni quatuor: quamquam ipſe fatetur tribus variatum omnis apud auctores. At nos maluimus hos ſequi, vt ex propoſito Romanam ſcribēteis hiſtoriam, quemadmodum antè quoque aliquoties teſtati ſumus. Ceterum, cum ſequentia ſpatia vix pro Conſulum nominibus, ac leuibus aliquot annotatiunculis ſufficiant, omnia reliquo ſepoſuimus: & Iudæorum captiuitas iam laxata finitóque erat: defecerant etiam Lydorum Ægyptiorúmque regna: hoc, ſub Cambyſe: illud, ſub Cyro, omnia iam obtinentibus Perſis. Quapropter non magnopere ad auctorem noſtrum illuſtrandum pertinere viſum eſt, latius eo perſequi. Qui autem omnino ea habere velit, apud Euſebium requirat licebit. Nos nunc ad conſules, vt apud hunc ſunt auctorem, & ad Olympiadum, annorúmque ab Vrbe condita numeros deſcendamus, pauca adiicientes ex Liuio, reliquiſq; bonis auctoribus pro communi ſtudioſorum vtilitate.

CONSVLES.

	An. Ol.	A. V. C.		
68	1	245, I	L. Iunius Brutus, L. Tarquinius Collatinus.	*Bruto ſuffectus eſt Sp. Lucretius Tricipitinus, & mox M. Horatius Puluillus.* *Collatino ſuffectus eſt P. Valerius Poplicola.*
	2	246, II	P. Valerius Poplicola II, T. Lucretius Tricipitinus.	*Cenſu Romæ agitato, inuenta ſunt hominum* CXX *milia.* Euſeb.

	An. olymp.	An. ab V. cōd.	Conſules.	
	3	247, III	P. Valerius Poplicola III, M. Horatius Puluillus II.	*Pro Horatio in omnibus Liuii codicibus habetur P. Lucretius quod nomen mihi ſuſpectum eſt.*
	4	248, IIII	Sp. Largius Rufus, T. Herminius.	*Horum conſſ. nomina apud Liuium omiſſa ſunt: iniuria (vt puto) temporum.*
69	1	249, V	M. Valerius, P. Poſtumius Tubertus.	*Hunc M. Valerium noſter hic auctor lib. 5. ait Poplicolæ fuiſſe fratrem.*
	2	250, VI	P. Valerius Poplicola IIII, T. Lucretius Tricipitinus II.	
	3	251, VII	P. Poſtumius Tubertus II, Agrippa Menenius Lanatus.	
	4	252, VIII	Sp. Caſſius Vicelinus, Opiter Virginius Tricoſtus.	
70	1	253, IX	Poſtumus Cominius, T. Largius.	*Nono anno poſt exactos reges noua dignitas eſt creata, dictator ſcilicet, & magiſter equitũ, qui dictatori obſequeretur. Dictator primus Largius: magiſter equitum, Sp. Caſſius fuit. Hæc Euſebius: ſed Dionyſius noſter hoc factum tradit ſub duodecimis conſulibus.*
	2	254, X	Ser. Sulpicius Camerinus, Manius Tullius Longus.	
	3	255, XI	P. Veturius Geminus, T. Æbutius Elua.	*Liuius Cn. Vetuſium vocat.*
	4	256, XII	T. Largius Flauus, Q. Clœlius Siculus.	*Puto eum eſſe qui eſt anno 253. Idem in Cuſpiniani libro cognominatur Rufus: idémque primus omnium dictator dictus eſt.* *Hunc Clælium etiã Voculam quidam cognominãt.*
71	1	257, XIII	A. Sempronius Atratinus, M. Minucius Augurinus.	
	2	258, XIIII	A. Poſtumius, T. Virginius.	*Caſſiodorus C. Poſtumium vocat.* *Idem ſecundus dictator fuit.*

	An. olymp.	An ab V. cōd.	*Conſules.*	
	3	259, XV	Ap.Claudius Sabinus, P.Seruilius Priſcus.	*Conuenit cum hoc annorum numero Plinius lib.35. cap.3.*
	4	260, XVI	A.Virginius Montanus, T.Vetuſius Geminus.	*Quidam Cælimontanum cognominant:* Tertius dictator M. Valerius. Seceſſio plebis in ſacrum montem.
72	1	261, XVII	Poſtumus Cominius II, Sp.Caſſius II.	Primi Tribuni pl.
	2	262, XVIII	T.Geganius, P.Minucius.	
	3	263, XIX.	A.Sempronins Atratinus II, M.Minucius Auguriuus II,	
	4	264, XX	Q Sulpicius Camerinus, Sp. Largius Flauus.	*Horū atque ſequentis anni conſulū nomina omittit Liuii codex, iniuria(vt opinor)temporum.*
73	1	265, XXI	C.Iulius, P.Pinarius Rufus.	*Hunc Iulium quidam Iulum, quidam Sulum, quidā Tullum cognominant.*
	2	266, XXII	Sp.Nautius, Sex.Furius.	Cn.Marcij Corionali mors.
	3	267, XXIII	C.Aquilius, T Sicinius.	
	4	268, XXIIII	Sp.Caſſius III, Proculus Virginius.	
74	1	269, XXV	Q.Fabius, Ser.Cornelius.	
	2	270. XXVI.	L.Æmilius Mamercus, Cæſo Fabius.	*Hic Cæſo Fabius Q. & M. Fabiorum frater fuit. Porro parens quoque horum Cæſo dicebatur.*
	3	271, XXVII	M.Fabius, L.Valerius.	*Hic Valerius lib.8. apud hūc auctorem Poplicolæ frater dicitur: ſed errore(vt puto)codicum.*

Conſules.

	An. olymp.	An. ab V. cõd.	Conſules	
	4	272, XXVIII	Q.Fabius II, C.Iulius Tullus.	*Dubium ſit ne ille qui anno* 265.
75	1	273, XXIX	Cæſo Fabius II, Sp.Furius.	Hoc anno Xerxes rex Perſarum in Græciam duxit exercitum.
	2	274, XXX	Cn.Manilius, M.Fabius II.	
	3	275, XXXI	Cæſo Fabius III, T.Virginius.	
	4	276, XXXII	L. AEmilius Mamercus II, C.Seruilius.	
76	1	277, XXXIII	C.Horatius, T.Menenius.	*In Gellii cod.lib.17.cap.vlt. M.Horatius legitur.* CCCVI Fabij cæſi. *Hic Agrippæ Menenii filius fuit.*
	2	278, XXXIIII	Sp.Seruilius, A.Virginius.	
	3	279, XXXV	P.Valerius Poplicola, C.Nautius.	*Hic Poplicola eius qui reges eiecit filius fuit.*
	4	280, XXXVI	A.Manlius Volſo, L.Furius.	*Alii hunc C. vocant.*
77	1	281, XXXVII	L.Æmilius Mamercus III: Iulius Vopiſcus.	
	2	282, XXXVIII	P.Furius, L.Pinarius.	
	3	283, XXXIX	T.Quintius Capitolinus, Ap.Claudius Sabinus.	*Hic primi Appii filius fuit.*
	4	284, XL	L.Valerius II, Tiberius Æmilius.	*In Dioniſii codicibus* Tiberius *legitur, in Liuio,* Titus. *Litera enim* T. *in his ſæpe feſellit.*

Conſules.

An o-lymp.		An. ab. V.cōd.	Conſules	
78	1	285,XLI	A. Virginius Nomentanus, T. Numicius Priſcus.	*Anno 260 Montanum quĕdam Virginium co-gnominat. alii Calimontanum vocant: vt planè putem id codicum errore factum eſſe.*
	2	286,XLII	T. Quintius Capitolinus II, Q. Seruilius Priſcus.	
	3	287,XLIII	Tiberius Æmilius II, Q. Fabius Vibulanus.	*Hic tertiùm poſtea fuit conſ. ac decemuir.*
	4	288,XLIIII	Sp. Poſtumius Albinus. Q. Seruilius Priſcus II,	
79	1	289,XLV	T. Quintius Capitolinus III, Q. Fabius Vibulanus II.	
	2	290,XLVI.	A. Poſtumius Albus, Sp. Furius Fuſcus.	
	3	291,XLVII	L. Æbutius, P. Seruilius Priſcus.	
	4	292,XLVIII	L. Lucretius, T. Veturius Geminus.	*Hũc Veturium quidă Geminum, quidam præterea Ligurinũ, duobus cognominibus vocant.*
80	1	293,XLIX	P. Volumnius, Ser. Sulpicius Camerinus.	
	2	294,L.	P. Valerius Poplicola II, C. Claudius Sabinus.	L. Quintius Cincinnatus Poplicolæ ſuffectus. Herdonius Capitolium occupat.
	3	295,LI	Q. Fabius Vibulanus III, L. Cornelius.	
	4	296,LII	C. Nautius II, L. Minucius.	Quartus Dictator L. Quintius Cincinnatus. *Liuius & Caſſiodorus non L. ſed C. vocant.*
81	1	297,LIII	C. Horatius II, Q. Minucius.	*Caſſiodorus & Liuius M. Horatium nominant.*

	An. o lymp.	An. ab V. cōd.	*Conſules.*	*Decemuiri.*
	2	298, LIIII	M.Valerius, Sp.Virginius.	
	3	299, LV	T.Romilius. C.Veturius.	
	4	300, LVI	Sp.Tarpeius, A.Termenius.	*Ita legitur in Dionyſii codice. Alii* Aternium *legunt. At Plin. lib.7, cap.28, & Gell. lib.2, cap.21. Thermum appellant.*
82	1	301, LVII	P.Horatius, Sex Quintilius.	*Liuius pro Horatio Curiatium vocat, ſicut decemuirum vltimum primi ordinis. Alii hunc etiam Horatium Trigeminum, Decemuirum autem Puluillum cognominant.* Huic Quintilio ſuffectus eſt Sp.Furius.
	2	302, LVIII	L.Menenius, P.Seſtius.	*Horum conſſ. nomina in pleriſque Liuii codicibus omiſſa erant. Quidam codices P. etiam pro L. habebant, ac pro P.Seſtio P.Sextilium Capitolinum. At ex hoc noſtro auctore* P.Seſtius *legendum conuincitur, tametſi ipſius codex vna parte fallebat.*

Anno trecenteſimo altero quàm condita erat, (inquit Liuius) iterum mutatur forma ciuitatis, ab conſſ. ad decemuiros. Hæc ille. Atqui noſter hic auctor P.Horatio & Sexto Quintilio trecenteſimum expletum perhibet, hic igitur erat annus tertius. Sed ſoluitur quod hic trecenteſimus alter expletus intelligitur. Quamquam ipſe Dionyſius lib.7. ab initio, paucorum annorum errorem venia dignum exiſtimat. Quapropter cum nemine ea de re mognopere contẽderim, veriſimiliora huius auctoris ſecutus. Sequatur porrò quod quiſque velit, nullum piaculum commiſſurus, etiamſi contrarius nobis fuerit, quàm gratiam ab optimo quoque Lectore facilè, vt ſperamus, nos quoque impetrabimus.

DECEMVIRI

3	303, LIX	Ap.Claudius T.Genucius P.Seſtius Sp.Poſtumius Ser.Sulpicius	A.Manlius. T.Romilius C.Iulius T.Veturius. P.Horatius.	*Quidam hunc Manilium appellant.* *Liuius pro Horatio Curiatiũ habet.*

	An o-lymp.	An.ab. V.cōd.	Conſules. Decemuiri.	
	4	304,LX	Ap.Claudius II Q.Fabius Vibulanus M.Cornelius L.Minucius T.Antonius	M.Seruilius. *Liuius hunc M.Sergium vocat.* M.Rabuleius Q.Petilius Cæſo Duillius Sp.Oppius. } *Tres vltimi plebeii.*
83	1	305,	*Multis argumentis oſtendi poteſt, hoc anno per tyrannidem regnaſſe Decemuiros; quorum aliquot in altera Chronologia, quam in Liuium ſcripſimus, meminimus. Hic itaque in re manifeſta ſoliciti eſſe noluimus.*	
	2	306,LXI	*Conſſ.* L. Valerius Potitus, M.Horatius Barbatus.	*Hic Valerius eius filius fuit, qui aduerſus Herdonium pugnans in Capitolio occiſus eſt, Anno ab Vrbe cond. 294.* *Hic Horatius pronepos fuit eius qui cum Valerio Poplicola conſ. fuit, Anno ab Vrbe condita 247.*
	3	307,LXII	Sp.Herminius, T.Virginius.	
	4	308,LXIII	M.Geganius Macerinus, C.Iullius Tullus.	
84	1	309,LXIIII	T.Quintius Capitolinus, IIII, Agrippa Furius.	
	2	310,LXV	M.Genucius, C.Quintius.	

TRIBVNI MIL. CONSVLARI POTESTATE.

	An o-lymp.	An.ab. V.cōd.		
	3	311,LXVI	A.Sempronius Atratinus, L.Atilius Longus, T.Clœlius Siculus.	*Conſſ.* { L.Papirius Mugillanus L. Sempronius Atratinus, A. Sempronij frater.
	4	312,LXVII	M.Geganius Macerinus II, T.Quintius Capitolinus V.	Cenſus.

Hactenus hiſtoria reliqua eſt, quæ deſunt, vtinam breui in lucem prodeant. Nam non eſt mihi dubium alicubi latitare hunc auctorem apud doctos. Quod ſi priuatum commodum publicæ vtilitati poſthabebitur, ſperamus propediem totum auctorem in ſua loquẽtem lingua nos habituros. Certè Conſtantinus Laſcaris eum Græcè allegat, recẽs auctor, & quidam alii noſtra ætate: ſed ambitio obſtare videtur, quo minus in locum veniat. quæ vtinã tam non ſit diuturna, quàm raro eſt felix. ſed fiat voluntas Domini. Tu optime princeps, hos noſtros labores, noſtrámque ſimplicitatem boni conſulas. communis enim vtilitatis ergò tantum opus ſuſcepimus. Vale. Friburgi Briſgoæ, Anno à Chriſto nato M. D. XXXII.

FINIS CHRONOLOGIÆ DIONYSIANÆ.

ORIGO GENTIS ROMANÆ A IANO ET SATVRNO CONDITORIBVS, PER SVCcedentes ſibimet reges, vſque ad conſulatum decimum Conſtantii, digeſta ex auctoribus Verrio Flacco † Antiate; (vt quidem idem Verrius maluit dicere quàm Antia) tum ex annalibus Pontificum; dein Cnæo Egnatio Veratio, Fabio Pictore, Licinio † Macro, Varrone, Cæſare, Tuberone, atque ex omni priſcorum hiſtoria; proinde vt quiſque neotericorum aſſeuerauit, hoc eſt, & Liuius & Victor Afer.

1
A 2

PRIMVS in Italiam creditur veniſſe SATVRNVS: vt etiam Maronis Muſa teſtatur illis verſibus: *Primus ab ætherio venit Saturnus Olympo, Arma Iouis fugiens, & regnis exſul ademptis*, &c. Tanta autem vſque id tempus antiquorum ò omnium traditur fuiſſe ſimplicitas, vt venientes ad ſe aduenas, qui modò conſilio ac ſapientia prędìti, ad inſtruendam vitam, formandóſque mores aliquid conferrent, quod eorum parentes atque originē ignorabant, † Cælo & Terra editos non ſolum ipſi crederent, verumetiam poſteris affirmarent: 3
B veluti hunc ipſum Saturnum, quem Cœli & Terræ filium eſſe dixerunt. Quod cùm ita exiſtimetur, certum tamē eſt priorem IANVM in Italiam deueniſſe: ab eóque poſtea venientem exceptum eſſe Saturnum. Vnde intelligendum eſt Virgilium quoque non ignoratione veteris hiſtoriæ, ſed ſuo more primum dixiſſe Saturnum, non ante quem nemo, ſed principem: vt *Troiæ qui primus ab oris*: cùm proculdubio conſtet ante Æneam, priorē Antenorem in Italiam eſſe peruectum, eúmque non in ora litori proxima, ſed in interioribus locis, id eſt Illyrico, vrbem Patauium condidiſſe: vt quidem idem Virgilius illis verſibus ex perſona Veneris, apud Iouem de ærumnis Æneæ ſui conquerentis: *Antenor potuit mediis elapſus Achiuis Illyricos penetrare ſinus, atque intima tutus*, &c. Quare autem addiderit *tutus*, ſuo loco pleniſſimè annotauimus in commentatione, quam hoc ſcribere cœpimus, cognita ex eo libro qui
C inſcriptus eſt, DE ORIGINE PATAVINA. Itaque nunc *primus* ex ea quoque ſignificatione eſt è qua illud in ſecundo Æneidos, de enumeratione eorum qui equo Durio digrediebantur. Nam cùm nominaſſet * Theſſandrum, Sthenelum, Vlixem, Athamanta, Thoanta, Neoptolemum, poſt intulit, *primúſque Machaon*, de quo quæri poteſt, Quomodò poteſt primus dici poſt tantos qui ſuprà dicti ſunt? Verum intelligemus primum pro principe: vel quia is [ad perfectum] illis temporibus circa peritiam medicæ artis præcipuus fuiſſe traditur. Sed vt ad propoſitum reuertamur, ferunt Creuſam Erechthei regis Athenienſium filiam ſpecioſiſſimam, ſtupratam ab Apolline, enixam puerum, eúmque Delphos olim educandum eſſe miſſum: ipſam verò à patre iſtarum rerum neſcio, * Xipheo cuidam comiti *
D collocatam. Ex qua cum ille pater non poſſet exſiſtere, Delphos eum petiiſſe ad conſulendum oraculum, quomodo pater fieri poſſet. tum illi deum reſpondiſſe, vt quem poſtero die obuiam habuiſſet, eum ſibi adoptaret. itaque ſupra dictum puerum, qui ex Apolline genitus erat, obuiam illi fuiſſe, eúmque adoptatum. cùm adoleuiſſet, non contentum patrio regno, cum magna claſſe in Italiam deueniſſe, occupatóque monte, vrbem ibidem cōſtituiſſe, eámque ex ſuo nomine Ianiculum cognominaſſe.

Igitur Iano regnante apud indigenas rudes incultóſque, Saturnus regno profugus, cùm in Italiam veniſſet, benignè exceptus hoſpitio eſt: ibíque haud procul à Ianiculo arcem ſuo nomine Saturniam cōſtituit: iſque primus agriculturam edocuit, feróſque homines, & rapto viuere aſſuetos, ad compoſitam vitam * eduxit. vnde Virgilius in octauo ſic ait?

E ** Hæc nemora indigenæ Fauni Nymphæque tenebant,*
Génſque virûm truncis & duro robore nata:
Quis neque mos, neque cultus erat; nec iungere tauros,
Aut componere opes norant, aut parcere parto:
Sed rami atque aſper victu venatus alebat.

Omiſſóque Iano, qui nihil aliud quàm ritum colendorum deorum religionéſque induxerat, ſe Saturno maluit annectere: qui vitam moréſque feris etiam tum mentibus inſinuaſſe [dicitur, &] ad communem vtilitatem, vt ſuprà diximus, diſciplinam colendi ruris edocuit; vt quidem indicant illi verſus:

Margin notes: SATVRNVS. Æneid. III. verſu 319. — IANVS. — Æneid. I. — Æneid. I. verſu 244. — Tiſandrum Virg. v. 261. — fort. redundat. — * Xutho. * copulatam. — * f. traduxit. verſu 314. — deeſt in m. ſ. — Æneid. 8, v. 321.

Is genus indocile ac diſperſum montibus altis
Compoſuit, legéſque dedit; Latiúmque vocari
Maluit, his quoniam latuiſſet tutus in oris.

Iſtum etiam vſum ſignandi æris, ac monetæ in formam incutiendæ oſtendiſſe traditur: in
qua ab vna parte caput eius imprimeretur; altera, nauis qua vectus illò erat. vnde hodié-
que aleatores poſito nummo opertóque, optionem conluſoribus ponunt enuntiandi quid
4 putent ſubeſſe, caput, aut nauem: quod nunc vulgo corrumpentes † *nauiandi* dicunt. Ædes
quoque ſub cliuo Capitolino, in quo pecuniam conditam habebat, *Ærarium Saturni* hodié-
que dicitur. Verùm quia, vt ſuprà diximus, prior illuc Ianus aduenerat, cùm eos poſt obitum
diuinis honoribus cumulandos cenſuiſſent; in ſacris omnibus primum locum Iano detule- A
runt; vſque eo, vt etiam cum aliis diis ſacrificium fit, dato ture in altaria, *Ianus* prior nomi-
neretur, cognomento quoque addito *Pater*; ſecundum quod noſter cognomento ſic intulit,
Æneid. 8, verſu 357. *Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit arcem.* ac ſubindit, *Ianiculum huic illi fuerat Saturnia na-*
men. Hique (eo quod mire præteritorum memor, tum etiam futuri) dixerit, *rex arua Latinus*
Æneid. 7, verſu 45. *& vrbes Iam ſenios longa placidas in pace regebat.* Quo regnante Troianos refert in Italiam
initio Catilinariæ. deueniſſe. Quæritur quomodo Salluſtius dicat, *Cúmque his* ABORIGINES *genus hominum*
ABORIGINES. *agreſte, ſine legibus, ſine imperio liberum atque ſolutum.* Quidam autem tradunt tertis diluuio
coopertis, paſſim multos diuerſarum regionum in montibus, ad quos confugerant, conſti-
5 tiſſe: ex quibus quoſdam ſedem quærentes, peruectos in Italiam, *Aborigines* appellatos, †
* f. quæ illi ὄρη vocant. Græca ſcilicet appellatione, à cacuminibus montium, * qui illi oræ faciunt. alij volunt eos, B
quòd errantes illò venerint, primò *Aberrigines*, poſt mutata vna littera, altera adempta, *Ab-*
PICVS FAVNVS. *origines* cognominatos. Eos aduenientes PICVS excepit, permiſſos viuere vt vellent. Poſt
Picum regnauit in Italia FAVNVS, quem à fando dictum volunt, quòd is ſoleret futura præ-
cinere verſibus, quos *Saturnios* dicimus: quod genus metri in vaticinatione Saturnia pri-
* f. verſus. mum proditum eſt. Sed * vrbem Saturnus, cùm in Italiam veniſſet, condidiſſe traditur. Eius
6 rei Ennius teſtis eſt, cum ait, *Verſibu' quos olim Fauni vatéſque canebant.* Hunc Faunum pleri-
SILVANVS. PAN que eundem SILVANVM à ſiluis, INVIVM DEVM; quidam etiam PANA, vel PAN eſſe dixe-
EVANDER. Dion 24, 30. runt. Igitur regnante Fauno, ante annos circiter ſexaginta, quàm Æneas in Italiam defer-
retur, † EVANDER Arcas, Mercurij & Carmentis nymphæ filius, ſimul cum matre eodem
7. 8 venit. quam quidam memoriæ prodiderunt, primo *Carmentim* dictam; poſt *Nicaſtraten*, de C
carminibus; eo quod videlicet omnium litterarum peritiſſima, futurorúmque prudens, ver-
ſibus canere ſit ſolita: adeo vt plerique velint, non tam ipſam à carmine Carmentam, quàm
carmina, à qua dicta eſſent, appellata. Huius admonitu tranſuectus in Italiam Euander, ob
ſingularem eruditionem atque ſcientiam litterarum, breui tempore in familiaritatem Fau-
ni ſe inſinuauit: atque ab eo hoſpitaliter benignéque exceptus, non paruum agri modum ad
incolendum accepit: quem ſuis comitibus diſtribuit, exædificatis domicilijs in eo monte
quem primo tum illi à Pallante *Pallanteum*, poſtea nos * *Palatium* diximus. ibique Pani deo
fanum dedicauit: quippe is familiaris Arcadiæ deus eſt, teſte etiam Marone qui ait; *Pan Deus*
* al. Palatinū. Georg. 3, verſu 392 *Arcadiæ captam te Luna fefellit.* Et item: *Pan etiam Arcadia mecum ſi iudice * cantet.* Primus ita-
Eclog. 4, vbi certet legitur. que omnium Euander Italicos homines legere & ſcribere edocuit, litteris partim quas ipſe D
antea didicerat: idémque fruges in Græcia primùm inuentas oſtendit: ſerendique vſum e-
9 docuit: terræque excolendæ gratia, primus boues in Italia iunxit. Eo regnante, fortè † RE-
RECARANVS CARANVS quidam, Græcæ originis, ingentis corporis & magnarum virium paſtor, quia e-
HERCVLES. Dionyſ. 26, 42. rat forma & virtute ceteris antecellens, HERCVLES appellatus, eodem venit. Cúmque ar-
menta eius circa flumen Albulam paſcerentur, *Cacus* Euandri ſeruus, nequitiæ verſutus, &
præter cetera furaciſſimus, Recarani hoſpitis boues ſubripuit: ac ne quod eſſet indicium, a-
uerſas in ſpeluncam attraxit. Cúmque Recaranus vicinis regionib. peragratis, ſcrutatiſque
omnib. eiuſcemodi latebris, deſperaſſet inuenturum: vtcunque æquo animo diſpendium
ferens, excedere his finib. conſtituerat. At verò Euander, excellentiſſimæ iuſtitiæ vir, poſt-
quàm rem vti acta erat, comperit, ſeruum noxæ dedit, bouéſque reſtitui fecit. Tum Recara- E
nus ſub Auētino, *Inuentori patri* aram dedicauit, appellauitque *Maximam*, & apud eam de-
cimam ſui pecoris profanauit. Cúmque antè moris eſſet vti homines decimam fructuum
regibus ſuis præſtarent; æquius ſibi ait videri deos potiùs illo honore impartiendos eſſe,
In Stichoetudo tamen legitur De cimam partem Hercul. & in Truculento Actu 11. quàm reges. inde videlicet tractum, vt Herculi decimam profanari mos eſſet: ſecundū quod
Plautus, *in partem* inquit *Herculeanam*, id eſt decimam. Conſecrata igitur ara Maxima, profa-
nátaque apud eam decima Recaranus, eo quod Carmentis inuitata ad id ſacrum nō affuiſ-
ſet; ſanxit ne cui fęminæ fas eſſet veſci ex eo quod eidem aræ ſacratum eſſet: atque * ab ea
f. ob eam rel, itaque ob ea. re diuina fęminæ in totum remotæ. Hæc Caſſius lib. 1. At verò in libris Pontificalium tradi-
tur, Her-

tur, Hercules Ioue atque Alcmena genitus, ſuperato Geruone, agens nobile armentum, cupidus eius generis boues in Græcia inſtituendi, forte in ea loca veniſſe, & vbertate pabuli delectatus, vt ex longo itinere homines ſui & pecora reficerentur, aliquamdiu ſedem ibi conſtituiſſe. Quæ cum in valle, vbi nunc eſt Circus maximus, paſcerentur; neglecta cuſtodia, quod nemo credebatur auſurus violare Herculis prædam, † latronem quendam regio- 10
nis eiuſdem, magnitudine corporis & virtute ceteris præualentem, octo boues in ſpeluncam, quo minus furtum veſtigiis colligi poſſet, caudis abſtraxiſſe. Cúmque inde Hercules proficiſcens, reliquum armentum, caſu præter eandem ſpelũcam ageret; forte quadam, incluſas boues tranſeuntib. admugiſſe, atque ita furtum detectum. interfectóque Caco, Euan-
A drum, re comperta, hoſpiti obuiam iuiſſe, gratantem, quòd tanto malo fines ſuos liberaſſet: compertóque quibus parentibus ortus eſſet Hercules, rem ita vti erat geſta, ad Faunum pertuliſſe: tum eum quoque amicitiam Herculis cupidiſſimè appetiſſe. quam opinionem ſequi † metuit noſter Maro. Cùm ergo Recaranus, ſiue Hercules, Patri inuentori aram maximam 11
conſecraſſet; duos ex Italia, quos eadem ſacra certo ritu adminiſtranda edoceret, adſciuit, Potitium & Pinarium. Sed eorũ Potitio, qui prior venerat, ad comedẽda exta admiſſo; Pinarius, eò q; tardiùs veniſſet, poſteríque eius, ſubmoti: vnde hodiéque ſeruatur: Nemini* Poti- *quid ſi Pattitio? tio Pinariæ gentis in eis ſacris veſci licet: eoſque alio vocabulo priùs appellatos nõnulli volunt, pòſt verò † Pinarios dictos ἀπὸ τοῦ πεινᾶν, q; videlicet ieiuni, ac per hoc eſurientes ab eiuſ- 12
modi ſacrificiis diſcedãt. Itáque mos permanſit vſque Appium Claudiũ cenſorem, vt Potitiis
B ſacra faciẽtibus, veſcentibúſq; de eo boue quẽ immolauerãt, poſtquã inde nihil reliquiſſet, Pinarij deinde admitterẽtur. verùm poſtea Appius Claudius accepta pecunia, Potitios illexit vt adminiſtrationẽ ſacrorũ Herculis ſeruos publicos edocerent, nec non etiam mulieres admitterent. Quo facto, aiunt intra dies triginta omnem familiã Potitiorum, quæ prior in ſacris habebatur, extinctam: atque ita ſacra penes Pinarios* reſediſſe, eoſque tam religione *ſ. ſediſſe. quàm etiam pietate edoctos, myſteria eiuſmodi fideliter cuſtodiſſe. Poſt Faunum, Latino eius filio in Italia regnante, ÆNEAS Ilio Achiuis prodito ab Antenore aliíſque principibus, ÆNEAS. Dion. 35. 36. cùm præ ſe deos penates patrémque Anchiſen humeris geſtans, nec nõ & paruulum filium manu trahens, noctu excederet; orta luce cognitus ab hoſtibus, eo quod tanta onuſtus pietatis ſarcina erat, non modo à nullo interpellatus, ſed etiam à rege Agamemnone quo vellet ire permiſſus, Idam petit: ibique nauibus fabricatis, cum multis diuerſi ſexus, oraculi am-
C monitu Italiam petit: vt docet Alexander Epheſus, lib. I. belli Marſici. At verò † Lucatius nõ 13
modo Antenorem, ſed & iam ipſum Æneam proditorem patriæ fuiſſe tradit. cui cùm à rege Agamemnone permiſſum eſſet ire quò vellet, & humeris ſuis, quod potiſſimum putaret, hoc ferret: nihil illum præter deos penates & patrem, duóſque paruulos filios, vt quidã tradunt, vt verò alij, vnum, † cui Iulo cognomen, poſt etiam Aſcanio fuerit, ſecum extuliſſe. 14
Qua pietate motos Achiuorum principes* remiſiſſe vt reuerteretur domum, atque inde omnia ſecum quæ vellet, auferret. *ſ. permiſiſſe. Itaque eum magnis cum opibus, pluribúſque ſociis vtriuſque ſexus, à Troia digreſſum, longo mari emenſo per diuerſas terrarum oras in Italiam deueniſſe: ac primùm Thraciam appulſum * *Ænum* ex ſuo nomine condidiſſe. *Æneam Dio. Hal. & Steph. Dein, cognita
D Polymneſtoris perfidia ex Polydori nece, inde digreſſum, peruectúmque ad inſulã Delum: atque illinc ab eo Lauiniam Anij ſacerdotis Apollinis filiam in matrimonium adſcitam, ex cuius nomine *Lauinia litora* appellata. Poſtquam is multa maria permenſus, appulſus ſit ad Italiæ promontorium, quod eſt in Baiano, circa Auerni lacum; ibíque gubernatorem Miſenum morbo abſumtum, ſepultum ab eo: ex cuius nomine vrbem Miſenon appellatam, vt etiam ſcribit Cæſar Pontificalium lib. I, qui tamen hunc Miſenum non gubernatorem, ſed tubicinem fuiſſe tradit. Inde non immerito vtramque opinionem ſecutus Maro ſic intulit; *At pius Æneas ingenti mole ſepulcrum Imponit, ſuáque arma viro, remúmque tubámque.* Æneid 6. verſu 232. Quamuis, auctore Homero, quidam aſſerunt tubæ vſum Troianis temporibus etiam * tũc ignoratum. *ſ. tum. Addunt præterea quidam, Æneam in eo litore Euxini cuiuſdam comitis matrem vltimo
E ætatis affectam, circa ſtagnum, quòd eſt inter Miſenon Auernúmque extuliſſe, atque inde loco nomen inditum, qui etiam nunc *Euxinius ſinus* dicitur. cúmque comperiſſet ibidem Sibyllam mortalib. futura pręcinere, in oppido quod vocatur *Cimbarionis*, veniſſe eò ſciſcitatũ de ſtatu fortunarum ſuarum: aditíſque fatis, vetitum ne is cognitam in Italia ſepeliret *Prochytam*, cognatione ſibi coniunctam, quam incolumem reliquerat. Et poſtquam ad claſſem rediit, reperítque mortuam, in inſula proxima ſepeliſſe; quæ nunc quoque eodem eſt nomine, vt ſcribunt Vulcatius & Acilius Piſo. Inde profectum perueniſſe in eum locum, qui nũc *portus Caietæ* appellatur ex nomine nutricis eius, quam ibidem amiſſam ſepelijt. *Virg. 7. Æn. initio.* At verò Cæſar & Sempronius aiunt, Caietæ cognomen fuiſſe, non nomen: ex eo ſcilicet inditum,

quod eius conſilio impulſúque matres Troianæ tædio longi * nauigij, claſſem ibidem in-
* pro, nauigationis longæ. Vide Virg. 5. Æneid.
cenderint, Græcè ſcilicet appellatione ἀπὸ τοῦ καίειν, quod eſt incendere. Inde ad eam Italiæ
oram quæ ab arbuſto eiuſdem generis, *Laurens* appellata eſt, Latino regnante, perueƈtũ cum
patre Anchiſe, filióque & ceteris ſuorum: nauibus egreſſum, in litore accubuiſſe, conſumto-
q́ue quod fuerat cibi, cruſtam etiam de farreis menſis, quas ſacratas ſecum habebat, come-
diſſe. Tum Anchiſa conijciente illam eſſe miſeriarum errorúſque finem: quippe meminerat,
Venerem ſibi aliquando prædixiſſe, cùm in externo litore eſurie compulſi, * ſacrataſque
* ſ. ſacratas quoque.
menſas inuaſiſſent, illum condendæ ſedis fatalem locum fore: † ſcrofam etiam incientem:
15 quam cùm è naui produxiſſent, vt eam immolarent, & ſe miniſtrorum manibus eripuiſſet:
recordatum Æneam, quod aliquando ei reſponſum eſſet, vrbi condendæ quadrupedem A
futuram ducem: tum ſimulacris deorum Penatium proſecutum, atque illum, vbi illa procu-
buit, enixaque eſt porculos triginta ibidem auſpicatum, * poſtquam *Lauinium* dixit: vt ſcri-
* ſ. poſt quę, vel, quam poſt.
bit Cæſar lib. 1, & Lucatius lib. 2. At verò Domitius non orbes farreos, vt ſuprà dictum eſt,
ſed menſarum vice ſumendi cibi gratia, apium, cuius maxima erat ibidem copia, fuiſſe ſub-
ſtratum, quod ipſum conſumtis alijs edulijs eos comediſſe: ac poſt ſubinde intellexiſſe illas
eſſe menſas, quas illos comeſturos prædictum eſſet. Cùm interim immolata ſue in litore ſa-
crificium peragerer, traditur forte aduertiſſe Argiuam claſſem, in qua Vlixes erat: cúmque
vereretur ne ab hoſte cognitus periculum ſubiret, itémque rem diuinam interrumpere ſum-
mum nefas duceret, caput velamento obduxiſſe, atque ita pleno ritu ſacra perfeciſſe: inde
poſteris traditum morem ita ſacrificandi, vt ſcribit Marcus Octauius lib. 1. At verò Domitius B
lib. 1, docet ſorte Apollinis Delphici monitum Æneam vt Italiam peteret, vbi duo maria
inueniſſet, prandiumq́ue cum menſis comeſſet, ibi vrbem vti conderet. Itaque egreſſum in
agrum Laurentem, cùm paululum è litore proceſſiſſet, perueniſſe ad duo ſtagna aquæ ſalſæ,
vicina inter ſe: ibique cum ſe lauiſſet, ac refectum cibo, cùm apium quoque, quod tunc vice
menſæ ſubſtratum fuerat, conſumſiſſet, exiſtimãtem proculdubio illa eſſe duo maria, quod
in illis ſtagnis aquę marinę ſpecies eſſet, menſaſq́ue, quæ erant ex ſtramine apij comeſtas: vr-
LAVINIVM.
bem in eo loco condidiſſe, eamq́ue, quod in ſtagno lauerit, *Lauinium* cognominaſſe. Tum
16 deinde à Latino rege Aboriginum, data ei, quæ incoleret, iugera quingenta. At Cato in O-
rigine generis Romani ita docet: † ſuem triginta porculos peperiſſe in eo loco vbi nunc eſt C
Lauinium: cumq́ue Æneas ibi vrbem condere conſtituiſſet, proptérque agri ſterilitatem
metueret: per quietem ei viſa deorum Penatum ſimulacra, adhortantium vt perſeueraret
in condenda vrbe quam cœperat: nam poſt annos totidem, quot fœtus illius ſuis eſſent, Tro-
ianos in loca fertilia atque vberiorem agrum tranſmigraturos, & vrbem clariſſimi nomi-
nis in Italia condituros. Igitur Latinum Aboriginum regem, cùm ei nuntiatum eſſet, multi-
tudinem aduenarum claſſe aduectam, occupauiſſe agrum Laurentem, aduerſum ſubitos
inopinatóſque hoſtes incunctanter ſuas copias eduxiſſe. ac priuſquam ſignum dimicandi
daret, animaduertiſſe Troianos militariter inſtructos: cum tum lapidibus ac ſudibus armati,
tum etiam veſte aut pellibus, quæ eis integumento erant, ſiniſtris manib. inuolutis proceſ-
ſiſſent. itaque ſuſpenſo certamine, per colloquium inquiſito qui eſſent, quídve peterent: vt-
pote qui in hoc conſilium auctoritate numinum cogebatur: námque extis ac ſomniis ſæpe D
ammonitus erat, tutiorem ſe aduerſum hoſtes fore, ſi copias ſuas cum aduenis coniunxiſſet:
* ſ. patria.
cumq́ue cognouiſſet Æneam & Anchiſen bello * patrio pulſos, cum ſimulacris deorum
errantes ſedem quærere: amicitiam fœdere inuiſſe. dato inuicem iureiurando, vt communes
quoque hoſtes amicóſve haberent. Itaque cœptum à Troianis muniri locum: quem Æneas
ex nomine vxoris ſuæ, Latini regis filiæ, quæ iam ante deſponſata Turno Herdonio fuerat,
17 *Lauinium* cognominauit. at vero † Amatam Latini regis vxorem, cùm indignè ferret, Laui-
niam, repudiato Turno conſobrino ſuo, Troiano aduenæ collocatam: Turnum ad arma
concitauiſſe: eumque mox coacto Rutulorum exercitu, tetendiſſe in agrum Laurentem, &
aduerſus eum Latinum pariter cum AEnea progreſſum, inter præliantes circumuentum,
occiſúmque. Nec tamẽ amiſſo ſocero AEneas Rutulis obſiſtere deſiit. námque & Turnum E
abeſt a m ſ.
interemit: [&] hoſtibus fuſis fugatíſque victor, Lauinium ſe cum ſuis recepit, conſenſúque
omnium Latinorum rex declaratus eſt: vt ſcribit Lucatius lib. 3. Piſo quidem Turnum ma-
truelem Amatæ fuiſſe tradit, interfectóque Latino, mortem ipſam ſibimet conſciuiſſe. Igi-
tur Æneam occiſo Turno, rerum potitum, cum adhuc irarum memor Rutulos bello perſe-
18 qui inſtituiſſet, illos ſibi ex Etruria auxilium † Mezentij regis Agyllæorum adſciuiſſe, ac im-
plorauiſſe, pollicitos ſi victoria parta foret, omnia quæ Latinorum eſſent, Mezentio ceſſu-
ra. Tunc Æneam, quod copiis inferior erat, multis rebus quæ neceſſario tuendæ erant, in
vrbem comportatis, caſtra ſub Lauinio collocaſſe: præpoſitóque his filio Euryleone, ipſum,
electo

electo ad dimicandum tempore, copias in aciem produxiſſe,† circa * Numici fluminis ſta- 19
gnum: vbi cùm acerrimè dimicaretur, ſubitis turbinibus infuſcato aëre repentè cælo tan- *al. Numicij. Dion.52,16.
tum imbrium effuſum, tonitrubus etiã conſecutis, flammarúmque fulgoribus, vt omnium
non oculi modò † præſtinguerentur, verumetiam mentes quoque confuſæ eſſent: cúmque 20
vniuerſos vtriuſque partis dirimendi prœlia cupiditas * ineſſet, nihilominus in illa tempe- *ſ. inceſſet, l. inceſiſſet.
ſtatis ſubitæ confuſione interceptum Æneam, nuſquam deinde comparuiſſe. Traditur au-
tem, non prouiſo quod propinquus flumini eſſet, ripa depulſus, fortè in fluuium decidiſſe,
atque ita prœlium diremptum. Dein poſt, apertis fugatiſque nubibus cùm ſerena facies ef-
fulſiſſet, creditum eſt viuum eum cœlo abſumtum. Idémque tamen poſt ab Aſcanio, & qui-
A buſdam aliis viſus affirmatur ſuper Numici ripam, eo habitu armiſque quibus in prœlium
proceſſerat. Quæ res immortalitatis eius famam confirmauit. Itaque illi eo loco templum 21
conſecratum, appellaríque placuit † *Patrem Indigetem*. Dein filius eius ASCANIVS, idem qui ASCANIVS
EVRYLEO, omnium Latinorum iudicio rex appellatus. Igitur ſummam imperij Latinorum EVRYLEO. Dion.52,42.
adeptus Aſcanius, cùm continuis prœliis Mezentium perſequi inſtituiſſet, filius eius Lauſus
collem Lauiniç arcis occupauit. Cúmque id oppidũ circumfuſis omnibus copiis regis tene-
retur, Latini legatos ad Mezentium miſerunt ſciſcitatum, qua conditione in deditionem
eos accipere vellet. cúmque ille inter alia onerosa illud quoque adiiceret, vt omne vinum
agri Latini aliquot annis ſibi inferretur: conſilio atque auctoritate Aſcanij placuit ob liber-
tatem mori potiùs, quàm illo modo ſeruitutem ſubire. Itaque vino ex omni vindemia Ioui
publicè voto, conſecratóque: Latini vrbe eruperunt: fuſóque præſidio, interfectóque Lauſo,
B Mezentium fugam facere coegerunt. Is poſtea per legatos amicitiam ſocietatémque Lati-
norum impetrauit: vt docet † Lucius Cæſar lib.1, itémque Aulus Poſtumius in eo volumine 22
quod de aduentu Æneæ conſcripſit, atque * dedit. Igitur Latini Aſcanium ob inſignem *ſ. edidit.
virtutem non ſolùm Ioue ortum crediderunt, ſed etiam per diminutionem declinato pau-
lulum nomine, primo IOBVM, dein poſtea IVLVM appellarunt: à quo Iulia* filia manauit: vt *ſ. familia.
ſcribunt Cæſar libro 11, & Cato in Originibus. Interim Lauinia ab Ænea grauida relicta,
metu, veluti inſecuturi ſe Aſcanij, in ſiluam profugit, ad magiſtrũ patrij pecoris, * Tyrrhum: *al. Tyrrhenum.
ibique enixa eſt puerum, qui à loci qualitate Siluius eſt dictus. At verò vulgus Latinorum Dion.56,13.
exiſtimans clam ab Aſcanio interfectam, magnam ei inuidiam conflauerat, vſqueeò vt ar-
C mis quoque ei vim denuntiaret. Tum Aſcanius iureiurando ſe purgans, cùm nihil apud eos
proficeret, petita dilatione ad inquirendum, iram præſentem vulgi aliquantulum fregit:
pollicitúſque eſt, ſe ingentibus præmiis cumulaturum eum qui ſibi Lauiniam inueſtigaſſet:
mox recuperatam cum filio in vrbem Lauinium reduxit, dilexítque honore materno. quæ
res rurſum ei magnum fauorem populi conciliauit, vt ſcribunt C. Cæſar, & Sex. Gellius in
Origine gentis Romanæ. At verò alij tradunt, quòd cum Aſcanius ab vniuerſo populo ad
reſtituendam Lauiniam cogeretur, iurarétque ſe neque interemiſſe, neque ſcire vbi eſſet,
Tyrrhum petito ſilentio in illa concionis frequentia profeſſum indicium, ſi ſibi, Lauiniæ-
que, puerόque ex ea nato, fides incolumitatis daretur: túmque eum accepta fide Lauiniam
in vrbem eum filio reduxiſſe. Poſt hæc Aſcanius completis in Lauinio triginta annis, re-
D cordatus nouæ vrbis condendæ tempus aduenisse, ex numero porcorum quos pepererat
ſus alba, circumſpectis diligenter finitimis regionibus, ſpeculatus montem editũ, qui nunc,
ab ea vrbe quæ in eo condita eſt, *Albanus* nũcupatur, ciuitatem communit: eámque ex for-
ma, quod ita in longum porrecta eſt, *Longam*: ex colore ſuis, *Albam* cognominauit. Cúmque
illuc ſimulacra deorum Penatium tranſtuliſſet: poſtridie apud Lauinium apparuerunt: rur- ALBA LONGA.
ſúſque relata Albam, appoſitiſque cuſtodibus neſcio* quantis, ſe Lauinium in priſtinam ſe- *vet. quatis. ſ. quatenus.
dem identidem receperunt. Itaque tertio nemo auſus eſt amouere ea, vt ſcriptum eſt in An- Dion 54,6.
nali Pontificum IV lib. Cincij, & Cæſaris II, Tuberonis I. At Aſcanius poſtquàm exceſſiſſet *ſ. deeſt plebi, (vel. nobilibus) Dion.56,
è vita, inter Iulum filium eius, & Siluium Poſtumum, qui ex Lauinia genitus erat, de obti- 41.
nendo imperio orta contentio eſt: cùm dubitaretur an Æneæ filius, an nepos potior eſſet: SILVIVS. & reliqui reges
E permiſſa diſceptatione eius rei*, ab vniuerſis rex SILVIVS declaratus eſt. Eiuſdem poſteri Albani, Siluij
omnes, cognomento Siluij, vſque ad conditam Romam, Albæ regnauerunt: vt eſt ſcriptum cognominati.
Annalium Pontificalium lib.4. Igitur regnante Latino Siluio † coloniæ deductæ ſunt Præ- 23
neſte, Tibur, Gabij, Tuſculum, Cora, Pometia, Locri, Cruſtumium, Cameria, *Ronillę, cete- *ſ. Bouillę.
ráque oppida circumquaque. Poſt eum regnauit * TIBERIVS SILVIVS, Siluij filius. Qui *al. Tiberinus Dion.57,14.
cùm aduerſus finitimos bellum inferentes copias eduxiſſet, inter prœliantes depulſus in
Albulam flumen deperijt, mutandíque nominis exſtitit cauſſa: vt ſcribunt Lucius Cincius *alii Remulum appellant:
li.1. Lucatius li.3. Poſt eum regnauit * AREMVLVS SILVIVS: qui tantæ ſuperbiæ non ad- Romulum Lauius: Dionyſius
uerſum homines modò, ſed etiam deós fuiſſe traditur, vt prædicaret ſe ſuperiorem eſſe ipſo Alladeu, 17.20.

Digitized by Google

Ioue:ac tonãte cælo militibus imperaret, vt telis clypeos quaterent: dictarétque clariorem
ſonum ſe facere.qui tamen præſenti affectus eſt pœna,nam fulmine ictus,raptúſque turbi-
ne,in Albanum lacum præcipitatus eſt:vt ſcriptum eſt Annalium li.VI, & Epitomarum Pi-
ſonis II. Aufidius ſanè in Epitomis,& Domitius li.I,non fulmine ictum, ſed terræ motu pro-
lapſum,ſimul cum eo regiam in Albanum lacum tradunt. Poſt illum regnauit AVENTINVS
SILVIVS:iſque finitimis bellum inferentibus in dimicando circumuentus,ab hoſtibus pro-
ſtratus eſt:ac ſepultus circa radices montis,cui ex ſe nomen dedit:vt ſcribit Iulius Cæſar li.
II.Poſt eum SILVIVS PROCAS rex Albanorum,duos filios Numitorem & Amulium æquis
partibus heredes inſtituit. Tum Amulius in vna parte regnum tantummodo,in altera to-
tius patrimonij ſummam atque omnem paternorum bonorum ſubſtantiam poſuit, fratri- A
que Numitori, qui maior natu erat, optionem dedit, vt ex his,vtrum mallet,eligeret. Nu-
mitor cum priuatum omne cum facultatib. regno prętuliſſet, Amulius regnum obtinuit.
24 Dion 61,39. Quod vt firmiſſimè poſſideret,Numitoris† fratris ſui filium in venando interimendum cu-
rauit:tum etiam Rheam Siluiam,eius ſororem,ſacerdotem Veſtæ fieri iuſſit,ſimulato ſom-
nio quo ammonitus ab eadem dea eſſet,vt id fieret:cùm re vera ita faciũdum ſibi exiſtima-
ret,periculoſum ducens,nequis ex ea naſceretur,qui auitas perſequeretur iniurias:vt ſcribit
Valerius Antias li.I. At verò M. Octauius, & Licinius Macer, tradunt Amulium patruum
Rheæ ſacerdotis,amore eius captum,nubilo cælo obſcuróque aëre,cùm primum illuceſce-
re cœpiſſet,in vſum ſacrorum aquam petenti inſidiatum, in luco Martis compreſſiſſe eam:
tum exactis menſib.geminos editos.Quòd cùm comperiſſet, celandi facti gratia per ſcelus
25 concepti,† necari iuſſit ſacerdotem,partum ſibi exhiberi. túmque Numitorum ſpe futuro- B
rum,quod hi ſi adoleuiſſent,iniuriarum ſuarum quandóque vltores futuri eſſent, alios pro
eis ſubdidiſſe, illóſque ſuos veros nepotes Fauſtulo paſtorum magiſtro dediſſe nutriendos.
At verò Fabius Pictor lib.I, & Vennonius, ſolito inſtitutóque egreſſam virginem, in vſum
ſacrorum aquam petitum ex eo fonte qui erat in luco Martis, ſubito imbribus tonitribúſ-
que,quæ cum illa erant,diſiectis,à Marte compreſſam,cõturbatámque:mox recreatam con-
ſolatione dei, nomen ſuum indicantis, affirmantíſque ex ea natos dignos patre euaſuros.
Primùm igitur Amulius rex,vt comperit Rheam Siluiam ſacerdotem peperiſſe geminos,
protinus imperauit deportari ad aquam profluentem, atque eò abijci. Tum illi quibus id
26 imperatum erat,† impoſitos alueo pueros,circa radices montis Palatij in Tiberim, qui tum C
magnis imbribus ſtagnauerat,abiecerunt: eiúſque regionis ſubulcus Fauſtulus, ſpeculatus
exponentes,vt vidit relabente flumine alueum,in quo pueri erant, obhæſiſſe ad arborẽ fici,
puerorúmque vagitu lupam excitam,quæ repẽtè exierat,primo lambitu eos deterſiſſe,dein
27 leuandorum vberum gratia mammas præbuiſſe:deſcendit ac ſuſtulit,nutriendóſque† Accæ
Larentiæ,vxori ſuæ,dedit:vt ſcribunt Ennius lib.I, & Cæſar II. Addunt quidam Fauſtulo
inſpectante,picum quoque aduolaſſe,& ore pleno cibum pueris ingeſſiſſe.inde videlicet lu-
28 pum picúmque Martiæ tutelæ eſſe.arborem quoque illam† *Ruminalem* dictam, circa quam
Dion.71,17. pueri abiecti erant,quod eius ſub vmbra pecus acquieſcens, meridie ruminare ſit ſolitum.
At verò Valerius tradit,pueros ex Rhea Siluia natos Amulium regem Fauſtulo ſeruo ne-
candos dediſſe:ſed eum à Numitore exoratum ne pueri necarentur,Accę Larentiæ amicæ D
ſuæ nutriendos dediſſe:quam mulierem,eò quòd pretio corpus eſſet vulgare ſolita, *Lupam*
dictam.notum quippe ita appellari mulieres quæſtum corpore facientes: vnde & eiuſmodi
loci in quibus hæ cõſiſtunt,*Lupanaria* dicta.Cùm verò pueri liberalis diſciplinæ capaces fa-
cti eſſent,Gabiis Græcarum Latinarúmque litterarum ediſcendarum gratia commoratos,
Numitore auo clàm omnia ſubminiſtrante.Itaque vt primùm adoleuiſſent, Romulum in-
dicio educatoris Fauſtuli comperto,qui ſibi auus,quæ mater fuiſſet, quidve de ea factum eſ-
ſet:cum armatis paſtoribus Albam protinus perrexiſſe,interfectóque Amulio, Numitorem
ROMVLVS & REMVS. auum in regnum reſtitutum.*Romulum* autem à virium magnitudine appellatum: nam Græ-
ca lingua *Ῥώμην* virtutem dici certũ eſt:alterum verò *Remum* dictum, videlicet à tarditate:
quippe talis naturæ homines ab antiquis *Remores* dicti. Igitur actis quæ ſupra diximus, re E
Dion.67,11. diuina facta eo in loco qui nunc *Lupercal* dicitur,ludibundi diſcurrerãt,pellibus hoſtiarum,
occurſantes quóſque ſibimet,verberantes:vtque ſolemne ſacrificium ſibi poſteriſque id eſ-
ſet ſanxerunt,ſeparatimque ſuos appellauerũt,Remus *Fabios*:Romulus, *Quintilios*: quorum
vtrumque nomen etiamnum in ſacris manet.At verò lib.II.Pontificalium proditur,miſſos
ab Amulio,qui Remum pecorum paſtorem attraherent, cùm non auderent ei vim afferre,
opportunum tempus ſibi ad inſidiandum nactos,quod tum Romulus aberat,genus luſus ſi-
mulaſſe,quinam eorum,manibus poſt terga ligatis,lapidem quo lana penſitari ſolebat,mor-
dicus ſublatum,quàm longiſſimè perferret. Tum Remum fiducia virium in Auentinum
vſque

vſque ſe perlaturum ſpopondiſſe: dein poſtquam vinciri ſe paſſus eſt, Albam abſtractum.
Quod poſtquam Romulus comperiſſet, coacta paſtorum manu, † eáque in centenos homi- 29
nes diſtributa, perticas manipulis fœni variè formatis in ſummo* iunctas, dediſſe: quo faci- *f. vinctas.
liùs eo ſigno ſuum quiſque ducem ſequeretur. vnde inſtitutum vt poſteà milites qui eiuſ-
dem ſigni eſſent, *Manipulares* dicerentur. Itaque ab eo oppreſſo Amulio, fratrem vinculis li-
beratum, auum reguo reſtitutum. Cùm igitur inter ſe Romulus & Remus de condenda Dion. 71.
vrbe tractarent, in qua ipſi pariter regnarent, Romuluſque locum qui ſibi idoneus videre-
tur, in monte Palatino deſignaret, *Romámque* appellari vellet: contráque item Remus in a-
lio colle qui aberat à Palatio milibus quinque, eundémque locum ex ſuo nomine † *Remu-* 30
A *riam* appellaret: neque ea inter eos finiretur contentio: auo Numitore arbitro adſcito, pla-
cuit diſceptatores eius controuerſiæ immortales deos ſumere; ita vt vtri eorũ priori ſecun-
da auſpicia obueniſſent, vrbem conderet; eamque ex ſuo nomine nuncuparet, atque in ea
regni ſummam teneret. cúmque auſpicaretur viſos: túmque ab eo miſſos qui Romulo nun-
tiarent, ſibi iam data auſpicia, quibus condere vrbem iuberetur: itaque maturaret ad ſe ve-
nire. Cúmque ad eum Romulus veniſſet, quæſiſſétque quęnam illa auſpicia fuiſſent, dixiſſét-
que ille, ſibi auſpicãti ſex vulturios ſimul apparuiſſe: At ego, inquit Romulus, iam tibi duo-
decim demonſtrabo. ac repentè duodecim vultures apparuiſſe, ſubſecuto cæli fulgore pari-
ter tonitrúque. tum Romulus, Quid, inquit, Reme affirmas priora, cùm pręſentia intuearis?
Remus poſtquàm intellexit ſeſe regno fraudatum: Multa, inquit, in hac vrbe temerè ſpera-
ta atque præſumpta, feliciſſimè prouentura ſunt. At verò Licinius Macer lib. 1 docet, con-
B tentionis illius pernicioſum exitum fuiſſe. namque ibidem obſiſtentes Remum & Fauſtu-
lum interfectos. Contra Egnatius lib. 1, in ea contentione non modo Remum non eſſe
occiſum, ſed etiam vlteriùs à Romulo vixiſſe tradit. Sed horum omnium opinionibus di-
uerſis repugnat noſtræ memoriæ proclamans hiſtoria Liuiana, quæ teſtatur quod auſpica-
to Romulus ex ſuo nomine Romam vocauit: cúmque muniret mœnibus, edixit, † ne quis
vallum tranſiliret: quod Remus irridens tranſiliuit, & à Celere centurione rutro, vel ra- 31
ſtro fertur occiſus.

C

IN COMMENT. DE ORIGINE VRBIS ROMÆ, ANDR. SCHOTTVS.

NON *dubito fore pleroſque qui hæc Aurelii Victoris eſſe negabunt, eius qui conciſe viros illuſtres; copioſius verò atque elegantius Auguſtos pertractauit. Stylus enim, non malus auctorum index, repugnare videtur.* D *Quoniam tamen in vet. codicem. ſ. eidem tribuuntur, quod Aurelii nomen & ἐπιγραφὴ, quàm in Prolegomenis poſui, libelli titulum præcederet, eadémque manu ſcripta omnia eſſent, & ante hiſtoriam Auguſtam*, Secunda pars Aurelij Victoris; *fidem meam liberare volui, & integrum, vt repperi, Victorem repræſentare. Illud fortè mouebit, quod initio T. Liuium vocet recentiorem; &*, noſtræ memoriæ proclamans hiſtoria, *inquit extremo. Atqui Conſtantii & Iuliani* E *æqualis Victor: qui aliquot ſeculis à Liuio abſunt. Dein quem Victorem Afrum nominet quæro an ſe ipſum, more Græcorum? vt Herodotus initio hiſtoriæ. Sed de his docti iudicabunt. Cuiuſcuius tamen eſt fragmentum, viſumeſt non indignum quod in manus hominũ veniret, propter & vett. qui interciderunt, auctorum reliquias hic inſperſas, & Annalium Pontificum fragmenta: quæ omnia temporis iniuria deperdita quotidianis penè conuitiis efflagitant homines eruditi. tum quia Virgilio illuſtrando erit: Quare cum illo, & cum Dionyſii Halicarn. & Liuii libro 1, diligens lector componet. Nihilo certè meliora ſunt quæ falſo Meſſallæ Coruini nomine circumferuntur de progenie Octauiani Auguſti, & Donati titulo, Vita Virgilii, Terentii, & de Comœdia Rhapſodiæ.*

1 Antiate] *P. Valerium fortè intelligit: quem neſcio quamobrem* Antiam, *non* Antiatem *cognominari voluit. Meminit illius C. Plinius in Præfat. Nat. hiſtor. (tametſi Turneb. aliud ſubiiciat) Liuius, ceteri. nam de patria Verrii Flacci, Antiáſne fuerit, mihi N. L.*

2 Marco Varrone] *Sic vetus lib. ſed ego* Licinio Macro *leg. putabam.*

3 Cælo & terra editos] *Qui illuſtre aliquod beneficium primo mortalium generi præſtitiſſent, vt Cererem repertis & frugibus & agricultura, ἀποθεώσει quadam homines illi conſecrarunt, cæ-lóque donarunt: quod inde originem traxiſſe, &*

tanquam numina cælo delapſa mortalium bono, ſtultè crederent, eorúmque parentes ignorarent, aut ex inopinato ipſi apparuiſſent: Tertull. Apologetico. Sed ne aliorum ſcrinia compilare videar, lege Eraſmi Chiliadas, & Cal. Rodig. lib. 20, cap. 28. Illud addam ex eodem Tertull. libro, Saturnum, *inquit*, quantum literæ docent, neque Diodorus Græcus (*ſic enim leg. alij docuerunt, non* Theodorus) aut Thallus neque Caſſius Seuerus aut Cornelius Nepos, neque vllũs commentator huiuſmodi Antiquitatum, aliud quam hominem promulgarunt. *Quod Minutius Felix in Octauio exſcripſit, & Lactantius lib. 1, cap. 13. Diuinar. Inſtitutionum, vt in fragmentis Cornelij Nepotis diximus.*

4 Nauiandi dicunt] *Aut deeſt vox, aut* nauiam *leg. qua de Feſtus Pompeius:* Nauia ex vno ligno exculpto, vt nauis, quo vtuntur alueo in vindemia. *Et Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 7. his gemina refert:* Ianus, *inquit*, quum Saturnum claſſe peruectum excepiſſet hoſpitio, & ab eo edoctus peritiam ruris, ferum illum & rudem ante fruges cognitas victum in melius redegiſſet, regni eum ſocietate munerauit. Quum primus quoque æra ſignaret, ſeruauit & in hoc Saturni reuerentiam, vt quoniam ille naui fuerat aduectus, ex vna quidem parte ſui capitis effigies, ex altera verò nauis exprimeretur, quo Saturni memoriam etiam in poſteros propagaret. Æs ita fuiſſe ſignatum, hodiéque intelligitur in aleæ luſu, quum pueri denarios in ſublime iactantes, capita aut nauiam, luſu teſte vetuſtatis, exclamant. *Sic enim in m. ſ. quatuor integrè legi, non* nauim, *teſtantur Pithœi fratres doctiſſimi. Hodiéque in vſu eſt ille luſus: Galli vocant* iouër à croix ou pile. *Ceterùm, deſignato ære primum à Iano, vel (vt alij) à Saturno, Athenæus libro 15. Plutarchus Problematis. Plinius lib. 33, cap. 3. Ouidius 1. Faſtor. & Lactantius libro 1. Diuinar. Inſtitut. De* quadrante Ratito. *M. Terent. Varro, lib. 4. de l. L. & Feſtus Pompeius.*

5 Græca ſcil. appellatione] ἀπὸ τοῦ ὄρεος, *à monte, quod montes ipſi incolerent. Dionyſ. Halicarn. libro 1, (11, 23.) Lege igitur*, quæ illi ὄρη vocant, *vel*, qui illis oras faciunt.

6 Verſibu' quos olim] *Laudat Cicero hæc Enniana:* ſcripſere alij rem, Verſibus, quos olim Fauni vatéſque canebant: Cùm neque Muſarum ſcopulos quiſquam ſuperarat, Nec dicti ſtudioſus erat. *in Bruto, Oratore, & lib. de Diuinatione, & Varro libro 6. de l. Lat.*

7 *Quod ſequitur*, Inuiuna deum, *corruptum pro* Inuum deum. *T. Liuius lib. 1.* Pana Romani poſt Inuum vocarunt. *& Seruius ad illud Virg. 6. Æneid.* Pometios Caſtrúmque Inui, Bolamque, Coramque: Inuus, *inquit*, Latinè appellatur, Græcè Πάν: item ἐφιάλτης Græcè, Latinè Incubus. Idem Faunus, item Fatuus, Fatuclis. Dicitur autem Inuus ab ineundo paſſim cum omnibus animalibus, vnde & Incubus dicitur. *Malè quoque in vulg. Seruij exemplus* Inus *pro* Inuus *excuſum.*

8 Euander Arcas] *Arcades ſe indigenas eſſe, non aduenas, gloriari ſolebant: eáque cauſſa lunulas in calceis geſtabant, antiquitatis inſignia, quòd ſe cum Luna natos iactarent, homines lunatici: Plut. ἐν αἰτίοις. Cicero pro Fundanio, quem Seruius in 2. Georg. teſtem aduocat:* Arcades ſe eſſe προσελήνους aſſerunt. *& Apollonius lib. 4. Argonautic.* Ἀρκάδες οἳ καὶ πρόσθε σεληναίης ὑδέονται. *Ouid. 1. Faſt.* Orta prior Luna (de ſe ſi creditur ipſi) A magno tellus Arcade nomen habet. Hinc fuit Euander, *cet.*

9 Recaranus quidam] *De Carano Heraclida, id eſt poſteritate Herculis, Alexandri Macedonis genere paterno, Liuius lib. 45. Plut. Alexandro, Solinus 15. cap. Polyhiſtoris, Iuſtin. libro 7. M. Velleius Paterculus libro 1. & Sudas. De Recarano verò nihil adhuc compertum habeo.*

10 Latronem quendam] *Virg. 8. Æn. nunc ſemiferum, nunc ſemihominem appellat, qui hîc legendus.*

11 Quam opinionem ſequi metuit] *Metuo ne & Harpyiarum vngues hunc locum contaminarint, quum prius* maluit *legeretur: rectè. nam Virgiliana lib. 8. Æn. verſu 193, cum iis quæ ex Annalibus Pontificum hic leguntur, gemina ſunt.*

12 Pinarios dictos] *Mirum vocis Potitiorum originem non attuliſſe. Dubitari enim poteſt an à potiendo, an à potando, ἀπὸ τοῦ ποτίζειν, dicti. Illa enim familia huic miniſtrare debebat. Vide Petrum Nannium Συμμίκτων lib. 5. & de Appio Claudio Liuium lib. 9 Val. Max. lib. 1. cap. 1. & Victorem noſtrum de viris illuſtr. cap. 34.*

13 At verò Lucatius] *Puto* Lutatius *per t leg. Nihil tamen affirmo. Hoc tantum, videri corruptum hoc nomen in Seruio, qui Liuium falſò citat autorem prodita patriæ ab Ænea & Antenore: quum ille diſertè in iis quæ vulgo extant libris affirmet, in neutrum vetuſto iure hoſpitij, & quia pacis, reddendæque Helenæ ſemper autores fuerant, ſæuitum. Ea enim librariorum audacia ſemper fuit, vt quæ ipſi ignorarent, in notiora peruerterent, vt* Lutatium *in* Liuium, *quod de illo ne fando quidem audiuiſſent.*

14 Cui Iulo cognomen] *Liuium & Virg. ſequutus, eũdem Aſcanium & Iulum fuiſſe dicit. Sic enim Poeta*: Aſcaniúſque puer, cui nunc cognomen Iulo. *Ouidius quoque binominem vocat Aſcanium, Dionyſius tamen, Euſebius, alij, rectiùs Iulũ Aſcanij filium faciunt. Malè Liuius Syluium Aſcanij filium appellat, quum eſſet Æneæ poſtuma proles, vt Virgil. 6. Æn. ait, & Seruius. Infra tamen Victor, tanquam ſui oblitus, Iulũ Aſcanij filium nominat.* A

15 Scrofam incientem] *Sic emendaui, pro* partui vicinam. *in vet. cod.* intimẽtem. *vnde* enitentem *primò diuinaram. Sed Feſtus Põpeius li. de verb. ſign. 7. extremo, nos manu duxit.* GRAVIDA eſt, *inquit*, quę iam grauatur conceptu: PRÆGNANS, velut occupata in generãdo quod cũceperit: INCIENS, propinqua partui, quòd incitatus ſit fœtus eius.

16 Suem xxx. porculos] *Libet elegans Caßij fragmentũ è Diomede 1. Grãm. proferre.* B CRVNDILES LARES à Grundio antiquo verbo dictos accepimus, quos Romulus conſtituiſſe dicitur in honorem ſcrofę quę xxx. pepererat porcos. Hoc ita eſſe affirmat Caſſius hiſtor. 2. Paſtorum vulgus ſine contentione conſentiendo pręfecerant ęqualiter imperio Remum & Romulum, ita vt de regno pares inter ſe eſſent. monſtrũ fit: ſus parit porcos xxx. cui rei fecerunt Laribus grundiles. *Vide & Nonium Marcell.* C Grundire.

17 Amatam Latini regis] *Sic & virgo Veſtalis à Pont. maximo capta appellari ſolet, quoniam quæ prima capta eſt, hoc nomine fuiſſe traditum eſt. Agellius lib. 1, cap. 12. Noct. Attic.*

18 Mezentij regis Agyllæorũ] *Liuius*: Ad Mezentium Etruſcorum regẽ confugiunt, qui Cære opulento tũ oppido imperitans, *cet. Vrbs enim eadẽ* Agylla *à Catone &* Cęre, *facta voce de χαῖρε, appellabatur, teſte Seruio* D *in 8. Æn. qui hiſtoriam narrat, vt & Strabo. Hinc* Cæritũ tabulæ, *de quibus Agellius lib. 16, cap. 13. & Aſcon. in Diuinat. Vnde colligere eſt, aut aliter olim diphthongum* ai *pronũtiari ſolitam, aut non rectè hodie Græca lingua pronuntiationem reſtitui, vt litteræ quæ ſcribuntur, eadem omnes clarè diſtinctéque efferantur: quod tamen probo. non rectè enim* αι *cum* ε *ſono confunditur.*

19 Circa Numici flu.] Numicij *ſcrib. hîc & poſt paulò videtur. Numicius enim à Plinio li. 3, cap. 5. & Ouid. Met. 14. fluuius ille vocatur: ab Halic.* ποταμὸς Νομίκιος, *(52, 16.) cuius mediam ſyllabam* mi *Har. Epiſt. 18. præter grãm. legẽ corripuit, quam alibi idẽ extendit,* Brundiſium Numici melius via ducat an Appi.

20 Præſtinguerentur] *Malo quàm* perſtringerentur *tametſi hanc vocẽ cum illa frequenter ſcioli commutarint. Proprietatis credo ignoratione exſulauit hactenus, nunc à variis in veterẽ poſſeſsionẽ ex Aſconio reſtituta. Lucr.* Præſtrinxit ſtellas exortus vti ætherius Sol.

21 Patrem Indigetem] *Qui* Indigetes dij *dicantur, Seruius in 12 Æn. & Sex. Pompeius.*

22 Lucius Cæſar] *Poſt paulò* Caius Cæſar, *& inf.* Iulius *nominatur. Quare vereor vt rectè habeat ſcripta lectio, legẽdúmque ſit* Iulius Cęſar. *Certè procliuis error, traductis nonnihil literis penè iiſdem. Et verò C. Iulium Cæſarem Auguralium libros ſcripſiſſe, inter doctos conuenit, laudatos à Priſc. lib 6. & 8. Gramm. Auſpiciorum ſextumdecimum, Macrob. 1, Saturn. citat, & Pontificalium libros autor noſter: ſuprà quos, licet non nominet, perpetuò citari puto.*

23 Coloniæ deductæ] *qui* Priſci Latini *dicti ſunt, inquit Liuius. De Præneſte & Pometia, dixi in Notis Illuſtrium.*

24 Fratris ſui filium] Ægeſtum *Halicarn. (62, 7.) Plutarch.* Ænitum *in Parall. num. 69. Eutrop.* Sergeſtũ *appellat: alij etiam* Lauſum.

26 Necati ſacerd. iuſſit] *Quidam viuam humi defoſſam aiunt, vt Veſtales delinquentes ſolent. Vide Plutarch. Problem. 96.*

26 Impoſitos alueo pueros] *Liuius fluitante alueo expoſitos pueros dicit, quem pro nauigio rudi capit Giraldus. nam Plutarch. in Romulo ſcapham vocat.*

27 Accę Larentiæ] *In m. ſ. conſtanter* Accelerantiæ. *emendaui* Accę Larentiæ, *tranſpoſitis literis, quod propius abeſt à ſcripta lectione quam quod in vulg. fere* Accæ Laurentiæ.

28 Ruminalem dictam] *Huius fici meminit Corn. Tacitus 13. Annali extremo. De Lupa, eadem in Euſebij chronicis leguntur.*

29 Eáque in centenos hom.] *Contrà Liuius*: Non cum globo iuuenum, (nec enim erat ad vim apertam par) ſed aliis alio itinere iuſſis certo tempore ad regiam venire paſtoribus. *cet.*

30 Remuriam appellaret] *Ennius apud Cic. 1. de Diuinat.* Certabãt vrbem Romam Remurámne vocarent: Omnes cura viris vter eſſet induperator.

31 Ne quis vallum tranſiliret] *Liuij verba ſunt*: Vulgatior fama eſt, ludibrio fratris Remum nouos tranſiluiſſe muros: inde ab irato Romulo interfectũ. *quomodo meliùs* E *legi quàm* tranſiliuiſſe, *Diomedes 1. Gramm. admonuit. Muros tamẽ nõ rectè appellat, quum Tarquinius Priſcus, primus vrbem muro lapideo cinxerit: niſi muri fundamentum & deſignationem aratra factam intelligas. Illud non prætermittendũ, primũ Virorũ illuſtrium caput de Proca, in m. ſ. affuiſſe: ſequebatur enim perpetua ſerie,* Romulus aſylũ conuenis. *nã vulgata edit. illa de origine vrbis, hinc cõcinnata.*

LEGES REGIAE, ET LEGES DECEMVIRALES, IVSTI LIPSII OPERA ſtudioſè collectæ.

DE REGIIS LEGIBVS, ET QVI REGES quas tulerunt.

IVS omne, Publicum aut Priuatum eſt. Publicum, Diuinum, aut Humanum. Diuinum, quod ad ſacra & ſacerdotes pertinet: Humanum, quod ad magiſtratus, & publicam adminiſtrationem. Ex his Romulus rex, Humanum præcipuè: Numa, Diuinum conſtituit. Et publico quidem iuri pauca aut reges ceteri aut Xviri addiderunt. Supererat priuatum: quod in Naturale, Gentium, & Ciuile tribuitur. Naturæ ius Romuli ferè leges præferunt: Numa, Gentium addidit. Romulus de educatione liberorum, de matrimoniis, de parentum iure ſanxit: Numa, de homicidiis, de bonæ fidei contractibus, de ſepultura quædam tulit. Iuris Ciuilis præcipuus auctor Seruius Tullius, qui auctore Dionyſio, de Contractibus & Iniuriis quinquaginta leges rogauit: item de fœnore, de nexis, ære alieno, & alia, quæ complura in ſuas tabulas Xviri tranſtulerunt. Non aliena ab hac origine iuris Ariſtotelis diuiſio eſt Iuſtitiæ particularis in Διανεμητικὴν, ſiue Diſtributiuam: & ἀλλακτικὴν, ſiue Commutatiuam. Priorem illam iuſtitiam Romulus maximè, & ex parte Numa: poſteriorem, ceteri ſpectarunt. Romuli leges, quarum verba ipſa perierunt, ſententia ex antiquis præcipuè Dionyſio, colliguntur, ſic concipi poſſunt:

1 *Deos patrios colunto: externas ſuperſtitiones aut fabulas ne admiſcento.*
2 *Ne quid inauſpicato publicè gerunto.*
3 *Nocturna ſacrificia, peruigiliáque amouentor.*
4 *Rex ſacrorum præſes, legum cuſtos eſto: iudicia exerceto: belli imperium habeto.*
5 *Patres ſacerdotia & magiſtratus capiunto: plebeiis patroni ſunto.*
6 *Populi ſuffragia ſunto: magiſtratus creanto: leges ſciſcunto: pacem bellúmque iubento.*
7 *Mœnia ſancta exiſtimantor.*
8 *Vxor farreatione viro iuncta, in ſacra & bona eius venito: ius deuortendi ne eſto.*
9 *Si ſtuprum commiſit, aliúdve quid peccaſſit, maritus iudex & vindex eſto: déque eo cum cognatis cognoſcito.*
10 *Temetum mulier ne bibito.*
11 *Quod natum erit, parentes tollunto: monſtroſos tamen partus ſe fraude exponi fas eſto.*
12 *In liberos ſuprema patrum auctoritas eſto: venum dare, occidere liceto.*

VERBA IPSA LEGVM.

13 Si pater filiom ter venumduit, filius à patre liber eſto.
14 Sei puer parenteis verberit, aſt oloe ploraſſint, puer diueis parentum ſacer eſto: Sei nurus, ſacra diueis parentum eſto.
15 Patronus ſi clienti fraudem faxſit, ſacer eſto.
16 Duumuiri perduellionem iudicent: ſi aduumuiris prouocarit, prouocatione certato. Si vincent, caput obnubito, arbori infelici ſuſpendito: verberato vel intra pomœrium, vel extra pomœrium.

NVMÆ POMPILII LEGES.

Numa, ait Dionyſius, Romuli leges firmauit, nouas ipſe de ritibus & miniſtris ſacrorum adiunxit. Curiones, Flamines, Augures, Veſtales, Salios, Fetiales, Pontifices inſtituit. Legum aliquot verba hæc reperiuntur.

1 Dis

1 Dis ex imputata vite ne libanto.
2 Vino rogum ne reſpergito.
3 Piſceis quei ſquamoſi nō ſunt, nei polluceto: ſquamoſos omneis præter ſcarũ polluceto.
4 Quoius auſpicio, claſſe procincta, opeima ſpolia capiuntur, Ioui Feretrio bouẽ cædito. Quei cepit, aeris ducenta darier oporteto.
Secunda ſpolia, in Martis aram in campo ſolitaurilia vtra voluerit cædito.
Tertia ſpolia Iano Quirino agnum marem caedito. centum qui ceperit ex aere dato.
5 Qui terminum exaraſſit, ipſus & boues ſacrei ſunto.
6 Si quis hominem liberom dolo ſciens morti duit, paricida eſto: ſi imprudens, tum in cōcione pro capite occiſi & natis eius arietem offerto.
7 Pellex * aram Iunonis ne tagito: ſi tagit, Iunoni crinibus demiſſis agnũ fœminã cædito. *alias ædem.
8 Sei hominem fulmin Iouis occiſit, ne ſupra genua tollito.
Homo ſi fulmine occiſus eſit, ei iuſta nulla fieri oporteto.

Sensa legvm ista.

9 *Deus fruge & mola ſalſa ſupplicanto.*
10 *In contractibus Fides ſeruator fidei numen omnes metuunto.*
11 *Si filiusfamilias vxorem duxit, patri vendundi eius ne vltra ius eſto.*
12 *Mulierem, ſi prægnas mortua fuat, niſi exciſo partu, ne humato. qui ſecus faxit, quaſi ſpem animantis peremerit, ita eſto.*

Tvlli Hostillii.

1 *Nati trigemini, donicum puberes eſunt, de publico aluntor.*

De Xvirorvm legibvs qvando et qvomodo scriptæ.

Regiæ leges partim ſcriptæ, partim inſcriptæ, ad vſque Tarquinii Superbi tempora valuerunt. Primus ille & Seruii leges omnes abrogauit, & priorum regum pleraſque contempſit, ad vim omnia referẽs & libidinem dominandi. Tarquinio vero pulſo, à Bruto, & Valerio COSS *. reuocatas iterum Seruianas aliaſque leges, Dionyſius adfirmat. Quaſdã & ipſi* COSS. *& poſtea Tribuni addiderunt tuendæ libertatis, vt ſunt Valeriæ, Sacratæ Icilia leges. Sed hæ omnes ius publicum ſpectabant. & priuato iuri nulla facta acceſsio ante leges X virales. A. V.* C.CCXCII, *promulgata à Tribunis lex Terentia eſt de Quinqueuiris, vt Liuius: vel Decemuiris, vt Dionyſius, Legum Scrib. creandis eáque lex plebi volenti fuit. Nam ad id tempus loco regum* COSS. *ius dicebant: Conſules autem ex patribus erant. Itaque in diſſenſu ordinum, cum Patres occaſione iuris præcipuè vterentur ad præmendam plebem: nec plebeio cōtra patricium ius vllum æquum eſſet: omnibus concionibus iactata & flagitata lex Terentia eſt, Reſtitere tamen ſeptem annos ipſos, patres. Fracti demum conceſſere: miſsiq; legati in Græciam ad Solonis inclytas leges aliarúmque ciuitatum inſtituta moréſque naſcendos: addit Dionyſius, etiam in Græcanicas Italiæ ciuitates. Biennium plus minus legati abfuerunt, reuerſi ſunt A.V.* CCCI, *ſtatimque plebs peruicit vt ſcrbendarum legum initium fieret. Patres tenuerunt vt Xuiri è patriciis tantum crearentur. Creati Ap. Claudius, T. Genutius, P. Sextius, Sp. Veturius, C. Iulius, A. Manlius, Ser. Sulpicius, P. Curiatius, T. Romulius, Sp. Poſtumius: omnes conſulares. Inierunt magiſtratum ſine prouocatione A.V.* CCCII. *finéque anni propoſitæ decem tabulæ: duæ reliquæ ſequenti anno additæ In Græcis interpretandis vſi opera ſunt Hermodori Epheſii philoſophi Tabulas vocari placuit exemplo Athenienſium, qui Solonis leges dixerunt* ἄξονας, *tabulis ligneis inciſas; quamuis iſtas æreas fuiſſe conſtet, diſſentiente Pomponio. Perlatæ ſunt comitiis centuriatis fixæ in foro ad Curiam Hoſtiliam: manſerúntque, quamuis poſt varia incẽdia vrbis, vltra Septimi Seueri Imp. tempora De diuiſione tabularum ex Fragmentis difficile iudicium eſt. Modo tamen & ordine ſcriptas fuiſſe, non eſt dubium, Leges Regiæ & Solonis, decem primas tabulas occupaſſe videntur: duæ poſtremæ, de ſacris fuerunt: eáſque à Faliſcis petitas Seruius eſt auctor. Certe leges Regiæ ex* I, II, *&* III *tabula à Feſto citantur. Lex Romuli de vendendis filiis à Dionyſio in quarta ponitur. Fragmenta quæ ſuperſunt, hæc ſunt:*

1 Iuſſus populi & ſuffragia ſunto. Quodcũque poſtremũ populus iuſſit, id ius ratũque eſto.
2 Priuilegia ne irroganto.
3 De capite ciuis, niſi per maximum comitiatum, ne ferunto.
4 Forti ſanatíque idem ius eſto.
5 *Qui hoſtem concitauerit, quive ciuem hoſti tradiderit, quive cœtus nocturnos agitauerit, capital eſto.*

6 *Sodalitates & collegia ſunto: aſt ne in publicas leges commodáve peccanto.*

7 Qui fruges excantaſſit, Cereri ſacer eſto.

8 Qui frugem aratro quæſitam pauit ſecuitue, pubes Cereri ſacrator: impubes, prætoris arbitratu verberator, noxámue duplionémue præſtato.

9 *Si in alieno pecus pauerit, actio eſto.*

10 *Qui iniuria arbores alienas ceciderit, in ſingulas* XXV *æris luito.*

11 *Arboris impendentis ramos* XV *pedes à terra circumcidere ius eſto.*

12 Paterfamilias vti legaſſit ſuper pecunia tuteláue ſuæ rei, ita ius eſto.

13 Si inteſtatus moritur cui ſuus heres nec eſcit, agnatus proximus familiã habeto: ſi agnatus nec eſcit, gentiles familiam herciſcunto.

14 Si furioſus eſſe incipit, agnatorum gentiliúmque in eſt pecuniâque eius poteſtas eſto.

15 Hominem mortuum, in vrbe ne ſepelito néue vrito.

16 Hoc plus ne facito: rogum aſcia ne polito.

17 Mulieres genas ne radunto, néue leſſum funeris ergô habento.

18 Homini mortuo ne oſſa legito, quò poſt funus faciat: niſi belli peregréue mortuo.

19 Qui coronam parit, ipſe pecuniáue eius, virtutis cauſa arduitor.

20 Néue aurum addito.

21 Quoi auro dentes vincti eſunt, aſtim cum ollo ſepelire vreréue ſe fraude eſto.

22 *Seruilis vnctura tollitor, omniſque circumpotatio.*

23 *Rogum buſtumve nouum propius* LX *pedes, alienas ædes ne adiicito.*

24 *Forum buſtúmue ne vſucapito.*

25 Si in ius vocet, atque eat.

26 Si morbus aeuitáſue vitium eſcit, qui in ius vocaſſit, iumentum dato: ſi volet arceram, ne ſternito.

27 Siquid horum fuit vitium iudici, arbitróue, reóue, dies diffeiſus eſto.

28 Si vis vocationi fuat, teſtamini: igitur em capito.

29 Si caluitur pedémue ſtruit, manum endoiacito.

30 Siquei in iure manum conſerunt, vtrique ſuperſtitibus præſentibus vindicias ſumunto.

31 Si vindiciam falſam tulit, rei ſiue litis arbitros tres dato. eorum arbitriis fructus duplione damnum deciditor.

32 Rem vbei pagunt, oranto. nei pagũt, ante meridiem in foro aut in comitio cauſam coniiciunto. poſt meridiem præſente ambobus litem addicito. ſol occaſus ſuprema tẽpeſtas eſto.

33 Æris confeſſi, rebúſque iure iudicatis, triginta dies iuſti ſunto: poſtidea manus endoiectio eſto: in ius ducito: nei iudicatum facit, aut quips endo iure em vindicit, ſecum ducito, vincito aut neruo aut compedibus quindecim pondo, ne maiore: aut ſi volet, minore vincito. ſi volet, ſuo viuito: in ſuo viuit, qui em vinctum habebit, libras farris endo dies dato: ſi volet, plus dato.

34 Tertiis nundinis partes ſecanto: ſi plus minúſue ſecuerint, ſe fraude eſto.

35 Aſſiduo vindex aſſiduus eſto: proletario quiuis volet vindex eſto.

36 Qui ſe ſierit teſtarier, libripénſue fuerit, ni teſtimonium fariatur, improbus inteſtabiliſque eſto.

37 Cui teſtimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum obuagulatum ito.

38 *Qui falſum teſtimonium dixerit, ſaxo Tarpeio deiicitor.*

39 *Si iudex arbitérve ob rem iudicandam, pecuniam acceperit, capital eſto.*

40 *Qui malum carmen incantaſſit, Cereri ſacer eſto.*

41 Qui iniuriam alteri faxit, XXV æris pœnæ ſunto.

42 Si quis carmen occentaſſit, actitaſſit, condidiſſit, quod alteri flagitium faxit, capital eſto.

43 Si membrum rupſit, ni cum eo pacit, talio eſto.

44 Si nox furtum faxit, & im aliquips occiſit, iure cæſus eſto.

45 *Interdiu ſi ſe telo defenderit, iure cæſus eſto.*

46 Si adorat furto quod nec manifeſtum erit, duplicem luito.

47 *Furta per lancem liciúmque concepto, quaſi manifeſta vindicantor.*

48 *De furto paciſci liceto.*

49 Tignom iunctom ædibus vineæque concapes ne ſoluito.

50 Furtiuæ rei æterna auctoritas eſto.

51 Vſus, auctoritas fundi, biennium eſto.

52 Aduerſus hoſtem æterna auctoritas eſto.

53 Qui nexum faciet mancipiúmque, vti lingua nuncupaſſit, ita ius eſto.

54 *Vin-*

54 *Vindiciæ ſecundum libertatem dantor.*
55 *Nequis vnciario fœnore plus exerceto.*
56 *Patricii cum plebeius connubia ne iungunto.*
57 *Via in porrectum* VIII *p.in amphractum* XVI *p.lata eſto.*
58 *In finibus intra* V *pedes vſucapio ne eſto.*

VARIORVM AVCTORVM NOTÆ.

II & III *legis verba ſic leguntur apud Ciceronem lib.3. De legibus*, Priuilegia ne inroganto. De capite ciuis, niſi per maximum comitiatum, illóſque quos cenſores in partibus populi locaſſint, ne ferunto. *Ant. Auguſtin. De legib. pag.* 155, *edit. Pariſ.*

VII *legis initium ſic citat Fuln. Vrſ. Not. pag.* 20. Qui alienas fruces excantaſit. *Idem addit. ibidem & hoc fragmentum*: Néue alienam ſecetem pelexeris. *Eodem pertinet hoc fragm.* Qui malum carmen incantaſit.

XII *legis verba ſic referuntur in Nouella* XXII, Vti legaſſit quiſque de ſua re, ita ius eſto. *Apud Cic. lib. 2. de Inuentione ſic*, Paterfamilias vti ſuper familia pecuniáque ſua legauerit, ita ius eſto. *Ant. Aug.* 168. & 169.

XIII *legis initium, lib. 1. Rhetor. ad Herenn ſic legitur*, Si furioſus exiſtet: *vt teſtatur idem Ant. Auguſt. pag.* 161.

XIX *legis verba ſic leguntur apud Plin. lib.* 21, *c.* 3. Qui coronam parit, ipſe pecuniáve eius virtutis ergo arguitur.

XXVI *legis verba ſic leguntur apud Gell. lib.* 20, *c.* 1. Si morbus æuitáſve vitium exſtitit, qui in ius vocabit, iumentum dato. ſi nolet, arceram ne ſternito. *Ant. Aug.* 182.

XXXIII *legis verba ſic leguntur apud Gell. lib.* 17, *c.* 2. Ante meridiem cauſam conicito, cùm perorant ambo praeſentes. poſt meridiem praeſenti litem addicito. ſi ambo praeſentes, ſol occaſus ſuprema tempeſtas eſto. *Ant. Aug.* 182.

XXXVI *legis verba Ant. Auguſtinus* 196. *ſic ſcribenda putat*, Qui ſe ſierit anteſtarier, libripénſue fuerit, ni teſtimonium fateatur, improbus inteſtabiliſque eſto.

In lege XLIII, Pacit *legitur etiam apud Gell. lib.* 20, *ca.* 1. *at ſupra, lege* XXXII, Rem vbi pagunt *itidémque lib. 2. Rhet. ad Herenn.*

XLIIII *legis verba ſic legũtur apud Macrob. lib. 1. Saturn. c.* 4. Si nox furtum factum ſit, ſi im aliquis occiſit, iure caeſus eſto. *Ant. Aug.* 176.

L *lege: apud Gell. lib.* 17, *cap.* 7, *legis veteris Atiniæ hæc verba ſunt*: Quod ſubreptum erit, eius rei aeterna auctoritas eſto. *Ant. Aug.* 163.

Hac appendice librum claudere ſtatueram, lector. Sed cùm animaduerterem Fuluium Vrſinum in Notis ſuis ad Antonium Auguſtum De Legibus & Senatuſconſultis, priſcas illas regũ ac decemuirorum leges tum antiquiore tum pleniore ſtilo exaraſſe: viſum eſt eas quoq; ex Notis illius excerptas hic adiicere, cum aliis nõnullis legibus, ſenatuſconſultis, plebiſcitis, ſanctionibus: quæ vel ad Dionyſii noſtri, vel ad aliorum eius temporis hiſtoricorum illuſtrationem conducere viderentur. In earum exaratione diligenter Vrſini veſtigia ſecuti ſumus: niſi quod pro grandioribus litteris minores adhibuimus, & omiſſis punctis inter ſingulas voces priſco more interiectis, alias ſuo quáſque loco diſtinctiones poſuimus.

Porro vt de vetere ſcriptura hic pauca præmoneam, differt ea ab recentiore, quæ hodie in vſu eſt, vel quantitate, vel qualitate, vel vtroque. Quantitas, in additione cernitur, vel detractione.

Additio, aut vocalis eſt, aut conſonantis. Vocalis additio, eſt in diphthongis ei & ou. *ſic enim* Eidem ious *ſcripſere pro Idem ius Sic* Leitem, Leimites, Meilitiae, Opeima, Inueito, *pro Litem, Limites Militia, Opima, Inuito. Sic* Eito, Deixi, Sceierit, *pro Ito, Dixi, Scierit. Item*, Quei, Sei, Nei, *pro Qui, Si, Ni.* (Nei *tamen etiam pro Ne vſurparunt interdum, & quidem non raro) Sic* Vtei, Vbei, Ibei, *pro Vti, Vbi, Ibi. Eandem diphthongum vſurparunt in genitiuis ſingularibus vt* Dolei malei, *pro Doli mali. Item in nominatiuis pluralibus: vt* Iei, Treuirei, Decumanei, *pro Ii, Treuiri, Decumani. Item in datiuis & ablatiuis pluralibus: vt* Ieis, Tertieis, Ricinieis, *pro Iis, Tertiis, Riciniis. Præterea in datiuis ſingularibus tertiæ declinationis: vt* Mortei, Clientei, *pro Morti, Clienti. item* Alterei, Sibei, *pro Alteri, Sibi. Et frequentiſſimè in nominatiuis atque accuſatiuis pluralibus: vt* Omneis ceiueis, *pro Omnes ciues. O vero ad V adiecta tum alia ſunt exempla, tum hæc:* Ious, Iouſta, Ioudicare *pro Ius, Iuſta, Iudicare. item* Souo, Louci, Doucito, *pro Suo, Luci, Ducito. In quibuſdam vtramque diphthongum coniunxerunt: vt* Soueis, Ioudicei *pro Suis, Iudici. In nonnullis u geminum vſurparunt pro o n ſeu u: vt* Pluus, Secuus, *pro Plus, Secus. Sic* Comitiatuu, Arbitratuu, *pro Comitiatu, Arbitratu. Interdum o poſt u interſeruerunt: vt* Quoicuomque, *pro Quicumque. Conſonantes quoque interſeruerunt: vt* Quotiens, Quotiens cuumque, *pro Quoties*

Quotieſcumque. Sic Exſigunto, Exſercere, pro Exigunto, Exercere. Item Quips, Aliquips, pro Quis, Aliquis. In Iouxſta verò pro Iuxta, gemina eſt inſertio, vocalis o & conſonantis ſ. In quibuſdam integram ſyllabam interſeruere: vt in Poſtidea, Indoteſtato, pro Poſtea, Inteſtato. Eius generis etiam Æuiras videri alicui poſſit. ſed habet illud legitimam ab æuo deriuationem: in Ætas verò, quod poſt vſurpari cœpit, facta eſt contractio. Quibuſdam à fronte conſonantes adiecere: vt Stlis, pro Lis. Nonnullis in fine: vt Ead, Tuod, Plebed, Frauded, pro Ea, Tuo, Plebe, Fraude. Sic in verbis Datod, Remouetod, Luitod, Sumitod, Eſtod, pro Dato, Remoueto, Luito, Sumito, Eſto. In Exſercetod autem geminata eſt additio, ſemiuocalis ſ, & mutæ d. Sic in Leiberrated additio eſt vocalis e, & conſonantis d.

Detractio & ipſa vocalis eſt, aut conſonæ. Vocalis detractio eſt in monophthongis illis Fenus, Femina, pro Fœnus, Fœmina. Sic Heres pro Hæres. quamquam eam vocem non ab hærendo, ſed ab hero deductam malunt eruditiores. Detractio etiam quibuſdam videtur eſſe in verbis iſtis, Adicito, Eicito, Deicitor, Conicere, Subicere, pro Adiicito, Eiicito, Deiicitor, Coniicere, Subiicere. Quod ſi ita eſt, eadem ratione ſimplex Icere contractum erit ex Iacere. Sic certè Dis contractum ex Diis. E conſonantibus etiam quæ nunc geminari ſolent, omittebant alteram: vt Oſa, Claſe, pro Oſſa, Claſſe. Item Aceras, Conubia, pro Acerras, Connubia: Pelex, Tolito, Poluceto, pro Pellex, Tollito, Polluceto.

Qualitas in commutatione potiſſimum cernitur. Ea quoque vocalis eſt, aut conſonantis. Vocalis, vt e pro i. Sic enim Leber, Addecito, ſcripſerunt pro Liber, Addicito. Item u pro i: vt Æſtumara pro Æſtimata. Sic Optumus pro Optimus. Eadem ratione Poſtumum quoque pro Poſtimum ſeu Poſtremum à veteribus dictum volunt eruditi: vt ſignificet non tam eum qui poſt inhumatum patrem eſt editus, quam eum qui poſtremus patri ſeu viuo ſeu mortuo natus eſt. Item u pro y: vt Æguprus po Ægyptus quemadmodum Mus quoque & Sus, & huius generis alia, ſunt ex Græcis, μῦς, σῦς Frequentius o pro u: vt Totela, Porporea, pro Tutela, Purpurea. Sic Oſocapitor pro Vſucapitor. Item Soper, Quomque, pro Super, Quumque. Sic in nominum finibus, Patronos, Seruos, pro Patronus, Seruus: Vitiom, Manom, pro Vitium, Manum. Necnon in verborum finibus: Conſeront, Moritor, pro Conſerunt, Moritur. In nonnullis geminatur hæc mutatio, vt Piacolom, Fortom, Foratos, pro Piaculum, Furtum, Furatus. In quibuſdam hæc cum ſuperiore coniungitur: vt Leberom, pro Liberum. Sic Ædebos, Compedebos, Noctebos, Parrebos, Tibicinebos, Soperſtetebos, pro Ædibus, Compedibus, Noctibus, Patribus, Tibicinibus, Superſtitibus. Interdum diphthongo O E & O I pro V longo vſi ſunt: vt Oetier, Oeſocapio Oeſorpatom, pro Vti, Vſucapio, Vſurpatum. Sic Coeratores pro Curatores. Oi pro V poſitum in Oitier, Oitile, & conſimilibus. Sic Moinicipium dixerunt pro Municipium. Conſonantes quoque non paucas inter ſe commutarunt. C pro G frequenti in vſu fuit. Sic enim Cenas dixerunt pro Genas. Sic Frucem, Lece, pro Faugem, Lege. itidémque Lecere, Rocato, pro Legere, Rogato. D pro L poſuere. cùm Dingua dixere pro Lingua. Sic Fedetrio pro Peretrio. F pro B vſurparunt ſequente vau: vt Afvirod, pro Abviro. Q pro C, vt Pequnia pro pecunia. S pro R: vt Aſa, Neſuo, Caſmen, pro Ara, Neruo, Carmen. Sic in nominum flexionibus, Maioſe, Minoſe, Arboſes, Pluſa, pro Maiore, Minore, Arbores, Plura. ſic Fœnoſe vnciaſio, pro Fœnore vnciario. item in verborum flexionibus: Araſir, Vocaſit, Secneſit. pro Ararit, Vocarit, Secuerit. T pro D: vt Quit pro Quid. In compoſitis finalem præpoſitionis conſonantem plerumque retinuerunt: vt Conlegium, Inprobus, Adſignare, Adrribuere. Interdum tamen etiam mutarunt: vt Opſepito, Opturaro, Optinere. In quibuſdam geminata eſt commutatio: altera, conſonantis, altera, vocalis: vt Rocom, Flacitiom, Prodicos, pro Rogum, Flagitium, Prodigus. Sic Acrom, Acnom, Ticnom, pro Agrum, Agnum, Tignum. Item Fidios pro Filius: Ofuagolatom, pro Obuagulatum: Poplicom pro Publicum: Quoi pro Cui: Auſom pro Aurum. Sic Capiumtor pro Capiuntur. In quibuſdam duarum vocalium & vnius conſonantis facta mutatio: vt Centileom, Aruorſom ſeu Aſuorſom, Pluſebos, pro Gentilium, Aduerſum, Pluribus. In nonnullis gemina conſonantis mutatio eſt, vt Arcueſit pro Arguerit.

Interdum quantitatis metaplaſmos coniunxerunt, additionem ſcilicet & detractionem: vt Iouſus, Iouſit, pro Iuſſus, Iuſſit. Sic Poplei, Confeſei, Demiſeis, pro Populi, Confeſſi, Demiſſis. Interdum ad quantitatis metaplaſmum adiunxerunt metaplaſmum qualitatis: vt cum vnum idémque vocabulum additione & commutatione transſformarunt. Sic enim Deicundo, Addeictos, vſurpata pro Dicẽdo, Addictus. Sic Maxſumo, Proxſumos, Fouſioſos, pro Maximo, Proximus, Furioſus. His adde Endo, Entera, Sopera, Contrinoeis, pro In, Intra, Supra, Continuis: in quibus commutatio præcedit, additio ſequitur. Detractionem quoque & commutationem quandóque copularunt: idque commutatione interdũ ſequẽte: vt Adecito, Poplos, Praeſetebos, pro Addicito, Populus, Præſentibus. Interdum præcedente: vt Sobicito pro Subiicito. Sic Olo pro Illo. Item Faſis pro Farris. In quibuſdam triplicatus eſt metaplaſmus: vt Pupilei, praeſered, pro Pupilli, Præſentibus.

In nominum flexionibus præter ſuperiora notabilem mutationem habent Folminis, Ipſos, im, pro Fulmen,

Fulmen,ipſe,Eum.Sic Oloe *pro Illi.*

In verbis quoque varii præter ſupradictos metaplaſmi à veteribus facti ſunt:vt in verbo ſubſtantiuo Eſcit *&* Eſcunt,*pro Erit & Erunt.itémque* Siet,Sient,*pro Sit,Sint,& in futuro perfecto* Fuat *pro Fuerit. Eiuſdem futuri perfecti magna in aliis quoque verbis eſt varietas: vt* Vindicit, Verberit,Prohibeſit,Occiſit,*pro Vindicarit,Verberarit,Prohibuerit,Occiderit. item* Tagit *pro Tetigerit:* Pacit *&* Pacont,*pro Pegigerit & Pepigerint:*Faxſit,Rupſit,*pro Fecerit,Ruperit:* Paret, Cepet,*pro Pararit,Ceperit:*Miſeit,Vixeit.*pro Miſerit,Vixerit. Item,*Duit,Adduit,Conduit,Tranſduit *pro Dederit,Addiderit,Condiderit,Tradiderit. In paſſiua etiam forma* Turbaſſitur *pro turbatum fuerit:*Fariator,Nancitor,*pro Fari velit,Nactus fuerit.Item* Darier, Leibarier,*pro Dari, Libari. Sic* Oetier *&* Oitier *pro Vti.*

In coniunctis vocibus facta interdum ſeparatio: vt En do,In do,In du *pro Endo,Indo,Indu. Sic* Indo teſtato *pro Inteſtato:*Endo ponito,Endo iacito,Endo manos iactio,*pro Imponito, Inijcito, Manus iniectio.Item* Queicuomque,*pro Quicumque:& conſimilia, Contra interdum coniunguntur quæ alioqui ſeparari ſolent:vt* Statoleberom *pro Statu liberum.*

Hæc ſunt de quibus te præmonendum putaui, lector,quæ cum memoria retineri minus facile poſſint,indicem alphabetico ordine in fine attexere libuit,& in eo tum ſuperiorum nonnulla tum alia quæ vel analoga his ſunt, vel breuibus præceptis comprehendi nequeunt,exponere. Interea in ipſa legum verba ex Vrſini editione deinceps, cognoſce.

Hi numeri Liphanæ editionis ordinem indicant. 27 xii tab.

Leges Nvmæ Pompili.

1 Sei quid horum fuit vnum ioudicei arbitróue,reóue,dies diffenſos eſtod. *Fuluius Vrſinus pag.4.hanc legem ſic legendam putat:* Sei quoi horum fuat vitiom,ioudicei,arbitróue,reóue,dies diffenſos eſtod.

2 Quo ius auſpicio claſe procincta opeima ſpolia capiuntor,Iouei Feretrio bouẽ caedito. Quei cepet,aeris c c c darier oporteto. 4

Secunda ſpolia in du Martis aſam en do campo Suouetaurilia,vtra volet,caedito.Quei ceper,aeris c c datier oporteto.

Tertia ſpolia Iano Quirino agnom marem caedito. Quei cepet,aeris c darier oporteto. Quoius auſpicio capta,dis piacolom dato.

Feſtus in Opima,*ſic legit:*Cuius auſpicio claſſe procincta opima ſpolia capiuntur, Ioui Feretrio darier oporteat.& bouem caedito qui cepit aeris c c. Secunda ſpolia in campo Solitaurilia,vtra volet, caedito. Tertia ſpolia Iano Quirino,agnum marem caedito. c.qui cepit,ex aere dato.

3 Sei quis hominem leberom ſciens dolo m.mortei dueit paricida eſtod.Sei im inprudens ſe dolo malo occiſit,pro kapite occeiſei & nateis eius,en do contione arietem ſobicito. 6

4 Sei hominem folminis occiſit,im ſopera genua nei tolito. Sei folmine occeiſos eſcit, ei iouſta nulla fieri oporteto. 8

5 Pelex aſam Iunonis nei tagito. Sei tagit, Iunoni crinebos demiſeis agnom feminam caedito. 7

6 Sei quis terminom exarasit,ipſos boueiſque ſacrei ſunto. 5

7 Sei quis aliuta faxſit,ipſos Iouei ſacer eſtod.

8 Piſceis quei ſquamoſei non ſient,nei poluceto. Squamoſos omneis praeter ſcarom poluceto. 3

9 Sarpta vinia nei ſiet,ex ead vinom dis leibarier neſas eſtod. 1

10 Vino rocom nei reſpercito. 2

Leges Servi Tvlli.

Sei puer parentem verberit,aſt ole ploraſit,puer deiueis parentom ſacer eſtod. 14.l Rom.

Lex tribvnicia prima.

Sei quis aliuta faxſit,cum pequnia familiaque ſacer eſtod.
Sei quis im occiſit,paricida nec eſtod.

LEGES XII TABVLARVM:

De ivre privato.

1 Sei in ious vocat,nei eat ſtatim,en capito anteſtarier. 25

2 Sei caluitor,pedémue ſtruit,manom endo iacito. 29

3 Sei in ious vocato morbos aeuitáſue vitiom eſcit, quei in ious vocaſit,iumentom dato. 26
Sei nolet,arceram nei ſternito.

4 Aeris confeſei rebóſque ioure ioudicateis, xxx dies iouſtei ſunto. Poſtidea endo ma- 33
¶Vociferantes in carcerem abduci iubet Appius 374.c
Volaterræ, ciuitas Etr. 100.f
P. Volero ſe ſuis ipſius manib. tribunum ſibi præſtat contra conſulum duritiem 315.a qualib. natalib. ortus, & cur tribunus pl. factus 315.e legem ad populum fert de tribunorum comitiis 315.e cum duob. collegis tribunatū iterum impetrat 316.c legem de tribunitiis comitiis iterum vrget 316.e
Volſci debellantur ab Anco Marcio 96.c Volſcorū duo populi fœdus cum Tarquinio. S. faciunt 133.b cæteri ab eodem Tarquinio debellantur 134.c Gabinos ad bellum Tarquinio inferendum ſollicitant 174.e Romanis contra Latinos auxilia negant 167.d Latinis contra Rom. auxilia promittunt 182.e Latinis ſuppetias veniunt poſt prœlium 186.e exploratores ſub legatorum prætextu ad Rom. mittunt 187.c ſupplices veniam deprecantur 191.d a Seruilio deuincuntur 193.d CCC obſidibus ob perfidiam mulctantur 192.e adempta à Romanis repetunt 195.c colonos Romanos admittere coguntur 198.c 199.a defectionis à Romanis poſt bellum Latinum primi auctores 212.e debellantur à Poſt. Cominio 219.c dum famis tēpore Romanis inſidiantur, peſte à Deo coercentur 227.c ex vrbe per vnam portam omnes excedere iubentur 257.a per legatos ſua ab Romanis repetunt 259.b Romanis bellum indicunt, eiuſque duces creant Tullum Attium & C. Marcium 259.f armis & exercitiis Romanæ militiæ a Marcio aſſueſiunt 284.b 292.b quibus conditionib. pacem Romanis obtulerint 270.c 275.c in expeditione aduerſum Romanos ſuſcepta, manus in Æquos ſocios ſuos vertunt 282.a pacem à Rom. petunt 285.a a Q. Fabio vincuntur 291.c Romanos ſimulata fuga decipiunt 292.b cum Æquis denuo fœdus contra Rom. ineunt 303.f Seruilio fortiter reſiſtunt 304.c a Nautio conſ. peruaſtantur 313.f caſtris exuuntur 324.a cum Æquis contra Rom. conſpirant peſtis temp. 327.c intra mœnia compelluntur 328.d à Valerio profligantur 379.a
M. Volſcius trib. pl. Cæſ. Quintium capitis accuſat. 332.c falſum contra K. Quintium dixit teſtimonium 332.c
P. Volumnius conſul 329.c
Volumnia, C. Marcij vxor. 272.e vt excepta a Marcio 274.e
Vopiſcus, prænomen 314.b
Vota & preces in confirmatione legis de ædificando Auentino 345.a Vota pondus habēt apud Deū 93.a Votum pro ſoluere 107.b 107.f Vota diis reddit victor 188.a 224.e Votum aui perſoluit nepos 116.f
Vox in malis inexſpectatis præcluditur 136.c Voce ſignum dat multitudo ſuæ voluntatis 371.d Voces incerto auctore editæ 251.b Voces inopinatæ, difficulter fidem inueniunt 260.a Voces inſolitæ, diuini numinis iram portendunt 295.a Voces & viſiones inſolitæ, Fauni opus 153.f
¶Vrbes vbi olim & quomodo cōdi ſolitæ 5.c Vrbium circumaratio 41.c Vrbium captarum imagines præferuntur in triumphali funere 280.f Vrbis præfectus in regis abſentia 145.a Vrbis præfectus proximos agros tuetur 282.e Vrbis præfectus de prælio ſciſcitatur 186.d Vrbis præfectus conſulum alteri ab hoſte circumuento mittit auxilia, alterum domum vocat ad proſpiciendum reip. 340.f Vrbis cuſtodia, ſeu præſidium 179.b 183.f Vrbis cuſtodiæ relinquuntur emeriti & ſeruitia 165.a De vrbis mœnibus dictum 10 M
Vrbis portione contenti ſunt qui agri conſortio excluduntur 345.a Vrbe excedere in conſulum diſſidio iubentur qui domicilium in ea non haberent 287.a Vrbs in decemuirorum tyrannide deſeritur à ciuibus 367.c
Vrbis conditæ annus I, 4.a annus CCXLIIII, 147.a annus CCLX, 195.a annus CCLXX, 291.d annus CCC, 354.c cæteri non expreſſi ſunt ab auctore: ſed facile ex annuorum magiſtratuum ſerie poſſunt colligi Vide & Roma.
Vrbinia, veſtalis, ſtupri pœnas luit 315.d
Vrnæ ſuffragiorum 386.c Vrnas calculorum euertere 343.c Vrnæ cum calculis plebi eripiuntur 348.e
¶Vſcelinus, ſeu Viſcelinus, cognomen Sp. Caſſij 168.a
Vſura grādi ciuium corpora ſibi obſtringere 205.a
Vſurpatores publicarum poſſeſſionum, ad magiſtr. defer. 320.e
Vſus legitimus res quaſque commendat, abuſus exoſas reddit 180.a
Vua ingenti magnitudine 107.f
Vulcani cum Ocriſia coitus 110.c Vulcano quadrigas æreas dedicat Romulus 63.b Vulcani templum 61.e ad Vulcani conciones haberi ſolitæ 109.a 129.e 374.d
Vulcatius hiſtoricus 33.*
Vulnera XLV, omnia aduerſa 347.b Vulnera ſimulat miles 319.e Vulnerati & feſſi in extremum agmen ſe recipiunt 282.a Vulnerati per vias ab equitatu inſequente occiduntur 309.c
Vulpes cauda madefacta ignem extinguere conatur 27.a
Vulturij in auſpicio 36* Voltures ſex Remo ſe offerunt 40.c duodecim Romulo 40.e Vulturum agmen, aquilarum nidum diſturbat 158.d
Vulturnus, Cāpaniæ fl. retrogrado meatu fluit 223.b
Vultus alieno dolore mæſti 312.d
¶Vxor, γυνὴ γαμετή 52.a Vxoris modeſtæ ius 52.b Vxor ſacro ritu nupta, in omnium bonorum & ſacrorum communionem cum marito coit 52.b 53.c
Vxores ducere cogi bantur qui per ætatem poſſent 307.b Vxorem primus dimiſit Sp. Caruilius ob ſterilitatem, non ſine magna populi inuidia 52.d Vxoriorum delictorū cognitio & pœna 52.b

X

Xanthi Lydij narratio de Lydo 12.a
¶Xenagoras de Romæ conditoribus quæ ſcripſerit 32.f
Xenophon Corinthius, olympionica 305.a
Xerxes Græciam cum exercitu inuaſit Olymp. LXXV 296.d
¶Xipheus, ſeu Xuthus 31.*
¶Xypetæa, pagus Atticus 20.b

Z

Zacynthus, Dardani filius, inſulā ſui nominis condit 22.c
Zacinthiorum ludi 22.c
¶Zenodotus Trœzenius, Vmbricæ gētis hiſtoricus, de Cutium ortu quæ retulerit. 61.b

FINIS.

QVAEDAM EMENDANDA.

Pagina 53. verſu quū)lege quàm domino. p.57.v.bini)lege aureis ornamentis gaud. p.67 v.rebus)lege argumento. p.84.v clarum)lege putabar, vt particidam interf. p.86 v.ſeq)lege Sufferius. p.106 v.aſsign.)lege ſedens ſpectaret. P.112 v.nit.)lege Licinnius. Ibidem, v.quam)Anco lege, octauo r. Et in marg. v.& Tull)enim curam omn. p.117.v.nebat)lege colonnrum. Eadem p.v.118 qui)Libitinam. Eadem p.v.pam) qui mocerentur. Ibidem, v.tota)cuſtodiam mandauit. Ibidem, v ſup)illis imperauit. p.137.v.bè ſcit)lege fata mutari non p. p.146.v. que)lege vilius. p.152 in marg.v ſtra)lege Laninium. p.170 v.arm)lege ad tribunal proc. p.178.v tum mag.)lege magiſtrum. p.185.v. perio)lege diſceptantes. Ibidem, v.linq.)genua. p.199 v.verba)lege faciam. p.211.v.feſtim) lege ſub regibus fuit. p.212.v.hi teel)lege exiſtimaſtis. p.219.v.co, à quo)lege cōſectato. p.220.v.abſportare)lege primitiis donauit. p.223.v contin.)lege quingentos. p.237.v.hab) lege dignum eſſe comp. p.240.v nulla)lege ditatas. p.244.v ita)lege fidem facere. Eadem p..v.diſſe)lege incidiſſe te & tuum in nos omn. p 265.v.indignum)lege, diſcrimine. Eadem p.v.concil.)lege vincêt. p.266.v.ad hoc)lege vrbem, octauum iam at. p.287.v vlt.lege in quos. p.309.v.autem)lege turbantibus, iterum eſt acc. p.372.v.ti volcas)lege date. Ibidem, v.enim)caſtra.

Digitized by Google

ΠΕΡΙ` ΠΡΕΣΒΕΙΩ͂Ν ἘΚΛΟΓΑΙ` ἘΚ τῶν Διονυσίου τοῦ Ἁλικαρνασέως.

DE LEGATIONIBVS *à Romanis vel ad Romanos miſſis*, excerpta quædam ex Dionyſio Halicarnaſſeo.

EX LIVII LIBRO VIII, quædam argumenti vice.

Palaepolis fuit haud procul inde vbi nunc Neapolis ſita eſt: duabus vrbibus populus idem habitabat: Cumis erant oriundi. Cumani Chalcide Euboica originem trahunt. claſſe, qua aduecti ab domo fuerant, multum in ora maris eius quod accolunt, potuere: primùm in inſulas AEnariam & Pithecuſſas egreſſi, deinde in continentem auſi ſedes transferre. Hæc ciuitas, cùm ſuis viribus, tum Samnitum infida aduerſus Romanos ſocietate freta, ſiue peſtilentia, quæ Romanam vrbem adorta nuntiabatur, fidens, multa hoſtilia aduerſus Romanos agrum Campanum Falernúmque incolentes fecit. Igitur L. Cornelio Lentulo, Q. Publilio Philone II Conſ. fecialibus Palæpolim ad res repetendas miſſis, quum relatum eſſet à Græcis, gente lingua magis ſtrenua quàm factis, ferox reſponſum, ex autoritate patrũ populus Palæpolitanis bellũ fieri iuſſit.

Olymp. 113, anno tertio, V.C. anno 427, conſ. L. Cornelio Lentulo & Q. Publilio Philone iterum, vt Glareanus tradit in Chronologia Liuiana: vt autem Sigonius, anno V.C. 426.

LEGATIO I, SIVE HISTORIA I, DE QVADAM LEGATIONE, HENR. STEPHANO INTERPRETE.

** ἀλλὰ καὶ διότι τοὺς φίλους αὐτῶν Καμπανοὺς πολλὰ καὶ μεγάλα ἔβλαπτον. ἡ δὲ βουλὴ τῶν Ῥωμαίων, Καμπανῶν πολλάκις ἐμφανιζόντων καὶ ἀποδυρομένων τῶν Νεαπολιτῶν, ἀπέστειλε τοὺς ἀξιώσοντας αὐτοὺς μηδὲν εἰς τοὺς ὑπηκόους τῆς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας παρανομεῖν, ἀλλὰ καὶ διδόναι τὰ δίκαια καὶ λαμβάνειν· καὶ, εἴτι διαφέρονται πρὸς ἀλλήλους, μὴ δι' ὅπλων, ἀλλὰ διὰ λόγων,	** ſed etiam quòd, quum ſibi amicitia cum Campanis intercederet, hos tamen illi multis magníſque damnis afficerent. At ſenatus Romanus, quum Campani ſæpe *rem* indicarent, & de Neapolitanis non ſine lamentatione conquererentur, miſit *legatos*, qui ab ipſis peterent nequid contra ius fáſque aduerſus eos qui in ditione pop. Romani eſſent admitterent, verùm quod æquum poſtularet, illis darent, idem ab ipſis recepturi: &, ſiquæ inter eos forent cõtrouerſiæ, non armis ſed verbis eas

EADEM LEGATIO, FRIDER. SYLBVRGIO INTERPRETE.

** *verùm etiam quia Campanos amicos ſuos multis & magnis affeciſſent detrimentis. Senatus Romanus, quum Campani ſæpius indicarent & conquererentur de Neapolitanis, miſit qui eos rogarent nequid Romani imperij ſubditis inferrẽt iniuriæ, ſed quod ius poſtularet darent reciperéntque: &, ſiqua inter eos exiſterent diſſidia, verbis, non armis, litem componerent:*

EADEM LEGATIO, AEMILIO PORTO INTERPRETE.

** quinetiam quia Campanos amicos ſuos multis magníſque maleficiis afficiebant. Senatus verò Romanus, quum Campani ſæpe rem ipſi declaraſſent, & de Neapolitanis conquererẽtur, miſit *legatos*, qui peterent ab ipſis nequa iniuria afficerent populos qui pop. Rom. imperio parerent: ſed de controuerſiis iure diſceptarent: &, ſi *de re aliqua* inter ſe contenderent, non armis ſed ver-

a. i.   bis

bis eas dirimerent, conuentione cum ipſis facta. Denique in poſterum pacificè cum omnibus Tyrrheni maris accolis viuerēt: & neq; ipſimet quidquam Græcis indignum facerēt, neq; facientes adiuuarēt. Præcipuè autem *hoc illis legatis in mādatis dedit*, efficere, ſiquo modo poſſent, potentiores officiis demerendo, vt ciuitas à Samnitibus deficeret, atque cum populo Romano amicitiam iniret. Fortè autem ad Neapolitanos eodem tempore legati à Tarentinis miſſi venerant, viri illuſtres, & cum Neapolitanis hoſpitii neceſſitudinem iam à ſuis maioribus contractam habentes, necnon alii à Nolanis finitimis, & Græcæ gentis ſtudioſiſſimis: vt à Neapolitanis contraria peterent, ne vllam cum pop. Rom. aut cum iis qui eius imperio parerēt conuentionem facerent, neq; ſuam cum Samnitibus amicitiam diſſoluerent. Quòd ſi Romani hāc ſe belli inferendi cauſam habere dicerent, ne expaueſcerent, neq;, tanquā inſuperabiles eorum vires eſſent, conſternarentur: ſed fortiter *in ſua ſententia* permanerent, atq; ita vt Græcos deceret bellū gererent, freti tum ſuis ipſorum copiis, tum iis quæ à Samnitibus aduentura

λόγων, σύμβολα ποιησαμένους πρὸς αὐτούς. καὶ τὸ λοιπὸν εἰρήνην ἄγειν πρὸς ἅπαντας τοὺς περιοικοῦντας τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος· μήτε αὐτοὺς ἔργα πράττοντας τὰ μὴ προσήκοντα τοῖς Ἕλλησι, μήτε τοῖς πράττουσι συνεργοῦντας· μάλιστα δ', εἰ δύναιντο, θεραπείας τῶν δυνατῶν προσοικειωσάντας ἀποστῆσαι μὲν ἀπὸ Σαυνιτῶν τὴν πόλιν, σφίσι δ' αὐτοῖς ποιήσασθαι φίλην. ἔτυχον δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἀφιγμένοι πρὸς τοὺς Νεαπολίτας πρέσβεις ἀπὸ Ταραντίνων ἀποσταλέντες, ἄνδρες ἐπιφανεῖς, καὶ πρόξενοι διὰ προγόνων τῶν Νεαπολιτῶν· καὶ ἕτεροι ἀπὸ Νωλαίων ὁμόρων ὄντων, καὶ σφόδρα τοὺς Ἕλληνας ἀσπαζομένων, τἀναντία τοῖς Νεαπολίταις ἀξιώσοντες, μήτε σύμβολα ποιήσασθαι πρὸς τοὺς Ῥωμαίους, ἢ τοὺς ὑπηκόους αὐτῶν, μήτε διαλύεσθαι τὴν πρὸς Σαυνίτας φιλίαν. ἐὰν δὲ ταύτην ποιῶνται Ῥωμαῖοι τοῦ πολέμου τὴν πρόφασιν, μὴ ὀρρωδεῖν, μηδ' ὡς ἀμαχόν τινα τὴν ἰσχὺν αὐτῶν καταπεπλῆχθαι, διαμένειν γενναίως, καὶ ὡς προσῆκεν Ἕλλησι πολεμεῖν, τῇ τε οἰκείᾳ πιστεύοντας δυνάμει, καὶ τῇ παρὰ Σαυνιτῶν ἀφιξο-

rent: ac porro pacē colerent cum omnibus Tyrrheni maris accolis, & neque ipſi aliquid Græcis indignum admitterent, neque alios talia perpetrantes adiuuarent: in primis autem ſi fieri poſſet, demeritis potentiorum animis, efficerent vt vrbs à Samnitibus deſciſceret, ac populi Romani amicitiam amplecteretur. Acciderat autem vt eodem tempore à Tarentinis quoque legati ad Neapolitanos miſſi eſſent, viri illuſtres, & Neapolitanorum auiti hoſpites: necnon alij à Nolanis, populo finitimo & Græcæ gentis ſtudioſiſſimo, vt contrarium à Neapolitanis peterent, nequos cum Romanis aut eorum ſubditis contractus inirent, nec à Samnitum amicitia diſcederent. vnde ſi Romani belli occaſionem captarent, ne metuerent, nec vires eorum velut inuictas pertimeſcerent, ſed conſtantes manerent, atque vt Græcos deceret, bellū ſuſtinerent, freti tum ſuis ipſorum copiis, tum Samnitum auxiliis: ac ſi fortè nauali

bis mutuas controuerſias dirimerent, & in poſterū pacatè viuerent cum omnibus Tyrrheni maris accolis: & neq; ipſi facinora Græcis indigna facerēt, neq; facinorum huiuſmodi autores adiuuarent. Præcipuè verò, ſi modò poſſent, principes ciuitatis beneficiis deuinctos ſibi conciliarent, ita vt ciuitatem à Samnitibus alienarent, ſibiq; amicam redderent. Fortè autem eodem tempore ad Neapolitanos legati à Tarentinis miſſi venerant, viri illuſtres, & iure cognationis Neapolitanorum hoſpites: & nonnulli alii à Nolanis finitimis, qui Græcos vehementer amabant, vt à Neapolitanis res *ſuperioribus* contrarias peterent: vt neq; pacem facerēt cum pop. Romano, aut cum populis qui ipſius imperio parerent, neq; amicitiam diſſoluerent quæ ipſis cum Samnitibus intercederet. Quòd ſi pop. Rom. hanc belli ſuſcipiendi cauſam ſpecioſam prætexeret, ne timerent, néve vires ipſius quaſi inuictas formidarēt: ſed *impetum ipſius* fortiter ſuſtinerēt, & bellum gererent vt Græcos bellum gerere decet, & domeſticis viribus freti, & auxilio quod Samnites miſſuri erant,

371

μὲν ἡ βοήθεια· ναυτικήν τε ἰσχὺν προσληψομένους, ἔξω τῆς ἑαυτῶν, ἣν Ταραντῖνοι πέμψουσιν (ἐὰν ἄρα καὶ ταύτης δέωνται) πολλήν τε καὶ ἀγαθήν. συναχθείσης δὲ τῆς βουλῆς, καὶ πολλῶν ῥηθέντων ἐν αὐτῇ λόγων, οὓς αἵ τε πρεσβεῖαι διεξῆλθον καὶ οἱ συναγορεύοντες αὐταῖς, διέστησαν αἱ γνῶμαι τῶν συνέδρων· καὶ οἱ χαριέστατοι τὰ τῶν Ῥωμαίων ἔδοξαν φρονεῖν. ἐκείνην μὲν οὖν τὴν ἡμέραν οὐδὲν ἐξηνέχθη προβούλευμα· εἰς ἑτέραν δὲ πάλιν ἕδραν ἀναβληθείσης τῆς περὶ τῶν πρεσβειῶν διαγνώσεως, ἀφικόμενοι κατὰ πλῆθος εἰς τὴν Νεάπολιν Σαυνιτῶν οἱ δυνατώτατοι, καὶ τοὺς προεστηκότας τῶν κοινῶν θεραπείαις τισὶν οἰκειωσάμενοι, πείθουσι τὴν βουλὴν ἐπὶ τῷ δήμῳ ποιῆσαι τὴν τοῦ συμφέροντος αἵρεσιν· καὶ προελθόντες εἰς τὴν ἐκκλησίαν, πρῶτον μὲν τὰς ἑαυτῶν εὐεργεσίας διεξῆλθον· ἔπειτα τῆς Ῥωμαίων πόλεως πολλὰ κατηγόρουν, ὡς ἀπίστου καὶ δολίου. τελευτῶντος δὲ τοῦ λόγου, θαυμαστὰς ἐποιοῦντο τοῖς Νεαπολίταις ὑποσχέσεις, ἐὰν εἰς τὸν πόλεμον καταστῶσι· στρατιάν τε πέμψειν, ὅσης ἂν δέωνται, τὴν φυλάξουσαν αὐτῶν τὰ τείχη, καὶ τὴν ναυσὶν ἐπι-

tura eſſent auxiliis: præſertim quum nauales etiam copiæ,(ſi his quoq; opus foret)vltra domeſticas,à Tarentinis eſſent adfuturæ,& quidem tum numeroſæ,tum ſtrenuæ. Quum,ſenatu coacto, multa apud ipſum facta verba eſſent tum à legatis, tum ab iis qui ipſis patrocinabãtur,variarunt ſenatorum ſententiæ:ſic tamen vt qui inter illos ingenii iucundi & elegantis erant,à partibus Romanorũ ſtare viderentur. Ac illo quidem die nullum ſenatuſconſultum factũ, ſed cognitio de legatorum poſtulatis in alium reiecta cõſeſſum fuit. Interea autem Samnitum potentiſſimi quique Neapolim frequẽtes conuenere:ac,quum eos qui reipubl. præerãt,officiis quibuſdam amicos ſibi reddidiſſent,ſenatui perſuadẽt vt populo poteſtatem faciat eligendi quod ex vſu futurum videatur. In concionem igitur progreſſi, primùm quæ *in Neapolitanos* contuliſſent beneficia commemorarunt:deinde pop. Romanum,vt infidum & fraudulentum, pluribus accuſarunt. Ac tandem ſub orationis ſuæ finem mira quædã Neapolitanis promiſerunt, ſi bellũ ſuſciperent: tantas ſe quantis opus foret copias ad cuſtodiẽda eorum mœnia

uali quoque manu opus foret,nec domeſtica ſufficeret,affuturas ipſis à Tarentinis numeroſas fortéſq; ſuppetias. Ibi coacto ſenatu, multíſque coram eo habitis orationibus partim à legatis,partim ab eorum aduocatis, variarunt ſenatorum ſententiæ: & elegantiſſimi quique in Romanorum partes inclinare viſi ſunt. Quum igitur eo die nullũ ſenatuſconſultum factum eſſet, ſed legationum cognitio in alium conſeſſum eſſet dilata, potentiſſimi Samnitum proceres frequentes Neapolim conuenere: ac reipubl. primoribus in partes ſuas pellectis, ſenatui perſuaſere vt populo poteſtatem faceret eligendi quod ex vſu futurum videretur. Mox in concionem progreſſi,primùm ſua in Neapolitanos *merita commemorarunt: deinde prolixè populum Romanum accuſarunt, vt infidum & fraudulentum: demum ſub finem orationis admirandas Neapolitanis promiſſiones fecerunt, ſi bello implicarentur: miſſuros ſe quan-*

erant,freti etiam copiis naualibus, quas præter ſuas domeſticas habituri erant:quas Tarentini(ſi modò his etiam opus ipſis fuiſſet)magno numero & bellica virtute inſtructas erãt miſſuri. Coacto autem ſenatu,multiſq; verbis in ipſo factis tã à legatis,qui prolixa oratione ſunt vſi, quàm ab ipſorum patronis,ſenatorum ſententiæ fuerunt diuerſæ:& gratioſiſſimi quique pop.Rom.fauere ſunt viſi. Illo igitur die nullum ſenatuſconſultum eſt factum. Quum autem cognitio rerum à legatis propoſitarum in aliud tẽpus ſenatus cogendi reiecta fuiſſet, Samnitum potentiſſimi quiq; magna frequentia Neapolim profecti,poſtquam reipubl.principes beneficiis quibuſdam ſibi deuinxerunt,ſenatui perſuaſerunt vt populi arbitrio vtilitatis optionem permitteret. Et in concionem progreſſi,primùm quidẽ ſua beneficia longa oratione ſunt perſequuti, deinde verò in pop. Romanum,vt perfidum & fraudulentũ, pluribus ſunt inuecti. In ipſo verò orationis fine,Neapolitanis mira quædam promiſerunt,ſi bellum ſuſciperent.*Dixerunt enim* ſe & copias miſſuros,

a. ii. qui-

nia miſſuros, & nauibus milites totúmq; remigium præbituros: nõ ſolùm denuntiantes ſuis copiis *hunc belli apparatũ*, ſed ipſis quoque omnes belli impenſas ſuppeditantes. Quinetiã, repulſo exercitu Romano, Cumas recuperaturos, quas duabus antè ætatibus Campani, Cumanis eiectis, occupauerant: ac ſuas in ſedes reſtituturos quotcunq; ex Cumanis illis ſupereſſent quos Neapolitani patria expulſos receperant, omniúmq; ſuorum bonorum participes fecerant: denique & agrum *Cumanum*, quem Campani, quum oppidum caperent, occupauerant, illis addituros. Neapolitanorum quotquot circumſpecti erant, & calamitates quæ ex bello vrbem inuaſuræ erant longè proſpicere valebant, pacem colendam cenſebant: at qui rebus nouis ſtudebant, & ex tumultibus rem augere conabantur, ad bellũ ſuſcipiendum & ipſi impellebãt. Hinc fiebat vt alii alios clamoſè increparent, & manus conſererent: atque adeo vt ad lapidum vſque iactus contentio progrederetur. Sed tandem, qui melius ſentiebant, ab iis qui deterius, fuerunt ſuperati: ita vt Romanorum legari re in-

ἐπιβάτας, καὶ τὴν εἰρεσίαν ἅπασαν παρέξειν· οὐ μόνον καταγγέλλοντες τοῖς ἰδίοις στρατεύμασιν, ἀλλὰ κἀκείνοις ἁπάσας τὰς εἰς πόλεμον δαπάνας ἐπιχορηγοῦντες· ἀπωσάμενοί τε τὸ Ῥωμαϊκὸν στράτευμα, Κύμην τε ἀνασώσειν, ἣν δευτέρᾳ γενεᾷ πρότερον ἐξελάσαντες τοὺς Κυμαίους, Καμπανοὶ κατέσχον· καὶ συγκατάξειν ἐπὶ τὰ σφέτερα τοὺς περιόντας ἔτι Κυμαίων, οὓς Νεαπολῖται τῆς πατρίδος ἐκπεσόντας ὑπεδέξαντο, καὶ πάντων ἐποιήσαντο κοινωνοὺς τῶν ἰδίων ἀγαθῶν· χώραν τε προσθήσειν τοῖς Νεαπολίταις, ἐξ ἧς οἱ Καμπανοὶ κατέσχον ἅμα πόλιν. τῶν δὲ Νεαπολιτῶν ὅσον μὲν ἦν μέρος εὔλογον, καὶ πρὸ πολλοῦ δυνάμενοι ὁρᾶν τὰς καταληψομένας τὴν πόλιν ἐκ τοῦ πολέμου συμφοράς, εἰρήνην ἄγειν ἠξίουν· ὅσον δὲ φιλόκαινον, καὶ τὰς ἐκ τῆς ταραχῆς πλεονεξίας διῶκον, ἐπὶ τὸν πόλεμον συνελάμβανε. καταβοαί τε ἀλλήλων ἐγίνοντο, καὶ χειροκρασίαι· καὶ προέβη τὸ νεῖκος εἰς λίθων βολάς. καὶ τελευτῶντες ἐκράτησαν οἱ κακίους τῶν κρειττόνων· ὥστε τοὺς πρέσβεις τῶν Ῥωμαίων ἀπρά-

quantiſcunque copiis opus foret ad mœnium cuſtodiam, claßiarios quoque milites ac totum remigium præbituros: nec ſuis tantùm ſumptibus ea miſſuros auxilia, ſed ipſis quoq; inſuper ſuppeditaturos omnes belli impẽſas. tum profligato Romanorum exercitu Cumas recuperaturos, quas Campani duabus ætatibus antè, Cumanis expulſis, occupauerant, ſedibúſque ſuis reſtituturos Cumanorum exulum reliquias, quos Neapolitani è patria exactos receperant, omniumque ſuorum bonorum participes fecerãt: atque agri Cumani, *quem Campani vnà cum oppido ceperant, partem Neapolitanis addituros. His auditis, qui inter Neapolitanos conſiderati erant, & calamitates vrbi è bello naſcituras longè proſpicere poterãt, pacem colendam cenſebant: at qui rebus nouis ſtudebant, & quæſtum è bellicis turbis faciebant, belli partes fouebant: tanta animorũ contentione, vt à mutuis increpationibus ad manuum conſertiones & lapidum iactus dißidium procederet. Ad extremum obtinuit pars deterior, victá-*

quibus opus ipſis futurum eſſet, quæ vrbem ipſorum tuerentur, & nauibus milites omnéque remigium ſuppeditaturos: nõ ſolùm ſuis copiis hoc denuntiantes, ſed etiam illis omnes ſumptus in bellum faciendos ſuppeditãtes: & Romano exercitu propulſato Cumas recuperatas in priſtinum ſtatum ſe reſtituturos, quas duabus antè ætatibus Campani pulſis inde Cumæis occuparant: & ſe reducturos in ſuas ſedes omnes Cumæos qui adhuc ſupererãt, quos Neapolitani patria pulſos exceperant, omniúmq; ſuorum bonorum participes fecerant: ſéque Neapolitanis agrum præterea daturos, cuius quandam vrbem Campani occuparant. Neapolitanorum verò quotquot erant conſulti, & multo ante præuidere poterant calamitates quas ciuitati bellum afferre ſolet, pacem agendam cenſebant: at quotquot rerum nouarum ſtudioſi erant, & turpes quæſtus ſectabantur, qui rebus perturbatis fiunt, ad bellum *cæteros* concitabant. & alii alios clamoribus inſectabantur, nec à mutua vi manuum ſibi temperabant: atque contentio ad lapidum iactus eſt progreſſa. & tandem præſtantiores à ſuperioribus ſunt ſuperati. quare legati populi Romani re infe-

Digitized by Google

ἀπράκτους ἀπελθεῖν. διὰ ταύτας τὰς αἰτίας ἡ βουλὴ τῶν Ῥωμαίων στρατιὰν ἐπὶ Νεαπολίτας ἀποστεῖλαι ἐβουλεύθη.

re infecta diſceſſerint. Atque his de cauſis ſenatus Romanus exercitum aduerſus Neapolitanos mittere decreuit.

citáque meliorem: ita vt Romanorum legati re infecta diſceſſerint. Quibus de cauſis ſenatus Romanus expeditionem aduerſus Neapolitanos decreuit.

re infecta diſceſſerunt. Ob has *igitur* cauſas ſenatus Romanus exercitum contra Neapolitanos mittere decreuit.

ANNOTATIONES HENR. STEPHANI IN LEGATIONEM PRIMAM, VEL PRIMAM DE QVADAM LEGATIONE HISTORIAM.

Pag.1. Ver.2.3. *multis magníſque damnis afficerent*: pro his, πολλὰ καὶ μεγάλα ἔβλαπτον. Rectè verò & *detrimentis*, in ſecunda interpretatione: at *maleficiis*, quo vtitur tertia, vereor ne vſum habeat huic loco minus conuenientem. Cæterùm, quoniam pollicitus ſum, me ſtyli ſimilitudinem alicubi oſtenſurum cum eo quem Archæologiæ libri habẽt, aduerſus eos quibus hæ ἐκλογαὶ ſuſpectæ ſunt, tanquam ex alio quàm Dionyſio ſumptæ: ab hoc initio initium ſumens, affero dictum itidem μεγάλα βλάπτειν, libro illius VIII. ὃς πολεμῶν ὑμῖν μεγάλα βλάπτειν δυνατὸς ἦν.

Ver.5. *& de Neapolitanis non ſine lamentatione conquererentur*, pro his ἀποδυρομένων τῶν Νεαπολιτῶν, vel potius περὶ τῶν Νεαπολιτῶν. Sic tamen vt etiam præpoſitionem κατὰ poſſe hîc locum habere, Vrſino aſſentiar. Libuit autem, vt vim Græci vocabuli exprimerem, non ſimpliciter, *conquererentur*, ſed, *non ſine lamentatione conquererẽtur*, dicere. Niſi quis malit, *non ſine lamentis*, vel, *ad lamentationem vſque*.

Ver.10.11. *& ſi quæ inter eos forent controuerſiæ, non armis, ſed verbis eas dirimerent, cõuentione cum ipſis facta.* pro his, καὶ εἴγε διαφέρονται πρὸς ἀλλήλους, μὴ δι' ὅπλων ἀλλὰ διὰ λόγων διαλύσασθαι, συμβόλαια ποιησαμένους πρὸς αὐτούς. ſed ita legens, verbum διαλύσασθαι interiicio: quod ab ipſo Dionyſio interpoſitum fuiſſe, ideo mihi perſuadeo quòd alioqui abſurdum quidpiam ſermo hic habere videatur, μὴ δι' ὅπλων ἀλλὰ διὰ λόγων συμβόλαια ποιησαμένους, vel ποιήσασθαι: quaſi συμβόλαια aliter quàm διὰ λόγων, & quidẽ δι' ὅπλων etiam, poſſit quis facere: quum contrà is qui συμβόλαιον πρός τινα ποιεῖται, meritò dicatur διαλύεσθαι διὰ λόγων. Reliqui duo interpretes ita hunc locum vertunt quaſi συμβόλαια ποιήσασθαι ſit controuerſias dirimere, ſiue lites aut litem cõponere: quum potius hoc ſit διαλύεσθαι, ac τὸ συμβόλαια ποιεῖσθαι, vel συμβόλαιον, ſit effectus τῆς διαλύσεως. Niſi quis διάλυσιν, vt genus, at συμβόλαιον vt ſpeciem, ſtatuere malit. Siquis tamen pro διαλύσασθαι verbum aliud non minus commodum proferat, minimè ſim reiecturus. Hoc certè quin huic aptum ſit loco nemini dubium eſſe poteſt: ſed nec quin ipſi quoque ſit hoc in ſignificatu vſitatum, ſicut & pro eo quod Latini *In gratiam redire* dicunt: vt redditur hoc in loco libri VII, εἰ δὲ οὐχ οἷοί τε εἰσὶ διαλύσασθαι πρὸς ἐκεῖνον, ἀλλὰ χαλεπῶς καὶ ἀπαραιτήτως ἔχουσιν. In gratiam autem redire ſolemus (debemus quidem certè) cum eo quicum paciſcimur. Sed qui infiniti modi verbum hîc deeſſe non animaduerterunt, meritò ante τὸ λοιπὸν expungendam particulam καὶ, aut particip. ποιησαμένους in ποιήσασθαι mutandum cenſuerunt. Quòd etiam τὰ μὴ προσήκοντα in τὰ μὴ προσήκοντα mutatum ab illis fuit, non improbo: ſed illam ſripturã in minus vicinam non mutaturos fuiſſe, ſi ſcripſiſſent ἃ μὴ προσήκει, tantùm moneo.

At pro σύμβολα libenter συμβόλαια ſcripſerim, cum Vrſino: quamuis illud σύμβολα in præcedenti quoque hiſtoria, non vno in loco, & (ſi benè memini) in quibuſdam etiam ἐκλογῶν ex Polybio locis, habeamus.

Pag.2. Ver.7. *potentiores officiis demerendo*, pro his, θεραπείας τῶν δυνατῶν. Ambiguus autem hîc quoque eſt error, quum non minus retineri poſſit vox θεραπείας, præfigendo illi voculam διὰ, quàm mutari in θεραπείαις. Quam tamen mutationem malo, quòd hic pluralis ſequatur in hac ipſa hiſtoria, non longo interuallo, καὶ τοὺς προεστηκότας τῶν κοινῶν θεραπείαις ἦσαν οἰκειωσάμενοι. Sunt autem θεραπεῖαι Quæ officioſè fiunt, ſiue quæ præſtantur officia, aut etiam obſequia, ad demerendum aliquem. Nec malè fortaſſe θεραπεία reddatur etiam Officioſus quidam cultus: quem videri queat Horatius incluſiſſe voce *cultura*, hoc in verſu,

Dulcis inexpertis cultura potentis amici.

Ideóque in hoc interpretando vſus ſum verbo ex quo factum eſt illud nomen: hoc modo,

Ἡδὺ ἀπειρήτοις δυνατὸν φίλον θεραπεύειν.

Dixi porrò *officiis demerendo*, potius quàm *beneficiis*, quòd latius illud quàm hoc patet. Non parui autem refert quo apud Dionyſium modo, hoc quidem in loco, vocem θεραπείαις interpreteris: quoniam multæ eſſe poſſunt θεραπεῖαι humile quiddam præ ſe ferentes, ideóque Romanorum legatis indignæ. Sed, quodcunque fuerit hoc θεραπειῶν genus (quæ non dubito quin munificentiam includant) obſeruandum eſt interim, quod Romani per illas à ſuis effici volebant, hoc Samnites potius effeciſſe: quum de iis ſcribatur, καὶ τοὺς προεστηκότας τῶν κοινῶν θεραπείαις ἰδίαις οἰκειωσάμενοι.

Cæterùm minimè cuiquã dubium eſſe poteſt quin προσκαλοῦντας in προκαλοῦντας mutandum ſit, quòd conueniat cum ἀξιοῦντας. hoc enim participium de iiſdem de quibus & illud, dicitur, de legatis videlicet: non de quibus προσάποντας & συνηγοροῦντας dixit. Quod vt oſtenderem, quædam extrinſecus inſerens, ſcripſi, *Præcipuè autem* [*hoc illis legatis in mandatis dedit*] *efficere, ſi quo modo poſſent, vt ciuitas à Samn.* &c.

Ver.12. *Hoſpitij neceſſitudinem iam à ſuis maioribus contractam habentes.* Retinendo hanc lectionem, διὰ γένους, non video quo potius modo interpretari poſſimus: ſic tamen vt verear ne huic præpoſitioni parum receptus vſus detur. Ideóque videndum annon potius διὰ γένος ſcribere, aut, retinendo genitiuum γένους, accuſatiuum aliquem ei adiicere oporteat. Ac initio quidem veniebat in mentem, διὰ γένους λαμπρότητα vel ἀρχαιότητα, ſcribere: ſed poſtea conſiderare cœpi, in illo publicæ προξενίας honore deferendo, non illa duo tãtùm ſpectata fuiſſe, ſed interdum potius habitam fuiſſe rationem propinquitatis, quę huic vel illi nobili familiæ cum quibuſdam eius vrbis familiis intercederet, cuius πρόξενον ipſam eſſe vellent. ideóque de hac lectione διὰ γένους οἰκειότητα cogitandum eſſe putaui. At verò hoſpitii neceſſitudo inter illos etiam dici queat qui nulla propinquitate ſeu conſanguinitate ſint iuncti. Aliquanto pòſt idem denomine σύμβολα, quod præcedente in loco, dicendum eſt. Quod item non longo interuallo ſequitur πιστεύοντες, corrigendum eſt, ſcribendo πιστεύοντας.

Pag.3. Ver.8. *Sic tamen vt qui maximè inter illos ingenij iucundi & elegantis erant, à partibus Romanorum ſtare viderentur.* Sylburgius illud χαριέστατοι, *elegantiſſimi*: AEmilius Portus, *gratioſiſſimi* vertit. At libro ipſius Archæologiæ x, τοῖς δὲ χαριεστέροις οὐδέτερον τούτων ἐφαίνετο καλῶς ἔχειν, redditur, *Iis qui mitioris erant ingenij.* Libro x i, τοὺς χαριεστάτους τῶν Ῥωμαίων, *præſtantiſſimos quoſque.* necnon eodem libro, οἱ χαριέστατοι τῶν δημοτικῶν, *ex plebeiis optimus quiſque.* Ad tres haſce poſteriores interpretationes quod attinet, nimium à vocis Græcæ ſignificatione remotæ ſunt: at verò ex duabus prioribus quàm propè Sylburgiana à veritate, tam procul altera abeſt: quum ne alibi quidem vſquam χαρίεις Latino *gratioſus* reſpondeat. Quòd ſi etiam hæc ipſa vox *gratioſus* Gallicæ *gratieux* reſpõderet (quum contrà, qui Latinæ linguæ ſunt periti, turpiter falli eos ſciant qui idem valere hæc duo exiſtimant) tamen ne ſic quidem exprimendæ generali ſignificationi Græci vocabuli χαρίεις apta eſſet. Tantum abeſt vt conuenire huic loco poſſit, in quo ſicut & aliis quibuſdam huiuſmodi, quendam vſum habet quem illis peculiarem dicere poſſumus: quo videlicet primus ille & generalis vſus reſtringitur: adeo vt intelligendi ſint χαριέστεροι qui certa quadam in re ſunt χαριέστεροι. Quid igitur ego hîc? nimirum ita verti vt vides, non quidem ſimpliciter, *qui elegantiores erant*, ſed ita, *qui ingenij iucundioris & elegantioris erant.* Quum enim & quæ à me in Theſauro Græcæ linguæ ſcripta ſunt de tali huius vocis apud Ariſtotelem vſu (ne fortè nouum & Dionyſio proprium eſſe putes) & alia quæcunq; in mentem veniebant, diligenter expendiſſem, commodùm mihi in mentem quidam Quintiliani locus venit: in quo de Vibio Criſpo ſic loquitur, *vir ingenij iucundi & elegantis.* Is eſt libri v, capite x i i, vbi & *venuſtatem* eidem tribuit, *Quod factum* (inquit) *venuſtè noſtris temporibus eluſit Vibius Criſpus, vir ingenij iucundi & elegantis.* Fateor tamen alioqui, magis mihi probatum iri, in iis quos Theſaurus meus ex Ariſtotele affert locis, aliiſque talibus, vt pro genitiuo *ingenij* genitiuum *iudicij* ponentes, dicamus, *qui iudicij iucundioris ſunt & elegantioris.* aut certè, omiſſo altero adiectiuo, *qui iudicij ſunt elegantioris.* Non ſine cauſa autem in inquiſitione conuenientis huic vocabulo interpretationis immoratus ſum, quòd multis multũ negotii multis in locis poſſit faceſſere. Nam & recentiores eo vſi ſunt: ex quibus Marcellinus in vita Thucydidis, οἳ δὲ, καὶ μᾶλλον τοῖς χαριεστέροις, Θουκυδίδου μὲν εἶναι δοκεῖ.

Ver.11. *Sed cognitio de legatorum poſtulatis in alium reiecta conſeſſum fuit.* Vox iſta διαγνώσεις vna ex iis eſt in quarum vſu Dionyſius libenter Thucydidem imitatur: (dicentẽ alioqui & διαγνώμη, cuius καταλήξεως inſolentiam meritò ille refugit) ſic enim cùm alibi vtitur, tum lib. i i i, ἀλλ' ἀποδοὺς τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ τὴν διάγνωσιν. Sic etiam verbo ipſo διαγινώσκειν vtens, ſcribit libro v i i, καὶ στέρξων ὅ,τι ἂν ἐκεῖνοι περὶ αὐτοῦ διαγνῶσιν.

Pag.4. Ver.2. *Non ſolùm denuntiantes ſuis copiis hunc belli apparatum, ſed ipſis quoque omnes belli impenſas ſuppeditantes.* At Sylb. lectionem ex coniectura petitam ſequitur, hanc videlicet,

οὐ μόνον

οὐ μόνον τοῖς ἰδίοις τέλεσι στρατεύσεσθαι καταγγέλλοντες. vertit enim, *nec ſuis tantùm ſumptibus eſ miſſuros auxilia, ſed ipſis quoque inſuper ſuppeditaturos omnes belli impenſas.* Affert verò & hanc lectionem, ex coniectura itidem, καταγγέλλοντες τοῖς ἰδίοις, τῆς ἑαυτῶν δαπάναις στρατεύσεσθαι. Sed multo eſt altera veriſimilior, tum quòd multo minorem ſcripturæ mutationem habeat, tum etiam quòd Dionyſius alibi ita loquatur, τοῖς ἰδίοις τέλεσι στρατεύεσθαι. vt libro IIII, quum de Romanis dicit, eos tunc temporis non ex ærario ſtipendia accipere, ſed ſuis ſumptibus militare ſolitos. his enim ibi verbis vtitur, οὐ γὰρ ἐλάμβανον ἐκ τοῦ δημοσίου τότε Ῥωμαῖοι στρατιωτικοὺς μισθούς, ἀλλὰ τοῖς ἰδίοις τέλεσιν ἐστρατεύοντο. Sic autem & libro IX, καὶ τέλεσι τοῖς ἰδίοις, ὅσον αὖ χρόνον ὁ πόλεμος διαμένῃ, στρατευόμενοι. Dicit verò & τέλεσιν οἰκείοις στρατεύεσθαι. Sed ad loci illius emendationem quod attinet, quum iam in eo ſit datiuus ἰδίοις, fuerit tantùm alter ille τέλεσι adiiciendus, & στρατεύμασι in στρατεύσεσθαι mutandum. Quid ſi verò emendatione opus habere negemus? tunc certè καταγγέλλειν eandem imperādi ſignificationem habebit qualem παραγγέλλειν apud Thucydidem aliquot locis habet, excepto eo quod præpoſitio affert diſcrimine. Nec obſtare exiſtimandum erit quòd accuſatiuum rei dat illi Thucydides. Verùm & hoc animaduertendū fuerit, tunc κἀκείνοις non ſignificaturum *illis quoque*, videlicet *Neapolitanis*, ſed perinde futurum acſi ſcriptum eſſet, ἀλλὰ καὶ ἁπάσας τὰς εἰς πόλεμον δαπάνας, ἐπιχορηγοῦντας ἐκείνοις. videlicet τοῖς ἰδίοις στρατεύμασι. Neque tamen hanc lectionem, ita etiam eam adiuuando, mihi parum ſatisfacere negauerim: ſed quum viciſſim conſidero, ſi, quam propoſui emendationem ſequamur, fore vt participium καταγγέλλοντες cum futuro στρατεύσεσθαι, aut otioſum ſit, aut ſignificationem parum ſibi conuenientem accipiat: quinetiam, poſt στρατεύσεσθαι potius ἐπιχορηγήσειν ſequi debere: quum (inquam,) hæc conſidero, illi noſtræ lectioni propemodum cogor acquieſcere. Quam tamen retinendo, eum quem dixi vſum dabo participio καταγγέλλοντες, non autem quem Sylb. vult, vt intelligamus, *non tantùm ſuis copijs fauorem eorum ambientes.*

En tibi & aliam quandam hoc de loco ſententiam: vt lectionem noſtram ex parte tantùm retineamus, id eſt, verba quidem eius ſeruemus, ſed aliqua illis adiiciamus. Hæc autem, non alia erunt quàm ea quorum mētionem feci: niſi quòd στρατεύεσθαι pro στρατεύσεσθαι ſcribetur: hoc modo, οὐ μόνον καταγγέλλοντες τοῖς ἰδίοις στρατεύμασι τοῖς ἰδίοις τέλεσι στρατεύεσθαι, ἀλλὰ κἀκείνοις ἁπ. &c. Niſi potius, ad vitandam illam vocis ἰδίοις repetitionem, dicendum ſit, ſynonymum οἰκείοις poni ſecundo loco debere.

Ver. 12. *Quem Campani, quum oppidum caperent, occupauerant.* pro his, ἐξ ἧς οἱ Καμπανοὶ κατέσχον ἅμα πόλιν. Sylb. hæc fuiſſe ſcripta putant, ἐξ ἧς οἱ Καμπανοί, ὅτε κατέσχον τὴν πόλιν αὐτῶν, ἀφείλοντο, aut his ſimilia: & vertit, *agri Cumani, quem Campani vnà cum oppido ceperant, partem Neapolitanis addituros.* At AEmilius ita, *ſéque Neapolitanis agrum præterea daturos, cuius quandam vrbem Campani occuparant.* Fortaſſe autem aliquis πολέμῳ pro πόλιν ſcribendum ſuſpicetur.

Ver. 19. 20. *Hinc fiebat vt alij alios clamosè increparent, & manus conſererent.* pro his, καταβοαί τε ἀλλήλων ἐγίνοντο & χειροκρασίαι. Sed χειροκρασίαι in χειροκρατίαι mutādum cenſeo. nam & alibi quidem χειροκρασία inueniri, in meo Græcæ linguæ Theſauro non negaui, ſed ſimul etiam, ſuſpectum mihi eſſe non tacui. Eadem certè & nunc in ſententia manens, vocem iſtam χειροκρασίαι ſuſpectam mihi eſſe aio. Quam enim in compoſito iſto prærogatiuam litera σ habere poſſit, ita vt χειροκρασία potius quàm δημοκρασία, aut ὀχλοκρασία, vel ἀριστοκρασία ſcribere liceat? Ac χειροκρασίαν ſignificare Manuum potentiam vel Manuum continentiam, cui veriſimile fuerit, ſatis Græcæ linguæ perito? Sed hæ tamen ſignificationes in vulg. lex. illi tribuuntur: ac ſubiungitur hic noſtri Dionyſii locus, ex libro VI, δεδιότες ὡς οὐ πόρρω χειροκρασίας ἐλάσωμεν. quem locum ita legi apud illū fateor, ſed mendo carere nego. Idémq; & de hoc Plutarchi dico, βίαν πολεμικὴν καὶ χειροκρασίαν. Ac, quemadmodū in aliis qui afferuntur locis ſcribi videmus, ita etiā in his χειροκρατίαν ſcribendū contendo. Neq; tamē χειροκρατίαν (ne quis fallatur) exiſtimandum eſt dici tantùm de iis qui χεῖρας κρατοῦσι, ſed de iis pariter qui χειρῶν κρατεῖν conantur: adeo vt perinde ſit acſi ita loquutus eſſet Dionyſius, καταβοαί τε ἀλλήλων καὶ χειρῶν κρατεῖν (vel χερσὶ κρατεῖν) ἐπειρῶντο. Nam in iis demum quæ ſequuntur dicit quinam fuerint οἱ κρατήσαντες. Atque ita perinde fuerit acſi dixiſſet, καὶ εἰς χεῖρας ἤρχοντο. Cæterùm vt hic καταβοαί, deinde χειροκρασία (vel potius χειροκρατία) poſtremū λίθων βολαὶ ponuntur: ſic alibi eadem eodem ordine poni vides: libro IX, καὶ μετὰ τοῦτο λόγοι τε ἀσχήμονες ἐλέγοντο εἰς ἀλλήλους, καὶ καταβοαί, καὶ σωμάτων ὠθισμοί· καὶ τελευτῶσαι εἰς χεῖρας ἀπίσχηψεν ἡ ἔρις, καὶ εἰς λίθων ἤρξαντο προβαίνειν βολάς.

ANNOTATIONES AEMILII PORTI IN EANDEM HISTORIAM.

Pag. 1. Ver. 1. ἀλλὰ καὶ διότι τοὺς φίλους αὐτῶν Καμπ.] Hæc non extant in libris illis quos nunc habemus: ſed profectò multas res præclaras complectuntur, vt ex ipſa verborum ſerie colligitur.

Verùm multa deſiderantur, quæ ad ſententiarum abſolutionem pertinent: multa etiam grauiter ſunt corrupta: quæ pro virium noſtrarum tenuitate corrigere ſumus conati, ita vt quàm proximè fieri poſſet ad veritatem accederemus. Eſt autem imperfecta prima hæc ſententia, & ex ſuperioribus pendet.

Ver. 11. *σύμβολα ποιησαμένους*] Eandem loquendi formam paulo pòſt idem autor vſurpat, *μηδὲ σύμβολα ποιεῖσθαι πρὸς τοὺς Ῥωμαίους.* quod hoc loco nihil aliud ſignificat quàm pacem cum aliquo facere. Tamen *συμβόλαια* eſt vſuatius.

Pag. 2. Ver. 8. Σαυνιτῶν] Vox iſta caret mendo, nec opus eſt mutatione. qui enim olim Σαυνῖται dicti, ij poſtea Σαμνῖται vocati. Hoc apparet ex Euſtathii verbis in illud Dionyſii carmen,

Σαυνῖται δ' ἐπὶ τοῖσι μέσην χθόνα ναιετάουσι.

In hunc enim verſum ſcribit, Μετὰ τοὺς Συβαρίτας μέσην χθόνα οἰκοῦσιν οἱ Σαυνῖται, οὓς διὰ τοῦ μ Σαμνῖτας οἱ Ῥωμαῖοι λέγουσιν, ὡς καὶ ἡ γραφὴ τοῦ Διοδώρου δηλοῖ.

Ver. 24. *πιστεύοντες*] Ex illo participio ſequenti *προσλαμβανομένους*, apparet hîc legendũ *πιστεύοντες*. alioqui eſſet *ἀνακόλουθον*. hæc enim ita ſunt connectenda & conſtruenda, *ἀξιοῦντες τοὺς Νεαπολίτας μὲν ἐῶν γνοναίους, πιστεύοντας, καὶ προσλαμβανομένους*, &c. Quod in ſequentibus videtur etiam faciendum, & legendum *καταγγέλλοντας*, & *ἐπιχορηγοῦντας*: cui cũmodè reſpõd ebit τὸ *ἀποσωμένους*.

LEGATIO II, SIVE HISTORIA II, DE QVADAM LEGATIONE, HENR. STEPHANO INTERPRETE.

Ὅτι μαθόντες οἱ Ῥωμαῖοι Σαυνίτας στρατιὰν ἀγείρειν, τὸ μὲν πρῶτον πρέσβεις ἔπεμψαν· οἱ δὲ προχειρισθέντες ἐκ τῆς βουλῆς μετὰ πρέσβεις, ἐλθόντες ἐπὶ τοὺς προβούλους τῶν Σαυνιτῶν, ἔλεξαν, Ἀδικεῖτε ἄνδρες Σαυνῖται, παραβαίνοντες τὰς ὁμολογίας, ἃς ἐποιήσασθε πρὸς ἡμᾶς, ὄνομα τι μὲν ὑποδυόμενοι συμμάχων· ἔργα δὲ πράττοντες πολεμίων. πολλαῖς μὲν ἡττηθέντες ὑπὸ Ῥωμαίων μάχαις, δεήσει δὲ μεγάλῃ καταλυσάμενοι τὸν πόλεμον, καὶ τυχόντες εἰρήνης οἵας ἐβούλεσθε· τὰς δὲ

ROMANI, quum Samnites exercitum cogere accepiſſent, primùm legatos miſerunt. Qui autem ex ordine ſenatorio lecti erant, quum ad præſides conſilii Samnitum veniſſent, dixerũt, Iniuſtè agitis Samnites, qui fœdera nobiſcũ inita violetis: dum nomen quidem ſociorum præfertis, ſed ea quæ hoſtium ſunt facitis. Atqui multis prœliis à Romanis ſuperati, non ſine obnixis precibus obtinuiſtis vt bellum finiretur: ſic tamen vt qualem voluiſtis pacem impetraritis: tandémque

LEGATIO II, SIVE HISTORIA II, DE QVADAM LEGATIONE, FRIDER. SYLBVRGIO INTERPRETE.

ROMANI, quũ Samnites exercitũ cogere cognouiſſent, legatos primũ miſerunt. Lecti ergo è ſenatorio ordine viri idonei, & in Samnium *profecti, coram Samnitũ proceribus in hãc ſententiã verba fecerunt, Iniuriam* nobis *facitis, Samnites, fœduſq́, nobiſcum initum violatis, dum nomẽ quidẽ ſociorum præfertis, ſed reipſa vos hoſtes declaratis. multis prælijs à pop. Rom. ſuperati,* demũ *magnis precibus bellũ diremiſtis, & quali voluiſtis pace impetra-*

LEGATIO II, SIVE HISTORIA II, DE QVADAM LEGATIONE, AEMILIO PORTO INTERPR.

POPVLVS Romanus, quum cognouiſſet Samnites cogere copias, primùm quidem legatos miſit: legati verò, qui ex ordine ſenatorio electi fuerant, ad Samnitum conſules profecti, *in hunc modum* ſunt loquuti, Iniuſtè facitis Samnites: quia violatis fœdera quæ nobiſcum feciſtis: & nomine quidem ſociorũ vos velatis, hoſtium verò facinora patratis: *vos qui* multis prœliis à populo Rom. victi fuiſtis, & magnis precibus bellum depoſuiſtis, & pacem, quam volebatis, impetraſtis.

δὲ τελευταῖα, φίλοι γενέσθαι τῆς πόλεως ἡμῶν προθυμηθέντες καὶ σύμμαχοι, καὶ τοὺς αὐτοὺς Ῥωμαίοις ὀμόσαντες ἕξειν ἐχθροὺς καὶ φίλους. ὧν ἁπάντων ἐπιλαθόμενοι, καὶ περὶ οὐδὲν ἡγησάμενοι τοὺς ὅρκους, ἐγκατελείπετε μὲν ἡμᾶς ἐν τῷ πρὸς Λατίνους πολέμῳ καὶ πρὸς Οὐολούσκους συστάντες, οὓς δι᾽ ὑμᾶς ἐχθροὺς ἔχομεν, οὐ βουλόμενοι τοῦ καθ᾽ ὑμῶν αὐτοῖς συνάρασθαι πολέμου. ἐν δὲ τῷ παρελθόντι ἐνιαυτῷ, Νεαπολίτας δεδιότας ἀναδεῖξαι τὸν καθ᾽ ἡμῶν πόλεμον, ἁπάσῃ σπουδῇ καὶ προθυμίᾳ χρώμενοι, παρωρμήσατε, μᾶλλον δὲ ἠναγκάσατε· καὶ τὰς δαπάνας ἐπιχορηγεῖτε· καὶ τὴν πόλιν δὲ ἡμῶν αὐτοὶ ἔχετε. καὶ νῦν δὲ παρασκευάζεσθε, στρατιὰν ἐκ παντὸς ἀγείροντες τόπου· πρόφασιν μὲν ἑτέραν ποιούμενοι, τὸ δ᾽ ἀληθὲς, ἐπὶ τοὺς ἡμετέρους ἐγνωκότες ἄγειν ἀποίκους. καὶ ἐπὶ ταύτας τὰς ἀδίκους πλεονεξίας Φουνδανοὺς παρακαλεῖτε καὶ Φορμιανοὺς, καὶ ἄλλους τινὰς οἷς ἡμεῖς ἰσοπολιτείας μετεδώκαμεν. οὕτω δὲ φανερῶς καὶ ἀναισχύντως συγχεόντων ὑμῶν τὰ περὶ τῆς φιλίας καὶ συμμαχίας ὅρκια, πρεσβείαν πρὸς ὑμᾶς ἔκριναν ἀποστεῖλαι πρῶτον, καὶ μὴ πρότερον ἄρξαι τῶν ἔργων,

πρὶν

démq; in amicitiā ſocietatémq; reip. noſtræ recipi cupieritis, ac iuraueritis, qui pop. Ro. hoſtes, qui amici eſſent, eoſdem vobis quoque eſſe habituros. Quorũ omnium obliti, & iuſiurandum veſtrum aſpernati, primùm nos deſeruiſtis in bello contra Latinos & Volſcos, qui nobis propter vos ſunt infenſi, quòd iis in bello quòd contra vos gerebant adiutores eſſe noluerimus. ſuperiore autem anno Neapolitanos, verentes nobis bellum indicere, omni ſtudio & animi contentione inſtigaſtis, vel potius coegiſtis: ac ſumptus ſuppeditatis: vrbémq; noſtram ipſi tenetis. Ac nunc certè in apparatu *belli* roti eſtis, copias vndique contrahentes: & quamuis aliud prætexaris, eas aduerſus noſtros colonos ducere ſtatuiſtis. atque ad aliena tam iniuſtè vſurpanda Fundanos Formianóſq; necnon quoſdam alios hortamini, quibus nos æquale ius ciuitatis impertiuimus. Quũ itaque tam apertè támque impudenter fœdus de amicitia & ſocietate initum confundatis, *Romani* legationem ad vos mittẽdam primùm, nec antè facta aggredienda quàm

trata, ad extremũ amici ac ſocij noſtræ reip. fieri cupiuiſtis, vóſq; eoſdẽ cum Romanis amicos & hoſtes habituros iurauiſtis. His omnib. obliuioni traditis, & ſpreto iureiurando, primùm *nos deſeruiſtis in bello cõtra Latinos, & in prælio aduerſus Volſcos, qui nobis propter vos inimici ſunt, quòd eos in bello contra vos ſuſcepto noluerimus adiuuare: deinde anno præterito, Neapolitanos bellũ aduerſus nos ſuſcipere verentes, omni ſtudio ac promptitudine inſtigaſtis, vel potius coegiſtis: ſumptúſq;* eam ad rẽ *ſuppeditatis: vrbémq; noſtrã ipſi tenetis. núncq; copias vndequaq; contrahitis, alio quidem prætextu, ſed reuera in colonos noſtros eas ducere ſtatuiſtis. atq; ad idẽ iniuriæ conſortium Fundanos pellicitis, Formianóſq;, & alios quoſdã, quib. nos æquale ciuitatis ius impertiuimus. Quum igitur tã apertè támq; impudẽter amicitiæ ſocietatíſq; fœdus cõfundatis, pop. R. prius legatos ad vos mittẽdos cenſuit, nec antè factis auſpican-*

ſpican-

traſtis. Quibus poſtremò etiam hoc maximè cupientibus datũ eſt vt in noſtræ reip. amicitiam & ſocietatem reciperemini, ea lege vt iuraretis eoſdẽ populi inimicos & amicos à vobis habitũ iri. Quorũ omnium obliti, & iureiurando penitus neglecto, nos in bello contra Latinos deſeruiſtis, cõſpiratione cum Volſcis aduerſus nos facta: quos propter vos habemus inimicos, quòd ipſos in bello cõtra vos ſuſcepto iuuare noluerimus. Superiore verò anno Neapolitanos bellũ cõtra nos ſuſcipere formidãtes, omni ſtudio & animi cõtentione vſi, cõcitaſtis, imò verò coegiſtis: & ſumptus ſuppeditans, & noſtrã vrbẽ ipſi tenetis. Atq; nunc *ad bellũ nobis inferendũ* vos paratis, copias ex quolibet loco colligẽtes. & aliã quidẽ ſpecioſam cauſam prętexitis, ſed re vera copias cõtra noſtros colonos ducere decreuiſtis. atq; ad horũ iniuſtorũ facinorũ ſocietatẽ Fundanos, Formianos, & alios quoſdã inuitatis, qui à nobis iure ciuitatis donati fuerunt. Quũ igitur vos adeò manifeſtè & impudẽter amicitiæ & ſocietatis iura cõfundatis, *Romani* legationẽ ad vos primùm mittendã,

nec

experti forent quid poſſent verba,cenſuerūt. Quæ autem à vobis poſtulamus, & quibus impetratis, vos iræ quam ob præterita conceepimus,ſatisfacturos arbitramur,hæc ſunt, Primùm quidem petimus vt auxilia Neapolitanis miſſa inde abducatis: deinde verò vt nullum aduerſus colonos noſtros exercitum mittatis: neque eos qui noſtræ ditionis ſunt ad opes ſuas malis artibus amplificandas adhortemini. Quòd ſi aliqui de ſuo tantùm conſilio hæc fecerunt, non quòd vobis omnibus viſa fuerint facienda, eos nobis ad ſupplicium dedatis. Hæc ſi impetremus,contenti ſumus: at his non impetratis, deos ac genios,quos in fœdere iurauiſtis,atteſtamur: & huc venientes, feciales à quibus hoc fieret,adduximus. Hæc Romanus *legatus* quum dixiſſet, Samnitū ſenatus præſides, quū inter ſe deliberaſſent, reſponſum hoc dederunt, QVOD auxilia noſtra ſerius ad bellum contra Latinos aduenerunt, huius rei culpā reſpubl. minimè ſuſtinet: (nam de mittendo vobis exercitu decretum à nobis factum eſt) ſed eius duces, qui plus temporis quàm par erat in apparatu conſum-

πρὶν ἢ πειραθῆναι τῶν λόγων. ἃ δὲ προσκαλούμεθα ὑμᾶς, καὶ ὧν τυχόντες τὴν ἐπὶ τοῖς παρεληλυθόσιν ὀργὴν ἀποπληρώσειν οἰόμεθα, ταῦτα ἐστί. πρῶτον μὲν ἀπάγειν ὑμᾶς ἀξιοῦμεν τὴν ἀποσταλεῖσαν Νεαπολίταις συμμαχίαν· ἔπειτα δὲ μηδεμίαν ἐκπέμπειν στρατιὰν κατὰ τῶν ἀποίκων τῶν ἡμετέρων· μηδὲ τοὺς ὑπηκόους ἐπὶ πάσας τὰς πλεονεξίας παρακαλεῖν. εἰ δὲ μὴ πᾶσι δόξαντα ταῦτα ὑμῖν, ἃ ἔπραξάν τινες, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν γνώμης, παραδοῦναι τοὺς ἄνδρας ἡμῖν ἐπὶ δίκην. τούτων τυχόντες, ἀρκούμεθα· μὴ τυχόντες δέ, θεοὺς καὶ δαίμονας, οὓς ἐν ταῖς συνθήκαις ὠμόσατε, μαρτυρόμεθα· καὶ τοὺς εἰρηνοδίκας ἐπὶ τοῦτο ἄγοντες ἐληλύθαμεν. τοιαῦτα τοῦ Ῥωμαίου λέξαντος, βουλευσάμενοι καθ᾽ αὑτοὺς οἱ πρόβουλοι τῶν Σαυνιτῶν, τοιαύτην ἐξήνεγκαν ἀπόκρισιν, ΤΟΥ μὲν ὁρισμοῦ τοῦ ἐπὶ τὸν κατὰ Λατίνων πόλεμον συμμαχίας οὐ τὸ κοινὸν αἴτιον (ἐψηφισάμεθα γὰρ ἀποστεῖλαι τὴν στρατιὰν ὑμῖν) οἱ δὲ τὴν ἡγεμονίαν ἔχοντες αὐτῆς, πλείονα χρόνον ἀναλώσαντες ἐν τῇ παρασκευῇ·

κατ

ſpicandum, quàm verborum eſſet factum periculum. Quæ verò à vobis poſtulamus, & quibus impetratis ſuperiorum offenſarum iram expletam putabimus, hæc ſunt: Primùm poſtulamus vt auxilia Neapolitanis miſſa reuocetis: deinde, vt nullum aduerſus colonos noſtros emittatis exercitum, neque ſubditos ad quodlibet fortunæ augendæ ſtudium inſtigetis. Quòd ſi delicta non communi omnium veſtrum conſenſu, ſed priuato quorundam conſilio commiſſa ſunt, eos nobis puniendos dedatis. Hæc ſi impetrabimus, contenti erimus: ſin impetrare non poterimus, deos ac genios, quos in fœdere iurauiſtis, atteſtamur: atque in hoc feciales nobiſcum adduximus. Hæc quum legatus *Romanus dixiſſet, Samnitum proceres, habito inter ſe conſilio, tale dederunt reſponſum, QVOD ſerius ad bellum cōtra Latinos auxilia noſtra aduenerunt, non reip. culpa factū eſt: (nā ſuppetias vobis mitti decreueramus) ſed partim ducū* culpa, *qui in cōparando exercitu plus conſumpſerūt temporis,*

nec prius facta aggredienda, quàm verborum periculum faciendum, cenſuerunt. Ea verò ad quę vos inuitamus, & quibus impetratis iræ noſtræ ob præteritas iniurias commotæ ſatisfactum putabimus, hæc ſunt: Primùm poſtulamus à vobis vt auxilia Neapolitanis miſſa abducatis: deinde, nullum exercitum contra colonos noſtros *ex veſtris finibus* emittatis, néve populos imperio noſtro ſubiectos ad quælibet turpia facinora inuitetis. Quòd ſi non omnibus vobis hæc placuerunt, quæ quidam fecerunt, ſed ſua ſponte & nullius ſuaſu *hæc illi patrarunt*: vt nobis homines ad ſupplicium dedatis. His impetratis erimus contenti: non impetratis verò, deos & genios, quos in fœderibus iuraſtis, obteſtamur: & feciales ad hoc ipſum adduximus nobiſcū. His à Rom. legato dictis, conſules Samnitum, communicato inter ſe conſilio, tale reſponſum dederunt, QVOD attinet ad auxilia ad bellū cōtra Latinos ſerius miſſa, culpa penes Remp. non eſt (exercitū enim vobis decreto noſtro mitti iuſſimus) ſed ipſius *exercitus* duces *ſunt culpādi,* qui plus temporis

Digitized by Google

καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ, θᾶττον ἐπειχθέντες ἐπὶ τὸν ἀγῶνα. τρισὶ γοῦν ἢ τέτταρσιν ἡμέραις ὕστερον τῆς μάχης πεμφθέντες ὑφ' ἡμῶν ἀφίκοντο. περὶ δὲ τῆς Νεαπολιτῶν πόλεως, ἐν ᾗ τῶν ἡμετέρων τινές εἰσι, τοσοῦτον δέομεν ἀδικεῖν ὑμᾶς, εἴ τινα τοῖς κινδυνεύουσι βοήθειαν εἰς σωτηρίαν κοινῇ παρεχόμεθα, ὥστε αὐτοὶ δοκοῦμεν ὑφ' ὑμῶν ἀδικεῖσθαι μεγάλα. φίλην γὰρ ἡμῶν καὶ σύμμαχον οὖσαν τὴν πόλιν ταύτην, οὐκ ἔναγχος, οὐδ' ἀφ' οὗ τὰς πρὸς ὑμᾶς ἐποιησάμεθα ὁμολογίας, ἀλλὰ δευτέρᾳ γενεᾷ πρότερον, διὰ πολλὰς καὶ μεγάλας εὐεργεσίας, οὐδὲν ἀδικηθέντες ὑμεῖς κατεδουλώσασθε. οὐ μὴν οὐδὲ τούτῳ γε τῷ ἔργῳ τὸ κοινὸν ὑμᾶς τῶν Σαυνιτῶν ἠδίκησεν· ἰδιόξενοι δέ τινες εἰσὶν, ὡς πυνθανόμεθα, καὶ φίλοι τῶν Νεαπολιτῶν, οἳ κατὰ τὴν ἑαυτῶν προαίρεσιν τῇ πόλει βοηθοῦντες, καί τινες καὶ δι' ἀπορίαν ἴσως βίου μισθοφοροῦσι. φέρειν δὲ καὶ ἄγειν τοὺς ὑπηκόους ὑμῶν οὐδὲν δεόμεθα. καὶ γὰρ αὐτοὶ φοιν-

pſerũt: & vos ipſi, qui præproperè certamen iniiſtis, adeo vt tribus aut quatuor poſt prælium diebus ſuppetiæ à nobis miſſæ aduenerint. Ad Neapolitanorum verò vrbem quod attinet, in qua noſtrorum quidam ſunt, tantum abeſt vt aliqua vos iniuria afficiamus, dum hominibus in periculo conſtitutis aliquid auxilii ad tutandam ſalutem publicam præbemus, vt etiam vos nobis magnam facere iniuriam putemus. Hanc enim ciuitatem cum qua nobis amicitia & ſocietas intercedit, non recens contracta, neque ex quo vobiſcum fœdus percuſſimus, ſed duabus antè ætatibus, ob multa magnáque in nos beneficia, vos, quum nullam accepiſſetis iniuriam, in ſeruitutem redegiſtis. Ac ne hoc ipſo quidem facto tota Samnitum reſpubl. vobis iniuriam fecit: ſed (vt audimus) quidam priuati hoſpitii priuatáque amicitiæ iure Neapolitanis deuincti, ſponte ſua huic ciuitati opem ferunt, quidam etiam fortaſſe ob victus penuriam, vt ſtipendia accipiant. Nec verò eos qui veſtro imperio parēt ſollicitari à nobis oportet. abſq;

Funda-

poris, partim veſtra ipſorum, qui properantius certamen iniiſtis. vnde factum vt tribus aut quatuor poſt prælium diebus ſuppetiæ à nobis miſſæ aduenerint. Ad Neapolim verò quod attinet, in qua noſtrorum quidam ſunt, tantum abeſt vt aliquam vobis faciamus iniuriam, dum periclitantibus ad tutandam reſpub. ſalutem aliquid auxilij mittimus, vt ipſi nobis magnam à vobis iniuriam fieri arbitremur. nam vrbem hanc, cum qua nobis amicitia & ſocietas eſt, non recens contracta, neque ex eo tempore quo vobiſcum fœdus icimus, ſed duabus ætatibus antè, ob multa & magna erga nos *beneficia, vos, nulla iniuria laceſſiti, in ſeruitutem redegiſtis. Ac ne hoc ipſo quidem facto tota Samnitum reſpublica vos læſit: ſed, vt audimus, quidam priuati hoſpitij atque amicitiæ iure, quo Neapolitanis deuincti ſunt, ſuopte impulſu opem eis ferunt: quidam etiam forſan ob fortunarum tenuitatem, ſtipendij gratia. Nec opus nobis eſt vt ſubditos veſtros ſollicitemus. nam etiam ſine*

Funda-

poris *quàm oportuerat* in ipſo apparatu conſumpſerunt: atq; adeò vos ipſi, qui ad prælium ocius cõmittendum maturaſtis. Tertio enim quartóve die poſt præliũ factũ *noſtri duces* à nobis miſſi *ad vos* peruenerunt. Quod verò attinet ad Neapolitanorũ vrbem, in qua ſunt aliquot de noſtris ciuibus, tantũ abeſt vt iniuria vos afficiamus ſi quod auxiliũ hominibus in vitæ periculo verſantibus, eorum ſalutis tutandæ gratia, publicè mittamus, vt etiam nos ipſi magnis iniuriis à vobis nos affici putemus. Hanc enim ciuitatẽ nobis amicam & ſociam, non nuper neque ex quo fœdus vobiſcum percuſſimus, ſed ſecunda antè ætate, ob multa & magna beneficia, vos nulla iniuria affecti in ſeruitutem redegiſtis. Reſpub. igitur Samnitum nullo modo hac in re iniuria vos affecit: ſed, vt audimus, ſunt quidam priuati hoſpites & amici Neapolitanorum, qui ſponte ſua huic ciuitati ferunt opem, fortaſſe etiam nonnulli milites ob victus inopiam mercede conducti. Res verò populorum veſtro imperio ſubiectorum ferre & agere nobis non eſt opus. nam ſine

Funda

Fundanis enim & Formianis nobiſipſis tutandis ſufficimus, ſi ad belli neceſſitatem redigamur. Nec, quòd exercitum nobis comparamus, hoc ideo fit vt colonos veſtros rebus ſuis ſpoliemus, ſed vt noſtras tueamur. Atque adeo pro iis quæ à nobis poſtulaſtis, nos viciſſim à vobis hoc poſtulamus, vt (ſi quod iuſtū eſt facere vultis) Fregellis excedatis: quibus quum iampridem bello potiti eſſemus (qui acquirendi modus eſt iuſtiſſimus) vos, nullo iure vobis vindicatas, iam per annos duos tenetis. Hæc ſi à vobis impetrauerimus, nulla nos iniuria affici arbitrabimur. Poſt hæc fecialis Romanus, ſermonem illorum ſubſequens, dixit, QVVM vos tam apertè violaueritis pacis fœdus, quod interpoſito iureiurando initum erat, nihil iam erit quod Romanos de bello vobis inferendo cogitare vetet. Omnia enim ab ipſo facta ſunt quæ tum ſacræ patriæque leges, tum pietas erga deos & iuſtitia erga homines *ſeruanda*, requirunt. Vtri autem pactis ſteterint, iudicabunt dii quibus ſorte datum eſt vt bellorum inſpectores ſint & præſides. Ac, quum diſceſſurus eſſet, amiculum in caput

Φουνδανῶν καὶ Φορμιανῶν ἱκανοὶ βοηθεῖν αὐτοῖς ἐσμέν, ἐὰν καταστῶμεν εἰς ἀνάγκην πολέμου. ἡ δὲ παρασκευὴ τῆς στρατιᾶς ἡμῶν ἐστὶν οὐχ ὡς ἀφαιρησομένων τοὺς ὑμετέρους ἀποίκους τὰ ἴδια, ἀλλ' ὡς τὰ ἴδια ἑξόντων διὰ φυλακῆς. ἀντικαλούμεθά τε ὑμᾶς, εἰ βούλεσθε τὰ δίκαια ποιεῖν, ἐκχωρεῖν Φρεγέλλης, ἣν πρὸ πολλοῦ πολέμῳ κρατησάντων ἡμῶν, (ὅσπερ ἐστὶ νόμος κτήσεως δικαιότατος) ὑμεῖς οὐδενὶ δικαίῳ σφετερισάμενοι, δεύτερον ἔτος ἤδη κατέχετε. τούτων ἡμεῖς τυχόντες, οὐδὲν ὑποληψόμεθα ἀδικεῖσθαι. μετὰ τοῦτο παραλαβὼν τὸν λόγον ὁ τῶν Ῥωμαίων εἰρηνοδίκης εἶπεν, Οὐκέτι ἐπὶ τὸ κωλῦσον ἐστίν, οὕτω φανερῶς ἀνῃρηκότων ὑμῶν τὰ περὶ τῆς εἰρήνης ὅρκια, βουλεύεσθαι τὸν Ῥωμαίων δῆμον αἰτιάσασθαι. πάντα γὰρ αὐτῷ πέπρακται, τά τε κατὰ τοὺς ἱεροὺς καὶ πατρικοὺς νόμους, τά τε πρὸς τοὺς θεοὺς ὅσια, καὶ τὰ πρὸς ἀνθρώπους δίκαια. δικασταὶ δὲ τῶν μενόντων ἐν ταῖς ὁμολογίαις οἱ λαχόντες πολέμους ἐπισκοπεῖν ἔσονται θεοί. μέλλων δὲ ἀπιέναι, τήν τε περιβολὴν κατὰ κεφαλῆς

Fundanorum & Formianorum ope, ipſimet nobis tutandis ſufficimus, ſiqua belli neceſsitate obruamur. Exercitum verò nobis comparamus, non vt colonis veſtris ſua adimamus, ſed vt noſtra tueamur. Ac viciſsim à vobis poſtulamus, ſi, quod iuſtum eſt, facere vultis, vt Fregellis excedatis: quas quum iam pridem armis obtinuerimus, (qui acquirendi modus eſt iuſtiſsimus) vos nullo iure occupatas, iam alterum annum vobis vſurpatis. Hæc ſi à vobis *impetrauerimus, nulla nos iniuria affectos exiſtimabimus. Poſt hæc fecialis Romanus, ſumptis dicendi partibus, ait, Nihil amplius obſtat quin populus Romanus, dum vos pacis fœdus tā apertè ſuſtuliſtis, de armis capiendis conſultet. nam omnia præſtitit quæ tum ſacræ patriæq; leges, tum deorū religio, tū iura humana poſtulant. Vtri autē pactis ſteterint, dij, qui bellorum inſpectionem ſortiti ſunt, dijudicabunt. Quúmque abiturus eſſet, detracto capitis*

Fundanis & Formianis per nos nobis ipſis opem ferre poſſumus, ſi ad belli neceſſitatem redigamur. Noſtri verò exercitus apparatus eſt hominum qui veſtros colonos ſuis rebus non ſunt ſpoliaturi, ſed res ſuas cuſtodia tutaturi. Nos quoque viciſſim vos rogamus vt, ſi iuſtè facere vultis, excedatis Fregellis, quas armis iam pridem à nobis victas, (quæ eſt poſſeſſionis ratio iuſtiſſima) vos nullo iure vobis vendicatas iam per annos duos tenetis. His rebus impetratis, nulla iniuria nos affici ducemus. Poſtea populi Romani fecialis, ſermone excepto, ita eſt loquutus, QVANDO manifeſtè fœderis religio à vobis eſt ſublata, nihil amplius eſt quod vos impediat quin etiam populum Romanum vltro accuſetis. Omnia enim ab ipſo peracta ſunt, tam ea quæ ad ſacras & patrias leges pertinent, quàm ea quæ ad pietatem erga deos & iuſtitiam erga homines ſpectant. Dii verò bellorum præſides & curatores, iudices erunt eorum qui fœderis conditiones ſeruant. Quum autem eſſet diſceſſurus, & caput amiculo velauit,

λῆς εἵλκυσεν, καὶ τὰς χεῖρας ἀνασχὼν εἰς τὸν οὐρανόν, ὡς ἔθος ἐστίν, ἀρὰς ἐποιήσατο τοῖς θεοῖς· εἰ μὲν ἄδικα πάσχουσα ὑπὸ Σαυνιτῶν ἡ Ῥωμαίων πόλις, καὶ μὴ δυναμένη μετὰ λόγου καὶ κρίσεως διαλύσασθαι τὰς διαφοράς, ἐπὶ τὰ ἔργα χωρήσει, βουλάς τε ἀγαθὰς αὐτῇ θεοὺς καὶ δαίμονας ἐπὶ νοῦν ἄγειν, καὶ πράξεις πᾶσι διδόναι ἐπὶ τοὺς πολεμίους εὐτυχεῖς· εἰ δὲ αὐτὴ ἡ πλημμελοῦσα τὰ περὶ τῆς φιλίας ὅρκια, προφάσεις κατασκευάζεται τῆς ἔχθρας οὐκ ἀληθεῖς, μήτε βουλὰς ὀρθοῦν αὐτῆς, μήτε πράξεις. ὡς διελύθησαν ἐκ τοῦ συλλόγου, καὶ τὰ λεχθέντα ἐδήλωσαν ἑκάτεροι ταῖς ἑαυτῶν πόλεσι, τὰς ἐναντίας ἔσχον ὑπὲρ ἀλλήλων δόξας ἀμφότεροι· Σαυνῖται μέν, βραδύτερα τὰ τῶν Ῥωμαίων ἔσεσθαι νομίζοντες· ὥσπερ αὐτοῖς ἔθος ἐστὶ ποιεῖν, ὅτε μέλλοιεν ἄρχειν πολέμου· Ῥωμαῖοι δέ, ἐν ὀλίγῳ τὴν Σαυνιτῶν στρατιὰν ἥξειν ἐπὶ τοὺς αὐτῶν ἐποίκους Φρεγελλαίους οἰόμενοι. ἔπειτ' αὐτοῖς τὰ εἰκότα παθεῖν συνέβη. οἱ μὲν γάρ, παρασκευαζόμενοι καὶ μέλλοντες, ἀπώλεσαν τοὺς καιροὺς τῶν πράξεων· Ῥωμαῖοι δέ, ἐν ἑ-

put attraxit, & manibus in cœlum ſublatis, vt moris eſt, hæc deos precatus eſt, ſimul etiam imprecans: vt, ſi quidem vrbs Romana iniuriam à Samnitibus pateretur, nec poſſet verbis & iudicio controuerſias dirimere, ideóque ad facta veniret, dii geniíque & bona conſilia menti eius inderent, & facerent vt omnia aduerſus hoſtes proſperè gererentur: ſin ipſa fœdus amicitiæ aliqua in re violans, falſas inimicitiarum cauſas comminiſceretur, ne eorum vel conſiliis vel actionibus ſucceſſum darent. Poſtquam ex concilio domum vtrique redierunt, & ciuitati ſuæ quæ dicta eſſent retulerunt, contrarias de ſe inuicem opiniones ambo *populi* conceperunt: quum Samnites quidem tardiorem Romanorum apparatum fore arbitrarentur, ſicut ipſis mos eſſet quum bellum forent illaturi: at Romani exercitum Samnitum breui cõtra Fregellanos colonos ſuos venturum exiſtimarent. Hinc vtriſq; quod rationi cõſentaneum erat accidit. illi enim, dum ſe pararent & cunctarentur, rei gerendæ occaſionem amiſerunt: at Romani, qui omnem

pitis amiculo, & ſublatis in cælum manibus, vt moris eſt, hæc à diis imprecatur: vt, ſi populus Romanus à Samnitibus iniuria affectus, quia verbis & iudicio diſsidium dirimere non potuerit, ad manus veniat, dij geniíque & bona conſilia menti eius indant, & felices omnibus ſucceſſus aduerſus hoſtes largiantur: ſi verò ipſe, fœdere amicitiæ aliqua in parte violato, non veras inimicitiarum cauſas prætexat, ne vel conſilia eius vel actiones fortunent. Vt verò dimiſſo concilio, vtrique ſuæ ciuitati quæ dicta eſſent retulere, contrarias de ſe inuicem opiniones ambo populi concepere. Samnites enim Romanorum expeditionem tardiorem fore opinabantur: quòd hic eis in bello ſuſcipiendo mos eſſet: Romani verò ſuſpicabantur Samnites breui contra Fregellanos colonos ſuos cum exercitu venturos. Vnde vtriſque accidere quæ accidiſſe *conſentaneum eſt. nam Samnites, dum ſe parabant & cunctabantur, rei gerẽdæ occaſionem amiſerunt: at Romani, quum in prom-*

uit, & manibus in cœlum ſublatis, vt mos fert, deos eſt *ita* precatus, Si populus Romanus iniuriam à Samnitibus patitur, nec poteſt oratione & iudicio controuerſias dirimere, ad facta veniet, & deos genióſque precabitur vt bona conſilia in mentem ſibi immittant, rerúmque aduerſus hoſtes gerendarum fœlicem exitum omnibus *Romanis* largiantur: ſi verò ipſe populus Rom. vllo modo amicitiæ *fœderíſque* religionẽ violans, falſas inimicitiarum cauſas doloſe prætexit, *petit* vt neque cõſiliorum neq; rerum ſibi felicem ſucceſſum annuant. Poſtquam ex concilio diſceſſerunt, & vtriq; res dictas ſuis ciuitatibus declararunt, vtriq; contrarias opiniones alteri de alteris habuerunt: Samnites quidem res bellicas à pop. Rom. cunctanter, vt ab eo fieri ſolet, paratũ iri putantes: populus verò Rom. Samnitũ copias contra Fregellanos colonos ſuos breui venturas exiſtimãs. Deinde ipſis acciderũt quæ veriſimile erat ipſis euentura. nã *Samnites*, qui ſe *ad bellum* parabant, & cunctabantur, rei gerendæ occaſionem amiſerunt: at pop. Rom. omnes

 res

omnem apparatum in promptu habebant, ſimulatque intellexere quæ illi reſpondiſſent, & bellum decreuere, & ambos conſules miſere: ac, priuſquam hoſtes eductum eſſe exercitum cognouiſſent, tum is qui recens conſcriptus erat, tum quæ in Volſcis hibernabant copiæ, quas habebat Cornelius, in Samnitum fines ingreſſæ erant.

ἐν ἑτοίμῳ πᾶσαν ἔχοντες παρασκευὴν, ἅμα τῷ πυθέσθαι τὰς ἀποκρίσεις, τόν τε πόλεμον ἐψηφίσαντο, καὶ τοὺς ὑπάτους ἀπέστειλαν ἀμφοτέρους· καὶ πρὶν αἰσθέσθαι τοὺς πολεμίους τὴν ἔξοδον, ἥ τε νεωστὶ καταγραφεῖσα καὶ ἡ περὶ Οὐολούσκους χειμάζουσα δύναμις, ἣν εἶχε Κορνήλιος, ἐντὸς ἦν τῶν Σαυνιτικῶν ὅρων.

in promptu haberent omnia, ſimulatque reſponſum audierunt, & bellum decreuerunt, & ambos conſules emiſerunt: ac, priuſquam hoſtis de expeditione quidquam cognouiſſet, tum recens conſcriptus exercitus, tum hibernantes in Volſcis copiæ, quibus Cornelius præerat, in Samnitum fines penetrarunt.

res *ad bellum* neceſſarias habens paratas, ſimulatque reſponſa audiuit, & bellum decreuit, & ambos conſules *ad id* miſit: & antequam hoſtes ipſius expeditionem ſenſiſſent, copiæ recens conſcriptæ, & quæ in Volſcis hyemabant, quas Cornelius habebat, in Samnitum fines iam penetrarant.

ANNOTATIONES HENR. STEPHANI IN LEGATIONEM SECVNDAM, VEL SECVNDAM DE QVADAM LEGATIONE HISTORIAM.

Pag.8. Ver.3. *Qui autem ex ordine ſenatorio lecti erant.* Non dubito quin ἐκ τῶν βουλευτῶν, (pro ἐκ τῶν βουλευμάτων) germana ſit γραφὴ, potius quàm τῶν βουλευτικῶν. quod tamen libentius quàm ἐκ τοῦ βουλεύματος admitterem. Neque enim τὸ βούλευμα dici ἀντὶ τῆς βουλῆς poſſe arbitror. Sic autem interdum ex ipſo ſenatu legati eligebantur: vt videre eſt vel in hoc Diodori Siculi loco, ἀπεφήνατο γὰρ ἀποστελεῖν ἐκ τοῦ συνεδρίου πρέσβεις τοὺς ἐκ παντὸς τρόπου συλλύοντας (pro quo συλλύσοντας ſcribe) τὸν πρὸς Φαρνάκην πόλεμον.

Ver.5. *Iniuſtè agitis Samnites,* pro his, Ἀδικεῖτε ἄνδρες Σαυνῖται. Sic apud Thucydidem, qui mittuntur à Corinthiis ad Athenienſes vt de ipſis querantur, ab his verbis initiũ ſumunt, libro 1, Ἀδικεῖτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι: ſequentibus participiis ἄρχοντες & λύοντες: vt hîc ſequi videmus παραβαίνοντες, & ὑποδυόμενοι, & περιέποντες. Sic verò Socratis accuſatio initium his à verbis ſumebat, Ἀδικεῖ Σωκράτης, ſequentibus itidem participiis.

Ver.6. *Dum nomen quidem ſociorum præfertis.* pro his, ὀνόματι μὲν ὑποδυόμενοι συμμάχων. Sed ὄνομα ſcribendum eſſe contendo: vt aliquis dicitur illum ὑποδύεσθαι cuius perſonam ſubit, & repræſentandam ſuſcipit. Quo etiam ſenſu dicitur quis perſonam aliquam agere. Sic ὑποδύεσθαι τὸ πρόσωπον τοῦ Διός. pro quo & breuius, ὑποδύεσθαι τὸν Δία legimus: & voce actiua, ὑποδῦναι τὸ τῆς ἀπάτης προσωπεῖον, apud Chryſoſtomũ. Poterat alioqui pro his, ὄνομα μὲν ὑποδυόμενοι συμμάχων, ἔργα δὲ περιέποντες πολεμίων, breuiore & magis veteribus vſitato ſermone vtens, dicere, λόγῳ μὲν, σύμμαχοι, ἔργῳ, δὲ πολέμιοι ὄντες. Vel, ὀνόματι μὲν σύμμαχοι. Paulo poſt aptiora ſunt ἐπιλαθόμενοι & ἐγκαταλιπόντες, quæ ex alio exemplari afferuntur. Pro συστάντες autem Sylburg. vult legi vel συστάντι, vel συστάντας: quorum prius illud magis probaui. At verò AEmilius retinens συστάντες, & omittens copulam ἐ, vertit *nos in bello cõtra Latinos deſeruiſtis, conſpiratione cum Volſcis facta.* At de κολούσκοις, mutari in Οὐολούσκοις debere, nulla dubitatio relinquitur: ſicut nec de ἡμῶν, quod loco priori occurrit, quin mutandum ſit in ὑμῶν.

Pag.9. Ver.15. *Copias vndique contrahentes.* Sequor enim illam ſubſtitutionem participii ἀγείροντες pro ἐγείροντες.

Pag.10. Ver.2. *Quæ autem à vobis poſtulamus*: vt legatur, ἃ δὲ προκαλούμεθα ὑμᾶς, non προσκαλούμεθα. Pro quo alioqui ſcribendum eſſet παρακαλούμεθα: ſed multo magis placet προκαλούμεθα: quod vſitatiſſimum eſt de iis qui aliquid ita petunt, vt id recuſantibus bellum denũtiare ſint parati. Quem vſum habet apud nos verbum *Sommer.* Confirmat autem nobis illam lectionem & quod illi reſpondet in ſequentibus ἀντιπροκαλούμεθα: quod tamen & ipſum deprauationem aliquam paſſum eſt: quum ſcriptum ſit ἀντικαλούμεθα: vt ibi docebo.

Ver.10. *Quòd ſi aliqui de ſuo tantùm conſilio hæc fecerunt.* Aut expungendũ ἃ ante ἔπραξαν, aut ſcribendum, εἰ δὲ μὴ πᾶσι ἔδοξαν ταῦτα ὑμῖν, ἀλλ' ἔπραξάν τινες ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν γνώμης. Verùm magis

Digitized by Google

magis placet illam voculam expungi.

Ver.24. *Sed eius duces.* ſubaudi, culpam ſuſtinent. Sic poſt hæc verba, *οἱ δὲ τὴν ἡγεμονίαν ἔχοντες αὐτῆς* (pro *ἀλλ' οἱ ἡγεμ. ἔχοντες αὐτῆς*) ſubaudi *αἴτιοι εἰσί*. Pręcedentia autem per parentheſin. Sed videri etiam poſſit deeſſe *ταχέως*, aut aliud huiuſmodi vocabulum, poſt vel ante *ἀποςεῖλαι*. vt enim *ὀψίσαι* dici non poſſent, haud ſatis erat miſiſſe, ſed id citò, aut ſaltem maturè, feciſſe oportuerat.

Pag.11. Ver.24. *Sollicitari à nobis oportet.* Quum ſuſpecta eſſet huius loci ſcriptura, Liuium ſequi & ipſe tutius eſſe putaui: à quo, eadem de re agente, ſcribitur, *Nec Fundanum Formianúmve à ſe ſollicitatos. quippe minimè pænitere ſe virium ſuarum, ſi bellum placeat.* Quæ alioqui omnino Græcis huius loci verbis reſpondent. nam quos minime pœnitet virium ſuarum, illi ſe *ἱκανοὺς βοηθεῖν ἑαυτοῖς* arbitramur, *αὐτοὺς φουνδανοὺς καὶ φορμιανοὺς*, ideóque illos minimè ſollicitant. Satis alioqui notum eſt hoc loquendi genus, *φέρειν καὶ ἄγειν*, vel *ἄγειν καὶ φέρειν*, ſed huic loco, mea quidem ſententia, parum eſt aptum. Suſpicionem autem hoc auget, quòd hæ duæ voces *καὶ ἄγειν* à duobus libris manuſcriptis abſunt.

Pag.12. Ver.6. *Pro ijs quæ à nobis poſtulaſtis, nos viciſſim à vobis poſtulamus.* Quin ſcribēdum ſit *ἀντιπροσκαλούμεθα* pro *ἀντικαλούμεθα*, ambigere nos non ſinit præcedens locus, qui habet, *ἃ ἡ προσκαλούμεθα ὑμᾶς* (vt quidem reponi oportet pro *προσκαλούμεθα*) hos enim codē quo illos vti voluiſſe verbo, tantùm præfixa illi præpoſitione, manifeſtum eſt. Cæterùm vel hic locus, quanto Latino felicior Græcus ſit ſermo, oſtēdit: quū ille hîc tot ſuis vocabulis ad interpretationē vnius Græci opus habeat. Tacitè autem & aliud includi illa præpoſitione (hoc quidem in verbo) videri poteſt: vt perinde ſit acſi diceretur, *Pro iis quæ poſtulaſtis, nos viciſſim à vobis eodem iure poſtulamus.* vel *pari iure.*

Ver.17.18.. *Nihil iam erit quod Romanis de bello vobis inferendo cogitare vetet.* Suſpicatur Sylburgius ſcriptum fuiſſe *βουλεύεσθαι τὸν Ῥωμαίων δῆμον ἀντιπάσασθαι.* (vt *ἀντιπάσασθαι* ſit *σὺν ὅπλοις ἐπιέναι*) vel *ἀμύνασθαι*. ſed nimis inſolens apud Dionyſium eſſet verbum *ἀντιπάσασθαι*: ac, ne alium quidem hiſtoricum talem eius vſum ſibi permiſiſſe crediderim. At verò *ἀμύνασθαι* valde quidem vſitatum eſſe ſcimus, ſed minus quiddam (vt opinor) eo ſignificatur, quàm quod dicere velle hunc veriſimile eſt. Fateor tamen multo magis fore rationi conſentaneum, illud *ἀπέρχεσθαι*, quod AEmilius affert, reiicere. Quum enim populus qui alii populo, hoſti ſuo, in tam ſolenni præſertim fecialium interuētu, minatur, magnificè loqui non ſolùm debeat, ſed etiam ſoleat, hoc certè contrà humiliter potius quàm magnificè loqui eſſet, talia dicere, *Quando vos* (eius verbis vtor) *adeo manifeſtè fœderis religionem violaſtis, & populum Romanum accuſare vultis, nihil eſt quod amplius nos impediat quin abeamus.* Ego igitur neutri priorum interpretum aſſentiens (priori alioqui potius aſſenſurus) & tantùm *βουλεύεσθε* in *βουλεύεσθαι* mutans, verbum *αἰτιάσασθαι* intactum ſeruo: ſed inter ipſum & accuſatiuum *δῆμον* deeſſe quædam dico: & hæc verba ſcripta fuiſſe: *βουλεύεσθαι τὸν Ῥωμαίων δῆμον περὶ τοῦ πόλεμον ὑμῖν ἐπιφέρειν. καὶ οὐδὲν ἕξετε αὐτὸν αἰτιάσασθαι.* vel iſta, *βουλ. τὸν Ῥ. δῆμον περὶ τοῦ ςρατιὰν ἐφ' ὑμᾶς ἀποςεῖλαι.* (quibus vſus eſt in fine primi fragmenti) vel alia eundem ſenſum efficientia. Niſi forte, vt breuius loqui potuit, ita etiam voluit: his videlicet vtens verbis, *βουλεύεσθαι περὶ τοῦ πολέμου.* aut, *βουλεύεσθαι τὰ πρὸς τὸν πόλεμον.* his inquam, aut aliis huiuſmodi. Hoc quidem non diſſimulabo, quoniam *ςρατεύσασθαι* & *αἰτιάσασθαι* magnam ſcripturæ affinitatem habent, (ob ſimilem in duabus ſyllabis καταληξιν) mihi paulo magis fieri veriſimile, ita ſcriptum fuiſſe, *περὶ τοῦ ἐφ' ὑμᾶς ςρατεύσασθαι. καὶ οὐδὲν ἕξετε αὐτὸν αἰτιάσασθαι.* ſæpe enim ſcripturæ duarum vocum affinitas cauſa talis omiſſionis eſſe ſolet.. Hac de re tamen nolim contendere: imò & *ἀμύνασθαι* (cuius antea facta fuit mētio) licet mihi videri dixerim minus quiddā ſignificare quàm quod nunc velle dicere credibile ſit, haud reiecerim: præſertim quum libro III, à legationis Romanorum principe, feciales ſecum adducente, dicatur Cluilio, ſummum inter Albanos magiſtratum gerenti; *τοιγάρτοι τοὺς ἀμυνουμένους ὑμᾶς προσδέχεσθε μετὰ τῶν ὅπλων οὐκ εἰς μακράν.* Vbi & *ἡμᾶς* legi poſſet.

ANNOTATIONES AEMILII PORTI IN EANDEM HISTORIAM.

Pag.8. Ver.3. *Ἐκ τῶν βουλευμάτων πρέσβεις*] Si codex eſt ſanus, inuſitatum certè fuerit loquendi genus: ſed crediderim potius leuiſſima mutatione facta *βουλευτῶν* legendum: quod eſt vſitatum.

Pag.9. Ver.14. *Ἐπιχορηγεῖτε*] Non dixit *ἐπιχορηγεῖτε*: ſed, quaſi adhuc idem illi facerent, vſus eſt præſenti, ad maiorem *ἔμφασιν*: vt illos in inuidiam raperet.

Ver.15. *ςρατιὰν ἐκ παντὸς ἐγείροντες τόπου*] *Ἀγείροντες* potius legendum: quod ab ipſo ſenſu

& loquendi recepta forma demonſtratur. Sic etiam ſuprà ϛρατιὰν ἀγείρειν dixit.

Pag.11. Ver.19. κατὰ τὴν ἑαυτοῦ προαίρεσιν] Suprà, ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ γνώμης, eſt dictum συνωνύμως.

Pag.12. Ver.7. ἀντικαλούμεθά τι ὑμᾶς] Si vox eſt incorrupta, dicemus eſſe Atticiſmum. Attici enim ſæpe voces medias & paſſiuas pro actiuis vſurpant. quare τὸ ἀντικαλεῖσθαι iam idem valebit ac τὸ ἀντικαλεῖν, Viciſſim petere. Sed reuera præter hoc vnum huius vocis exemplum hoc loco poſitum, nullum aliud me legiſſe memini. In vulgatis lexicis vix hoc reperias.

Pag.12. Ver.15. οὐθὲν ἔτι τὸ κωλῦον ἐϛὶν] Hic locus eſt grauiter corruptus, vt, quid ſibi velit autor, non facilè cognoſcatur: ego, quum non poſſem commodum ſenſum ex vulgata lectione, quæ eſt ἀνακόλουθος, elicere, pro βουλέσθε fortaſſe non incommodè βούλεσθαι reponi poſſe iudicaui: ſed tamen ne ſic quidem hæc lectio mihi placet. Senſus (niſi fallor) aliquam huiuſmodi lectionem videtur flagitare, ὑμῶν ἤτοι φανερῶς ἀνῃρηκότων τὰ περὶ τῆς εἰρήνης ὅρκια, καὶ βουλομένων τὸν τῶν Ῥωμαίων δῆμον αἰτιάσασθαι, οὐθὲν ἔτι τὸ κωλῦον ἐϛὶν ἡμᾶς ἀπέρχεσθαι. Id eſt, *Quando vos adeo maniſeſtè fœderis religionem violaſtis, & pop. Romanum accuſare vultis, nihil eſt quod amplius nos impediat quominus abeamus.* Nam, quaſi dicerent legati, Eos qui ab omni culpa ſunt alieni, immeritò accuſatis: ſequitur ἡ ἀπολογία, πάντα γὰρ αὐτοῦ, &c.

Ver.25. τὴν περιβολὴν κατὰ κεφαλῆς εἵλκυσεν.] Hunc morem & cæremonias multo apertius ipſa T. Liuii verba nobis explicabunt. ſic autem ille, libro primo Decadis primæ, Legatus vbi ad fines eorum venit vnde res repetuntur, capite velato (filum lanæ velamen eſt) Audi Iupiter, inquit, audite fines (cuiuſcunque gentis ſunt nominat) audiat fas. Ego ſum publicus nuntius pop. Romani, iuſtè pièque legatus venio: verbiſq; meis fides ſit. Peragit deinde poſtulata: inde Iouem teſtem facit, Si ego iniuſtè impièque illos homines illáſq; res dedier nuntio pop. Rom. mihi expoſco, tum patriæ compotem me nunquam ſinas eſſe. Hæc, quum fines ſupraſcandit, hæc, quicunque ei primus vir obuius fuerit, hæc, portam ingrediens, hæc, forum ingreſſus, paucis verbis carminis concipiendíque iuriſiurandi mutatis, peragit. Si non deduntur quos expoſcit, diebus tribus & triginta (tot enim ſolennes ſunt) peractis, bellũ ita indicit, Audi Iupiter, & tu Iuno, Quirine, diíque omnes cœleſtes, vóſque terreſtres, vóſque inferni, audite: Ego vos teſtor, populum illum (quicunq; eſt nominat) iniuſtum eſſe, neque ius perſoluere. Sed de iſtis rebus in patria maiores natu conſulemus quo pacto ius noſtrum adipiſcamur, &c.

Εὐτυχεῖς] Si εὔξεται addatur, vel aliquid ἰσοδυναμοῦν, ſentẽtia erit perfecta: alioquì erit ἀνακόλουθον.

Pag.13. Ver.9. πλημμελοῦσι τὰ περὶ τῆς φιλίας ὅρκια] Vt dicimus ἁμαρτάνειν τι, id eſt, peccatum aliquod committere, ſic πλημμελεῖν τὰ περὶ τῆς φιλίας ὅρκια. quod aliâs longè melius dicitur πλημμελεῖν περὶ τὰ τῆς φιλίας ὅρκια, id eſt, peccare in fœderis religione, eámque violare. Illud verò τι iam idem ſignificat ac Vllo modo.

Ver.20. Φρεγελλαίοις] Perperam Φλεγελλαίοις ante legebatur.

LEGATIO III, SIVE HISTORIA III, DE QVADAM LEGATIONE, HENR. STEPHANO INTERPRETE.

SAMNITICVM bellum denuo excitatum eſt: & hinc ortũ eſt eius initium, Samnites, poſt fœdus quod cum Romanis pepigerãt, exiguo temporis interullo, Lucanis, ſibi

Ὅτι ὁ Σαυνιτικὸς αὖθις ἀνερριπίσθη πόλεμος, ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας ἀρξάμενος. μετὰ τὰς σπονδὰς, ἃς ἐποιήσαντο πρὸς τὴν Ῥωμαίων πόλιν, οἱ Σαυνῖται, χρόνον ὀλίγον

LEGATIO III, SIVE HISTORIA III, DE QVADAM LEGATIONE, FRIDER. SYLBVRGIO INTERPRETE.

BELLVM Samniticum denuo huiuſmodi occaſione excitatum eſt, Poſt fœdus quod cum pop. Romano pepigerant, Samnites, breui interlapſo tempore, aduerſus Lucanos, finiti-

LEGATIO III, SIVE HISTORIA III, DE QVADAM LEGATIONE, AEMILIO PORTO INTERPR.

BELLVM Samniticum renouatum eſt: eiúſque initii hæc fuit cauſa, Samnites poſt fœdera quæ cum populo Romano fecerant, interiecto exiguo temporis interuallo in Lucanos populos

ὀλίγον ἐπισχόντες, ἐπὶ Λευκανοὺς ἐστράτευσαν ὁμόρους ὄντας, ἐκ παλαιᾶς τινὸς ὁρμηθέντες ἔχθρας. καὶ τὰς ἀρχὰς μὲν οὖν ταῖς ἑαυτῶν δυνάμεσι πιστεύοντες οἱ Λευκανοὶ, τόν τε πόλεμον διέφερον· ἐν ἁπάσαις δὲ μειονεκτοῦντες ταῖς μάχαις, καὶ πολλὰ μὲν ἀπολωλεκότες ἤδη χωρία, κινδυνεύοντες δὲ καὶ περὶ τῆς λοιπῆς γῆς ἁπάσης, ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων βοήθειαν ἠναγκάσθησαν καταφυγεῖν· συνειδότες μὲν ἑαυτοῖς ἐψευσμένοις ἃς πρότερον ἐποιήσαντο πρὸς αὐτοὺς ὁμολογίας, ἐν αἷς φιλίαν συνέθεντο καὶ συμμαχίαν, οὐκ ἀπογνόντες δὲ συμπείσειν αὐτοὺς, ἐὰν ἐξ ἁπάσης τῆς πόλεως τοὺς ἐπιφανεστάτους παῖδας ὁμήρους ἅμα τοῖς πρεσβευταῖς ἀποστείλωσιν. ὅπερ καὶ συνέβη. ἀφικομένων γὰρ τῶν πρέσβεων, καὶ πολλὰ δεομένων, ἥ τε βουλὴ δέχεσθαι τὰ ὅμηρα ἔγνω, καὶ τὴν φιλίαν πρὸς τοὺς Λευκανοὺς συνάψαι· καὶ ὁ δῆμος ἐπεκύρωσε τὰ ψηφισθέντα ὑπ' αὐτῆς. γενομένων δὲ τῶν συνθηκῶν πρὸς τοὺς ἀποσταλέντας ὑπὸ τῶν Λευκανῶν ἄνδρας, οἱ πρεσβύτατοι Ῥωμαίων καὶ τιμιώτατοι προχειρισθέντες ὑπὸ τῆς βουλῆς, πρέσβεις ἀπεστάλησαν ἐπὶ τὴν κοινὴν τῶν Σαυνιτῶν σύνοδον δηλώσοντες αὐτοῖς ὅτι φίλοι καὶ σύμμαχοι Ῥωμαίων

ſibi finitimis, vetere quadam ſimultate impulſi, bellum intulerunt. Ac principio quidem Lucani ſuis viribus freti bellum ſuſtinebant: ſed quum in omnibus prælijs deteriore conditione eſſent, & cùm multa iam loca amiſiſſent, tum verò de omni etiã reliquo territorio in diſcrimen venirent, ad populi Romani ſuppetias confugere coacti fuerunt. Ac ſibi quidem conſcii erant, ſe fœdus quo antea amicitiam & ſocietatẽ cum Romanis pepigerãt, fefelliſſe: ſed nõ deſperabant tamen ſe illas cũ exoraturos, ſi ex vnaquaq; ciuitate nobiliſſimos quoſque pueros cũ legatis obſides mitterẽt. Atq; id contigit. quum enim legati veniſſent, & *Romanos* vehementer rogarent, ſenatus accipiendos eſſe obſides, & amicitiam cum Lucanis ineundam cenſuit, populo hoc ſenatuſconſultum ratum faciente. Fœdere autem cum iis quos Lucani miſerant pacto, lecti à ſenatu qui inter Romanos & maximè prouecti ætate & honoratiſſimi erant, ad commune Samnitum concilium miſſi ſunt legati, vt illis ſignificarent, amicos ſocióſque Roma-

finitimam ſibi gentem, arma ſumpſere, vetere quadam ſimultate impulſi. Principio igitur Lucani, fidentes ſuis viribus, bellum ſuſtinuere: ſed quum ex omnibus prælijs inferiores diſcederent, & multis iam locis amiſſis, de reliquo etiam territorio toto periclitarentur, coacti ſunt ad populi Romani opem confugere. ac licet ſibi conſcij eſſent, ſe prius fœdus, quo amicitiam & ſocietatem cum Romanis firmauerant, fefelliſſe: non deſperabant tamen ſe illis perſuaſuros, ſi ex vnaquaque ciuitate nobiliſſimos pueros cum legatis mitterent obſides. Quod etiam contigit. quum enim legati veniſſent, & multis precibus inſtitiſſent, ſenatus accipiendos eſſe obſides, & iungendam cum Lucanis amicitiam decreuit: populúſque ſenatuſconſultum approbauit. Pacto cum Lucanis per legatos fœdere, lecti à ſenatu viri ætate & honore præſtantiſſimi, & ad commune Samnitum concilium legati miſſi, vt Samnitibus ſignificarent, Lucanos amicos ac ſocios eſſe populi Romani: ro-

populos finitimos expeditionem inueterato quodam odio pulſi fecerunt. Lucani verò principio quidem ſuis viribus freti bellum hoc tolerabant: ſed quum ex omnibus prælijs deteriore cõditione diſcederent, & multa oppida iam amiſiſſent, & in periculo reliqui totius agri amittendi verſarentur, ad pop. Rom. auxilium implorandum cõfugere ſunt coacti: conſcii quidem ſibi fœderis violati, quod antè cum ipſo fecerant, quo amicitiam & ſocietatem certis conditionibus cum eo contraxerant: non deſperãtes tamen ſe ipſi rẽ perſuaſuros, ſi ex omnibus ciuitatibus nobiliſſimos quoſq; pueros cum legatis obſides mitterent. Quod etiã euenit. quum enim legati *Romam* veniſſent, & *Romanos* vehementer rogarẽt, ſenatus obſides accipiendos, & amicitiã cum Lucanis contrahẽdam cenſuit: populúſq; ſenatuſc. ſuis ſuffragiis ratum fecit. Fœdere autẽ facto cum Lucanorum legatis, Romanorũ natu maximi & honoratiſſimi quiq; à ſenatu electi ad cõmune Samnitum conciliũ legati miſſi ſunt, vt ipſis declararẽt Lucanos populi Romani amicos & ſocios eſſe:

norum eſſe Lucanos: atque hortarentur vt quem ipſis agrum ademerant reſtituerent, & nihil hoſtile in eos amplius admitterent: quippe quum Romanorum ciuitas paſſura non eſſet, eos qui ad ipſam ſupplices confugiſſent, è ſuis ſedibus expelli. Samnites, auditis legatis, indignari cœperunt: ac, ſe purgantes, reſponderunt, primùm quidem non ea conditione pacis fœdus initum inter ipſos eſſe vt neminem priuatim pro amico vel hoſte, niſi Romanorum iuſſu, habere liceret: deinde, Lucanos non iam antea in amicitiam à Romanis eſſe receptos, ſed recẽs, quum iam Samnitum hoſtes forent: ideóq; Romanos nec iuſtum nec quidquam honeſtatis præ ſe ferentem prætextum ſoluendi fœderis comminiſci. Quum autem Romani reſponderent, eos qui ſe ſubiectos ipſis fore promiſiſſent, & hac conditione impetraſſent vt à bello ceſſaretur, oportere in omnibus dicto audientes iis eſſe qui imperium cepiſſent: ac, niſi vltro facerent imperata, ſe bellum eis illaturos minarẽtur: Samnites intolerabilem huius ciuitatis arrogantiam eſſe rati, legatos illico diſcedere iuſſerunt,

μαίων εἰσὶ Λευκανοί, καὶ τὴν τῆς χώρας, ἣν ἔτυχον αὐτῶν ἀφῃρημένοι, παρακαλέσοντες ἀποδιδόναι, καὶ μηδὲν ἔτι πράττειν ἔργον πολεμίων· ὡς οὐ περιοψομένης τῆς Ῥωμαίων πόλεως τοὺς ἑαυτῆς ἱκέτας ἐξελαυνομένους ἐκ τῆς σφετέρας. Οἱ δὲ Σαυνῖται, τὴν πρέσβεων ἀκούσαντες, ἠγανάκτουν τε καὶ ἀπελογοῦντο· πρῶτον μὲν, οὐκ ἐπὶ τούτῳ πεποιῆσθαι λέγοντες τὰς περὶ τῆς εἰρήνης ὁμολογίας, ἐπὶ τῷ μηδένα μήτε φίλον ἰδίᾳ ἡγήσασθαι, μήτε ἐχθρὸν, ἐὰν μὴ Ῥωμαῖοι κελεύσωσιν· ἔπειθ᾽ ὅτι Λευκανοὺς οὐ πρότερον ἐποιήσαντο Ῥωμαῖοι φίλους, ἀλλ᾽ ἔναγχος, πολεμίους ἤδη σφῶν ὄντας· προφάσει οὔτε δικαίᾳ οὔτε εὐσχήμονα κατασκευαζόμενοι τοῦ καταλῦσαι τὰς σπονδάς. Ἀποκρινομένων δὲ τῶν Ῥωμαίων ὅτι τοὺς ὑπηκόους ὁμολογήσαντας ἔσεσθαι, καὶ ἐπὶ τούτῳ τῷ δικαίῳ καταλυσαμένους τὸν πόλεμον, ἅπαντα πείσεσθαι δεῖ τοῖς παρειληφόσι τὴν ἀρχήν· καὶ εἰ μὴ ποιήσωσι τὰ κελευόμενα ἑκόντες, πολεμήσειν αὖθις ἀπειλούντων, ἀφόρητον ἡγησάμενοι τὴν αὐθάδειαν τῆς πόλεως οἱ Σαυνῖται, τοὺς μὲν πρέσβεις ἐκέλευσαν

ni, rogarént que vt tum ademptum Lucanis agrum reſtituerent, tum nihil amplius hoſtile in eos admitterent: quòd populus Romanus non paſſurus eſſet vt qui ſupplices ad ipſum confugiſſent, ſuis ſedibus expellerentur. Samnites, auditis legatis, indignantes reſponderunt: primùm, non ea conditione pacis fœdus initum eſſe, vt neminem priuatim vel amicum vel hoſtem liceret ducere, niſi populus Romanus iuſſiſſet: deinde, Romanos non pridem Lucanos in amicitiam ſuam recepiſſe, ſed recens, quum iam Samnitum hoſtes eſſent: atque ita nec iuſtum nec decentem ſoluendi fœderis pretextum quærere. Vbi quum Romani reſponderent, eos qui ſe ſubditos fore ſpopondiſſent, atque ea lege bellum diremiſſent, oportere in omnibus obedire iis qui imperium cepiſſent: ac, niſi vltro imperata facerent, bellum eis minarentur: Samnites intolerabilem eſſe rati populi Romani ſuperbiam, legatos

vtque eos adhortarentur ad reſtituendum agrum quem tunc poſſidebant, quem ipſis ademerant: néve quod hoſtile facinus amplius patrarent: quòd populus Romanus ſuos ſupplices ex ſuis ſedibus pelli non eſſet paſſurus. Samnites verò, legatis auditis, indignabantur, & ſe purgabant: primùm quidem dicentes, non hac lege pacem fœdúſque factum vt nullum priuatim amicum aut inimicum haberent, niſi populus Romanus iuſſiſſet: deinde *dicentes*, non antè, ſed nuper, Lucanos, iam ſuos hoſtes, à populo Romano in amicitiam receptos: nec vllam iuſtam neque honeſtam fœderis ſoluendi cauſam ab eo afferri. Quum autem Romani reſpondiſſent, oportere, eos qui promiſiſſent ſe populi Romani imperio obtemperaturos, atque iſta conditione bello depoſito pacem impetraſſent, omnibus in rebus parere illis qui imperium adepti eſſent: quúmque, niſi imperata vltrò feciſſent, ſe bellum ipſis illaturos minarentur, Samnites populi Romani ſuperbiam intolerabilem exiſtimantes, legatos quidem

ἀπαλλάττεσθαι παραχρῆμα· αὐτοὶ δὲ τὸν πρὸς αὐτοὺς πόλεμον ἐψηφίσαντο, κοινῇ τε καὶ κατὰ πόλεις εὐτρεπίζεσθαι. ἡ μὲν δὴ φανερὰ τοῦ Σαυνιτικοῦ πολέμου πρόφασις, καὶ πρὸς ἅπαντας εὐπρεπὴς λέγεσθαι, ἡ Λευκανῶν ἐγένετο βοήθεια τῶν καταφυγόντων ἐπ' αὐτούς· (ὡς κοινὸν δὴ τοῦτο καὶ πάτριον ἔθος τῇ Ῥωμαίων πόλει, τοῖς ἀδικουμένοις καὶ καταφεύγουσιν ἐπ' αὐτὴν βοηθεῖν·) ἡ δ' ἀφανὴς καὶ μᾶλλον αὐτοὺς ἀναγκάζουσα διαλῦσαι τὴν φιλίαν, ἡ τῶν Σαυνιτῶν ἰσχύς, πολλή τε ἤδη γεγονυῖα, καὶ ἔτι πλείων γενήσεσθαι νομιζομένη. Λευκανῶν τε χειρωθέντων, καὶ δι' αὐτοὺς τῶν προσοίκων, ἀκολουθήσειν ἔμελλε τά τε βαρβαρικὰ ἔθνη τὰ προσεχῆ τούτοις. αἵ τε δὴ σπονδαί, μετὰ τὴν ἄφιξιν τῶν πρεσβευτῶν, εὐθὺς ἐλέλυντο, καὶ στρατιαὶ δύο κατεγράφοντο.

runt, atq; vt res ad bellũ neceſſariæ tũ communiter tum in ſingulis ciuitatibus parentur, facto decreto edixerunt. Manifeſta igitur Samnitici belli cauſa, & quæ cum aliqua honeſtatis ſpecie narrari omnibus poteſt, fuit hæc, Lucanis qui ad ipſos confugerant, velle opitulari: (tanquam communis & patria Romanorum ciuitati conſuetudo eſſet, iis qui affecti iniuria ad ipſam confugerent, opem ferre:) ſed occulta & quæ magis ipſos amicitiam diſſoluere cogebat, fuit ea qua præditi Samnites erant potentia: quæ & magna iam erat, & maior euaſura exiſtimabatur, quum Lucanis iam ſubiugatis, & propter eos finitimis etiam, ſequuturæ eſſent & gentes barbaricæ quæ his contiguæ erant. Quamobrem & fœdus poſt legatorum reditum ſtatim ſolutum eſt, & duo exercitus conſcripti fuerunt.

tos extemplo abire iuſſerunt: factóque decreto, res ad bellum neceſſarias, tum per totam regionem, tum per ſingula oppida, adornarunt. Aperta igitur Samnitici belli cauſa, & cuius prætextus apud omnes ſpecioſius vulgari poterat, erat Lucanorum, qui ad ipſos confugiſſent, protectio: (quòd communis ac patrius populo Romano mos eſſet, iniuriam patientibus atque ad opem ipſius confugientibus ſuccurrere:) ſed occulta cauſa, & quæ magis eos amicitiam dirimere cogebat, erat Samnitum potentia, quæ & magna iam erat, & in dies *maior ac maior futura videbatur. Lucaniſque ſubactis, & per eos finitimis populis, ſecuturæ erant etiam barbaricæ gentes his contiguæ. Itaque & fœdus poſt legatorum reditum ſtatim ſolutum eſt, & duo conſcripti exercitus.*

quidem ex tempore diſcedere iuſſerunt: ipſi verò res ad bellum neceſſarias & communiter & in ſingulis ciuitatibus parari ſuo decreto iuſſerunt. Manifeſta igitur belli Samnitici cauſa, & quæ honeſtatis ſpeciem apud omnes præ ſe ferre videbatur, fuit auxilium latum Lucanis, qui ad ipſos *Romanos* confugerant: (quæ conſuetudo pop. Rom. communis & legibus patriis eſt recepta, vt illis qui patiuntur iniuriam, & ad ipſum confugiunt, opem ferat) ſed occulta, & quæ ipſam amicitiam diſſoluere magis coegit, fuit Samnitum potentia, quæ iam magna erat, & maior euaſura exiſtimabatur: Lucaniſque, ac propter ipſos accolis etiam ſubactis, gentes quoque barbaræ his finitimæ *eandem ſeruitutis conditionem* erant ſequuturæ. Fœdera igitur poſt legatorum reuerſionem confeſtim ſunt ſoluta, & exercitus duo ſunt conſcripti.

ANNOTATIONES HENR. STEPHANI IN LEGATIONEM III, VEL III DE QVADAM LEGATIONE HISTORIAM.

Pag. 17. Ver. 3. *Bellum ſuſtinebant.* Videndum an ſcribi poſſit τόν γε πόλεμον διέφερον. Alioqui non dubium eſt quin poſt τόν τε πόλεμον διέφερον vocula καὶ cum alio modi eiuſdem verbo aliíſque vocabulis aliquot ſequi debeat. Cæterum gaudere Dionyſium hoc loquendi genere, διαφέρειν τὸν πόλεμον, quidam alii huius ipſius operis oſtendũt loci. Libro quidem certè ſecundo in locis vicinis non ſolùm τὸν πόλεμον διαφέρειν ſed τὴν μάχην διαφέρειν etiam habemus. Scribit enim, ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς ἤδη τὸν πόλεμον διέφερον. vbi Lapus quidem vertit *bellum inferebant*, malè:

(quum bellum inferre ſit Græcis *πόλεμον ἐπιφέρειν*, non *διαφέρειν*: & bellum inferre non dicantur qui diu iam inter ſe dimicarunt) at reliqui duo interpretes verterunt, *bellum trahebant*: ne ipſi quidem rectè, quum alio ad id ſignificandum verbo vtatur Dionyſius, & nullam trahendi belli cauſam habuiſſe hi videantur. Aliquanto pòſt autem legitur, *ἔτι διενέγκαντες ἀγχωμάλως τὴν μάχην*. vbi idem Lapus, velut ad ſe rediens, melius quàm cæteri duo interpretatur, *perferentes æquo Marte pugnam*. Sed Suſtinere pugnam Liuius dicit, ſicut Cicero Suſtinere prælia.

Ver.12.13. *Si ex vnaquaque ciuitate nobiliſſimos quoſque pueros cum leg.* Rectè admonet Sylburg. vel expungendum articulum, vt legatur *ἐξ ἁπάσης πόλεως*: vel mutato numero ſcribendum, *ἐξ ἁπασῶν τῶν πόλεων*, vt paulo pòſt dicitur, *κοινῇ τε καὶ κατὰ πόλεις εὐτρεπίζεσθαι*: ſed *ἐξ ἁπάσης πόλεως* malo: at verò *ἐξ ἁπάσης τῆς πόλεως* ſonaret Ex tota ciuitate.

Pag.18. Ver.2. *Quem ipſis agrum ademerant.* De hoc quoque illi aſſentior, *τήν τε χώραν*, eſſe ſcribendum: & paulo pòſt tam illi quàm Vrſino, de plurali *ἔργων* in ſingulare *ἔργον* mutando.

Ver.10. *Neminem priuatim pro amico.* Non diſplicet *ἴδιον*, ſed tamen ita vt magis placiturum ſit *ἰδίᾳ*.

Ver.15. *Nec quicquam honeſtatis præ ſe ferentem.* Sicut hîc *πρόφασιν εὐσχήμονα*, ſic *σὺν εὐσχήμονι προφάσει* dicit libro VII: quam alioqui & *εὐπρόσωπον πρόφασιν* dicere Græci ſolent, & ipſe vno etiam verbo *εὐπροσωπίαν* appellare non dubitauit.

Ver.21. *Dicto audientes iis eſſe.* Hoc quoque manifeſtum eſt, *πείθεσθαι* ſcribi debere: & verſu ſequenti, *εἰ μὴ ποιήσουσι*, aut *ἐὰν μὴ ποιήσωσι*.

Pag.19. V.10. *Iis qui affecti iniuria ad ipſam confug. opẽ ferre.* Hoc minimè dubiũ eſt, quin altera lectio, *τοὺς ἀδικουμένους καὶ καταφεύγοντας* ferri cum verbo *βοηθεῖν* nõ poſſit: ſed fieri poteſt vt hos accuſatiuos aliud verbum apud Dionyſium ſequeretur. Quid ſi verò dicamus inter *αὐτὴν* & *βοηθεῖν* aliud infinitiui modi verbum quadrans huic loco ſcriptum fuiſſe? Tale certè haberemus in hac oratione, *τοὺς ἀδικουμένους καὶ καταφεύγοντας ἐπ' αὐτὴν ὑποδέχεσθαι, καὶ βοηθεῖν*. vel *καὶ αὐτοῖς βοηθεῖν*. vt *ὑπεδέξαντο* dictum antea fuit, pag. videlicet 4. Niſi fortè quis *ἐλεεῖν* aut *οἰκτείρειν*, aut aliud alius ſignificationis, ſed tamen huic loco conuenientis, verbum malit.

Ver.12. *Et quæ magis ipſos amicitiam diſſoluere cogebat.* Vel, *amicitiam quæ ipſis erat cum Samnitibus, diſſoluere cogebat*, ſequendo alteram lectionem, *τὴν πρὸς Σαυνίτας διαλύεσθαι φιλίαν*. ſed talia quæ à lectore poſſunt *ὑπακούεσθαι*, ſæpe prætermittuntur.

Ver.14. *Et maior euaſura exiſtimabatur.* Si *ἐπὶ πλεῖον* non mutetur in *ἔτι πλείων*, neceſſe fuerit *γενήσεσθαι* in aliud verbum mutare, *προβήσεσθαι* videlicet, aut aliud huiuſmodi.

Ver.17. *Gentes barbaricæ, quæ his contiguæ erant.* Vix auſim dicere, hîc quoque *τε* in *γε* mutari debere: ac certè potius expungendum dixerim.

ANNOTATIONES AEMILII PORTI IN EANDEM HISTORIAM.

Pag.17. Ver.5. *τόν τε πόλεμον διέφερον*] Si vulgatam lectioné retineamus, ſententia iſta alteram huic reſpondentem, & *τὴν ἀνταπόδοσιν τοῦ τε* flagitabit: ſed ſi *τόνδε* legamus, optimè res habebit. Facilis eſt lapſus.

Pag.18. Ver.19. *ὅτι τοὺς ὑπηκόους*] Videntur hæc tranſpoſita. fortaſſe melius res haberet, ſi legeremus, *ὅτι τοὺς ὁμολογήσοντας ἔσεσθαι ὑπηκόους*. Interdum tamen huiuſmodi verborum traiectio vel probatis ſcriptoribus eſt familiaris.

Ver.21. *ἅπαντα πείσεσθαι*] Poſitum eſt *ἅπαντα* pro *καθ' ἅπαντα*. id eſt, *ἐν ἅπασι*.

LEGA-

LEGATIO IIII, SIVE HISTORIA IIII, DE QVADAM LEGATIONE, HENR. STEPHANO INTERPRETE.

Ὅτι Ποστούμιος πρέσβυς ἐστάλη πρὸς Ταραντίνους· καὶ ἅττα αὐτοῦ διεξιόντος, οὐχ ὅπως προσεῖχον αὐτῷ τὴν διάνοιαν, ἢ λογισμοὺς ἐλάμβανον οἱ Ταραντῖνοι σωφρόνων ἀνθρώπων, καὶ περὶ πόλεως κινδυνευούσης βουλευομένων· ἀλλ᾽ εἴ τι μὴ κατὰ τὸν ἀκριβέστατον τῆς Ἑλληνικῆς διαλέκτου χαρακτῆρα ὑπ᾽ αὐτοῦ λέγοιτο, παρατηροῦντες ἐγέλων· καὶ πρὸς τὰς ἀναστάσεις ἐτραχύνοντο, καὶ βαρβαρισμὸν ἀπεκάλουν· καὶ τελευτῶντες ἐξέβαλον ἐκ τοῦ θεάτρου. ἀπιόντων δὲ αὐτῶν, εἷς τῶν ἐφεστηκότων ἐν τῇ παρόδῳ Ταραντίνων, Φιλωνίδης ὄνομα, σπερμολόγος ἄνθρωπος, (ὃς ὑπὸ τῆς οἰνοφλυγίας, ᾗ παρὰ πάντα τὸν βίον ἐκέχρητο, προσηγορεύετο Κοτύλη) μεστὸς ὢν ἔτι τῆς χθιζῆς μέθης, ὡς ἐγγὺς ἦσαν οἱ πρέσβεις, ἀνασυράμενος τὴν περιβολὴν, καὶ σχηματίσας ἑαυτὸν ὡς αἴσχιστον ὀφθῆναι, τὴν οὐ λέγεσθαι πρέπουσαν ἀκαθαρσίαν κατὰ τῆς ἱερᾶς ἐσθῆτος

Qvvm Poſtumius ad Tarentinos miſſus eſſet legatus,& quædam illis exponeret, Tarentini non modò non attendebāt animos ad ea quæ ab illo dicebātur, aut mente concipiebant ea quæ hominibus cordatis & de vrbe periclitante cōſultantibus in mentem venire par eſt: verumetiam, ſiquis eius ſermo cum exactiſſimo Græci ſermonis charactere non conueniret, id obſeruantes ridebant: & eius *inter loquēdum* reſtitationibus exaſperabantur,& barbarum vocitabant: tandemque è theatro eiiciebant. Ac, quum abirent, vnus ex iis qui in tranſitu ſtabant Tarentinis, Philonides nomine, homo nihili, & ganeo,(qui à vinolētia, cui per totam vitam deditus fuerat, Cotyla vocabatur) heſternæ crapulæ adhuc plenus, quum prope ipſum eſſent legati, ſublata veſte, & corpore ad obſcœniſſimum habitum compoſito, ſordes quas nominari non decet, in ſacram legati

EADEM LEGATIO, FRIDER. SYLBVRGIO INTERPRETE.

QVVM Poſtumius legatus ad Tarentinos miſſus eſſet,& quadā apud eos exponeret, Tarentini non modò nō attenderunt animos, aut cogitationes ceperunt hominū cordatorum & de vrbe periclitante conſultantium, verumetiam, ſiquid ab eo diceretur quod non exactiſſimum Græci ſermonis characterem referret, obſeruabant, ac ridebant: offendebantúrque eius ad dicendum *ſurrectionibus,& barbarum vocitabant: ac tandem è theatro eiiciebant. Quúmq; abirent, vnus ex iis qui in tranſitu adſtabant Tarentinis, nomine Philonides, homo ſcurrilis,(qui à vinolentia, cui per totam vitam deditus fuerat, appellabatur Cotyla) heſterna ebrietate etiamnum diſtentus, vt appropinquarunt legati, ſublato amiculo,& corpore ad obſcœniſſimum habitum compoſito, ſordes nominatu indecoras ſacro legati*

EADEM LEGATIO, ÆMILIO PORTO INTERPRETE.

Postvmivs legatus ad Tarentinos eſt miſſus:&, quum quædam oratione perſequeretur, Tarentini non ſolùm animum ad eum non aduertebant, aut hominum prudentum & de rep. in ſalutis diſcrimine poſita conſultantium cogitationes ſuſcipiebant, ſed etiam ſiquid ex exquiſitiſſima Græcæ linguæ forma ab ipſo nō diceretur, hoc obſeruantes ridebāt: & minis ipſius exaſperabantur, ipſúmq; barbarum appellabant: & tandem ex theatro eiecerunt. Quum autem illi diſcederent, quidam Tarentinus, qui in ipſa via conſtiterat, nomine Philonides, homo garrulus, (qui ob temulentiam, qua toto vitæ tempore fuerat vſus, Cotyla vocabatur) heſternæ crapulæ adhuc plenus, poſtquam legati *ad eum* acceſſerunt, ſublata veſte, & corpore ſuo ad quamturpiſſimam geſtus ſpeciem compoſito, ſordes quæ honeſtè nominari non poſſunt, in ſacram legati

legati veſtem effudit. Vbi quum totum theatrum in riſum erupiſſet, & inſolentiſſimi quique manus complod erent, Poſtumius, coniectis in Philonidem oculis, Accipiemus (inquit) omen, ó ganeo: quoniam ea etiam quæ non petimus, nobis datis. Deinde ad turbam conuerſus, & veſtem contumelioſè ſordidatam oſtendẽs: quum adhuc maiorem ex omnibus riſum oriri videret, & voces quorundam hac de re lætantium & petulantiam laudantium audiret, Ridete, inquit, dum vobis licet, Tarentini, ridete. nam poſthac diu flebitis. Ad quas minas quum exacerbati nonnulli fuiſſent, Atque vt magis (inquit) indignemini, hoc quoque vobis dicimus, fore vt hanc veſtem multo ſanguine abluatis. Legati Romanorum, quum his contumeliis à Tarentinis tam priuatim quàm publicè affecti, verba hæc, tanquam diuino quodam inſtinctu vaticinantes, protuliſſent, ex vrbe abnauigarunt. Nec multo poſt initũ ab AEmilio cognomento Barbula magiſtratum aduenit Poſtumius, & qui cum eo Tarentum miſſi legati

ἐσθῆτος τοῦ πρεσβευτοῦ κατεσκέδασε. γέλωτος δὲ καταῤῥαγέντος ἐξ ὅλου τοῦ θεάτρου, καὶ συγκροτούντων τὰς χεῖρας τῶν ἀγερωχοτάτων, ἐμβλέψας εἰς τὸν Φιλωνίδην ὁ Ποστούμιος εἶπεν, Δεξόμεθα τὸν οἰωνὸν, ὦ σπερμολόγε ἄνθρωπε· ὅτι καὶ τὰ μὴ αἰτούμενα δίδοτε ἡμῖν. ἔπειτα εἰς τὸν ὄχλον ἐπιστραφεὶς, καὶ τὴν ὑβρισμένην ἐσθῆτα δεικνὺς, ὡς ἔμαθεν ἔτι πλείονα γενόμενον ἐξ ἁπάντων γέλωτα, καὶ φωνὰς ἤκουεν ἐνίων ἐπιχαιρόντων, καὶ τὴν ὕβριν ἐπαινούντων, Γελᾶτε, ἔφησεν, ἕως ἔξεστιν ὑμῖν, ἄνδρες Ταραντῖνοι, γελᾶτε. πολὺν γὰρ μετὰ ταῦτα χρόνον κλαύσετε. ἐκπικρανθέντων δὲ ἐνίων πρὸς τὴν ἀπειλὴν, Καὶ ἵνα γε μᾶλλον, ἔφησεν, ἀγανακτῆτε, καὶ τοῦθ᾽ ὑμῖν λέγομεν, ὅτι πολλῷ τὴν ἐσθῆτα ταύτην αἵματι ἐκπλυνεῖτε. ταῦτα μὲν οἱ τῶν Ῥωμαίων πρέσβεις ὑβρισθέντες ὑπὸ τῶν Ταραντίνων ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ, καὶ ταύτας τὰς φωνὰς ἐπιθεσπίσαντες, ἀπέπλευσαν ἐκ τῆς πόλεως. ἔστι δὲ Αἰμιλίου Βαρβούλα ἐπίκλησιν τὴν ἀρχὴν παρειληφότος, ἧκον οἱ σὺν τῷ Ποστουμίῳ πεμφθέντες εἰς μὲν Τάραντα

legati veſtimento aſperſit. vbi quum totum theatrũ in riſum erupiſſet, & petulãtiſſimi quiq; manus comploſiſſent, Poſtumius Philonidẽ intuitus, Accipiemus, inquit, omen, ô ſcurra: quia datis nobis ea etiã quæ non petimus. Deinde ad multitudinem conuerſus, veſtem contumelia affectam oſtendit. Quúmq; adhuc maiorem ex omnibus riſum oriri cerneret, & voces quorundam illætantium petulantiámque laudãtium audiret: Ridete, inquit, Tarentini, ridete, dum licet. nam poſt hæc diu flebitis. Ad quas minas quum nonnulli exaſperarentur, Et vt magis, inquit, ſtomachemini, etiam hoc vobis dicimus, vos hanc veſtẽ multo ſanguine eluturos. His contumeliis Tarenti tum priuatim tum publicè acceptis, hiſque vocibus velut diuino inſtinctu editis, Romanorum legati ex vrbe abnauigarunt. Porro quum AEmilius cognomento Barbula magiſtratum recens iniuiſſet, aduenit Poſtumius & qui cum eo legati Tarentum

legati veſtem effudit. Quum autem totum theatrum in riſum prorupiſſet, & ſuperbiſſimi quique manibus applauderent homini, Poſtumius, oculis in Philonidem coniectis, hæc dixit, Accipimus omen, ô blatero: quando vel ea quæ non petuntur, nobis datis. Deinde ad turbam conuerſus, & veſtem contumelia affectam oſtendens, quum longè maiorem riſum ab omnibus excitari videret, & quorundam præ gaudio exultantium & contumeliam iſtam collaudantium voces audiret, Ridete, inquit, Tarentini, quandiu vobis licet, ridete. nam poſthac flebitis diu. Quum autẽ quidã ob iſtas minas exacerbati fuiſſent, Vt (inquit) multo magis indignemini, hoc quoq; vobis ſignificamus, fore vt iſtã veſtẽ multo ſanguine abluatis. Legati Romanorũ his cõtumeliis tã priuatim quàm publicè à Tarẽtinis affecti, & verbis iſtis cũ rerũ euẽtus ominatione prolatis, ex vrbe diſceſſerũt. Quũ aũt AEmilius, cognomine Barbula, conſulatũ recẽs iniiſſet, & legati qui

Ταραντίνα πρέσβεις, ἀπόκρισιν μὲν οὐδεμίαν φέροντες, τὰς δ' ὕβρεις ἃς ἦσαν ὑπεισμένοι πρὸς αὐτῶν, διεξιόντες· καὶ τὴν ἐσθῆτα τοῦ Ποστουμίου, πίστιν τῶν λόγων παρεχόμενοι. ἀγανακτήσεως δὲ μεγάλης ἐξ ἁπάντων γενομένης, συναγαγόντες τὴν βουλὴν οἱ περὶ τὸν Αἰμίλιον ὕπατοι, τί χρὴ πράττειν ἐσκόπουν, ἕωθεν ἀρξάμενοι μέχρι δύσεως ἡλίου· καὶ τοῦτ' ἐποίησαν ἐφ' ἡμέρας συχνάς. ἦν δὲ ἡ ζήτησις, οὐχ ὑπὲρ τοῦ λελύσθαι τὰς περὶ τῆς εἰρήνης ὁμολογίας ὑπὸ τῶν Ταραντίνων, (τοῦτο γὰρ ἅπαντες ὡμολόγουν) ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ χρόνου τῆς ἀποσταλησομένης ὑπ' αὐτῆς στρατιᾶς. ἦσαν γάρ τινες (4) παραινοῦντες μήπω τοῦτον ἀναλαμβάνειν τὸν πόλεμον, ἕως Λευκανοί τε ἀφεστήκασι καὶ Βρέττιοι, καὶ τὸ Σαυνιτῶν πολὺ καὶ φιλοπόλεμον ἔθνος, καὶ Τυῤῥηνία, παρ' αὐταῖς οὖσα ταῖς θύραις, ἔτι ἀχείρωτος ἦν· δ' ὅταν ὑποχείρια γένηται) τάδε τὰ ἔθνη, μάλιστα μὲν ἅπαντα, εἰ δὲ μή γε, τὰ πρὸς ἀνατολὰς, καὶ πλησίον τοῦ Τάραντος κείμενα. τοῖς δὲ τἀναντία τούτοις ἐφαίνετο συμφέρειν, μηδὲ τὸν ἐλάχιστον χρόνον ἀναβάλλεσθαι, ἀλλ' ἐπιψηφίζειν τὸν πόλεμον ἤδη. καὶ ἐπεὶ

fuerant:nullum quidem reſponſum referentes, ſed contumelias quibus à Tarentinis affecti eſſent commemorantes: & Poſtumii veſtem, ad faciendam verbis ſuis fidem, exhibentes. Hæc res quum magnam omnibus indignationem mouiſſet, AEmilius & eius collega, coacto ſenatu quid opus facto eſſet conſultabant, à mane vſq; ad ſolis occaſum: atque hoc per dies multos fecerunt. Erat autem diſceptatio non de pacis fœdere, an id à Tarentinis violatum eſſet (hoc enim omnes fatebantur) ſed de tempore quo in eos exercitus eſſet emittēdus. Erant enim qui ſuaderent vt hoc bellum nondum ſuſciperent, dum Lucani Brutiiſq; in defectione permanebant, ac dum Samnitū numeroſa bellicoſaq; gens, necnon Etruria, ad ipſas fores ſita, nondū ſubactæ erāt: verùm, poſtquā hæ gentes in eorū poteſtatē veniſſent, omnes quidē, ſiquo fieri modo poſſet: ſinminus, eæ ſaltem quæ ad orientē vergerent, & prope Tarentū ſitæ eſſent. Verùm aliis cōtrà expedire videbatur, ne in minimū quidē tēporis ſpatium rem differri, ſed bellum iam tum decerni,

Tarentum miſsi fuerant: nullum quidem reſponſum referentes, ſed contumelias quibus à Tarentinis affecti eſſent, denarrantes: & ad faciendā verbis fidem, Poſtumij veſtem exhibentes. Quæ quum magnā omnibus indignationē mouiſſent, AEmilius & collega coacto ſenatu conſultabant quid facto opus eſſet, à mane vſque ad ſolis occaſum. idq; per aliquāmultos dies factitarunt. erat aūt diſquiſitio, nō an pacis fœdus à Tarentinis violatū eſſet, (id enim apud omnes cōfeſſum erat) ſed quādo in eos emittendus eſſet exercitus. erant.n. qui ſuaderēt ne id bellū tūc ſuſciperetur, dum Lucani & Brutij defeciſſent, & Samnitū numeroſa ac bellicoſa gēs, atq; ad ipſas fores ſita Etruria, nondū ſubiugata eſſet: ſed poſtquā hæ gētes in poteſtatē redactæ forēt, ſi non omnes, at eæ ſaltē quæ orienti eſſent expoſitæ, & prope Tarentū ſitæ. Aliis contrariū expedire videbatur, ac ne minimū quidē tēporis expectādum eſse, ſed bellū è veſtigio

qui cum Poſtumio Tarentum miſſi fuerant, venerunt, nullum quidem reſponſum ferentes, ſed contumelias quibus à Tarentinis affecti fuerant, recenſentes: veſtémque Poſtumii ad fidem ſuæ orationi faciendam oſtendentes. Quum autem omnes vehementer indignarentur, AEmilius, eiúſque collega, coacto ſenatu, à matutinis horis initio facto vſque ad ſolis occaſum, quid faciendum eſſet cōſultarunt: hócque per multos dies fecerunt. Quærebatur autem non de pacis fœderíſque conditionibus, quas Tarentini violarant (hoc enim omnes vno conſenſu fatebantur) ſed de tēpore exercitus à ſenatu mittēdi. Erant enim quidā qui bellum iſtud nondū ſuſcipiendū cenſebāt, quādiu Lucani & Brutii in defectione perſeuerarēt, & gens Samnitū numeroſa & bellicoſa, & tota Etruria, quæ eſt ad ipſas *agri Romani* portas, indomita eſſet: ſed quum hæ gentes in *pop. R.* poteſtatē veniſſent, ac præcipuè omnes præter illas quæ eſſent orientē verſus, & prope Tarētum. Aliis verò cōtrà videbatur expedire ſi ne minimū quidem temporis ſpatium expectaretur, ſed in præſentia

Ac, quum eò ventum eſſet vt ſententias numerare oporteret, maior horũ numerus inuentus eſt quàm eorum qui bellum in alia tempora differre ſuadebant. Et populus decretum ſenatus ratum fecit.

καὶ ἐπεὶ τὰς γνώμας ἔδει διαριθμεῖσθαι, πλείους ἐφαίνοντο οὗτοι τῶν ἀναβάλλεσθαι τὸν πόλεμον εἰς ἑτέρους χρόνους παραινούντων. καὶ ὁ δῆμος ἐπεκύρωσε τὰ δόξαντα τῇ βουλῇ.

veſtigio decernendum. & quia ſententiæ numerandæ erant, maior horum pars reperta eſt quàm eorum qui bellum in alia tempora differendum ſuadebant. Et populus decretum ſenatus approbauit.

præſentia bellum decerneretur. Et poſtquam ad ſententias dinumerandas eſt ventum, maior numerus extitit horum, quàm illorum qui bellum in aliud tempus reiiciendum cenſebant. populúſque ſenatuſconſultum ratum fecit.

ANNOTATIONES HENR. STEPHANI IN LEGATIONEM IIII, VEL IIII DE QVADAM LEGATIONE HISTORIAM.

Pag.21. Ver.1. *Quum Poſtumius ad Tarentinos miſſus eſſet legatus.* Quamuis Poſtumii tantùm fiat hîc mentio, habuiſſe tamen legationis ſocios, ex ſequentibus apparet: ac nominatim ex eo quòd non in vnius tantùm ſed plurium perſona loquatur. Atque hinc etiam colligimus, illum fuiſſe legationis ἡγεμόνα. Ac mihi fit veriſimile, eum quidem ſolum fuiſſe nominatum, ſed tamen ita vt ſocios habuiſſe non tacuerit Dionyſius. Quod ſi ita eſt, ne hoc quidẽ abſimile vero fuerit, ſcriptum fuiſſe, ὅτι Ποστούμιος σὺν ἄλλοις πρέσβεις ἐστάλη πρὸς Ταραντίνους. Poſtumium certè cum aliis miſſum fuiſſe, ex aliis etiam aliquot hiſtoricis diſcimus, qui & pulſatos Romanorum legatos à Tarentinis, & vnum etiam vrina conſperſum fuiſſe ſcribunt.

Ver.4. *Aut mente concipiebant ea quæ homin.* Vel, *aut illis in mentem veniebant quæ hominibus prudentibus & de vrbe periclitante conſultantibus venire par eſt.* Cur autem de vrbe ſua periclitarentur, ex Appiano & Dione, in eorum itidem fragmentis hiſtoricis, diſces.

Ver.7. *Siquis eius ſermo cũ exactiſſ.* &c. Simplicius dicit Appianus, εἴπη μὴ καλῶς ἑλληνίσας.

Ver. 10. *Et eius inter loquendum reſtitationibus exaſperabantur.* Omnino ſuſpecta mihi eſt vox ἀναστάσεις, quam Sylburg. interpretatur *ſurrectiones ad dicendum*: ſic tamen vt legi etiam poſſe exiſtimet ἀνατάσεις, vt vel χειρῶν vel φωνῆς ἀνατάσεις intelligantur: quòd manum in oratoriis actionibus extendi ſolere interdum, & vocem intendi, ſatis notum ſit. At minarum intentationes (inquit) ea voce hîc accipere non videtur conſentaneum. Quinetiam loci cuiuſdam mentionem facit, libri 2 x, in quo ita accipi arbitratur, ſicut & alii: quum ego aliter interpretandum cenſeam, vt ibi docebo. Verùm, ſi minimè conſentanea eſt loco iſti ea quæ illic datur à Sylburgio & ab aliis interpretatio, multo certè minus ea quã ego dudum cenſeo. At Portus tamen, tanquam huic conueniat loco id quod Sylburgius conuenire negat, ἀνατάσεις legit, & exponẽs ἀπειλάς, id eſt minas, multa ex Suida addit, ad cõfirmationẽ huius ſignificationis, ſatis alioqui notæ, & de qua vel ille huius ipſius ſcriptoris locus (vt volgò exponitur) dubitare nos non ſinit. Sed ratio certè ipſi Porto (vt opinor) repugnat. rationi enim (meo quidem iudicio) minimè conſentaneum eſt, ſicut nec moribus pop. Romani, legatum talem, ad agẽdum de tali re miſſum, quum tali in loco eſſet, & cum talibus hominibus ſibi negotium eſſe videret, ad minas vſque proceſſiſſe: præſertímque in orationis ſuæ initio. Nam ne bellum quidem denuntiare (ſi tamen hanc denuntiationem, minas quibus exaſperarentur, fuiſſe putandum eſt) niſi accepto reſponſo, ſolebant. Ego igitur, ſi alia mihi in mentem coniectura non veniret, multo libentius Sylburgio aſſentirer: ſed afferam cui aſſenſorum & ipſum potius quàm ſuæ ſpero. Ea non multum quam habemus ſcripturam immutat, ex ἀναστάσεις faciens ἀναπαύσεις. Quid autem ἀναπαύσεις hîc eſſe dicemus? nimirum quas ſermoni ſuo interponebat moras, interquieſcens, vel ad reſpirandum tantummodo, vel ad aliquod cogitandi ſpatiolum, vt fit ab hæſitantibus. Ac veriſimile profectò eſt, hæſitationi illos eas ἀναπαύσεις imputaſſe: quum alioqui nõ credibile ſit futurum fuiſſe vt illi ipſis nõ offenderẽtur tantùm, ſed etiam exaſperarentur. Quòd ſi hæſitabat, fieri poteſt vt illa hæſitatio inde oriretur quòd timeret ne aliquod ipſi verbum aut loquendi genus excideret, cuius cauſa barbariſmi accuſaretur. quam vitare tamen accuſationem (vt videmus) haud potuit: ſiue illum iure accuſabant, ſiue calumniabantur.

Has

Has autem *ἀναπαύσεις* veri *reſtitationes inter loquendum.* Quòd ſi verbo potius quàm verbali vti voluiſſem, non ſolùm dicere poteram, *quòd inter loquendum reſtitaret:* ſed etiam, *quòd ſubinde in loquendo interquieſceret.* vel, *in ſermone.* Non ignoro igitur, orationi moras reſpirationéſq; à Cicerone dati, quæ *ἀναπαύσεις* dici queant: verùm & hoc ſcio, aliò illum in his appellationibus reſpicere: vt ex oppoſitione apparet. Scribit enim in Oratore, *Flumen aliis verborũ volubilitáſque cordi eſt, qui ponunt in orationis celeritate eloquentiam: diſtincta alios & interpuncta, interualla, moræ reſpirationéſque delectant.* Sunt (ne quis fallatur) etiam apud illum Græcum ſcriptorem & aliæ *ἀναπαύσεις*, ſiue *ἀνάπαυλαι*, in oratione. nam in eius *περὶ συνθέσεως ὀνομάτων* opuſculo legimus, eſſe optimum illud dicendi genus quod plurimas *ἀναπαύλας καὶ μεταβολὰς ἁρμονίας* habet. vbi *ἁρμονία* non aliud illi eſt quàm *σύνθεσις*, id eſt compoſitio: & compoſitionis interquieſcentiæ (ſi hac vti voce hoc ſaltem loco conceditur) ac mutationes vocãtur, quum ab vna orationis forma ad aliam tranſitur: vt apparet ex iis quæ ſubiungit: videlicet compoſitionem eas *ἀναπαύλας* & *μεταβολὰς* tum habere, quum hoc quidem periodo includitur, illud autem extra periodum dicitur: & alia periodus ex pluribus, alia ex paucioribus membris contexitur. Quibus pauca quædam addit, quæ tibi videnda apud eum relinquo. Cæterùm quamuis hunc tantùm in locum vſum illius vocabuli concedi mihi petierim, libenter tamen & in alterum illum, hunc impetrarim: vt *ἀναπαύσεις* liceat interpretari, Poſtumii in loquendo interquieſcentias.

Ver. 11. *Et barbarum vocitabant.* Affertur etiam pluralis *Βαρβάρους*: ex quo (ſi recipiatur) aliquis ſuſpicetur fortaſſe ſcriptum initio fuiſſe *ὑπ' αὐτῶν λεγομένος*. Verùm conſentanea non eſſet ſcriptura iſta illis quæ præcedunt, *καὶ ἵνα αὐτοῦ διεξιόντος*: ſed itidem *αὐτῶν διεξιόντων* ſcribendum fuiſſet. Atqui hæc ferri non poſſet, niſi legeremus, vt admonui videri poſſe legendum, *πρέσβεις σὺν ἄλλοις ἐστάλη*. (aut *ἀπεστάλη*, vt loqui potius ſolet) vel *μετ' ἄλλων*. Poteſt tamen admitti pluralis numerus, vt dicat, *& barbaros vocitabant*, manente ſingulari in locis præcedentibus: quoniam hoc vſuuenire videmus, vt quod vni tantùm exprobrandum ſit, eius etiam ſociis exprobretur: (ſicut & ipſum Poſtumium illi ganeoni dicẽtem audimus, *quoniam eo etiam quæ nõ petimus, nobis datis*) præſertímque quum is qui dignus videtur in quem aliquid contumelioſum iactetur, primum inter cæteros locum tenet: ſicut hunc *τῆς πρεσβείας ἡγεμόνα* fuiſſe dixi. Habuiſſe autem illum ſocios (vt initio dixi) vel hæc quæ ſequuntur, apertè oſtẽdunt, *ταῦτα οἱ τῶν Ῥωμαίων πρέσβεις ὑβρισθέντες ὑπὸ τῶν Ταραντ.* &c. Item *παρῆσαν οἱ σὺν τῷ Ποστουμίῳ πεμφθέντες εἰς τὸν Τάραντα.*

Ver. 14. *Homo nihili, & ganeo. σπερμολόγος ἄνθρωπος.* Hoc illud eſt vocabulum (rariſſimum alioqui) quod in D. Paulum Athenienſes iactant, Actorum Apoſtolicorum capite XVII: quum ita loquuntur, *τί ἂν θέλοι ὁ σπερμολόγος οὗτος λέγειν;* vbi à veteri interprete redditur *ſeminator verborum*, duas voces Græcas (id eſt, duarum ſignificationem) è quibus hæc cõpoſita eſt, volente nobis repræſentare. Sed eum falli conſtat: quippe qui *σπερμολόγος* non ſecus interpretetur quàm ſi ex *σπείρειν*, ſeu *σπεῖραι*, & ex *λόγος* (aut potius *λόγοι*) eſſet compoſitum: quum tamen ex illis fieri neceſſe foret non *σπερμολόγος*, ſed *σπειρολόγος*. verùm pro eo potius diceretur *λογοσπόρος*, eodem modo quo *φυτοσπόρος*, & quædam alia. At *σπερμολόγος*, quum ſit ex nomine *σπέρμα* & verbo *λέγειν* (pro *συλλέγειν* poſito) factum, ac dicatur *σπερμολόγος* pro *σπερματολόγος*, non dubiũ quin ſonet Seminilegus, & de quibuſdam auibus propriè dicatur. Sed ab illis tranſlata fuit iſta vox ad viles & infimæ conditionis homines: vel (vt Budæus reddit) viles & cõtemptos homines. Verùm de iis quæ addit, minimè illi aſſentior. poſtquam enim dixit, Viles & contempti homines: tanquam rationem huius ſignificationis reddere volens, ſubiungit, Ex alieno ſic vitam tolerantes vt auis quædam quæ ſemina ſparſa colligit. At ego, Euſtathium ſequens, reſpici exiſtimo ad eos qui in emporiis & foris verſantes, colligebant quæ ex faſcibus excidebant. Quoniam enim qui hoc faciebant, viles & nihili homines erant, hinc factum vt de hominibus qui infimæ ſunt conditionis, idem dicatur. Nunc autem & hoc roget quiſpiam, vnde fieri putandum ſit vt *σπερμολόγος* vocetur etiam qui à Latinis appellatur Garrulus, vel Blatero. Haud ſanè ex eo fieri dixerim quòd *σπερμολόγος* poſſit etiam ſonare *ὁ σπείρων λόγους* (nam antea, non poſſe ita reſolui oſtendi: & in Theſauro non de meo ſed de alieno poſitum hoc fuit) verùm ex illa garriendi & deblaterandi conſuetudine quæ in tali hominum genere ſpectatur, præſertímque quum in tali ſunt loco, vbi etiam noua ſubinde confabulationis materia ſe offert. Ac, quoniam garruli homines nugari ſolent, hinc fit vt etiam nugatorem ſignificare poſſit: atque ideo ab illo Actorum Apoſtolicorum loco interpretatio hæc minimè aliena eſſe videatur.

Quum autem hæc ita ſint, non dubium eſt quin pro diuerſitate locorum qui hoc vocabulum habent, diuerſas etiam interpretationes admittat. Hinc factum eſt vt de Philonide dictum, *ganeonem* interpretari mihi permiſerim, quum illum ebrioſum fuiſſe hominem ex Dionyſio intelligamus: & quidẽ in priori loco aliud vocabulum huic præfixerim, ſed idem in poſteriori præfigendum minimè cenſuerim: quòd illic ſit ipſius hiſtorici ſermo, nobis & conditionem & natu-

 ram

ram huius hominis vnico vocabulo deſcribere volentis : at hîc loquatur in ipſius Poſtumii perſona,non tam ſuam illi cōditionem quàm prauam naturam,ſeu turpem vitam,exprobrare volentis: & quidem (vt credibile eſt) quædam etiam temulentiæ indicia animaduertentis:cui vitio qui dediti ſunt,eos Latini (vt ſatis notum eſt) libenter ganeones appellant.

Ver.18. *Sublata veſte*, ἀνασυράμενος τὴν περιβολήν. Si Vrſinus meum Græcæ linguæ Theſaurum conſuluiſſet in ἀναβολή,necnon in verbo ἀναβάλλεσθαι,ex quo factum nomen illud eſt, & in aduerbio ἀναβληδὸν,nequaquam ἀνασυράμενος τὴν ἀναβολήν, pro mendoſa lectione habuiſſet,& reiecto nomine illo ἀναβολήν,in eius ſedem ſubſtituere περιβολήν auſus fuiſſet. At περιβολήν in ſecundo fragmento dixerat, τήν τε περιβολήν κατὰ κεφαλῆς εἵλκυσε. Imò verò hoc nomine non hîc ſolùm ſed etiam in libris qui integri permanſerunt, vſus erat: vt libro VII, ξίφη κρύπτοντες ὑπὸ τῆς περιβολαῖς. rurſúmque eodem libro, ἔχουσιν ὑπὸ τῆς περιβολαῖς τὰ ξίφη. & alibi. (pro quo dicit ὑπὸ τοῖς ἱματίοις, libro VII, ἔχοντες ὑπὸ τοῖς ἱματίοις ξίφη) Sed quid tum ? an, ſi ſæpe nomine περιβολὴ vſus eſt Dionyſius, nunquam altero illo ἀναβολὴ vſum eſſe putandum eſt? An quæ rara ſunt vocabula (de illis etiam loquor quæ tantummodo in certa quadam ſignificatione rara ſunt) idcóque nobis incognita,ita etiam ſuſpecta eſſe debent,vt tanquam corruptè ſcripta, ex veterum libris eiiciamus? O quàm multæ voces valde raræ ſunt, quàm multa loquendi genera valde rara, tantam raritatem efficiente tali corrigendi audacia: in quam quum ſæpe inuectus ſim,ne nunc quidem quin idem faciam poſſum me continere. Sed ſimul hîc à lectore veniam peto quòd illud περιβολήν & ipſe hîc poſuerim.nondum enim,ſubſtitutum eſſe in locum illius accuſatiui ἀναβολήν. ſciebam:quod nunc,de illa ſubſtitutione certior factus,repono.

Ad participium autem ἀνασυράμενος quod attinet,vox eſt hac in re tam propria vt vix alia vtantur. Sed ἀνασυράμενος τὴν ἀναβολήν (reddo enim Dionyſio ſuum vocabulum) vertere etiam poteram, *veſte ſurſum attracta*, eodem alioqui ſenſu.

Pag.22. Ver.6. *Nobis datis.* Non puto mendoſè ſcriptum eſſe δίδοτε pro δίδως: ſed(quemadmodum paulo antè dixi)quod vnus fecit,etiā eius ſociis imputari, præſertim quum id factū riſu exciperent atq; laudarent.Quod autē plurali ibidē vtitur,quāuis de iniuria ſibi vni facta loquēs, conuenit cum illo plurali numeri verbo δεξόμεθα.Conſentaneum eſt autē legato, præſertimq; illi qui primarium in legatione locū obtinet,in aliorū etiā perſona loqui,& ſibi factam iniuriam (niſi contumeliam potius vocare tale petulantiæ genus oportet)aliis quoq; factam interpretari.

Ver.11. *Audiret.* vt præceſſit ἔμαθον, ita hîc ἤκουσεν ſcriptum fuiſſe crediderim.

Ver.13. *Ad quas minas quum exacerb.* Vel. *Ad quam comminationem.*Hîc quidem certè mirari non debemus quòd minis vſus ſit (ſicut in illo præcedenti loco meritò quis miratus id fuiſſet,quemadmodum dixi)ſed quòd tam feroces támque tumidæ ſint hæ minæ(vt poeticis verbis vtar)in eo ſanè eſt quòd Romanam μεγαλοψυχίαν magna admiratione proſequamur.

Ver.17. *Legati Romanorum.* Confirmat hic locus quod modò de illo dixi, *Accipiemus omen*: &, *nobis datis*. quum alioqui mirari quis poſſit,non dixiſſe, Accipiam omen, & mihi datis. Vnus enim tantùm legatus illa contumelia(vt quidem Dionyſius narrat)affectus fuerat.

Ver.20. *Tanquam diuino quodam inſtinctu vaticinantes protuliſſent.* Haud ſolùm non minus aptè, (vt Sylb.loquitur) ſed multo aptius ἀποθειάσαντες legeretur: vt dixit idem Dionyſius libro VI, de Valerio, καὶ οἷα εἰκὸς ἐν τοιούτῳ κακῷ. τὰ μὲν, ἐκ πάθους,τὰ δ᾽,ἀπὸ τοῦ πλεῖον τι τῶν πολλῶν νοεῖν,ἀποθειάσας.Poſſumus autem & verba illa ἐκ πάθους,hinc ſumpta,illi alteri loco accommodare. Nam.vero abſimile non eſt ἐκ πάθους voces illas protuliſſe Poſtumium, quæ omnibus adſcribuntur. Non dubium eſt autem quin ea quis ἀποθειάζειν dicatur quæ dicit animo vaticinante futura, vt quidam poeta loquitur : & quidem Ouidius, niſi me memoria fallit. Quòd ſi vox ἀποθειάσαντες non ſe offerret quam pro ἐπιθειάσαντες ſubſtitueremus,at certè προθειάσαντες ſubſtitui poſſet. Verùm Budæus,quum ἀποθειάζειν interpretatur Verè prædicere,quaſi ab oraculo, id à προθειάζειν non diſtinguit. An autem illud aduerbium Verè addendum fuerit,meritò quis in dubium vocaret.

Pag.23. Ver. οἱ ἤδη ὑποισμένοι. Aliis aſſentior ὑποισμένοι in ὑβρισμένοι mutantibus.

Ver.10.11. *An id à Tarentinis violatum eſſet.* Mirè dictum, ὑφ᾽ ὧν λελύσθαι τὰς ὁμολογίας, pro ὑφ᾽ τοῦ εἰ λέλυνται αἱ ὁμολογίαι. At Portus ita vertit quaſi perinde foret acſi dixiſſet, οὐχ ὑφ᾽ τῶν ὁμολογιῶν, αἳ ὑπ᾽ αὐτῶν λελυμέναι εἶσιν. Cæterùm,quum alibi ὁμολογίας tantùm dicat,& quidem in his etiam fragmentis,hîc τὰς περὶ τῆς εἰρήνης ὁμολογίας dicit.

Ver.12. *In eos exercitus eſſet emittendus.* Vt legatur ἐπ᾽ αὐτούς,pro ὑπ᾽ αὐτῆς. Illam autem lectionem pro hac Sylb.ex coniectura affert:necnon ὑπ᾽ αὐτῶν. Sed poſtea in mentem mihi venit,poſſe & ὑπ᾽ αὐτῆς retineri: vt ad βουλήν referatur,quod præceſſit.

Ver.18. *Nondum ſubacta erant.* Non dubitaui illam emendationem ſequi qua ἀχείρωτος pro ἀχείρητος repoſitum fuit:quum χειρώσασθαι & κεχειρωμένος (in actiua etiam ſignificatione) talem

lem vſum apud hunc quoque ſcriptorem habeat: necnon Ἀδριανοῦ χερσονήσου legamus in his Fragm. pag. 19. Sed, quoniam dicit ἀχείρωτος ἦν, non ἀχείρωτον ἦν, aut ἦσαν, putet forſitan aliquis ad Τυῤῥηνίαν ſolùm, non etiam ad Σαυνιτῶν ἔθνος referri: malim tamen & ego vtroque referre.

Ver. 22. *Sinun: nus, ea ſaltem qua ad or. verg.* Particulam δὲ, quam Vrſini editio non habet, vt neceſſariam, ipſe quoque alio ex libro ſumptam admiſi. Cæterùm iſtud loquendi genus, μάλιστα μὲν, εἰ δὲ μή γε, licet Dionyſio frequentiſſimum, tamen ne hîc quidem à Porto intellectum eſſe, eius interpretatio oſtendit. Qua de re lectorem moneo, ne eam interpretationem meæ & Sylburgianæ contrariam eſſe miretur.

ANNOTATIONES ÆMILII PORTI IN EANDEM HISTORIAM.

Pag. 21. Ver. 6. ἀλλ᾽ εἰπ] Reſpondet ἀλλὰ illis vocibus οὐχ ὅπως: iam tamen τὸ ἀλλὰ ἀντὶ τοῦ ἀλλὰ καὶ poſitum videtur, vt aliâs occurrit paſſim apud laudatos linguæ Græcæ ſcriptores. Vel certè κοινοτέρως est dictum, & quod deſideratur eſt ſubaudiendum.

Ver. 9. πρὸς τὰς ἀνασείσεις] Quid ſit ἀνάσεισις, vel mediocriter in Græca lingua verſato notum eſſe puto. Sed huic loco vox iſta conuenire non videtur. exiſtimo potius, vt ipſe ſenſus flagitat, legendum ἀνατάσεις, id eſt τὰς ἀπειλάς. Noſtram coniecturam verba Suidæ confirmant. ſic enim ille, Ἀνάτασις, ἡ μετὰ πικρίας καὶ θρασύτητος ἀπειλή. Et addit locum Polybii, οἱ μὲν οὖν περὶ Μητρόδωρον καταπλαγέντες τὴν ἀνάτασιν Φιλίππου τοῦ βασιλέως, ἐπανῆλθον. Ipſum quoque verbum ἀνατείνεσθαι pro ἀπειλεῖν accipitur. Idem Suidas, ἀνατεινόμενος, ἐπαπειλήσας. Et, ὁ δὲ βασιλεὺς πολλὰ τοῖς εἰς τὴν πρᾶξιν ὑπουργηκόσιν ἀνατεινάμενος, οὐδὲν ἔδρασεν. Interdum ἡ ἀνάτασις καὶ ἀπείλησις iunguntur, ita ut alterum ſit alterius explicatio: Suidas, τὰ μὲν φιλανθρωπότερα παρεισάγων, τὰς δὲ ἀνατάσεις καὶ ἀπειλήσεις ἔλεγεν. Hinc τὸ ἀνατατικῶς κελεύειν, ἀντὶ τοῦ προστακτικῶς καὶ ἐμβριθῶς. Illud obiter obſeruandum, τὴν ἀνάτασιν propriè minas ſignificare quæ manibus intentatis iactantur, atque hoc in geſtu poſitum eſſe: ſed tamen γενικώτερον & de quibuſlibet aliis minis dici, licet ipſa manus intentatio abſit.

Ver. 16. Κοτύλη] Κοτύλη (vt docet Euſtathius) μέτρον δὲ λέγεται οὐ μόνον τῶν ὑγρῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ξηρῶν. Iam verò (vt ex ipſius Dionyſii verbis apparet) vas vinarium eſt intelligendum. Hoc autem de illis dicebatur qui perpetua temulentia vtebantur, ita vt non homines, ſed vaſa quædam & dolia vinaria viderentur eſſe, quæ vino ſemper eſſent repleta.

Pag. 22. Ver. 2. ἐξ ὅλου τοῦ θεάτρου] Continenti μετωνυμικῶς tribuit quod contento tribuendum. nam per θέατρον intelligit ipſos θεατὰς ἐν τῷ θεάτρῳ ὄντας, id eſt, ſpectatores qui in theatro erant, & qui ſpectabant quæ fiebant. Suprà igitur, quum dixit Dionyſius ἐξέβαλλον ἐκ τοῦ θεάτρου, propriè eſt loquutus: locum enim intelligebat ex quo Poſtumium eiectum dicebat: hîc verò denotat ipſam ſpectatorum multitudinem, quæ poſt dimiſſum concilium, in ipſa via conſtiterat, vt ipſos Romanos prætereuntes ſpectaret. Quod colligitur ex verbis illis præcedentibus, ἀπιόντων δὲ αὐτῶν, εἰς τὴν ἐφεστηκυῖαν ἐν τῇ παρόδῳ Ταραντίνων, &c.

Ver. 23. ἀπέπλευσαν] Bene. iter enim nauigio confecerunt. κατὰ τὸ σιωπώμενον autem Tarentum vrbem maritimam fuiſſe docet.

Pag. 23. Ver. 2. ὑπονοσφιζόμενοι πρὸς αὐτῶν] Grauiſſimus eſt error: ſed ſic emendandus, ὑβρισμένοι πρὸς αὐτῶν, videlicet ὑπὸ τῶν Ταραντίνων. Sic paulo antè loquutus eſt autor, ταῦτα οἱ τῶν Ῥωμαίων πρέσβεις ὑβρισθέντες ὑπὸ τῶν Ταραντίνων. Huc accedit & vox illa ὕβρεις, quæ demonſtrat quomodo locus ſit corrigendus.

LEGATIO V, SIVE HISTORIA V, DE QVADAM LEGATIONE, HENR. STEPHANO INTERPRETE.

Qvvm Pyrrhus Epirotarum rex aduerſus Romam exercitum eduxiſſet, *ſenatus* legatos mittere decreuit, qui ab illo peterent vt captiuos à ſe redimi non recuſaret: ſiue corpora corporibus permutare, ſiue certum pro ſingulis præſcribere pretium vellet. Ac legatos deſignat, C. Fabricium, (qui tertio antè anno cõſul, Samnites, Lucanos & Brutios magnis prœliis ſuperauerat, quinetiam Thurios obſidione liberauerat) & Q. AEmilium (qui cum Fabricio conſulatum geſſerat: & bello Etruſco præfuerat) ac P. Cornelium, qui quarto antè anno conſul quũ totã Celtarũ gentẽ, eos qui Senones vocãtur, Romanis infeſtiſſimos, bello viciſſet, quotquot puberes erant interfecerat. Hi quum ad Pyrrhum veniſſent, & quæcunq; præſenti neceſſitati accommodata erant diſſeruiſſent: for-

Ὅτι Πύῤῥου τοῦ Ἠπειρώτου βασιλέως ἐπὶ τὴν Ῥώμην στρατιὰν ἐξαγαγόντος, ἐβουλεύσατο πρεσβευτὰς ἀποστεῖλαι, τοὺς ἀξιώσοντας Πύῤῥον ἀπολυτρῶσαι σφίσι τοὺς αἰχμαλώτους, εἴτε ἀντικαταλλαξάμενον ἑτέρων σωμάτων, εἴτε ἀργύριον κατ' ἄνδρα ὁρισάμενον. καὶ ἀποδείκνυσι πρέσβεις, Γάϊον Φαβρίκιον, ὃς ἐνιαυτῷ τρίτῳ πρότερον ὑπατεύων, Σαυνίτας καὶ Λευκανοὺς καὶ Βρεττίους ἐνίκησε μεγάλαις μάχαις, καὶ τὴν Θουρίων πολιορκίαν ἔλυσε· καὶ Κόϊντον Αἰμίλιον, τὸν συνάρξαντα τῷ Φαβρικίῳ, καὶ τὴν ἡγεμονίαν τοῦ Τυῤῥηνικοῦ πολέμου ἔχοντα· καὶ Πόπλιον Κορνήλιον, ὃς ἐνιαυτῷ τετάρτῳ πρότερον ὑπατεύων, Κελτῶν ἔθνος ὅλον, τοὺς καλουμένους Σένωνας, ἐχθίστους Ῥωμαίων ὄντας, πολεμῶν, ἅπαντας ἡβηδὸν κατέσφαξε. οὗτοι πρὸς Πύῤῥον ἀφικόμενοι, καὶ διαλεχθέντες ὅσα τῇ τοιαύτῃ χρείᾳ προσέφερε

EADEM LEGATIO, FRIDER. SYLBVRGIO INTERPRETE.

QVVM Pyrrhus Epirotarum rex Romam verſus exercitum eduxiſſet, ſenatus *legationem decreuit, quæ à Pyrrho peteret vt captiuos liberaret, ſiue corpora corporibus mutare vellet, ſiue certum ſingulis pretium imponere. Legatóſque deſignat, C. Fabricium, qui tertio anno antè conſul, Samnites, Lucanos & Brutios magnis prœliis ſuperauerat, Thurióſque obſidione liberauerat: & Q. AEmilium, qui cum Fabricio conſulatum geſſerat, Etruſcóque bello dux copiis præfuerat: & P. Cornelium, qui quarto anno antè conſul, totam Celtarum gentem, Senonas dictos, acerrimos Romanorum hoſtes, bello deuictos, omnes, quotquot iuuenili ætate eſſent, contrucidauerat. Hi quum ad Pyrrhum veniſſent, & quæ ad iſtud negotium faciebant diſſeruiſſent: fortunam* certis *con-*

EADEM LEGATIO, AEMILIO PORTO INTERPRETE.

Qvvm Pyrrhus Epirotarum rex expeditionem contra populum Romanum feciſſet, *ſenatus* legatos mittere decreuit, qui Pyrrhum rogarent vt ſibi captiuos reſtitueret, vel facta aliorum captiuorum permutatione, vel ſtatuta certa pecunia in ſingula militum capita. Atque legatos deſignauit, C. Fabricium, (qui tertio antè anno conſulatum gerens Samnites & Lucanos & Brutios ingentibus prœliis ſuperarat, & Thurios obſidione liberarat) & Q. AEmilium, Fabricii collegam, cui belli Etruſci adminiſtratio fuerat commiſſa: & P. Cornelium, qui quarto antè anno quum eſſet conſul, vniuerſam Celtarum gentẽ, qui Senones vocantur, pop. R. inimiciſſimos, bellum gerens, omnes ad internecionem deleuit, cædis initio à puberibus facto. Hi ad Pyrrhũ profecti, & oratione perſequuti quicquid ad huiuſmodi rẽ facere videbatur: quàm incerta res eſſet fortuna,

φορὰ ἦν· ὡς ἀτέκμαρτοι τὰ πράγματα τύχῃ, καὶ ταχεῖαι τῶν πολέμων αἱ τροπαί· καὶ τῶν συμβησομένων οὐδὲν ἀνθρώποις προειδέναι ῥᾴδιον· ἐπ᾽ ἐκείνῳ τὴν προαίρεσιν ἐποίουν, εἴτε ἀργύριον ἀντὶ τῶν αἰχμαλώτων ἐβούλετο λαβεῖν, εἴτε ἑτέρους αἰχμαλώτους. Πύρρος δὲ μετὰ τῶν φίλων βουλευσάμενος, ἀποκρίνεται τάδε αὐτοῖς, Σχέτλιόν τι πρᾶγμα ποιεῖτε, ὦ ἄνδρες Ῥωμαῖοι, φιλίαν μὲν οὐ βουλόμενοι συνάψαι πρὸς ἐμέ, τοὺς δὲ ἁλόντας κατὰ πόλεμον ἀξιοῦντες ἀπολαβεῖν· ἵνα τοῖς αὐτοῖς τούτοις σώμασιν εἰς τὸν κατ᾽ ἐμοῦ πόλεμον ἔχητε χρῆσθαι. ἀλλ᾽ εἰ τὰ κράτιστα βούλεσθε πράττειν, καὶ τὸ κοινῇ συμφέρον ἀμφοτέροις ἡμῖν σκοπεῖτε, ἀνστάμενοι τὸν πόλεμον τὸν πρὸς ἐμέ καὶ τοὺς ἐμοὺς συμμάχους, ἀπολάβετε τοὺς ἰδίους προῖκα παρ᾽ ἐμοῦ πολίτας τε καὶ συμμάχους ἅπαντας. ἄλλως δὲ οὐκ ἂν ὑπομείναιμι πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ὑμῖν προέσθαι. Ταῦτα μὲν τῶν τριῶν πρεσβευτῶν παρόντων ἔλεξεν· ἰδίᾳ δὲ τὸν Φαβρίκιον ἀπολαβών, ΕΓΩ ΔΕ, φησίν, ὦ Φαβρίκιε, πυνθάνομαί σε κράτιστον ἐν ἡγεμονίαις πολέμων εἶναι, καὶ τὸν βίον δίκαιον καὶ σώφρονα, καὶ τὰ

tunam eſſe rem cuius euentus nemo aſſequi coniectura poſſit, ac bella citò in hanc vel illam partẽ vergere: & nihil eorũ quæ *in illis* ſunt futura facile hominibus eſſe prænoſcere: optionem ei dabant, pecuniámne pro captiuis, an alios captiuos accipere vellet. Pyrrhus, amicis in conſilium adhibitis, hoc Romanis reſpõſum dedit, REM indignã facitis Romani, dum amicitiam quidẽ cõtrahere mecum recuſatis, & recipere tamẽ eos qui bello capti ſunt vultis: vt his ipſis corporibus ad bellum contra me gerendum vti poſſitis. Imò potius, ſi optimè rebus veſtris conſultum cupitis, & quid in commune vtriſq; noſtrum expediat, conſideratis, finito per compoſitionem bello quod mecum & cum ſociis meis geritis, gratis à me accipite veſtros tum ciues tum ſocios vniuerſos. Alia autem conditione multos eóſque ſtrenuos viros vobis dimittere haud ſuſtinuerim. Hæc quidem tribus legatis præſentibus dixit: ſed Fabricium quum à cæteris abductũ ſecum haberet, TE VERO (inquit) Fabrici, præſtantiſſimum in ductandis exercitibus eſſe, iuſtámque & temperantẽ vitam degere, & reli-

tis *coniecturis explorari nõ poſſe: bellorum mutationes eſſe celeres: nec futurorum quidquam facilè ab homine poſſe proſpici: optionem ei dabant, pretiúmne pro captiuis accipere mallet, an alia captiua corpora. Pyrrhus, re cum amicis deliberata, hoc eis reſponſum dedit,* REM *indignam facitis, Romani, dum non amicitiam mecum inire vultis, ſed bello captos recipere, vt illis ipſis corporibus ad bellum contra me gerendum vti poſſitis. Sed ſi optimè rebus veſtris conſultum vultis, & quid in cõmune vtriſq; noſtrum conferat diſpicitis, compoſito bello quod mecũ & cum ſociis meis geritis, gratis à me accipite veſtros tũ ciues tum ſocios vniuerſos. aliis cõditionibus* tam *multos & præſtãtes viros vobis dimittere haud ſuſtinuerim. Hæc quũ in triũ legatorũ præſentia dixiſſet, ſeducto ad priuatũ colloquiũ Fabricio,* TE VERO, *Fabrici, inquit, audio optimũ eſſe bellis gerendis ducẽ, iuſtámq; ac temperãtem vitã degere, atque*

tuna, & quàm celeres bellorum mutationes, & quàm difficile eſſet hominibus prænoſcere rerum euentus: illi optionem dederunt vtrum pecuniam pro captiuis ſibi numerari, an alios captiuos dari mallet. Pyrrbus verò, conſilio cum amicis communicato, ipſis hoc reſponſum dedit, INEPTE facitis ò Romani, qui amicitiam mecum contrahere nolitis, eos verò qui in bello fuerunt capti, recipere velitis, vt horum ipſorũ opera in bello cõtra me vti poſſitis. Sed ſi, quod optimum eſt facere vultis, & ſi, quod nobis vtriſq; communiter eſt vtile, ſpectatis, bello depoſito, quod mecum geritis, & pace mecum cúmque meis ſociis facta, omnes veſtros ciues ſociósq; gratis à me recipite. alioqui multos fortéſque viros vobis temere reſtitui non patiar. Atque hæc quidem in trium legatorũ præſentia dixit: ſed priuatim Fabricio, ſecũ adducto, EGO VERO (inquit) Fabrici, audio te præſtantiſſimum in bellis imperatorem eſſe, & vitæ iuſtæ ac temperantis hominem,

 & cæ-

Digitized by Google

& reliquis omnibus præditum eſſe virtutibus audio: ſed pecuniarum indigum eſſe, & hac tantùm in parte à fortuna *pleriſque alijs* inferiorem reddi: adeo vt nihilo meliore ſis conditione, quantum ad vitæ commoda attinet, quàm pauperrimus quiſque ſenatorum. Eam ergo partem *in qua te fortuna fauore ſuo deſtituit*, quum ſupplere velim, tantam tibi argenti & auri vim donare paratus ſum, quãtæ vbi poſſeſſor fueris, omnes qui inrer Romanos plurimum opibus pollere videntur, ſuperaturus ſis: pulchras & viro principi conuenientes eſſe impenſas exiſtimans, ea quæ in viros præſtantes, qui præ inopia indignam ſua virtute vitam degunt, collata ſint beneficia: nullúmq; ab eo poſſe donarium offerri, nullam poſſe ſtructuram ab eo dari quæ plus ſplẽdoris habeat. Quum igitur perſpecta tibi ſit voluntas mea, omni iam depoſita verecundia, in partẽ bonorum noſtrorum venito: quippe quum etiam magnam tibi grariam ſim habiturus, nec minorem mehercule .... & hoſpitum honoratiſſimos eſſe iudica. Mihi verò pro hiſce *quæ à me accipies*, haud in vllo iniuſto & turpi obſequio operã præſtabis, ſed *in iis rebus* ex quibus

καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας ἔχοντα ἀρετὰς, χρημάτων δὲ ἀπορεῖν, καὶ κατ' ἓν ὃ μέρος τοῦτο ἐλαττούμενον ὑπὸ τῆς τύχης· ὥστε μηδὲν ἄμεινον τῶν πενεστάτων βουλευτῶν ἐν τοῖς κατὰ τὸν βίον διατελεῖν. τοῦτο δὴ τὸ μέρος ἐκπληρῶσαι προθυμούμενος, ἕτοιμος εἰμὶ διδόναι σοὶ πλῆθος ἀργυρίου καὶ χρυσίου τοσοῦτον, ὅσον κτησάμενος, ἁπάντας ὑπερβαλεῖς πλούτῳ τῶν μάλιστα δοκοῦντας Ῥωμαίων εὐπορεῖν· καλὸν νομίσας ἀνάλωμα, καὶ πρέπον ἡγεμόνι, τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας, ἀναξίως τῆς ἀρετῆς διὰ πενίαν πράττοντας, εὐεργετεῖν, καὶ βασιλικοῦ πλούτου τοῦτ' ἀνάθημα καὶ κατασκεύασμα λαμπρότατον. μαθὼν δὲ τὴν ἐμὴν προαίρεσιν Φαβρίκιε, καὶ πᾶσαν ἀποθέμενος αἰδῶ, μέτεχε τῶν παρ' ἡμῖν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν· ὡς ἐμοῦ μέλλοντος εἴσεσθαι καὶ μεγάλην σοὶ χάριν, καὶ μὰ Δί' οὐκ ἐλάττω, ... καὶ ξένων τοὺς τιμιωτάτους εἶναι νόμιζε. ἐμοὶ δὲ ἀντὶ τούτων, μήτε ἄδικον μήτε αἰσχρὰν πρᾶξιν ὑπηρετήσῃς μηδεμίαν,

atque in ſumma ceteris omnibus præditum eſſe virtutibus: ſed diuitiis inopem, atq; iſta tantùm parte à fortuna deſtitutũ: ita vt nihilo meliore ſis vita conditione quàm ſenatorũ pauperrimus quiſq;. Eam ergo fortunæ *partẽ quum explere cupiam, paratus ſum dare tibi argenti & auri tantã vim, quanta poſſeſſione omnes qui apud Romanos plurimũ opibus pollere videntur, facilè ſuperare poſſis: præclaras duciq; conuenientiſſimas impenſas eſſe ratus beneficia in viros præſtantes, qui per inopiam, indignã virtute vitã agunt, collata: atq; hæc regiæ opulentiæ donaria & munia eſſe ſplendidiſſima. Quum igitur animũ voluntatémque meã intellexeris, depoſita omni verecũdia, bona quæ nobis ſuppetunt, participa: quippe quòd etiã magnas tibi* eo nomine *gratias habiturus ſim, nec minores mehercule ... hoſpitumq; honoratiſſimos eſſe iudica. Mihi verò pro hiſce nulla vel iniuſta vel turpia præſtabis obſequia,*

& cæteris omnibus virtutibus *imperatoriis* inſtructum eſſe: ſed inopem, atque hac vna in parte te à fortuna *cæteris* inferiorem eſſe factum, ita vt non melius quàm pauperrimi quique ſenatores vitam perpetuò degas, quod attinet ad res quæ ad victum pertinent. Hanc igitur partem ego cupiens explere, paratus ſum ad eam argenti aurique vim tibi dandam, quam ſi poſſederis, omnes Romanos qui rerũ copia affluere maximè putantur, diuitus ſuperabis: præclaros ac imperatore dignos ſumptus, & regalis opulentiæ hoc peculiare munus & ornamentum ſplendidiſſimum exiſtimans, beneficia conferre in viros bonos, qui propter paupertatem pro virtutis dignitate non viuunt. Cognita igitur, Fabrici, voluntate mea, omnique pudore depoſito, bonorum, quæ ſunt apud nos, ſis particeps: illud tibi perſuadens, me tibi magnam gratiam habiturum, & per Iouem, non minorem. .... & hoſpitum honoratiſſimos eſſe puta. In meam verò gratiam pro beneficiis iſtis nec iniuſtum nec turpe facinus vllum facies, ſed eam operam mihi

ἀλλ' ἐξ ὧν αὐτὸς κρείττων ἔσῃ καὶ τιμιώτερος ἐν τῇ ἑαυτοῦ πατρίδι. καὶ πρῶτον μὲν ἐπὶ τὰς διαλλαγάς, ὅση δύναμις ἐν σοί, παρόρμησον τὴν ἄχρι τοῦδε δυσέριν καὶ οὐδὲν τῶν μετρίων φρονοῦσαν βουλήν· διδάσκων ὡς ἐπὶ κακῷ τῆς πόλεως ὑμῶν ἀφῖγμαι, Ταραντίνοις καὶ τοῖς ἄλλοις Ἰταλιώταις ὑποσχόμενος βοηθήσειν, οἷς οὔτε ὅσιον οὔτε εὔσχημον ἐστί μοι, παρόντι μετὰ δυνάμεως, καὶ τὴν προτέραν νενικηκότι μάχην, ἐγκαταλιπεῖν. καὶ πάνυ πολλὰ καὶ ἀναγκαῖα πράγματα κατὰ τοῦτον συμβέβηκε τὸν καιρόν, ἐπὶ τὴν ἰδίαν με ἀρχὴν μετακαλεῖ. πίστεις τε ὑπέχομαι πάσας, ὁπόσαι βεβαιοῦσιν αἱ ἀνθρώπων ὁμολογίας, καὶ μόνῳ καὶ μετὰ τῶν ἄλλων πρεσβευτῶν περὶ τῆς οἴκαδε ἀνακομιδῆς ἔσται, Ῥωμαίους ποιήσαντα φίλους· ἵνα θαρρῶν πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ πολίτας λέγῃς. εἰ δέ τισι τὸ τῆς βασιλείας ὄνομα ὕποπτόν ἐστιν, ὡς ἀπατηλὸν ἐν ὁμολογίαις, ἐξ ὧν ἕτεροί τινες ἐν ὅρκοις καὶ σπονδαῖς παρανομοῦσιν ἔδοξαν, ὅμοια καὶ περὶ ἐμοῦ τεκμαιρόμενοι· συμ-

quibus in tua ipſius patria potentior atq; honoratior es euaſurus. Ac primùm quidem ſenatum, qui ſe hactenus pertinaciter cõtentioſum præbuit, & nihil moderati in animo habere oſtẽdit, ad fœdus ineundum pro viribus incitabis. me enim reip. veſtræ malo aduenisse docebis, quum Tarentinis cæteriſq; Italis ſuppetias me laturũ promiſerim: quos neq; fas neque honeſtum deſerere fuerit: quandoquidem & adſum cum copiis, & iam victoriam ex primo prælio reportaui. *Sed tamen* & permulta & neceſſaria interim negotia inciderunt, quæ me in ditionem meam reuocant. Cæterùm, quibuſcunque modis fides humanis pactis ſolet adſtrui, iis omnibus tibi & ſoli & cum cæteris legatis de ſaluo in patriã reditu fides fiet, ſi Romanorum amicitiam mihi conciliaris: vt animo confidenti apud ciues tuos verba facias. Siqui autem regium nomen ſuſpectum habent, vt fraudulentũ in pactionibus: & quòd alii *apud omnes gentes receptam* de ſeruãdo iureiurando & fœdere legem violare comperti ſunt, eandem & de me coniecturã faciunt: firma-

quia, ſed talia quæ te præſtantiorem atq; honoratiorem in tua ipſius patria efficiant. Ac primùm quidẽ, quãtis potes viribus ad fœdus ineundum inſtiga ſenatum, qui ſe hactenus difficilem præbuit, nec quidquã moderatum animo agitauit. docebis enim, me malo reip. veſtræ aduenisse, Tarentiniſq; & cæteris Italis promiſiſſe ſuppetias. quos nec iure vllo nec prætextu, quãdo cum copiis adſim, & primo prælio victoria reportauerim, deſtituere queã. ac permulta & neceſſaria hoc tempore inciderunt negotia quæ me in ditionem meã reuocant. equidem quotcunq; rationibus fides humanis pactis ſolet adſtrui, iis omnibus tibi ſpõdebo, ſaluum & ſoli & cum cæteris legatis ad patrios lares futurum eſſe reditum, ſi Romanorũ mihi amicitiã cõciliaueris: vt ſcilicet eo *cõfidentius apud ciues tuos verba facias. Quòd ſi aliqui ſuſpectũ habẽt regum nomen, vt fraudulentũ in pactionibus: &, quoniã alios quoſdã iuramenta & pacta contra leges fefelliſſe vident, ex illorũ factis de me quoq; ſimilem cõiecturam faciunt: poſt*

mihi pauabis, ob quam tu ipſe in patria tua & autoritatem & honorem maiorem tibi comparabis. Ac primùm, quantum in te eſt, ſenatum, qui ad hanc vſque diem ſe nimis difficilem præbuit, nec quicquam mediocre ſenſit, ad pacem incita: docens, me in veſtræ reip. malum veniſſe, quòd Tarentinis Italiſque cæteris me opem laturum promiſerim: quos deſerere neq; pium neq; honeſtú eſt mihi, qui cum exercitu adſum, & ex primo prælio victoriam reportaui. *docens* etiam, permulta ac neceſſaria, quæ hoc tẽpore acciderunt, me ad meum regnú reuocare. Omnéq; fidei genus, quod hominũ fœdera cõfirmare poteſt, & tibi ſoli, & ſimul cęteris legatis, ſi pop. Rom. amicitiã mihi cóciliaris, pro mea in patriã reuerſione, me daturum polliceor, vt *hæc* animo confidenti apud tuos ciues dicas. Quòd ſi quibus regis nomẽ eſt ſuſpectũ, vt in fœderibus fraudulentũ, quòd alii quidã in iureiurando & fœderibus impiè facere ſunt viſi, ac proinde de me quoq; idem ſentiunt, *falluntur iſti, & de me ſiniſtrã opinionem cõceperunt. nam tale quid nec vnquã feci, nec vn-*

Firmata porrò pace mecū proficiſcere, omnium meorum particeps conſiliorum, & vicarius in ducendo exercitu, regiæ denique felicitatis conſors futurus. Nam & mihi, bono viro fidóque amico, & tibi regia munificentia & regiorum negotiorum tractatione opus eſt. Quare, ſi hæc in cōmune contulerimus, maxima cōmoda alter ex altero percipiemus. Finem dicendi quum feciſſet, Fabricius, interpoſita breuiſſima mora, hæc eſt loquutus, De Virtvte quæ in nobis eſt, ſiue in gerendis publicis negotiis, ſiue in iis rebus quæ priuatim ad me ſpectāt, minimè neceſſe eſt me ex ore proprio quidquā afferre: quandoquidem ex aliis *qualis ſit* audiſti. Nec item de paupertate mea *verba facere attinet:* eſſe mihi agellū valde paruum, vilémque domunculam: ac neque ex nummis in fœnore poſitis, neque ex mancipiis victum mihi parare. videris enim hæc quoq; ex aliis accuratè cōperiſſe. Quòd verò peius mecum, propter inopiam, quam cū alio quoquā Romanorum agi arbitrare, nec, quòd viri probi officia exerceo, id mihi quidquam prodeſſe, quoniam in diuitum numero non ſum: non rectè ſentis, ſiue ex aliis audiuiſti,

ſiue

γενομένης δὲ τῆς εἰρήνης, ἴθι μετ' ἐμοῦ, σύμβουλός τε ἁπάντων ἐσόμενος ἐμοὶ καὶ ὑποστράτηγος, καὶ τῆς βασιλικῆς εὐτυχίας μέτοχος. ἐμοί τε γὰρ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ πιστοῦ φίλου δεῖ, σοί τε χορηγίας βασιλικῆς καὶ πραγμάτων βασιλικῶν. ἐὰν δὲ συνενέγκωμεν ταῦτ' εἰς τὸ κοινόν, τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν παρ' ἀλλήλων ἀποισόμεθα. παυσαμένου δὲ αὐτοῦ, μικρὸν ἐπισχὼν ὁ Φαβρίκιος εἶπε, Περὶ μὲν τῆς ἀρετῆς, ἥτις ἐστὶ περὶ ἡμᾶς, ἢ κατὰ τὰς κοινὰς πράξεις, ἢ κατὰ τὸν ἴδιον βίον, οὐδὲν ἐμὲ δεῖ ἐπ' ἐμαυτοῦ λέγειν, ὅπου πέπυσαι παρ' ἑτέρων. οὐδέ γε περὶ τῆς πενίας, ὅτι μοι γήδιον μικρόν ἐστι κομιδῇ, καὶ φαῦλον οἰκίδιον· καὶ οὔτε ἀπὸ δανεισμάτων, οὔτε ἀπ' ἀνδραπόδων ὁ βίος. φαίνῃ γὰρ καὶ τούτων ἀκριβῶς ἀκηκοέναι παρ' ἑτέρων. περὶ δὲ τοῦ χεῖρόν με Ῥωμαίων τινὸς πράττειν δι' ἀπορίαν, καὶ μηδὲν εἶναί μοι πλέον ἀσκοῦντι καλοκαγαθίαν, ὅτι τῶν πλουσίων οὐκ εἰμί, κακῶς ὑπείληφας· εἴτε ἀκούσας τινός,

εἴτε

poſt pacem firmatā mecum proficiſcere, futurus omnium meorum conſiliorum conſcius, proximus poſt me in ducendo exercitu, regiaq; felicitatis conſors. nam & mihi, bono viro, fidóque amico, & tibi, regia liberalitate regiiſq; muniis opus eſt. Si ergo hæc in cōmune contulerimus, maxima bona alter ex altero percipiemus. His à Pyrrho peroratis, Fabricius, ſuſpenſo paulſper reſponſo, infit, DE VIRTVTE *qua vel in publicis negotiis, vel in priuata vita ſim præditus, nihil attinet me meopte impulſu dicere, quando id ex aliis audiuiſti: nec item de paupertate mea, eſſe mihi agellum admodum paruum, vilémque domunculam: neque mihi vel è multiplici fænore, vel è mancipiorum laboribus victum ſuppetere. videris enim & hæc accuratè ex aliis cognouiſſe. Quòd verò exiſtimas, peius mecum quàm cum aliis Romanis agi, propter inopiam, nec è probitatis ſtudio maius aliquod ad me redundare emolumentū, quia non ſim in diuitum numero: nō rectè iudicas, ſiue ex aliis audiuiſti,*

ſiue

quam ſum facturus. Facta verò pace, mecū mane, omnibus in rebus mihi & conſiliarius & legatus, regiæq; felicitatis particeps futurus. Mihi enim, viro bono & fideli eſt opus, tibi verò, opibus, rebúſque regiis. quòd ſi hæc in communne cōferamus, alteri ex alteris maxima bona percipiemus. Quum autem ille finem dicendi feciſſet, Fabricius poſt breuem moram interpoſitam ita eſt loquutus, De Virtvte quæ eſt in nobis, aut in rebus quæ ad remp. pertinent, aut in priuata vita, nihil me de meipſo dicere oportet: quando ex aliis audiſti. neq; etiam de paupertate, quòd mihi ſit agellus perexiguus, & vilis caſa: & quòd neque fœnore neq; mancipiorum opera victum mihi parem. conſtat enim te ex aliis hæc quoque accuratè audiſſe. Quòd verò propter rerū inopiā durius vitę genus quàm alii Romani tolerē, nec meliore cōditione ſim ego, qui virtuti ſedulā operā nauo, *quàm alij*, quòd non ſim de diuitū numero: malè ſentis, ſiue hoc ab aliquo acceperis,

ſiue

εἴτε αὐτὸς εἰκάζων. ἐμοὶ γὰρ οὐδεμία πώποτε κακοδαιμονίας αἴσθησις, παρὰ τὸ μὴ πολλὰ κεκτῆσθαι, γέγονεν, οὐδ' ἔστιν. οὐδὲ ὠδυράμην τὴν ἐμαυτοῦ τύχην, οὔτ' ἐν τοῖς κοινοῖς πράγμασιν, οὔτ' ἐν τοῖς ἰδίοις. τί γὰρ καὶ παθὼν ἐγκαλοίην ἂν αὐτῇ; πότερον, ὅτι μοι τῶν καλῶν καὶ περιμαχήτων, ἐφ' οἷς ἅπασα φύσις ἐσπούδακεν εὐγενής, οὐδενὸς ἐξεγένετο παρὰ τῆς πατρίδος μεταλαβεῖν, διὰ πενίαν; ὃς ἄρχω τε τὰς μεγίστας ἀρχάς, καὶ πρεσβεύω τὰς ἐπιφανεστάτας πρεσβείας, καὶ σεβασμίους, ἱερῶν τε πιστεύομαι τοὺς ἁγιωτάτους· καὶ γνώμην ἀγορεύειν ἀξιούμενος περὶ τῶν ἀναγκαιοτάτων καλοῦμαι· ἐν ᾧ προσήκει μετώπῳ ἐπαινοῦμαί τε καὶ ζηλοῦμαι, καὶ οὐδενὸς δεύτερός εἰμι τῶν μέγιστα δυναμένων· καὶ παράδειγμα τοῖς ἄλλοις εἶναι δοκῶ καλοκαγαθίας· οὐδὲν ἐκ τῆς ἐμῆς οὐσίας εἰς ταῦτα δαπανῶν, ὥσπερ οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδείς. οὐ γὰρ ἐνοχλεῖ τοῖς ἑκάστου βίοις ἡ πόλις ἡ Ῥωμαίων, ὥσπερ τινὲς ἕτεραι, ἐν αἷς ὁ κοινὸς μὲν πλοῦτος, ὀλίγος ἐστίν, ὁ δὲ τῶν ἰδιωτῶν, πολύς· ἀλλ'

ſiue ex coniectura hoc dicis. Nã ex eo quòd non multa poſſideo, nullo vnquam miſeriæ ſenſu tactus fui, ac ne nunc quidem tangor. Nec verò *vnquã* fortunã meam vel in publicis vel in priuatis negotiis deploraui. Quam enim ab ea iniuriam accepi, de qua ipſam debeam accuſare? an quòd iſtorum quæ pulchra ſunt & tanta contentione expetuntur, quorũ omne generoſum ingenium ſtudioſum eſt, nullius participẽ me patria ob paupertatem fecerit? Imò verò & ſummos magiſtratus gero, & maximè illuſtres legationes obeo, necnon illis ſacrorũ ceremoniis quæ ſanctiſſimæ ſunt adhibeor: ac, quũ de rebus pernecceſſariis ſentẽtiam rogor, eũ quẽ decet dicendæ ſententiæ locum obtineo. Laudor denique, & admirationi ſum: nec eorum vllo quorum maxima potentia eſt ſum inferior: & eiuſmodi eſſe videor quem cæteri exemplar habeant probitatis. Nec verò in hæc quidquã ex mea ſubſtantia impendo, ſicut nec aliorũ vllus. Haud enim Romana ciuitas fortunis cuiuſq; negotiũ faceſſit, quemadmodũ aliæ quædã, in quibus publicæ quidem opes exiguæ ſunt, at priuatorũ, magnæ: ſed

ſiue ipſe ita *coniectas. nam ex eo quòd non multa poßideo, nihil miſeriæ vel ante vnquam ſenſi, vel etiamnum ſentio. Nec eſt quòd conquerar de fortuna mea, vel in publicis vel in priuatis negotiis. nam cuius eam accuſem iniuriæ? an quòd pulchrorum iſtorum ac præclarorum, quibus omnia generoſa ingenia ſummopere ſtudent, nihil à patria ob paupertatem impetrare potuerim? qui & ſummis imperiis fungor, & luculentißimas legationes obeo, & ſanctißimis ſacrorum ceremoniis adhibeor, &, quum ferẽdæ ſunt ſententiæ, de ſummè neceſſariis conſulor? tum iis locis quibus conuenit, laudor ac color: nec vlli eorum qui plurimum poſſunt, poſthabeor, haud ſecus ac publicum conſummatæ virtutis exemplar. Neq; ex meis facultatibus quidquã in hæc impendo, vt nec ceterorũ vllus. nec enim vllus noſtrũ fortunas grauat Romana reſp. vt alia nõnullæ, in quibus publicæ opes exiguæ ſunt, at priuatæ, copioſæ: ſed*

ſiue tu ipſe *ita* coniicias. Ego enim nunquã infœlicitatẽ ſum expertus, quòd amplas facultates nõ poſſederim, neq; nunc experior. nec; vnquã meam fortunam aut in publicis aut in priuatis rebus luxi. Qua enim clade accepta cõquererer de ipſa? an quòd nullarum rerum præclararum & optabilium, quibus omne ingenium nobile ſtudet, mihi propter paupertatẽ cõtigerit vt à patria particeps fierem? qui maximos magiſtratus gero, & legationes maximè illuſtres & venerandas obeo, & maxima quæque ſacra meæ fidei commiſſa curo: & qui, quoties de rebus maximè neceſſariis agitur, ad ſententiam dicendam vocor, habitus hoc honore dignus: & loco qui decet me laudor, & aliis ſum admirationi: & nullo eorum qui plurimum potentia valent ſum inferior. cæteriſque virtutis exemplum eſſe videor: nihil de meis facultatibus in hæc impendens, vt ne vllus quidem alius. neque enim Romana reſpublica priuatorum hominum vitæ negotium faceſſit, vt multæ aliæ, in quibus publicæ quidem diuitiæ ſunt exiguæ, priuatæ verò magnæ: ſed

ſed ipſa iis qui ad capeſſenda munia publica accedũt, omnia quibus indigent præbet, ſplendidè magnificéque ſumptus ſuppeditans: ita vt nihilo minus pauperrimus quàm ditiſſimus honoretur, quũ ſpectatur quinam præclaras res illas conſequi digni ſint, ſed omnes Romani inter ſe ſint æquales, quorum quidẽ probitas tales honores meretur. Quũ igitur, quamuis pauper, nihilo deteriori ſim cõditione quàm ii qui multa poſſident, cur fortunã incuſauerim? an quòd me vobis regibus, quibus tantũ auri eſt in theſauris, parem nõ fecerit? Iam verò ad rẽ priuatã quod attinet, tantum abeſt vt ſim miſer, vt me ex pauciſſimis illis qui beati ſunt vnũ eſſe exiſtimem, quoties me cum diuitibus cõparo: atq; hoc nomine magnificè de me ſentiam. Ea enim quæ neceſſaria ſunt, agellus meus, quamuis macer & ieiunus, ſi ſtudioſè diligentérq; opus faciam, & *quæ dat* recondam, ſufficere mihi poteſt: at res quæ vltra neceſſarias ſunt, natura quærere minimè cogit. Sed omnis etiam cibus ſuauis eſt, quẽ fames pararit: & potus omnis dulcis, quem ſitis acquirere potuerit; itidémq; mollis ſomnus,

ἀλλ' αὐτὴ παρέχει τοῖς πρὸς τὰ κοινὰ προσιοῦσιν ἅπαντα ὅσων δέονται, λαμπρὰς καὶ μεγαλοπρεπεῖς ἀποδείξασα χορηγίας· ὥστε μηδὲν ἀτιμότερον εἶναι τὸν πενέστατον τοῦ πλουσιωτάτου κατὰ τὴν ἐπαξίωσιν τῶν καλῶν, ἀλλὰ πάντας εἶναι Ῥωμαίους, ὅσοι διὰ καλοκαγαθίαν τούτων ἄξιοι τῶν τιμῶν, ἀλλήλοις ἴσους. ὁπότε δὲ πενόμενος οὐδὲν περὶ τοῦτ' ἔλαττον ἔχω τῶν πολλὰ κεκτημένων, τί παθὼν ἂν κατηγόρηκα τῆς τύχης; ὅτι οὐχὶ ἴσους ὑμῖν ἐποίησε τοῖς βασιλεῦσιν, οἷς ὁ πολὺς θησαυρίζεται χρυσός; ἀλλὰ μὴν ἔν γε τοῖς ἰδίοις, τοσοῦτον ἀπέχω κακοδαιμονίας, ὥστε ἐν ὀλίγοις πάνυ τῶν μακαρίων ἐμαυτὸν εἶναι δοκῶ, παρὰ τοὺς πλουσίους ἐξετάζων· καὶ ἐπὶ τούτῳ μέγιστον φρονῶ. ἐπεὶ τὰ μὲν ἀναγκαῖα τὸ λυπρὸν ἀπόχρη μοι γήδιον φιλεργοῦντι καὶ ταμιευομένῳ παρέχειν· τὰ δ' ἔξω τῶν ἀναγκαίων οὐ βιάζεται ζητεῖν ἡ φύσις. ἀλλὰ καὶ τροφὴ πᾶσα ἡδεῖά μοι, ἣν ἂν ὁ λιμὸς σκεδάσῃ· καὶ ποτὸν ἅπαν γλυκύ, ὅτ' ἂν ἡ δίψα πορίσῃ· καὶ ὕπνος μαλθακός, ὅταν

ſed ipſa iis qui publica munia capeſſunt, omnia ſuppeditat quibus indigent, ſplẽdidè magnificéque ſumptus præbens: ita vt ad præclaros honores ac dignitates non minus pauperrimo cuiq; quàm ditiſſimo pateat aditus: ſed omnes Romani, qui quidẽ ob virtutẽ talibus honoribus digni ſunt, inter ſe ſint æquales. Dum ergo, quod ad hæc attinet, mea pauperis cõditio non deterior eſt quàm eorum qui multa poſſident, cuiúſnam iniuriæ fortunam incuſauerim? an quòd me vobis regibus non exæquarit, quibus tot tantique ſunt theſauri? Ad priuatas verò fortunas quod attinet, tantum à miſeriæ ſenſu abſum, vt quum conditionem meã cum diuitibus comparo, in perexiguo illo beatorum numero me eſſe putẽ, eóq; nomine maximopere mihi placeam. nã quæ neceſſaria ſunt, tenuis mihi agellus meus, ſi diligẽter colã & recõdam, abũdè præbere poteſt: quæ verò neceſſaria nõ ſunt, natura nõ cogit quærere. Sed & cibus mihi omnis ſuauis eſt, quẽ fames pararit: & potus omnis dulcis, quẽ ſitis acquiſierit: & mollis ſomnus,

ſed ipſa omnibus qui ad reip. adminiſtrationẽ accedunt, præbet omnia quibus indigent, ſplendidas ac magnificas impenſas ſuppeditans: ita vt pauperrimus quiſq; non minus honoretur quàm ditiſſimus quiſque, quaſi rebus præclaris ſit indignus: ſed omnes habeantur ciues Romani, quotquot propter ſuam virtutẽ honoribus iſtis digni fuerint, inter ſe pari iure. Quãdo igitur ego, qui ſum pauper, propterea cõditione deteriore nõ ſum quàm qui fortunas amplas poſſidẽt, cúrnam fortunã accuſarẽ? quòd nos vobis regibus pares nõ fecerit, quibus maxima vis auri coacta ſeruatur? Atqui, quod attinet ad rẽ meam priuatam, tãtum abeſt vt ſim infœlix, vt etiã, ſi me cum hominibus opulẽtis conferã, in perexiguo fœliciorũ numero me ponendũ cenſeam, & de me propterea magnificè ſentiã. Quandoquidẽ agellus ſterilis mihi operis ſtudioſo & opus ruſticũ faciẽti ſufficit ad res neceſſarias ſuppeditãdas: res verò minimè neceſſarias natura quęrere nõ cogitur: ſed omnis cibus mihi eſt iucũdus, quẽcunq; fames ex tẽpore pararit: omniſq; potio ſuauis, quãcunq; ſitis præbue-

ὅταν ἡγήσηται κόπος. ἐσθής τε ἡ παρέχουσα μὴ ῥιγοῦν, αὐταρκεστάτη· καὶ σκεῦος ὅ,τι ἂν ἐπιτελέσαιτο τῶν δυναμένων τὰς αὐτὰς παρέχειν χρείας, οἰκειότατον. ὥστε οὐδὲ κατὰ τοῦτο δίκαιος εἶναι τῆς τύχης κατηγορεῖν· ἥ μοι τοσαύτην παρέσχεν οὐσίαν, ὅσην ἡ φύσις ἐβούλετο ἔχειν· τῶν δ' ὑπερβαλλόντων οὔτε πόθον ἐνέφυσεν, οὔτε εὐπορίαν ἔδωκεν, νὴ Δί'. ἀλλ' οὐ περίεστί μοι τοῖς πλουσίοις ἐπαρκεῖν, οὐδ' ἐκ περιουσίας ἐπιστήμην ἔδωκέ μοι ὁ θεὸς ἔχειν, οὐδὲ μαντικήν, αἷς ὠφέλοιμι ἂν τοὺς δεομένους, οὐδὲ ἄλλα πολλά, ἅ ἐστιν ἐν ἐμοί, τούτων μεταδιδοὺς καὶ πόλει καὶ φίλοις, καὶ ἀφ' ὧν δύναμαι ποιεῖν εὖ τινάς, ταῦτα τὰ κοινὰ τοῖς δεομένοις παρέχων. οὐκ ἂν ἡγησαίμην ἄπορον ἐμαυτόν. ταῦτα δ' ἐστὶν ἃ σὺ κράτιστα νομίζεις εἶναι, καὶ πολλῶν χρημάτων ἕτοιμος εἶ πρίασθαι. εἰ δὲ δεῖ καὶ τὰ μάλιστα διὰ τὰς εὐεργεσίας τῶν δεομένων τὰ πολλὰ κεκτῆσθαι χρήματα, μεγάλης ἦν σπουδῆς καὶ φιλοτιμίας ἄξιον, καὶ μακά-

quum præceſſerit laſſitudo. Necnon ea veſte maximè ſum contentus quæ præſtare poteſt vt non algeam. Denique inter vaſa quæ eoſdem præbere vſus queunt, id quod eſt viliſſimum, mihi eſt conuenientiſſimũ. Quæ quum ita ſint, ne hac quidẽ in parte fortunã à me accuſari æquum fuerit, quæ mihi tantam ſuppeditauit ſubſtantiam quantam natura me habere volebat: at ſuperuacuorum neq; deſiderium mihi ingenerauit, neq; copiam donauit. Atenim nõ hoc inſuper mihi adeſt, vt ſicut diuites, ita & ipſe aliis erogare queam: nec mihi deus ex abundãti hoc etiam tribuit vt ſcientiam haberem, neq; diuinationem, quibus adiuuare poſſem eos qui illis indigerent: neque alia multa. Verumtamẽ, dum quæ in me ſunt reip. & amicis impertio, & illa vnde beneficus in aliquos eſſe poſſum, indigẽtibus cõmunia facio, quomodo me diuitem eſſe nõ exiſtimem? Atqui hæc ſunt certè ea ipſa quæ tu præſtantiſſima eſſe & multis pecuniis emenda cenſes. Quòd ſi tamen vel maximè ad exercendam in eos quibus aliquid deeſt beneficentiã, amplas opes poſſidere, res eſſet magno ſtudio & ambitioſa etiã quadã contẽtione digna, & ditiſſi-

nus, quem præceſſerit laßitudo: veſtiſq; abundè ſufficit quæ me contra frigus tuetur: & inter inſtrumẽta quæ eoſdẽ explere vſus poſſunt, viliſsima quæq; ſunt mihi familiariſsima. adeo vt neq; hac in parte fortunã iure accuſare poßim, quæ tantam mihi ſuppeditauit ſubſtantiã, quantã natura habere voluit: ſuperfluorum verò neq; deſideriũ mihi ingenerauit, neq; copiã largita eſt, mehercule. At nõ ſuppetũt mihi tanta copiæ vt diuitib. erogare queã: nec deus mihi præcellentẽ vltra cetera ſcientiã contulit, aut diuinationẽ, quibus adiuuare indigẽtes poßim: neq; alia multa. Verumtamen, dũ quæ in me ſunt, reip. & amicis impertio, & de quib. benefacere aliquib. poſſum, ea indigentib. facio cõmunia, haudquaquã me culpæ affinẽ duxerim. Hæc autẽ illa ſunt quæ tu optima eſſe iudicas, & multis pecuniis emere paratus es. Ac ſi vel maximè ad ſubleuandã indigentiũ inopiã, amplarũ opum poſſeßio magno ſtudio & cõtentione

cunq; ſitis præbuerit: ſomnúſq; mollis, quum labor præceſſit. Et veſte quæ frigus arcere poteſt, maximè ſum cõtentus: & vas, quod cæterorũ, quæ eundem vſum præbere poſſunt, eſt viliſſimũ, hoc mihi eſt aptiſſimũ: ita vt ne hac quidẽ in re fortunã iure accuſare poſſim, quæ mihi fortunas eas præbuit quas ipſa natura deſiderabat: at rerũ ſuperfluarum neq; deſideriũ in me inſeruit, neq; profectò affluentiã mihi dedit. Sed nihil habeo ſuperflui, quod opulẽtis hominibus elargiar. neq; mihi ſcientiã deus abundanter præter alia dedit, neq; vaticinandi artẽ: quibus rebus eos iuuare poſsẽ qui mea opera indigerent. Neq; ſi alia multa, quæ in me ſunt, & reip. & amicis impertiar, & pro facultatũ mearum modo beneficia in aliquos conferã, & res iſtas cõmunicem cũ illis qui his indigẽt, horũ me autorẽ exiſtimarim. Hæc verò illa ſunt quæ tu præſtãtiſſima putas eſſe, & autor es vt maximo pretio emãtur. Quòd ſi potiſſimum propter beneficia quæ cõferenda ſunt in eos qui re aliqua indigẽt, magnæ opes parãdæ eſſent, hoc magno ſtudio magnáq; cõtentione dignũ eſſet,

ditiſſimos eſſe homines, id beatitudinem illis afferret, vt vobis regibus videtur: vtra parandarum facultatum ratio potior mihi erat? ex iiſne quorum me participem turpiter facis, an ex iis quæ antea honeſtè acquiſiui? nam publica negotia iuſtas congerendæ pecuniæ occaſiones mihi præbuerunt, & antea quidẽ ſæpe, ſed anno abhinc tertio potiſſimum, quum gerens conſulatum, cum exercitu aduerſus Samnites, Lucanos & Brutios, miſſus, hoſte multis præliis ſuperato, magnam regionum partẽ ſum populatus, multáſque & opulentas vrbes vi expugnatas vaſtaui: ex quibus tum vniuerſum exercitum ditaui, tum ciuibus priuatim quas in bellũ contulerant pecunias reddidi: tum quadringenta talenta cum triumphis in ærarium intuli. Itáne verò, quum illarum rerum quæ bello partæ erãt, mihi quãtum vellem capere liceret, nec tamẽ ceperim, ſed iuſtè comparatas etiã diuitias neglexerim, gloriæ cauſa (ſicut Valerius Poplicola fecit, aliiq; præterea multi, propter quos vrbs noſtra tãtam ad potentiam

μακάριον τοῦτο ὑπῆρχεν, εἴπερ τοῖς πλουσιωτάτοις, ὡς τοῖς βασιλεῦσιν ὑμῖν δοκεῖ· πότερος ἦν μοι τρόπος εὐπορίας κρείττων; ἀφ᾽ ὧν σύ μοι νῦν μεταδίδως αἰσχρῶς, ἢ ἀφ᾽ ὧν αὐτὸς ἐκτησάμην καλῶς πρότερον; παρέσχε γάρ μοι τὰ πολιτικὰ πράγματα χρηματισμῶν ἀφορμὰς δικαίας, πολλάκις μὲν καὶ πρότερον, μάλιστα δ᾽ ἐπὶ Σαυνίτας, καὶ Λευκανοὺς, καὶ Βρεττίους, στρατιὰν ἄγων ἐστάλην τετάρτῳ πρότερον ἐνιαυτῷ, τὴν ὕπατον ἀρχὴν ἔχων· καὶ πολλὴν μὲν χώραν ἐλεηλάτησα, πολλαῖς δὲ μάχαις τοὺς ἀντιταξαμένους ἐνίκησα· πολλὰς δὲ καὶ εὐδαίμονας πόλεις κατὰ κράτος ἐξελὼν ἐξεπόρθησα· ἐξ ὧν τὴν στρατιὰν ἅπασαν ἐπλούτισα, καὶ τὰς εἰσφορὰς τοῖς ἰδιώταις, ἃς εἰς τὸν πόλεμον προεισήνεγκαν, ἀπέδωκα, καὶ υ τάλαντα μετὰ τὸν θριάμβων εἰς τὸ ταμιεῖον εἰσενήνεγκα. ἔπειτ᾽ ἐκείνων τῶν δορικτήτων ἐξόν μοι λαβεῖν ὁπόσα βουλοίμην, οὐ λαβών, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐκ τοῦ δικαίου πλοῦτον ὑπεριδὼν, ἕνεκα δόξης, (ὡς Οὐαλέριος Ποπλικόλας ἐποίησε, καὶ ἄλλοι πλεῖστοι πρὸς τούτοις συχνοί, δι᾽ οὓς ἡ πόλις ἡμῶν τηλικαύτη γέγονε,

tione digna eſt, atque ea beatitudo eſt, ſiquis ſit ditiſſimus, vt vobis regibus videtur: vter mihi acquiſitionis modus potior fuerit? an ex iis quibus à te nunc turpiter participor, an ex iis quæ ipſe mihi *antè honeſtè peperi? nam publica negotia iuſtas mihi quæſtus occaſiones præbuere, tum antè ſæpenumero, tum in primis anno abhinc tertio, quum conſulare imperium gerens, cum exercitu aduerſus Samnites, Lucanos & Brutios, miſſus, hoſtium acie aliquammultu præliis ſuperata, multas regionis partes perpopulatus ſum, multáſque & opulentas vrbes expugnatas deuaſtaui: è quibus tum exercitum totum ditaui, tum priuatis ciuibus ſtipem, quam ad belli ſumptus pro ſe quiſque contribuerant, reddidi, tum quadringẽta talẽta cũ triumphis in ærariũ intuli. Et quum ex illis bello partis, dũ liceret accipere quot & quanta vellem, nõ acceperim, ſed etiã iure oblatas opes neglexerim, gloria contentus (vt Valerius Poplicola fecit, & alij præterea multi. per quos reſpubl. noſtra ad tantam ampli-*

eſſet, & beatitudinem afferret, homines eſſe ditiſſimos, vt vobis regibus videtur: vtra ratio affluentiæ parandæ mihi eſſet præſtantior? eáne qua nunc me rerum tuarum participem turpiter vis facere, an ea qua mihi ipſe res antè præclarè quæſiui? Res enim publicæ iuſtam parandæ pecuniæ rationem mihi præbuerunt, & ſæpe quidem antè, ſed potiſſimum quum contra Samnites, & Lucanos & Brutios, cum exercitu conſul quarto antè anno ſum miſſus, & amplum agrum ſum populatus, & multis præliis aduerſarios ſuperaui, multas etiam & fortunatas vrbes per vim captas diripui: vnde totum exercitũ ditaui, & hominibus priuatis pecunias, quas in bellũ contulerant, reſtitui, & quadringenta talenta poſt actum triumphum in ærarium intuli. Et quum rerum illarum bello partarum licuerit mihi capere quantum vellem, nec tamen ceperim, ſed etiam diuitias legitimis actibus quæſitas neglexerim, gloriæ cauſa (vt Valerius Publicola fecit, & præter hunc alii quamplurimi, quorum opera noſtra reſpublica tanta cepit incrementa) munera

τὰς παρὰ σοῦ δέξομαι δωρεάς, καὶ ἀντὶ τῆς κρείττονος εὐπορίας ἀλλάξομαι τὴν χείρονα, ἐκείνῃ μέν γε τῇ κτήσει, καὶ τὸ μεθ' ἡδονῆς ποιεῖσθαι τὰς ἀπολαύσεις, πρὸς τὸ καλῶς καὶ δικαίως, πόσον ἦν; ταύτης δὲ καὶ τοῦτ' ἄπεστι. δανείσματα γάρ ἐστιν ὅσαπερ ἂν λαμβάνωσιν ἄνθρωποι παρ' ἑτέρων, βαρύνοντες τὴν ψυχὴν ἕως ἂν ἀποδοθῇ· κἂν ὀνόμασι καλοῖς αὐτὰ κοσμήσαις, φιλανθρωπίας καλῶν, καὶ δωρεάς, ἢ χάριτας. Φέρε, ἐὰν δὴ μανεὶς δέξωμαι χρυσόν, ὃν δίδως μοι, καὶ τοῦθ' ἅπασι Ῥωμαίοις γένηται φανερόν· ἔπειθ' οἱ τὴν ἀνυπεύθυνον ἔχοντες ἀρχήν, οὓς ἡμεῖς τιμητὰς καλοῦμεν, οἷς ἀποδέδοται τοὺς ἁπάντων Ῥωμαίων ἐξετάζειν βίους, καὶ τοὺς ἐκβαίνοντας ἐκ τῶν πατρίων ἐθῶν ζημιοῦν, καλέσαντές με λόγον ἀποδοῦναι κελεύσωσι τῆς δωροδοκίας, ἁπάντων παρόντων ...

potentiam peruenit) munera quæ mihi à te offeruntur accipiam, & præſtantiores facultates cum deterioribus commutabo? Illi enim acquiſitioni hoc inerat, quòd non ſolùm honeſtam & iuſtam, verumetiam iucundam fruitionem habebat: ab hac autem iſtud quoque abeſt: nam res fœneratitiæ ſunt quæcunque homines ab aliis accipiunt, animum curis onerantia, donec reddantur: etiamſi aliquis ea ſpecioſis nominibus ornet, humanitatis officia, vel dona, vel beneficia vocans. Age verò, ſi eò deueniam inſaniæ vt aurũ accipiam quod offers, idq; omnibus Romanis innoteſcat, & poſtea ii qui magiſtratum reddundis rationibus non obnoxium gerunt, qui à nobis cenſores appellãtur (quibus datum eſt in omnium Romanorum vitas inquirere, & à patriis moribus atque inſtitutis deſciſcentes mulctare) accerſitum me ratione de acceptis quæ ad me corrumpendum oblata fuerint muneribus rationem reddere iubeant, coram omnibus: ......

amplitudinem peruenit: à te dona capiam, & potiores copias cum deterioribus commutabo? in illa enim acquiſitione, non modò honeſta & iuſta, verum etiam iucunda fruitionis inerat plurimum: ab hac autẽ hoc quoque abeſt. nam fœneratitia ſunt quæ ab aliis accipiunt homines, animam grauantia, tantiſper dum reddantur: etiamſi aliquis ea ſpecioſis nominibus ornans, beneficia vocet, aut dona, aut gratias. Age verò, ſi eo deueniam inſania, vt aurum capiam quod offers, idque omnibus Romanis innoteſcat, & poſtea ij qui abſolutum *nec reddendis rationibus obnoxium magiſtratum gerunt, quos nos cenſores nominamus, (quibus delegatum eſt vt omnium Romanorum vitas ac fortunas explorent, & à patriis conſuetudinibus diſcedentes mulctent) me arceſſant, & de acceptis muneribus rationem reddere iubeant in omnium præſentia:* ....

nera mihi à te oblata accipiam? & cum præſtantiori rerum abundantia deteriorem commutabo? Atqui ex illa quidem poſſeſſione, præter ipſam rerum honeſtè ac iuſtè parandarum rationem, quantus etiam percipitur fructus cum voluptate coniunctus? at in iſta hoc quoque deſideratur. Fœnora enim ſunt quæcunque homines ab aliis accipiunt, animum moleſtiis afficientia, donec ea reddantur: licet quis ſpecioſis nominibus hæc ornet, humanitatem, & dona, & beneficia vocans. Eia igitur, ſi à mentis ſanitate alienatus aurum quod mihi offers accipiam, atque Romanis omnibus hoc innoteſcat, & qui magiſtratum nullis rationibus reddundis obnoxium gerunt, qui cenſores à nobis appellantur, quibus etiã permiſſum eſt vt in omnium ciuium Romanorum vitas inquirant, eóſque mulctent qui à patriis moribus recedunt, me accerſitum munerum acceptorum rationem in omnium præſentia reddere iubeant, ***quid homines de me ſentient? quid de me ſtatuetur?***

ANNOTATIONES HENR. STEPHANI IN LEGATIONEM V, VEL V DE QVADAM LEGATIONE HISTORIAM.

Pag.28. Ver.1. *Epirotarum rex*. Nam & ipſe ἠπειρωτῶν à Dionyſio ſcriptum fuiſſe arbitror.

Ver.2. *Senatus legatos mittere decreuit.* Vt videlicet ſubaudiatur ἡ βουλὴ cum ἐβουλεύσατο. Quòd ſi ἐβουλεύσαντο ſcriberetur, tale eſſet quale ἔχειναι, ſuprà, pag.9. ver. vltimo.

Ver.3. *Qui ab illo peterent vt capt.* Sequor librum eum in quo πύῤῥον ſcriptum eſt. Ita enim loquuntur, ἀξιῶ σε τοῦτο ποιεῖν, ſicut κελεύω σε τοῦτο ποιεῖν.

Ver.15. *Corpora corporibus permutare.* Ex voce ἀνδιαλλαξάμενον mendoſa, quæ in exempl. eſt, non minus ἀντάλλαξάμενον fieri poteſt quàm ἀντιδιαλλαξάμενον: ac magis illud quàm hoc placet. licet & libro I legatur, ἀντιδιαλλαττόμενοι ἢ πρὸς ταῦτα, λέγουσιν ὡς ὁ Νομ. Nam hîc quoque ſuſpectum eſt ἀντιδιαλλαττόμενοι. quod tamen non itidem in ἀνταλλαττόμενοι, ſed in aliud quodpiam verbum, libenter mutauerim.

Ver.15. *Bello viciſſet.* Libenter & ipſe πόλεων, quod in vno exemplari, pro πολεμίων, legitur, in πόλεως mutarem, ſed articulo ante ῥωμαίων poſito: vt legeretur, ἐχθίστης τῆς ῥωμαίων ὄντας πόλεως. Illud certè participium πολεμίων otioſum hîc eſſe videtur.

Ver.15.16. *Quotquot puberes erant interfecerat.* At Portus, longè aliam & planè ſuam (vtpote nouam) huic loquendi generi dat interpretationem, *omnes ad internecionem deleuit, cædis initio à puberibus facto.* Multo certè maiorē noua hæc interpretatio nobis narrat crudelitatem, quàm quæ à Dionyſio commemoratur. Ne tamen fidelior Sylburgio & me interpres ſibi videatur, de hoc illum moneo, perinde eſſe acſi dictum eſſet, ἅπαντας τοὺς ἡβῶντας κατέσφαξεν. Sic enim Thucydides, libro v, ἀπέκτειναν τῶν Μηλίων ὅσους ἡβῶντας ἔλαβον. non alio ſenſu quàm ſi ita loquutus eſſet, ἅπαντας τοὺς Μηλίους ἡβηδὸν ἀπέκτειναν. Abſit enim vt cum Porto dicamus, Melios omnes eſſe interfectos, & quidem cædis initio à puberibus facto. Quum autem multa poſſim exempla, quibus noſtram interpretationem confirmem, & alteram illam refellam, proferre, contentus ero duobus, non aliunde, ſed ex hoc ipſo ſcriptore ſumptis: quorum vnum eſt libro II, τὸ μηκέτι κατασφάττειν ἡβηδὸν τὰς ἁλούσας πολέμῳ πόλεις. Laudat autem ibi Romulum, qui Græcorum morem in pubetum cæde minimè ſeruandum putauerit. Sic loquutus eſt libro VI, οὐδὲ ἡβηδὸν ἀναιροῦντες. Quamuis autem puberes tantùm interficerentur, non paruam quibuſdam in vrbibus editam fuiſſe ſtragem, ex eo colligimus quod libro v narrat, peracto cenſu à Sp. Largio dictatore, reperta fuiſſe Romæ puberum centum quinquaginta millia, & ſeptingentos inſuper. Etiamſi enim tantus in alia vrbe numerus non reperiebatur, non paruam tamen κατὰ τὸ ἀνάλογον eorum multitudinem in quibuſdam fuiſſe trucidatam veriſimile eſt.

Pag.29. Ver.1. *Fortunam eſſe rem cuius euentus nemo aſſequi coniectura poſſit.* Tot Latinis vocabulis tria hæc Græca, ἀτέκμαρτον πρᾶγμα τύχη, fuerunt à me reddita, vt vim adiectiui illius exprimerem. Sed quid ſi, ad æquandam breuitatem Græcam, *fortunam eſſe rem inexplorabilem*, interpreteris? nequaquam certè ab eius ſignificatione aberrabis, ſed nec omnino eam aſſequeris. At ſi *inconiecturabilem* dixeris, eam aſſequutus videri poteris. Hoc autem vti vocabulo, non fuerit fortaſſe in Latinitatem omnino peccare, ſi quidem ea verbum Coniecturo admittit. Sic porro & alibi ἀτέκμαρτον appellat τύχην, libro videlicet Hiſtoriæ ſuæ VI. Exiſtimo certè hoc epithetum fortunæ velut prouerbiale fuiſſe. nam & Suidas ex quodam illud affert, & alibi quoque id me legere memini.

Ver.2. *Ac bella certè in hanc vel illam partem vergere.* Perinde verti acſi ſcriptum eſſet αἱ ῥοπαί, quum illud frequentiſſimum ἰσόῤῥοπος μάχη, in mentem mihi veniret. At τροπὴν de iis potius qui hoſtes in fugam vertunt, etiam ab ipſo ſcriptore dici videmus.

Ver.3. *Et nihil eorum quæ in illis ſunt futura facile hominibus eſſe pranoſcere.* Ideo addidi *in illis*, quòd hæc non de cuiuſuis rei ſed peculiariter de bellorum euentu dicta eſſe exiſtimem. Alioqui certè à ſpecie ad genus tranſiret, & quod fortaſſe non vſquequaque verum comperiretur, diceret.

Ver.5. *Optionem ei dabant.* Nomen προαίρεσιν in αἵρεσιν mutemus neceſſe eſt: idémque & in alio huius ſcriptoris loco faciamus, qui eſt libro III. ἐὰν ἢ ἐπὶ τοῦ δήμου ποιήσωσι τὴν προαίρεσιν τοῦ βασιλέως. Sicut enim προαιρεῖσθαι eſt αἱρεῖσθαί τι πρὸ ἄλλου τινός, ita etiam προαίρεσις eſt αἵρεσις τινὸς πρὸ ἄλλου: ita vt nullo modo hæc compoſita ſedem illorum ſimplicium tenere poſſint. Sunt porrò & aliæ quædam voces apud Dionyſium quæ non vno in loco pro quibuſdam aliis per errorem poſitæ inueniuntur, vt in ſequentibus oſtendam.

Ver 15. *Finito per compoſitionem bello.* Sicut hîc συνθέμενοι τὸν πόλεμον, ita etiam libro IX συνθέσθαι τὸν πόλεμον legimus: quum alioqui συνθέσθαι πρός τινα, vel τινὶ, abſque hoc accuſatiuo, apud

apud hunc quoque ſcriptorem magis ſit vſitatum: ſicut etiam διαλύσασθαι τὸν πόλεμον frequẽter dicunt, quum ſignificare volunt Finire bellum per cõpoſitionem: aut breuius, Compoſitionem facere. Non ſolùm autem nouum ſed durum etiam videri poteſt hoc loquẽdi genus, σπένδεσθαι τὸν πόλεμον, quòd rationi potius conſentaneum ſit iungere cum nomine εἰρήνην, contrarium ſignificante: ſicut & iunctum illi reperitur.

Ver.18. *Veſtros tum ciues tum ſocios vniuerſos.* Non placuit interpungere poſt παρ' ἐμοῦ, quòd ἰδίοις iungi cum πολίτας & συμμάχους exiſtimem.

Pag.30. Ver.16. ***Nullam poſſe ſtructuram ab eo dari.*** Sic etiam alibi κατασκεύασμα pro ſtructura ſeu ædificio dicit: & quidem multis in locis. Ita enim libro III, καὶ μήτε δημοσίων μήτε ἰδιωτικῶν κατασκευασμάτων ὀρθὸν ἐάσαι διαμένειν μηθὲν, ἔξω τῶν ἱερῶν. Et duabus paginis pòſt, τὰς μὲν οἰκίας καὶ τὰ τείχη, καὶ εἴ τι ἄλλο κατασκεύασμα ἰδιωτικὸν ἢ δημόσιον ἦν, κατέσκαψε. Quinetiam ſub finem eiuſdem libri, de tribus magnificentiſſimis Romæ ſtructuris loquens (ex ſuo quidem certè iudicio) eas vocat τρία τὰ μεγαλοπρεπέστατα κατασκευάσματα τῆς Ῥώμης. Quinetiam in alio eiuſdem libri loco, qui ſuperiores præcedit, καθελεῖν τὴν πόλιν ἄχρι θεμελίων, μηδενὸς μήτε ἰδίου μήτε κοινοῦ κατασκευάσματος φειδόμενον, ἔξω τῶν ἱερῶν. Quum autem tam libẽter illum iſto vocabulo ita vſum eſſe videamus, haud aliter hîc interpretandum eſſe exiſtimaui: præſertim quum donariorum mentioni ſtructurarum etiam ſeu ædificiorum mentio aptè adiungi videatur. Sed mihi permiſi perinde vertere acſi ſcriptum eſſet, καὶ τοῦ βασιλικοῦ πλούτῳ (τοῦτ' ἔστιν) ἀντὶ ἀναθήματος καὶ κατασκευάσματος λαμπροτάτου. vel ita (paulo maiori cum mutatione, ſed eodem ſenſu) καὶ τοῦτο ἐχρῆν ἧττον τοῦ βασιλικοῦ πλούτῳ λαμπρότητα, ἢ ἀνάθημά τι καὶ κατασκεύασμα, φέρειν. Apud Iſocratẽ quidem certè inter præcepta quæ Nicocli dantur, etiam κατασκευαῖς vrbem ſuam ornare iubetur (quod itidem pro κατασκευάσμασιν accipio, id eſt ſtructuris, ſeu ædificiis: quamuis ibi reddatur voce Apparatu, quam lector quò referre, id eſt, de quo apparatu intelligere, debeat, meritò dubitet) Διοίκει τὴν πόλιν ὁμοίως ὥσπερ τὸν πατρῷον οἶκον, ταῖς μὲν κατασκευαῖς λαμπρῶς καὶ βασιλικῶς, ταῖς δὲ πράξεσιν ἀκριβῶς. Sed non longo interuallo ſequitur & de beneficentia in amicos præceptum.

Ver.19.20. *Omni iam depoſita verecundia.* καὶ πᾶσαν ἀποθέμενος αἰδῶ. Hoc Pyrrhi dictum reuocat mihi in memoriam prouerbialem illum Homeri verſum, (quem & ipſi Pyrrho in mentem veniſſe, non abſimile vero eſt) eundémque Heſiodeum, vltima voce excepta,

Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ παρεῖναι.

nam videmus Fabricium ab hoc rege pro egeno haberi, quem κεχρημένον vterque vocat.

Pag.31. Ver.7.8. *Cæteriſque Italis ſupp.* Eſſe tamen diſcrimen inter Ἰταλιώτας & Ἰταλούς, ſicut inter Σικελιώτας & Σικελούς, docui in meo Theſauro Græcæ linguæ, ex Stephano: itidémq; ſcholiaſtes Thucydidis vnum ab altero differre oſtendit.

Ver.12. *Sed tamen & permulta & neceſſ.* Non dubito quin vera loci huius ſcriptura ſit, κἂν πάνυ πολλὰ, &c. ſequente μεταλαβῇ. id eſt, quamuis alioqui & perm. & neceſſ. negotia interuenerint, quæ me reuocant. Orationis certè ſtructura ſcripturam illam poſcere videtur.

Ver.17.18. *Si Romanorum amicitiam mihi conciliaris.* Mutandum eſſe ποιήσαντα in ποιήσαντι, manifeſtum eſſe puto. Sed poſſit etiam quis reddere *Poſtquam mihi conciliaris.* Vereor autem ne inter hæc, ποιήσαντι φίλους, & iſta, ἵνα θαρρῶν, ac quæ ſequuntur, nonnulla ſint omiſſa. Quid ſi verò etiam inter λέγεις, & εἰ δέ τι, deſiderari aliqua dicamus? mihi certè nequaquam ſatis bellè cohærere iſta videntur, etiamſi δὲ in δὴ mutetur. Quæ mutatio ſi hîc non fiat, facienda fuerit (vt opinor) poſt γενομένης, vt manente oratione ſuſpenſa poſt πεπραγματευμένοις, legamus, γενομένης δὴ τῆς εἰρήνης.

Pag.32. Ver.12. *Siue in gerendis publicis negotiis.* Nouè dictum περὶ τὰς κοινὰς πράξεις, pro ἐν ταῖς περὶ τὰ κοινὰ πράξεσι. Sic autem & alibi τὰ κοινὰ pro τὰ δημόσια dicit: veluti vbi legimus τὰ κοινὰ πράττειν.

Ver.13.14. *Minimè neceſſe eſt me ex ore proprio quidquam afferre.* Dubium nemini eſſe debet quin ἀπ' ἐμαυτοῦ ſcribendum ſit, itidémque in aliis pleriſque hiſtoriæ Dionyſii locis ἐπὶ in ἀπὸ mutare oporteat. Cæterùm illa verba reddi & ita poſſunt, *Meo teſtimonio nihil opus eſt.*

Ver.18. *Ac neque ex nummis in fœnore poſitis, neque ex mancipiis victum mihi parare.* Illud loquendi genus, *ex nummis in fœnore poſitis*, Horatianum eſt,

Diues agris, diues poſitis in fœnore nummis.

Poteram alioqui dicere etiam, *ex data fœnori pecunia*, vel *collocata fœnori*, ſiue *in fœnus.* Cæterùm magnas ex mancipiis etiam diuitias quoſdam comparaſſe, res ſatis nota eſt. Ideóque in diſticho illo,

Σώματα πολλὰ τρέφειν, καὶ δώματα πόλλ' ἀγείρειν,
Ἀτραπὸς εἰς πενίην ἐστὶν ἐπιτομωτάτη,

minimè σώματα de mancipiis intelligere debemus, cum quibuſdam: licet σωματέμπορος de illo

qui mãcipiorum mercaturam exercet, dicatur: ex quo & verbum σωματεμπορεῖν factum eſt. Niſi fortè in illo verſu reſpici quis ad eum exiſtimet qui mancipia otioſa alat. Verùm illud, etiamſi de aliorum quàm mancipiorum corporibus dictum intelligatur, haud aliter verum videri poterit quàm ſi de otioſis, aut certè parum operis facientibus, intelligatur.

Ver.20. *Videris enim hæc quoque ex al. acc. comperiſſe.* Græcæ linguæ conſuetudo poſtulat vt περὶ τούτων hîc ſcribamus: quum alioqui τοῦτο aut ταῦτα dicendum fuiſſet.

Pag.33. Ver.1. *Nam ex eo quòd non multa poſſideo.* Hîc ſcribendum eſſe παρὰ τὸ oſtendit iſte paginæ ſequentis locus, ὁπότε δὲ πενόμενος, οὐδὲν παρὰ τοῦτ' ἔλαττον ἔχω τῶν πολλὰ κεκτημένων. Sed & ſcribi debere, οὐδὲ ὠδυρόμην πώποτε, repetito ex præcedentibus aduerbio, aliquis fortaiſſe ſuſpicetur: licet & ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ſubaudiri queat.

Ver.13. *Necnon illis ſacrorum ceremoniis quæ ſanctiſſimæ ſunt adhibeor.* Addidi *illis*, vt oſtenderem non dicere illum omnes ſacrorum ceremonias eſſe ſanctiſſimas, ſed de iis loqui quæ cæteris ſint ſanctiores, atque adeo omnium ſanctiſſimæ. Quòd ſi σεβασμίαις quoque ad πρεσβείας referendum cenſeretur, meritò quæreret quiſpiam cur non potius σεβασμιωτάτας, ſicut ἐπιφανεστάτας, dixerit: vt omittam haud eſſe veriſimile, Fabricium tanto legationes honore dignari voluiſſe. Ideóque minimè Vrſino aſſentior, ita emendanti hunc locum, καὶ πρεσβεύω τὰς ἐπιφανεστάτας πρεσβείας καὶ σεβασμίας, ἱερῶν τε πιστεύομαι τὰς ἁγιωτάτας ἱεροφαντίας. Nimis enim durè hoc diceretur τὰς ἱεροφαντίας τῶν ἱερῶν. Nec verò durè tantùm, ſed nouè etiam (vt opinor) loquutus eſſet. Potius igitur mihi in mentem veniebat, ἱερῶν in ἱεροφαντιῶν & τοὺς ἁγιωτάτους in τὰς ἁγιωτάτας mutare, quàm ἱεροφαντίας adiicere: ſed quum videam me interim, quò referam illud σεβασμίους non inuenire, potius adducor vt emendationi Sylburgii aſſentiendum eſſe credam, καὶ σεβασμοὺς τῶν ἱερῶν πιστεύομαι τοὺς ἁγιωτάτους.

Ver.14. *Ac, quum de rebus pernecessariis ſententiam rogor, eum quem decet dicendæ ſententiæ locum obtineo.* Quum hunc locum ita interpretatus eſſem, Sylburgium aliter quidem eum vertere, ſed tamen in iis quæ in ipſum annotat, meæ interpretationi meæque itidem emendationi aſſentiri comperi: vt videlicet tota periodus ita ſcribatur, καὶ γνώμην ἀγορεύειν ἀξιούμενος περὶ τῶν ἀναγκαιοτάτων, καλοῦμαι ἐν ᾧ προσήκει με τόπῳ: deinde illa, ἐπαινοῦμαί τε καὶ ζηλοῦμαι, cum ſequentibus iungantur. Obſeruatum enim fuiſſe in rogandis ſententiis, vt id certo ordine fieret, aliquot huius ſcriptoris loci teſtantur: atque hic potiſſimum, libro v 1, οἱ γὰρ ἡγούμενοι τοῦ συνεδρίου, καὶ πρῶτοι τὰς ἑαυτῶν γνώμας ἀποφαινόμενοι τῶν ἄλλων, ἡμεῖς ἐσμέν.

Ver.23. *Fortunis cuiuſque neg. faceſſit.* Hîc Portus malè τοῖς βίοις vertit *vitæ*, quum Dionyſio non vitam, ſed fortunas, ſeu facultates (quæ ſunt vitæ ſubſidia) iſtud plurale βίοι hoc loco, ſicut pleriſq; aliis, ſignificet. Ac debuit certè cõſiderare, Dionyſium, ſi de ipſa loqui cuiuſque vita voluiſſet, non τοῖς ἑκάστου βίοις, ſed τῷ ἑκάστου βίῳ, ſcripturum fuiſſe. Neque enim minus durè (ne quid grauius dicam) loqueretur, quàm ſi Latinè vitas vniuſcuiuſque diceremus.

Ver.24. *In quibus publicæ quidem opes exiguæ ſunt, at priuatorum, magnæ.* pro his, ἐν αἷς ὁ κοινὸς μὲν πλοῦτος, ὀλίγος ἐστὶν, ὁ δὲ τῶν ἰδιωτῶν, πολύς. Quam Fabricius inter Romanorum vrbem & alias differentiam in poſſeſſione opum conſtituit, eam Horatius inter priſcos & ſui temporis Romanos ſtatuit. Poſtquam enim queſtus eſt de inſanis ſubſtructionum molibus ſui tẽporis (vt eas Cicero appellat) & dixit, -- *non ita Romuli*

Præſcriptum, & intonſi Catonis
Auſpiciis, veterúmque norma:

ſubiungit,

Priuatus illis cenſus erat breuis,
Commune magnum.

Obſerua autẽ dixiſſe *Commune magnum.* quæ vocabula ſonant propriè, τὸ δὲ κοινὸν, μέγα: vt *commune* pro publico accipiatur: eodem planè modo quo dicitur à Dionyſio, ὁ κοινὸς μὲν πλοῦτος, pro ὁ δημόσιος μὲν πλοῦτος.

Pag.34. Ver.5. *Quum ſpectatur quinam præclaras res illas conſequi digni ſunt.* Si ἐπαξίωσιν ſcribamus, compoſitum erit loco ſimplicis ἀξίωσιν: ſic tamen vt ἀξίωσιν, germanam eſſe ſcripturam cenſeam: (vt dictum ſit κατὰ τὴν ἀξίωσιν τῶν καλῶν, pro eo quod eſt, κατὰ τὸ ἀξιοῦσθαι τῶν καλῶν) præſertim quum in alios etiam quamplurimos Dionyſii locos compoſita pro ſimplicibus irrepſiſſe animaduerterim. Quòd ſi tamen è duobus compoſitis alterum retinere neceſſe foret, potius certè ἐπαξίωσιν retinerem, eum quem dixi vſum illi tribuendo. Nam ἀπαξίωσιν legere, & cum Porto locu hunc ſic interpretari, *ita vt pauperrimus quiſq; non minus honoretur quàm ditiſſimus quiſque, quaſi rebus præclaris ſit indignus,* videtur eſſe (quod eius pace dictum ſit) repugnantia loqui. quomodo enim pauperrimum quemque quaſi rebus præclaris indignum honorari dicemus?

Ver.18. *Agellus meus, quamuis macer & ieiunus.* pro his, τὸ λυπρὸν γήδιον. Sylburgius au-

tem,

tem, *tenuis agellus meus:* at Portus, voci λυπρὸν inauditam ſignificationem tribuens, *Agellus ſterilis.* Non ſolùm autem inauditam ſignificationem dat iſti vocabulo, quum ita interpretatur, ſed etiam inauditum miraculum narrantem Fabricium nobis introducit: quum ita loquitur, (ita enim Portus vertit) *Quandoquidem agellus ſterilis mihi operis ſtudioſo & opus ruſticum facienti ſufficit ad res neceſſarias ſuppeditandas.* Niſi fortè Fabricium ſolum aliquam colendi agri ſterilis artem tenuiſſe dicamus, quam poſteritati inuiderit. Ouidius alioqui, ſi de hac aliquid reſciſſet, minimè (vt opinor) cecíniſſet,

In ſteriles agros nolunt iuga ferre iuuenci.

Verùm ad ſeria vt redeam, agrum vel agellum λυπρὸν vocari à Græcis ſciendum eſt, qui non ſit quidem ſterilis, ſed nec viciſſim fertilis, ſeu ferax: verùm talis qualem Latini Macrum, vel Ieiunum, vel Exilem, vel Malignum appellant.

Sed ecce, etiam in participii ταμιευομένῳ interpretatione planè aliam quàm Sylburgius & ego inſiſtit viam. Sed eam certè ſine lapſu inſiſtere non poteſt. quis enim ταμιευόμενον à Græcis vocari eum qui opus ruſticum faciat, vnquam audiuit? Vt omittam, eſſe quendam moleſtum pleonaſmum hoc in ſermone, *mihi operis ſtudioſo & opus ruſticum facienti.* Contrà certè in illo participio prudentiam Fabricii agnoſcimus, qui ſui, tanquam promi & condi, ſimul meminerit. nam quum dicit ſe ex agello ſuo percipere quæ ad victum ſatis eſſe queant, promum ſe facit: at quum addit ταμιευομένῳ, condum. Neque verò hac de re agricolas monere oblitus eſt Heſiodus.

Ver. 22. *Natura quærere minimè cogit.* Sic etiam Sylburgius, *Natura non cogit quærere.* At Portus, *Natura quærere non cogitur.* Verùm, præterquam quòd βιάζομαι actiuam ſignific. multo frequentius habet, (nam & alterã habere, ſed rarius, ſcio) in eum certe qui ita loquetur, Natura à me cogitur res minimè neceſſarias quærere, nõ autem, A natura cogor, vel Natura me cogit, iure optimo (ni fallor) iactabitur prouerbium, τὸν βοῦν ἡ ἅμαξα. Ac, quum multis teſtimoniis quod dico poſſim confirmare, vno vnius Fabricii contentus ero: qui paulo pòſt dicit ſe non habere vnde fortunam accuſet, quum ipſi tantum facultatum præbuerit, quantum natura habere volebat. Quinetiam addit, illam, ſicut copiam eorum quæ ſuperuacanea ſunt, minimè largita ſit, ita etiam eorum deſiderium menti ſuæ non indidiſſe.

Ver. 23. *Quem fames pararit.* Non placet Vrſini coniectura, ſiue coniecturalis emendatio, ἢ αὖ τὸν λιμὸν σκεδάσῃ, quum Græci minimè (quod ſciam) ita loqui conſueuerint: ſed alteram potius amplector, quæ σκεδάσῃ reponit, cætera retinens. Nam & feſtiuè hoc dicitur, non tantùm alludendo ad prouerbiale illud, famem optimum eſſe condimentũ, ſed illam modo non coquam faciendo.

Pag. 35. Ver. 7. *A me accuſari æquum fuerit.* Norunt qui in Græca lingua ſunt exercitati, dici interdum, δίκαιος εἰμὶ τοῦτο ποιεῖν, pro δίκαιόν ἐστιν ἐμὲ τοῦτο ποιεῖν. ideóque non eſt quòd mendi ſuſpectus hic locus hac in parte habeatur. Deeſſe autem verbum δοκῶ, aut νομίζω, aut οἴομαι, (ſicut οἶμαι) aut aliud huiuſmodi, vel potius ſcriptum fuiſſe δίκαιος εἰμὶ, aut certè δίκαιον ἐστὶ (a nominatiuo maſculino δίκαιος) ſcio multos cum Sylburgio eſſe exiſtimaturos: ſed mihi talem nominatiui vſum videor alibi obſeruaſſe.

Ver. 10. *Neque copiam donauit.* Sylburgius, iungens νὴ Δία cum his, δι' ἀπορίαν ἔδωκεν, vertit, *Neque copiam largita eſt, mehercule.* Sed fore ſpero vt mihi ab ipſo diſſentienti aſſentiatur, & ſtatim agnoſcat verum eſſe quod dicam: videlicet, νὴ Δία iungi cum ſequentibus debere, hoc modo, νὴ Δί', ἀλλ' οὐ περίεστί μοι. Nam (vt taceam, non ſolere ſcribi in fine periodi νὴ Δί', eliſa per apoſtrophum vocali, ſed νὴ Δία) ſic ſæpe νὴ Δία anthypophoræ adhiberi, ſequente vocula ἀλλά, videmus. Ita enim apud Demoſthenem legimus, νὴ Δί' ἀλλ' ὅπως ἔτυχε ταῦτα τὰ γράμματα ἔγραψε. Item, νὴ Δί' ἀλλ' ἀδίκως ἦρξε. Non dubium eſt autem quin hypoſtigme huiuſmodi in locis ponenda ſit ante ἀλλά, non minus quàm quum integrè ſcribitur νὴ Δία. vt apud Diodorum Siculum, libro XIII, in quadam concione, νὴ Δία, ἀλλὰ Νικίας ὑπὲρ Συρακουσίων ἐπολιτεύσατο. Imò verò ibi collocari etiam poſſet illa ſtigme quæ locis iis adhibetur vbi perfecta quidem eſſe ſententia videtur, ſed tamen ita vt ſuſpenſa relinquatur. Hoc enim νὴ Δία cum ellipſi dicitur, quam neſcio an Budæus animaduerterit, eius certè mẽtionem nullam facit: at ego in meo De ſecretis Græcæ linguæ commentario eam, ſicut & pleraſque alias, non minus occultas, patefeci.

Ver. 12. *Vt, ſicut diuites, ita & ipſe alius er.* Perinde verti acſi ſcriptum eſſet, ὁμοίως τοῖς πλουσίοις. In qua tamen ſcriptura videri poterit deeſſe datiuus qui cũ verbo ἐπαρκεῖν iungatur: ideóque non minus libenter legerim, ἀλλ' οὐ περίεστί μοι τοῖς πλησίον ἐπαρκεῖν.

Ver. 13. *Nec mihi deus ex abundanti hoc etiam tribuit.* Videndum an ἐκ περιουσίας & aliter reddi poſſit, quum περιουσίαν copiam ſeu abundantiam alicuius rei apud hunc quoque declarare notum ſit. Illam certè interpretationem ſi reiiciamus *ex abundanti* (quod loquendi genus Fabio familiare eſt) dicendum fuerit, vt opinor, illum de pecuniarum abundantia hoc intelligere, qua

quis ἐπισήμην ſibi comparare poſſit. Sed quænam tandem illa eſſe dicetur, ad quam comparandam tantum pecuniarum requiratur? Libentius igitur meam illam interpretationem retineo: idque hanc etiam ob cauſam quòd præcedit περίεστι, ex quo eſt illud περιουσία, & in quo verbo talem vſum habere præpoſitionem qualem in hoc nomine habet, dicere poſſumus: vt intelligamus, Atenim hoc quoque tanquam ex abundanti mihi datum non eſt. Vt videlicet de re loquatur quæ minimè neceſſaria ſit, ideóque ei cui illa adeſt, ſupereſſe dici queat: ſicut loquitur Terentius, *Cui tanta erat res & ſupererat.* Tale eſt certè verbum περιεῖναι in iſto Plutarchi loco, τοσοῦτον περιῆν εὐνομίας τῇ πόλει.

Ver.16. *Neque alia multa.* Poſt πολλὰ non dubitaui quin claudenda eſſet periodus. fortaſſe autem ſequebatur, τί δέ; ἄδοξον ἐν ἐμοὶ, &c. deinde ſcriptum erat, πῶς οὐκ ἂν ἡγησαίμην πλούσιον ἐμαυτόν; De hoc quoque nihilo magis dubitatio mihi relinquitur, quin πλούσιον, non ἄπορον, ſcriptum fuerit. Ne hoc quidem prætereundum, ταῦτα κοινὰ Dionyſium ſcripſiſſe, non inſerto articulo τά.

Ver.22. *Et multis pecuniis emenda cenſes.* Pro ἄπορος, non cum Vrſino πρόθυμος (quum nimium magna ſit mutatio) ſed ἕτοιμος reponendum eſſe conſtat, ex ipſo Dionyſio: id eſt, ex illo præcedenti loco vbi Dionyſius Pyrrhum ita loquentem induxit, ἕτοιμός εἰμι διδόναι σοὶ πλῆθος ἀργ. καὶ χρ. &c. Sed quum ἕτοιμος reponere auſus ſim, itidem audendum fuit vertere, *Et multis pecuniis emere es paratus.*

Ver.22.23. *Quòd ſi tamen vel max.* Sylburgio ex parte tantùm aſſentior. nam δεῖ in δὴ & τῷ in τὸ mutandum, cum illo cenſuerim: (quanquam mutatio hæc minus quàm altera neceſſaria eſt) at verò ſcribi poſſe εἶναί τινας encliticè, pro εἶναι τινάς, nequaquam mihi perſuaſerim. Quid igitur ego de hoc loco, cuius alioqui ſtare ſcripturam hanc non poſſe manifeſtum eſt? Deeſſe aliqua dixerim, & vel hæc ſcripta fuiſſe, μακάριον τοῦτο ὑπῆρχε, μακαριωτάτους δίκαιον ἂν ἦν ἡγεῖσθαι (vel νομίζειν) εἶναι τοὺς πλουσιωτάτους, vel aliqua his ſimilia: hoc ſenſu, *Si beatitudo ea in re ſita eſſet, qui ditiſſimi, iidem meritò & beatiſſimi iudicarentur.* Aliquantum ſanè pro me facere videtur μακαριωτάτους, quod vno ex libro affertur, pro μακάριον τοῦτο. repetitionem enim illam librario cuipiam diſplicuiſſe, ac ſuſpectam fuiſſe credibile eſt: idcóque vel μακάριον τοῦτο vel μακαριωτάτους omittendum exiſtimaſſe.

Pag.36. Ver.9. *Quum gerens conſulatum.* Non dubium eſt quin vocula ὅτι ante ἐπὶ Σαυνίτας deſideretur.

Ver.penult. *Aliíque præterea multi.* Fortaſſe inter τούτοις & συχνοὶ deſunt quædam verba, ad quæ vox συχνοὶ referebatur. Hanc autem ſcripturam ſeruando, vel συχνοὶ vel πλείους expungendum ipſe quoq; dixerim. Deſiderari quidem aliqua, eo facilius mihi perſuadeo quòd πρὸς τούτοις ſcriptum ſit, quum tamen vnius tantùm Valerii Poplicolæ meminerit.

Pag.37. Ver.3.4. *Illi enim acquiſitioni hoc inerat, quòd non ſolùm honeſtam & iuſtam, verumetiam iucundam fruitionem habebat.* Hæc quæ ſubiunguntur, ταύτης δὲ (videlicet τῆς κτήσεως) καὶ τοῦτ' ἄπεστι, apertè oſtendunt, meo quidem iudicio, pro πόνον ἦν ſcribendũ eſſe προσὸν ἦν, vel certè προσῆν, vnica voce pro duabus illis πόνον ἦν poſita. Aptè autem προσῆν cum dandi caſu, ἐκείνῃ & κτήσει. Et quod ſequitur, ταύτης δὲ καὶ τοῦτ' ἄπεστι, tale eſt acſi verbo eodem vtens dixiſſet, ταύτῃ δὲ καὶ τοῦτο οὐ πρόσεστι. Quòd ſi, quæ de acquiſitione dicit, cum proximè ſequentibus iungere voluiſſet, videlicet καὶ τὸ μεθ' ἡδονῆς ποιεῖσθαι τὰς ἀπολαύσεις, dicendum certè fuerat, ἐκείνης μὲν γε τῆς κτήσεως, expuncta etiam hypoſtigme poſt κτήσεως: quippe quum neceſſe foret intelligere, ποιεῖσθαι τὰς ἀπολαύσεις (pro ἀπολαύειν) ἐκείνης τῆς κτήσεως. Quæ quum ita ſint, vel προσὸν ἦν, vel potius προσῆν, genuinam eſſe ſcripturam, iterum dico.

Ver.7. *Nam res fœneratitiæ ſunt quæ.* Pro δανείσματα placuit *res fœneratitiæ:* ſic tamen vt nec illa interpretatio improbanda eſſe videatur, *Res fœnori acceptæ.* Sicut enim Dare fœnori dicitur, ita quin Accipere fœnori (quod illi reſpondet) dici à nobis poſſit, minimè dubium eſt. At *fœneratum beneficium* apud Terentium eſt quod cum fœnore fuit redditum: ſicut reddi beneficia iubet Heſiodus. Seneca autem turpem fœnerationem eſſe ſcribit beneficium expenſum ferre.

Ver.9. *Animum curis onerantia.* Quum participium quo vſus eſt, ad δανείσματα referri neceſſe ſit, vt βαρυνόντες in βαρύνοντα mutemus, itidem neceſſe eſt. Oſtendere autem vult, tãquam graue quoddam onus eſſe hominibus qui minimè ingrati eſſe volunt (nam de iis demum intelligendum eſt quod dicit) beneficii accepti ſed non redditi memoriam.

Ver.10 11. *Specioſis nominibus ornet.* Perinde eſt ſiue κοσμήσας in κοσμήσῃ mutetur (nã poſt κἂν aptior eſt coniunctiuus κοσμήσῃ quàm optatiuus κοσμήσαι) retinendo καλῶν: ſiue participiũ κοσμήσας ſeruãdo, καλῇ pro καλῶν ſubſtituatur: ſed veriſimilior eſt illa verbi κοσμήσῃ pro participio κοσμήσας ſubſtitutio, vtpote leuiorem mutationem habens. Cæterùm χάριτας eodẽ modo pro beneficiis ſeu muneribus à Dionyſio poni alibi videmus. Sic certè (vt alia huius ſignifi-

cati

cati,exempla præteream)in diſticho cuius initium, εἰκὼν χάριτος γλυκερωτέρα.

Ver.16. *In omnium Rom. vitas inquirere.* Hîc in voce βίους minimè,ſicut antea,ad fortunas ſeu facultates reſpici exiſtimo,(quamuis Sylburg. *vitas ac fortunas* interpretatus ſit)ſed vſum eſſe plurali quòd de tota Romanorum multitudine loquutus eſſet: & τοὺς ἁπάντων Ῥωμαίων βίους non aliter intelligendum quàm ſi τὸν ἑκάστου Ῥωμαίων βίον dixiſſet. Vitam enim & mores, non fortunas,ille ἐξετάζειν dicendus eſt(id eſt,In vitam & mores inquirere,vel,Vitam & mores examinare)qui multant quos à patriis deſciſcere moribus & inſtitutis comperiunt. Quod autem hîc ἐκβαίνειν ἐκ τῶν πατρίων ἐθῶν,alibi ἐκδιαιτᾶσθαι τῶν πατρίων dicit.

Ver.18. *De acceptis quæ ad me corrumpendum oblata fuerint muneribus.* Hîc,ſicut & aliis pleriſque locis, vocabulum δωροδοκία aliquid amplius incluſum habet, quàm eius compoſitio præ ſe ferat.id eſt,quàm voces ex quibus compoſita eſt,præ ſe ferant. Neque enim ſimpliciter de muneribus datis ſeu acceptis(hæc enim conuertuntur) ſed de iis quæ ad corrumpendum aliquem data fuerint,intelligi debent. Atque hîc illius aduerbii αἰσχρῶς meminiſſe oportet, quo vſus eſt idem Fabricius,de iiſdem muneribus loquẽs:quum diceret, ἀφ' ὧν σύ μοι νῦν μεταδίδως αἰσχρῶς. Neque enim dubium eſt quin Fabricius,dicens illum ſibi munera turpiter impartiri (quum voluntatem pro ipſo facto habendam cenſeret: alioqui enim Velle impartiri dicendum erat) ad illud ſui corrumpendi ſtudium reſpexerit.Sic autem apud eundem ſcriptorem,libro III, vbi ſcribit,πολλοὶ δὲ καὶ χρήμασι δωροδοκηθέντες, rectè interpretabimur, *Multi datis pecuniis corrupti.*

Post παρόντων imperfectam manere ſententiã videmus,ita quidem vt nõ difficile videatur, verba quæ proximè ſequebãtur,ſed nõ item reliqua,conièctura aſſequi. Neq; enim dubito quin hæc ſequerentur,τί αὐτοῖς ἀποκρινοῦμαι; id eſt,*quid ipſis reſpondebo?* aut aliæ voces quæ idem valerent: cuiuſmodi fuerint iſtæ,πῶς περὶ αὐτῆς ἀπολογήσομαι; vel τί περὶ αὐτῆς εἰπ. aut iſtæ, τί ἀπολόγημα ἕξω; aut denique,ἵνα ἀπολογίαν αὐτοῖς δώσω; his enim omnibus loquẽdi generibus noſter Dionyſius vtitur. Cæterùm hîc obſeruandũ eſt,Fabricium à cenſoribus talẽ ſeueritatẽ metuere, quali ipſe,quum cẽſura fungeretur,vſus eſſe ſcribitur. Legimus enim apud Senecam,eum magiſtratu illo fungentem notaſſe diuitias. Fabricius (inquit)diuitias imperator reiecit, cenſor notauit. Quomodo autem notatus ſit,docet Valerius Maximus,his verbis, Quid de Fabricii Luſcini cenſura loquar? narrauit omnis ætas,& deinceps narrabit,ab eo Cornelium Rufinum, duobus conſulatibus & dictatura ſpecioſiſſimè functum,quòd decem pondo vaſa argentea comparaſſet, perinde ac malo exemplo luxurioſum,in ordine ſenatorio retentum non eſſe. Seneca autem hiſtoriam quæ fuſè à Dionyſio in hoc fragmento narratur, de oblatis videlicet à Pyrrho diuitiis Fabricio,& ab hoc generoſè contemptis,aliquot locis attingit.Fabricius(inquit)Pyrrhi regis aurum repulit,maiúſque regno iudicauit,regias opes poſſe contemnere. Idem alicubi huius rei ſimul & frugalitatis eius mentionem facit. Infelix eſt Fabricius(inquit) quòd rus ſuum quantum à republ. vacauit,fodit? quòd bellum tam cum Pyrrho quàm cum diuitiis gerit? quòd ad focum cœnat illas ipſas radices & herbas quas in agro triumphalis ſenex euulſit? Idem porrò,vbi aurũ Pyrrhi repuliſſe commemorat, ideo dicit non regis non contra regem promiſſa flexiſſe Fabricium,quòd duas hiſtorias miſcuerit:quarum vna,ea videlicet quæ & in hoc apoſpaſmatio hiſtoriarum Dionyſii narratur, promiſſa Pyrrhi, Fabricium ſolicitantia: altera autem, promiſſa medici ipſius Pyrrhi,promittentis ſe venenum ei daturum, proponit. Poſtquam enim ſcripſit, Fabricium regis aurum repuliſſe(quo verbo quàm aptè vſus fuerit, indicat Dionyſii narratio, oſtendens illum cum ſtomacho etiam recuſaſſe illud accipere:præſertímq; vbi dicit, ἀφ' ὧν σύ μοι νῦν μεταδίδως αἰσχρῶς) addit, medico Pyrrhi promittente ſe venenum ei daturum, monuiſſe ipſum Pyrrhum vt caueret inſidias.Quibus ſubiungit, Eiuſdẽ animi fuit,auro nõ vinci, veneno non vincere.Adiicitque proximè,Admirati ſumus ingentem virum,quem non regis,non contra regem promiſſa flexiſſent,boni exempli tenacem : quod difficillimum eſt,in bello innocentem:qui aliquod eſſe crederet etiam in hoſtes nefas: qui in ſumma paupertate,qua ſibi decus fecerat,non aliter refugit diuitias quàm venenum. Viue(inquit)beneficio meo Pyrrhe: & gaude quod adhuc dolebas, Fabricium non poſſe corrumpi. Quæ verba non videtur ex hiſtoria ſtidem ſumpſiſſe,ſed intellexiſſe illud monitum à Fabricio profectum fuiſſe,tanquam dicente, Viue beneficio meo Pyrrhe,&c.Iam verò,quod addit, Fabricium nõ poſſe corrumpi,meam illã vocis δωροδοκία, interpretationem confirmat. Non dubito autem quin ex noſtro Dionyſio potuerimus multo plenius veritatem illius dicti cognoſcere, Gaude quod adhuc dolebas, Fabricium non poſſe corrumpi,ſi hiſtoriam hanc de Pyrrho Fabricium ſolicitante,plenam haberemus.

Ac, quandoquidem aliquã προσθήκην illi hiſtoriæ Dionyſii de Fabricio cœpi dare, hoc quoque Senecæ de illo dictum excutiam, Non aliter refugit diuitias quàm venenum. Imò verò

(obiiciet aliquis) non eodem dici modo poteſt venenum refugiſſe quo diuitias refugerat. Oblatum enim illi fuit aurum, & oblatum refugit, quòd in ſuos vſus illud vertere formidaret: at non itidem dicere poſſumus fuiſſe illi oblatū venenum, quod refugerit, quoniam eo vti aduerſus ſeipſum timebat. Haud certè hoc ſibi vult Seneca: ſed eum eodē animo refugiſſe commoditatem vincendi hoſtis non armis ſed veneno, quo antea aurum, quod inter maxima vitæ commoda numeratur, refugerat: quum vtrunque, nefas pariter eſſe putaret, & ſe auro ſinere corrumpi, & permittere vt vita hoſti veneno eriperetur. Ad illud autem dictum quod attinet, In ſumma paupertate, qua ſibi decus fecerat: ſicui cum Valerii verbis id conferre libuerit, comperiet, hunc contraria de paupertate hominum ſui temporis, necnon eorum qui illud præceſſerant, teſtari: nō decus videlicet illam ſed ignominiam afferre. Poſtquam enim ſcripſit Valerius, Cornelium Rufinum à Fabricio cenſura fungente in ordine ſenatorio retentum nō eſſe, quòd decem pondo vaſa argentea comparaſſet, nimirum malo exemplo luxurioſum illum iudicante: poſt pauca quædam, & hæc ſcribit, Vix enim credibile eſt, intra idem pomœrium decem pondo argenti & inuidioſum fuiſſe cenſum, & inopiam haberi contemptiſſimam. Vbi particulam copulatiuam crediderim potius ante verba illa, Decem pondo argenti, poſitam fuiſſe.

Ne hoc quidem omittendum, non Pyrrhi ſed Samnitum munera Fabricium recuſaſſe dici ab eodem Seneca, Controuerſiarum libro ſecundo.

HENR. STEPH. LECTORI.

QVVM pauculas haſce emendationes, licet eas margini mei exemplaris adſcripſiſſem, mihi inter ſcribendum annotationes excidiſſe præ feſtinatione comperiſſem, & te illis fraudandum non putarem, eas hîc tibi viſum eſt exhibere.

Pag.1. Ver. λάκις] Videtur deeſſe accuſatiuus τοῦτο, aut alius quiſpiam.

Pag.2. Ver. ἀλλὰ] Fortaſſe γυναίοις à Dionyſio ſcriptum fuit: ſic tamen vt altera ferrī ſcriptura poſſit.

Pag.4. Ver. πολιτῶν] Etiamſi ſcriptura hæc quæ dat nobis vocē εὔλογος, non ſit omnino ἄλογος, tamen germanam ſcripturam eſſe puto εὐλόγιστον. quo & alibi vtitur, ſicut & contrario ἀλόγιστος. Quinetiam εὐλογίστως φέρειν apud eum legimus. Atque huc pertinet etiam illud loquendi genus quo vtitur pag.21, λογισμοὺς λαμβάνειν. ſcribit enim, ἢ λογισμοὺς ἐλάμβανον οἱ Ταραντῖνοι σωφρόνων ἀνθρώπων.

Pag.11. Ver. ὕστερον] Scribendum puto οἱ πεμφθέντες, quum non dictū ſit quínam miſſi eſſent.

Ver. κινδ.] Lectionem germanam eſſe arbitror κοινήν. Nam ne κοινῇ retineamus obſtant hæc quæ ſequuntur, ἡμῶν οὐδὲ τούτῳ γε τῷ ἔργῳ τὸ κοινὸν ὑμᾶς τῶν Σαυνιτῶν ἠδίκησεν. Repugnantia enim loquerentur, ſi, poſtquam dixiſſent, βοήθειαν τινὰ κοινῇ παρεχόμεθα, poſtea illud dicerent. Poſſet tamen & τῷ κοινῷ ſenſu eodem legi, ſed maiori cum mutatione.

Pag.12. Ver. καὶ πατρ.] Quamuis πατρικοὺς eadem qua πατρίους ſignificatione & in integris hiſtoriæ libris legamus, tamen hîc ſicut & illic mendoſum, & pro eo πατρίους reponendum cenſeo.

Pag.13. Ver. ἄχρι] Perinde verti acſi ἐν πᾶσι ſcriptum eſſet: vt Dionyſium ſcripſiſſe credo, eodem videlicet ſenſu quem haberent voces κατὰ πάντα.

Ver. λοῦσα] Vel πλημμελοῦσα εἰς τὰ περὶ τῆς φιλίας ὅρκια ſcribendum eſſe dixerim, inſerta præpoſitione εἰς, vel certè præpoſitioni περὶ aliam ſedem dari debere: hoc modo, πλημμελοῦσα περὶ τὰ τῆς φιλ. Dici enim ſolet πλημμελεῖν, aut etiam πλημμελῶ τι, ſequente εἰς vel περί.

Ver. ὡς διελ.] Scribo ὡς δὲ διελύθησαν: quamuis pag. præcedente habeamus μετὰ τοῦτο, non μετὰ δὲ τοῦτο. minus enim hîc quàm illic neceſſaria hæc eſſe vocula videtur.

Ver. στρατιάν] Aut ἐποίκους idem valere quod ἀποίκους (quod etiam habuimus in pag.12. principio) dicendum eſt, aut potius hîc, ſicut & in aliis pleriſque huius ſcriptoris locis, ἀποίκους pro ἐποίκους ſubſtituendum, vbi coloni, non aduenæ, (velut vbi ἐποίκους opponit ἐπιχωρίοις) ſignificantur.

Pag.17. Ver. τόν τε] Eſſet quidem facilis mutatio ex τόν τε in τόνδε: ſed potius τόνδε τὸν πόλεμον, aut τοῦτον τὸν πόλεμον, quàm τόνδε πόλεμον, aut τοῦτον πόλεμον, Græci ſermonis conſuetudo poſtulat. Adde quòd Dionyſius in ſimilibus locis, & quibus idem etiam verbum adhibet, articulo contentus eſſe ſolet.

Pag.18. Ver. κελ.] Deeſſe puto πολὺ vel πολλῷ ante πρότερον: vt ſcribatur, οὐ πολὺ πρότερον, vel οὐ πολλῷ πρότερον. Prius illud libro VIII legitur.

Pag.19. Ver. μιγομένη] Scribendum videtur, Λευκανῶν τε γὰρ χειρωθέντων. vel, καὶ γὰρ, Λευκανῶν τε χειρωθέντων.

Ver.

Ver. τοῦτο] Vel deeſſe participium ὂν dixerim, (vt legatur, ἔθος ὂν τῇ Ῥωμαίων πόλει, ſiue ἔθος τῇ Ῥωμαίων πόλει ὄν: & intelligatur ὡς ἔθος ὂν pro ὡς ἔθους ὄντος) vel ὡς pro Nam accipi debere.

Pag.23. Ver. φέροντες] Emendationem illam quæ reponitur hîc ὑβρισμένοι pro ὑποπτευόμενοι, confirmat (ſi tamen confirmatione opus eſt) hic libri v i locus, ἐπεὶ δὲ τὰς ὕβρεις τελευτῶν δηλώσω ὡς ἦσαν ὑβρισμένοι ὑπὸ τῶν δανειστῶν.

ANNOTATIONES AEMILII PORTI IN EANDEM HISTORIAM.

Pag.28. Ver.4. ἀξιώσαντας Πύῤῥου] Πύῤῥον legendum videtur. ἀξιοῦν enim cum genitiuo ſignificat ἄξιον εἶναι νομίζειν, vt ἀξιῶ σε ταύτης τῆς τιμῆς: at ἀξιοῦν cum accuſatiuo ſignificat αἰτεῖν, id eſt petere, quæ ſignificatio huic loco conuenit.

Pag.30. Ver.5. διατελεῖν] Hoc verbum iam, neutraliter & abſolutè poſitum, idem ſignificat ac ζῆν. Alias trāſitiuè ponitur, hoc modo, διατελῶ τὸν βίον, vitam perpetuo dego, q.d. μέχρι τέλους, ad finem vſque. Et ſimpliciter pro Viuo. Interdum eleganter cum participio iunctum perſeuerantiam & perpetuitatem quandam denotat: vt διατελῶ ποιῶν, Perpetuò facio, vel Facere perſeuero. Sic διατελῶ λέγων.

Ver.21. οὐκ ἐλάττω .... καὶ ξένων] Quàm corruptus & quàm mutilus ſit locus iſte, nemini dubium: qua tamen ratione poſſumus eum corrigemus, & quod deeſt, de noſtro ſententiam explentes addemus, veriſimilem coniecturam ſequuti. οὐκ ἐλάττω ἢ εἰ μέγαν τινὰ θησαυρὸν ἐμοὶ διδοίης. καὶ ἐὰν τοῦτο ποιήσῃς, τοὺς αἰχμαλώτους τούτους τοὺς παρ' ἐμοί, καὶ ξένων τιμιωτάτους εἶναι νόμιζε. Id eſt, Gratiam tibi habebo nō minorem quam ſi magnum aliquem theſaurum mihi dares. Quòd ſi hoc feceris, *quod ſcilicet à te peto, ſi mihi populum Romanum conciliaris*, captiuos iſtos qui ſunt apud me, vel hoſpitum honoratiſſimos eſſe puta. Id eſt, Si feceris vt pop. Rom. mihi ſit amicus, ego hoc pluris faciam quàm ſi magnā auri vim mihi dares: atq; pro beneficio iſto captiuos iſtos, qui ſunt in poteſtate mea, eodem in numero habebo in quo vel honoratiſſimos quoſque hoſpites habere ſoleo. quod tibi velim perſuadeas. Cæterùm captiuos iſtos poſtea Pyrrhus populo Romano gratis reſtituere voluit: ſed pop. Rom. gratis eos recipere noluit, vt teſtatur Plutarchi verba in apophthegmatis, Ὑπατεύοντι τῷ Φαβρικίῳ (inquit) προσέπεμψεν ἐπιστολὴν ὁ τοῦ Πύῤῥου ἰατρὸς, ἐπαγγελλόμενος, ἐὰν κελεύῃ, φαρμάκοις τὸν Πύῤῥον ἀποκτενεῖν. ὁ δὲ Φαβρίκιος τὴν ἐπιστολὴν πρὸς Πύῤῥον ἔπεμψεν, αἰσθέσθαι κελεύσας διότι καὶ φίλων κάκιστός ἐστι κριτὴς καὶ πολεμίων. ἐπεὶ δὲ φωράσας τὴν ἐπιβουλὴν ὁ Πύῤῥος, τὸν μὲν ἰατρὸν ἐκρέμασε, τῷ δὲ Φαβρικίῳ τοὺς αἰχμαλώτους ἄνευ λύτρων ἀπεδίδου, οὐκ ἐδέξατο δωρεὰν, ἀλλ' ἴσους ἀντέδωκε· μὴ δόξῃ λαμβάνειν μισθόν. οὐδὲ γὰρ χάριτι Πύῤῥου μεμηνυκέναι τὴν ἐπιβουλὴν, ἀλλ' ὅπως μὴ δοκῶσι Ῥωμαῖοι δόλῳ κτείνειν, ὡς φανερῶς νικᾶν οὐ δυνάμενοι.

Pag.31. Ver.8. Ἰταλιώτας] Maximum eſt diſcrimen inter Ἰταλὸς & Ἰταλιώτης. nam (vt docet Suidas) οἱ Ἰταλοὶ dicuntur οἱ ἀπὸ οἰκιστοῦ καὶ ἀρχηγέτου τῆς χώρας, ἀφ' οὗ καὶ ἡ χώρα ἐπωνομάσθη, ὡς ἀπὸ Ἰταλοῦ Ἰταλοὶ, καὶ ἀπὸ Θετταλοῦ Θετταλοί· οἱ δὲ Ἰταλιῶται ἀπὸ τῶν ἐπιξενωμένων, καὶ τὴν χώραν ὑφόντων προσκεκληρωμένην, ὡς ἀπὸ τῆς Φθίας καὶ Σικελίας, Φθιῶται καὶ Σικελιῶται.

Ver.15. πίστις τε ὑπίσχομαι] Suſpicor ὑπισχνοῦμαι legendum. hoc vſitatum, illud verò inuſitatum. Senſus hoc docet.

Ver.17. περὶ τῆς οἴκαδε ἀνακομιδῆς ἔσται] Si τὸ ἔσται bene habet, χρόνου ἐναλλαγὴν eſſe dicemus, ἀντὶ τοῦ ἔσεσθαι. ſic enim iſta cōſtruuntur, ὑπισχνοῦμαι πίστις ἔσται. Sed crediderim potius τὸ ἔσται πλεονάζειν, more Attico. Euſtathius, εἶναι, φωνὴ περιέλκουσα, ἐν τῷ σήμερον ἔσται, καὶ ἑκὼν εἶναι.

Ver.18. ποιήσοντα φίλους] Puto legendum ποιήσαντι, vt cum datiuo μόνῳ coniungatur. alioqui erit ἀνακόλουθον.

Ver.vlt. ὅμοια καὶ περὶ ἐμοῦ τεκμηριωμένους] Quoniam hîc conſtat ſententiam eſſe imperfectam, idcirco ad eam abſoluendam ego coniecturis nixus addidi quæ deſiderari videbantur.

Pag.32. Ver.1. ἴδε] Si vox eſt ſana, ἰσοδυναμεῖ τῷ χώρει, vel ἔρχου: ſed fortaſſe melius ſi ἴσθι legas.

Ver.13. ἐπ' ἐμαυτοῦ] Exiſtimo περὶ ἐμαυτοῦ dicēdum, quemadmodum alibi loqui ſolet hic autor, & vt vſus ipſe monet.

Pag.33. Ver.2. παρὰ τῷ μὴ] Videtur παρὰ τὸ dicendum, ſicut paulò poſt, οὐδὲν παρὰ τοῦτ' ἔλαττον ἔχω. Nam παρὰ cum datiuo, Prope, Iuxta ſignificat: cum accuſatiuo ἰσοδυναμεῖ τῷ διά, id eſt Propter: & cauſam denotat, vt huius loci ſenſus flagitat.

Ver.8. ἐφ' οἷς ἅπασα φύσις ἐσπούδακεν] Si codex mendo caret, hoc loquendi genus eſt obſeruandum, vt minus vſitatum. Vſitatius enim eſt σπουδάζειν περὶ τι.

Ver.13. ἱερῶν τε πιστεύομαι τοῖς ἁγιωτάτοις] Vt fatear ingenuè, neſcio quis ſenſus commodus ex verbis iſtis elici poſſit. Exiſtimo fortaſſe ab autoris mente non fore alienum ſi legamus ἱερῶν τε πιστεύομαι τῶν ἁγιωτάτων, id eſt, Maxima quæque ſacra fidei meæ ſunt commiſſa. Quòd ſi coniectura iſta parum probabilis videtur, alteram afferamus probabiliorem. quid ſi legamus, ἱερέων τε πιστεύομαι τοῖς ἁγιωτάτοις. Id eſt, Sanctiſſimi quique ſacerdotes fidei meæ ſunt commiſſi. Quod ſi cui probatur, τὸ ὕπατον ἱερωσύνην περιφραστικῶς intelligi, (quæ vnica voce ἀρχιερωσύνη vocatur, id eſt, ſummum ſacerdotium) ipſúmq; Fabricium ſummum ſacerdotem fuiſſe dicemus. Eodem res reuoluitur, vt ex vtraque lectione noſtra ſenſus idem elicitur.

Ver.16. ἐν ᾧ πε.] Non dubitarem ita legere, ἐν ᾧ δὲ προσήκει μοὶ τόπῳ, &c. Addimus tantùm δὲ particulam neceſſariam, & duas reliquas voces corruptas & coniunctas ſeparamus, &, vt ſenſus & legitima constructió flagitat, emendamus. Quòd ſi quis aliter ſentit, meliorem lectionem afferat, quam ſequamur.

Pag.34. Ver.22. ἢν αὖ ὁ λιμὸς σκεδάσῃ] Σκεδᾶν diſſipare ſignificat: ſed quum hoc nihil ad rem præſentem faciat, adducor vt vocem corruptam eſſe putem. Fortaſſe σχεδιάσῃ reponẽdum. σχεδιάζειν verò eſt aliquid ex tempore parare: cui reſpondet τὸ πορίζειν, quo verbo Dionyſius paulo pòſt, de ſiti agens, vtitur. Hæc lectio videtur ſatis bona, nec admodum remota à vulgata.

Ver.16. πᾶσι τὰ κοινὰ] Si vulgatam lectionem ſequamur, vertendum eſt Præbens has res, quæ ſunt communes illis qui inopes ſunt. Atque per τὰ κοινὰ res intelliget quæ tam malis quàm bonis hominibus ſunt communes, & quibus nullus eſt qui ſolus gloriari poſſit, quaſi cæteri mortales his careant. Sed ex præcedentibus Dionyſii verbis facilè poteſt colligi, longè meliorem fore lectionem ſi articulum τὰ expungas. παρέχων τὰ πράγματα κοινὰ τοῖς ἄλλοις, idem valet ac τῶν πραγμάτων τοῖς ἄλλοις μεταδιδόναι, καὶ τούτων κοινωνοὺς ποιεῖν. hanc lectionem ſum ſequutus.

Ver.17. αἴτιον ἐμαυτὸν] Quaſi diceret, Sed ipſum deum, cui omnia bona, quibus fruimur, accepta ſunt referenda.

Pag.36. Ver.4. ἀφ' ὧν σύ μοι νεῦ] Dicitur τρόπος ἀπορίας ἀφ' ὧν, pro τρόπος ἀπορίας ἀπ' ἐκείνων τῶν πραγμάτων ὧν μοι μεταδιδόναι βούλῃ.

Ver.8. μάλιστα δὲ] Manifeſtum eſt mendum. nam ſententia, quæ eſt mutila, facit orationem ἀνακόλουθον: ſed ſi μάλιστα δ', ὅταν legas, res ſe habet optimè. Hanc noſtram cõiecturam verba ſequentia confirmant, quæ ab illo ὅταν neceſſariò reguntur.

Ver.18. μετὰ τῶν θριάμβων] Hîc, præter τὴν ἀμφιλογίαν, aliquid etiam abſurdi videtur eſſe. verba enim hoc ſonant, Vnà cum triumphis, ſcilicet de hoſte actis, quadringenta talenta in ærarium intuli. At ſenſus videtur flagitare vt μετὰ τὸν θρίαμβον legamus: quam lectionem, vt vulgata meliorem, ſequi non dubitaui. Re enim vera imperatores poſt partam de hoſtibus victoriam triumphantes vrbem repetebant, & quicquid auri argentíque ceperant, id ſecum portabant, & populo Romano oſtentabant, deinde poſt actum triumphum, omnéſque ceremonias ſolennes peractas, in ærarium inferebant.

Verſu penult. καὶ ἄλλοι πλεῖστοι πρὸς τούτοις συχνοὶ] Quum vnius Valerii Publicolæ Dionyſius mentionem fecerit, miror curnam πρὸς τούτοις ſubiiciat, quaſi plures Valerii ſimiles nominarit. Quamobrem πρὸς τούτῳ crediderim legendum, & ad vnum Valerium hoc referendum. Illud etiam nobis nequaquam eſt prætereundum, vocem συχνοὶ videri ſuperfluam, & fortaſſe expungendam. non enim vſu receptum eſt vt πλεῖστοι συχνοὶ dicamus. qua de re alibi à nobis antè in noſtris notis in ipſum Dionyſium Halicarnaſſeum eſt pluribus actum. Si tamen vox mendo caret, dicemus, hoc loco τὸ συχνοὶ intẽtioni & incremento τοῦ πλεῖστοι ſeruire, & eandem habere vim quam habet apud Latinos particula quàm ſuperlatiuis addita, vt Quàm plurimi.

Pag.37. Ver.5. ποιεῖσθαι τὰς ἀπολαύσεις] Dicitur ποιεῖσθαι τὰς ἀπολαύσεις pro ἀπολαύειν. Sed plena loquutio flagitat caſum genitiuum rei qua quis fruitur: vt ποιεῖσθαι ἀπόλαυσιν τῶν ἀγαθῶν, Frui bonis, quod aliâs καρποῦσθαι ἀγαθὰ dicitur.

Ver.5. πρὸς τὸ καλῶς, καὶ δικαίως, πόσης ἦν;] Quid ſibi hæc velint non ſatis intelligo. verumtamen in verſione mea ſententiam eam ſequi ſum coactus, quam ad ipſius Dionyſii mentẽ quàm proximè accedere poſſe iudicaui. Hæc autem ita legenda & intelligenda puto, πόσον ἦν καὶ τὸ μεθ' ἡδονῆς ποιεῖσθαι τὰς ἀπολαύσεις πρὸς τῷ καλῶς καὶ δικαίως, videlicet κτήσασθαι. id eſt, πόση ἦν καὶ ἡ μεθ' ἡδονῆς ἀπόλαυσις τῶν ἀγαθῶν, πρὸς τῷ καλῶς καὶ δικαίως αὐτὰ κτήσασθαι; Id eſt, Quantus etiam bonorum fructus cum voluptatẽ coniunctus, præter ipſam eorum honeſtè & iuſtè parandorum rationem, ex illo poſſidendi & res quærendi modo percipitur? Hæc autem ideo Fabricius dicere videtur, quia bona ſæpe quidem parari poſſunt, at neque honeſtè, neque iuſtè: quia etiam fieri poteſt vt quis bona legitimis artibus honeſtè ac iuſtè ſibi quæſierit, & tamen illis cum voluptate frui per otium nequeat: ſiquod infortunium accidat, quod bonorum huiuſmodi fruendorum voluptatem impediat. Quare illud innuere volebat Fabricius, humanam fœlicitatem in

rebus

Digitized by Google

rebus caducis & nullius pretii minimè ponẽdam, vt reges & principes plerunq; faciunt: quemadmodum antè dixit. Μεγάλης ἦν σπουδῆς καὶ φιλοτιμίας ἄξιον, καὶ μακάριον τοῦτο ὑπῆρχεν, εἴ τις πλουσιώτατος, ὡς τοῖς βασιλεῦσιν ὑμῖν δοκεῖ. Illud etiã hinc diſcimus, in fœlicitate, qua fruuntur homines quamdiu degũt in terris, non ſolam vtilitatem, ſed etiam honeſtatem & iuſtitiam requiri. Quæ res omnes ſi concurrant in vnum, & ſimul ſint, ita demum eos qui bonis huiuſmodi ratione partis fruuntur, iure fœliẽes appellari poſſe. Idem Fabricius, τῆς αὐταρκείας ſtudioſiſſimus, quanti virtutẽ iſtam facere debeamus apertè docet. Sed ne fortè quis maleuolus nos temeritatis & audaciæ nimiæ accuſet, quaſi, quod intelligere non poſſumus, id ad ingenii noſtri debilem captum accommodare ſtudeamus, ab autoris mente recedentes, retinere poterimus iſta, πρὸς τὸ καλῶς καὶ δικαίως, & vertemus, Ex honeſtatis ac iuſtitiæ præſcripto. Senſus tamen idem ex hac lectione, qui ex ſuperiore, elicitur.

Ver. 7. δανείσματα] Sic appellat Fabricius regum ac principum atque adeo cæterorum hominum dona: quæ meritò δῶρα ἄδωρα vocanda. Si enim attentè ſpectemus qua mente quóve conſilio munera dẽtur aliis, reperiemus profectò, ſi non ſemper, at ſæpiſſime, &, ſi non ab omnibus, at à maxima hominum parte, beneficia in alios conferri, non propter illos quibus hæc dantur: ſed propter vtilitatem aut ambitionem eorum qui hæc largiuntur. Hoc enim illi faciunt vel vt ſuas opes, ſuúmque ſplendorem, ac ſuam munificentiam, vel potius munificentiæ ſpeciem, omnibus oſtentent, ac inſignem gloriam ita ſibi parent: vel quòd hoc modo ſuis commodis ſe melius conſulturos, & voluptatibus ſatisfacturos putẽt, ſi alienam operam muneribus alliciant, & conducant, vt ad arbitrium hac abutantur. Hinc fit vt ſi ſua ſpes ac opinio homines fallat, odio implacabili eos proſequantur quos à ſe beneficiis putant affectos. Hinc fit vt res datas aut recipere maximo cum fœnore conentur, aut, niſi voti compotes fiant, illorum vitę inſidientur quos antè muneribus ineſcarunt. Non potuiſſet igitur melius ingenium humanum, quod eſt natura φιλοτιμότατον καὶ φιλαργυρώτατον, depingi. Hic autem eſt huius loci ſenſus, Quemadmodum fœneratores pecuniam ſuam aliis dant fœnori, ſic etiam homines dona dant aliis: quæ tamen aliquando ſunt reſtituenda, & quæ tamdiu cruciant animos eorum qui hæc acceperunt, donec ea cum fœnore maximo reſtituerint.

Ver. 10. κοσμήσαις] Error eſt manifeſtus. legendum enim κοσμήσαι, vt ſit optatiuus aoriſti prioris actiui. Sylburgius pro καλῶν putat legendum καλοίη, vel (quod inuſitatiſſimum) καλῴη. Noſtra coniectura ſimplicior, & leuiorem mutationem habet.

Ver. vlt. ἁπάντων παρόντων] Hîc quoque, vt multis aliis in locis, aliquid videtur deſiderari ad abſoluendam ſententiam: vt, ἢ περὶ ἐμοῦ οἱ ἄνθρωποι φρονήσουσι; ἢ πείσομαι;

Digitized by Google

HENRICI STEPHANI OPERÆ VARIÆ IN DIONYSIVM Halicarnaſſeum. id eſt, in hiſtoricos eius libros.

OPERA I, SIVE LIBER I,

Cuius capitibus viginti cùm alia continentur, tum

PROLEGOMENA DE IPSO DIONYSIO, EIVSQVE SCRIPTIONE HISTORIÆ Romanæ: & de nonnullis quæ in huius lectione obſeruanda vel aliter quàm vulgò intelligenda ſunt.

QVO TEMPORE DIONYSIVS Romam venerit. Quod ſit παιδιᾶς genus qua ſibi Romæ frui contigiſſe ſcribit. Hiſtoricóſne an rhetoricos libros prius ſcripſerit. CAPVT I.

DIONYSIVM Romam veniſſe exacta iam dimidia parte olympiadis centeſimæ octogeſimæ ſeptimæ, quũ Auguſtus bello ciuili finẽ impoſuiſſet, ex proœmio quod hiſtoriæ ſuæ præfixit diſcimus: & quidem eius aduentum non multo poſteriorem fine illius belli, ſed ſtatim poſt fuiſſe. Scribit enim, ἐγὼ καταπλεύσας εἰς Ἰταλίαν, ἅμα τῷ καταλυθῆναι τὸν ἐμφύλιον πόλεμον ὑπὸ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος. Vbi tamen Gelenius interpres Bellis ciuilibus quàm Bello ciuili dicere maluit: perinde acſi Dionyſius non τὸν ἐμφύλιον πόλεμον, ſed τοὺς ἐμφυλίους πολέμους dixiſſet, aut dicere debuiſſet. qua de re in Annotationibus meam ſententiam proferam. Hoc quidem certè fateor, huic loco mentionem non vnius tantùm belli ciuilis, ſed plurium, magis conuenire, quàm ei quem liber VIII habet: vbi omnium quæ præceſſiſſent bellorum maximum fuiſſe ſcribit. Photius tamen de lectis à ſe Dionyſii hiſtoricis libris (quos vocat βιβλία ἱστορικῶν λόγων) agens, & tempus quo ille in Italiam appulit, ex ipſiſmet eius verbis indicans, non τοὺς ἐμφυλίους πολέμους ſed τὸν ἐμφύλιον πόλεμον & ipſe dicit: & quidem addens etiam quódnam bellum id fuerit. verùm de ſuo, vt opinor, non iam ex Dionyſii itidem verbis. Poſtquam enim ſcripſit, καταπλεύσας εἰς Ἰταλίαν (obſerua autẽ præpoſitionem εἰς ab illo quoq; agnoſci) ἅμα τῷ καταλυθῆναι τὸν ἐμφύλιον πόλεμον, ſubiungit, ὃς αὐτῷ τε Αὐγούστῳ καὶ Ἀντωνίῳ ἐπολεμήθη. id eſt, quod ciuile bellũ inter ipſum Auguſtum & Antonium geſtum fuit. Verùm, vel tacente Photio, hoc eſſe conſtat cuius mentionem Dionyſius fecerit. Ac ne ipſum quidem Gelenium aliam ſequutum eſſe lectionem crediderim, ſed (vt magna eſt eius, in aliis etiam pleriſq; locis, interpretandi libertas, & quidem multo etiã quàm hîc maior) Dionyſii dictum ſimul interpretari & corrigere voluiſſe: tanquam Auguſto, quum finem illi aduerſus Antonium bello imponeret, ſimul omnibus bellis ciuilibus finem imponente. Cæterùm in hoc quoque aliquid ſibi permiſit hic interpres, ſicut & is qui eo poſterior fuit, quòd quum Dionyſius dicat, ἑβδόμης καὶ ὀγδοηκοστῆς καὶ ἑκατοστῆς ὀλυμπιάδος μεσούσης, interpretatus tamen ſit, Circa mediam olympiadem octogeſimam ſeptimam: perinde acſi ſcriptum à Dionyſio eſſet, περὶ ἑβδόμην καὶ ὀγδοηκοστὴν καὶ ἑκατοστὴν ὀλυμπιάδα μεσοῦσαν.

Hæc quidem de tempore quo Dionyſius in Italiam venit, ad chronologiam quod attinet: ſed quo ſuæ vitæ tempore, aut breuiùs, qua ætate in eam venerit, id verò conijcere tantùm, non etiam certò ſcire poſſumus. Eam autem ætatem neceſſe videtur ſtatuere quæ non magis prouecta foret quàm vt ad diſcendam linguam Latinam apta eſſe poſſet, vicíſſimque ad iudiciũ quod ad comparanda adminicula quibus talis hiſtoriæ ſcriptio opus habet, immatura nequaquam

Digitized by Google

eſſet. Ideóq; illum virilem iam ætatem ingreſſum fuiſſe, aut certè ab ea non longè abfuiſſe, meritò, mea quidem ſententia, dixerimus.

QVOD autem illud fuit παιδείας genus, qua ſibi Romæ frui contigiſſe ſcribit? Videndum certè primùm an rectè Gelenius ac Portus παιδείας interpretati ſint Educationis. Ego, quum puerili aut iuuenili ætati potiùs quàm virili educatio conueniat, & tamen non puerum aut iuuenem ſed iam virum fuiſſe Dionyſium eo tempore, vt modò oſtendi, credibile ſit: doctrinæ appellatione vtendum potiùs cenſuerim. Eius verba ſunt, ἔπειτα χαριστηρίους ἀμοιβὰς ἃς ἐμοὶ δύναμις ἦν, ἀποδοῦναι τῇ πόλει, παιδείας τε μεμνημένῳ καὶ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν ὅσων ἀπέλαυσα, διατρίβων ἐν αὐτῇ. Quæ Gelenius ita vertit, *Deinde pro mea virili gratias ciuitati referam, memor educationis liberalis cæterorúmque beneficiorum.* Itidémq; Portus παιδείας reddit *educationis*, ſed non addens *liberalis*. At ego, ita vocem hanc interpretari, eſſe Dionyſium ex viro puerum vel iuuenem facere, dico: quum educatio (vti dixi) puerili potius aut iuuenili quàm virili ætati conueniat. Sed nec *institutioni* verterim: quum huic interpretationi illud ipſum aliquo modo opponi poſſit: & ἀγωγή, cuius ſignificationem, ſecundum illos interpretes, haberet hîc παιδεία, (talem videlicet qualem habere exiſtimatur apud Xenophontem, vbi ſuos de Cyro libros παιδείαν Κύρου inſcribit) modò hac modò illa voce reddatur: veluti quum exponitur titulus libri Plutarchi περὶ παίδων ἀγωγῆς. Sic tamen vt faciliùs ferri poſſint qui Inſtitutionẽ quàm qui Educationẽ in illo Dionyſii loco dicunt: quòd Inſtitutio apud Latinos non tantùm de iis qui bonos mores, ſed etiam de iis qui artem quampiam ſiue ſcientiam docerentur, in vſu fuerit: & quidem ita vt etiam Inſtitutiones dicerent: ſicut apud Fabium Quintilianum videre eſt. Sed tutius multo fuerit vel Doctrinam, vel cum Lapo, Diſciplinam interpretari. Neq; verò hîc ſolùm ſed aliis plerisq; in locis bonum illũ virum, quẽ alioqui poſteriores interpretes contemnunt, fidelitate maiori quàm illos vtentem videre eſt. Supereſt vt quod doctrinæ ſeu diſciplinæ genus fuerit, de qua gratiam Romanis referre velit Dionyſius, dicamus, aut ſaltem inquiramus. Quam enim artem vel ſcientiam hominem Græcum meliùs Romæ quàm in ſua patria doceri potuiſſe exiſtimabimus? Ac quoniam vix de vlla credibile hoc videtur, an de linguæ & hiſtoriæ Romanæ cognitione hoc intelligemus? Atqui vtriuſque cognitionis mentionem poſtea facit, non tanquam repetens quod dixerit, ſed tanquam aliud quiddam dicens. Adde quòd, ſi ſtatuamus παιδείαν ab illo vocari hiſtoriæ cognitionem, abſurdo ſimile vel potius abſurdum hoc erit, Dionyſium, gratiam de ea quam conſequutus ſit hiſtoriæ cognitione Romanis referre volentem, illis illam ipſam hiſtoriam cuius cognitionem illis debeat, tanquam aliquod ſuum munus offerre. Suſpicor itaq; eum ad doctrinam politicam potiſſimùm reſpicere quum παιδείαν illic dicit. hãc enim magni æſtimatam ab illo fuiſſe aliquot hiſtoriæ illius loci oſtendunt: potuiſſe autem facilè comparari ab homine qui non ſolùm Romæ verſabatur, & multa quæ circa reipubl. adminiſtrationem vſuueniebant, poterat obſeruare, ſed cui etiam frequens cum præſtãtiſſimis quibuſque viris (quorum multi in rebus ad illam doctrinam ſiue ſcientiam pertinentibus exercitati erant) quis inficiari audebit?

AD ILLAM quæſtionem trãſeo, ne ipſam quidem, meo iudicio, indignam quæ pro huius capitis clauſula proponatur, hiſtoricóſne an rhetoricos priùs libros Dionyſius ſcripſerit. Quæ tamẽ dubitatio minimè mouenda foret ſi verũ eſſe putaremus quod à Gelenio in iis quæ ex eius præfatione paulo pòſt exhibebo, de Dionyſio ſcribitur, eum operi cœpto (hiſtorico videlicet) immortuum. Poſtquam enim dixit, illum polliceri ſe hiſtoriam ſuam vſque ad initium primi belli Punici producturum: ſubiungit, videri tamen, morte immatura præuentum, non abſoluiſſe quod inſtituerat. Id quo magis ſuſpicer (inquit) faciunt quæ habentur ſub titulo libri vndecimi, Lutetiæ non edita, & proinde nec à nobis verſa, farrago quædam indigeſta, carens ordine, planéque vice commentarii parata, nec habens quicquam ſimile prioribus voluminibus: quam vel in hoc reliquimus ſuo loco immotam, vt autorẽ appareat operi cœpto immortuum. Quinetiam hæc illis addit, Eandem cauſam opinor cur non reperiantur libri quos in fine primi Antiquitatum promittit ſe ſcripturum de Romanorum republica. Hæc ille, duo negans de quorum vno refellere illum oculi omnium poſſunt, de altero autem oculi eorum ſaltem qui Stephanum περὶ πόλεων & quoſdam alios euoluerunt, necnon qui Photii opus de libris à ſe lectis verſarunt. Nam quod attinet ad prius eorum quæ negat, vndecimum librum Lutetiæ editum fuiſſe, omnes in quorum oculos ille vndecimus liber Lutetiæ à patre meo excuſus (ſed aliquo poſt tempore) quotidie incurrit, ſtatim id falſum eſſe clamabũt: de illo autem quod poſtea ſcribit, eum non vltra librum vndecimum eſſe progreſſum, (cui ne impoſitam quidem manum vltimam fuiſſe arbitratur, ſed quandam tantùm farraginem indigeſtam, carentẽ ordine, planéq; vice cõmentarii paratam, fuiſſe) vtpote operi cœpto immortuum, ab iis quos dixi refelletur, quum vſque ad vigeſimum librum perueniſſe illum teſtentur. Eum igitur qui hiſto-

ricos

ricos libros poſteriorem fuiſſe Dionyſii laborem contendet,(quæ & mea ſentētia eſt)illo argumēto minimè niti oportet, ſed aliis duobus potius: vno, quòd multæ quæ in illis ſunt reprehenſiones quendam iuuenilis ingenii feruorem magis præ ſe ferunt ac decent: altero, quòd, ſi hiſtoriam prius ſcripſiſſet, non veriſimile ſit, quum Thucydidea quædam in ea imitetur, ex iis etiam quæ imitatus eſſet, nonnulla fuiſſe poſtea in ipſo Thucydide reprehenſurum. Taceo tertium argumentum, ex iis libellis nonnullos Romanis quibuſdam dicatos eſſe, quos quum iam manum vltimam hiſtoriæ ſuæ impoſuiſſet, ſuperfuiſſe, haud certè credibile videtur. Neque tamen interim negauerim fieri & hoc poſſe, vt ex variis illis rhetoricis commentariis aliquem etiam aut aliquos & poſt impoſitum hiſtoriæ finem ſcripſerit.

DIONYSIVM viginti libris (quorum vnumquenque, λόγον, interdum & γραφὴν appellat) perſequutum eſſe: & bello à Romanis aduerſus Pyrrhum Epirotem geſto hiſtoriam ſuam clauſiſſe. Eum, tum demum quum illi manum vltimam impoſuiſſet, id quod extat procœmium ſcripſiſſe.

CAPVT II.

PHOTIVS lectos à ſe libros recenſens (in opere quod inſcribitur, Φωτίου, περὶ ὧν ἀνέγνω συγγραμμάτων: quidam verò, ſi bene memini, & μυριόβιβλον appellarunt) memoriæ prodidit, ſe legiſſe libros viginti hiſtoricos Dionyſii Halicarnaſſei Alexandri *filij*. Eos autem nō ἱστορικοὺς λόγους ſed βιβλία ἱστορικῶν λόγων appellat. quod loquendi genus quiddam habet periphraſticum. Quam periphraſin ſiquis Latinis exprimere verbis velit, Libros hiſtoricarum narrationum dicere (vt opinor) neceſſe habebit. Addit, illum ſumere initium ab AEneæ in Italiam aduentu, poſt captam Troiam, & Romam conditam narrare (niſi τὴν τῆς Ῥώμης οἴκισιν, Romæ conditionem licet interpretari. muto autem οἴκησιν in οἴκισιν. qui error & apud Dionyſium frequēs eſt in verbo vnde nomen iſtud ortum eſt) & Remi Romulique natales: atque omnia deinceps, ad illud vſque tempus quo Romani bellum aduerſus Pyrrhum Epirotem gerere cœperunt: & quidem hoc ipſum etiam bellum ab eo commemorari: atque in olympiadem centeſimam vigeſimam octauam hiſtoriam eius deſinere, quum tertius iam illius annus ageretur. A qua olympiade Polybium Megalopolitem hiſtoriam ſuam auſpicatum ab illo dici.

Quòd ſi quis fortè derogare Photio fidem vellet (cui tamen quid lucri eſſet hac in re nos fallere? vt ille apud comicum loquitur) & cum Gelenio, immortuum eſſe vndecimo libro Dionyſium ſibi perſuaderet, at certè aliis nonnullis Photio ſuperioribus derogare non auderet: præſertímq; Stephano, qui περὶ πόλεων ſcripſit, eius teſtimonium paſſim ex aliquo etiam eorū librorum qui ab vndecimo ad vigeſimum perueniunt afferēte. In Ὀκρίκολα quidem certè ex XVIII eius libro, in Κωνσέντια ex XIX τῆς Διονυσίου Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας teſtimonium affert: & verò ex ipſo etiam vigeſimo petitum quoddam vidiſſe mihi apud eundem videor.

Cæterùm hos libros Dionyſius, vel potius horum librorum vnumquenque, ſæpe λόγον, interdum etiam γραφὴν appellat. Sed quamuis λόγος pro libro apud alios quoque valde ſit vſitatum, tamen ἐν ὑστέρῳ λόγῳ interpretes malè reddidiſſe Poſtea vel Aliâs, in ſequētibus oſtendam. Locum autem in quo τὴν προτέραν γραφὴν appellat librum primum, Capite quarto proferam.

IN EO quoque fallitur Gelenius quòd perinde acſi Dionyſius procœmium ſeu præfationem prius quàm ipſam hiſtoriam ſcripſiſſet, dicit polliceri quidem illum, ſe hiſtoriam ſuam vſque ad initium belli Punici producturum, ſed videri, morte immatura præuentum, non abſoluiſſe quod inſtituerat: contrà enim, promiſſis illum ſtetiſſe, non ſolùm ex iis quorum memini teſtimoniis conſtat, ſed ex eo etiam quòd procœmium non ante ſed poſt hiſtoriam ſcriptam (quod à Thucydide etiam & quibuſdam aliis factum eſt) ſcripſit: ideóq; non ἐπιχειρήσω τῇ γραφῇ, ſed ἐπιχείρησα, dicit. Vnde apparet, quum in iis quæ proximè ſequuntur ſcribit, οἷς τε αὐτὴν περιλαμβάνω χρόνοις, item, καὶ περὶ τίνων πραγμάτων ποιοῦμαι τὴν διήγησιν, necnon, καὶ ποταπὸν ἀποδίδωμι τὸ σχῆμα τῇ πραγματείᾳ: denique, ἄρχομαι οὖν τῆς ἱστορίας: quum (inquam) ita loquitur, perinde eſſe acſi περιείληφα, & ἐποιησάμην, & ἀπέδωκα & ἠρξάμην dixiſſet. Idémque & de ſequentibus καταβιβάζω & ἀφηγοῦμαι eſſe iudicandum. Quod ſi conſideraſſet Gelenius, nequaquam certè illa ſuſpicatus eſſet. verùm tantum abeſt vt id animaduerterit, vt contrà ex præſentibus futura vbique facere auſus fuerit: quum dicit, *Reliquum eſt vt & de argumento præmoneam, quæ tempora & quas res narraturus ſim; & quæ forma ſit futura huius operis.* Deinde, *Ab antiquiſſ. fabulis ordiar hiſtoriam.* & paucis interiectis, *deducam autem narrationē vſque ad initia primi belli Punici.* Nec aliter interpres eo poſterior, *Reliquum eſt vt & de ipſa hiſtoria illud præmoneam, quæ tempora & quas res ſim narraturus.* (omittit enim vterque hæc verba αὐτὴν περιλαμβάνω)

c. ii.

quum alioqui interpretari oporteret; *quibus eam circumſcribo temporibus, & quæ res à me narrentur:* niſi quis, habita eius quod dixi ratione, *circumſcripſerim* dicere malit, & *quæ res à me narratæ ſint)* eodémque in ſequentibus modo, *Hiſtoriam autem ordiar ab antiquiſſ. fabulis.* &c. At bonus ille vir Lapus, primus interpres, non itidem à mente Dionyſii aberrauit, ex præſentibus futura faciens, quum potius præterita facienda forent, ſed verbis Latinis quæ & ipſa præſentis temporis ſunt, ea cõmutauit. *Reliquum autem eſt* (inquit) *de hiſtoria ipſa dicere, quibus eam comprehendo temporibus, & quibus de rebus narrationem conficio.* itidémque in ſequentibus. Sed ego hîc *περιλαμβάνω* non ad verbum *comprehendo*, ſed potiùs *circumſcribo*, aut *includo*, reddiderim: vt videlicet certis temporibus, quaſi certis terminis, includi hiſtoria dicatur. quod (vt opinor) & *definiri* dici queat.

Iam verò & iſtud ad refellendum Gelenium facit, quòd minimè veriſimile ſit, Dionyſium opus tam longum & tantæ molis ſine vlla exceptione promiſſurum fuiſſe, & non additis ſaltem hiſce duabus voculis, *σὺν θεῷ*, vel *σὺν θεοῖς*. nam ethnicus quidẽ, ſed ſuæ religioni, qualis & quanta in ethnicum cadere poteſt, fuit deditus.

DIONYSIVM falsò dictum eſſe Romam Græcis literis primum omnium celebraſſe. Item, quo ſenſu Hieronymus, Timæus & Polybius à Dionyſio dicti ſint *ἐπισεσυρκέναι τὴν γραφήν*. CAPVT III.

DE HOC quoque lectores monendos cenſui, minimè habendam fidem Gelenio eſſe, ne de eo quidem quod ſcribit, ante Dionyſii hiſtoriam, Græcis celebratã literis Romam non fuiſſe. Niſi enim fidem illi derogemus, deneganda certè ipſi Dionyſio fuerit, qui nõ ſolùm Græcos, Hieronymum Cardianum, & Timæum Siculum, atque Polybium, & quoſdam alios, verùm ex Romanis etiam, Q. Fabium & L. Cincium literis Græcis Romanam hiſtoriam (ac rerum priſcarum eam quidem) mandaſſe tradit. Quamuis enim tanta breuitate vſi ſint vt eorum hiſtoriæ epitomæ tantùm videri queant, quin tamen hiſtorias ſcripſerint negari non poteſt. Vt verò de iis qui antiquitates Romanas literarum monumentis mandarunt, taceam, (quum Gelenius de iis peculiariter verba non faciat, ſed tanquam de quauis hiſtoriæ Romanæ parte loquens, neget vrbem illam Romanis celebratam literis fuiſſe) nónne vel Polybii hiſtoria Græca abundè celebrem Romam, ante hiſtoricos Dionyſii libros, reddere potuit?

VENIO ad verba illa de tribus hiſtoricis, Hieronymo, Timæo, Polybio, à Dionyſio dicta, *ὑφ' ὧν ἐποιησάμην λόγον ὀλίγῳ πρότερον ὡς ἐπισεσυρκότων τὴν γραφήν*, quorum interpretationem Gelenius omiſit: quidam verò, defectum hunc ſupplens, vertit, *quos paulo antè hiſtoriæ nonnulla ſubtraxiſſe memoraui.* Ego *ὡς ἐπισεσυρκότων τὴν γραφήν* perinde eſſe dico ac ſi *ὡς ἐπιδραμόντων τὴν γραφήν* ſcriptum eſſet: quum idem de illis hiſtoricis quod antè ſignificare velit: antea autem dixerit, de Hieronymo, *τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀρχαιολογίαν ἐπιδραμόντος Ἱερωνύμου*: idémque & de cæteris intelligi voluerit. itidemque de Romanorum hiſtoricorum vtroque eadem voce vſus fuerit, & quidem cum aduerbio *κεφαλαιωδῶς*. ſcribit enim, *τὰ δ' ἀρχαῖα τὰ μετὰ τὴν κτίσιν τῆς πόλεως γενόμενα κεφαλαιωδῶς ἐπέδραμε.* Dixerat autem & antea, nullam de priſcis Romanis, quorum opera Roma tantam imperii amplitudinem conſequuta eſt, extare Græcam hiſtoriam quæ ſit *ἀκριβής*, ſed tantùm quaſdam epitomas *κεφαλαιώδεις*. Dicens igitur illos *ἐπισεσυρκέναι τὴν γραφήν*, intellexit Coarctaſſe & in anguſtum redegiſſe hiſtoriam, eorum more qui aliquid imminuunt, quidpiam ex eo paulatim ſubtrahendo. Cæterùm quum *ἐπισεσυρμένῃ γραφῇ* & epitomæ *κεφαλαιώδει πάνυ βραχείᾳ* opponatur hiſtoria *ἀκριβής*, id eſt accuratè & exactè ſcripta, malè locum illum interpretes verterunt, *ὅτι μὴ κεφαλαιώδεις ἐπιτομαί*, vt in Annotationibus docebo.

Antequam verò ab hoc capite ad ſequens tranſeam, totum illum Gelenii locũ, ex quo quædam attuli de quibus ab illo iure diſſentire mihi videor, tibi proponendum hîc cenſui, non ſolùm vt tutiùs inter illum & me arbitrari queas, ſed etiam vt multa legas quæ in hiſtoriæ Dionyſii commendationem doctè ſcripſit in ea quam ſuæ interpretationi præfixit præfatione. Nolui enim pleroſque imitari qui aliena paulum immutata ſuis intermiſcẽt, volúntq; pro ſuis haberi: ſed faciendum putaui vt quæ de ipſo & ipſius hiſtoria præfatus eſſet, ita hîc prodirent vt ei accepta ferrentur: & à me quæ inſuper dicenda exiſtimarem, ſubiungerentur.

Fuit huic viro patria Halicarnaſſus, Aſiæ littoralis vrbs, ex aduerſo Rhodi ſita: quæ iam antè Herodotum illum ſuauiloquentem dederat. Ipſe eximius inter ſui ſeculi rhetoras, tantǽque exiſtimationis criticus erat, vt omnes libenter ſequerentur eius de quocunque ſiue antiquo ſiue recente ſcriptore ſententiam. Eam gloriam domi nactus, Romã nauigauit, ad orbis totius theatrum,

trum, quo tempore Cæſar Auguſtus, nuper deuicto & ſublato Antonio, ſolus rebus Romanis præerat: commoratúſque inibi per annos viginti, & cum proceribus verſatus, adeptúſque linguæ Latinæ ſcientiam, quò hoſpitii gratiam referret, inſtituit, vrbem nondum Græcis celebratam literis, apud Græcos ſuos illuſtriorem reddere: id in primis ſtudens, vt eam contra vulgi opinionem vindicaret à barbarie, quòd tum, propter ſermonem detortum à priſca origine, & Opicarum gentium conſuetudine mixtum ac vitiatum, haberetur pro barbara: ſimul hoc agens, vt Græci æquiore animo cum aliis imperata facerent eorum quos ſcirent non alienos à ſuo ſanguine. Eadem ratione ſuperioribus ſeculis adoptati fuerant Macedones, quo minus puderet ſeruitii: quum tamen eorum lingua, licet finitima, non intelligeretur à Græco homine, ſicut liquet vel ex menſium nominibus. Inualuit certè hæc opinio, vt Latini homines Latinǽq; literæ non cenſerentur in barbaris: præſertim poſtquam diſciplinæ omnes his quoq; tractari cœptæ ſunt: &, quemadmodum Oriens non ſolùm multis in prouinciis populariter Græcam linguam recepit, verùm iura ſacráque ſua nō alia complecti lingua dignatus eſt, itidem Occidens eundem honorem Latinis literis habuit. Nec iis tantùm de cauſis hoc potiſſimum argumentum delegit DIONYSIVS: ſed quum ſciret, hiſtoriam eſſe morum & actionum omnium tam priuatarum quàm publicarum ceu exemplar, & vitæ ſpeculum, plurimúmque referre vnde petantur exempla, ſumpſit ſibi ſcribendas res Romani populi, priſci inquam illius, in omni genere virtutum pace ac bello exerciti, necdū corrupti exoticis vel opibus vel vitiis: qui tulit primùm reges fortiſſimos ac ſanctiſſimos, quamuis ipſos non natos ex regibus: deinde regni in tyrānidem degenerantis impatiens, libertatem aſſeruit tutatúſque eſt, per incorruptiſſimos Iunios, Valerios, Lucretios, Horatios, Mucios, Menenios, Largios, Marcios, Quintios, Fabios, cæteróſque his ſimiles. Narrat enim primùm exordia Romani generis, repetita ab antiquiſſimis Græciæ gentibus, Oenotris expulſoribus Siculorū ex Italia, Pelaſgis, Arcadibus, Epéis, Troianis, quæ prima omnium Græcarum colonia trans Helleſpontum in Aſiam auſpiciis Dardani deducta eſt. Deinde quomodo alterum Latii caput, Romanam vrbem, Marte prognatus Quirinus condidit, eíque finitimis populis perdomitis ſecuritatem peperit: Numa religionibus additis militares animos ad vitam mitiorem & iuſtiora traduxit ſtudia: Tullus, ſublata de principatu controuerſia, primò præpoſuit eam, mox tutiore conſilio vniuit ſuæ metropoli: Ancus mare vſque protulit eius imperium. Priſcus Tarquinius finitimarum gentium fecit principem: Seruius cenſu inſtituto effecit vt vires ſuas noſceret. Sub vltimo Tarquinio acceſſerunt Sibyllina oracula, vnicum in rebus dubiis refugium: cuius regis non ferenda ſuperbia libertatis exciuit deſiderium, eiúſque aſſerendæ occaſionem proceribus præbuit. Pulſis Tarquiniis, per XIIII annos bellatum eſt cum tentantibus reditum, fretis Hetruſcorum atque Latinorum auxilio: & hinc quoque creſcendi cauſa arrepta eſt viris fortibus. Extincto deinde cum vniuerſa familia Superbo, effloruit ciuitas ſub conſulibus: quorum poteſtas iam inde ab initio ſic temperata fuit, vt nec decemuiri, quamuis legum latores, nec numeroſi tribuni militum, nec dictatores ampliſſima poteſtate moderatè vſi ac leniter, æquè profuerint aut placuerint. Conſtituta communi libertate, laboratum eſt nonnihil ſeditionibus: ſed his confeſtim prudentium virorum autoritas remedium attulit. Videre licet obiter triplicem formam reipublicæ: primò regiam, relicto tamen penes populum belli pacíſve ac legum ſanciēdarum & magiſtratuum creandorum arbitrio: mox adminiſtrationem rerum per optimates patricios, donec plebs quoque in partem curarum & honorum aſſumpta eſt, poſtquam per ſuos tribunos vicit vt admitteretur ad magiſtratus & ſacerdotia. Licet imperii quoque videre fundamenta, tātæ olim moli ſuffectura, legibus, religionibus, magiſtratibus, reiq; militaris ac ruſticæ ſubnixa ſtudiis. Sed nihil æquè profuit ad proferenda vrbis & imperii pomœria, quàm quòd victis parcebatur, & aut inopes eò mittebantur in colonias, aut inde traducebantur in vrbem, adſcribendi tribulibus, & aucturi ciuium Romanorum numerum. vnde etiam linguæ mixtura, maturéq; ſecuta deprauatio, Sabinis, Hetruſcis, Hernicis, Volſcis, AEquíſq; aſcitis: vt mirum ſit potuiſſe præminere in Romano ſermone dialecton Pelaſgicam. Fuit tamen initio principatus penes Romanos magis quàm dominium, & à finitimis populis non ſine contentione impetratum eſt vt pro ſociis haberentur verius quàm pro ſubditis: cedebatúrque virtutibus Romanorum potius quam viribus. Huius populi res memoriæ proditurus DIONYSIVS, duo præcipua quædam domo ad hoc negotium attulit, ſingularem prudentiam, coniunctam cum pari eloquentia, atque ita ſuſceptum onus ſuſtinere facilè potuit. Et quia primæ origines repetendæ erant, ſi non à Chao & Iano Iapetóque, certè ab antiquiſſimis ſeculis, quorum ſoli poetæ meminerunt: necubi ſeduceretur ab autoribus dubiæ fidei, ſequitur concentum plurium, & veriſimiliora perueſtigat ſagaciter, certis modò argumentis aſſentiens, vt ſunt locorúm nomina, fanáque paſſim à priſcis heroibus condita. Verùm in his tradendis veniam & poſtulant & merentur qui tractant tam remota ab ætatis ſuæ memoria. Quæ vrbem condi-

tam ſequuntur, hauſit ex antiquiſſimis probatiſſimiſque Romanorum ſcriptoribus, Fabio Pictore atque Cincio, Catonéque & Valerio Antiate,ac cæteris,quos etiam Liuium ſequi non piguit.At ne hîc quidem ſine delectu acerrimóque illo ſuo iudicio: imò plerunque coarguit quorundam negligentiam,vel ex ſupputatione temporum,vel aliis bonis rationibus. cuius generis eſt cenſura de ætate Superbi Tarquinii,à Laurentio Valla vſurpata. Siquid illi produ̅t quod aut hyperbolen ſapiat,aut alioqui parum quadret Romanis moribus, id ſilentio præterit: quale eſt ferinum illud, quod Liuius ſcribit de Scæuola manum torrente in foculo:que̅ noſter Mucium Cordum nominat,longéque veriſimilius atque etiam dece̅tius denarrat hominis facinus. nam Scæuolæ cognomen aliis de cauſis in Muciam gentem recipi potuit: nec enim ſolo igni clades infertur artubus: & videtur alicuius ſtudio cognomini gentilitio afficta honeſta fabula. Ordinem temporum ſequitur, quâ prælucet perpetua ſucceſſio regum atque magiſtratuum. Res præclarè geſtas ſic narrat & laudat, vt accendat ad maiorum æmulationem poſteros: quæ præcipua eſt lectionis vtilitas: & eſt hîc mira exemplorum varietas ac copia. Nec euentus tantùm deſcribit,ſed & conſilia: tum ſiquid inopinatum accidit. Nec tantùm bellica facinora memorat,verùm non minore cura pacis artes, quibus vel ordinum concordiæ, vel ciuitatis libertati ac tranquillitati conſulitur: mutilam cenſens hiſtoriam vbi nihil præter prælia legitur & expugnationes vrbium.Qua̅tumuis magnis rebus narrandis ſufficit,nihil culpa ſua deterens, omnia contexens aptiſſimè:vbique ſui ſimilis, nuſquam properabundus: ſic temperans narrationem, vt nec ſuperſit quicquam, & nihil deſideres amplius. Interdum exſpatiatur digreſſionibus, ne his quidem infrugiferis: aliâs delectat deſcriptionibus,rem ceu ob oculos ingerens.Quæ omnia ſtilo proſequitur luculentiſſimo, non tam ad luxum ornato quàm ad mundiciem, inaffectato,graui,dilucido: diuerſis virtutibus Herodotum,ciuem ſuum,& Atticos Thucydidem Xenophontémque,referens,coniungens quæ illis erant ſingula.Vbique rhetorem agnoſcas,non rarò philoſophum. Itaque impenſa in hoc opus iuſta opera,non rude commentarium nobis reliquit,ſed abſolutiſſimam hiſtoriam.Quo factum eſt vt quum Theopompi,Ephori,Philiſti,Hecatæi,Anaxilai, Timæi,plurimorúmque aliorum ſcripta interciderint,Polybii Diodoríq; maiori ex parte perierint, & in noſtris literis deſideretur integer Trogus, Salluſtiíque hiſtoria, minimum ſuperſit de Liuio,non multum de Tacito,dimidiatus exſtet Ammianus, (quos ſi haberemus,abſolutam teneremus Romanarum rerum memoriam,ab vrbe condita vſque Gratiani auguſti tempora, & libem imperii vaſtantibus tranſrenanis tranſdanubianíſque hoſtibus editam)huius monumenta ad noſtram ætatem ob eximiam eorum vtilitatem ſeruata ſint.Et meritò. erat enim vir omni genere diſciplinarum expolitiſſimus, dogmatum philoſophicorum peritus, ita tamen vt in Platonem ſit propenſior: alienus ab adulatione & affectibus, licet mouendis illis mirus artifex: virtutum magnus amator,& inter has frugalitatis ac temperantiæ,comitum innocentiæ: reprehenſor vitiorum ſui ſeculi:de rebus diuinis, vt ea tempora ferebant, non malè ſentiens. nam de prouide̅tia per occaſionem reuerenter ac piè loquitur,ſic virtutem Romanorum prædicans,vt tamen eoru̅ fortunam pendere fateatur à fauore numinis.aliquando retundit iſtorum impude̅tiam, qui negant ſuperos curare terreſtia. Et quia res populi Rom. mandat literis,grauitate cum Romanis hiſtoricis certat,in concionibus Liuianam præ ſe ferens vehementiam,& verba perſonis aptiſſima tribuens.Hiſtoriam ſuam pollicetur ſe producturum vſque ad initium primi belli Punici: ſed videtur morte immatura præuentus non abſoluiſſe quod inſtituerat. Id quo magis ſuſpicer,faciunt quæ habe̅tur ſub titulo libri vndecimi,Luteciæ non edita, & proinde nec à nobis verſa: farrago quædam indigeſta, carens ordine,planéque vice commentarii parata, nec habens quicquam ſimile prioribus voluminibus: quam vel in hoc reliquimus ſuo loco immotam,vt autorem appareat operi cœpto immortuum. Eandem cauſam opinor cur no̅ reperiantur libri quos in fine primi Antiquitatum promittit ſe ſcripturum de Romanorum republica. Præter præſens volumen ſuperſunt eius rhetorici aliquot co̅mentarii: vt, De co̅poſitione,ſeu orationis partium apta inter ſe collocatione,ad Rufum: Artis rhetoricæ capita quædam,ad Echecratem: De Thucydidis idiomatibus,ad Ammæum. Suidas meminit & libri De antiquorum oratorum characteribus. Hactenus de DIONYSIO. non enim ſcribimus,ac ne poſſumus quidem pro dignitate,eius encomium.

PRIMO

PRIMO & ſecundo hiſtoriæ ſiue hiſtoriarum Dionyſii libro, magis quàm ſequentibus, præſertímque quàm decem poſterioribus, ἀρχαιολογίας appellationem conuenire. Item, poſſe primum librum, περὶ τοῦ γένους τῶν Ῥωμαίων inſcribi, ex ipſius Dionyſii autoritate. Eum duos illos libros (aut ſaltem primum) cæteris præmiſiſſe. id eſt, prius quàm cæteros edidiſſe.

CAPVT IIII.

DIONYSII totum opus hiſtoricum ab ipſómet ἀρχαιολογίαν Ῥωμαϊκὴν vocari ſcio: ſed tamen titulum hunc magis propriè primo & ſecundo libro, quàm ſequentibus, præſertímque quàm decem poſterioribus, dari aio. Pro eodem certè dicit τὴν παλαιὰν τῆς Ῥωμαίων πόλεως ἱστορίαν, in prooemio. nam quum ſcripſiſſet, ἐπὶ τὴν οὐδὲν ἔχουσαν ἐπιφανὲς ἀρχαιολογίαν ἀπέκλινα, proximè ſubiungit; ἔτι γὰρ ἀγνοεῖται παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ὀλίγου δεῖν πᾶσιν ἡ παλαιὰ τῆς Ῥωμαίων πόλεως ἱστορία. Perinde acſi pro his, ἔτι γὰρ ἀγνοεῖται παρὰ τοῖς Ἑλλ. ὀλ. δεῖν πᾶσιν ἡ Ῥωμαϊκὴ ἀρχαιολογία, illo modo, qui periphraſin habet, loqui malit, ad vitandam repetitionem. Sed quomodo hæc ætiologia cum præcedentibus cohæret? neque enim, quòd omnes propemodum Græci archæologiam Romanorum ignorãt, id facit vt hæc nihil illuſtre habeat. Vt igitur illa ætiologia cum præcedentibus cohæreat, non aliter accipiendum eſt quod dicit, quàm ſi ita loquutus eſſet, Ita enim de Romanorum archæologia omnes ferè Græci loquuntur (eam videlicet nihil illuſtre habere) quòd eius ſint ignari. Sed quãuis illa periphraſi vice nominis ἀρχαιολογία vtatur, magis tamen in poſterioribus libris tolerabilem quàm hoc nomen poſſe videri, in vna ex meis inquiſitionibus criticis oſtendam. Nec interim inficior, ab aliis etiam non aliter quàm Ῥωμαϊκὴν ἀρχαιολογίαν totum opus vocari, & quidem apud Stephanum potiſſimũ frequẽtiſſimè titulum hunc occurrere: afferentẽ cùm ex aliis eius libris teſtimonia, tum verò ex XVIII & XIX quædam, quorum mentionem Capite ſecundo feci. Euſebius quidem certè libro Euangelicæ præparationis ſecundo Ῥωμαϊκὴν ἀρχαιολογίαν & ipſe vocat, itidémque alibi, ſi bene memini: at libro IIII, magis etiam honorifice de eius opere loquens, & appellatione quæ latius patet, vtens, dicit ſe velle teſtem producere Dionyſium Halicarnaſſeum, ἄνδρα τῆς Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας ἀκριβῶς τὴν γραφὴν ἅπασαν ἐκθέμενον.

HOC addo de primo libro, poſſe eum inſcribi περὶ τοῦ γένους τῶν Ῥωμαίων, ipſo etiam Dionyſio autore, & quidem duobus in locis. Neque enim id inficiaturum puto quicunque & finem libri primi & locum hunc conſiderauerit, qui legitur libro VII, τῆς προτέρας γραφῆς (ſub qua voce primum librum vult intelligi, alibi quoq; ita vtens) ἣν περὶ τοῦ γένους αὐτῶν ἐξέδωκα συνταξάμενος. Nam mentionem cuiuſdam rei faciens quam in fine libri primi innumeris argumentis confirmaturũ ſe promiſerat, & illi promiſſo ſuo ibi, ſicut & aliis pleriſq; locis, ſatisfacere volens, ſcribit, ὑπεσχόμην γὰρ ἐπὶ τῷ τέλει τῆς προτέρας γραφῆς μυρίοις βεβαιώσειν τεκμηρίοις τὴν πρόθεσιν. ſed poſt γραφῆς verba hæc inſerit, ἣν περὶ τοῦ γένους αὐτῶν ἐξέδωκα συνταξάμενος. vbi Gelenius περὶ τοῦ γένους αὐτῶν vertit *de huius gentis originibus:* quum poſſet & *de origine* dicere.

HOC etiam adiicio, non rectè eius interpretationem quiddam hîc lectores celare (ſicut alia alibi infinita) ipſum videlicet Dionyſium hanc primam ſui operis partem, tanquam primitias quaſdã (ſi ita loqui de illa licet) in publicũ præmiſiſſe. Totũ enim hunc locum ita vertit, *Pollicitus ſum enim in fine primi libri, quem ſcripſi de huius gentis originibus.* Atqui non dicit Dionyſius ἣν συνεταξάμην, ſed ἣν ἐξέδωκα συνταξάμενος. Minus autem nouum fuerit quod de illorum librorum editione dico, illis qui conſiderauerint quod ab ipſis interpretibus minimè conſideratum fuit, eum de primo & ſecũdo libro ita loqui acſi prior & poſterior vocandi potius eſſent, nullique alii illis adiuncti forent. Scribit enim libro primo, περὶ ἧς ἐν ὑστέρῳ λόγῳ διηγήσομαι. & rurſus, ὑπὲρ ὧν ἐν ὑστέρῳ λεχθήσεται λόγῳ. Atqui notum hoc ſatis eſt, eum qui τὸν ὕστερον λόγον dicit, reſpicientem ad τὸν πρότερον, aliúmque præterea nullum, ita loqui. Verùm interpretes (vt dixi) minimè iſtud conſiderauerunt, non animaduertentes, ἐν ὑστέρῳ λόγῳ non valere ſimpliciter idem quod ὕστερον, ſed ſonare *in poſteriore libro.* Gelenius enim verba illa, καὶ τὴν πρὸς Ἀρκάδας συγγένειαν ἀνανεωσάμενοι (περὶ ἧς ἐν ὑστέρῳ λόγῳ διηγήσομαι) ita vertit, *Renouatáque cum Arcadibus cognatis (vt poſt dicemus) amicitia.* Eodémque Portus modo ἐν ὑστέρῳ λόγῳ vertit, niſi quòd *poſtea* magis illi quàm *pòſt* placet. Atque ita vterque Lapum ſequitur, qui reddidit *poſterius.* Quúmq; eadem alibi verba occurrant, aliquot paginis pòſt, non idem Gelenius ibi quod alibi fecit, vt δευτέρας φροντίδος acceſſione idem verbum aut eadem verba melius interpretaretur. nam iſta, ὑπὲρ ὧν ἐν ὑστέρῳ λεχθήσεται λόγῳ, vertit, *de quibus dicetur aliàs.* alter verò ille ſuum *poſtea* retinet: itidémq; Lapus ſibi conſtat. Quibus tamẽ ſi acquieſceremus, nona certè periphraſi Dionyſius vteretur, ἐν ὑστέρῳ λόγῳ pro ὕστερον dicens. Vocari autẽ ab eo λόγον vnumquenq; librum, iam an-

c. iiii.

tè admonui. Sic etiam libro III, in fine pag. 175, legimus, *ὡς ἐν τῷ πρὸ τούτου δεδήλωται λόγῳ*. vbi certè duo illi interpretes qui iidem *ἐν τῷ πρὸ τούτου λόγῳ* vertunt *ſuprà*, tanquam *ἐν τῷ πρὸ τούτου λόγῳ* eſſet ſimiliter periphraſticè dictum pro *πρότερον*, minus venia quàm in illis præcedentibus locis digni ſunt. illic enim Lapum ducem ſuum ſequentes, in foueam cum eo ceciderunt: at hîc, ſi eum ſequuti fuiſſent, in eam cadere illis non contigiſſet. Rectè enim ille, *vt in ſuperiore dictum eſt libro*. Velim autem conſiderare hîc lectorem, quanti interdum referat interpretem illi fidelē eſſe in re quæ tamen primo aſpectu parui eſſe momenti videri poteſt. Ecce enim, quod de duobus illis dico libris, primo & ſecundo, de illis non aliter loquutum eſſe Dionyſium quàm ſi prior & poſterior appellandi potius forent, nec alius illis adiunctus eſſet, verè à me dici, nullo modo ex vllius illorum trium interpretatione (nam & Lapum in præcedētibus locis periphraſin ſomniaſſe videmus) agnoſcere quiſquam poteſt.

Sed cui mirum hoc non fuerit, Dionyſium de duobus illis libris, tanquam ſeorſum quoque editis, loqui? Dicam quod & ſuſpicor, & veriſimile (vt ſpero) aliis etiam videbitur. Quum Romanos demereri vellet Dionyſius, ſimúlque magnam expectationem hiſtoriæ ſuæ illis excitare, non abs re duos illos præmiſiſſe libros videtur, primùm, quòd eorum (ac potiſſimum prioris) argumentum ab alio nullo tam fusè, deinde, quòd à nemine, aut à paucis, tam honorificè tractatum eſſet: poſtremò, quòd eiuſmodi foret vt ſi alios illis addi libros non contingeret, pro opere quidem opuſculum tantummodo, ſed minimè tamen imperfectum (præſertímque ad priorem librū quod attinet) dediſſe dici poſſet. Tam honorificè inquam, quia quo maiore apud exteros infamia laborabat origo Romanorū, tāquam à barbaris oriundi eſſent, eo maiore cum diligentia omnia quæ ad refellendam famam illam & contrà honoratæ originis fidem faciendam pertinebant, congeſſit: etiamſi multa eorum quibus illi vtendum erat argumentorum, ſequentibus libris (ſi contingeret vt, quemadmodum in animo habebat & percupiebat, alios illis adiiceret) reſeruare cogeretur.

Vnus tantùm ſupereſt ſcrupulus, cur de primi ſolùm libri editione in eo loco quem protuli loquatur, quum tamen *τὸν ὕστερον λόγον*, (ſicut antea docui) id eſt poſteriorem librum, dicens, de quadam inter eos velut ſocietate loqui videatur. Quid? ſi hæc ſocietas erat, poſteriorem à priore expectatum non fuiſſe putabimus? Hoc multis vix veriſimile futurum ſcio: ſed verum tamen eſſe neceſſe eſt, aut certè exiſtimare, eum, quamuis libro VII prioris libri mentionem faciens, cum à ſe editum dicat, non facta poſterioris mentione, tamen de illo quoque, tanquam ſocio, idem velle intelligi. Nam ideo *γραφὴν* ibi pro libro accipere oportet, quòd non dicat *ἐν τῇ γραφῇ* (quo modo ſi ſcriptus hic locus eſſet, nullus ſcrupulus iniiceretur) ſed *ἐπὶ τῷ τέλει τῆς προτέρας γραφῆς*. Alioqui certè quæcunque ad illum titulum *περὶ τοῦ τῶν Ῥωμαίων γένους* pertinent, libro priore (qui poſtea primus vocandus fuit, poſtquam non vnicum ſed multos illi adiunxit) contineri conſtat: atque adeo ipſum Dionyſium circa eius finem dicētem audimus, *Talia ſunt quæcunque magna cura adhibita, lectis Græcorum ſimul & Romanorum permultis de Romana origine ſcriptis* (niſi quis *περὶ τοῦ Ῥωμαίων γένους*, *de Romanorum genere*, interpretari malit) *inuenire potui*. Atque, vt nihil diſſimulem, niſi illud quod dixi me moueret, potius librum primum ſolum editum fuiſſe ſeorſum à Dionyſio, quàm adiuncto ei ſecundo, exiſtimarem: quum primus, argumenti ſui priuilegio, maiori cum ratione quàm ſecundus à ſequentibus ſeparari poſſit. Denique diſputationē hanc ipſius Dionyſii verbis claudēs, dico me de ea *ἀφιέναι τῷ βουλομένῳ σκοπεῖν*.

DIONYSIVM ſuos viginti libros in quinque, qui illorum ſynopſis eſſent, contraxiſſe: ac Photium hanc quoq; ſynopſin à ſe lectam eſſe, memoriæ prodidiſſe. Eiuſdem Photii tam de hac quàm de illis viginti libris iudicium.

CAPVT V.

PHOTIVS, poſtquam viginti libros *ἱστορικῶν λόγων* Dionyſii à ſe lectos eſſe ſcripſit, & de illis cùm alia dixit, tum quædam quorum à me poſtea fiet mentio, adiungit, ſe eorundem viginti librorum *σύνοψιν*, quinque libris comprehenſam, legiſſe. Vtiliorem autem huius *συνόψεως* quàm plenæ hiſtoriæ, quæ illis viginti libris continetur, lectionem eſſe ait, quoniam nihil quod neceſſarium non ſit admixtum habeat. Poſſumus autem vel ex ipſo Photio, quam ille *σύνοψιν* appellat, epitomen vocare: quum ei *τὸ συντετμημένον*, ſicut & *τὸ ἀπέριττον*, tribuat: & quidem *τὸ ἀπέριττον* priore loco ponens. Quæ duo copulat & vbi de quodam Heracleo loquitur, dicens illum in phraſi eſſe *συντετμημένον* & *ἀπέριττον*: atque his duobus adiungens *ὑψηλόν*.

IDEM, vbi de ſua illorum XX librorum lectione mentionem fecit, & addidit, illū incipere ab Æneæ in Italiam, capta Troia, aduentu, & narrare *ἐν πολλῇ λεπτολογίᾳ* (id eſt, minima quæq; perſe-

Digitized by Google

perſequẽdo,& quaſi quis dicat minutiſſima quęque)quomodo Roma cõdita fuerit,& Remi ac Romuli ortũ,& alia,quorũ quædam antea retuli, Capite 11: ſuum de illo iudiciũ proferens, eſſe illum ait in phraſi καινοπρεπῆ, & ſermonem ſuum cogere à vulgari, ſeu ab iis quæ vulgaria ſunt, recedere. Eius verba ſunt, ἔστι δὲ τὴν φράσιν καὶ τὴν λέξιν καινοπρεπής, καὶ εἰς τὸ ἀνακεχωρηκὸς τῶν πολλῶν τὸν λόγον ἐκβιαζόμενος. Scimus autem καινοπρεπῆ ſermonem dici qui decentem quandam nouitatem,ſiue aliqua decenter nouata habet: qualem nouitatẽ, καινοπρέπειαν vocant. Verùm vt ſermo,ita & ipſe ſcriptor,interdum καινοπρεπὴς appellatur. In iis autem quæ ſubiungit, τὴν κατὰ διάνοιαν ἀφέλειαν illi tribuit. eius verba ſunt, ἡ δὲ κατὰ μέρος διήγησις μετέχει τε τῆς κατὰ διάνοιαν ἀφελείας ποιεῖ, καὶ οὐδ' εἰς τὸ ἄχαρι καὶ σκληρὸν ἐπιτρέπει παρασυρῆναι. Addit verò & alia quædam de ea quæ in eius digreſſionibus eſt ſtyli differentia: quorum mentionem in ſequentibus faciam, vbi de ipſis digreſſionibus agam.

Eivs de hac ſynopſi iudicium ſi ſequamur, illam vtiliorem quidem fuiſſe,ſed minus ſuauitatis habuiſſe dicemus,quum neceſſaria tantùm in ea poſuiſſet, nihilque illis admiſcuiſſet, vt ipſe tradit. Poſtquam enim ſcripſit, ſe ſynopſin illam librorum viginti, libris quinque comprebenſam,legiſſe,addit, ἐν ᾗ μᾶλλον δοκεῖ ἑαυτοῦ μὲν κομψότερος, ἀφῃρημένος δὲ τὸ ἡδύνειν· εἰ καὶ τῷ χρησίμῳ μᾶλλον διαπρέπει, ἅτε χωρὶς τῆς ἀναγκαίας μηδὲν τῷ λόγῳ καταμιγνύμενος. Sed quomodo hæc inter ſe conueniunt, vt Dionyſius in illa ſynopſi ἑαυτοῦ μὲν κομψότερος,& tamen ἀφῃρημένος τὸ ἡδύνειν dicatur? Quid enim contrà τῷ κομψῷ λόγῳ magis conuenit quàm τὸ ἡδύνειν, id eſt delectare? Niſi quis malit reddere, Suauitatem auribus afferre. vel, Suauitate aures perfundere. aut iucunditate,ſiue voluptate. Niſi fortè κομψοῦ appellatione nouè vſus eſt: quæ tamen nouitas qualis fuerit,haud imaginari poſſum. Nam amico cuidam meo,(quem alioqui iudicio valere, ſcripta eius teſtantur) aſſentiri non poſſum, exiſtimanti κομψότερον ἑαυτοῦ dici qui grauiore ſtylo vſus ſit. Nimium enim remota ſignificatio hæc videtur ab ea quam paſſim vſitatam eſſe ſcimus, qua κομψὸν λόγον (pro quo & κομψολογουμένην λέξιν legimus) appellãt eam orationem quæ elegans & culta ſit, aut etiam compta: quum Latinum Comptus quantum ſono, tantam etiam ſignificatione ad Græcum κομψὸς accedat: vel potius magis etiam hac quàm illo ad ipſum accedere dici poſſit, quum in metaphorica ſignificatione ſumptũ tam illi Græco reſpondeat vt vix æquè aliud quodquam. Adde quòd tantum abeſt vt τὸ κομψὸν opponi τῷ ἡδυσμένῳ poſſit, vt etiam quidam enumerãtes quas ſub ſe continet ſpecies ἡ τοῦ λόγου ἡδονὴ, ſiue τῆς λέξεως, inter illas & κομψότητα recenſeant. Iam autem in præcedentibus, de integro opere hiſtorico agens, τὸ κομψὸν τοῦ λόγου ipſi Dionyſio tribuerat. Quæ quum ita ſint, vereor ne deprauatam eſſe loci illius ſcripturam, dicendum potius ſit, & pro κομψότερος ſubſtitui debere eius contrarium, (parua tamen cum mutatione) ἀκομψότερος: ſimul etiam accipiendo particulam δὲ non tanquam aduerſatiuam, ſed perinde acſi dictum foret, καὶ ἑαυτοῦ ἀκομψότερος, καὶ ἀφῃρημένος τὸ ἡδύνειν.

Venio ad illa quibus pergit Photius ſuum de illa epitome iudicium nobis proponere. Poſtquam igitur dixit, εἰ καὶ τῷ χρησίμῳ μᾶλλον διαπρέπει, ἅτε χωρὶς τῆς ἀναγκαίας μηδὲν τῷ λόγῳ καταμιγνύμενος, ſubiungit, ἀλλ' εἶπεν αὔτως, ὡς ἂν ἀπὸ σκήπτρου θεμιστεύων. καὶ τῷ ἀπερίττῳ καὶ συντετμημένῳ, καὶ ἔτι τῇ τε συνθήκῃ καὶ τῇ λέξει ἠχώ τινα πέμπων, τραχύτερός πως ἐστὶ τοῖς ἀκροαταῖς προσφερόμενος. Vbi etiam habemus quod nõ parum negotii faceſſere lectori poteſt. nam de verbis illis, ἀλλ' εἶπεν αὔτως, ὡς ἂν ἀπὸ σκήπτρου θεμιστεύων, quid dicemus? Ille quidem certè amicus meus cuius antea mẽtionem feci, ita hæc interpretatur, *vt ſiquis (liceat ita dicere) ſceptrum manibus tenens, oratione rudi & conciſa iura reddat*. à quo non itidem vt de præcedente loco, diſſentio, præterquam quod attinet ad interpretationem vocabuli ἀπερίττῳ. Verùm hoc etiam addo, ſuſpicari me, prouerbialem fuiſſe loquendi formam, ex Homero ſumptam. Apud eum enim (vt doceo in meo Græcæ linguæ theſauro) reges & imperatores in publicum produturi, & apud populum concionaturi, ſceptra geſtabant. Quinetiam de Vlyſſe quiddam illi peculiare ab eo refertur, quod ad ſceptri geſtationem attinet: ei videlicet inter cõcionandum morem fuiſſe, immotum ſceptrum tenere. Iliad. γ,

Σκῆπτρον δ' οὔτ' ὀπίσω οὔτε προπρηνὲς ἐνώμα,
Ἀλλ' ἀστεμφὲς ἔχεσκεν.

Aptè autem θεμιστεύειν quoque de eo qui ſceptrum tenet dicitur, quum apud eundem poetam σκῆπτρον & θέμιστας copulari videamus, Il. β,

— εἷς κοίρανος ἔστω,
Εἷς βασιλεύς, ᾧ ἔδωκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω
Σκῆπτρόν τ' ἠδὲ θέμιστας, ἵνα σφίσι βασιλεύῃ.

Sed multo etiam magis cum illo Photii cõuenit loco iſte Homeri, Odyſſeæ λ, de Minoe, quem & σκῆπτρον ἔχοντα & θεμιστεύοντα inducit,

Χρύσεον

Χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα, θεμιστεύοντα νέκυσσιν,

Ἥμενον. Scimus porro τὸ ἀπέριττον καὶ συντετμημένον decere τὸν θεμιστεύοντα: quum ſint breuitatis, qua ſuperiores in ſuo cum inferioribus ſermone vti ſolent. vnde illud prouerbiale apud Demetrium Phalereum (vel potius eum cui falsò Demetrii nomen tribuitur) πᾶς δοῦλος δεσπότῃ μονοσύλλαβος.

Hoc tantùm huic capiti adiungam, mirari me quomodo in animum induxerit Dionyſius ſynopſin illam ſcribere, & ſuos viginti libros ita contrahere vt in quinque redigeret: præſertim quum κεφαλαιώδεις ἐπιτομὰς ei diſplicuiſſe, ex eius proœmio cognoſcamus, & libro v, ſuam de recta hiſtoriæ ſcriptione ſententiam proferens, ipſa rerum κεφάλαια narrare, ſatis eſſe neget. Quamobrem viderit Photius: ego certè illum in exemplar incidiſſe reor, quod σύνοψιν quidem (id eſt epitomen) illorum viginti librorũ Dionyſii haberet, ſed falsò eam Dionyſio adſcriberet.

Historicorvm Dionyſii & Titi Liuii librorum comparatio.

Capvt VI.

Dionysivm Halicarnaſſeum & T. Livivm Patauinum, vel potius eorũ ſcripta, inter ſe comparare, eſt certè duo maxima hiſtoriæ lumina & ornaméta, duos præſtantiſſimos artis hiſtoricæ artifices inter ſe committere. Nam vterque hiſtoriam Romanam ita tractauit vt non ſolùm quæ iam per ſe illuſtris erat, multo illuſtriorem reddiderit, ſed eadem opera nomen ſuum valde illuſtrarit, ac modo non immortalitati (ſiquid humanum immortale eſſe poteſt) conſecrarit.

Ac primùm quidem, quin vterque ſumma doctrina inſtructus ad hanc ſcriptionem venerit, minimè dubium eſt. nam vt Dionyſius ex aliis quoque ſcriptis, quorum extãt etiam nonnulla, multum iam celebritatis erat conſequutus (neque enim dubito quin ante hiſtoriam illa ediderit) ita Liuius, ſi non apud nos (temporum iniuria) apud ſuos certè ex alio ſcriptorum genere magnam erat iam laudem adeptus. Ac multo etiam magis controuerſia caret, vtrunque aliarum hiſtoriarum, præſertimque eius quam Dionyſius τὴν κοινὴν appellat, ſummam cognitionem ad hanc ſcriptionem attuliſſe.

Verùm quantum πρoτέρημα ſiue πλεονέκτημα Liuio ad ſcribendam Romanam hiſtoriam patria ſua dedit, tantum Dionyſio ὑστέρημα, ſiue μειονέκτημα, aut etiam ἐλάττωμα, attuliſſe ſua videri poteſt. Nam Liuius, quòd Patauium patriam haberet, quum ab ipſa iam natura ſermonis Latini peritiam nactus eſſet, huius naturalis peritiæ beneficio, iam à teneris propemodum vnguiculis ad legendas quaſuis de Romanis ſcriptas hiſtorias paratus fuit. At Dionyſius, quòd Halicarnaſſenſis foret, idcóque Græcus ſermo, non Latinus, vernaculus ei eſſet, longo tempore & magno labore opus habuit ad acquirendam illam peritiam quæ Liuio, patriæ ſuæ beneficio, αὐτοφυὴς fuit. Vnde factum eſt vt quum iam paratus ad Romanarum hiſtoriarum lectionem eſſet Liuius, Dionyſius omnino eſſet imparatus. Adde quòd, quàm hæc ſic acquiſita Latinæ linguæ cognitio cum naturali comparanda non eſt, tam Dionyſius cum Tito Liuio hac in parte comparari non poteſt. Idcóque Dionyſio ſcripta omnia ad Romanæ hiſtoriæ cognitionẽ pertinentia contigit legere fortaſſe non minùs quàm Tito Liuio, ſed omnes eorum locos tam exactè fortaſſis haud contigit intelligere. In eo etiam peior fuiſſe Dionyſii conditio videri poteſt, quòd res pleraſque Romanas, Græcæ genti inuſitatas & planè nouas, Græcis tamen literis mandanti, vocabula interdum defuerunt, & vel fingendæ voces vel multis quædam verbis circumloquenda fuerunt, quæ ſingulis ſingula exprimi à Liuio potuere. Qua in re hoc quoque incommodi eſt, quòd ex iis quæ aliqua gens habet ſibi peculiaria, eiuſmodi ſunt nõnulla vt aliis quàm indigenis nominata vocabulis non facilè agnoſcantur. Eſto, dicet aliquis: ſed, vt peiorem ea in re non immeritò quis dixerit Dionyſii conditionem fuiſſe, ita iure meliorem in eo queat dicere, quòd aliis omnibus in locis vbi de rebus huiuſmodi agendum non fuit, ex diuite ſermonis Græci non paupere Latini penu verba deprompſit. Verùm hæc obiicienti ita occurrere poterit quiſpiam, vt primùm quidem ſe Latini ſermonis agnoſcere paupertatẽ neget niſi quoties cum Græco confertur (ſicut nemo eorum qui ætate Crœſi vixerunt, etiamſi ditiſſimus foret, cum Crœſo cõparatus, pauper nõ comperiebatur) deinde ſuum illud ἔλλειμμα, ſiue ἐλάττωμα, (qualecunque eſt) eo compenſare quòd quantum à Græco ſermone opulentia vincitur, tãtum grauitate ſuperare illum dicat. Quis autem illi ſermoni quo res ad maieſtatem populi Romani pertinentes commemorantur, tantam quanta eſſe maxima poteſt grauitatem valde conuenire negauerit? His accedit quòd in illo Titi Liuii ſermone non illa tantùm naturalis & omnibus ſcriptoribus inter ſe communis grauitas, ſed quædam etiam illi peculiaris, longè maior, auditur: primùm quidem ex verbis ſolutæ orationis ea quæ magis non ſolùm propria ſed ſonora quoq;

ſunt

ſunt,deligentis:deinde verò ex poeticis aptiſſima quæque (præſertimq; illa quæ minùs poetica ſunt.i.minus audaciæ poeticæ habent)intermiſcentis:ita propè fit poeſis ſoluta. Quinetiā nonnulla ſunt apud eundem quæ extraordinariam quandam (vt ita loquar) grauitatem dignitatémque orationi eius conciliant, quæ ſua Dionyſius lingua repræſentare nec conatus eſt, nec, ſi conatus eſſet,potuiſſet. De illis enim quæ antiquo ſermone Latino alicubi efferuntur,loquor. Iam verò,ſi quærimus vter maiori breuitate vtatur(quā ſcimus quoſdam non immeritò in hiſtoricis valde amaſſe)quis in Liuio multo quàm in Dionyſio maiorē fateri nō cogatur? Imò de hac virtute hiſtorica (neque enim dubitem ita vocare) auſit fortaſſe aliquis hoc affirmare, tam eſſe raram apud Dionyſium, quàm apud Liuium frequenter occurrit: non tanta quidem certè quanta eſt Saluſtiana,ſed magna tamen & ipſa laude digna,& lectori valde grata.

Verùm hunc ſermonem (quatenus ſtyli in duabus tam diuerſis linguis comparari inter ſe poſſunt) ita claudendum cenſeo,vt rerum Romanarum hiſtoriam, ad eloquutionem quod attinet,à nullo melius quàm à Dionyſio Græcis literis, viciſsimque haud ab vllo melius quàm à Liuio Latinis mandari potuiſſe dicamus.

AD RES autem ipſas quas ambo eloquuntur, vt veniamus, id eſt, ad τὰ τῆς διανοίας (vt hac voce vtuntur qui orationem in τὰ τῆς λέξεως & τὰ τῆς διανοίας diuidunt) primùm animaduertere oportet, moneri nos ab ipſo Dionyſio, ſe conſultò quædam, tanquam Græcè ſcriptæ hiſtoriæ minimè cōuenientia,(vel Græcè ſcriptis hiſtoriis,vt plurali numero cum illo vtar) ſilentio præterire. Poſtquam enim de Numa dixit, eum operam potiſſimùm dediſſe vt pietatis & iuſtitiæ ſtudium animis ſuorum iniiceret, *Per quas autem leges*(inquit) *& per quæ inſtituta* (ſi πολιτεύματα ita interpretari oportet) *fecerit vt horum vtrunque magnum incrementum caperet, omnia quidem ſcribenda non cenſeo, tum quòd timeam ne longior de his futurus ſit ſermo,tum verò quòd ne eſſe quidem neceſſariam videam Græcis hiſtoriis horum narrationem.* Nam mihi dubium minimè eſt quin Græcis hiſtoriis hîc dicens,intelligat Græcè ſcriptis de Romanorum rebus hiſtoriis. At non item Liuius, ſiquid prætermittat,hac vti excuſatione poteſt. à quo tamen prætermitti quædam eorum quæ à Dionyſio narrantur videmus: & quidem nonnulla etiam quæ digna commemoratione dici poſſunt.Talia ſunt enim illa de Sicinio,libro x, quæ & Glareanus ab illo taceri miratur. Nam in quendam libri huius locum vbi refertur huius Sicinii ſiue Siccii de lege agraria oratio, quam ad plebem habuit, mirum eſſe ait ſilentium apud Liuium de hoc Sicinio,quem poſtea,de decemuiris loquens,Siccium vocat. Viciſſim autem legi apud Liuium nō inficior quę apud Dionyſiū nō legantur:ſed ad illud quod attinet Mucii Scæuolæ facinus,à Liuio quidem ſed nō item à Dionyſio relatum,ſunt qui de eius prætermiſſione Dionyſium defendant. inter quos eſt Gelenius. Poſtquam enim dixit, Dionyſium ea quæ vrbem conditam ſequuntur,ex antiquiſſimis probatiſſimiſque Romanorum ſcriptoribus hauſiſſe, Fabio Pictore atque Cincio,Catonéque & Valerio Antiate,ac cæteris quos etiam Liuium ſequi non piguit: & addidit, non tamen ita eos ſequutum eſſe quin delectum haberet, acerrimóque ſuo illo iudicio vteretur: paucis interiectis,ſubiungit, Dionyſium, ſiquid illi prodant quod aut hyperbolen ſapiat,aut alioqui parum quadret Romanis moribus,id præterire.quale eſt (inquit) ferinum illud quod Liuius ſcribit de Scæuola manum torrēte in foculo:quem Dionyſius Mucium Cordum nominat: longéque veriſimilius atque etiam decentius narrat hominis facinus. nam Scæuolæ cognomen aliis de cauſis in Muciam gentem recipi potuit: (nec enim ſolo igni clades infertur artubus)& videtur,alicuius ſtudio,cognomini gentilitio affica honeſta fabula.

Dionyſii diligentia tanta eſt in conferendis inter ſe diuerſis hiſtoricorum narrationibus, & in iudicando, poſt accuratum examen,quæ præponderent,vt vix in Liuio reperire tātam poſſimus. Suis numeris abſolutam non cenſet hiſtoriam Dionyſius in qua prælia tantummodo & vrbium expugnationes memorantur: ideóque res politicas non minore ſtudio perſequitur: & ita quidē vt pro ea quam locus præbet occaſione, libentius politicis quàm Liuius; ſed hic viciſſim libētius quàm ille bellicis immorari videatur. Nec minùs libenter Dionyſius ſuū de iis qui malo in re quapiam conſilio vſi fuerint,ſententiā interponit: & cùm alia reprehēdit,tum verò iſtud, non ſemel, τὸ μὴ ταμιεύεσθαι τὴν τύχην,vel τὴν παροῦσαν εὐτυχίαν. id eſt, fortuna ſeu felicitate præſenti moderatè non vti. Ac ſuum iudicium aliquando quidem paucis verbis interponit,interdum verò pluribus id facit: præſertimque vbi ad philoſophicas vſque ratiocinationes & diſquiſitiones deſcendit. Cuius rei exemplum libro VIII habemus,in ſermone de Marcio: vbi etiam veterum philoſophorum teſtimonium proferre illum non pudet. ἔοικε δὲ (inquit) ἀληθὲς εἶναι τὸ ὑπὸ τῶν ἀρχαίων λεγόμενον φιλοσόφων, ὅτι μεσότητές εἰσιν, ἀλλ' οὐκ ἀκρότητες, αἱ τῶν ἠθῶν ἀρεταί. Id eſt, *Ac videtur verum eſſe quod veteres philoſophi tradiderunt, morum virtutes, non extremitates eſſe ſed mediocritates.* Perinde enim μεσότητες cogimur interpretari acſi μετριότητες diceretur.

De vtriuſ-

De vtriuſque autem digreſſionibus capite proximè ſequenti verba faciam, vbi & de Dionyſianis Photii iudicium afferam.

Ad conciones (quæ & ipſæ velut digreſſiones quædam ſunt, ſed extra ipſius hiſtoriæ terminos, id eſt, vltra id quod hiſtoriæ propoſitum eſt argumétum, non euagantes) veniendum tandem eſt: ac in iis excellere quidem vtrunque dicendum eſt, ſed fortaſſe Liuium antecellere eſt fatendum. Cur autem ita iudicem, in meis inquiſitionibus criticis declarabo. Gelenium quidem certè memini ſcribere, illum in cócionibus Liuianam vehementiam præ ſe ferre: ſed tantam eſſe tamen Dionyſii quàm Liuii in concionibus vehementiam, tam vehementia eſſe illic quàm hîc πάθη (licet non negem quod ab eodem de Dionyſio ſcribitur, eſſe mouendis illis mirum artificem) aut, ſi mauis ita me loqui, tam vehementer Dionyſii quàm Liuii orationem, & tam decenter παθαίνεσθαι, vix illi aliíve cuiquam conceſſerim.

Scio autem alicui in mentem venire poſſe, Dionyſium, vt hominem Græcum, minus ſtudioſè & curioſè quàm Liuium, qui Romanus erat (ad ius ciuitatis quod attinet) quæcunque ad illuſtrationem nominis Romani facerent perſequutum eſſe: verùm, vt paucis respondeam, cadere potius in hanc ſuſpicionem Dionyſius quàm cadere in Dionyſium hæc ſuſpicio cumperietur: vt capite octauo oſtendam: vbi etiam ſuis illum Græcis nó plus ſed potius minus quàm Romanis, in quibuſdam rebus, tribuere, apertè docebo.

De Digreſſionibus quæ apud Dionyſium, déque illis pariter quæ apud Liuium extant. Item, Quo nomine Dionyſianas Photius commendarit. Eiuſdem Photii de Dionyſio quædam emendata & explicata.

Capvt VII.

Tria ſunt in hiſtoriæ ſcriptione, circa quorum vnum oratio hiſtorici verſatur. aut enim circa ſibi propoſitam διήγησιν, aut circa concionem digreſſionémve quampiam occupata eſt. Tertiú hoc, iure πάρεργον hiſtoriæ ſiue hiſtorici eſſe dicemus: ſicut τὴν διήγησιν, meritò ἔργον appellabimus. At conciones nec omnino eſſe ἔργον, nec omnino πάρεργον, ſed quiddam μέσον, & quod inter vtrunq; illorum poſitum ſit, dicere (vt opinor) poſſumus. Vt auté núc de illa hiſtoriæ ſiue hiſtorici opera diſſerã, à qua πάρεργον nobis quoddã opus datur, & in mea Dionyſii ac Titi Liuii comparatione pergam, vtrunque alicubi liberius & longius exſpatiantem, vſque ad eas quæ digreſſiones vocantur, dico deflectere: quas & diuerticula vocarunt Latini. Græci παρεκβάσεις appellarunt: ſed & ἐπεισόδια ipſe Dionyſius in libris rhetoricis pro eodem dicere videtur. Atq; hîc & illud eſt obſeruandum, vtrunque de illis ſe excuſare. Nam Dionyſius libro VII, de quibuſdam ludis Romanis loquuturus, ex quibus Romanorum progenitores barbaros non fuiſſe, probare conatur (ſicut aliis alibi argumentis ad idem probandum vtitur) ἐπεὶ δὲ (inquit) κατὰ τοῦτο γέγονα τῆς ἱστορίας τὸ μέρος, οὐκ οἴομαι δεῖν τὰ περὶ τὴν ἑορτὴν πραττόμενα ὑπ' αὐτῶν παρελθεῖν. quibus illam quam dixi excuſationem ſubiungit, οὐχ ἵνα μοι πρὸς χαριεστέρας γένηται προσθήκας θεατρικὰς καὶ λόγους ἀνθηροτέρους ἡ διήγησις, ἀλλ' ἵνα τῷ ἀναγκαίῳ εἰς πίστιν τῶν πραγμάτων. quem locum mendoſè ſcriptum eſſe reor, & ita ſcribendum, οὐχ ἵνα μοι χαριεστέρα γένηται διὰ προσθήκας θεατρικὰς καὶ λόγους ἀνθηροτέρους ἡ διήγησις. ſic tamen vt poſſint etiam in datiuos accuſatiui mutari, voculam διὰ non inſerendo. Quamuis autem προσθῆκαι & λόγοι minimè ſint digreſſiones (vt quidam eſt interpretatus) negare tamen non poſſumus quin Liuius eadem de re loquens, id eſt, eandem excuſationem afferens, *diuerticula amœna* dixerit. Vbi animaduertédum etiam quàm bellè vocabulum *amœna* cum Græco ἀνθηροτέρους congruat. Locus Liuii eſt Decadis primæ libro IX, *Nihil minus quæſitum à principio huius operis videri poteſt, quàm vt plus iuſto ab rerum ordine declinarem, varietatibúſque diſtinguendo opera, & legentibus velut diuerticula amœna & requiem animo meo quærerem: tamen tanti regis ac ducis mentio, quibus ſæpe tacitis cogitationibus volutauit animum, eas euocat in medium: vt quærere libeat quínam euentus Romanis rebus, ſi cum Alexandro foret bellatum, futurus fuerit.* Vbi etiam obſeruandum, illa duo verba *varietatibus diſtinguere* vni Græco ποικίλλειν reſpondere, quo ipſe Dionyſius in rhetoricis libris eadem de re vtitur. Ad cuius παρεκβάσεις vt reuertar, vix lógiorem eſſe vllam puto quàm in qua de Ariſtodemo Cumarum tyranno agit: non procul à libri eiuſdem (ſeptimi videlicet) principio: vbi tamen non excuſatione itidem ſed præfatione tantùm, vel potius præfatiuncula, vtitur. Quum enim dixiſſet, eum qui tunc temporis Cumarum tyrannidem (niſi dominatum hîc interpretari licet) obtinebat, fuiſſe Ariſtodemum Ariſtocratis filium, qui Ariſtodemus Malacus à ciuibus vocabatur: paucis de cauſa cur ita vocaretur interiectis, addit, ἀφορμαῖς δὲ τῆς τυραννίδος ὁποίαις ἐχρήσατο, καὶ τίνας ἦλθεν ἐπ' αὐτὴν ὁδούς, καὶ πῶς διῴκησε τὰ κατὰ τὴν ἀρχήν, καταστροφῆς τε ὁποίας ἔτυχεν, οὐκ ἄχαρι εἶναι δοκῶ, μικρὸν ἐπιστήσας τὴν Ῥωμαϊκὴν διήγησιν, κεφαλαιωδῶς διεξελθεῖν.

ἐῶν. Id eſt, *Qui quanam ad tyrannidem occupandam adminicula habuerit, & quibus ad eam vim graſſatus ſit, ac quomodo res ſui imperij adminiſtrauerit, quis denique vitæ exitus illi fuerit, non intempeſtiuum exiſtimo, ſiſtendo pauliſper rerum Romanarum narrationem, breuiter & ſummatim deſcribere.* Quum autem hac digreſſione iam vſus in huius libri v i i principio eſſet, ad aliam, circa eius finem, veniens, non niſi petita quodammodo venia id faciendum putauit.

Photii porro de digreſſionibus Dionyſii iudicium, quod me adiecturum promiſi, eiuſmodi eſt vt commendationem haud exiguam habeat, ſed aliorum digreſſionibus quidē certè communem. Scribit enim illum digreſſione non infrequenter vti, qua facit vt auditor hiſtoricis narrationibus ſatiatus, pauliſper requieſcat, & recreetur. Eius verba ſunt, κέχρηται δὲ καὶ παρεκβάσεσιν ἐν ὀλίγῳ, τὸν ἀκροατὴν ἀπὸ τοῦ περὶ τὴν ἱστορίαν κόρου διαλαμβάνων ταύτῃ καὶ ἀναπαύων καὶ ἀνακτώμενος. Vbi tamen potius ἀναλαμβάνων quàm διαλαμβάνων ſcripſiſſe illū crediderim: quum ἀναλαμβάνειν aptam cum ἀνακτᾶσθαι ſedem habeat, pro Recreare, Refocillare, Refouere: quæ ideo loco huic conueniunt quòd de ſatiato non ſecus quàm de languente loquatur: ſicut ſtomachus cibo ſatiatus velut languet, quum cibi onus ſatietatem ſoleat comitari. Vnde & Marcere ſeu marceſcere cibi onere ſtomachus dicitur à Suetonio: quod aliud non eſt quàm langueſcere. *marceſcente* (inquit) *adhuc ſtomacho pridiani cibi onere.* Illum porro quem dixi vſum habere vocem ἀναλαμβάνειν, non διαλαμβάνειν, conſtat: & illum qui conualeſcens vires paulatim reparat, ἀναλαμβάνειν ἑαυτὸν ſæpe dici. Verùm & ordinem illorum verborum talem eſſe mallem, ἀναλαμβάνων ταύτῃ καὶ ἀνακτώμενος καὶ ἀναπαύων: vt videlicet duo quidem priora participia ab illis verbis ἀπὸ τοῦ κόρου pendeant, at non item ἀναπαύων. Poſſumus autem & verbum Reficere huic loco accommodare: ſicut eo vſus eſt Fabius, quum talem ſimilitudinē proponens qualē hîc Photius, dixit, *ſicut in cibis, quorum diuerſitate reficitur ſtomachus, & pluribus minore faſtidio alitur.* Neque enim dubitarim hîc *reficitur* interpretari, ex Photii verbis, ἀπὸ τοῦ κόρου ἀναλαμβάνεται. Cæterùm τὴν κατὰ μέρος διήγησιν ſiue τὴν κατὰ μέρος ἀφήγησιν & τὴν παρέκβασιν proponit, tanquam duo ex quibus præcipue totū eius opus cōſtet: quippe qui illis quæ attuli verbis hæc ſubiungat, εἰπὼν δὲ συντόμως, ὅτι καὶ τὸ κομψὸν τοῦ λόγου τῇ τε κατὰ μέρος ἀφηγήσει καὶ τῇ παρεκβάσει κεκραμένον, τὴν ἐπὶ τὸ τραχύτερον ῥέπουσαν θεραπεύει συνέπειαν. Et paulo ante, quum ſcripſiſſet, illum καινοπρεπῆ eſſe τὴν φράσιν καὶ τὴν λέξιν, καὶ εἰς τὸ ἀναπεχωρηκὸς τῶν πολλῶν τὸν λόγον ἐκβιαζόμενον, adiicit, ἡ δὲ κατὰ μέρος διήγησις μετέχει τι τῆς κατὰ διάνοιαν ἀφελείας ποιεῖ, καὶ οὐδ᾿ εἰς τὸ ἄχαρι καὶ σκληρὸν ἐκπεσεῖν παρῃτήσατο. At Dionyſius, ea quæ ſunt τῆς παρεκβάσεως à cæteris diſtinguens, διήγησιν dicere ſine adiectione illa ſolet: vt in eo capite videbis in quo de hiſtoricis quibuſdam formulis apud illum obſeruandis diſſero. Dixi autem, illa duo, τὴν κατὰ μέρος διήγησιν & τὴν παρέκβασιν à Photio proponi tanquam duo ex quibus præcipuè totum Dionyſii opus conſtet, non auſus dicere ἁπλῶς, ex quibus totum id conſtet: quoniam in iis quæ proximè præcedunt, à me modò allata, in quibus illum καινοπρεπῆ eſſe tradit, ad neutrum illorum duorum ſed ad tertium quiddam reſpicere videtur. Quónam verò reſpicere eum dicemus? an ad conciones? vt totum opus trifariam diuidat, in conciones, in διήγησιν (quam τὴν κατὰ μέρος διήγησιν vel ἀφήγησιν vocare dixi, id eſt, ſingularum rerum narrationem) & in παρεκβάσεις. Quod ſi ita eſt, non abſimile vero fuerit, omiſiſſe librarium hæc verba, ἐν ταῖς δημηγορίαις, quum Photius ſcripſiſſet, ἔστι δὲ ἐν ταῖς δημηγορίαις τὴν φράσιν καὶ τὴν λέξιν καινοπρεπής, καὶ εἰς τὸ ἀναπ. τῶν π. τὸν λόγον ἐκβιαζόμενος. tunc certè aptiſſime ſequetur, ἡ δὲ κατὰ μέρος διήγησις μετέχει τι τῆς κατὰ διάνοιαν ἀφελείας ποιεῖ. Aptiſſimè (inquam) ſequetur iſta, ad oſtendendum quo differat ſtylus τῆς διηγήσεως & τῶν παρεκβάσεων à ſtylo τῶν δημηγοριῶν. nam has τὸ καινοπρεπὲς habere dicet, ſicut τὴν διήγησιν & τὰς παρεκβάσεις habere τὸ κομψὸν poſtea tradit, in illis quæ propoſui verbis, εἰπὼν δὲ συντόμως, &c. Suum autem ſtylum, id eſt ſibi peculiarem, habere τὰς δημηγορίας, ideo minus mirum fuerit, quòd & Thucydideas ſibi peculiarià quædam habere videamus. Verùm quid συνέπειαν eo in loco eſſe dicemus? vbi nimirum ſcribit, τὴν ἐπὶ τὸ τραχύτερον ῥέπουσαν θεραπεύει συνέπειαν. Vocari συνέπειαν exiſtimo, noua quadam fortaſſe ſignificatione, orationem vna eadémque forma continuatam, non autem illam quam dicit τῆς τε κατὰ μέρος ἀφηγήσεως & τῆς παρεκβάσεως κρᾶσιν habentem: & perinde eſſe acſi diceret, κρᾶσιν hanc mederi malo illi quod alioqui ἡ συνέπεια allatura eſſet: τῇ τραχύτητι videlicet. Sed quidni & hîc eandem quam in ſuperioribus vocē deeſſe ſuſpicabimur? cōuenientiſſimè enim (meo quidem iudicio) hîc legeretur, τῇ τε κατὰ μέρος ἀφηγήσει καὶ τῇ παρεκβάσει καὶ ταῖς δημηγορίαις κεκραμένον. Quid ſi verò maior etiam aliquis ſub toto hoc loco deliteſcat error? viderit ex lectoribus quiſpiam, me ſagacior (ſi quid tamen ſagacitatis mihi poſſum tribuere) ſimúlque ſciat, eundem Photium, ſicut ibi ſcribit, τὴν ἐπὶ τὸ τραχύτερον ῥέπουσαν θεραπεύει συνέπειαν, ita etiam, de illa ſynopſi ſeu epitome loquentem, cuius mentio tacta prius fuit, dicere, Dionyſium in ea τραχύτερόν πως ἐν τοῖς ἀκροαταῖς. Totus locus eſt hic, ἀλλ᾿ εἴποι ἄν τις ὡς οὐ ἀπὸ σκοποῦ θεμένων (quod genus loquendi antea expoſui) καὶ

τὸν ἀπέριττον καὶ συντετμημένον, καὶ ἔτι τῇ τε συνθήκῃ καὶ τῇ λέξει ἠχώ τινα πέμποντα, τραχύτερός πως ἔσται τοῖς ἀκροαταῖς προσφερόμενος. Niſi fortè ſcribendum potiùs eſt τραχύτερον, quod ſit aduerbium: vt dicat illum προσφέρεσθαι τραχύτερον τοῖς ἀκροαταῖς. Verùm ecce (quaſi me nunquam ex hoc extricare loco oporteat) & aliud eſt quod mihi mendam ſubolet: nam cum ἠχώ τινα adiectiuum aliquod deeſſe crediderim. Talem porro qualem deſcripſit λόγον in ſynopſi ſiue epitome excuſari poſſe oſtendit. dicit enim illi non incongruentem eſſe, at τῷ τελείῳ καὶ ὁλοκλήρῳ τῆς ἱστορίας (id eſt, integræ & perfectæ hiſtoriæ) nequaquam conuenire. Eius verba ſunt, πλὴν συνόψει μὲν ὁ λόγος οὐκ ἀνάρμοστος, τῷ δὲ τελείῳ καὶ ὁλοκλήρῳ τῆς ἱστορίας, οὔ τι προσφορος. Diu (vt vides lector) aduerſus illa librarii apud Photium menda pugnandum fuit: ſed non nimiùm tamen diu, ſi ea tandem expugnata videri poſſunt.

De Locis in quibus ſuum Dionyſius iudicium de conſilio quod captum fuerit, & de illo quod capi potiùs debuerit, interponit: atque vtiliorem hac in re eius hiſtoriæ quàm Liuianæ lectionem poſſe videri.

Capvt VIII.

In Comparatione Dionyſii & T. Liuii, eam Dionyſii de qua nunc verba faciam laudem attigi. Neque verò attigi tantùm, ſed etiam exemplum eius attuli. Dionyſium enim iudicium ſuum aliquando quidem paucis verbis interponere, interdum verò pluribus id facere dixi: præſertímque vbi ad philoſophicas vſque ratiocinationes & diſquiſitiones deſcendit: atq; huius rei exemplum è libro VIII propoſui, in longa illa de Marcio narratione: vbi etiam philoſophorum teſtimonium, & quidem ipſamet illorum verba, proferre non puduit. Illo Dionyſii loco contentus ibi quidem fui, ne modum inſtitutus à me in illo capite ſermo excederet: ſed nunc, nequā Dionyſio iniuriam faciat mea de hoc breuitas, in quo Liuium, ſicut & alios quoſdam tum Græcos tum Latinos hiſtoricos, longè à tergo relinquere videtur: tractationem illam imperfectam hic ſupplere, ſiue, vt Græcè cum Dionyſio loquar, τὸ ἐλλιπὲς αὐτῆς ἐκπληροῦν, viſum eſt.

Pauca tamen exempla illi adiiciam (cætera lectori obſeruanda relinquens) & initiū ſumam ab his, quæ leguntur libro IX, ὁ μὲν οὖν Κοΐντιος τά τε ἄλλα ἐπιεικὴς ὢν ἀνὴρ, καὶ δῆμον οἰκειώσασθαι λόγῳ πιθανώτατος, &c. id eſt, *Ac Quintius quidem, vir moderatus, & ad demerendum verbis fauorem populi aptiſſimus, primus petita dicendi poteſtate, præſenti rerum ſtatui conuenientem & gratam omnibus concionem habuit: adeo vt qui legi patrocinabantur, omnino conſilij inopes eſſent, quum nihil vel iuſtius vel quod plus moderationis haberet, poſſent proponere: & ſanè, ſi eius collega nihil vltra circa hanc rem moliri voluiſſet, populus apud ſe reputans, præter ius & fas eſſe quod petebat, legem illam abrogaſſet: at contrà, quum ille ſuperbam & pauperibus auditu grauem orationem habuiſſet, acrem populus & implacabilem iram concepit, & magis pertinaciter contendere quàm antea cœpit.* Quinetiam addit quæ potiſſimùm tātam iram illi accenderint. *Non enim* (inquit) *tanquam ingenuos & ciues alloquens, qui pro arbitratu legem ſancire vel abrogare valerent, ſed velut inter illos qui honorum minimè capaces forēt, aut peregrinos, aut qui libertatē non ſatis certam haberent, poteſtatem vſurpans*, &c. Obſerua autem, illum hîc, quemadmodum & in aliis huiuſmodi locis, particulis νῦν δὲ vti ἐν ἀποδόσει, vt quidam loquuti ſunt: qui talem ſermonem in quo per particulam εἰ ponitur quod fieri debuit, & illi redditur νῦν δὲ, opponendo ei quod fieri debuit, id quod factum contra fuit, appellant λόγον κατὰ θέσιν καὶ ἀπόθεσιν. ideo certè νῦν δὲ in talibus locis reddo ac reddendum cenſeo *at contra*, vel *ſed contra*. Verùm quum ſuſpenſa ante νῦν δὲ oratio maneat, perperam ante νῦν ſtigme τελεία, perinde acſi præcedentia ſententiam omnino clauderent, ponitur. ita certè hîc, quum præcedat, καὶ εἰ μηδὲν ἔτι πολυπραγμονεῖν ὁ συνύπατος αὐτοῦ προείλετο, συγγνοὺς ἂν ὁ δῆμος ὡς οὔτε δίκαια οὔτε ὅσια ἀξιῶν, ἔλυσε τὸν νόμον, illa ſtigme poſt νόμον malè poſita eſt, quum ſuſpendat particula εἰ ſententiā, & illi reſpōdeat νῦν δέ. ſequitur enim, νῦν δὲ ὑπ' ἐκείνου λόγον διαλεχθέντος ὑπερήφανον καὶ βαρὺν ἀκοῦσαι, &c. Eodémque modo pagina quæ hanc ſequitur peccatum fuit, circa finem orationis Appii. nam quum hæc præcedant, εἰ μὲν οὖν ὅδε ἡ ἀρχὴ μεθ' ὁμονοίας εἰσῆλθεν εἰς τὴν πόλιν ἐπὶ τοῖς πάντων ἀγαθοῖς παρῆν σὺν οἰωνοῖς τε καὶ ὅρκοις, πολλῶν ἂν ἡμῖν ἐγένετο καὶ μεγάλων ἀγαθῶν αἰτία, χαρίτων, ὁμοφροσύνης, εὐνομίας, ἐλπίδων χρηστῶν παρὰ τοῦ δαιμονίου, μυρίων ἄλλων, & ſequantur hæc quæ velut ἀνταπόδοσις ſunt, νῦν δὲ ἐπεὶ βίᾳ αὐτὴν εἰσήγαγε καὶ παρανομίᾳ, &c. perperam ita interpungitur poſt ἄλλων vt ſi ibi ſuam ſententia clauſulam haberet.

Verùm, vt ad alium veniam locum in quo ſuum eo quo dixi modo iudicium Dionyſius interponit (hic enim poſterior in illo numero ponendus non eſt) legimus eodem libro, paucis antè

ante illos quos iam attuli locos paginis, εἰ μὲν οὖν μηδὲν ἔτι πολυπραγμονοῦντες οἱ ὕπατοι διετέλεσαν, ἀλλὰ ἀφῆκαν ὡς ὁ δαίμων ἐκοίμισε τὴν στάσιν, οὐδεὶς ἂν αὐτοὺς ἔτι κατέλαβε κίνδυνος· νῦν δὲ εἰς αὐθάδειαν καὶ καταφρόνησιν τοῦ δήμου τραπόμενοι, καὶ τὸ τῆς ἀρχῆς κράτος ὅσον ἐστὶν ἐπιδεῖξαι βουλόμενοι, κακὰ ἐξειργάσαντο μεγάλα. προθέντες γὰρ στρατολ. id eſt, *Quamobrem ſi conſules nihil præterea moliti fuiſſent, ſed illa ſeditionem miſſam feciſſent, vt ſopita diuinitus fuerat, in nullũ amplius adducti periculum fuiſſent: ſed contrà, conuerſis ad ſuperbiam & plebis contemptum illorum animis, quum vellent quanta eſſet ſui magiſtratus poteſtas oſtendere, magnorum autores malorum fuerunt.* Ac paucis interiectis dicit illos feciſſe εἰς ἀπόνοιαν τρέψαι τοῦ δημοτικοῦ τὸ πλέον. quam ἀπόνοιαν valde timendam eſſe, & caueri ſemper debere ne hoſtibus, aut alioqui aduerſariis noſtris, occaſionem præbeamus τοῦ τρέπεσθαι εἰς ἀπόνοιαν, alibi etiam docet. vt in his, quæ leguntur libro x, καὶ δεδιότες μὴ ἀπὸ ταύτης τῆς προφάσεως εἰς ἀπόνοιαν ἀναγκασθῶσιν οἱ πατρίκιοι τραπέσθαι. & in his libri v i, κίνδυνον γὰρ ἂν εἶναι μὴ πρὸς ἀπόνοιαν τράπωνται συνελθόντες εἰς ταυτὸν ἄνθρωποι τῶν καθ' ἡμέραν ἐνδεεῖς, ἀναγκαζόμενοι στρατεύεσθαι τέλεσιν οἰκείοις. Dicit autem & εἰς ἀπόνοιαν προελθεῖν. vt libro x, τῶν γὰρ νέων τοὺς πλεῖστον δυναμένους εἰς ἀπόνοιαν φανερὰν προεληλυθότας. Verùm in illo libri i x loco, qui vnus ex iis eſt in quibus ſuum Dionyſius iudicium interponit, videtur de induſtria ſubiunxiſſe τρέπεσθαι εἰς ἀπόνοιαν, quum præceſſiſſet εἰς αὐθάδειαν τραπόμενοι: (quum alioqui pro his verbis, εἰς ἀπόνοιαν ἐποίησαν τραπέσθαι, potuiſſet his Thucydideis contentus eſſe, εἰς ἀπόνοιαν κατέστησαν) perinde ac ſi diceret, ὥσπερ γὰρ αὐτοὶ εἰς αὐθάδειαν ἐτράποντο, οὕτως ἐκεῖνοι εἰς ἀπόνοιαν. Ad quam huius loquendi generis repetitionem Latinè itidem repræſentandam, ſicut εἰς αὐθάδειαν τραπόμενοι verti *conuerſis ad ſuperbiam animis*, poſſet pariter, εἰς ἀπόνοιαν ἐποίησαν τραπέσθαι τοῦ δημοτικοῦ τὸ πλέον, reddi, *fecerunt vt viciſſim maior plebis pars ad furibundam quandam audaciam animos conuerteret.* Ita enim malo ἀπόνοιαν interpretari quàm *furorem*, cum Gelenio, aut *deſperationem*, cum aliis. Neq; enim ἀπόνοια eſt furor tãtùm, aut deſperatio, ſed talis audacia qualis hominis qui ex deſperatione, furore quodam corripitur: ſeu furenti eſt ſimilis. Ac quum non rarò legatur apud hunc ſcriptorem iſtud loquendi genus, εἰς ἀπόνοιαν vel πρὸς ἀπόνοιαν τρέπεσθαι, qui etiam, quemadmodũ dixi, diligenter vbique monet cauere ne eò deueniatur, (quod & à Thucydide fieri videmus: veluti lib. i, vbi ſcribit, καὶ μὴ εἰς ἀπόνοιαν καταστήσαντας αὐτοὺς, ἀλλητιωτέρους ἔχειν) Gelenius, quot ferè ſunt loci, tot interpretationis formas excogitat, nam hîc quidem reddit, *In furorem verti*, vt dixi: alibi aũt, *ad extrema audenda ſe vertere.* alicubi autẽ ἀπόνοιαν vertit *ferociam atque audaciam*. Nuſquã certè magis mihi eius interpretatio placet quàm vbi *deſperatã audaciam* reddit (intelligẽs nimirum qualis eſt hominũ deſperatorum) nuſquam minus quàm vbi ſimpliciter *inſolentiam*. Libet autem, hac occaſione ſe offerente, de tali interpretationum eiuſdem vocabuli aut loquendi generis varietate lectores commonefacere, vt non temere primæ aut ſecundæ acquieſcant, ſed expectent donec vlterius progreſſi, ex quatuor, quinque, aut ſex, eam ſibi deligant (ſi tantum in Græca lingua ſunt exercitati vt id poſſint) quam ipſa etiam locorum collatio magis approbare videbitur. Sed iſtud quidem obiter dictum ſit: hoc autem de vſu nominis ἀπόνοια addo, quod mirum videri poſſit, Dionyſium libro i i, hoc ipſo vti de muliere ſuam pudicitiam violari permittente: dicentem id à Romulo principium ἀπονοίας exiſtimatum eſſe.

Ad Dionyſium autem vt reuertar, obſeruandum eſt, eum hîc conſilium vtriuſque conſulis reprehẽdere, qui voluerit plus quàm oporteret πολυπραγμονεῖν: quum in altero alterum tãtummodo reprehendat, & quidem hac ipſa de re, & hoc ipſo vocabulo vtens. Sicut enim in hoc de quo nunc agitur, ſcribit, εἰ μὲν οὖν μηδὲν ἔτι πολυπραγμονοῦντες οἱ ὕπατοι διετέλεσαν: ita in altero dicit, καὶ εἰ μηδὲν ἔτι πολυπραγμονεῖν ὁ συνύπατος αὐτοῦ προείλετο. Vbi Gel. interpretatur, *Ac, ſi collega eius nihil tentaſſet amplius.* at illic μηδὲν ἔτι πολυπραγμονοῦντες vertit, *nihil ſatagentes amplius.* Ego πολυπραγμονεῖν eſſe dico potius *nimium ſatagere* quàm ſimpliciter *ſatagere*: quum τὸ πολυπραγμονεῖν reprehendi ſoleat, at non & *ſatagere.* Quare quamuis iſta, εἰ μὲν οὖν μηδὲν ἔτι πολυπραγμονοῦντες οἱ ὕπατοι διετέλεσαν, ita ſim interpretatus, *ſi cõſules nihil præterea moliti fuiſſent:* malim tamẽ ita reddere, *ſi conſules nimiũ ſatagere noluiſſent.* at in illis, καὶ εἰ μηδὲν ἔτι πολυπραγμονεῖν ὁ συνύπατος αὐτοῦ προείλετο, periphraſi vti, hoc modo, *ac ſi collega eius maluiſſet, non nimiũ ſatagẽs, nihil amplius tẽtare.* vel ita, *nõ nimiũ ſatagere ac nihil amplius tẽtare maluiſſet.* Eſt certè obſeruatione dignũ, Dionyſiũ eodẽ vtrobiq; verbo, in conſulũ reprehenſione, vti: quod nõ dubito quin cõſultò fecerit. Neq; tamẽ tantã his cõſulibus iniuriã faciat lector vt eos in numero eſſe illorũ exiſtimet quorũ πολυπραγμοσύνην Plutarchus reprehẽdit, & quidem ſcripto etiam de hac vel potius aduerſus hanc libello. Hîc enim reprehẽduntur qui res quoque nihil ad ſe pertinentes curant, & quidem in iis curioſi etiam ſunt. Sic enim & Cicero dixit Curioſum aliqua in re eſſe. Ac vbi dixit idem, In aliena republ. curioſum minimè eſſe, officium eſt peregrini, hæc verba Curioſum minimè eſſe, exiſtimo reddi poſſe μὴ πολυπραγμονεῖν, vel πολυπράγμονα μὴ εἶναι.

Quendam inter hæc exempla locum libri v i i i non prætermittam, qui legitur pag. 407 paternæ editionis, εἰ μὲν οὖν ἐπὶ τῆς τότε νίκης διέμειναν, καὶ μηδὲν ἐπεξειργάσαντο, καλὸν ἂν αὐτοῖς εἰλήφει τέλος ὁ ἀγών. (Ῥωμαῖοι γὰρ οὐκ ἂν ὑπέμειναν ἔτι προελθεῖν ἐκ τοῦ χάρ.&c.) νῦν δ' οἱ πλείονος ὀρεγόμενοι, καὶ τὴν ἐκ τῆς προτέρας νίκης δόξαν ἀπέβαλον. id eſt, *Si igitur huic victoriæ acquieuiſſent, nihilque præterea tentaſſent, honeſtum huic bello finem impoſuiſſent (nam Romani non iam auſi fuiſſent è caſtris ad præliandum progredi.&c.) at contrà, dum aliquid amplius appetunt, eam etiam gloriam quam ex priore victoria conſequuti erant amiſerunt.* At Gelen. illa, νῦν δ' οἱ πλείονος ὀρεγόμενοι, vertit, *nunc verò, plura æquo appetentes:* qui tamen illud *æquo* addere de ſuo non debuit, quũ ad aliud illud non referatur quàm ad illud ipſum quod nobis Dionyſius iam conſequutos eſſe illos narrauit, videlicet victoriam: & perinde ſit acſi diceret, *dum illa victoria non contenti, aliquid amplius appetunt.* licet interim verum ſit, illos aliquid amplius appetentes, plura æquo appetiuiſſe. Non rarò autem legimus in hiſtoriis, aliquos, dum plura iis quæ iam erant adepti concupiſcerent, etiam iam adepta amiſiſſe: & quidem apud Thucydidem (ſi bene memini) ea ipſa de re loquentem, eadem verba extant, τοῦ πλείονος ὀρέγεσθαι: dicuntúrque illi, τοῦ πλείονος ὀρεγόμενοι καὶ τὰ παρόντα προαπολέσαι. Conſtat autem imperatores in ea potiſſimùm deliberatione ſæpenumero hærere, debeántne, poſt victoriam quampiam, quæ plena non ſit & ὁλοσχερής, illa contenti eſſe, an ſuam εὐτυχίαν perſequi. quod vulgò dicimus *Pourſuyure ſa pointe.*

Cæterùm, quoniam quum dicit, εἰ ἐπὶ τῆς τότε νίκης διέμειναν, perinde eſt acſi genere loquẽdi valde ſibi frequenti vtens, diceret, εἰ ἐταμιεύσαντο τὴν τύχην, vel τὴν παροῦσαν εὐτυχίαν: hinc ad quandam in qua ita loquitur paginam, ſuúmque eodem modo iudicium interponit, tranſibo. Eſt autem ille ipſe cuius mentionem in Dionyſii & Liuii comparatione feci, locus, ex pagina editionis paternæ 420 ſumptus. εἰ μὲν οὖν ἐταμιεύσαντο τὴν παροῦσαν εὐτυχίαν, καὶ διὰ φυλακῆς εἶχον (vel potius ἔσχον, vt præcedit ἐταμιεύσαντο) τὸν χάρακα, τάς τε ἀποσκευὰς τῶν Ῥωμαίων κατέχον, καὶ αὐτοὺς αἰσχρῶς ἀπελθεῖν ἠνάγκαζον (vel potius ἠνάγκασαν, vt conueniat cum κατέχον) νῦν δὲ, πρὸς ἁρπαγὴν τῶν ἀπολειφθέντων τραπόμενοι, καὶ ἀναψ. &c. Non dubiũ eſt porro quin ταμιεύεσθαι τὴν εὐτυχίαν ſit quod Latini dicunt *Proſpera fortuna* (vel *felicitate*) *moderatè vti:* idémque ſonet ταμιεύεσθαι τὴν τύχην, voce τύχη εὐτυχίαν hîc ſignificante. Quibus autem verbis idem à Suetonio Tranquillo exprimatur, alibi doceo. Sed fatendum eſt tamen non habere Latinos vllum loquendi genus quod huic Græco ita reſpondeat, vt parem habere gratiam videri poſſit: quum ταμιεύεσθαι τὴν εὐτυχίαν dicatur qui, tanquam bonus fauoris fortunæ diſpenſator, aliquam eius partem in aliud tempus reſeruat.

Enimuero hoc quoque memineris oportet vbi talis vocularum νῦν δὲ vſus occurret, poſt δὲ interpungere: quum hæ cum proximè ſequentibus verbis minimè iungantur. Exempli gratia, in eo qui nouiſſimè allatus fuit, vbi ſcribitur, νῦν δὲ πρὸς ἁρπαγὴν τῶν ἀπολειφθέντων τραπόμενοι, καὶ ἀναψύχοντες (fortaſſe ἀναψύχοντες ἑαυτούς) οἱ πλείους, καλὴν ἄγραν ἐκ τῶν χειρῶν ἀφῃρέθησαν, in hoc inquam loco hæ voculæ νῦν δὲ feruntur ad verbum ἀφῃρέθησαν, non ad participia τραπόμενοι & ἀναψύχοντες. Sic in eo qui hunc proximè præcedit, νῦν δὲ τοῦ πλείονος ὀρεγόμενοι, καὶ τὴν ἐκ τῆς προτέρας νίκης δόξαν ἀπέβαλον. Neque enim illa ῥημάτια ad ὀρεγόμενοι tendunt, ſed ad ἀπέβαλον: perinde acſi ſcriptum foret, νῦν δὲ, διὰ τὸ τοῦ πλείονος ὀρέγεσθαι, καὶ τὴν ἐκ τῆς προτ. ν. δόξαν ἀπέβαλον.

Tuum nunc erit, lector, poſtquam à me es admonitus, alios ſimiles Dionyſii locos, & in quibus idem præſtat, conſiderare: ac videre virum mihi Dionyſium hac in re Liuio præferenti aſſentiri debeas. Polybium quidem certè laudem hanc præ quouis alio mereri haud negauerim: cuius verba, iudicium ſuum interponentis, & malum conſilium quod etiam malus euentus ſequutus fuerit, reprehendentis, plerunque talia ſunt, vt de re quam longa eum experiẽtia docuerit, cum quadam grauitate loquentem audire tibi videaris. Plerunque autem & ipſe particula εἰ in priori parte, & illis νῦν δὲ in poſteriori, ita vtitur.

DIONYSIVM, licet hominem Græcum, non modò non minus honorificè de populo Romano quàm Liuium, ſed etiam honorificentius paſſim loqui. Dionyſium in procemio, priſcorum Romanorum laudationi querelam de poſteris eorum degenerantibus, ſicut Liuium, non ſubiunxiſſe, ſed in quoſdam ipſius hiſtoriæ locos reſeruaſſe. De tribus quæ alii quoque in populo Romano magna laude digna cenſuerunt. De laudibus quæ & peculiariter Romanis quibuſdam datæ in hiſtoria Romana fuerunt. De illis qui omnem laudationem pariter & reprehenſionem ab hiſtorica ſcriptione alienam eſſe putauerunt. CAPVT IX.

QVI totam DIONYSII hiſtoriam attentè euoluerit, id eſt, quantum ex ea ad nos peruenit (quum viginti eam libris perſequutus ſit, vt antea docui) eum magis etiam quàm Liuium de Romanis vbique honorificè loqui fatebitur: miniméque nationis Romanæ contemptorem, vt Græcæ Liuium, fuiſſe. Hunc enim ille cōtemptum cùm alibi prodit, tum verò vbi Græcos gentem lingua magis ſtrenuam quàm factis appellat. Ac Ciceronem quoque pleriſque locis necnon alios ex Romanis quoſdam, contemptui eam habere videmus: vel ex eo ipſo quòd Græculos pro Græcis appellant. Sed Dionyſius tamen, haud par pari referens, (neque enim dubium eſt quin & ipſe in aliquos ſcriptorum Latinorum locos in quibus ita Græci deſpicerētur, incidiſſet) de gente Romana honorificè, vti dixi, vel potius honorificentiſſimè loquitur.

Atque vt ab iis ordiar quæ in vtriuſque præfatione legimus, Romam Dionyſius vocat πόλιν ἡγεμόνα γῆς καὶ θαλάσσης, id eſt, terræ mariſque principem (ita enim & ipſe malo quàm dominam interpretari) quinetiam ἡγεμονικὴν πόλιν appellat libro IIII, addens, καὶ παντὸς ἄρχειν ἀξιοῦσαν τόπου. quæ Gel. interpretatur, Populum rerum dominum, & vſurpantem ſibi orbis imperium. Sed ἡγεμονικὴν aliquis nō immeritò fortaſſe aliud quàm ἡγεμόνα eſſe dixerit, & poſſe exponi, Quæ hoc à natura habet vt principatum obtineat. vel, Cui natura quædam ad principatum obtinendum aptitudo inſita eſt: vel breuius, Natum principatui. De quibus interpretationibus dicetur in iis quæ illum in locum annotabuntur. Quod verò ad illa quæ adiunguntur attinet, καὶ παντὸς ἄρχειν ἀξιοῦσαν τόπου, malim, Ac ſe dignam loci omnis imperio cenſentem. Cæterùm Liuius, eodem hanc vrbem ſiue hunc populum honore afficiens quo Dionyſius (vocās ἡγεμόνα γῆς τε καὶ θαλάσσης) terrarum principem appellat. *Vtcunque erit* (inquit) *iuuabit tamen rerum geſtarum memoriæ principis terrarum populi & meipſum conſuluiſſe.* Niſi fortè terrarum appellatione θάλασσαν aliquis comprehendi neget: quod tamen contrà ſibi perſuadebit qui terrarum appellatione totum orbem interdum ſignificari conſiderabit: (& quidem ſiue quis orbem terrarum, ſiue orbem ſine huius genitiui adiectione dicat) & Liuium alibi, nō vno in loco, *Romam caput orbis terrarum* appellantem audiet. Quinetiam ſicut Liuium de populo Romano dicentem audimus, gentes humanas æquo animo eius imperium pati (quibus ſub verbis magnum laudis additamentum latet) ita etiam Dionyſius, nullā eſſe gentem quæ de generali principatu cum illa contendat, aut illius imperium detrectet: aut magis ad verbum, Nullā eſſe gentem quæ de generali principatu aut de non patiendo eius imperio (ſicut Liuius dicit Eius imperium pati) ab ipſa diſſideat. Dionyſii verba ſunt, ἔθνος δὲ οὐδὲ ἕν, ὡς εἰπεῖν, ἐστὶν ὃ περὶ τῆς κοινῆς ἡγεμονίας ἢ τοῦ μὴ ἄρχεσθαι πρὸς αὐτὴν διαφέρεται. Vbi diligenter videndum eſt quî interpretemur haſce duas voces ὡς εἰπεῖν: quoniam, prout illas interpretabimur, aut minus aut magis quod dicitur à Dionyſio mirabimur: quum alioqui ſciamus haud quamuis gentē illi de ipſa hoc dicenti aſſenſurā fuiſſe. Gelenius igitur vertit, vt breuiter dicā: alii, vt ita dicam: vel, vt ita dixerim: at ego, Propemodū dixerim. Liuius quidē certè *gētes humanas*, nō *omnes gētes humanas* dicit, de iis quæ æquo animo eius imperiū patiebantur. Atq; vt, quemadmodū ipſa Dionyſii verba audiſti, ita & illius audias, is ita ſcribit, *Et ſicui populo licere oportet cōſecrare origines ſuas, & ad deos referre autores: ea belli gloria eſt populo Romano, vt quum ſuū conditoriſq; ſui parentem Martem potiſſimùm ferat, tā & hoc gētes humanæ patiantur æquo animo quàm imperiū patiuntur.* Vbi fortaſſe ex ipſo Dionyſio καθοσιοῦν τι ἑαυτοῦ γένος dicere licebit quod Liuius dicit Cōſecrare ſuas origines.

Iam verò & quod à Liuio ſcribitur, *Nulla vnquam reſpubl. nec maior nec ſanctior nec bonis exemplis ditior fuit*, à Dionyſio quoq;, ac plenius etiā dicitur: & ita quidem vt id affirmet de quo ille dubitanter loquitur. *Cæterùm* (inquit Liuius) *aut me amor negotij ſuſcepti fallit, aut nulla vnquam reſpubl.* &c. Ad Dionyſii autē verba vt veniam, primùm ad hæc quod attinet, *nulla vnquam reſpubl. nec maior*, multi ſunt paſſim in procemio loci qui nō ſolùm nullā vnquam rempubl. maiorem ſed nec adeo magnam fuiſſe teſtantur. At pro iſtis, *nulla vnquam ſanctior reſpub.*

Dionyſium audis afferentem illa quæ hanc ſanctitatis laudem illi tribuiſſe videri poſſunt. dicit enim nullam ciuitatem neque Græcam neque barbaram viros vel magis pios vel magis iuſtos & maiori temperantia per totam vitam vſos, tuliſſe: fortitudinem addens, & quartum ei locum tribuens. Deniq; iſtorum loco, *nec bonis exemplis ditior*, habes apud Dionyſiũ, τοῖς δ' ἀπ' ἐκείνων τῶν ἰσοθέων ἀνδρῶν νῦν τε οὖσι καὶ ὕστερον ἐσομένοις μὴ τὸν ἥδιστόν τε καὶ ῥᾶστον αἱρεῖσθαι τῶν βίων, ἀλλὰ τὸν εὐγενέστατον καὶ φιλοτιμότατον. quum enim dicit, fore vt à ſe ſcripta hiſtoria tum eos qui ſua ætate ſint, (ab illis ortos) tum eorũ poſteros ad tale vitæ genus incitet, perinde eſt certè acſi bonis eam exemplis illos inſtructuram eſſe diceret. Adde quòd ſparſam vides per totum Dionyſii proœmium mentionem eorum è quibus exempla ſumuntur: quum non ſolùm virtutes ſed etiam πράξεις & ἐπιτηδεύματα eorum laudet, & per hæc illos tantum ſibi imperium acquiſiſſe ſcribat. περὶ δὲ τῶν πράξεων (inquit) ἃς μετὰ τὸν οἰκισμὸν εὐθέως ἐπεδείξαντο, καὶ περὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἐξ ὧν εἰς τοσαύτην ἡγεμονίαν προῆλθον οἱ μετ' αὐτούς. Dixerat autem περὶ τῶν πράξεων pagina præcedẽte, ὧν οὐκ ἄν ἔχοι τις ἀποδείξασθαι λαμπροτέρας. Sed alium hîc vſum ἀποδείξασθαι quàm illic habere exiſtimo: vbi vereor etiam ne potius ἀπεδείξαντο ſcribendum ſit. Et hæc quidem in proœmio: at in quibuſdam ab ipſo hiſtoriæ curſu digreſſionibus Romanam itidem hiſtoriam ea re commendari oſtendit, quòd magnam pulchrorum vtiliúmq; exemplorum copiam ſuppeditet: & quidem παραδειγμάτων appellatione, quæ Latinæ iſti reſpõdet, vtens. Vnus autem ex iis locis libro occurret tibi v, pag. edit. paternæ, 249. Magis igitur pleno (vt ita loquar) ore laudari hîc à Dionyſio quàm à Liuio populum Romanum videmus: & (quod conſiderandum eſt) cum minori tamen aſſentationis ſuſpicione. Nam valde ſuſpecta hoc nomine iſta Liuiana eſſe poſſunt, *Et, ſicui populo licere oportet conſecrare origines ſuas, & ad deos referre autores: ea belli gloria eſt populo Romano, vt quum ſuum conditorem conditoríſque ſui parentem Martem potiſſimùm ferat: tam & hoc gentes humanæ patiantur æquo animo quàm imperium patiuntur.* Dixerat autem in iis quæ proximè præcedunt, *Datur hæc venia antiquitati, vt miſcendo humana diuinis, primordia vrbium auguſtiora faciat.* quibus illa ſubiungit, *&, ſicui populo licere oportet conſecr.* quorum vnum ex altero pendet: miniméque ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς iſta dicuntur, *&, ſicui populo licere oportet conſecr.* Perinde eſt enim (quod nõ animaduertit qui præfationis huius paraphraſin ſcripſit) acſi diceret Liuius, Quum autem hæc venia detur antiquitati vt miſcendo humana diuinis, primordia vrbium auguſtiora faciat, nullus eſt certè populus cuius antiquitati iuſtius ea dari poſſit quàm Romanus: cùm ob alia, tum verò ob belli gloriam: quæ tanta eſt vt quum ſuum conditorem conditoríſque ſui parentem Martem potiſs. &c. Obſeruandum eſt autem, in eo etiam quòd non *gentes* ἁπλῶς ſed *gentes humanæ* dicit, videri eſſe aliquid κολακευτικόν: quaſi videlicet Romanus populus, reſpectu ſuæ originis, aliquid ὑπὲρ ἄνθρωπον habere dici poſſit. Alibi certè *gentes* ſine vlla adiectione dicit, (loquens quidem, ſicut & hîc, de gentibus imperium Romanorum patientibus, ſed non præcedente itidem illius conſecrationis originum populi Romani mentione) cùm alibi, tum decadis primæ libro quinto, *& mille pondo auri pretium populi gentibus mox imperaturi factum.* Vbi rurſus illud ipſum de quo & antea monui, videre eſt, *gentibus*, non *omnibus gentibus*, ab eo dici, ſicut Dionyſius πᾶν ἔθνος dicit. Eſt verò & iſtud animaduertendum, non dici *miſcendo diuina humanis* (quod tamen ſuſpicari quis poteſt ab illo ſcriptum fuiſſe) ſed *miſcendo humana diuinis.* Quam autem dicit Liuius veniam dari antiquitati, ea datur etiam illis qui ἀρχαιολογίας ſcribunt, quibus propriè ea quæ ad gentis alicuius antiquitatem pertinent, tractare propoſitum eſt: ſed & illam Græcam vocem Antiquitates interpretari, receptum eſſe video.

Verùm, à Liuio ad Dionyſium vt reuertar, extant certè apud hunc & alia Romæ ſeu Romanorum præclara elogia. Ex quibus eſt illud, (quod Lacedæmonii olim ſibi arrogarunt) Romanis eſſe πάτριον, ἑτέρων ἄρχειν. id eſt, *Romanis patrium eſſe aliis imperare.* vel, *hæreditarium eſſe.* vel, *Romanos hoc à maioribus accepiſſe, vt aliis imperarent.* Sed omnium pulcherrimum, & quo ne excogitare quidem vllum pulchrius potuit Liuius, eſt iſtud, *Romam eſſe vrbem* τὴν ἅπασι τὰ δίκαια καὶ καλὰ ὁρίζουσαν. id eſt, *quæ omnibus quid iuſtum & honeſtum ſit præſcribit.* Perinde enim eſt acſi Romam omnibus populis iuſtitiæ & honeſtatis normam regulámq; eſſe diceret. Nam malè nouiſſimus interpres, *quæ omnia iuſtè & honeſtè ſtatuit ac facit.* Locus eſt libro v, pag. 249, editionis paternæ, οὐ γὰρ ἀζήλου καὶ ταπεινῆς πόλεως πολιτεύματα καὶ βίους, οὐδὲ ἀνωνύμων καὶ ἀπειμερίμνων ἀνθρώπων βουλεύματα ἢ πράξεις μέλλω διηγεῖσθαι, ὥστε ὀχλουῦέν τινι καὶ φλυαρίαν φανῆναι τὴν περὶ τὰ μικρὰ καὶ φαῦλα ἡμῶν σπουδήν· ἀλλ' ὑπὲρ ἅπασι τὰ δίκαια καὶ καλὰ ὁριζούσης πόλεως. A quo loco planè alienum vocabulum ἀπειμερίμνων tollẽs, ſubſtituo ἀπερριμμένων: necnon pro his, ὀχλουῦέν τινι, repono ὄχλον αὖ τινι. de quibus emendationibus Annotationes meæ minimè dubitandum eſſe docebũt.

Longiuſculum autem Romanorum encomium, ex comparatione etiam cũ aliis gentibus, habet

habet libro 2, pag. 67, editionis paternæ. Vbi etiam aliquid quod fidem ſuperare videri poteſt, ſcribit, Romanam ciuitatem, quum ſub Annibalici belli tempus, multa ſimul bella ſuſtineret, & inſtare alia videret, adeo non ſuccubuiſſe aduerſis in eo bellorum tumultu caſibus, vt etiam viribus inde aucta fuerit: vt quidem Gelenius vertit: ſed ἐκακώθη de afflicta intelligendum potius dico: ideóque & hunc locum ex iis eſſe in quibus maiori Lapus fidelitate vſus ſit: quippe qui verterit, Non modò non afflicta eſt per eos caſus, ſed vires etiam ab his aſſumpſit. Poteſt enim fieri vt vrbs aliqua ſuccumbat, etiam non κακωθεῖσα: ac multo certè minus venia eſſet digna quæ οὐ κακωθεῖσα, quàm quæ κακωθεῖσα ſuccumberet: tãtum abeſt vt de Roma, ſi οὐκ ἐκακώθη, id eſt, afflicta illis bellis non fuit, addendum hoc fuerit, illam non ſuccubuiſſe atque animum deſpondiſſe. Sed tamen ſiue hoc ſiue illo quis modo verbum id interpretetur, cur fidem hoc Romæ encomium ſuperare videri queat, id potiſſimum in cauſa eſt quod addit, ἀλλὰ καὶ προσλαβεῖν ἰσχὺν ἐξ αὐτῶν ἔτι μείζονα. Nam ex variis caſibus bellicis (ſi clades ita περιφράζειν licet) creſcere animos, res minimè inaudita eſt: at verò inde vires etiam creſcere, quis vnquam audiuit? Videndum igitur annon ἐξ αὐτῶν pro μετ' αὐτὰς dictum intelligere oporteat.

Cæterùm aliunde etiam laudãdæ Romæ materiam ſumit Dionyſius quàm Liuius. Ille enim diuturnitatem quoque Romani imperii in magna laude (magna in admiratione haud minus ponendam) ponit: ídque in duobus ipſius prooemii locis. nam non contentus dixiſſe, Romanorum imperium longo omnia quæ fama memorarentur interuallo poſt ſe reliquiſſe, dicit & pagina quæ illam ſequitur, ſuo tempore ſeptimam iam γενεάν, ex quo illud adepta ſit, numerari.

SED nónne in eo Dionyſium magis decorum ſeruaſſe quàm Liuium dicemus, quòd eidem prooemio nullam ille, vt hic, querelam de degenerantibus priſcorum Romanorum poſteris intexuit? *Ad illa mihi* (inquit) *pro ſe quiſque acriter intendat animum, quæ vita, qui mores fuerint: per quos viros, quibúſque artibus domi militiaque & partum & auctum imperium ſit: labente deinde paulatim diſciplina, velut deſidentes primò mores ſequatur animo: deinde vt magis magíſque lapſi ſint, tum ire cœperint præcipites: donec ad hæc tempora, quibus nec vitia noſtra nec remedia pati poſſumus, peruentum eſt.* Vbi quòd *deſidentes* non *diſſidentes* ſcripſi, haud ex cuiuſdam emendatione habes qui eam ſibi vindicat, vel potius arrogat, ſed ex paterna. nam pater meus, antequam ille natus eſſet, in margine ſui exẽplaris à Frobenio excuſi anno M. D. XXXV, hanc annotarat. Quinetiam Theodoricus Morellus, longo poſt patrem meum tempore, multo tamen antè illum quem ſibi hanc arrogare dixi, ita ſcribẽdum eſſe monuerat. Quod autem quidam illud genus loquendi *ſequatur animo* mirantur, & propemodum ſuſpectum habẽt, minimè probare poſſum: ac potius ad Græcum παρακολουθεῖν eum, aut quicunque primus ita loquutus eſt, reſpexiſſe crediderim: ad illum videlicet eius vſum quo aliquis τοῖς λεγομένοις παρακολουθεῖν dicitur: vnde & δυσπαρακολούθητον appellatur quod intellectu difficile eſt: quaſi quod mentis noſtræ acies minimè aſſequi poſſit. Verùm ἐν παρέργῳ dicta ſint hæc quidem: ideo autẽ Liuius excuſatione, vel potius venia (quomodo enim excuſari poſſit haud video) eſt dignus, quòd ipſemet peccatum agnoſcit & fatetur: & ita quidem vt cur peccaſſe dicendus ſit oſtendat, atque hoc modo peccatum ſuum cuipiam etiam non animaduerſuro detegat.

Quod verò ibi intempeſtiuè facit Liuius, ſuo id loco facere Dionyſium, oſtendet vel pagina 227. vbi poſtquam narrauit quibus ſerui modis libertatem conſequerentur, *At noſtro tempore* (inquit) *nequaquam hoc ita fit: ſed tanta eſt rerum perturbatio & confuſio, atque in tantum dedecus tantáſque ſordes honeſtas Romanorum mutata eſt, vt nonnulli è latrociniis*, &c. Oſtendunt (inquam) cùm aliæ aliquot querelæ, tum verò quædam quam legimus pag. 134, aduerſus auaritiam, de qua & Liuium ibi querentem audimus. νῦν δ' οὐχ ὡς ἄμεινον, οὐδ' ὡς πρόγονοι παρέδοσαν, ὁρίζουσί τινες (niſi potius ἀφορίζουσι ſcribendum eſt) ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων τὰ οἰκεῖα, ἀλλ' ἔστιν αὐτοῖς ὅρος τῶν κτήσεων οὐχ ὁ νόμος, ἀλλ' ἡ πάντων ἐπιθυμία πρᾶγμα οὐ καλόν. Idem verò & iiſdem ferè verbis poetæ quidam Latini reprehenderunt: ſed nullus & frequentius & acrius, magíſque poeticè, quàm Horatius.

Ac vix vllam certè prætermittit Dionyſius inſignem reprehendendæ corruptelæ ſuorum temporum occaſionem. Inter alias autem eſt quædam ne à Valerio quidem prætermiſſa reprehenſio, in Cincinnati videlicet hiſtoria. Nam ſicut Dionyſius, poſtquam narrauit, L. Quintium Cincinnatum ex agello ſuo, & quidem ab aratro, fuiſſe accerſitum, & illum, quum ſibi aratro pariter ruſculóque ſuo valedicendum eſſe videret, dixiſſe, *Agellus itaque mihi hoc anno non ſeretur, & periculum erit ne deſit vnde alamur*, addit, ſe illa narratione quantum diſcriminis inter priſcos illos & ſuæ ætatis magiſtratus eſſet, voluiſſe oſtendere: ita etiam Valerius, poſtquam de illo ſcripſit, *Et tamen ei quatuor iugera aranti non ſolùm dignitas patriſfamilia cõſtitit, ſed etiam dictatura delata eſt:* ſubiungit de ſui temporis corruptela, & de eo quem illa attulerat luxu, *Anguſtè ſe habitare nunc putat cuius domus tantum patet quantum Cincinnati rura patuerunt.*

Verùm & nonnullæ apud Dionyſium ſunt querelæ ac reprehenſiones de cõtemptis iis quæ ad religionem ac cultum deorum pertinerent: quo in genere non dubium eſt quin cedat Dionyſio Liuius. Vocat autem alicubi ὀλιγωρίαν τῶν θεῶν, alicubi verò ὀλιγωρίαν ὁσίων ἱερῶν. Nam libro III, de Tulli Oſtilii obitu loquens, ſcribit, non defuiſſe qui tradiderint domum eius de cœlo tactam conflagraſſe, quòd deus ob contempta quædam ſacra iratus eſſet. Quinetiam Ancum Marcium tradit, ſuos ad cultum deorum exhortantem, docuiſſe, ex deorum contemptu cùm alios morbos tum peſtilentias & alias calamitates vrbem inuaſiſſe, quibus abſumpta populi magna pars fuiſſet. Atque adeo ipſum Tullum Oſtilium, quum eorum ſtudioſus ſicut decebat non fuiſſet, miſerabili exitio cum tota familia periiſſe. Dicit porro hîc περὶ τὴν τῶν θεῶν ὀλιγωρίαν. quod multo latius quàm prius illud ὀλιγωρίαν ὁσίων ἱερῶν, patere ſcimus. Ac mirum eſt certè Valerium inter contemptæ ſeu neglectæ religionis exempla hoc non retuliſſe. Extat certè & Horatii de malis quæ contemptus deorum inuexit querimonia,

Dij multa neglecti dederunt
Heſperiæ mala luctuoſæ.

Præſertim verò de contemptu auſpiciorum querentem Dionyſium audimus: vt docebo vbi de iis quæ apud eum ad religionem pertinentia leguntur diſſeram.

. A B H O C autem ſermone ad contrarium vt reuertar, id eſt, ad ea quæ in Romanis (præſertim tamen priſcis) laudabantur, & quæ non apud Dionyſium tantùm, ſed apud alios etiam ſuam laudem habent, illa eſſe tria potiſſimùm dico. Primus autem locus non malè (vt opinor) dabitur τῇ ἐπιεικείᾳ. Huius mẽtionem Poſtumium facientem audimus in principio cuiuſdam concionis, vel potiùs concionculæ, quæ libro VI legitur. Iuſtum quidem eſſet (inquit) vos extremis affici malis, quippe qui & ipſi, ſi res ea qua toties cogitaſtis via ſucceſſiſſet, nos nihilo tractaſſetis mitiùs: ſed non eſt Romanum iuri æquitatẽ poſtponere, cognationis reſpectu, & quòd confugiſtis ad offenſorum miſericordiam. Mutuor autem iſta ex Gelenii interpretatione: cui tamen de eo non aſſentior quòd alia voce in interpretando δίκαια quàm in interpretatione τοῦ δίκαιον vſus fuerit. Ita enim Dionyſius, vel apud Dionyſium Poſtumius, Δίκαιον μὲν ἦν, ἔφη, τὰ ἔσχατα παθεῖν, ἅπερ δὴ καὶ αὐτοὶ πράττειν ἐμέλλετε εἰ κατωρθώσατε ἃς πολλάκις ἐμάθετε ἐπ' αὐτοὺς ὁδούς. οὐ μέντοι Ῥωμαίων τὰ δίκαια περὶ τῶν ἐπιεικῶν προελέσθαι λογιζομένους ὅτι συγγενεῖς εἰσι, καὶ ἐπὶ τὸν ἔλεον τῶν ἀδικουμένων καταπεφεύγασι. Atqui quum hîc videamus, iſta, οὐ μέντοι Ῥωμαίων τὰ δίκαια περὶ τῶν ἐπιεικῶν προελέσθαι (niſi potius ἑλέσθαι ſcriptum fuiſſe credendum eſt) reſpondere illis δίκαιον μὲν ἦν, eadem vtrobique interpretatione vti oportebat: id eſt, vel priore loco δίκαιον reddere Iuſtum, itidémq; in poſteriore δίκαια, Iuſta: vel vt hîc δίκαια, AEqua, ita etiam illic δίκαιον, AEquum interpretari. Sed multo etiam longius ab eo abeſt Porti interpretatio vt illam huius vocabuli repetitionẽ, in qua alioqui tota huius dicti gratia ſita eſt, imitetur. Priore enim loco δίκαιον neutra illarum quas dixi vocum reddit: ſed vertit, Digni eſſetis extremis malis. At vide lector, quicunq; ex interpretibus pendere, ob ignorationem Græcæ linguæ, cogeris, quanto melius ſequentia præcedentibus reſpondeant, Græca repræſentando, hunc in modum, *Iuſtum erat* (vel *eſſet*) *vos extrema pati, eáque ipſa quibus nos affeciſſetis, ſi cœpta vobis per eas quas tentabatis vias ſucceſſiſſent. ſed nequaquam Romanorum eſt iuſta æquis anteferre.* Verùm & hîc à Dionyſii ſiue Poſtumii Dionyſiani mente nouiſſimus ille interpres diſcedit: quippe qui τὰ ἐπιεικῆ clementiam nobis reddat, quum æquitatem dicere deberet. Quamuis enim æquitas clementiæ conueniat, tamen vnam ab altera & appellatione & reipſa diſtingui ſcimus, & ſicut ἐπιείκειαν (pro qua hîc τὰ ἐπιεικῆ dixit) vocant quã Latini æquitatem, ita πρᾳότητα dicere quam illi clementiam appellant. Adde quòd τῷ δικαίῳ, vel potius τῷ ἀκριβεῖ δικαίῳ (vt hîc τὰ δίκαια appellare quæ τὰ ἀκριβῆ δίκαια dici ſolent, videtur) opponi paſſim non τὸ πρᾶον ſed τὸ ἐπιεικές, nouimus. Sed cur ita τῶν δικαίων appellatione videri vti dico? imò verò ſic vtatur neceſſe eſt. Sed an ita illi loqui licuerit vt τὰ δίκαια vocaret quæ alii τὰ ἀκριβῆ δίκαια, quinetiam συνθέτως interdum ἀκριβοδίκαια nominant, in criticis inquiſitionibus diſquirendum erit. Hoc quidem certè conſtat, τὸ ἀκριβὲς δίκαιον ipſum quoque alibi dicere: & alicubi non τὸ ἀκριβὲς tantùm vocare, ſed ἄκρον etiam adiicere: nam libro VIII de Marcio verba faciens, dicit nihil aliud illum patria expuliſſe, ac cæterarum virtutum fructum illi abſtuliſſe, quàm τὸ ἀκριβὲς καὶ ἄκρον δίκαιον: quum non multo antè ἀποτομίαν illi tribuiſſet, eámq; itidem illi de quo dictum eſt ἐπιεικεῖ oppoſuiſſet. Dixerat enim, καὶ πάντων μάλιστα (αὐτὸν ἔβλαψεν) ἡ περὶ τὰ δίκαια καὶ τὴν φυλακὴν τοῖς νόμοις (ſed τοῦ νόμου vel τῶν νόμων ſcribendum eſt) ἀκριβής τε καὶ ἀπαραίτητος καὶ οὐθὲν τῷ ἐπιεικεῖ διδοῦσα ἀποτομία. Quamuis autem τὸ ἄκρον δίκαιον multo minus vſitatum ſit in illa oppoſitione quàm τὸ ἀκριβὲς δίκαιον, vel compoſitè ἀκριβοδίκαιον, Dionyſius tamen alterum illud adiectiuum non tantùm illi ἀκριβὲς adiunxit, ſed vti etiã ſeorſum non dubitauit, quum de eodem Marcio ibidem dixit, τῆς ἄκρας δικαιοσύνης οὐ καλοὺς ἀπέλαβε μισθούς. Quod igitur cùm ab aliis

tum à

tum à Terentio ſummum ius appellatur, vbi dicit, *Summum ius ſumma ſæpe iniuria eſt*, τὸ ἀκριβοδίκαιον, vel τὸ ἀκριβὲς δίκαιον, ſiue τὸ ἀκριβὲς καὶ ἄκρον δίκαιον, aut etiam τὸ ἄκρον δίκαιον (abſque illo altero) poſſe dici meminerimus. Cæterùm quemadmodum in loco quem modò citaui, dicitur ἀποτομία περὶ τὴν φυλακὴν τῶν νόμων, οὐδὲν τῷ ἐπιεικεῖ διδοῦσα, ſic viciſſim alibi quidam apud Dionyſium ita περὶ τῆς ἐπιεικείας loquitur, vt oſtendat, illam interdum πρὸς κατάλυσιν τοῦ νόμου necnon τοῦ ὅρκου ſatis autoritatis habere. Nam L. Iunium Brutum ibi dicentem audimus, Τίτον μὲν οὖν ἐγὼ καὶ Τιβέριον, τοὺς ἐμοὺς παῖδας, τετιμώρημαι· καὶ οὐδὲν καταλέλυται διὰ τὴν ἐμὴν ἐπιείκειαν, οὔτε νόμος, οὔτε ὅρκος. Quo etiam in loco quamuis ἐπιείκειαν reddi Clemẽtiam non ignorem, tamen AEquitatem potiùs reddiderim. Niſi fortè & Moderationem hîc dicere nobis conceditur, ſicut μετριότητα interdum ἀντὶ τῆς ἐπιεικείας poni conſtat. at verò clementia (cui reſpondere dixi πραότητα) latiùs patet. Extat porro & libro quarto quidam locus, in quo ita ἐπιεικείας Romanorum meminit vt μετριότητα ei adiungat (quod alioqui interdum ſedem etiam occupare illius dixi) τῆς δὲ Ῥωμαίων ἐπιεικείας καὶ μετριότητος οὐδὲν (niſi potius οὐδὲ ſcribendum eſt) ἐν ταῖς παρούσαις ἀτυχίαις. Fit porro & alibi mentio ἐπιεικείας Romanæ (id eſt, quæ Romanis peculiaris, aut illis præ quouis alio populo in vſu fuerit) ſed quoniã Dionyſii teſtimonio cõtentus eſſe nolo, ad Diodorum venio: legimus enim inter eius ἐκλογὰς quæ quaſdam πρεσβείας nobis commemorant, ὁ δὲ ὕπατος, διατηρῶν τὴν πάτριον τῆς Ῥώμης ἐπιείκειαν, καὶ παρακληθεὶς ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Ποπλίου, συνεχώρησε τὴν εἰρήνην.

SECVNDA Romanorum laus (niſi fortè primum hæc non minus locum meretur) fuit ἡ μεγαλοψυχία, ſiue ἡ μεγαλοφροσύνη, aut τὸ μεγαλόφρον. Hanc autem non Dionyſius tantùm, verùm & alii cõmemorarunt: quorũ eſt in numero Diodorus. apud eũ enim legimus, de quodam conſule legatis Celtiberorum reſponſum dante, ὁ δὲ ἀναγκαῖον ἡγούμενος τηρεῖν τὸ τῆς πατρίδος μεγαλόψυχον, ἀπεκρίθη τούτοις, ἢ διδόναι περὶ πάντων ἐπιτροπὴν Ῥωμαίοις, ἢ πράττειν ἐνεργῶς τὰ τοῦ πολέμου. Apud eundem ſenatus legatis AEtolorum duas cõditiones proponit, quarum prior eadem eſt quæ hîc. Scribit enim, vel τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐπιτρέπειν Ῥωμαίοις, vel χίλια τάλαντα ἀργυρίου δοῦναι παραχρῆμα Ῥωμαίοις. Videtur autem pro his, τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐπιτρέπειν Ῥωμαίοις, alibi dicere παραδιδόναι ἑαυτοὺς εἰς τὴν πίστιν τῶν Ῥωμαίων. ſed magis Romanũ loquendi genus iſta quàm illa verba imitantur. ſcimus enim Romanos itidem eſſe hoc modo loquutos, In fidem alicuius ſe tradere. Liuius autem alicubi non ſolùm in fidem ſed ſimul etiã in deditionẽ ſe ſuáq; tradere dicit. nam legimus apud illum, *Ciuitatibus omnibus quas ipſe reſtituiſſet, quæque ſe ſuáque in fidem ac deditionem populi Romani tradidiſſent, omnia præſidia deduceret, ſéque ipſe ſuóſque ab his abſtineret.* Ac crediderim certè plus eſſe, Tradere ſe in fidem deditionemq; quàm ſimpliciter, Tradere ſe in fidem, ſiue (vt Græcos illud genus loquendi imitari dixi) παραδιδόναι ἑαυτοὺς εἰς τὴν πίστιν. At verò de eo quod dixi ſuper illis duobus Græcis loquendi generibus quæ ex Diodoro attuli, dubitationem nũc mihi omnem tollit reuocatus in memoriam quidam Polybii locus, vbi dicit, idem apud Romanos valere, hæc duo, τὸ εἰς τὴν πίστιν αὑτὸν ἐγχειρίσαι, & τὸ τὴν ἐπιτροπὴν δοῦναι περὶ αὑτοῦ: addens datiuum τῷ κρατοῦντι. Cæterùm illi AEtolorum legati illud Romanorum reſponſum non μεγαλοψυχίαν ſeu μεγαλοφροσύνην, ſed ἀποτομίαν habere cenſuerunt. Nam in his quæ ſubiungit, οἱ δὲ, διὰ τὴν ἀποτομίαν τῆς ἀποκρίσεως, οὐ προσδεξάμενοι τὰ προσταττόμενα, εἰς φόβους καὶ μεγάλους κινδύνους ἐνέπεσον. Nec tamen diſſentanea ſunt iſta, eſſe μεγαλόψυχον ſeu μεγαλόφρονα, (id eſt magnanimum) & reſponſum ἀπότομον dare: ſed potius hæc ἀποτομία τῆς ἀποκρίσεως, ſiue ἀπότομος ἀπόκρισις (Latini eadem metaphora Præciſum reſponſum dicerent) illam μεγαλοψυχίαν teſtari, & ab illa proficiſci dici poteſt. Tales autem ἀποκρίσεις, id eſt ita ἀπότομοι (ſiue has ἐκ τῆς μεγαλοψυχίας, ſiue aliunde proficiſci ſolitas dicẽdum eſt) legimus itidem apud alios, præſertimq; apud Polybiũ. Nominatim autẽ huius ipſius ἀποκρίσεως quæ data fuit AEtolis, ab illo fit mẽtio: vt ex eo Diodorus quæ de illa ſcribit, ſumpſiſſe, aut certè partim ex eo, partim ex aliis, videri pſſit. Obſeruandũ porro apud Diodorũ & iſtud, cum, ſicut ἐπιείκειαν vult Romanis patriã eſſe virtutem, ita etiã de magnanimitate idem pronuntiare. Quemadmodũ enim audimus in eo quod περὶ τῆς ἐπιεικείας attuli teſtimonio, dici de Romano cõſule, illũ tale reſponſum dediſſe, ſeruantẽ (niſi διατηρῶν plus & hîc eſſe dicemus quàm τηρῶν) τὴν πάτριον τῆς Ῥώμης ἐπιείκειαν: ita etiã illic de cõſule legimus, ὁ δὲ, ἀναγκαῖον ἡγούμενος τηρεῖν τὸ τῆς πατρίδος μεγαλόψυχον. Neq; enim, τὴν πάτριον τῆς Ῥώμης ἐπιείκειαν quum dixit, alio id ſenſu dixiſſe exiſtimo quàm ſi τὴν τῆς πατρίδος ἐπιείκειαν dixiſſet: quum alioqui interdum πάτριον potiùs tanquam ἀπὸ τῶν πατέρων quàm ἀπὸ τῆς πατρίδος deductum, interpretemur A maioribus acceptum, vel Hæreditarium. Cæterùm inter alios qui huius virtutis Romanæ mentionem faciunt locos, extat etiam iſte apud eundem hiſtoricum, Ῥωμαῖοι γὰρ καὶ πολεμίοις ἐπ' ἀνδρείᾳ μεγαλοφρονοῦντας νικᾶν παραδιδοῦσι. Vbi tamen magna nobis ab eo qui illas περὶ πρεσβειῶν excerpſit ἐκλογὰς, facta iniuria fuit: quòd imperfectũ Diodori ſermonem reliquerit, ex duobus quæ vna ſententia habe-

bat membris prius tantùm nobis relinquens. Alioqui certè Diodorus omnino ἀπροσδιονύσως illud de Romanis dixiſſet: in mentione videlicet Pruſiæ regis, non modò nihil μεγαλοφροσύνης ſed omnia ei ex diametro contraria habentis: vtpote de quo ea ſcribat quæ ex Polybio apud Liuium habemus in fine libri XLV, illum nimirum regem, indignum maieſtate nominis tanti, pileatum, capite raſo, obuiā ire legatis ſolitū, libertúmq; ſe populi Romani ferre, & ideo inſignia ordinis eius gerere. Romæ quoque, quum veniſſet in curiam, ſummiſiſſe ſe, & oſculo limen curiæ contigiſſe: & deos ſeruatores ſuos ſenatum appellaſſe: aliámque orationem, non tam honorificam audientibus quàm ſibi deformem, habuiſſe. Hanc certè narratiunculam ſiquis cum illa Diodori conferat, ea propemodum omnia quæ Liuius ex Polybio interpretatus ſit verba, Diodorum ex Polybio mutuatum eſſe comperiet: & ſicut Liuium in ſua interpretatione quædam Polybii, ita & Diodorum, in excerpendo, ea omiſiſſe. Inter illa certè quæ Diodorus ex Polybio verba retinuit, occurrunt hæc ſtatim initio, ἀνάξιος γεγονὼς τοῦ τῆς βασιλείας προσχήματος. pro quibus dixit Liuius, indignum maieſtate nominis tanti. Vbi tamen non video quomodo Liuio de interpretatione nominis πρόσχημα aſſentiri poſſimus. Eſt ſanè hoc quoque animaduerſione dignum, quū Polybius, tanquam de re quæ ſemel tātùm à Pruſia facta fuerit loquatur, Liuiū tamen dicere, obuiā ire legatis ſolitū. Niſi fortè hanc vocem *ſolitum* pro alia irrepſiſſe ſuſpicandum ſit. Ac mirum eſt etiam, pro his quæ à Polybio dicerentur, Pruſiam, illis quæ tam adulatoriè fecerat conſentaneam orationem habuiſſe, & talia loquutum eſſe vt ſe referre ea pudeat: dixiſſe tantùm, orationem non tam honorificam audientibus quàm ſibi deformem habuiſſe. Sed ſatis tamen ſupérque, ea quæ referuntur, illud quod initio dictum fuerat confirmant, indignum videlicet nominis tanti (intellige τῆς βασιλείας, quum dicens, nominis tanti, reſpiciat ad eam quam illi dederat regis appellationē) maieſtate fuiſſe. quum alioqui γυναικιασμοῦ etiam mentionem Polybius faciat. Nam poſt illa, καὶ καθεὶς τὰς χεῖρας ἀμφοτέρας (quibus videndum eſt an dici poſſint reſpondere hæc Liuii, Summiſiſſe ſe) προσεκύνησε τὸν οὐδὸν (oſculo limen curiæ cōtigiſſe, idē dici) καὶ τοὺς καθημένους ἐπιφθεγξάμενος, χαίρετε θεοὶ σωτῆρες (& deos ſeruatores ſuos ſenatū appellaſſe, apud eundē) adiicit, ὑπερβολὴν οὐδεμίαν ἀπολιπὼν κολακείας ἀνανδρίας τε καὶ γυναικιασμοῦ. Vbi γυναικιασμοῦ appellatione (niſi γυναικισμοῦ ſcriptum fuiſſe putandum eſt) quid intelligi debeat, dubitari poſſit. ego γυναικισμὸν dixerim in hoc AEſchyli verſu πεφρέζεσθαι,

Γυναικομίμοις ὑπτιάσμασι χερῶν.

quoniam tamen iam præceſſit καὶ καθεὶς τὰς χεῖρας ἀμφοτέρας, aliò reſpici crediderim. Legitur tamē γυναικιασμοῦ, non γυναικισμοῦ, & apud Polybium: apud quem & alia multa, eadem quæ & apud Polybium, verba habes: ex quibus à me allatis patebit verū eſſe quod dixi, Diodorum videlicet ipſis etiam Polybii verbis in hac narratione ex parte vſum eſſe. Alioqui enim neceſſe foret vt ex eodem Diodorus illa ex quo & Polybius ante ipſum, deprompſiſſe diceretur. quod certè ne veriſimile quidem eſt: contra autem apud Diodorum eadem quæ & apud Polybium, & iiſdem quoque, magna ex parte, verbis ſcripta, legere, minimè nouum eſt. Primùm igitur, quum Diodori narratio ab his verbis incipiat, Προυσίας (nā particulam ὅτι huic nomini præfixam omitto, aliunde, ab eo videlicet qui excerpſit, adiectam) ἀνάξιος γεγονὼς τοῦ τῆς βασιλείας προσχήματος, καὶ διατελέσας πάντα τὸν τοῦ ζῆν χρόνον αἰσχρῶς κολακεύων τοὺς ὑπερέχοντας, καί ποτε Ῥωμαίων πρὸς αὐτὸν παραγινομένων πρεσβευτῶν. At Polybius quum hæc præfixiſſet, Κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἦλθε καὶ Προυσίας ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν Ῥώμην, συγχαρ. &c. id eſt, Eodem tempore rex Pruſias Romam venit gratulaturus ſenatui & militibus de iis quæ geſta fuerant: addit, ὁ δὲ Προυσίας οὗτος οὐδαμῶς γέγονεν ἄξιος τοῦ τῆς βασιλείας προσχήματος. In ſequentibus autem quum πῖλον tantùm dicat Polybius, Diodorus λευκὸν addit: ac quum ille geſtaſſe etiam τηβέννας & καλίγας dicat, apud hunc τήβενναν & καὶ πῖλον legimus. Nam ita Polybius, καὶ πῖλον ἔχων, καὶ τήβενναν, καὶ caligas, ἀντὶ τούτοις. Ac maluit ita loqui Diodorus, μιμησάμενος δὲ τὴν τῶν προσφάτως ἀπηλευθερωμένων παρὰ Ῥωμαίοις τάξιν, quum tamen Polybius pluribus & hîc vtens verbis ſcripſiſſet, καὶ καθόλου τοιαύτῃ διασκευῇ (niſi fortè σκευῇ ſcripſit) κεχρημένος, οἵαν ἔχουσιν οἱ προσφάτως ἠλευθερωμένοι παρὰ Ῥωμαίοις, οὓς καλοῦσι λιβέρτους. (vbi ſi libertorum appellatio referatur non tantùm ad ἠλευθερωμένοι, ſed etiam ad προσφάτως, quaſi liberti dicerentur ii demum qui recèns libertate eſſent donati, totam Polybio Latinitatem reclamaturam exiſtimo) ac in ſequentibus etiam breuior Liuius, ſicut & Diodorus fuit. & quod ille ordinem dicit, in his verbis, *& ideo inſignia ordinis eius gerere*, ille τάξιν appellat. Illa autem verba quæ interpretari noluiſſe Liuium dixi, Polybium videlicet dicere, eſſe nonnulla quæ referre verecundetur, legūtur nihilominus apud vtrunque. nam habet Polybius, περὶ ὧν καὶ τὸ γράφειν ἀπρεπὲς ἦν: & Diodorus, ὥστε καὶ γράφειν ἡμῖν ἀπρεπὲς εἶναι): ſed quum apud Diodorum manifeſtum ſit illum de quibuſdam Pruſiæ verbis ſeu ſermonibus hoc ſcribere, non idem apud Polybium dicere poſſumus, quum ſcribat, ἀκόλουθα δὲ τούτοις καὶ κατὰ τὴν κοινολογίαν εἰσελθὼν ἐπετέλεσε· περὶ ὧν καὶ τὸ γράφειν ἀπρεπὲς ἦν.

Verùm

Verùm vt ad illa περὶ μεγαλοφροσύνης Romanorum verba redeam (de quibus diſſerere ἔργον meum eſt, quum præcedẽs diſſertatio πάρεργον fuerit: quomodo rationi cõſentaneum eſt vt dicatur à Diodoro, Senatum magna parte eorum quæ à Pruſia dicerentur (in illa pudendæ adulationis plena oratione) offenſum, ea quæ eius adulationi conuenirent reſpondiſſe, & ratio illa in qua Romanæ magnanimitatis mentio fit, addatur? eius enim & facta & dicta quàm omnia magnanimitati contraria haberent expoſitum eſt. Librarium igitur eam quam dixi iniuriam huic loco feciſſe arbitror: quum Diodorus poſt iſta, ἡ δὲ σύγκλητος, τοῖς πλείστοις τῶν λεγομένων προσκόπτουσα, πρεπούσας τῇ κολακείᾳ τὰς ἀποκρίσεις ἐποιήσατο. Ῥωμαῖοι γὰρ καὶ πολεμίοις ἐπ' ἀνδρείᾳ μεγαλοφρονοῦντες νικᾶν ἀποδίδουσι, addidiſſet, καὶ τοῖς φίλοις κολακεύουσιν ἐπιτιμᾶν ἀξιοῦσι: vel, καὶ τοὺς φίλους κολακεύοντας φέρειν οὐκ ἀξιοῦσι: addidiſſet (inquam) vel hæc, vel alia potius, eundem tamen in ſenſum, verba. Ideóque πρεπούσας τῇ κολακείᾳ τὰς ἀποκρίσεις, minimè intelligere debemus, quæ ideo illius aſſentationi conuenirent, ſeu conſentaneæ eſſent, quòd ipſæ viciſſim aliquid aſſentatorium haberent: ſed quæ irriſionem vel potiùs reprehenſionem qualem aſſentatio illa merebatur haberent. Sed quamuis hæc valde veriſimilia ſint, Diodori verba conſideranti, tamen ad Polybium venienti ſcrupulus iniicitur. Ita enim locum hunc claudit, vt dicat, illum, quum omnino contemptu dignus viſus eſſet (vel, quum omnino contemptu dignum ſe exhibuiſſet) humanum ideo reſponſum accepiſſe. Eius verba (poſtquam honeſtatem non permittere ſibi cætera referre dixit) ſunt hæc, φανεὶς δὲ τελέως εὐκαταφρόνητος, ἀπόκρισιν ἔλαβε δι' αὐτὸ τοῦτο φιλάνθρωπον. Verùm ego (quod cum venia Polybii dictum ſit) potiùs Diodoro aſſentior, qui hac in narratione, ſicut in aliis pleriſque, non illum tantummodo ſequi voluit, ſed alios etiam conſulens, in excerpendo ex illis etiam quædam, iudicio ſuo vſus eſt. Ac quocunque certè ſe res modo habeat, hoc ſaltem conſtat, Diodorum minimè locum illum ita clauſiſſe.

Verùm vt ab iis quæ Diodoro cum Polybio ſunt communia (licet ea ille ab hoc magna ex parte mutuatus ſit, vti dixi) ad illa quæ Polybio peculiaria ſunt trãſeam, nulla profectò dari maior laus Romanis potuit hac in re (id eſt, ad μεγαλοφροσύνην quod attinet) quàm ab illo data fuit, tanta enim ea eſt vt propemodum incredibilis videri poſſit. Scribit enim peculiarem & patrium Romanis eſſe hunc morem, vt accepta quidem clade aliqua, maximam arrogantiam, rebus autem bene geſtis, maximam animi moderationem præ ſe ferant. Eius verba ſunt, ἴδιον γὰρ τοῦτο πάντη παρὰ Ῥωμαίοις ἔθος καὶ πάτριόν ἐστι, τὸ, κατὰ μὲν τὰς ἐλαττώσεις, αὐθαδεστάτους καὶ βαρυτάτους φαίνεσθαι, κατὰ δὲ τὰς ἐπιτυχίας, ὡς μετριωτάτους. Vbi obſeruandum eſt, illum dicentem αὐθαδεστάτους & βαρυτάτους, duo copulare, quorum vtrunq; quum ſit vitioſum, tamen magnam cum alio quodã vocabulo quod in laude ponitur, affinitatẽ habet, id autẽ eſt σεμνοί. Tanta enim eſt affinitas ſicut inter αὐθάδη & σεμνὸν, ita & inter βαρὺν & σεμνὸν, vt etiam copulata duo iſta inueniantur. veluti apud Dionyſium lib. v i, in quadam concione, οὐκ ἐφ' ἡμᾶς ἐνεσκήφθητε καταφυγεῖν τοὺς ταπεινοὺς καὶ φαύλους οἱ σεμνοὶ καὶ βαρεῖς; Ad alteram autem vocem quod attinet (αὐθάδεις inquam) magnæ itidem eius cum illo σεμνοὶ affinitatis ſeu cognationis indicium eſt, quòd apud eundem legimus fuiſſe qui τῇ σεμνότητι appellationem αὐθαδείας darent. Sed & ipſe Ariſtoteles fatetur σεμνότητα medium inter αὐθάδειαν & ἀρέσκειαν locum tenere. σεμνότης (inquit) ἐστὶν αὐθαδείας ἀνὰ μέσον καὶ ἀρεσκείας. vbi (quemadmodum in meo Theſauro Græcæ linguæ monui) perperam redditur αὐθάδεια inhumanitas, ſicut σεμνότης *humanitas*, ab eo interprete qui ita locum illum vertit, *Humanitas eſt medium inter inhumanitatem & placendi ſtudium*: quum reddere ita deberet, *Grauitas eſt medium inter arrogantiam & placendi ſtudium.* Ac, quemadmodum αὐθάδειαν ibi malè vertit inhumanitatem, ita in ſequentibus (nõ imitans Gelenium, qui apud Dionyſium quod in vno loco malè, in alio rectè vertit: ſed in errore ſibi conſtans) vocẽ αὐθάδης reddit Inhumanus: quaſi verò iſta quibus Ariſtoteles illius vitii naturã deſcribit, μηδενὶ ἐντυχεῖν, μηδὲ διαλλαγῆναι, ab inhumanitate tantùm, ac non etiam ab arrogantia proficiſci poſſent. Quomodo autem inhumanitatis Romanos inſimularet Polybius qui paſſim φιλανθρωπίας eorum, erga legatos præſertim, & in iis quæ illis reſpondentur, mentionem facit? Minimè igitur in dubiũ vocari hoc debet, quin hîc dicẽs Romanos clade aliqua accepta (niſi quis κατὰ τὰς ἐλαττώσεις reddere magis ad verbum malit, Quum inferiores diſceſſerunt) αὐθαδεστάτους φαίνεσθαι dicens, intelligat Arrogantiſſimos videri, vel potiùs, Summam præ ſe arrogantiam ferre. Neque enim vllam grauitatis ſignificationem illi nomini hîc includi exiſtimo: licet ab Iſocrate (vt in eodem opere docui) αὐθαδείας & σεμνότητα coniungi videamus, in hoc Archidami loco, qui non procul eſt ab eius fine, δόξομεν γὰρ τὸν παρελθόντα χρόνον ἀλαζονεύεσθαι, καὶ τὴν μὲν φύσιν ὅμοιοι τοῖς ἄλλοις εἶναι, τὰς δὲ αὐθαδείας καὶ σεμνότητας οὐκ ἀληθιναῖς ἀλλὰ πεπλασμέναις κεχρῆσθαι. nihil enim minus quàm hæc connecti vt ſynonyma copulari nonnunquam ſolent, exiſtimandum eſt. Ac dixi quidem ibi reſpõderi fortaſſe de hoc loco poſſe, Iſocratem non ita conic

iunxiſſe αὐθαδείας & σεμνότητος, quaſi vtrunque idem valeat & in laude ponatur, ſed perinde eſſe acſi dixiſſet, E.m quam in nobis alii appellarunt atque adeo eſſe arbitrati ſunt αὐθάδειαν, alii σεμνότητα. Vt ſit hic ſenſus, Nos neque αὐθάδεις, neque σεμνοὺς verè & à natura, ſed ſimulatè, fuiſſe. Hoc (inquam) ibi dixi: ac pro illa expoſitione quodammodo facere videri poteſt ille cuius antea mentio à me facta fuit Dionyſii locus: vbi fuiſſe dicit qui τῇ σεμνότητι appellationē αὐθαδείας tribuerent: ſed nunc & aliud ſuper illis Iſocratis verbis mentem venit, vt videlicet iſta quæ adiunguntur adiectiua ἀληθιναῖς & πεπλασμέναις, non ad vtrunque ſubſtantiuum, αὐθαδείας & σεμνότητος, ſed ad poſterius tantùm reſpicere cenſeamus: vt αὐθάδεια nihil aliud quàm σεμνότητος οὐκ ἀληθινῆς ἀλλὰ πεπλασμένης eſſe dicātur. Sed quid ſi in illo Polybii loco peruicaciæ etiam ſignificationē voce hac includi, & non ſimpliciter de arrogātibus, ſed de peruicaciter arrogantibus, ſiue de iis qui peruicaci quadā arrogantia vtantur, intelligi dicamus? Hac interpretatione ſi mentem Polybii melius exprimi iudicaueris (quod à me certè iudicatur) multa in illo meo opere quæ confirmare eam queant inuenies. Hoc tantùm addo, à noſtro Dionyſio αὐθάδεις & ταπεινοὺς non ſemel opponi. habemus enim libro v i i i in quadam concione, σεμνοὺς & βαρεῖς oppoſitos τοῖς ταπεινοῖς καὶ φαύλοις, (in eo quem attuli antea loco) necnon hæc in eodem legimus, (digniſſima ſanè quæ ab omnibus politicis ita legantur vt etiam memoriæ mandentur) εἰδότας ὅτι πᾶν τὸ ἀνόητον, ἄλλως τε κἂν ὄχλος ᾖ, πρὸς μὲν τοὺς ταπεινοὺς αὐθάδες γίνεσθαι φιλεῖ, πρὸς δὲ τοὺς αὐθάδεις ταπεινοῦσθαι. Vbi Gelenius πρὸς τοὺς ταπεινοὺς αὐθάδες γίνεσθαι vertit In humiles ſuperbire: humiles de iis dicens qui ſe ſubmiſsè gerunt. Itidémque in alio qui non longo hunc interuallo præcedit loco, vbi dicitur αὐθάδεια ſolere victores comitari, ſuperbiam reddit: ſed in ea quæ illam ſequitur pagina, vbi ſcribitur, δειναὶ γὰρ αἱ τοιαίδε ἀνάγκαι καὶ πάντα ... τοὺς αὐθάδεις λογισμοὺς κλάσαι καὶ καταβαλεῖν εἰς τὸ μηδὲν, contumaciam vertit: quæ interpretatio pro illa facit quam poſtremò voci αὐθάδης in eo quod nobis propoſitū eſt Polybii de Romanis dicto tribuendā cenſui. Ac vellē certè Gelenio illa ſua in mentē veniſſet ibi etiā vbi Dionyſius αὐθάδεις & ὑπερηφάνους coniungit, illud præfigens: πῶς, δοκεῖτε, αὐθάδεις ἔσεσθαι καὶ ὑπερηφάνους; ac, quum ibi reddat, Quam arrogantē & ſuperbā putatis fore, potius Quàm cōtumacē & ſuperbā, vel (quod malim) Quàm peruicacē & ſuperbā, dixiſſet. Obſeruādum autē ibi eſt, μεγαλίζειν & αὐθάδεις & ὑπερηφάνους εἶναι, opponi: ſicut apud Polybium τοῖς αὐθαδεστάτοις & βαρυτάτοις opponi μετριωτάτους videmus.

Sed iam cogitandum eſt quod nobis ſuppeditare lingua Latina poſſit vocabulum, ad exprimendam vim huius quoque βαρύτατοι, (quod illi αὐθαδέστατοι adiunctum eſt) accommodati. Ac vereor certè ne poſtquam diu multúmque hac de re cogitauerimus, ac diu talem vocē quæſiuerimus, nihil nos inueniſſe fatendum ſit. Nam Latinum Grauis, quod Græco βαρὺς, ſuam ſignificationē propriam & primam retinēti, reſpondere ſcimus, nullum hîc vſum habere poteſt. Metaphorica autem ſignificatio illius vocabuli Grauis (qua dicimus aliquem eſſe virum grauem) aliam vocem nacta eſt in Græco ſermone ſibi reſpondentem, videlicet σεμνός: quamuis alioqui hæc propriè ſonet Venerabilem: ac Dionyſium graues viros, σεμνοὺς καὶ βαρεῖς, tāquam συνωνύμως, non tam vllius ſcriptoris exemplo, quàm ſibi Latinam linguam imitari permittendo, dixiſſe crediderim: in iis quæ antea ex quadā libri ſexti concione attuli, οὐκ ἐφ' ἡμᾶς ... καταφυγεῖν τοὺς ταπεινοὺς καὶ φαύλους οἱ σεμνοὶ καὶ βαρεῖς; Vbi ſi σεμνοὶ reddatur Venerabiles, magis etiā dici poterit Latinam metaphoram, id eſt metaphoricū Latinæ vocis vſum, imitari & nobis repræſentare voluiſſe Dionyſius. Quum autem planè aliena ſit ab hoc Polybii loco aliiſque omnibus huic ſimilibus iſta ſignificatio, ideóque nec vocabulum quo ea exprimitur, conuenire poſſit, quò confugiemus? Ego quidem certè non vltra viciniam abeundum eſſe dixerim: nam in hac quod illi reſpondeat inuenire poſſe mihi videor. venit enim mihi in mentem vocabulum, quod, quum vicinæ ſit ſignificationis, & ex ea quam altera vox habet pendentis, aptam hîc ſedem habiturum exiſtimo. Quum enim, quo aliquid eſt grauius, eo magis ſit intolerabile, non dubitarim & βαρυτάτην ἀπόκρισιν, maximè intolerabile reſponſum, & βαρυτάτους, maximè intolerabiles interpretari: vt ita vocētur ii quorum maximè intolerabilis ſit arrogantia, ſiue inſolentia. Sic certè, quum Iuuenalis dicit,

Intolerabilius nihil eſt quàm fœmina diues,

haud minus aptè οὐδὲν βαρύτερον, quàm οὐδὲν ἀφορητότερον, reddi poſſe crediderim: atque adeo alicubi βαρυτάτους poſſe exponi τοὺς πάνυ βαρέα καὶ πάντως ἀφόρητα προστάττοντας: ſiue μακρῷ (vel πολὺ) τοῦ προσήκοντος βαρύτερα προστάττοντας: ſicut apud Diodorū legimus, ὁ δὲ, δόξας βαρύτερα τοῦ προσήκοντος προστάττειν, τούτῳ οὐ προσεδέξατο τὰς ἀποκρίσεις. Iā verò & ἀφόρητος αὐθάδεια (ſicut & intolerabilē arrogantiā à Latinis dici, antea docui) apud Dionyſiū noſtrū legitur, alicubi verò & ἀφόρητον θράσος. Quinetiā dicitur aliquis apud eū ἀφόρητος ὡς δεδουλωμένοις ἐπιτάσσων. Quòd ſi quis tamen interpretationi illi vocabuli βαρύτατοι non acquieſcit, videndū an Inſolentiſſimi poſſit verti: quū alicubi apud eundem Dionyſiū ὑβρισταὶ & βαρεῖς iuncta inueniātur, & inſolentis ſit ὑβριστικὸν εἶναι.

Locus

Locus autem eſt libro IIII, ἤ τε γὰρ ὑβριστὴς καὶ βαρὺς ἔσονται, διαφθαρείσης τῆς ἐξουσίας δίχῃ. vbi Gelenius rectè quidem ὑβριστὴς iniurioſi, ſed non rectè βαρὺς moleſti vertit: quum multo ſit minus Moleſtum eſſe quàm tale iniurioſum, & ita non creſcat ſed potius decreſcat oratio. Ne autem temere duo hæc copulati hîc exiſtimemus, facit quod alibi eodem modo eodémque ordine ὕβρις & βαρύτης ab eo copulata inueniuntur: libro videlicet VI, πάσαις μὲν γὰρ ταῖς εὐτυχίαις φθονεῖσθαι, μάλιστα (vel potius μάλιστα δὲ) ὅσαις πρόσεστιν εἰς τοὺς ταπεινωθέντας καὶ ὑπὸ χεῖρα γενομένους ὕβρις καὶ βαρύτης. Vbi Gelenio ὕβρις quidem eſt Inſolentia, at βαρύτης, Faſtus: quum alioqui interdum βαρύτητα eo quo hîc ὕβριν nomine reddat, vt libro X, vbi etiam αὐθάδεια adiungitur. ἡ δὲ τῶν μειρακίων βαρύτης καὶ ἡ πρὸς ἅπαντας ἡμᾶς αὐθάδεια, παραίτησιν ἢ συγγνώμην οὐδεμίαν ἐπιδέχεται. Paucis autem interiectis verbis αὐθάδειαν (de qua dictum paulo antè fuit) & ὕβριν legimus: ita quidem vt αὐθάδεια dicatur τυραννική, tanquam ἐπιθετικῶς, (ſicut alibi ſcribit, οὐ τὴν αὐθάδη καὶ τυραννικὴν ἦλθον ὁδόν) at ὕβρις, barbarorum. Verùm libro IIII βαρύτητα idem interpres Moroſitatem ſonare exiſtimauit: quippe qui iſta, ἀλλ᾽ αὐθάδης εἰμὶ καὶ διὰ βαρύτητα ἀπεχθής, καὶ τὴν αὐθάδειαν ἣν κέκτημαι περὶ τὴν ἀρχὴν, οὐδεὶς φέρειν δύναταί μου, ita Latina fecerit, At ſuperbus ſum & moroſus, nemínique ferendus ob inſignem in imperio arrogantiam. Vbi eadem opera obſeruandum eſt quomodo illud αὐθάδειαν idē reddiderit: & apud Dionyſium, quomodo illa, τὴν αὐθάδειαν οὐδεὶς φέρειν δύναται, cōueniant cum eo quod dixi, αὐθάδειαν vocari ἀφόρητον, quæ maxima ſit. Verùm vnus eſt qui ſcrupulū nobis inicere poteſt locus, vtpote in quo βαρύτης tāquam effectus quidam τῆς αὐθαδείας ponitur, potius quàm velut eius comes: libro II, μάλιστα δ᾽ ὅτι τῆς αὐθαδείας ὁ μαλθακὸς γίνεται πρὸς τὸ ἀντίπαλον ἐπὶ θεραπείας τρεπόμενον, ἀλλὰ βαρύτης. vbi ita idem ille interpres, Ea maximè de cauſa, quòd animi pertinaces, quū ſentiunt aduerſarios ad ſe demulcendos verti, non ſe moderatiores ſed longè duriores præbent. Atque ita & libro VI, in quadam concione, ἐγκεῖσθαι γὰρ ἡμῶν πέρα τοῦ δέοντος βαρεῖς. Verùm, ad ſcrupulum illum quod attinet, facilè eximetur, ſi conſideremus, alibi quoq; interdum duo vocabula cōiungi, quorum poſterius de eo quod velut effectus prioris ſit dicatur. Et hæc quidem hactenus, in quibus amplam interpretationis loci illius Polybii materiam tibi ſuggero: in quo & iſtud animaduertendum eſt, veteres Romanos ita ſe κατὰ τὰς ἐλαττώσεις gerere fuiſſe ſolitos vt alii κατὰ τὰς εὐτυχίας, vel (vt apud Polybium legitur) κατὰ τὰς ἐπιτυχίας, ſe gerere conſueuerant. Ex iis enim quorū teſtimonio vſus ſum locis vnus eſt in quo ſcribitur, ſuperbiā victores ſolere comitari. nam dicitur ἡ φιλεῖ περὶ τὸ κρατοῦν αἰεὶ γίνεσθαι. Vnus etiam in quo ſcriptum eſt, πάσαις μὲν γὰρ ταῖς εὐτυχίαις φθονεῖσθαι, μάλιστα (pro μάλιστα δὲ) ὅσαις πρόσεστιν εἰς τοὺς ταπεινωθέντας καὶ ὑπὸ χεῖρα γενομένους ὕβρις καὶ βαρύτης.

Romanæ denique μεγαλοψυχίας (cuius illa in ipſo etiam τῶν ἐλαττώσεων tempore αὐθάδεια & βαρύτης argumentum erat) ſiue φρονήματος Romanorum, teſtimonia cùm alii Dionyſii loci ſuppeditant, tum verò aliquot qui in concionibus extant. Audimus enim (libro VII) Lucium vel potius Decium tribunum in ſua ad ſenatum concione poſtulantem vt plebi non minus quàm illi iuris ſit, quæ multa & magna bella vnà ſuſtinuerit, ac nauata egregiè opera in cauſa fuerit & ipſa cur nemini imperata facere cogeretur, ſed contrà aliis iura daret. Eius verba ſunt, καὶ τοῦ μηδενὶ τὸ κελευόμενον ποιεῖν τὴν πόλιν, ἀλλ᾽ αὐτὴν ἑτέροις ἐπιτάττειν τὰ δίκαια. vbi tamen videndum an ἐπιτάττειν τὰ δίκαια ſit quod Latini Iura dare dicūt, an (vt magis eſt vſitatus illorum verborum vſus) Quæ iuſta ſunt imperare. Qua de re in annotationibus dicetur. Tradit porro ipſe Dionyſius non ſemel, Romanos diligenter hoc cauere ſolitos in omnibus quæ facerēt vel dicerent, ne quid eorum indignum ciuitate eſſet. id eſt, eiuſmodi quod ciuitatis dignitatem minimè deceret. Sic libro VIII, pag. 376, vbi ſcribit, Romanis poſt longam de iis quæ Marcius imperabat conſultationem, viſum eſſe, nihil facere quod ipſa ciuitate indignum eſſet. Et non longo interuallo addit, πολὺς γὰρ δὴ Ῥωμαίοις ἀεὶ λόγος τοῦ μηδὲν δρᾶσαί ποτε ἐξ ἐπιτάγματος μηδὲ φόβῳ πολεμίων εἴξαντας ἀλλ᾽ ἀπαιουμένους δὲ τοῖς διαφ. &c. Id eſt, Magna enim ſemper à Romanis huius res habita ratio eſt ne quidquam iuſſi facerent, neque ita vt hoſtibus præ metu cederent: ſed aduerſariis, poſt ictum fœdus, atque vbi ſe obſequentes præbuiſſent, gratificarentur, & ſiquid æqui peterent, id illis concederent. Quinetiam adiungit, ciuitatem hoc φρόνημα in multis magníſque periculis, tam in externis quàm in ciuilibus bellis, ad ſuam vſque ætatem, (quæ & inteſtina quidam vocant) ſeruaſſe. Vbi φρόνημα Gelenius Animum interpretatur: ſed τοῦτο τὸ φρόνημα potius Hunc generoſum animum, vel Hanc animi magnitudinem, ſiue Hanc magnanimitatem, intelligi ab eo exiſtimo. Obſeruandum eſt autem, Dionyſium, non hîc tantùm ſed alibi paſſim, de populi Romani ingenio ſeu moribus loquentē, rarò τὸν Ῥωμαίων δῆμον, frequenter τὴν πόλιν dicere, (ſicut & ſtatim poſt, μηδὲν ἐκφέρειν ἐπίταγμα βαρὺ, μηδ᾽ ἀνάξιον τῆς πόλεως: & paucis interiectis, φυλάττοντες καὶ ἐν τοῖς λόγοις τὸ ἀξίωμα τῆς πόλεως) aut certè τοὺς Ῥωμαίους, potius quàm illum Latinum & quidem Romanum loquendi morem imitari. at Gelenius vbiq;

populum Romanum dicere maluit: quam interpretationem licet nõ improbem, Dionyſii tamen repræſentare ſermonem hîc quoque maluiſſem. Quamuis autem non dubium ſit quin ſub ciuitatis Romanorum vel pop. Romani appellatione ſenatus comprehendatur: alicubi tamen ſenatus, deinde ciuitatis fit mentio: vt in quadam concione quæ extat libro v i, pag. 292, εἰ πόλις ἡ Ῥωμαίων, ἡ τοσούτων ἄρχουσα ἀνθρώπων, καὶ συνέδριον ὃ τὴν ἡγεμονίαν ἔχει πάντων τῶν ἐν ταύτῃ καλῶν, οὐκ ὂν αὐτοῖς πάτριον, οὐδὲν (vel potius οὐδενὶ) τῶν ἀντιπάλων εἴκειν, ὑμῖν μόνοις ὑποκατακλίνονται τῆς ἀξιώσεως ἑκόντες. Vt verò περὶ τοῦ τῆς Ῥωμαίων πόλεως φρονήματος pergam dicere, interdum quidem μηδὲν ἀνάξιον πράττειν τῆς πόλεως, aut λέγειν, at interdum φυλάττειν τὸ ἀξίωμα τῆς πόλεως, eodem ſenſu dicit. Ac potiùs ἀξίωμα, vbi hac de re agitur, quàm ἀξίωσιν dicit: quod tamen in iis quæ non multo ante præcedunt habes. Eſtque ibidem animaduertendum quod dicitur, patrium Romanis eſſe morem, nulli aduerſariorum cedere. Sed tamẽ illud Romanorum φρόνημα nuſquam nobis meliùs repræſentat quàm in reſponſo quod Latinorum legatis à conſule Sulpicio datur, lib. v, pag. 237, vbi verba illa Ῥωμαίων δῆμος, vel potiùs, ὁ Ῥωμαίων δῆμος, leguntur, & de illo ſcribitur, ἀλλ᾽ ἀνέσχετο γοῦν τε κειρομένην ὁρῶν καὶ αὐλὰς ἐμπιπραμένας, πάσης γενόμενος, ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας, καὶ οὐ μηδὲν ὧν μὴ βούλεται πράττειν κελευσθείς. Vbi etiam Thucydidem imitatur, ſub illis videlicet verbis, ἀνέσχετο γῆν τε κειρομένην ὁρῶν.

Cæterùm quam Polybius Romanis αὐθάδειαν tribuit κατὰ τὰς ἐλαττώσεις, eam & alio etiã quàm τῶν ἐλαττώσεων tempore Romanis σύνοικον fuiſſe (vt dicitur à Platone αὐθάδεια ἐρημίᾳ σύνοικος) hoſtes eorum interdum querebantur: vt legimus in quadam illarum ex Dionyſio noſtro ἐκλογῶν de legationibus, ἀφόρητον ἡγησάμενοι τὴν αὐθάδειαν τῆς πόλεως. Ac quidam apud Appianum, tanquam nimium eſſet Romanorum φρόνημα, ſe aliquid velle de illo detrahere dicit. ὡς δ᾽ ἂν (inquit) καὶ Ῥωμαίων τι τοῦ φρονήματος περιέλοιμι, καὶ τὰ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀδιάβλητος εἴην, ὅπλα μὲν αὐτοὺς οἷς ἐχρήσαντο ἀεὶ καθ᾽ ἡμῶν ἀφαιρήσομαι, καὶ χρήματα (καὶ γὰρ ταῦτα ἔχουσι παρ᾽ ἡμῶν) ἐκπέμψω δ᾽ ὑπὸ ζυγὸν σώους ἢ τινι αἰσχύνῃ καὶ αὐτοὶ κατ᾽ ἄλλων ἐχρήσαντο. Idem eadem in hiſtoria & μεγαληγορίαν Romanis tribuit, & quidem quam Nemeſis impunem non reliquerit. nam quum dixiſſet à Romanis decretum fuiſſe legationes à Samnitibus nõ ampliùs admittere, ſed bello eos perſequi, (& quidẽ quod ἄσπονδον & ἀκήρυκτον foret) donec eos funditus deleuiſſent: ſubiungit, θεὸς δὲ ἐνεμέσησε τῆς μεγαληγορίας, καὶ ὕστερον ἡττήθησαν ὑπὸ Σαυνιτῶν καὶ ὑπὸ ζυγὸν ἤχθησαν οἱ Ῥωμαῖοι. Ad μεγαλοψυχίαν autem quod attinet, quoddam reſponſum quod ab illa proficiſceretur, legatos AEtolorum ἀπότομον ἀπόκρισιν appellaſſe, antea dictum fuit: qui ἀπότομον reſponſum (nam ſcribitur, διὰ τὴν ἀποτομίαν τῆς ἀποκρίσεως) vocantes Præciſum reſponſum (vt dicitur etiã aliquis quidpiam præciſè negare) ſimul nimium duros & inexorabiles ſe præbere innuebant. nam hac etiam de re dictam fuiſſe ἀποτομίαν ſcimus.

Verùm, ad ipſam μεγαλοψυχίαν ſiue μεγαλοφροσύνην vt redeam, quam eſſe vnam dixi ex iis virtutibus quæ ſummopere in pop. Romano cõmendatæ fuerunt, & ipſum valde omnibus aliis gentibus commendarunt, (cuius etiam effectum dicere poſſumus illud Polybii de illis fidem propemodum ſuperans dictum) pro mei de illa ſermonis clauſula quæſtionem quandam proponam, quæ pleriſque in mentẽ venire poſſit: quomodo in quos ἐπιείκεια, quæ pro laude prima illis data fuit, in eoſdem & μεγαλοψυχία cadat. Sed quum ἐπιείκεια eiuſdẽ ſit cuius & πραότης, (ſic tamen vt hæc latiùs pateat, & poſſit quidem aliquis eſſe ἐπιεικὴς qui alioqui ſe non vbique πράως gerat, at non item eſſe quiſquam πρᾶος, qui non ſe gerat ἐπιεικῶς) nihilo magis mirandum fuerit, vni eidémque populo ἐπιεικείας pariter & μεγαλοψυχίας laudem dari, quàm miramur, πραότητα & μεγαλοψυχίαν, itidémque πρᾶον & μεγαλόψυχον, necnon πράως & μεγαλοψύχως copulari. Horum autẽ apud ipſum Polybium exempla nobis ſuppetunt. nam de Coty Odryſarum rege loquens, qui legatos Romam miſiſſet ad filium recipiendum, poſtquam ſcripſit eos hoc illi conceſſiſſe, addit, βουλόμενοι τὴν αὐτὴν πραότητα καὶ μεγαλοψυχίαν ἐμφαίνειν. Apud eundem Rhodiorum legatus quidam ſenatui Romano famam quæ de ſumma Romanorum clementia pariter & magnanimitate eſſet, allegat. τί (inquit) πρὸς τοὺς μηδὲν αἰτίους ἀκαταλλάκτως ἔχετε; καὶ ταῦτα, πρὸς τοὺς ἄλλους ἅπαντας εἶναι δοκοῦντες πραότατοι καὶ μεγαλοψυχότατοι; Denique apud eundem legatos Antiochi audimus Romanos exhortantes ad gerendum ſe clementer ſimul & magnaminè, poſtquã res illis ex animi ſententia ſucceſſerunt. Eius verba ſunt, κληθέντες δ᾽ εἰς τὸ συνέδριον, πολλὰ μὲν καὶ ἕτερα διελέχθησαν, παρακαλοῦντες πράως χρήσασθαι καὶ μεγαλοψύχως τοῖς εὐτυχήμασι. Quibus adiicitur etiam, iſtud non tam Antiocho, quàm illis ipſis conducere, quum fortuna illis orbis imperium ac principatum donauerit. (quod etiam conuenit cum illis quæ de Romani imperii amplitudine ſuprà ex Dionyſio & Liuio relata fuerũt) Polybii verba ſunt, φάσκοντες οὐχ οὕτως Ἀντιόχῳ τοῦτο συμφέρειν, ὡς αὐτοῖς Ῥωμαίοις, εἴπερ ἡ τύχη παρέδωκεν αὐτοῖς τὴν τῆς οἰκουμένης ἀρχὴν καὶ δυναστείαν. Iam verò & philoſophi magnanimitati conſentaneam eſſe clementiam docent: & quod viciſſim ex Dionyſio antea retuli, ὕβριν

decere

decere barbaros, illorum ſententiæ conſentaneum eſt. Sed & poetæ de hoc philoſophis aſſentiuntur. ita enim Naſo,

Quo quiſque eſt maior, magis eſt placabilis ira:
Et faciles motus mens generoſa capit.

Atque id aptiſſimo exemplo confirmat, in quo magnanimitatem, poetica loquendi libertate, leoni etiam tribuit,

Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni:
Pugna ſuum finem, quum iacet hoſtis, habet.

At de lupis & vrſis, quibus non itidem tribui magnanimitas poteſt, contrà,

At lupus & turpes inſtant morientibus vrſi,
Et quæcunque minor nobilitate fera eſt.

Perinde igitur eſt acſi quis de Romanis quidem & Græcis illud quod Ouidius de leonibus, at de barbaris iſtud quod de lupis atque vrſis ſcribit, diceret: ſicut βαρβάροις ἀνθρώποις conuenire ὕβριν quidam apud Dionyſium ait: dicens quidem & αὐθάδειαν, ſed ita vt τυραννικὴν adiungat. Extat verò & vetus quoddã epigramma (eius initium eſt, *Iratus recolas*) quod talem naturam leoni qualem Naſo, velle tribuere videtur.

Quamuis porro non minus ἐπιείκεια quàm μεγαλοψυχία Romanorum (cui conſentaneam eſſe πρᾳότητα oſtendi) celebrata fuerit, tamen & μισοπονηρίαν illis quodammodo inſitam fuiſſe, ac priſcis Romanis præſertim, legimus: ac Dionyſium illorum ἤθη & φρονήματα (nam hæc copulat) vocantem audimus μισοπόνηρα, ſed illi adiicientem noſtrum illud αὐθάδη. Scribit enim libro III, tãtum tunc temporis (intellige autem de priſco ſeculo, & velut prima Romanæ gentis ætate) fuiſſe illis improbitatis odium, adeóque fuiſſe rigidos & crudeles (quamuis enim ὠμοὶ καὶ σκληροὶ legamus, non aliter verto quàm ſi ordine contrario σκληροὶ καὶ ὠμοὶ ſcriptum foret) vt à ferarum natura haud multum abeſſe dici poſſent, ſi quidem eorum facta cum factis hominum ſuæ ætatis conferrentur. Sed remãſiſſe tamen & in poſteris aliquid illius μισοπονηρίας, multi hiſtoricorum loci oſtendunt, ac nominatim hic Diodori, de Romanorum ſenatu loquentis, quem τὴν σύγκλητον appellat, διὰ δὲ πίστης τῆς πράξεως ἀπόδειξιν ἑαυτὴν μισοπονηροῦσαν ἐπὶ τῇ τοῦ παιδὸς ἀναιρέσει, ἐ δωρεὰ ἀσεβῶν ἀνδρῶν οὐ προσδεχομένη. vbi δωρεὰν vel δωρεὰς (aut δῶρα) & προσδεχομένην reponendum eſt. Sed & μισοπονήρως χρῆσθαι τινὶ, de Romanis dictum legi, pro eo quod eſt Tractare aliquem ita vt dignum eſt ab iis qui μισοπόνηροι ſunt tractari.

Tertia laus Romanorum, inter eas quidem certè de quibus dicere inſtitui, eſt ea cuius fit mentio à Dionyſio in vna earum quæ extant ἐκλογῶν de legationibus. Ibi enim ſcribit Dionyſius, manifeſtam Samnitici belli cauſam, & quæ cum aliqua honeſtatis ſpecie narrari omnibus poſſet, fuiſſe hanc, Lucanis qui ad ipſos confugerant, velle opitulari: quòd communis & patria Romanorum ciuitati conſuetudo eſſet, iis qui affecti iniuria ad ipſam confugerent, opem ferre: ſed occultã & quæ magis ipſos amicitiam diſſoluere cogebat, fuiſſe eã qua præditi Samnites erant potentiam: quæ & magna iam erat, & maior euaſura exiſtimabatur, quum Luc &c. Eius verba ſunt, ἡ μὲν δὴ φανερὰ τοῦ Σαυνιτικοῦ πολέμου πρόφασις καὶ πρὸς ἅπαντας εὐπρεπὴς λέγεσθαι, ἡ Λευκανῶν ἐγένετο βοήθεια, τῶν καταφυγόντων ἐπ' αὐτούς· ὡς κοινὸν δή τι τοῦτο καὶ πάτριον ἔθος τῇ Ῥωμαίων πόλει, τοῖς ἀδικουμένοις καὶ καταφεύγουσιν ἐπ' αὐτὴν βοηθεῖν. (vbi non dubito quin deſideretur participium ὂν poſt ἔθος, ſiue poſt πόλει: vt ὡς κοινὸν δή τι τοῦτο καὶ πάτριον ἔθος dicatur Attico more pro eo quod alioqui per genitiuum efferretur, hoc modo, ὡς κοινοῦ δή τινος τούτου καὶ πατρίου ἔθους ὄντος) ἡ δ' ἀφανὴς καὶ μᾶλλον αὐτοὺς ἀναγκάζουσα διαλύσασθαι φιλίαν, ἡ τῶν Σαυνιτῶν ἰσχὺς, πολλή τε ἤδη γεγονυῖα καὶ ἐπὶ πλεῖον (vel potius ἔτι πλείων) γενήσεσθαι νομιζομένη. Meritò autem hãc Romanis laudẽ datam fuiſſe, illæ de legationibus ἐκλογαὶ ex Polybio, ex noſtro Dionyſio, necnon Diodoro, & quibuſdam aliis, ſatis ſupérque oſtendunt: atque id faciet vt illo Dionyſii de hac Romanorum humanitate teſtimonio ſim contentus. Dixerat porro & antea de Lucanis, eos initio quidem ſuis viribus fretos bellum ſuſtinuiſſe, ſed quum deteriore in omnibus prælis conditione eſſent, & cùm multa iam loca amiſiſſent, tum verò de omni etiam reliquo territorio in diſcrimen venirent, ad populi Romani ſuppetias confugere neceſſe habuiſſe. Obſerua autem dici, ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων βοήθειαν ἠναγκάσθησαν καταφυγεῖν, ſicut in illo altero loco, τοῖς ἀδικουμένοις καὶ καταφεύγουσιν ἐπ' αὐτὴν βοηθεῖν. Neque hoc animaduertendum non eſt quod ſubiungit, (auget enim Romanæ humanitatis & clementiæ laudem) eos fuiſſe quidem ſibi conſcios, ſe fœdus quo antea amicitiam & ſocietatem cum Romanis pepigerant, feselliſſe: ſed non deſperauiſſe tamen ſe illas ſuppetias eum exoraturos, ſi ex vnaquaq; ciuitate nobiliſſimos quoſque pueros cum legatis obſides mitterent. Et quidem id contigiſſe ſcribit. Verùm mirari quis iſtud poſſit, Dionyſium de illo Romanorum more ita loqui vt κοινὸν ἔθος καὶ πάτριον appellet, quum Polybius, illum eorundem morem deſcribens de quo antea diſſeruimus, contrà ἴδιον καὶ

πάτριον, non κοινὸν καὶ πάτριον, appellet. Quæ ita conciliari poſſe arbitror, vt Dionyſius quidem κοινὸν vocare exiſtimetur, ad alios quoſlibet reſpiciendo, qui hãc Romanorum humanitatem cum Lucanis, in eodem caſu, communem haberent: at Polybius ἴδιον, quòd hunc morem alius populus quàm Romanus non haberet.

Alias quaſdam tribui Romanis laudes non ignoro: ſed has præcipuas eſſe arbitror. Inter reliquas verò pręcipuam non immeritò fortaſſe dixerit quiſpiam eſſe illam, quòd bellum inferre, niſi iuſtam inferendi cauſam haberẽt, nolebãt: vnde in quadam concione libri VII ſcribitur, deos iniuſti belli autoribus infenſos eſſe: θεοὺς τε ἀνταγωνιστὰς ἔχοντες, οἳ νεμεσῶσι τοῖς ἄρχουσι πολέμου ἀδίκου. vbi tamen Gelenius vertere maluit, Qui in belli iniuſti autores vindicant. Legimus verò & apud Diodorum, τοὺς παλαιοὺς μηδὲν οὕτω σπουδάζειν ὡς τὸ δικαίους ὑφίστασθαι πολέμους. ita enim apud eum ſcribendum eſt, non ἐφίστασθαι. Loquitur autem de priſcis Romanis. Verùm & Polybii teſtimonium, quod maximi eſſe ponderis ſcimus, adiiciendum eſt: vtentis illo priſcis Græcis vſitato loquendi genere, ἄρχειν χειρῶν ἀδίκων. Eius verba ſunt, οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι πρόνοιαν ἐποιοῦντο μηδέποτε πρότεροι χεῖρας ἐπιβάλλειν τοῖς πέλας, μηδ᾽ ἄρχοντες φαίνεσθαι χειρῶν ἀδίκων, ἀλλ᾽ ἀεὶ δοκεῖν ἀμυνόμενοι ἐμβαίνειν εἰς τοὺς πολέμους. Quod Dionyſius ἄρχειν πολέμου ἀδίκου dicit.

Ad ipſam verò πολιτείαν Romanorum quod attinet, Dionyſius hoc eius eſſe ait magnum encomium, ac Romanos rem, quæ p. æ quauis alia admiratione digna eorum nomen illuſtret, in eo feciſſe, quòd neque plebs, contemptis patriciis, eos adorta ſit, & magna optimatum cæde facta, omnes illorum opes occuparit: neque ii qui in dignitate conſtituti erant, aut propriis viribus aut externis auxiliis totam plebem peſſumdederint, vt in poſterum vrbem ſecurè incolerent: ſed, tanquam fratres cum fratribus, aut liberi cum parẽtibus, in modeſta familia, de iis quæ communis iuris eſſent verba facientes, conditionibus quæ eſſe æquę videbantur, controuerſias diremerint, ac minimè alii in alios vllum facinus quod cladem immedicabilem afferret, aut quod nefarium eſſet, patrare ſuſtinuerint. Additque aliorum exempla populorum, qui non ita prudenter ſe geſſerint, ſed contrà in ſeditiones exitiales inciderint. ſubiungit enim, Qualia Corcyræi in ſeditione patrarunt, & Argiui, necnon Mileſii, Siciliáq; vniuerſa, & aliæ multæ ciuitates. Pertinent porro itidem ad laudem Romanæ πολιτείας (nam illic voce iſta vtitur, ſcribens, εἰ γάρ τι καὶ ἄλλο τῆς Ῥωμαίων πολιτείας μέγα ἐγκώμιόν ἐστι) illa quæ libro eodem ſcribit, pag. 319, his illum ſermonem claudens verbis, ἀλλὰ διέμενον ὥσπερ οἱ σωφρονέστατα πολιτευόμενοι πρὸς τοὺς υἱοὺς πατέρες, εὐνοούσῃ καὶ κηδομένῃ τῇ ὀργῇ πρὸς τὰς ἁμαρτάδας αὐτῶν χρώμενοι.

SED IAM ad laudes quæ & peculiariter Romanis quibuſdã datæ in hiſtoria Romana fuerunt, tranſire tempus eſt. Quum tamen egredi terminos illius hiſtoriæ nolim quæ iis quos habemus Dionyſii libris continetur, priſcorum dũtaxat Romanorum fiet mentio: qui, aut quorum plerique ſaltem, in illorum numero quos ἐσθλοὺς ἄνδρας in procemio vocat, poni merentur: & de quibus loquẽs ibidem, dicit, οἱ τοσοῦτον περιθέντες αὐτῇ δυναστείας μέγεθος (alibi ἀρχῆς appellatione pro eodem vtens) & libro V, & περὶ τῶν ἐν τούτῳ καταστησαμένων αὐτὴν τῷ ἀξιώματι ἡγεμόνων. nimirum αὐτὴν de Roma intelligens. id eſt, de ducibus (ſiue imperatoribus) qui eam in hac dignitate conſtituerunt: quam illis laudem & alibi aliis verbis tribuit. Multo autem hac etiam in parte liberalior Tito Liuio Dionyſius comperietur. Incipiam porro à P. Valerio, quem is non vno in loco laudat. nam libro V, cùm alia de illo dicit, tum etiam, raro quodam loquẽdi & laudandi genere vtens, philoſophiam quandam αὐτοδίδακτον circa ipſum fuiſſe ſcribit. Vbi αὐτοδίδακτον φιλοσοφίαν Gelenius reddit (ſicut & nouiſſimus interpres, eum ſequens) Innatum philoſophiæ ſtudium. Scimus tamen ſonare quaſi quis dicat Philoſophiam quam à ſeipſo edoctus eſſet: ac non malè fortaſſe naturalem quis vocarit. Quod autem περὶ αὐτὸν dicit, non ἐν αὐτῷ, ita & alibi loqui oſtendam, vbi de ſtylo eius agam. Laudans denuo illum in alia eiuſdem libri parte, (aliquot poſt præcedentem locum paginis) ita id facit vt paucis magnam laudem verbis complectatur: ſcribit enim, illum omnium illius ſeculi Romanorum præſtantiſſimum in omni virtutũ genere fuiſſe exiſtimatum. Eius verba ſunt, κράτιστος τῶν τότε Ῥωμαίων κατὰ πᾶσαν ἀρετὴν νομισθείς. Inter alias porro laudes, de quibus lectorem ad præcedentem hiſtoriam remittit (id eſt, ad illa quæ de ipſo commemorauit) hanc illi tribuit, quòd tam alienus ab auaritia fuerit, vt, quum multas comparandæ pecuniæ occaſiones habuiſſet, quæ à nemine, tanquam turpes & iniuſtæ reprehenſæ fuiſſent, nihil tamen exiguis facultatibus ſuis adiecerit (ad verbum, in exiguis facultatibus ſuis remanſerit) temperantem & ſua ſorte contentam atque ab omni cupiditate inuictam vitã traducens: quúmque adeo pauca illi pecunia eſſet, nihilominus liberos tali genere dignos educauerit: ſatiſq; omnibus manifeſtum fecerit, DIVITEM ESSE NON QVI MVLTA POSSIDEAT, SED QVI PAVCISSIMIS OPVS SIT HABITVRVS. Sequor enim quã habemus lectionẽ, ὁ μικρῶν δεησόμενος: quum tamẽ & Lapus & ambo illi qui poſt eũ officio interpretũ functi ſunt, aut fungi voluerunt, ita reddãt acſi δεόμενος ſcriptum eſſet. In illa autẽ auaritiæ mentione, breuiſſimè illius tyrannicam (vt ita loquar) potentiam

tentiā deſcribens, dicit τῇ πάντας καταδουλουμένῃ καὶ ἀσχημονεῖν ἀναγκαζούσῃ. CAPTVS NON FVIT (inquit) AVARITIA, QVAE ALIOQVI OMNES IN SERVITVTEM REDIGIT, ET TVRPITER SE GERERE COGIT. Niſi mauis ἀσχημονεῖν reddere, Turpia perpetrare. Verùm habet hic quem verti locus duo mēda, quorum vnum & alii deprehenderunt, alterum non item. Latent autem ambo ſub his duobus membris, σώφρονα καὶ αὐτάρκη καὶ πάσης ἐπιθυμίας κρείττονα βίον ζητῶν, καὶ παῖδας ἐπὶ τοῖς ὀλίγοις χρήμασιν ἐθρέψατο τοῦ γένους ἀξίοις. Nam in priore quidem membro ferri ζητῶν haud poſſe exiſtimo, nec tamen ζῶν tantummodò ſubſtitui poſſe, ſed etiam ζηλῶν: at in poſteriori pro ἀξίοις ſcribendum cenſuerim ἀξίως: quod maiorem huius viri laudem efficiet, quia non dicetur educaſſe filios qui poſtea euaſerint tali genere digni, ſed educationem tali genere dignam ipſis dediſſe. Solet autem Dionyſius in huiuſmodi encomiis accuratius (vt par eſt) quàm alibi vſquam loqui: ideóque debebant qui eum Latinum fecerunt, accuratiorem itidem interpretationē huiuſmodi locis adhibere. Quod tamen nequaquam feciſſe mihi videntur. Atque vt de hac re ferre ipſe iudicium poſſis, Dionyſii verba proponam, deinde cum illorum interpretationibus meam conferam. Ita igitur Dionyſius, τοιαύτας ἀφορμὰς χρηματισμοῦ λαβὼν, ἃς οὐδεὶς ὡς αἰσχρὰς ἂν καὶ ἀδίκους διέβαλεν, οὐχ ἑάλω τῇ πάντας καταδουλουμένῃ καὶ ἀσχημονεῖν ἀναγκαζούσῃ φιλοχρηματίᾳ· ἀλλ' ἐπὶ τῇ μικρᾷ καὶ πατροπαραδότῳ διέμεινεν οὐσίᾳ, σώφρονα καὶ αὐτάρκη καὶ πάσης ἐπιθυμίας κρείττονα βίον ζητῶν, καὶ παῖδας ἐπὶ τοῖς ὀλίγοις χρήμασιν ἐθρέψατο τοῦ γένους ἀξίους. Atq; his, loco epiphonematis, dictum quoddā philoſophorum, (quàmuis nullam eorum mentionem faciat) quod ſuo hic exemplo confirmauerit, ſubiungit, καὶ δῆλον ἐποίησε πᾶσιν ὅτι πλούσιος οὐχ ὁ πολλὰ κεκτημένος ἐστὶν, ἀλλὰ ὁ μικρῶν δεηόμενος. Quæ Gelenius ita reddit, Quum tot habuiſſet parandæ pecuniæ occaſiones, quas nemo vt turpes & iniquas reprehenderit, non eſt captus ab ea quæ cunctos ad ſeruitutem & indecentes actiones impellit auaritia: ſed contentus paruo patrimonio, temperantem, frugalem, nulliſque cupiditatibus obnoxiam vitā exegit: & in tam exigua re familiari liberos educauit dignos tali genere: ſatiſque declarauit omnibus, diuitem eſſe non qui poſſideat plurima, ſed qui pauciſſimis opus habeat. Porti interpretationem huic ſubiungere (ea quam dixi de cauſa) in animo habebam: ſed quum nullam quæ alicuius momenti eſſet differentiam inuenirem, ne tibi eorundem repetitio tædium afferret, vereri cœpi. Quæ igitur in vna deſiderabo, eadem in altera deſiderari à me ſcito. ac primùm, quū vterq; πάσης ἐπιθυμίας κρείττονα, Nullis cupiditatibus obnoxiam interpretetur, ego, ad retinendā ſermonis Græci gratiam, dicere malui, Ab omni cupiditate inuictam. Sed tamen, ad illam omnino exprimendam, dicendum potius eſſet, Omnis cupiditatis victricem. vel Omni cupiditate ſuperiorem. Talia autē loquendi genera quantum illud quo vſi ſunt, venuſtate ſuperent, quis non videt? Sed nec gratia vocabuli καταδουλουμένῃ à Gelenio expreſſa fuit. (quod tamen in hoc facilius fuit quàm in illo facere) nam hæc quæ de auaritia dicuntur, τῇ πάντας καταδουλουμένῃ, reddit, Quæ cunctos ad ſeruitutem impellit. Quid? is qui bello (vnde hæc metaphora ſumpta eſt) aliquam ciuitatē καταδουλοῦται cùm ab aliis tum ab ipſo etiam Dionyſio dicitur, an Latinè Ciuitatem in ſeruitutem impellere, ac non potius In ſeruitutem redigere, dicendus eſt? Venio ad vocem αὐτάρκη, quæ certè vna ex illis eſt quarum interpretatio difficultate haud caret. Illi βίον αὐτάρκη, Vitam frugalem reddiderunt: at ego vim eius melius expreſſurum dico qui mecum vertet, Sua ſorte contentam. Quinetiam in iis quæ proximè ſequuntur, vbi Dionyſius, poſtquam dixit τῆς αὐταρκείας τοῦ ἀνδρὸς, paucis interiectis ſubiungit, οὐδὲ γὰρ ἀρκοῦντα κατέλιπεν, ad illam αὐταρκείας appellationē alludens: quærendas eſſe hiſce duobus locis tales interpretationes dico vt itidem in poſteriori ad vocē quæ in priori poſita fuerit alludatur. Ne illud quidē omittam, vtrunq; ita vertiſſe præcedentem periodum acſi non δεηόμενος ſed δεόμενος ſcriptum eſſet: & mihi tamen δεηόμενος non ſolùm ferendum, ſed etiam illi δεόμενος minimè poſtponendum videri. Sunt (fateor) alii multo maioris momēti loci, in quorum interpretatione eoſdem minimè fideliter ſe geſſiſſe, Annotationes meæ oſtendent: ſed quoniam (vti dixi) ſolet Dionyſius in huiuſmodi encomiis magis accurato ſermone vti, id tibi hîc ſaltem conſiderandum proponens, non potui mihi de ea quæ contra cernitur incuria in vtraque horum locorum interpretatione, ſilentium imponere.

Si tamen à me alios ex iis qui encomia itidem continent, & ſimile eorum examen expectabis, longè fallêris: quum mihi aliquot quidem præterea proponere, ſed non vt antea in eorum interpretatione immorari quin potius ex Gelenio illam mutuari decretum ſit. Veniam autem ad quendam qui à Dionyſio non modicè laudatur, ſed tāquam is cui omnes quæ in dictatore requiri poſſunt virtutes ineſſent. Nam libro x, poſtquam ſcripſit fuiſſe ſolicitè agitatum in ſenatu de viro ad dignitatem dictatoriam idoneo: quum videretur reſpubl. gnauo aliquo viro ac rei militaris peritiſſimo, necnon prudente ac temperato opus habere, qui ſe poteſtatis amplitudine à ſapientiæ præſcripto abduci non fineret: quique præter has & cæteras boni imperatoris

virtutes, habenas imperii ſtringere noſſet, nec ſe in caſtigandis immorigeris mollem præberet: addit, compertum fuiſſe, hæc omnia alteri conſulum, Tito Largio, ineſſe. Inter illa autem quibus vtitur Dionyſius in hoc encomio verba, vnum eſt in quo, contra quàm ſtatueram, illi interpretationi aliquid cogor ἐπεξεργάζεσθαι. Id eſt δραστήριος, quo libenter vtitur & Thucydides: ac cui quod in Latina lingua reſpődeat, niſi ad periphraſin confugiatur, vix inueniri poteſt. Nã δραστήριος non ſimpliciter eſt Gnauus, (quum poſſit aliquis circa etiã res parui moměti gnauus eſſe) ſed cui ad ſuſcipiendas res quaſlibet, etiam arduas, nec animi promptitudo nec induſtria deeſt. Atque adeo tanta laus alicui tribuebatur quum δραστήριον eſſe dicebant, vt alicubi vel ſolum ad magnam alicuius laudem ſufficere exiſtimarit. Alibi tamen non contentus δραστήριος dixiſſe, addit καὶ φρόνιμος: & quodam in loco pro eodẽ dicit (formam loquendi Thucydideam vſurpans) μετὰ τοῦ δραστηρίου καὶ συνετός. Sed iam fortaſſe & Marcius ſuæ laudis mentionem expectat. ea certè breuis itidem eſt. his enim de illo contentus eſt verbis, σώφρων δὲ τὸν καθ' ἡμέραν βίον ὁ ἀνὴρ καὶ φρονήματος ἐλευθέρου μεστός. Vbi nobis animaduertenda eſt hæc adiectio vocabuli ἐλευθέρου, quum alibi φρόνημα ſine illo additaměto dicat. Sic autẽ & quorundã aliorum paucis verbis encomium complectitur. Vnum hoc addam, (alia encomiorũ exempla quærenda tibi deinde relicturus) illũ alicubi bellicas virtutes in illis quibus inerãt politicæ, aut vice verſa politicas in iis qui præditi bellicis erant, deſiderare. Sic, vbi in T. Largio rei militaris peritiam prædicauit, de eius collega Clœlio loquens, eum contrà politicis virtutibus præſtitiſſe, ſed τὸ δραστήριον καὶ φιλοπόλεμον nequaquam habuiſſe ſcribit, neque τὸ ἀρχικὸν καὶ φοβερόν. Eum tamen cui hæc deſint imperatorem magnam in ſuis interdum ἀναρχίαν experiri neceſſe eſt: qualem alibi ab eo deſcribi videmus.

Tandem ad illum qui hoc caput clauſurus eſt ſermonem venio, de iis qui omnem laudationem pariter & reprehenſionem, ſeu vituperationem, ab hiſtorica ſcriptione alienam eſſe putauerunt. Illos equidem ſcio ideo ita ſenſiſſe, quòd quũ hiſtoria (vt quidã ſcripſit) nihil aliud quàm veritatis imago eſſe debeat, & rerum geſtarũ veluti tabula, quæ in clariſſima populi luce omnibus ad iudicandum proponatur: laudationes illæ hiſtoricorum vel reprehenſiones tanquam præiudicium quoddam ſint lectoribus, quod plurimum de rebus geſtis detrahere poteſt: quoniam imperitorum animos illis quas ipſi conceperunt opinionibus velle præoccupare videntur: ad eos autẽ lectores quod attinet qui iudicio & prudentia aliqua inſtructi ad lectionem illorũ accedunt, ob id ipſum quòd illi hiſtorici minimè rogati ſententiã ferunt, ſuſpecti eſſe debeant. Quinetiam illud obiiciunt, quum nihil difficilius ſit quàm rectè iudicare, ac de iis præſertim rebus in quibus minimè ſis exercitatus, ei hiſtorico qui nec in bellis nec in iis quæ ad reipubl. adminiſtrationem pertinent, verſatus ſit, quomodo conueniat, hunc, tanquã politicæ, illum, tanquam imperatoriæ ſcientiæ peritum laudare. Nec ignoro, & tertiam obiectionem ex ore multorum prodiiſſe, pleroſque hiſtoricos, dum rhetoras aut philoſophos agunt, propoſitæ narrationis filum abrumpere, & legentium cogitationes ac memoriam aliò auocare. Atque his exempla talium hiſtoriarum, quæ magno tamen in pretio fuerint, adiiciunt (tales quum dico, de illis quæ ſimplices & velut nudas narrationes continent, intelligo, aut ſaltem in quibus nuſquam ſuum hiſtoricus iudicium interponit) Xenophontis quidem apud Græcos, Cæſaris verò apud Latinos.

At nunc quid illis, pro tot tantiſque viris, quibus tantum hiſtoria debet, reſponderi poſſit, videndũ eſt. Quod igitur tales vel laudes vel vituperationes præiudiciũ quodammodo lectoribus vel auditoribus eſſe queruntur, ego in eo quòd hiſtorici ante illos ſuam ſententiam tulerint (ſiue præiudicium ſiue alio id nomine appellare debeant) nihil periculi eſſe dico: quoniam quicunque lector vel auditor ex imperita multitudine, ac numero illorũ quos Latini ſæpius quàm Græci idiotas vocant, minimè eſt, quum aliquam in narrationem incidit, quæ talis eſt vt velut expectare legentis vel audientis iudicium videatur, præuenire ipſe illam hiſtorici ſententiam, & tacita cogitatione, etiam inter legendum, iudicium ferre cõſueuit. Vnde fit vt hiſtorico poſtea (id eſt, poſtquam ad narrationis finem ventum fuerit) ſuam de eo quod narrauerit facto ſententiã proferente, ea illi ſiue lectori ſiue auditori minimè præiudicium ſit, ſed potius ad eam ſuum ipſius examinare iudicium poſſit. Venio nunc ad ſecundam reprehenſionem, quã hiſtorici quidam de illis etiam rebus quarum imperiti ſunt pronũtiare dicuntur. In eo quidem certè iuſtam habere illos reprehendendi materiam haud inficior: ſed quem ex veteribus hiſtoricis tantæ támque impudentis audaciæ inſimulare audebunt? Eſto enim, non omnes æquè ac Polybium (ſcimus enim, Polybio primas in ferendo de multis rebus ac præſertim de cõſiliis iudicio deferri) potuiſſe de multis quæ à ſe memoriæ proderentur iudicare: quid? an qui Lynceus non eſt, acie oculorum nihil valere cenſebitur? Adde quòd, quamuis ex euentu ferri iudicium non debeat, tamen in rerum geſtarum narratione, felix quidem exitus ad laudationem eius à quo

geſtæ

geſtæ fuerũt, ac infelix ad reprehẽſionem velut ſternere viam videtur: præſertim ſi nihil παράλογον interuenerit (vt ex Thucydide diſcimus, quædam παράλογα ſapientiſſimis alioqui conſiliis nonnunquam obſtare) & ſimilem alii ſimiles conatus exitum habiſſe comperiantur. Tertia obiectio (niſi quis alium quàm qui à me propoſitus eſt ordinem tenere malit) rem quæ habet quidem aliquid incommodi, ſed quod commoditate aliqua compẽſatur, nobis proponit. Nam ſicut propoſitæ narrationis filum abrumpitur, ita viciſſim, ſi quid iam tædii longior hiſtoricarum narrationum lectio attulit, illo diuertente aliò ſermone leuatur. Qui ſi breuis ſit (vt certè breuis eſt plerumque: quum rarò illud vſuueniat vt hiſtorici rhetoras aut philoſophos agant) ita filum illud abrumpit vt interim legentium cogitationem ac memoriam aliò non auocet. Fortaſſe autem ne abrumpere quidem ſemper illud dici poteſt, ſed interdum meliùs memoriæ infigendi eius quod poſtremò legimus occaſionem præbere, ſimúlque ſpatium & præcedentia per quandam ἀνακεφαλαίωσιν in illam reuocandi dare. Finge tamen longum eſſe illum ſermonem, quid tædii quantumuis longum diuerticulum, modò ſimul amœnum ſit (vt appellat Liuius) afferre poteſt? At memoriam auocabit, inquient. Nónne illam repetita lectione reuocare poſſumus? Omitto, poſſe nos ei quod allegant malo (quod illud cunque ſit) mederi, in talia diuerticula cum illis non egrediendo, & potius hiſtoricæ narrationis ſiue hiſtoricarum narrationum lectionem perſequendo: quemadmodum Martialis breuem librum à lectore, partem eius aliquam prætermittendo, reddi poſſe aiebat.

Iam verò, quòd Xenophontis inter Græcos, Cæſaris verò inter Latinos autoritate niti volunt: ad Cæſarem quidem quod attinet, vel ipſa commentariorum appellatio διήγησιν illam de eo quòd tam nuda ſit excuſat: de Xenophonte autem in promptu eſt reſponſum, illum in altera hiſtoria quæ Cyri παιδείας nominatur, ea ſibi permiſiſſe quæ ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς, certo conſilio, permittere noluerit. Quid? nónne Polybius Phylarchum reprehendit quòd laudes quas quiſque merebatur omiſiſſet? ac præcipuam hiſtoriæ vtilitatem eſſe putat, vt boni laudationibus ſimilium ſui ad virtutem accendantur, improbi vituperationibus deterreantur? Quòd ſi tamen Polybium non haberemus, aut alium cuius autoritatem huic illorum obiectioni opponere, poſſemus, & numero exemplorum tantummodo (de talium laudationũ aut reprehenſionum ſeu vituperationum apud hiſtoricos exemplis loquor) pugnandum foret, quis neſcit, tam multa nos afferre pro ſententiæ noſtræ defenſione poſſe, quàm pauca illi pro ſuæ queunt? Verùm & ipſe profectò Dionyſius (ſi Polybii autoritati Dionyſianam adduciẽdam quis putat) eorũ eſt qui, non ſuo tantùm exemplo talem hiſtoriæ ſcriptionem approbant, ſed etiam eius quod à ſe fiat rationem reddunt. Libro enim v, P. Valerium Poplicolam laudaturus, præfatiuncula vtitur, in qua dicit exiſtimare ſe, hiſtoricorum officium eſſe, non ſolùm res ab inſignibus imperatoribus in bello geſtas, & ſiquid præclarum ac reipubl. adminiſtrationi ſalutare excogitarunt, literis mandare, ſed vel maximè, qualis eorum vita fuerit, an moderati & temperantes, morúmque patriorum atque inſtitutorum obſeruantes fuerint, oſtendere. Ipſamet eius verba, clauſulam huius capitis (quod ὑπέρμετρον eſſe contigit, quoniam ſibi nimium multa tractanda propoſuerat) faciam. Ita igitur ille, παντὸς μάλιστα (ſed πάντων μάλιστα, vel παντὸς μᾶλλον ſcribendum cenſuerim) τοῦτο νομίζων προσήκειν τοῖς γράφουσιν ἱστορίας, μὴ μόνον τὰς πολεμικὰς πράξεις τῶν ἐπιφανῶν ἡγεμόνων διεξιέναι, μηδ' εἴ τι πολίτευμα καλὸν καὶ σωτήριον τῆς πόλεως ἀπεδείξαντο ἐξευρόντες, ἀλλὰ καὶ τοὺς βίους αὐτῶν, εἰ μέτριοι καὶ σώφρονες καὶ μένοντες ἐπὶ τοῖς πατρίοις ἔθεσι καὶ πολιτεύμασι διετέλεσαν, ἐπιδεικνύναι. Fortaſſe autem in ornando debitis laudibus vnoquoque verſatur illa cuius ſe in hiſtoria ſtudioſum eſſe dicit δικαιοσύνη: ſiue τὸ δίκαιον illud, cuius, ſicut & veritatis, ſe στοχάζεσθαι ſuo in procemio ſcribit: addens, horum vtrunque omni hiſtoriæ, tãquam ſcopum, eſſe propoſitum debere. Sed de hac iuſtitia alius erit plura dicendi locus.

DIONYSIVM multo plura ad Romanorum antiquitates pertinentia quàm Liuium, & quædam accuratius tradidiſſe. Dionyſium, quamuis pleraque Romanos à Græcis, partim ad cultum deorum, partim ad reipubl. adminiſtrationem pertinentia, mutuatos eſſe ſcribat, his tamen illos vtraque in parte anteferre. Clientelæ ius, ſiue clientelæ honorem, qui à Dionyſio numeratur inter illa quæ Romanos à Græcis ſumpſiſſe tradit, aut certè quiddam, quod illi propemodum reſponderet, apud Gallos etiam in vſu fuiſſe.

CAPVT X.

DIONYSIVM & LIVIVM, duo eſſe maxima (quemadmodum dixi) hiſtoriæ Romanæ lumina & ornamenta, nemo, vt opinor, negauerit: non parem tamen ex vtriuſque lectione fructum referre nos poſſe, ideóque nec parem vtrique gratiam debere, fatendum eſt: ad Romanarum præſertim antiquitatum cognitionem quod attinet. Nam ſi Dionyſium nobis temporum iniuria, ſicut alios pleroſque ſcriptores, eripuiſſet, multa nos ad illas pertinẽtia ignorare neceſſe foret quæ cognita, & quidem plenè, habemus. Multa enim Dionyſius de Romanorum (priſcorum præſertim) ceremoniis religionibúſque in deos, ſeu cultu deorum, non pauca de variis ritibus atque inſtitutis, déque eorum legibus, ac tota politia denique (niſi politicam diſciplinam aut formam gubernationis reipubl. aut etiam breuius, reipubl. formam, mauis me dicere) accuratè diligentérque ſcripſit, quæ Liuius cæteríque hiſtorici partim omnino prætermiſerunt, partim leuiter tantùm ſtrictimque attigerunt. Ac ne ipſe quidem Dionyſius fortaſſe in ſingulis deſcribendis diligentiã adhibuiſſet, ſi nec peregrinus fuiſſet, nec peregrinis potiſſimũ gratificari voluiſſet: quin potius, quòd ea iam à teneris vnguiculis nota habuiſſet, tanquam nimis vulgária, aut vix digna exterorum cognitione, indigna quæ literarum monumentis traderentur, exiſtimaſſet: ideóque multorum quæ de totius populi in claſſes ac tribus (quas συμμορίας & φυλὰς appellat) partitione, de cenſu, de comitiis, de feriis, ludis, certaminibus, etiam μετὰ πολλῆς λεπτολογίας ſcripſit, plenam minimè notitiam haberemus. Sed nuſquam eſt magis accuratus quàm vbi circa ſacra quæpiam vel ſacrorum ordines, ſermo eius verſatur: & vbi de ipſis etiam ſacrificis ſeu ſacerdotibus, & iis omnibus quos τῶν ἱερῶν ἐξηγητὰς appellat, dicendum eſt.

Quamuis autem multos ritus, multa partim ad cultum deorum, partim ad reipubl. adminiſtrationem pertinentia Romanos à Græcis mutuatos eſſe ſcribat, tantum abeſt tamen vt homo Græcus Romanis Græcos in altero eorum præferat, vt contrà Romanos Græcis in vtroque anteponat: atque id plerunque non niſi reddita ratione faciat. Ad religionem quidem certè quod attinet, aut etiam theologiam (vt ipſe appellat) in libro ſecundo, poſt longam diſceptationem, ſe Romanam Græcæ anteferre, pàlam pronuntiat ἀλλὰ (inquit) καίπερ ἐπιστάμενος τοῦτο ἐνίοις χρεῖον, ὅμως εὐλαβῶς διάκειμαι πρὸς αὐτοὺς (intellige τοὺς μύθους) καὶ τὴν Ῥωμαίων μᾶλλον ἀποδέχομαι θεολογίαν. & ſuæ opinionis rationem reddens, addit, ἐνθυμούμενος ὅτι τὰ μὲν ἐκ τῶν Ἑλληνικῶν μύθων ἀγαθὰ μικρά ἐστι, &c. Id eſt, Dum conſidero, ea quæ Græcis fabulis inſunt bona, parua eſſe, & eiuſmodi quæ multis prodeſſe non poſſint, ſed iis tantùm qui earũ ſcopum perpenderint: quum tamen pauci huius philoſophiæ cognitionem conſequuti ſint: at vulgus & omnis philoſophiæ rudis turba in deteriorem partem tales de iis ſermones accipiat: & hinc illi alterum è duobus accidat, vt vel deos contemnat, tanquam in magna miſeria verſantes, aut à nullo turpi vel nefario facinore abſtineat, quum talia diis attribui videat. Eodem libro, & quidem non multo antè, de politicis Romuli inſtitutis (quæ vocat πολιτεύματα) diſſerens, τὰ δὲ Ἑλλήνων ἔθη (inquit) οὐδὲ τοῦτο ἐξετάζων, οὐκ ἔχω πῶς ἐπαινέσαιμι τά τε Λακεδ. &c. Dum autem (inquit) conſuetudines Græcorum cum his conferens examino, non inuenio quomodo eas laudare poſſim quę apud Lacedæmonios ac Thebanos, necnon apud Athenienſes, qui de ſe ob ſapientiam magnificentiſſimè ſentiunt, fuere. nam ſibi reſeruantes nobilitatem, & nemini, aut rarò, ius ciuitatis ſuæ impartientes (vt taceam, inter illos fuiſſe qui etiam expellerent hoſpites) non ſolùm nihil commodi ex hac magniloquẽtia perceperunt, ſed etiam maxima detrimenta inde ſenſerunt. Spartani quidem certè poſt acceptam ad Leuctra cladem, &c. Dixerat autem pag. quæ hanc præcedit, Romulum quoddam πολίτευμα introduxiſſe omnium longè præſtantiſſimum, à quo Romanis firmari ſua libertas cœperit, & quod non minimi inter illa quæ ad imperium eueherent, momenti fuerit: ac Græcos idem habere in vſu debuiſſe. Fuiſſe autem illud quo puberes in bello captis vrbibus necari vetabatur, aut ciues in ſeruitutem abduci, aut agros earum vaſtari & compaſcuos relinqui.

Ex illis porro quæ Romanos à Græcis ſumpſiſſe, aut quæ apud illos vſitata imitatos eſſe tradit,

dit,ſunt Philitia,ſiue Phiditia. ὄνομα δὲ (inquit) τοῖς ἑστιατορίοις ἦν ὅπερ ταῖς φρατρίαις, CVRIAE: καὶ μέχρις ἡμῶν οὕτω καλοῦνται. Quibus ſubiungit,videri Romulum illud politicum inſtitutum ex Lacedæmoniorum diſciplina mutuatum, quæ circa Philitia eo tempore in vſu eſſet: ſed & Lycurgum videri eam introduxiſſe,aliunde edoctum, nimirum à Cretenſibus: idque, magno ſuæ ciuitatis commodo. Ac de dictatura loquens,eam etiam videri Romanos à Græcis accepiſſe memorat. eos enim qui olim αἰσυμνῆται à Græcis vocabantur, electitios quoſdam tyrannos fuiſſe, vt Theophraſtus teſtatur,in iis quæ de regno ſcripſit. Sicut autem dicit hîc, αἱρετοί τινες ἦσαν τύραννοι,ſic etiã antea dixerat, dictaturã eſſe tyrãnidem αἱρετήν. Sed ab eo appellatur Dictatoria,ſi quidẽ librarius hîc(& alibi)non peccauit,ἔστι γὰρ αἱρετὴ τυραννὶς ἡ DICTATORIA. Vbi, ſicut & quibuſdam aliis in locis, τυράννου appellationem cum βασιλέως appellatione confundit. nam & pag. quæ illã ſequitur,ſcribit, ἠναγκάζοντο περιάγειν πάλιν τὰς βασιλικὰς καὶ τυραννικὰς ἐξουσίας εἰς μέσον, de Græcis loquens. Atque hic dictatures cum iis qui apud Theſſalos ἄρχοι, apud Lacedæmonios ἁρμοσταὶ nominabantur, comparat: ſicut antea cum iis qui à priſcis Græcis αἰσυμνῆται dicebantur comparauerat. Sed quoniam,poſtquam ſcripſit Dionyſius περὶ τῶν αἰσυμνητῶν loquẽs, ᾑροῦντο δὲ αὐτοὺς κατὰ καιροὺς αἱ πόλεις, οὔτε εἰς ἀόριστον χρόνον, οὔτε συνεχῶς, ἀλλὰ πρὸς τοὺς καιρούς, ὁπότε δόξειε συμφέρειν, καὶ εἰς ποσὸν χρόνον, adiicit, ὥσπερ καὶ Μιτυληναῖοί ποτε εἵλοντο Πιττακὸν πρὸς τοὺς φυγάδας τοὺς περὶ Ἀλκαῖον τὸν ποιητήν: ſunt qui hinc colligunt, αἰσυμνήτας à Mitylenæis peculiariter fuiſſe appellatos, ſicut Theſſalis ἀρχῶν, Lacedæmoniis, ἁρμοστῶν appellatio peculiaris eſſet. Quod tamẽ nullo hinc modo colligi poſſe exiſtimo: ſed potius Dionyſium,in hac Pittaci mẽtione, τυράννου appellationem ei velle tribuere, (quam eſſe generalẽ ſcimus) aut certè αἱρετοῦ τυράννου. Nam poſt verba hæc, αἱρετοί τινες ἦσαν τύραννοι, proximè ſequuntur illa, ᾑροῦντο δὲ αὐτοὺς κατὰ καιροὺς αἱ πόλεις. & paucis interiectis, ὥσπερ καὶ Μιτυληναῖοί ποτε εἵλοντο Πιττακὸν πρὸς τοὺς φυγάδας τοὺς περὶ Ἀλκαῖον τὸν ποιητήν. An verò tãta αἰσυμνήτου apud priſcos Græcos fuerit poteſtas, quãta dictatoris apud Romanos poſtea fuit,in dubiũ aliquis vocet: (ſic tamẽ vt interim nolim, cum quibuſdam, dicere, Mitylenæos Pittaeum creaſſe dictatorem: vt detur, Pittaeum fuiſſe à Mitylenæis αἰσυμνήτην vocatũ.) de illis quidẽ certè quos Lacedæmonii ἁρμοστὰς, & quos Theſſali ἄρχους nuncupabant, minimè dubito quin minore præditi poteſtate fuerint. Ideóque, quamuis odioſos titulos vitare hos quoque voluiſſe veriſimile ſit, quæri tamen poteſt an hæ appellationes titulum βασιλέως,ſiue appellationẽ,dicendæ fuerint καλύπτειν, id eſt tegere,non minùs quàm illa dictatoris apud Romanos,nomen regis tegebat.

Iam verò & nonnulla eſſe ſcribit quæ Græci à Romanis ita mutuati ſint, vt interim aliquid in illis,& quidem in melius,immutarint. Sic libro II, paucis à principio interiectis paginis, vbi qualia eſſent clientelarum iura exponit, poſtquam Romulum plebeios patriciis commendaſſe dixit,poteſtate cuique è vulgo facta vt quem vellet patronum ſibi legeret,ſubiũgit,eum, hoc facientem, morem Græcum & quidem priſcum, quo Theſſali longo tempore, & Athenienſes initio vſi erant,in melius commutaſſe. Nam quum ita ſcriptum ſit apud eum, ἔθος Ἑλληνικὸν τὸ ἀρχαῖον, ᾧ Θετταλοί τε μέχρι πολλοῦ χρώμενοι διετέλεσαν, καὶ Ἀθηναῖοι κατ' ἀρχὰς ἐπὶ τὸ κρεῖττον λαβών, ego μεταλαβὼν potiùs ſcripſiſſe crediderim. Quin etiam illud νέμειν ſuſpectũ fortaſſe alicui fuerit, vbi legitur, ἐπιτρέψας ἑκάστῳ τῷ ἐκ τοῦ πλήθους ὃν αὐτὸς ἐβούλετο νέμειν προστάτην: ſed pro eius defenſione quædam in Annotationibus afferam, quum interim ſequutus ſim Gelenium in eius interpretatione: in quam tamen ibidem à me inquiretur. Verùm in eo quod dixi Romulum patriciis plebeios commendaſſe,vereor ne potiùs omnes interpretes ſequutus eſſe (nam & Lapus ita olim verterat) quàm Dionyſii verba expreſſiſſe dicendus ſim. non enim ſcribit, συνέστησε δὲ τοῖς πατρικίοις τοὺς δημοτικούς (quod non aliud ſonaret quàm Commendauit) ſed παρακαταθήκας δὲ ἔδωκε τοῖς πατρικίοις τοὺς δημοτικούς,multo ſignificantiore loquendi genere,eóque metaphorico, vtens: & intelligi à nobis (vt opinor) volens,eum plebeios fidei patriciorum,tãquam aliquod depoſitum,commiſiſſe. Cæterùm ad illam quam dixi in melius immutationem quod attinet, quomodo talis fuerit,iis quæ adiicit, manifeſtum facit. addit enim,illos (Theſſalos inquam & Athenienſes) ſuperbè clientibus vti (niſi potiùs dicendum eſt, ſuperbè erga clientes ſe gerere) fuiſſe ſolitos, cùm imperando vt facerent nonnulla quæ ingenuos minimè decebant, tum,ſi quando iuſſa non feciſſent,verbera illis infligendo: & cæteris quoque in rebus non ſecus illis quàm emptitiis mancipiis vtendo. Atque his clientibus Athenienſes quidem θητῶν nomen dediſſe,ab iis quibus fungebantur miniſteriis: Theſſalos verò πενεστῶν, ipſa ſtatim appellatione conditionẽ illis ſuam exprobrantes. At Romulum & appellatione honeſta (vel ſpecioſa) rem iſtam ornaſſe,patronatum nominantem illam pauperum & abiectorum tutelam: & commoda vtriſque officia addidiſſe, quibus efficiebat vt quædam illorum copulæ humanitas ineſſet. Cætera omitto quibus probare pergit quod initio dixit, Romulum morem illum Græcorum ἐπὶ τὸ κρεῖττον λαβεῖν, vel potiùs (ſi λαβὼν in μεταλαβὼν mutandum eſt) μεταλαβεῖν. In huius

porro loci interpretatione per omnia interpretes minimè ſequor: præſertímque in eo quòd πληγὰς ἐντείνειν reddunt Verbera intentare: quum intentatio videatur eſſe potius minantis, & quidem ipſum etiam fuſtem aut baculum ad verberandum attollendo (quod Græci ἐπανατείνεσθαι τὴν βακτηρίαν interdum dicunt) quàm verbera infligentis, ſiue impingentis. At bonus ille vir, Lapus Biragus, liberius quidem, ſed abſque vlla ambiguitate vertit. Ita enim ille, Et quum aliquid iuſſorum non agerent, ſæuiebant in eorum terga, tanquam ſeruis abutentes. nimirum perinde acſi illæ plagæ quarũ à Dionyſio fit mentio, non aliæ quàm quæ flagris infliguntur, intelligendæ eſſent. Illa autem verba, πατρωνίαν ὀνομάζων τὴν τῶν πενήτων καὶ ταπεινῶν προστασίαν quum idem verterit, Patronatum vocans ſuſceptum pauperum humiliúmq; patrocinium, (ſequente illum & nouiſſimo interprete) ego malui, cum Gelenio, προστασίαν vertere tutelam: nequis Græcæ linguæ imperitus Dionyſiũ voce aliqua vſum putaret quæ interpretẽ Latina illa Patrocinium, ad alteram alludẽdi cauſa, vti cogeret: quũ huic eandẽ quam alteri eſſe originẽ pateat.

Sed, antequam huic de clientelis ſermoni finem imponam, in quibus Romanos Græcorum exemplum ſequutos ſcribit Dionyſius, de hoc obiter lectorem monebo, quamuis ille nõ item vllos ex barbaris morem hunc habuiſſe ſcribat, tamen apud Gallos (quos in barbarorum habitos eſſe numero conſtat) ſi non eundem, certè illi ſimilem quendam extitiſſe. Neque enim dubito quin ii quos Cæſar quidem deuotos & Soldurios, Nicolaus autem Damaſcenus Silodunes (ſi tamen ita ſcripſit) appellat, clientum locum tenuiſſe dicere liceat. Cæſar enim hanc eorum conditionem fuiſſe memorat, vt omnibus in vita commodis fruerentur cum iis quorum ſe amicitiæ dedidiſſent: ſiquid iis per vim accidiſſet, aut eundem caſum vnà ferrent, aut ſibi mortem conſciſcerent. Damaſcenus autem apud Athenæum ſcribit, Adiatomum Sotianorum (gentis Celticæ) regem, ſexcentos circa ſe habere ſolitum lectos viros, quos à Galatis patrio ſermone Silodunos fuiſſe appellatos: quod Græci dicerent εὐχωλιμαίους. Hos à regibus haberi vnà viuentes vnáque morientes, vtpote hoc voto ſe obligantes. Atque in gratiam huius voti, imperii illius eſſe participes, eodem amictus genere & victus vtentes: & vnà mori neceſſariò, ſiue morbo, ſiue in bello, ſiue aliter ipſe rex moriatur. Verba eius ſunt, Ἀδιάτομον, τὸν τῶν Σωτιανῶν βασιλέα (ἔθνος δὲ τοῦτο Κελτικὸν) ἑξακοσίους ἔχειν λογάδας περὶ αὐτὸν, οὓς καλεῖσθαι ὑπὸ Γαλατῶν τῇ πατρίῳ γλώττῃ Σιλοδούνους. τοῦτο δ' ἐστὶν ἑλληνιστὶ εὐχωλιμαῖοι. τούτους δ' οἱ βασιλεῖς ἔχουσι συζῶντας καὶ συναποθνήσκοντας, ταύτην ἐκείνων εὐχὴν ποιουμένων. ἀνθ' ἧς συνδυναστεύουσί τε αὐτῷ, τὴν αὐτὴν ἐσθῆτα καὶ δίαιταν ἔχοντες, καὶ συναποθνήσκουσι κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην· εἴτ' ἐν νόσῳ τελευτήσῃ (vel potius εἴτε νόσῳ τελευτήσῃ) ὁ βασιλεὺς, εἴτε πολέμῳ, εἴτε ἄλλως πως. καὶ οὐδεὶς εἰπεῖν ἔχει τινὰ ἀποδειλιάσαντα τούτων τὸν θάνατον, ὅταν ἥκῃ βασιλεῖ, ἢ διεκδύντα. Vbi obſerua etiam poſtrema verba, quibus tradit, neminem poſſe vel vnũ proferre adeo puſilli animi vt mortem refugerit, quum accidit vt rex moreretur, vel vlla tergiuerſatione vſus fuerit. Ideo autem vt poſtrema hæc verba obſerues hortor, quòd huius quoque rei mentionem Cæſar faciat. *Neque adhuc* (inquit) *hominum memoria repertus eſt quiſquam qui eo interfecto cuius ſe amicitiæ deuouiſſet, mori recuſarit.* Sed maior tamen laus à Damaſceno tribui illis videtur, quum nõ ſolùm dicit, neminem ἀποδειλιάσαι τὸν θάνατον, (niſi potiùs πρὸς θάνατον ſcribendum eſt) ſed etiam μὴ διεκδῦναι. Poteſt enim aliquis non quidem omnino ἀποδειλιᾶν, ſed ad tempus tamen, donec ſeipſum confirmauerit, aliquod effugium quærere, ſiue aliqua tergiuerſatione vti. Ita enim intelligendum hunc Damaſceni locum exiſtimo. Illud verò εὐχωλιμαίους non dubito quin ex Cæſare interpretari *deuotos* poſſimus, tanquam illi reſpõdens: (nam pro hac interpretatione facere videtur & quod ſequitur, ταύτην ἐκείνων εὐχὴν ποιουμένων) quum alioqui ab Herodoto εὐχωλιμαῖοι, teſte etiam Budæo, dicantur Qui votis faciendis conſtituti ſunt. Quòd autem affert idem ex hoc Athenæi loco εὐχωλὴν pro deuotione, id accipiendum ita puto vt εὐχωλὴν ſub illo εὐχωλιμαῖοι latere, atq; adeo hoc ex illo ortum habere intelligamus. Eſſe autem poeticum, ſimúlque Ionicum (vt multa Iones cum poetis communia habere Herodotus oſtendit) ſatis conſtat: & εὐχὴν in hoc ipſo loco eadem de re dici: & eo quidem modo quo quis etiam ἀποδιδόναι εὐχὴν θεοῖς à Dionyſio quoque dicitur. Nam quum hi, illo cui ſe deuouerant moriente, mortem pariter oppetebant, in eo εὐχὴν ἀποδιδόναι, id eſt, votum perſoluere, dici poterant. Habes porro εὐχὴν ποιεῖσθαι (quod & hîc legitur) necnon εὐχὴν ἀποδιδόναι, in vno eodémque ipſius Dionyſii loco, qui libro extat III, de Tarquinio, qui aggreſſus eſt templum Iouis & Iunonis ac Mineruæ ædificare, εὐχὴν ἀποδιδοὺς ἣν ὑπὲρ ἐποιήσατο τοῖς θεοῖς ἐν τῇ πρὸς Σαβίνους μάχῃ. Cæterùm quod ad illam attinet quam eſſe dixi huic clientelæ iuri ſiue honori conuenientiam, cuius meminiſſe Dionyſium videmus, tanquam à Romulo è Græcorum inſtitutis ſumpti, maiorem certè illam eſſe fatendum eſt, Cæſarem quàm Damaſcenum ſequendo: quòd hic de clientibus qui non aliorum quàm regum amicitiæ ſe dederent (vt quidem ſcriptum eius locum habemus) loquatur. Niſi fortè & Cæſar de regibus aut alioqui proceribus intellexiſſe exiſtimetur, in illorum

mentione

mentione quorum ſe amicitiæ dedidiſſent: & ille ipſe cuius meminit, is eſſe qui alio nomine Adiatomus à Damaſceno dicitur.

Verùm ad illa Dionyſii iudicia vt redeam, illum alicubi etiam ſuum lectori relinquere videmus, Græcorúmne an Romanorum mos ſit potior. vt lib. VIII, (pag. 404 edit. paternæ) de quadam lege, ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τούτων εἴτε ὁ παρ' Ἑλλιώαν (vel potiùs Ἕλλησιν) ἀμείνων νόμος, εἴτε τὸ Ῥωμαίων ἔθος κρεῖττον, ἀφίημι τοῖς βουλομένοις σκοπεῖν. ἐπάνειμι δὲ ἐπὶ τὰ ἑξῆς.

Vna quidem certè in re primas Romanis non ipſum tantummodo ſed alios quoque detuliſſe puto, in militari videlicet & ſcientia (quam Dionyſius libro VIII, τὴν σοφίαν καὶ ἐμπειρίαν Ῥωμαίων περὶ τὰς μάχας appellat) & fortitudine.

QVAE SIT IVSTITIA quam Dionyſius omni hiſtoriæ, tanquam ſcopum, propoſitam eſſe debere dixit. Eundem veritati eam laudem tribuiſſe quam alii hiſtoriæ tribuerunt. Quæ ad rectam hiſtoriæ ſcriptionem requiri exiſtimauerit, & quàm accurata diligentia ſe vſum in ſua dicat.

CAPVT XI.

VERITATIS ita ſtudioſum eſſe hiſtoricum, vt nihil magis habeat commendatum, minimè noua auditu res eſt: at Dionyſius non ſolùm ſummũ ſuum veritatis in hiſtoria ſtudium profitetur, ſed etiam (quod videri nouum poſſit) iuſtitiæ. Audimus enim illũ in ſuo proœmio dicentem, ſe, non aſſentandi cauſa animum ad hiſtoriæ ſcriptionem appuliſſe, ſed veritatis & iuſtitiæ ſtudio ductum (vel, veritatẽ & iuſtitiam curæ habentem) quas omni hiſtoriæ, tanquam ſcopũ, propoſitas eſſe debere, vel, ad quas, velut ad ſcopũ, rẽdere oportere, dicit. Eius verba ſunt, ἐμοὶ δὲ, ὃς οὐχὶ κολακείας χάριν ἐπὶ ταύτην ἀπέκλινα τὴν πραγματείαν, ἀλλὰ τῆς ἀληθείας καὶ τοῦ δικαίου προνοούμενος, ὧν δεῖ στοχάζεσθαι πᾶσαν ἱστορίαν. Sed tamen fuiſſe ſcribit qui contrà neutrum horum in hiſtoria ſibi propoſuerint, ſed potiùs illa gratiam quorundam regum aucupati fuerint. Scribit enim pagina quæ illam vnde ſumpta ſunt quæ modò propoſui, præcedit, poſtquam de iis conqueſtus eſt rumoribus qui ignominioſam Romæ originem tribuunt, & fortunam incuſant tanquam omnium barbarorum peſſimis bona Græcorum ſuppeditantem, καὶ τί δεῖ περὶ τῶν ἄλλων λέγειν; ὅπου γε καὶ τῶν συγγραφέων τινὲς ἐτόλμησαν ἐν ταῖς ἱστορίαις ταῦτα γράψαντες καταλιπεῖν βασιλεῦσι βαρβάροις, μισοῦσι τὴν ἡγεμονίαν, οἷς δουλεύοντες αὐτοὶ καὶ τὰ καθ' ἡδονὰς ὁμιλοῦντες διετέλεσαν, οὔτε δικαίας ὔτε ἀληθεῖς ἱστορίας χαριζόμενοι. Vbi hæc, οὔτε δικαίας οὔτε ἀληθεῖς ἱστορίας χαριζόμενοι cum illis dariuis βασιλεῦσι βαρβάροις iungi, ideóque poſt καταλιπεῖν interpungendum eſſe, exiſtimo: vt dicantur χαρίσασθαι ἱστορίας οὔτε δικαίας οὔτε ἀληθεῖς βασιλεῦσι βαρβάροις, qui in gratiam quorundam regum barbarorum & ad demerendum illorum fauorem hiſtorias neque iuſtas neque veras ſcripſerunt. Gelenius tamen, tanquam hîc vocem ἱστορίας non agnoſcens, illa οὔτε δικαίας οὔτε ἀληθεῖς cum nomine ἡδονὰς iungit. Ita enim locum hunc reddit, Et quid hîc alios memorem? quãdo etiam ſcriptores nonnulli, in gratiam barbarorum regum auſi ſunt hæc hiſtoriis prodere? quibus ſtudium fuit illos imperii oſores demereri adulatoriis obſequiis, nulla æquitatis & veritatis ratione habita? Sed, quidquid in hac ſua interpretatione ſequutus ſit, conſtat nihilominus ἱστορίας rectè hîc ſcriptum eſſe, & iſta duo οὔτε δικαίας οὔτε ἀληθεῖς, ad illud pertinere: vel illo altero loco apertè id oſtendente.

Videndum etiam num aliquam nobis eius rei quam quærimus notitiam afferre quidam alius locus poſſit, vbi τὰ κράτιστα τῶν ἔργων & τὰ δικαιότατα copulat. Habemus in proœmio eum quoque, ante illa verba, ἐμοὶ δὲ, ὃς οὐχὶ κολακείας χάριν ἐπὶ ταύτην ἀπέκλινα τὴν πραγματείαν, ἀλλὰ τῆς ἀληθείας καὶ τοῦ δικαίου προνοούμενος. Dixerat enim aliquanto antè, ex accurata ſcriptione hiſtoriæ Romanæ (intelligit autem de veteri præſertim) res duas & optimas & iuſtiſſimas ſequuturas eſſe: vt videlicet viri fortes, qui fatalem vitæ curſum peregerũt, gloriam immortalem conſequantur, & vt quæ nunc eſt & quæ futura eſt illorũ progenies non id quod ſuauiſſimum & facillimum ſit vitæ genus, ſed nobiliſſimum & honoris cupidiſſimum ſibi deligat. Deinde (omitto enim quæ per parentheſin interiicit) ad mentionem ſui veniens, vtitur illis verbis, ἐμοὶ δὲ, ὃς οὐχὶ κολ. χάριν, &c. & ita quidem vt ſuſpenſam ad hunc vſque locum orationem relinquens, (quod animaduerſum nõ fuit) oſtendat, ad ſe quoque verba illa referri, συμβόηται τὰ κράτιστα καὶ δικαιότατα τῶν ἔργων. futurum enim dicit vt oſtendat ſe conſultum omnibus cupiuiſſe viris bonis & res pulchras magnáſque ſpectandi ſtudioſis (vocat nanque φιλοθεάμοσι τῶν καλῶν ἔργων καὶ μεγάλων, ea quæ in hiſtoria nobis legenda exhibentur, tacitè cum iis comparans quæ in theatro ſpectanda proponuntur) atque vt gratiam quam poteſt maximam referat ciuitati.

Quamobrem non immeritò, vt opinor, dixerimus, illum ſperâtem, & quidem ſibi perſuadentem, res duas optimas & iuſtiſſimas ex ſua hiſtoriæ ſcriptione futuras, aut euenturas (nam dicit συμβήσεται) earum alteram ad ſe referre, ſiue, in earum altera ad ſe reſpicere: ideóq; illa quorum priore loco mentionem facit, quamuis ab eo velut in duas partes diuiſa, pro vno tantum illorum quæ κράτιστα & δικαιότατα τῶν ἔργων appellat, habenda eſſe.

Sed parum certè hic locus ad inueniendum quod quærimus ferre adiumenti poſſe videtur: ac, quum in iis quæ in altera orationis parte ſequuntur, δικαιότητος mentionem iterum faciat (nam eius mentio iam incluſa erat illis verbis, καὶ δικαιότατα τῶν ἔργων) priùs quidem, velut ſpecialem quendam δικαιότητος effectum propoſuiſſe (præſertim in eo quòd ſe gratiam quam poteſt maximam ciuitati velle referre ait) poſteriùs verò de generali, & qui in qualibet hiſtoria requiritur, intellexiſſe. Quidnam igitur, quid tandem eſſe iuſtitiam quam in omni hiſtoria requirit Dionyſius, vel quáſnam tandem hiſtorias eſſe iuſtas dicemus? An eas eſſe iuſtas quæ vt res ſe habent, ita eas nobis commemorant? Atqui ſatis erat ἀληθεῖς, id eſt veras, dicere. An quæ neutri gratificari parti volunt? Atqui hoc etiam complectitur qui veras appellat. nam qui ea demum quæ vera ſunt ſcribit, nô alii quàm ipſi velle veritati gratificari dici poteſt. Videndum itaq; an iuſtas vocet quæ ſtrenuos & fortes aut alia virtute præditos viros laude ſibi debita non fraudât, & viciſſim ignauos aut alioqui improbos non impunè abire ſinunt, ſed quam merentur ignominiæ notam nomini illorum inurunt. De qua tamen noſtra expoſitione iudicium magis tutò ferre lector poterit, quum ea quæ de laudationibus pariter & vituperationibus hiſtoriæ intexi ſolitis, ex Polybio & Dionyſio attulimus, capite IX, legerit atque perpenderit. Sed iam certè (ne quid diſſimulem) ſubuereor ne à nonnullis longiùs petita expoſitio illa iudicetur: ideóque cogitandum eſſe dico annon vt ſimplicior, ſic etiam verior hæc futura ſit, vt duo illa tanquam eodem pertinentia & ad idem reſpicientia copulari dicamus: ita vt vnum ex altero pendeat, iuſtitia videlicet ex veritate. Quum enim iuſtitia ſit ſuum vnicuique tribuere, ea hiſtoria quæ vera non ſit, id præſtare minimè dici poteſt: quum ſæpe contrà laude dignos ea priuet, indignis eam tribuat: quinetiam faciat vt quis contrariam de aliquibus opinionem concipiat ei quam alioqui concepturus eſſet: & quorum memoriam honore & tacita quadam beneuolentia proſequeretur, eos contrà non ſolùm contemptui ſed odio etiam habeat. Cuius rei memorabile exemplum habemus vel in eo quod de Romanis quidā memoriæ (ipſo quoq; Dionyſio multis in locis teſte) prodiderunt: eos à quibuſdam profugis & erronibus barbaris oriundos eſſe. Qui enim ita de Romanorum ortu loquens, facit vt multis ſint contemptui qui contra honore illos & reuerentia proſequerentur: atque vt quidam fortunam etiam (ſicut idem in proœmio ſcribit) incuſent quòd in barbarorum deterrimos bona Græcorum tranſtulerit, nónne ſimul & mendax & iniuſtus, id eſt in Romanos iniurius, is eſt? Quum autem contrà veritatis notitia factura ſit vt quis eam de Romanis quam decet opinionem concipiat, ideo dicit ſe velle ὑπολήψεις πεπλανημένας ἐξελέσθαι τῆς διανοίας τῶν πολιτῶν (niſi fortè πολλῶν ſubſtituendum eſt) & illas quæ veræ ſint αὐτὴ κατεσχήκασι. Ac, paucis interiectis (iis autē declarat quibúſnam de rebus futuræ ſint illæ opiniones quas αὐτὴ κατεσχήκασι, id eſt, in aliarum locum aſtruet:) addit, vt, quum veritatem cognouerint, prompti ſint ad concipiēdam quam decet hac de ciuitate opinionem: niſi omnino hoſtili & efferato aduerſus eam ſunt animo. Verùm de hoc monendus mihi eſt lector, ſi hanc loci iſtius quam attuli poſtremò expoſitionem ſequamur, potius ἀληθεῖς præcedere, δικαίας ſequi debere: quippe quum δίκαιαι, quatenus ſunt ἀληθεῖς, appellentur. Quum itaq; vno quidem in loco præcedat vocabulum cui iuſtitiæ ſignificatio ineſt, in altero autem ſequatur, eius in quo præcedit loci ſcripturam potius ſequendam eſſe dico. Is autem eſt vbi τῆς ἀληθείας καὶ τοῦ δικαίου προνοούμενος legimus. In altero enim οὔτε δικαίας οὔτε ἀληθεῖς ἱστορίας habemus, quum potius (ſequendo ea quæ dixi) οὔτε ἀληθεῖς οὔτε δικαίας ſcribere debuiſſe videatur.

Hoc quoque obſeruatione dignum eſt apud Dionyſium, in ipſo proœmii initio, eam ab illo veritati laudem tribui quam alii hiſtoriæ tribuere conſueuerunt. Et omnium maximè (inquit) eos qui hiſtorias conſcribunt, in quibus omnes ſitam eſſe veritatē exiſtimamus, quæ quidem prudentiæ ſapientiǽque principium eſt. Hæc enim eius verba ſunt, καὶ πάντων μάλιστα τοὺς ἀναγράφοντας ἱστορίας, ἐν αἷς καθιδρῦσθαι τὴν ἀλήθειαν πάντες ὑπολαμβάνομεν, ἀρχὴν φρονήσεώς τε καὶ σοφίας οὖσαν. Ac, quum bonus etiam ille vir, Lapus Biragus, hoc encomium dari veritati animaduertiſſet (quippe qui ſua interpretatione hoc illi dederit, licet quædā circa eundem locum peccarit: dum ita vertit, Ac præcipuè ſcriptoribus hiſtoriarum, in quibus omnes collocandam veritatem ſuſcipimus, prudentiæ initium & ſapientiæ) Gelenius tamen à Dionyſio ſuo, ſed per imprudentiam, vt credibile eſt, diſcedens, veritatem laude illa fraudauit, & hiſtorias ea donauit. Hæc enim eſt eius interpretatio (quam & hîc minimè emendatā fuiſſe miror) Equidē perſua-

ſum

ſum habeo, eos quibus propoſitum eſt ingenii ſui monumenta poſt obitum ſuperfutura poſteritati relinquere, præſertim hiſtorias, in quibus veritatem ac prudentiæ ſapientiǽque principia recondita omnes credimus, debere primò argumentum eligere pulchrum ac magnif. &c. At conuenit optimè hiſtoriæ illud encomium, (reſpondebit fortaſſe pro illo interprete aliquis) & vulgò ornari eo ſolet. Quid tum? an proptere a veritati id ereptum oportuit? Ac minimè profectò Gelenium à Dionyſio conſultò diſceſſiſſe, (vt antea dixi) ſed animo aliud cogitante & illa vulgari hiſtoriæ laude præoccupato, à Dionyſii mente aberraſſe exiſtimo.

Quò igitur Dionyſium hîc reſpexiſſe dicemus? Eum certè hîc laudem illam ita veritati dediſſe arbitror, vt ſimul hiſtoriæ tribuiſſe videri poſſit, ſed ei demum quæ vera ſit (ſicut etiam ea demum quæ vera eſt narratio, nomen id meretur, propriè loquendo) quippe qui de hiſtorica veritate loquatur. Veritatem enim in hiſtoria, non tantùm vt vnam ex eius laudibus, ſed vt omnium eius laudum potiſſimam, atque adeo tanquam eius animam, ab omnibus omni tempore ſolitam requiri, neminem latere puto. Ideóque minimè mirandum fuerit, Dionyſium in illo ſuo proœmio profiteri, ſe veritatis patefaciendæ ſtudio Romanam hiſtoriam ſcribere aggreſſum eſſe: & viciſſim de illis qui in ea ſcribenda veritatem contempſerint, expoſtulare: præſertim quum initio dixiſſet omnes in hiſtoriis ſitam veritatem arbitrari. Multos tamen illud encomium aut ſimile hiſtoriæ dediſſe, nulla veritatis facta mentione, videmus: ex quibus eſt Diodorus, vbi ſcribit, magnam habēdam eſſe gratiam illis qui communes hiſtorias (dicit enim τὰς κοινὰς ἱστορίας) tractauerunt, quoniam propriis laboribus communem vitam iuuare certatim conati ſunt. Tutam enim rerum vtilium doctrinam in medium proferentes, pulcherrimam experientiam hac tractatione lectoribus acquirunt. Quinetiam ipſe Dionyſius, locis aliquot de vtilitate hiſtoriæ loquens, & quidem vel in eo quòd optimis nos exemplis inſtruat, adiectione illa non vtitur. Verùm is, quum iam ſemel, & quidem in proœmio, de veritate hiſtorica ita loquutus eſſet, huius ſermonis nos per totum opus voluiſſe memores eſſe dicet. Ad Diodorum autem quod attinet, reſpondebit ille aut potiùs pro illo quiſpiam, nequaquam neceſſe fuiſſe iſtud adiicere, ſe de ea demũ hiſtoria in qua ſita ſit veritas, loqui: quum ea demum narratio cui veritas ſubeſt, nomen id (vt antea dictum eſt) mereatur, propriè loquendo: ideóque omnis quæ mendax eſt, ψευδώνυμος ita vocetur. Atque is vel Naſonis id confirmare teſtimonio poterit, ſcribentis,

Exit in immenſum fœcunda licentia vatum,
Obligat hiſtorica nec ſua verba fide.

Hiſtoricam enim fidem quum dicit, & quidem alligare aliquē ſua verba fide hiſtorica, omnino ab hiſtoria eſſe alienum, alia quàm vera narrare, apertè oſtendit. Nec malè fortaſſe aliquis fidem ibi à Naſone veritatem fide dignam vocari dixerit.

Scio alioqui, hoc in mentem cuipiam venturum, poſſe aliquid à nobis fingi, & quamuis fictum non autem factum ſit, tamen tanquam factum proponi, vnde aliquod ſalubre παράδειγμα (Latini voce planè reſpondente documentum dicunt) colligere queamus: ac vel fabulas AEſopicas, à veteribus etiam adeo celebratas, huius rei teſtes habere nos, dicturum. Verùm quæ ibi periculo carent & aliis quibuſdam in narrationibus carere poſſunt figmenta (vt etiam narrationes quaſdam vocari fictas notum ſatis eſt) non itidem apud hiſtoricum periculo eſſe caritura dico. Nam quum hiſtoriæ nobis ad imitandum aliquorum facta & colligendam ex illorum obſeruatione & conſideratione prudentiam proponantur, hæc obſeruatio tum demum eam nobis afferre vtilitatem poteſt, quum res verè vt geſtæ ſunt, nobis commemorantur: non quidem ad quaſdam circumſtantias quod attinet (nam ſunt parui momēti quædam) ſed ad ea quæ τὰ κυριώτατα ab ipſo etiam Dionyſio non vno in loco appellantur. Si enim (vt exemplo nunc vnico contentus ſim) is qui tali vel tali cōſilio vſus, malè rebus ſuis conſuluit, contrà benè illis conſuluiſſe, & proſperè illi omnia ceſſiſſe, ab hiſtorico mentiente dicuntur, & ego tamen eius hiſtoriæ fidem habens, illum imitandum mihi proponam: eueniet certè vt dum illius de quo hiſtorici narratio minimè verax fuit, exemplum ſequens, prudenter agere ac bene rebus meis & ipſe conſulere mihi videor, contrà inconſultè me geram, atque id ex infelici exitu (qualem ille quum habuiſſet, felicem contra hiſtoricus narrauerit) id tandem apertè cognoſcam. Sed hîc tamen excipienda ſunt illa quæ παρὰ λόγον eueniunt: nam in narrationibus ad vitæ inſtitutionem fictis non alia quàm bona conſilia bonos habere exitus narrantur: at in hiſtoria, ſæpe etiam ea quæ alioqui mala ſunt, παρὰ λόγον felices nanciſci comperiuntur.

AD ILLAM huius capitis nunc venio partem, in qua quænam ad rectam hiſtoriæ ſcriptionem requiri Dionyſius exiſtimauerit, dicturum me promiſi. Is igitur criticum quodammodo in ſua etiam hiſtoria agens, non ſolùm pleraque ab aliis narrata, tanquam nihil veriſimile habentia, aut etiam ἄτοπα, id eſt abſurda, reprehendit, ſed etiam qua in re hiſtoriæ quædam, id eſt

hiſtoricorum narrationes, lectoribus non ſatisfaciant, oſtendit. Nam libro v, pag. editionis paternæ 237, ἄλλος μὲν οὖν ἄν τις (inquit) ἀπαγγείλας ὑπέλαβεν αὐτὸ τὸ κεφάλαιον εἰπεῖν, ὅτι συλλ. &c. Id eſt, *Enimuero alius quiſpiam hoc ſatis eſſe putaſſet, ipſum rei caput dicere, illũ eos qui ſecreta conſilia inter ſe agitauerant, morte mulctaſſe: tanquam rebus huiuſmodi breuis declaratio ſufficiat: at ego ipſum etiam modum quo illi comprehenſi fuerunt, memoria dignum ratus, ſtatui minimè ſilentio præterire: quippe qui conſiderem, hiſtoriarum lectores non ſatis ex iis vtilitatis capere, ſi tãtùm quis rerum exitus fuerit intelligant, ſed eorum vnumquenque poſtulare vt ſibi commemoretur & cur & quo ſingula modo acta fuerint, & mentem illorum qui ea egerunt: necnon quæ diuinitus interuenerint: ac nihil non audire illorum quæ res comitari conſueuerunt.* Hæc ille, ſi quidem eius mentem aſſequuta eſt mea interpretatio: in qua non vbique eam quam editiones typographicæ habent lectionem ſequutus ſum. nam perinde verti acſi legeretur, ὡς ὀλίγης τοιούτοις πράγμασι δηλώσεως δέον. vel τῆς τοιαύτης. item non aliter quàm ſi ἄξιον μνήμης, vel ἄξιον λόγου ſcriptũ eſſet: (quorum genitiuorum alterutrum illi nomini interdum iungit, alicubi & vtrunque (vt lib. 2. πόλεμον λόγου καὶ μνήμης ἄξιον) & pro illo ἱστορῆσαι, quod nouiſſimus interpres vertit *quærere*, ἱστορεῖν Dionyſium ſcripſiſſe exiſtimaui. Nam, vt omittã, ἱστορῆσαι in illa ſignificatione eſſe potius poeticum, non conuenit cum ea quod præcedit verbum ἀπαιτεῖ: quum non ſoleamus ἀπαιτεῖν ea quæ in noſtra ſunt poteſtate: vt certè eſt quærere. Ideóque ἱστορῆσαι retinens, potius redderem Cognoſcere: de quo vſu alibi dicam. Cæterùm κεφάλαιον verti *caput*, magis ad verbum quàm qui *ſummam* reddunt: ſic tamen vt ne hanc quidem interpretationem damnem. Ac ſcio quidem certè, aduerbium κεφαλαιωδῶς ſatis aptè verti, *Per ſumma capita*: & quod dixit Virgilius, – *ſed ſumma ſequar faſtigia rerum*, nihil aliud eſſe quàm κεφαλαιωδῶς διηγήσομαι: ſed hîc animaduertendum eſt, τὸ κεφάλαιον eadem de re dici de qua paulo pòſt τὸ τέλος dicentem audimus: ac pagina libri xi prima τὸ κεφάλαιον & τὸ πέρας copulari, ſequente genitiuo τῶν πραγμάτων. De illis autem verbis, καὶ τὰ παρὰ τοῦ δαιμονίου συλληφθέντα (in quibus nihilo magis interpretes ſequutus ſum) in Annotationibus dicam. Vt verò ad huius capitis hypotheſin veniam, obſeruandum hic eſt, non placere Dionyſio in hiſtoria vt res κεφαλαιωδῶς narrentur. Atque hîc meminiſſe oportet, illum antea, in ipſo videlicet proœmio, κεφαλαιώδεις ἐπιτομὰς improbaſſe: quamuis interpretes ita locum illum reddiderint, vt contrà probaſſe illas videri poſſit. Interim tamen ne Dionyſius quidem inficiatus fuiſſet, eſſe nonnulla quæ potius κεφαλαιωδῶς ſiue ἐπὶ κεφαλαίων quàm μετὰ λεπτολογίας narranda ſint. Nam ipſemet cùm alibi, tum libro 11, pag. illius prioris editionis 92, quædam narraturus, vbi dixit ſe omnia ſcribenda non cenſere, quòd vereatur ne ſermo ſit longior quàm par ſit: αὐτὰ δὲ (inquit) τὰ κυριώτατα καὶ φανερὰν δυνάμενα ποιῆσαι πᾶσαν τὴν προαίρεσιν τοῦ ἀνδρὸς, ἐπὶ κεφαλαίων ἐρῶ. Quinetiam in iis quæ eodem in libro præcedunt, βούλομαι δὲ καὶ τὸν ἄλλον ἐπὶ κεφαλαίῳ διελθεῖν κόσμον, ὃν τοῖς ἰδιώταις ὁ Ῥωμύλος ἐκόσμησε βίον. Sed hic ἐπὶ κεφαλαίων, ſicut & illic, ſcribendum eſſe aio: nec fidendum illis Ariſtotelis exemplaribus, quæ ſecundo Ethic. libro ἐπὶ κεφαλαίῳ itidem nobis exhibent, νῦν μὲν οὖν τύπῳ καὶ ἐπὶ κεφαλαίῳ λέγομεν. Nam dicere potius Græcos cõſueuiſſe ἐπὶ κεφαλαίου quam ἐπὶ κεφαλαίῳ, aut certè ἐπὶ κεφαλαίων, vel ἐν κεφαλαίῳ, ſiue εἰς κεφάλαιον, aut etiã vnica voce κεφαλαίῳ vti, plurimi variorum ſcriptorum loci teſtantur. Eſtque animaduertendum, alicubi numerum ſingularem adhiberi, vbi non perinde aptum pluralis locum haberet: quum videlicet narratio aliqua rem tantùm vnam nobis proponit, ita vt aliquot ipſius narrationis capita eſſe dici non poſſint. Cæterùm & κεφαλαιωδῶς διεξελθεῖν apud noſtrum Dionyſium eundem vſum habet, libro v 11, οὐκ ἀναγκαῖον εἶναι δοκῶ, μακρὰν ἐπεισάγειν τὴν Ῥωμαϊκὴν διήγησιν, κεφαλαιωδῶς διεξελθεῖν.

Sed audiamus quæ idẽ in principio libri x 1 huc pertinẽtia nobis legenda reliquit. *Quomodo autẽ* (inquit) *Romani illã* decemuiratus *potentiã, quum iam radices egiſſet, excidere aggreſſi ſint, & quot ad libertatẽ recuperandã duces habuerint, & propter quas cauſas atq; occaſiones, re ab initio repetita, conabor cõmemorare. Talia.n. diſcere, neceſſariũ & pulchrũ eſſe exiſtimo cùm omnibus (propemodum dixerim) hominibus, tũ iis maximè qui in philoſophica contemplatione & in ciuilibus actionibus verſantur.* Atq; his iſta ſubiungit, quibus, ſe ita perſequi ſingula neceſſe habere, lectoribus ſatisfacere volentẽ, oſtendit. τοῖς γὰρ πολλοῖς οὐκ ἀπαρκεῖ τοῦτο μόνον ἐκ τῆς ἱστορ. &c. *Pleriq;.n. non ſatis habẽt, iſtud ex hiſtoria intelligere, in bello Perſico (vt mentionẽ huius faciã) Athenienſes & Lacedæmonios duobus prœliis naualibus & vno terreſtri victores fuiſſe, regémq; barbarũ debellaſſe tricies centena millia ducentem, quum tamen ipſi vnà cum ſociorum auxiliis centum & decem millia non excederent: hæc inquam ex hiſtoria intelligere non ſatis habet, ſed etiam loca in quibus res illæ geſtæ ſunt, ex hiſtoria diſcere cupit, necnon cauſas audire propter quas admiranda illa & propemodum incredibilia facinora ediderint.* Et paucis interiectis, οὐδεὶς γὰρ ἡ διάνοια παντός ἀνθρώπου χειραγωγουμένη διὰ τῶν λόγων ἐπὶ τὰ ἔργα. &c. Id eſt, *Nullus enim eſt cuius mens non lætetur, quum verbis ad res ceu manu ducitur.* Cui orationis membro iſtud tanquam ἐπεξηγητικῶς adiicit, καὶ μὴ μόνον

ἀκούουσι

ἀκούουσι τῶν λεγομένων, ἀλλὰ καὶ τὰ πραττόμενα ὁρῶσι. id eſt, *& quum non ſolùm audit quæ dicuntur, ſed et iam cernit quæ geruntur.* Exemplum verò & in ciuilibus actionibus (dicit enim πολιτικαῖς πράξεις) eiuſdem rei proponit cuius in bellicis propoſuerat: illius videlicet cupiditatis qua tenentur omnes, ſciendi plura quàm ipſum caput rerum atq; exitum. veluti ſiquis narret conceſſiſſe Athenienſes Lacedæmoniis vt ipſorum vrbis mœnia diruerent, & naues conciderent, & præſidium in arcem introducerent, atque vt pro patria democratia oligarchiam (liceat enim Græcis vocabulis, quibus quotidie & Latinorum aures obtunduntur, vti) dominam reipubl. conſtituerent: idque, ne vllo quidem certamine aduerſus eos ſuſcepto: ſed ſtatim doceri poſtulant, in quas adducta neceſſitates vrbs eſſet, quarum cauſa has tam duras támque miſeras conditiones ſibi imponi paſſa fuerit: & quibus perſuaſi orationibus fuerint, ac quinam eas habuerint: & omnia quæ res comitantur. His autem poſtremis verbis, καὶ πάντα ὅσα παρακολουθεῖ τοῖς πράγμασι videtur περιφράζειν quas Latini circumſtantias (imitantes Græcum quorundam rhetorum vocabulum περιστάσεις) dixerunt. Eodem certè modo illas περιφράζειν voluiſſe videtur & in loco illo qui ex libro fuit depromptus v, vbi ſcribit, καὶ μηδενὸς ἀνήκοος γένηται τῶν πεφυκότων τοῖς πράγμασι παρακολουθεῖν. quum Cicero tamen Latina itidem periphraſi, quàm illo Latino ſed ex Græci imitatione facto, vti maluerit. Niſi potius Cicerone poſterior illa circumſtantiarum appellatio fuit: ſicut etiam περιστάσις, ad cuius exemplum factam dixi illam fuiſſe, vix (vt opinor) apud vetuſtiores rhetores Græcos inuenietur. Fabius certè Latinum illud ad iſtud effictum eſſe, & ſe, quòd aliud non ſuppetat, eo cogi vti, innuere videtur.

Iam verò & libro VII, poſt longam ſeditionis quæ prima Romæ poſt expulſos reges exorta eſt deſcriptionem, tanquam ſe excuſans, poſtquam dixit, ἡ μὲν δὴ πρώτη Ῥωμαίοις ἐμπεσ. &c. id eſt, Quæ igitur prima Romanis interuenit ſeditio poſt exactos reges, ex his profecta eſt cauſis, atque hunc exitum habuit. Subiungit, inquam, velut ſe excuſans, ἐμήκυνα δὲ τὸν ὑπὲρ αὐτῆς λόγον, τοῦ μὴ ἵνα θαυμάσῃ τις πῶς ὑπέμειναν οἱ πατρ. &c. Id eſt, LONGIOR autem hoc in ſermone (vel, hac in narratione) fui, ne quis miretur quomodo patricii tantam poteſtatem plebi tradere ſuſtinuerint, quum neque cæſi neque in exilium pulſi fuiſſent optimates (vel, aliqui ex optimatibus) vt in aliis pleriſq; ciuitatibus euenit. Vnuſquiſq; enim, quũ aliquid præter opinionem audit, cauſam intelligere cupit: atque ex hac pendet fides quam ei quod narratum eſt adhibet. Conſiderabam itaque, futurum vt longè atque adeo planè à fide oratio mea abhorreret, ſi hoc tantùm dixiſſem, patricios plebi ſuam ipſorum potentiam permiſiſſe (vel, ſua ipſorum potentia plebi ceſſiſſe) ac, quum poſſent optimatibus reipubl. gubernacula tradere, rerũ ſummam populi arbitrio commiſiſſe: ſed propter quas hæc patricii plebi conceſſiſſent cauſas, prætermiſiſſem: ideóque omnes recenſui. Et paucis quibuſdam interiectis addit, Ac fieri certè haud queat quin mirer ſiqui res quidem bello geſtas accuratè & exactè deſcribendas exiſtimant, & circa vnicum aliquando prælium plurimum verborum conſumunt, dum locorum naturas, & cuique proprium armaturæ genus, quo acies inſtructæ modo fuerint, ducum exhortationes, ac cætera quæ alterutris victoriæ cauſa fuerunt, commemorant: at dum ciuiles motus & ſeditiones deſcribunt, memoriæ prodẽdas non cenſent orationes per quas factæ ſunt res quæ præter opinionem euenerunt, ſummáque admiratione dignæ fuerunt. Quibus ſubiungit, εἰ γάρ τι καὶ ἄλλο τῆς Ῥωμαίων πολιτείας μέγα ἐγκώμιόν ἐστι, καὶ ζηλοῦσθαι ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων ἄξιον, κἀκεῖνο ἐγένετο κατ' ἐμὴν δόξαν τὸ ἔργον, τὸ μήτε τοὺς δημοτικούς καταφρονήσαντας τῶν πατρικ. &c. quod Romani populi encomium capite IX retuli.

Cæterùm eodem in libro, non procul ab eius fine, de nonnullis itidem diſſerit quæ ab hiſtoricis ſine reprehenſione prætermitti non poſſe exiſtimat. Quum enim dixiſſet ſe quoſdam Romanos ludos velle deſcribere, non vt ſuæ narrationi διαγωγαῖς προσθήκαις καὶ λόγοις ἀνθηροτέροις (quæ Liuium vocare amœna diuerticula, antea docui) gratiam conciliet: verùm vt illa deſcriptione rem confirmet cuius neceſſaria ſit confirmatio: non longo interuallo, addit, οὐχ ἡγούμενος ἀποχρῆν τοῖς ἀναγράφουσι τὰς ἀρχαίας καὶ ἐπιχωρίας ἱστορίας, ὡς παρὰ τῶν ἐπιχωρίων αὐτὰς παρέλαβον ἀξιοπίστως διελθεῖν, ἀλλὰ καὶ μαρτυριῶν οἰόμενος αὐτοῖς δεῖν πολλῶν καὶ δυσαν.λλ. &c.

QVID DIONYSIVS aliquot locis appellet hiſtoriæ σχῆμα. Quid ſibi velit quum ſuæ hiſtoriæ ait ſe σχῆμα dare ἐξ ἁπάσης ἰδέας μικτὸν, ἐναγωνίου τε καὶ θεωρητικῆς: & quantum ab eius mente omnes hîc quoque interpretes aberrauerint. CAPVT XII.

HISTORIAM omnem, qui narrationem eſſe dixerit, vel narrationes, is verum dixerit: ſed non qui & vice verſa, narrationem quamlibet, vel narrationes quaſlibet, etiamſi veræ ſint, hiſtoriam eſſe pronuntiauerit: ita quidẽ vt hiſtoriæ appellatione ἀναγραφὴν ἱστορικὴν intelligat, vt ipſe in prooemio Dionyſius loquitur. Diſquirendum igitur an & is, quum aliquem res geſtas narrare ἐν ἱστορίας σχήματι dicit, ad illud ipſum reſpiciat: quum etiã locus is quẽ libro primo habemus, πολλοὶ τῶν ἐν ἱστορίας σχήματι τὰς πράξεις αὐτοῦ διηγησαμένων, videri poſſit τὰς ἐν ἱστορίας σχήματι διηγήσεις (id eſt, narrationes quæ hiſtoricam formam habent) tales facere vt vnum tantùm inter has & alias ſtatuat diſcrimen: quòd illæ quidem veræ, at hæ, fabuloſæ ſint. Nam de Hercule loquens, ὁ μὲν οὖν μυθικὸς λόγος (inquit) ὑπὲρ αὐτοῦ τοιόσδε παραδέδοται· ὁ δ' ἀληθέστερος, ᾧ πολλοὶ τῶν ἐν ἱστορίας σχήματι τὰς πράξεις αὐτοῦ διηγησαμένων ἐχρήσαντο, τοιόσδε. Verùm, etiamſi multi eorum qui res geſtas ἐν ἱστορίας σχήματι memorarunt, non illum μυθικὸν λόγον ſed τὸν ἀληθέστερον retuliſſe dicantur, non ideo hanc vnam inter narrationes ἐν ἱστορίας σχήματι factas & alias quaſlibet eſſe differentiã dicemus, quòd hæ veritatis magis ſtudioſæ forent. Nã id vetat dici vel hic eiuſdem locus, lib. 8. ἔτι δ' αὖ δέον ἐστὶν ἱστορίας σχήματι καὶ ἐπανορθώσεως ἕνεκα τῶν οἰομένων, &c. τὸ δηλῶσαι τὴν γενομένην ἐπιφάνειαν τῆς θεοῦ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον. Vbi Gelenius verba illa, ἔτι δ' αὖ δέον ἐστὶν ἱστορίας σχήματι, vertit, *Non alienum autem fuerit à legibus hiſtoriæ*. quum in illo priore loco πολλοὶ τῶν ἐν ἱστορίας σχήματι τὰς πράξεις αὐτοῦ διηγησαμένων vertiſſet, *Qui res eius geſtas hiſtorico ſtylo ſunt perſequuti*. Quem vtrobique ſequutus eſt Portus, eadem omnino verba, (more ſuo id quidem) eandémque omnino inconſtantiam in ſua interpretatione vſurpans. At bonus ille vir, Lapus Biragus, poſteriore loco, planè verbum verbo reddens, dicit, *Eſt autem formæ hiſtoriæ congruum*: quum in priore, *more hiſtorico*, dixiſſet. Ego harum interpretationum nullam minus probo quàm quæ *hiſtorico ſtylo* vertit: quòd ad nihil minus quàm ad ſtylum reſpicere Dionyſium exiſtimẽ vbi σχῆμα ἱστορίας dicit. Ad res enim illud, non ad ipſam referri eloquutionem puto: id eſt, primùm ad rerum quæ hiſtorica ſcriptione præ aliis dignæ ſunt delectũ: deinde ad talem illarum ſcriptionem, vt nequaquam nudam narrationem vel nudas narrationes habeat, verùm quidpiam præterea quo hiſtoricus οἴκοθεν allato vtiliorem hiſtoriæ ſuæ lectionem reddat: ſiue, quo eam velut condiens, iucundiorem efficiat. Talia autem ſunt quæ in digreſſionibus (quæ & epiſodia vocari queunt) afferri ab illis videmus. Sic tamen vt ex illis quæ hiſtoriæ per digreſſionem intexi ſolent, nonnulla ſint quæ paucis etiam verbis comprehẽduntur: ſiue aliquo epiphonemate (vel ſententia quapiam locum epiphonematis tenente) factum ſeu dictum alicuius laudet aut vituperet: ſiue ſuum de aliquo facto dictóve, aut alia etiam quapiam de re, iudicium interponat. Nam & paucis id verbis (tanquam obiter) fieri interdum videmus.

Prius illud quod dixi de rerum delectu multi teſtari loci videntur, in quibus non quælibet ſed quæ διηγήσεως ſiue ἀφηγήσεως ἄξια eſſent, ſuper aliqua re à ſe narrata ſcribit. Tale enim eſt illud, libro 11, pag. 62, vbi de Romulo loquitur, δίειμι δ' αὐτοῦ τὰς πράξεις τάς τε πολιτικὰς καὶ τὰς κατὰ πολέμους, ὧν καὶ λόγον ἄξιον ἐν ἱστορίας ἀφηγήσει ποιήσασθαι. Eadémque verba, ad ſignificandas res quæ præ aliis memoratu dignæ ſunt, apud eum eodem libro habemus (niſi quòd pro ἀφηγήσει legitur γραφῇ) pag. 74. αἱ δὲ ἄλλαι πράξεις αἵ τε κατὰ τοὺς πολέμους ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς γενόμεναι καὶ αἱ κατὰ πόλεις (quæ in illo præcedente loco πολιτικαὶ vocantur) ὧν ἄξιός τις καὶ λόγον ποιήσασθαι ἐν ἱστορίας γραφῇ, τοιαῦταί τινες παραδίδονται. vel παραδέδονται. At pro illo γενόμεναι quin ſcribendum ſit γινόμεναι, minime dubitari poteſt. Cæterùm quamuis iiſdem verbis (vno excepto, quod ſynonymum eſt) vtatur, Gelenius tamen hîc quidem vertit, *res geſtæ à ſcriptoribus memoratu dignæ*: at illic, *geſta quæcunque memoratu digniora ſunt*. Ego illam interpretationem huic præfero, ſed *ab hiſtoricis* aut *ab hiſtoriæ ſcriptoribus* dicere maluiſſem. Eundem porro rerum delectum teſtantur & hæc eodem in libro verba, πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐλάττοσι τὰ μέγιστα καὶ φανερώτατα. Totus autem locus eſt hic, τὰ μὲν δὴ περὶ τοῦ θείου νομοθετηθέντα ὑπὸ τοῦ Νουμᾶ, καὶ διαιρεθέντα κατὰ τὰς συμμορίας τῶν ἱερῶν. ἐξ ὧν ἡ ὁσιωτέραν συνέβη γενέσθαι τὴν πόλιν, πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐλάττοσι τὰ μέγιστα καὶ φανερώτατα ταῦτ' ἦν. Quæ poſtrema verba Gelenius vertit paulo liberius (ſic tamen vt ab eius mente diſceſſiſſe non videatur) *hæc ſunt præcipua & luculentiſſima, ne alia minutiora commemorem*. Interdum denique illa quæ commemorat, ἄξια λόγου vel ἄξια μνήμης præ aliis eſſe ſcribit: interdum etiam ἄξια λόγου καὶ μνήμης dicens. Ac ſcimus ex his per cõpoſitionem facta eſſe ἀξιόλογα & ἀξιομνημόνευτα

μόνευτα (fateor tamen, in hoc poſteriori compoſito non ſeruari nomen μνήμη, ſed tranſire in verbum quod ex eo factum eſt: quum perinde ſit acſi diceretur ἄξια μνημονεύεσθαι) quemadmodum pro ἄξια ἀφηγήσεως dixerunt ἀξιαφήγητα. Denique & loci illi in quibus à ſe multa prætermitti ad eundem ſermonem pertinentia ſcribit, illud ipſum teſtantur. Ex iis eſt hic, libro & ipſe 2, ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τῆς ἐπιφανείας τῆς θεᾶς ἔχων ἔτι πολλὰ λέγειν, καὶ ταῦτα ἱκανὰ εἰρῆσθαι νομίζω. Vbi certè Gelenius non minus eleganter quàm breuiter, *Hæc pauca è multis dixiſſe ſufficiet.*

Ad poſterius verò quod attinet (poſterius, inquã, eorum ad quæ modò aiebam reſpici quum dicitur ἐν ἱστορίας σχήματι) illius videtur eſſe nobis poſſe βεβαιωτὴς locus ille cuius antea mentio à me facta fuit, ex libro VIII, εἴη δ' ἂν ἀμφότερον ἱστορίας σχήματι, καὶ ἐπανορθώσεως ἕνεκα τῶν οἰομένων μήτε ἐπὶ ταῖς τιμαῖς ταῖς παρ' ἀνθρώπων χαίρειν τοὺς θεούς, &c. Hîc enim ἔκβασιν habemus quam ille ἱστορίας σχήματι conuenire exiſtimauit. Ac quum illum quem nũc ingreditur ſermonem ita nomino, ipſum certè Dionyſium ſequor: qui vbi ad finem eius peruenit, dicit ſe eò reuerſurum vnde in illum ἐξέβη. Scimus autem, ἐκβάσεις ſiue παρεκβάσεις eſſe quas Latini, eadem metaphora vtẽtes, digreſſiones appellant. Et verò quod ſcribit de impiis per illam narrationem de ſua ſententia deducendis, digreſſioni aut ſaltem digreſſiunculæ congruam eſſe materiam ſcimus.

Non ignoro interim, venire alicui in mentem poſſe, σχῆμα ἱστορίας potius eſſe quum talia ſcribuntur ab hiſtorico qualia ſunt quæ Dionyſius à pleriſq; prætermitti queritur, vt antea dictum eſt, quum de iis ageretur quæ Dionyſius in ſcriptione hiſtoriæ requirit: verùm ita de his verbis ſentiẽti ego ideo haud facilè aſſentiar, quoniam Dionyſius, quamuis omittere illos multa minimè omitti digna dicit, non aliud tamen quàm nimiam in eorum hiſtoriis breuitatem velle reprehendere videtur.

Sed σχῆμα ἱστορίας quid tandem Latinè ſonare dicendum fuerit? Ea quæ magis verbum verbo reddit, magis mihi placebit: ſic tamen vt ἱστορίαν, ſcriptionem hiſtoricam interpretemur, & ἱστορίας σχῆμα, hiſtoricæ ſcriptionis formam eſſe dicamus. Niſi tamen vererer ne σχῆμα pro dignitate accipiẽs, aliquid circa vſum huius vocabuli viderer νεωτερίζειν, (licet aliquid & in meo Theſauro de hoc vſu dictum ſit) non minus libenter ita redderem.

VENIO ad poſterius huius capitis argumentum, Quid ſibi velit Dionyſius quum ſuæ hiſtoriæ ait ſe σχῆμα dare ἐξ ἁπάσης ἰδέας μικτὸν, ἐναγωνίου τε καὶ θεωρητικῆς: & quantũ ab eius mente omnes hîc quoq; interpretes aberrauerint. Quid? an alia quadam de re hîc eum loqui quàm in iis qui propoſiti fuerũt locis dicendum eſt? De ipſo certè ſtylo velle hîc agere videri poteſt. quòd ſi ita ſe res habet, alia loqui de re dicendus eſt. Primùm autem eius verba conſideranda ſimul & emendanda ſunt. σχῆμα δὲ (inquit in fine procemii) ἀποδίδωμι τῇ πραγματείᾳ, οὔθ' ὁποῖον οἱ τοὺς πολέμους ἀναγράψαντες ἀποδεδώκασι ταῖς ἱστορίαις, οὔθ' ὁποῖον οἱ τὰς πολιτείας αὐτὰς ἐφ' ἑαυτῶν διηγησάμενοι. Vbi animaduerte, non dici ſimpliciter, οἱ τὰς πολιτείας διηγησάμενοι, ſed αὐτὰς ἐφ' ἑαυτῶν διηγησάμενοι: ideóq; poſt πολέμους videri ſcriptum itidem fuiſſe μόνους: quod perinde erat acſi eodem illo genere loquendi, αὐτοὺς ἐφ' ἑαυτῶν dictum eſſet. Scimus autem eandem alioqui hiſtoriam & bella & politias, id eſt adminiſtrationum reipubl. formas, poſſe deſcribere. Sequitur apud eum, οὔτε ταῖς χρονικαῖς παραπλήσιον. Vbi eum potiùs διηγήσεσι, aut tale quid poſt χρονικαῖς ſcripſiſſe, quàm ſubaudiendum reliquiſſe crediderim. Et paucis interiectis, ἀλλ' ἐξ ἁπάσης ἰδέας μικτὸν, ἐναγωνίου τε καὶ θεωρητικῆς. Ac rationẽ addit ob quam mixtũ eſſe ſuæ hiſtoriæ σχῆμα velit. nã ſe tribus hominũ generibus ea in re velle gratificari dicit. ἵνα (inquit) καὶ τοῖς περὶ τοὺς πολιτικοὺς διατρίβουσι λόγους, καὶ τοῖς περὶ τὴν φιλόσοφον ἐσπουδακόσι θεωρίαν, καὶ εἴ τισιν ἀοχλήτου δεήσει διαγωγῆς ἐν ἱστορικοῖς ἀναγνώσμασιν, ἀποχρώντως ἔχουσα φαίνηται. Nam quum verba hæc præceſſerint, ἀλλ' ἐξ ἁπάσης ἰδέας μικτὸν [σχῆμα ἀποδίδωμι τῇ πραγματείᾳ] ἐναγωνίου τε καὶ θεωρητικῆς, nemini dubium, meo quidem iudicio, eſſe debet, quin illa quidem idea quam ἐναγώνιον appellat, politicis, at θεωρητικὴ, philoſophis aſſignetur. Quod tamen nequaquam interpretes animaduerterunt: quippe qui verba illa tanquam aliò pertinentia ſunt interpretati. Nam Lapus quidem ita, *ſed ex omni ſpecie formam quandam mixtam, bellicáque & ſpeculatiua.* Gelenius autem hoc modo illa verba reddidit, *Sed erit quiddam ex rebus geſtis earúmque contemplatione mixtum.* At Portus ſic, *Sed mixtam ex quolibet genere rerum, cùm earum quæ in ipſa actione, tum earum quæ in ſola contemplatione verſantur.* Atqui ἐναγωνίου appellatione quomodo in actione verſantem poſſe intelligi dicemus? aut quomodo, cum Gelenio, res geſtas ea ſignificari credemus? Ille quidem certè bonus vir Lapus ita & ipſe peccauit, vt tamen minus peccaſſe, magíſque venia dignus dici poſſit. Nam quum ἐναγώνιον vertit Bellicam, ſignificationem huic vocabulo dedit, alienam quidem ab hoc loco, ſed quam tamen habere poteſt: at illi duo poſteriores vbinam illud vocabulum talem vſum qualem ei illorum interpretationes tribuunt, habere comperient? Sed antequam plura de huius loci interpretatione dicam, admonẽdus eſt

lector, videri tertium quiddam poſt θεωρητικῆς deſiderari: ac me id partim inde coniicere quòd nō ἐξ ἑκατέρας ἰδέας, tanquā de duabus tātùm loquēs, verùm ἐξ ἁπάσης ἰδέας dicat: partim etiā ex eo quòd non duo tantùm ſed tria hominum nobis genera proponat, in quorum gratiam ſe talem hiſtoriæ ſuæ formam tribuere velle ſcribit. Neque enim dubium eſt (vt antea dixi) quin in prima quidem illa ſpecie, quam ἐναγώνιον vocat, ad politicos, in ſecunda autem quam θεωρητικὴν appellat, ad eos qui circa philoſophicam contemplationem verſantur, reſpiciat. Ideóque tertiam, quam omiſſam non à Dionyſio ſed à librario eſſe aio, reſpexiſſe neceſſe fuerit ad illos tertios. id eſt, eos quorum tertio loco mentionem facit, illos inquam οἷς ἀοχλήτου δεῖ διαγωγῆς ἐν ἱστορικοῖς ἀναγνώσμασι. Sed quænam tamen tertia illa ἰδέα fuerit, mihi nimiùm difficile fateor coniectura aſſequi: ἡδεῖαν quidem certè fuiſſe, id eſt, ex numero earum quæ ἡδεῖαι ſunt, omnino mihi perſuadeo: quum alioqui grata tertio illi hominum generi eſſe non potuerit.

Supereſt vt quænam ἰδέα vocetur ἐναγώνιος, quænam θεωρητικὴ appelletur, dicamus. Ac primùm, illum ἰδέαν dicentem, ἰδέαν λόγου intelligere, multi eius in rhetoricis libris probare videntur loci, in quibus hūc illi nomini vſum tribuit. Quum autē variæ ſint λόγου ſiue λόγων ἰδέαι, ſæpe ab illo in iiſdem libris ἐναγωνίων λόγων mentionem fieri videmus, tanquam ad agendam in iudicio aut pro concione cauſam aliquam aptorum. Quo λόγων genere quum toties in hac hiſtoria opus eſſe videamus, vtpote quum tot cauſæ in concionibus agantur, non video cur aliter ἐναγωνίους λόγους (nam ἐναγώνιον ἰδέαν vocat quæ alioqui ἐναγωνίων λόγων ἰδέα appellanda foret) accipiamus, quàm de iis qui ad iudiciales ἀγῶνας ſunt accommodati. Quemadmodum porro ἰδέας ἐναγωνίου appellatione τὴν ἐναγωνίων λόγων ἰδέαν intelligit, ita θεωρητικὴν ἰδέαν eſſe τὴν θεωρητικῶν λόγων ἰδέαν nemo negauerit. Verùm & hoc addendum eſt, θεωρητικὴν ab illo dici τὴν φιλόσοφον (de quo vocabuli illius vſu à me in alio capite dicetur, vbi de vtilitate quam philoſophis & politicis ex hiſtoriæ ſuæ lectione promittit, diſſeram) ideóque θεωρητικοὺς λόγους non alios quàm φιλοσόφους intelligi debere.

Quoniam tamen videri poteſt Dionyſius, ſi loqui de ſtylo voluiſſet, ἑρμηνείας aut συνθέσεως mentionem potiùs facturus fuiſſe, aut ſaltem harum quoque vocum altera fuiſſe vſurus, videndum an hæc ad res ſatius ſit referre, & de iis intelligere quæ hiſtoria Dionyſii ad iudicialium actionum formam, de iis item quæ ad philoſophicas diſputationes, necnon ad lectionē illorum qui tertii ponuntur, accommodata habet. Hoc tantùm addam, veriſimile eſſe, Dionyſium illis qui interciderunt libris plura ad philoſophicas diſputationes pertinentia quàm iſtis intexuiſſe, ſi quidem de his diſputationibus illa intelligi voluerit: quū alioqui tam pauca hæc ſint quàm multa ſunt illa quæ ad iudicialium actionum formam pertinent.

De historicis quibuſdam formulis apud Dionyſium obſeruandis. De hiſtoria quæ κοινὴ vocatur: item de illa quæ ἐπιχώριος, & quæ τοπικὴ dicitur.

Capvt XIII.

Historicos ſuas quaſdam, id eſt ſibi peculiares, habere formulas ſcio: ſed Dionyſio, præter vulgares, & quaſdam alias, eáſque perelegantes, eſſe dico. Neque tamen inter illas quarum hîc mentio à me fiet, quaſdam inuentum iri negauerim quæ illi cum aliis communes dici poſſint. Illa quidem certè illi cum Herodoto communis eſt, ἔρχομαι λέξων. vt libro III, non procul ab initio, πολεμικαὶ δὲ πράξεις πολλαί τε καὶ ἄλλαι μνημονεύονται, περὶ ὧν ἔρχομαι λέξων. Alibi autem, ἃ δὲ μέλλω νῦν λέγειν. vel καὶ ἔτι πρὸς τούτοις, ἃ μέλλω λέγειν. Et alicubi, ὃ μέλλω διηγήσασθαι. Imitatur verò aliquādo & illud ἔχρῆν vel χρῆν Herodoti, ſubiungens id narrationi, tanquā per epiphonema: eo videlicet modo quo Herodotus in narratione de Cādaule, dicit, χρῆν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς. ſed hîc per parentheſin ea interiicit. Habet verò & quaſdam formulas cum Thucydide communes: (ſi tamen cum Herodoto vel Thucydide communes habere dicendus eſt quas ex illis eſt mutuatus) ſed hæ inter illa cōmemorabuntur quæ ex eodem ſcriptore ſumpſit, vel in quibus illum imitatus eſt.

Iudicium ſuum interponens, & ſententiam proferens, interdum quidem dicit, εἰ χρὴ δόξαν ἰδίαν ἀποφήνασθαι. vt libro 2, ἀλλ' ἐοίκασιν οἱ τὰ περὶ αὐτοῦ γράψαντες (εἰ χρὴ δόξαν ἰδίαν ἀποφήνασθαι) δύο ταῦτα λαβόντες ὁμολογούμενα, τήν τε Πυθαγ. &c. ac paucis interiectis, ἐπισυνάψαι ταῦτα. Interdum verò (ſed raro) ὡς ἡ ἐμὴ δόξα φέρει. Legimus item libro primo, καὶ περὶ μὲν τούτων ὡς ἔχω δόξης δεδήλωταί μοι. At libro VII, tanquam ferendæ ſententiæ aut ſaltem interponendi ſui iudicii veniam modeſtè petens, dicit, εἰ δὲ δεῖ καὶ αὐτὸν ἐμὲ ἀποφήνασθαι περὶ τηλικούτων πραγμάτων γνώμην, ἐμοὶ δοκεῖ, τὸ μὲν ἔθος, καθ' ἑαυτὸ ἐξεταζόμενον, χρήσιμον εἶ(ναι). Nonnunquā etiā, obiter tātùm & ἐν παρόδῳ ſuā ſententiā interiiciens, breuius loquitur, dicēs tātùm, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. vt in fine libri

x : ἐν

χ, ἐν αἷς καὶ ὅδε ὁ νόμος ἦν, μὴ ἐξεῖναι τοῖς πατρικίοις πρὸς τοὺς δημοτικοὺς ἐπιγαμίας συνάψαι δι' οὐδὲν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἕτερον, ἢ τὸ μὴ συνελθεῖν εἰς ὁμόνοιαν τὰ ἔθνη, γάμων ἐπαλλαγαῖς καὶ οἰκειότησιν κοινωνίας συγκερασθέντα. Iiſdem verbis eadē in re Polybius plerunq; vtitur: id eſt, vbi ſuam ſuidem ſentētiam obiter & paucis verbis aliqua de re profert. Tale enim eſt illud apud eum, ὡς μὲν ἐμοὶ δοκεῖ, βουλομένων τῶν ἀνθρώπων μὴ μόνον ἀκούειν ἀλλὰ καὶ βλέπειν τὸν λέγοντα, διὰ τὴν αἰτίαν τῶν ἀναγορευομένων. Sed Dionyſius interdum etiam, quamuis nullam ex præcedētibus formulis præfigat, ſuum tamen de aliquo facto aut aliquo conſilio iudicium interponit: ac fuerunt allata in præcedentibus huius quoque conſuetudinis exempla.

Ad ea autem quum venit de quibus inter ſe diſſentiunt hiſtorici, è tribus vnū facit. Nam aut cui ſiue veri fidē potiùs habendā putet, apertè declarat: aut vni aſſentiens, ab altero planè diſſentit, & fidem illi, tanquam ne veriſimilia quidem ſcribenti, denegat: aut rem in dubio relinquens, ſimul etiam lectori iudicium relinquit. Ad primum quod attinet, eius exemplum habemus libro ſecundo, in fine paginæ 62. οἱ μὲν δὴ τὰ πιθανώτατα περὶ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας ἱστοροῦντες, διὰ ταύτας τὰς αἰτίας κληθῆναί φασι τοὺς ἄνδρας ἐκείνους Πατέρας. Alicubi etiam, vbi dixit, οἱ τὰ πιθανώτατα γράφοντες, addit, ſe illis adſtipulari. vt in eodem libro, pag. 75. οἱ δὲ τὰ πιθανώτατα γράφοντες, οἷς κἀγὼ συγκατατίθεμαι. Aliquando autem τὸ τῇ ἀληθείᾳ ἐοικὸς μᾶλλον & τὸ μυθωδέστερον inter ſe opponit: vt pag. 49. At verò quum illud quod ſecundo loco propoſui facit, his (vel his ſimilibus) verbis vtitur: veluti vbi dicit, ἐγὼ δὲ τοῦτον μὲν οὐ δέχομαι τὸν λόγον, οὔτ' ἀληθῆ νομίζω, οὔτε πιθανόν· τῷ δὲ προτέρῳ μᾶλλον προστίθεμαι, καὶ δαίμονα νομίζω τὸν ἄνδρα ταύτης τῆς πλάνης τυχεῖν. Nonnunquam verò rationem ſimul affert, aut rationes propter quas huic potiùs quàm illi hiſtorico, aut huic potiùs quàm illi narrationi aſſentiri voluerit. vt libro III, βούλομαι δ' ἐπισχὼν τὸν ἑξῆς λόγον, ἀποδοῦναι τὰς αἰτίας δι' ἃς οὔτε Φαβίῳ συγκατατίθεμαι, οὔτε τοῖς ἄλλοις ἱστορικοῖς ὅσοι γράφουσιν, &c. Et paucis interiectis, oſtendit eſſe quædam ἀδύνατα καὶ ἄτοπα, quæ alteram narrationem euertant. Scribit enim, πάντες γὰρ ἀπερισκέπτως καὶ ῥαθύμως οἱ συγγραφεῖς αὐτῶν ταύτην ἐξενηνόχασι τὴν ἱστορίαν, οὐδὲν ἐξητακότες τῶν αἱρούντων αὐτὴν ἀδυνάτων τε καὶ ἀτόπων. Sic autem & quibuſdam aliis locis, eum à quo diſſentit hiſtoricum, aut eos à quibus diſſentit hiſtoricos, in eas anguſtias redigit, vt etiam ad abſurda deuenire cogat. Sed & nonnulla ſunt quæ μύθοις & πλάσμασι θεατρικοῖς ſimilia eſſe dicit. Sic libro IX, quum dixiſſet, ἐμοὶ μὲν δὴ ὁ λόγος οὗτος πιστότερος ἐφαίνετο πολὺ τοῦ προτέρου· φέρονται δὲ ἐν γραφαῖς Ῥωμαίων ἀξιοχρέοις ἀμφότεροι: addit, quiddam his adiici à nonnullis quod neque ἀληθὲς ſit, neque πιθανὸν, ſed ἐκ δραματουργήματός τινος πεπλασμένον ἀπὸ τοῦ ἀληθοῦς. & ἄξιον eſſe ait, illud non relinquere ἀνεξέταστον. ac poſtquam id recenſuit, ſcribit, μύθοις γὰρ δὴ ταῦτα καὶ πλάσμασιν ἔοικε θεατρικοῖς. Supereſt tertium illud è tribus quæ propoſui: quibus videlicet verbis vtatur vbi iudicium non interponit, ſed lectori ſuum liberum omnino relinquit. Alicubi igitur dicit, σκοπείτω δ' ὅπῃ τις αὐτὸν πείθει. Alicubi etiam κρινέτω δ' ὡς ἕκαστος τῶν ἀκουόντων βούλεται (niſi potius ſcripſit, κρινέτω δ' ἕκαστος τῶν ἀκουόντων ὡς βούλεται) ſunt autem ambo hi loci ex libro primo, & quidem ſibi vicini. ſed in hoc vbi dicit κρινέτω, &c. non tam liberum lectori iudicium relinquere videri poteſt quàm alibi: quoniam iam dixerat λόγους de quibus agitur, ſibi minùs probabiles ſeu veriſimiles quàm præcedentem videri. Quod eius dictum mentem lectoris, tanquam præiudicium aliquod, præoccupare poſſe, non immeritò quiſpiam dixerit. At non idem facit in ſermone de Ilia. nam poſtquam oſtendit diſcrepantia veteres de illa memoriæ prodidiſſe, & adiecit, λόγον δ' ἔχουσιν ὡς ἀληθεῖς ἀμφότεραι (refertur autē hoc ad γραφαί, quod proximè præceſſit) & ſe propterea vtranque narrauiſſe, his ſermonem hūc claudit verbis, ὁποτέρᾳ δὲ χρὴ πιστεύειν, αὐτός τις εἴσεται τῶν ἀναγνωσομένων.

Quædam cum aliqua præfatiuncula narrat, quòd quæ fidem ſuperatura ſint, ſcribere ſibi videatur. vt libro V, in narratione de Bruto, δέδοικα μὴ σκληρὰ καὶ ἄπιστα τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι (niſi potiùs hæc, quam ex coniectura tantùm habeo, lectio, vera iudicanda eſt, καὶ ἄπιστα τοῖς ἄλλοις, μάλιστα δὲ τοῖς Ἕλλησι) δόξω λέγειν.

Quinetiam nonnulla ſunt de quibus ſe τὴν ἀκρίβειαν ſcribere non poſſe fatetur, vel non poſſe illa γράφειν πρὸς ἀκρίβειαν. Ac interdum ſe ex pluribus pauca quædam delegiſſe dicit, futura tanquam ſpecimen. Sic libro ſecundo, ἀφ' ὧν ἁπάντων μὲν πολὺ ἂν ἔργον εἴη λέγειν, ἀρκέσει δὲ δύο τὰ μεγίστης μνήμης τυχόντα, τεκμήρια καὶ τῶν ἄλλων γενέσθαι.

Breuitate quanta poterit maxima ſe vſurum, ſæpe promittit: & ſicubi longior aliqua de re fuit ſermo, de eo ſe excuſat. Sic lib. I, pag. 31, ὧν ἐγὼ μνήμην, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, πολλῶν ὄντων, διὰ βραχυτάτων ποιήσομαι. Nam hæc ὡς ἂν οἷός τε ὦ, iunguntur cum διὰ βραχυτάτων, vt ſiquis dicat, ὡς ἂν βραχύτατα οἷός τε ὦ. Et alicubi τὴν ἀκριβεστέραν τῇ βραχυτέρᾳ opponit. veluti libro VI, pag. 348, ἐγὼ μὲν οὖν διὰ ταῦτα προειλόμην ἀκριβεστέραν μᾶλλον ἢ βραχυτέραν ποιήσασθαι τὴν διήγησιν. quum de hac narratione quam ſe ἀκριβεστέραν feciſſe dicit, ſcribens aliquanto ante, dixiſſet, ἐμήκυνα δὲ

τὸν ὑπὲρ αὐτῆς λόγον. Opponitur autem ἡ ἀκριβεστέρα ei quæ eſt βραχυτέρα: quia quo quis aliquid magis ἀκριβῶς narrat, aut deſcribit, eo eſt in narrãdo aut deſcribendo longior. Se alioqui breuitatem amare, & illi ſtudere, oſtẽdit & vbi ſcribit, οἵτινες δὲ ἦσαν οἱ τῆς ἐπαναστάσεως ἄρξαντες, &c. δι᾽ ὀλίγων πειράσομαι διελθεῖν. Et magis etiam vbi dicit, ἅπαντα μὲν οὐκ ἀξιῶ γράφειν, τὸ μῆκος ὑφορώμενος τοῦ λόγου. Quinetiam ex iis quæ alioqui in promptu eſſent, adducere volenti, ſe multa omittere (eandem videlicet ob cauſam) dicit: vt, ἀλλ᾽ ὑπὲρ μὲν τῆς ἐπιφανείας τῆς θεᾶς, ἔχων ἔτι πολλὰ λέγειν, καὶ ταῦτα ἱκανὰ εἰρῆσθαι νομίζω. Eiuſdem generis ſunt & iſta, lib. VIII. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων οὔτε παρελθεῖν τὴν ἐπιχώριον ἱστορίαν καλῶς εἶχεν, οὔτε πλείονα περὶ αὐτῆς ποιεῖσθαι λόγον. In hoc autem ponenda numero eſt breuis iſta formula, non procul a fine libri ſecundi, οὐ γὰρ δεῖ τὰ πλείω περὶ αὐτῆς γράφειν; quæ certè & noua & huic loco peculiaris videri poteſt. Fortaſſe autẽ & ſuſpectus, nec immeritò, locus hic cuipiam fuerit ellipſεως aliquot verborum ante illam formulam, οὐ γὰρ δεῖ τὰ πλ. &c. cuiuſmodi fuerint iſta, ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἀρκούντως εἴρηται. vel (vt alii ſæpe loquuntur) ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἅλις. Verùm & hoc obſeruat vt quæ præ cæteris ſunt λόγου vel μνήμης ἄξια, vel λόγου καὶ μνήμης ἄξια (vt alicubi loquitur) eorum potius mentionem faciat. Sic inter illa quæ paulo ante attuli, habes ὑπὲρ ὧν ἁπάντων μὲν πολὺ ἂν ἔργον εἴη λέγειν, ἀρκέσει δὲ δύο τὰ μεγίστης μνήμης τυχόντα, τεκμήρια καὶ τῶν ἄλλων γενέσθαι. Vbi obſeruandum a te eſt, tanquam rarum, iſtud loquendi genus, τὰ μεγίστης μνήμης τυχόντα: ac ſimul, illum ea duo quæ proponit, tãquam δεῖγμα lectori præbere, vt interim ex illis coniectura de reliquis etiam fiat. Libro autem ſecundo ſermonẽ de bellis à Romulo geſtis claudens, illa duo λόγου & μνήμης cum ἄξιοι iungit. ſcribit enim, οὗτοι συνέστησαν πόλεμοι Ῥωμύλῳ λόγου καὶ μνήμης ἄξιοι. quod etiam conuenit cum iis quæ antea dixerat, ſe delectum inter illa eſſe habiturum. de quo delectu dictũ à me antea fuit, quum de iis quæ in hiſtorica ſcriptione requiri exiſtimauit Dionyſius, & quid hiſtoricum σχῆμα vocarit, diſſererem.

Quædam in alium locum reſeruans, modò dicit, ὑπὲρ ὧν κατὰ τὸν οἰκεῖον καιρὸν ἐρῶ, vel, ὑπὲρ ὧν κατὰ τοὺς οἰκείους ἐρῶ καιρούς: vel, ὑπὲρ ὧν κατὰ τὸν οἰκεῖον διαλέξομαι καιρόν. modò, ἀλλ᾽ ὑπὲρ μὲν τούτων οὐχ ὁ παρὼν καιρὸς ἁρμόττει τοῖς λόγοις. Præſertim verò poſt digreſſiones longiuſculas, vel illis vel aliis ſimilibus verbis vtitur. Sic libro ſecundo digreſſus ad ſermonem de concordia, quæ diutiſſimè inter Romanos mãſit, & quam C. Gracchus turbauit, tribunitiam poteſtatem adeptus, ita ſermonem illum claudit, ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἕτερος ἔσται τοῖς λόγοις καιρὸς ἐπιτηδειότερος. Ac interdum quidem addit, ἐπάνειμι δ᾽ ἐπὶ τὰ ἑξῆς: interdum verò particulæ δὲ aut οὖν, aut alius cuiuſpiam, ſiue aliarum (veluti quum vtitur duabus δ᾽ οὖν) vinculo illa cum ſequentibus connectit. Ita enim, poſtquam dixit, ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἕτερος ἔσται τοῖς λόγοις καιρὸς ἐπιτηδειότερος, ad hiſtoriæ ſuæ continuationem reuertens, ſcribit, ὁ δὲ Ῥωμύλος ἐπειδὴ ταῦτα διεκόσμησε, &c. Poſt illa verò, ἀλλ᾽ ὑπὲρ μὲν τούτων οὐχ ὁ παρὼν καιρὸς ἁρμόττει τοῖς λόγοις, ſequitur, τότε δ᾽ οὖν ὁ Τύλλιος, &c. Sæpe tamen illa verba, ἐπάνειμι δὲ ἐπὶ τὰ ἑξῆς, vel ſimilia, ſunt digreſſionis clauſula. Quæ fortaſſe non malè quis & tranſitionis formulam appellet. Sed interdum etiam dicit, ἐπάνειμι δὲ ἐπὶ τὴν ἑξῆς διήγησιν. Alicubi & ita loquitur, (libro VIII) ἐπάνειμι δ᾽ ὅθεν εἰς τοῦτον ἐξέβην τὸν λόγον. quibus oſtendit, præcedentem ſermonem à nobis ἔκβασιν rectè appellatum iri: pro quo & παρέκβασιν quidam dixerunt: & quidem Photium hoc vtentem, in iis quæ ex illo in medium attuli, audiuiſti. Hermogenes certè aliique rhetores παρέκβασιν itidem appellarunt, potius quàm ἔκβασιν, quod Latini digreſſionem dixere. vnde eſt παρεκβατικὸς λόγος, & aduerbium παρεκβατικῶς. Non dubito autem quin & ἐπεισόδιον, à poetis ſumpta metaphora, vocare liceat.

Sed ne in digreſſionis mentione, à propoſito & ipſe digrediar, ἐπάνειμι ad noſtrũ illũ de hiſtoricis Dionyſii formulis ſermonẽ: & de illis quibus hoc ipſum verbum ἐπάνειμι adhibet, diſſerere pergã. Hoc igitur ſciendũ eſt, ſolere inter vltima digreſſionis verba & illud ἐπάνειμι quædã interiici. vt libro VIII, pag. 404, ἀλλ᾽ ὑπὲρ μὲν τούτων εἴτε ὁ παρ᾽ Ἑλλήνων (vel potius Ἕλλησιν) ἀμείνων νόμος, εἴτε τὸ Ῥωμαίων ἔθος κρεῖττον, ἀφίημι τοῖς βουλομένοις σκοπεῖν. ἐπάνειμι δὲ ἐπὶ τὸ ἑξῆς. Interdũ verò vel illis iiſdẽ verbis, vel aliis ſimilibus vtitur, nõ ſequentibus tamẽ illis, ἐπάνειμι δέ, ſed ſequẽte ipſa hiſtoriæ ſerie, & connectente illã cũ præcedẽtibus particula δέ. vt libro ſecũdo, pag. 100, ἀλλ᾽ ὑπὲρ μὲν τούτων ἑτέροις παρίεμεν σκοπεῖν. ὁ δὲ Νομᾶς εἰς μὲν εὐτέλειαν καὶ σωφροσ. Quinetiã alicubi non eodem modo ſe cuius talium diſquiſitionem ait relinquere, ſed dicit, οἷς μέλει τι καὶ διαφέρει. ita enim libro V, ἀλλ᾽ ὑπὲρ μὲν τούτων οἷς μέλει τι καὶ διαφέρει, παρίημι σκοπεῖν τὸ σαφὲς εἰδέναι. Sed ego verba illa οἷς μέλει τι καὶ διαφέρει ſua ſede mota eſſe ſuſpicor, & ita in illam reponenda, ἀλλ᾽ ὑπὲρ μὲν τούτων παρίημι σκοπεῖν οἷς μέλει τι καὶ διαφέρει τὸ σαφὲς εἰδέναι. aut certè ita ſcribendum, παρίημι σκοπεῖν καὶ τὸ σαφὲς εἰδέναι.

Hoc etiam addam, illum interdum cum quadam præfatiuncula ad ea quæ per digreſſionem intexit accedere. Sic libro IIII, βούλομαι δ᾽ ἐπισχὼν τὸν ἑξῆς λόγον, ἀποδοῦναι τὰς αἰτίας δι᾽ ἃς οὔτε Φαβίῳ συγκατεθέμην, οὔτε τοῖς ἄλλοις ἱστορικοῖς, ὅσοι γράφουσιν, &c. quinetiam addit vereri ſe ne illi

qui

qui aliorum hiſtorias legerint, putent ipſum σχεδιάζειν. quod Gelenius vertit, Tumultuario ſtylo ſcribere. In quam interpretationem inquiram, meis in locum illum annotationibus. Sic certè præfationem præfigit illi de Ariſtodemo Cumarum tyranno longiuſculæ digreſſioni (non procul ab initio libri v i i) in qua eodem loquendi genere vtitur, dicens ἐπιστήσαντας τὴν Ῥωμαϊκὴν διήγησιν, vt illic, ἐπιστήσας τὸν ἑξῆς λόγον. Eſt autem illa huiuſmodi, ἀφορμαῖς δὲ τῆς τυραννίδος ὁποίαις ἐχρήσατο, καὶ τίνας ἦλθεν ἐπ' αὐτὴν ὁδούς, καὶ πῶς διῴκησε τὰ κατὰ τὴν ἀρχήν, καὶ καταστροφῆς τε ὁποίας ἔτυχεν, οὐκ ἄκαιρον εἶναι δοκῶ, μικρὸν ἐπιστήσαντας τὴν Ῥωμαϊκὴν διήγησιν, κεφαλαιωδῶς διεξελθεῖν. Poſt quæ ipſam narrationem aggreditur, ἐπὶ τῆς ἑξηκοστῆς ϗ τετάρτης ὀλυμπ. Ad eam autem præfatiunculam quod attinet, quam illi loco libri i i i i præfixam eſſe docui, hoc quoque ſciendum eſt, digreſſionem cui illam præfixit, his verbis claudi, inter quæ legimus rurſum διήγησιν de ipſa Dionyſii hiſtoria: ſed ſecum habētem & vocabulum ἀπολειπομένην, vitioſe tamen ſcriptum. Quum enim ibi legamus, προειρημένων δὲ τούτων, καιρὸς ἐπανάγειν ἐπὶ τὴν ἀπολειπομένην διήγησιν, ego ὑπολειπομένην ſcribendum eſſe dico. Quam emendationem licet in dubium vocare nemo debeat, ſiquis tamen quod non debet faciat, illam hæc quæ in extremo libro v i i ſcripta ſunt, confirmabunt, καιρὸς δ' ἐπὶ τὴν ὑπολειπομένην διήγησιν ἐπανάγειν. Vbi & præcedentia hæc obſeruanda ſunt verba, ἀλλὰ γὰρ ὑπὲρ μὲν τούτων οὔτε μηδένα ποιήσασθαι λόγον, ἀπαιτούσης τῆς ὑποθέσεως, καλῶς εἶχεν, οὔτε μηκύνειν πέρα τοῦ δέοντος ἥρμοττε. Ideo autem obſeruari hæc à te volo, vt etiam conferas cum iſtis (quæ antea attuli, quum loquerer de illo quod vbique profitetur breuitatis ſtudio) ex libro v i i i, ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων οὔτε παρελθεῖν τὴν ἐπιχώριον ἱστορίαν καλῶς εἶχεν, οὔτε πλείονα περὶ αὐτῆς ποιεῖσθαι λόγον. Sed quamuis ſtudium breuitatis (vti dixi) vbique profiteatur noſter Dionyſius, lectori tamen eius laudem aſſequutus minimè videtur.

A l t e r v m quod huic capiti propoſitum eſt penſum, minus operoſum futurum eſt. De hoc enim tantùm dicendum eſt, quid Dionyſius κοινὴν ἱστορίαν, quid ἐπιχώριον & τοπικὴν appellet. Is autem cùm alibi tum in proœmio, hiſtoriæ quam κοινὴν vocat, mentionem facit: vbi non longo ſibi opus fore ſermone dicit apud eos qui illius hiſtoriæ imperiti non ſunt, ad probandum, id quod delegit argumentum & pulchrum & magnificum & multis fructuoſum eſſe. Eius verba ſunt, τὴν μὲν οὖν ὑπόθεσιν ὅτι καλὴν εἴληφα καὶ μεγαλοπρεπῆ, καὶ πολλοῖς ὠφέλιμον, οὐ μακρῶν οἶμαι δεήσειν λόγων τοῖς γε δὴ μὴ παντάπασιν ἀπείρως ἔχουσι τῆς κοινῆς ἱστορίας. Vbi duo quidem poſteriores interpretes, κοινῆς ἱστορίας, Communis hiſtoriæ ſunt interpretati: at bonus ille vir Lapus Publicæ hiſtoriæ paulo liberius eſt auſus interpretari. Ego autem videndum eſſe dico annon rectè quis Generalē dixerit. licet Polybius, lib. 8, tanquam non ſatis foret ἱστορίας καθολικῆς dixiſſe, addiderit ἢ κοινῆς. De generali certè Dionyſiū loqui oſtendunt quæ ſubiungit, εἰ γάρ τις ἐπιστήσας τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὰς παραδεδομένας ἐκ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου πόλεών τε καὶ ἐθνῶν ἡγεμονίας, &c. Id eſt, Si quis enim animum aduertens ad ciuitatum & gentium principatus qui toto ſuperiori tempore literarum monumentis ſunt proditi, poſtea ſeorſum vnumquenque perpendens, & inter ſe collatos examinans, velit dignoſcere quinam ex ipſis maximum imperium ſibi comparauerit, & cuius facta bello ac pace glorioſiſſima extiterint, is Romanorū principatum cæteros omnes qui ante ipſum fuiſſe memorantur, longè ſuperaſſe comperiet, non ſolùm imperii magnitudine, & rerum geſtarum pulcbritudine (quas nōdum vlla oratio pro earum dignitate ornauit) ſed etiam longinquitate temporis, quod ipſum ad noſtra vſque tempora tenuit. Hæc ille. Ipſum autem quum dico, ad principatum refero. nam vbi dicitur τοῦ περιειληφότος αὐτὴν χρόνου, hoc αὐτὴν non dubiū eſt quin ad τὴν ἡγεμονίαν referat. Nec durius (vt opinor) Latinè diceretur tempus tenuiſſe principatum quàm ab eo dicitur χρόνος περιειληφέναι τὴν ἡγεμονίαν. Hoc porro vocabulū ἡγεμονίαν cum vocabulo ἀρχὴν confundere nouiſſimus interpres non debuit, vt tamen confudiſſe videmus, ita reddentem, Is comperiet quomodo imperium Romanum cætera omnia quæ ante ipſum memorantur, longè ſuperarit, non ſolùm imperii magnitudine & rerum geſtarum ſplendore, &c. Atqui non dicit Dionyſius, τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἁπάσας ὑπερβεβλημένην ὄψεται κατὰ τὸ μέγεθος τῆς ἀρχῆς, neque etiam, τὴν Ῥωμ. ἡγεμονίαν ἁπάσας ὑπερβ. ὄψεται κατὰ τὸ μέγ. τῆς ἡγεμονίας: ſed duo tribuens illi τῇ ἡγεμονίᾳ, videlicet τὸ μέγεθος τῆς ἀρχῆς, & τὸ κάλλος τῶν πράξεων, in vtroque illam cæteras ἡγεμονίας ſuperaſſe dicit. Inter præcedentia quoque, illis ἡγεμονίαις ciuitatum & gentium, ἀρχῆς μέγεθος, non autem ἡγεμονίαις ἡγεμονίαν aut ἀρχαῖς ἀρχὴν tribuerat. Ac tertiò etiam ponitur vox ἡγεμονίας, itidémq; tertiò μέγεθος ἀρχῆς illis tribuitur. Ac fuit id quoque illi nouiſſimo interpreti animaduertendum, ideoque minimè dicendum, Imperium Romanum cætera omnia imperii magnitudine ſuperauiſſe, ſed principatum Romanum cæteros omnes imp. magn. ſuperauiſſe. Sic tamen vt fatear alio etiam vocabulo ἡγεμονίαν potuiſſe reddi. Ac Gelenium certè τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν hîc reddidiſſe Imperium, ſicut & paulo antè ἡγεμονίας reddiderat Imperia, non inficior: verùm ἀρχὴν non iam itidem Imperium, ſed Dominium vtrobique interpretatum eſſe, dico. Magis ta-

men aptè ἡγεμονίαν reddi Principatum,oſtēdit nomen ἡγεμὼν,vnde illud ortum habet. Quum enim ἡγεμὼν voce Princeps reddamus, & ita reddere propemodum cogamur, quis neget quin ἡγεμονίαν interpretari itidem Principatū oporteat? Præſertim verò quum Romam vocari alibi ἡγεμόνα,ſicut ei ἡγεμονία hîc tribuitur,videamus,illam amplecti nos interpretationem rationi conſentaneum fuerit. Cæterùm,quamuis de vera quorundam locorum interpretatione libenter moneam,prout illorum mentio incidit,non tamen tamdiu in ea examinanda quæ datur vocabulo ἡγεμονία, immoratus fuiſſem, niſi illi quoque idem adiectiuum quod ἱστορία additur,adiici vidiſſem.nam vt ἱστορίαν κοινὴν,ita & ἡγεμονίαν κοινὴν Dionyſium dicentē audimus. Ita enim in hoc ipſo proœmio,ἔθνος δὲ οὐδὲ ἕν, ὡς εἰπεῖν, ἐστὶν, ὃ περὶ τῆς κοινῆς ἡγεμονίας ἢ τοῦ μὴ ἄρχεσθαι, πρὸς αὐτὴν διαφέρεται. Vbi nihilo magis aptè reddemus κοινὴν Communem, quàm vbi nomini ἱστορία iungitur. Quo enim ſenſu Romanum principatum,quū habeat tātam ἀρχὴν (id eſt imperiū tantum,ſeu ditionem tantam)vt cum eo aliud conferri nullū poſſit, Communem principatum appellari poſſe dicemus? Sicut igitur κοινὴν ἱστορίαν,Generalem hiſtoriam,ita etiam κοινὴν ἡγεμονίαν,Generalem principatum interpretari nos debere perſuaſum habeo.

Verùm ad hiſtoriam κοινὴν quod attinet,idem qui fatēbitur alioqui,ſic reddi κοινὴν hîc poſſe, quòd videat Dionyſium ita loqui de cognitione hiſtoriæ huius quam κοινὴν dicit, vt ex illa notitiam quis habere queat tot ἡγεμονιῶν, id eſt principatuū, quorum mentionem facit, & qui vulgo monarchiæ appellantur:idem inquam hærebit fortaſſe,quum ad Diodori locum venerit in quo κοινὰς ἱστορίας,non κοινὴν ἱστορίαν, dicit. Legimus enim in eius proœmio,& quidem in ipſo proœmii limine, Τοῖς τὰς κοινὰς ἱστορίας πραγματευσαμένοις μεγάλας χάριτας ἀπονέμειν δίκαιον πάντας ἀνθρώπους, ὅτι τοῖς ἰδίοις πόνοις ὠφελῆσαι τὸν κοινὸν βίον ἐφιλοτιμήθησαν.. Quinetiam ipſe Dionyſius κοινῶν ἱστοριῶν Timæi mentionem in proœmio facit.Sed ego conſiderandum illi eſſe dicam, poſſe aliquid generali eſſe generalius,quum non eodem illic quo hîc reſpicitur, ſed, quod minus generale eſt, ſic tamen appellatur, ad eas quas ſub ſe continet ſpecies reſpiciendo: & ita Diodorum κοινὰς ἱστορίας dixiſſe non quòd vnaquæque earū de quatuor illis principatibus,Aſſyriorum,Medorum,Perſarum,Macedonum,ageret:ſed quatenus gentis alicuius hiſtoriam ſaltem vniuerſalem complecteretur, quæ in aliquot alias,ſpeciales illius reſpectu futuras, diuidi poſſet. Illud autem obiter adiiciam,videri Diodorum de induſtria ita loquutum eſſe, vt quum dixiſſet τοῖς τὰς κοινὰς ἱστορίας πραγματευσαμένοις, ſubiungeret, τοῖς ἰδίοις πόνοις ὠφελῆσαι τὸν κοινὸν βίον,ſimul τὸν κοινὸν opponendo τοῖς ἰδίοις,& ad illud κοινὰς alludendo.

Meminit porro τῆς κοινῆς ἱστορίας Dionyſius & in quodam libri v, loco:in quem etiam à me quædam annotabuntur.

At ἐπιχώριος ἱστορία vel γραφὴ nihil cum ea quæ κοινὴ vocatur, id eſt (ſi rectè interpretor) generalis, commune habet: etiamſi generalis ſignificationem minus latè quàm propriè ſonat extendas: ſed ea eſt quæ vnius tantùm gentis,ſeu regionis,aut etiam ciuitatis,aut vnius denique loci annales continet. Falluntur enim qui ἐπιχώριον ἱστορίαν, ſeu γραφὴν, de iis tantùm quæ in vna quapiam gente ſeu regione facta ſint, non item quæ in vna quapiam ciuitate, aut in vno quopiam loco, etiam qui nec ciuitatis, nec oppidi,ac ne oppiduli quidem nomen mereatur,dici exiſtimant. Gelenius autem libertate ſibi conſueta vtens τὰς ἐπιχωρίας (ſed malo ἐπιχωρίους) γραφὰς non vno in loco Romanos commentarios reddit: quaſi verò Dionyſius certo conſilio ἐπιχωρίους γραφὰς potius quàm Ῥωμαϊκὰς γραφὰς non dixiſſet. Idem interpres in hoc libri VII loco,οὐχ ἡγούμενος ἀπόχρην τοῖς ἀναγράφουσι τὰς ἀρχαίας καὶ τοπικὰς ἱστορίας, ὡς παρὰ τῶν ἐπιχωρίων αὐτὰς παρέλαβον, ἀξιοπίστως διελθεῖν, illa verba, τὰς ἀρχαίας καὶ τοπικὰς ἱστορίας, vertit, Antiquitates regionis alicuius,cúmque ſequutus eſt eo poſterior interpres: niſi quòd regionum quàm regionis alicuius dicere maluit: ſed ego tamen voce quæ latius pateret vti debuiſſe exiſtimo:& Dionyſium fortaſſe ideo ἐπιχωρίας ibi non dixiſſe, quòd ſequeretur, ὡς παρὰ τῶν ἐπιχωρίων αὐτὰς παρέλαβον. Dictum verò de illa voce & in Annotationibus.

De Vti-

De Vtilitate quam Dionyſius philoſophis & politicis ex hiſtoriæ ſuæ lectione promittit. Philoſophos à politicis quomodo diſiungat, & alicubi inter eos aliquam coniunctionem ponat.

Capvt XIIII.

Philosophos Dionyſius & politicos aliquot locis copulat, vbi de iis qui potiſſimùm vtilitatem ex ſuæ hiſtoriæ lectione percepturi ſunt, mentionem facit. Sed illos tamen ita copulat, vt minimè pro iiſdem ſeu eadem ſtudia tractantibus eos habeat. Niſi quis fortè mihi opponere hîc illũ libri x i locũ velit, in ipſo eius principio, vbi legimus, μάλιστα δὲ ὅσοι περὶ τὴν φιλόσοφον θεωρίαν καὶ περὶ τὰς πολιτικὰς διατρίβουσι πράξεις. hîc.n. iiſdẽ hominibus & philoſophica & politica ſtudia tribuere videtur. ſed quomodo intelligendũ hunc locũ exiſtimẽ, ſiue aliquid in eius ſcriptura immutetur, ſiue omnino qualis eſt relinquatur, poſtea dicã. At nunc vt ad quoſdã eorũ quorũ mentionẽ feci locorũ veniã, legimus in fine procemii, καὶ τοῖς περὶ τοὺς πολιτικοὺς διατρίβουσι λόγους, καὶ τοῖς περὶ τὴν φιλόσοφον ἐσπουδακόσι θεωρίαν. Horum autem vtriſq; gratificari ſe volentem, hiſtoriæ ſuæ σχῆμα dediſſe ait ἐξ ἁπάσης ἰδέας μικτόν. Sic etiam libro v, loquens περὶ τῶν δικαίων καὶ καλῶν, quæ dicit Romanorum vrbem omnibus præſcribere, ἃ ὅστις ἂν (ita enim ſcribẽdum eſt) σπουδάσῃ μὴ ἀγνοεῖν, φιλόσοφος καὶ πολιτικὸς ἀνὴρ ἀποδειχθήσεται. non ἀποδεχθήσεται. Perinde enim eſſe puto acſi dixiſſet, οὐ μόνον φιλόσοφος ἀλλὰ καὶ πολιτικὸς ἀνὴρ ἀποδειχθήσεται. Ad illum autem libri x i locum quod attinet, in quo iungi contrà hæc duo videntur, ſuſpectum planè illum habeo, & omiſſam in eo eſſe vocem ὅσοι poſt particulam καὶ ſuſpicor: quũ Dionyſius ſcripſiſſet, ὅσοι περὶ τὴν φιλόσοφον θεωρίαν καὶ ὅσοι περὶ τὰς πολιτ. Quòd ſi etiam non ita ſcripſiſſe credendus ſit, nihilominus non aliter quàm ſi ita ſcripſiſſet intellexiſſe crediderim.

Fateor tamen, Dionyſium vno in loco philoſophos in politicorum numero ponere, ſed ita vt non de quibuſuis philoſophis ibi loquatur, verùm de iis demum qui philoſophiam non in verbis ſed in rerum honeſtarum actione verſari exiſtimant. Eius enim verba ſunt, τοῖς δὲ πολιτικοῖς ἀνδράσιν, ἐν οἷς ἔγωγε τίθεμαι καὶ τοὺς φιλοσόφους ὅσοι μὴ λόγων ἀλλ' ἔργων καλῶν ἄσκησιν ἡγοῦνται τὴν φιλοσοφίαν. Vbi Dionyſium ἄσκησιν ad vtrunque genitiuum referre videmus: ad λόγων videlicet non minus quàm ἔργων. Ac primus quidem interpres, verbum verbo reddens, dixerat itidem, Quicunque nõ verborum ſed pulchrorum operum exercitationem, philoſophiam putant: (eodémque modo reddit Portus, niſi quòd præclarorum operum mauult quàm pulchrorum operum dicere) at Gelenius ita, Qui philoſophiam non tam verborũ quàm rerũm honeſtarum ſtudio definiendam arbitrantur. Sed hic quidem nimis liberè vertiſſe hunc locum; illi autem nimis & plus quàm Latina lingua patiatur, Græci ſermonis conſuetudini ſe adſtrinxiſſe videntur. Neque enim dubium eſt quin hîc ſub ἀσκήσεως appellatione actio ipſa intelligatur: ſicut ἀσκεῖν ἔργα καλὰ dicitur qui ea tanquam artem aliquam exercet: quũm tamen Latini talem ἄσκησιν non itidem exercitationem appellent, ſequente genitiuo. Sed nec ſtudium vocare talem ἄσκησιν poſſumus: quum honeſtarum rerum ſtudium abſque honeſtarum rerum actione eſſe poſſit. Sed quomodo ἄσκησις poteſt λόγων etiam eſſe, ſi de actione illam vocem intelligamus? Ego ſuſpectam mihi eſſe hanc ſcripturam non inficior, & potius λόγους Dionyſium ſcripſiſſe arbitrari: aut certè vocem illã ad vtrunq; genitiuum retuliſſe, etiamſi improprìè ad priorem referri eam viderit. Sed quamuis talem καταχρῆσιν interdum ſcriptores ſibi permittant, potius tamen λόγους ſcripſiſſe Dionyſium crediderim.

Cæterùm, quũ in politicorũ numero tales philoſophos ponit Dionyſius, paucos velle ponere, vel ex eo apparet quòd alibi θεωρίαν philoſophiæ tribuit, nulla actionis facta mentione: veluti in illo extremi procemii loco, καὶ τοῖς περὶ τοὺς πολιτικοὺς διατρίβουσι λόγους καὶ τοῖς περὶ τὴν φιλόσοφον ἐσπουδακόσι θεωρίαν. Atque ita & alibi contemplationem ſolam philoſophiæ tribuit, non tanquam illi eam ſolam conuenire exiſtimans, ſed quòd multo maior philoſophorum pars ea contenta eſſet. Alicubi tamen, tanquam haud neſcius eſſe qui non itidem ea contenti forent, dicit (libro videlicet ſecundo, pag. 69) τοῖς αὐτὸ μόνον τὸ θεωρητικὸν τῆς φιλοσοφίας μέρος ἀποτετμημένοις. ſicut nimirum in eo quem paulo ante teſtem adduxi loco ex libro x i, dicit τοὺς φιλοσόφους ὅσοι μὴ λόγων (vel potius λόγους) ἀλλ' ἔργων καλῶν ἄσκησιν ἡγοῦνται τὴν φιλοσοφίαν. Fortaſſe autem ad illam λόγοις contentam philoſophiam reſpiciens, ſcripſit de Numa in extremo libro 2, παιδείαν τε οὐ τὴν περὶ λόγον (ſed λόγους ſubſtituo) ἄχρηστον ἤσκησεν, ἀλλ' ἐξ ἧς εὐσεβεῖν ἔμαθε, καὶ τὰς ἄλλας ἐπιτηδεύειν ἀρετάς. Simul verò hanc παιδείαν, ex qua Numam ait didiciſſe εὐσεβεῖν, videri poteſt opponere illi ἀθέῳ φιλοσοφίᾳ, vel (vt ipſe loquitur) illis ἀθέοις φιλοσοφίαις quarum alibi mentionem facit. Scimus porro alios ex veteribus de philoſophis qui contemplationi actionem & quidem reipubl. adminiſtrationem non adderent, aut aliqua ſaltem in re

operam illi non nauarent, conqueſtos eſſe. Non vno ſanè in loco Ciceronem quoque de hoc querentem audimus. Nam libro De officiis primo, *Itaque videndum eſt* (inquit) *ne non ſatis ſit id quod apud Platonem eſt in philoſophos dictum: quòd in veri inueſtigatione verſentur, quódque ea quæ plerique vehementer expetunt, de quibus inter ſe digladiari ſolent, contemnant & pro nihilo ducant, propterea iuſtos eſſe.* Et non multo poſt, *Itaque eos ne ad rempubl. quidem acceſſuros putat, niſi coactos.* Verùm & in alio huius libri loco hanc illorum ἀπραγμοσύνην (ita enim vocat Plato) improbans, poſtquam dixit multos eſſe ac fuiſſe qui talem tranquillitatem expetentes à negotiis publicis ſe remouerunt, ad ociúmque perfugerunt, & addidit, *In his & nobiliſſimi philoſophi, longéque principes,* &c. quibuſdam interiectis, ita hunc locum claudit, *Sed iis qui habent adiumenta rerum gerendarũ, abiecta omni cunctatione, adipiſcendi magiſtratus & gerenda reſpublica eſt. Nec enim aliter aut regi ciuitas, aut declarari animi magnitudo poteſt.* Poſt quæ verba ad philoſophos reuertens, de illis quoque id à ſe intelligi oſtendit.

Verùm hîc obiiciet quiſpiam fortaſſe cur Dionyſius ipſos etiam philoſophos ad hiſtoriam remittat, tanquam aliquid doctrinæ ex ea conſequuturos, quum ipſe contrà alicubi ex ipſa hiſtoria ad philoſophorum ſcholas nos remittat. Id enim cùm alibi facit, tum libro I, vbi ſcribit, ἀρκεῖ τε ὡς (niſi potius ſcripſit ὅσα) φιλοσόφοις περὶ αὐτῶν ἐλέχθη. Sed huic obiectioni facilè reſponderi poſſe exiſtimo: quamuis in hiſtoria oriri poſſint ſermones de rebus ſuper quibus philoſophum potius quàm hiſtoricũ audire par ſit, quum ad philoſophicam θεωρίαν pertineant, poſſe tamen viciſſim in hiſtoria inuenire philoſophum vnde aliquid vtilitatis percipiat, præſertímq; ad prudentiam quod attinet. Ac quiddam huc ſpectans de politicis ab ipſo Dionyſio dicitur, quod & de philoſophis dictum cenſeri poteſt, illis quidem certè qui contemplationi actionem adiungunt: præſertim quum ſe hos in politicorum ponere numerò dicat, vt antea audiuiſti. Illud autem quod ab eo de politicis dictum pertinere huc aio, in eo ipſo legitur libri XI loco: eos nimirum communem cum cæteris hominibus eam habere voluptatem quàm affert perfecta contemplatio eorum quæ res comitantur: ſed præter voluptatem hoc etiam commodi inde percipere, quòd, poſtquam talem experientiam magiſtram habuerunt, poſſint ciuitates, quibus in aliquam neceſſitatem redactæ res ſunt, plurimum ea experientia iuuare, & illas minimè recuſantes ad ea quæ expediunt oratione ſua ducere. Et rationem afferens, addit, homines facilè quæ proſunt aut obſunt animaduertere, quum exempla multorum intuentur. Vbi tamen ἐπὶ παραδείγμασι potius quàm ἐπὶ παραδείγματα legẽdum crediderim. Idem verò de politicis breuius alibi ſcribit, libro videlicet V, τοῖς δὲ πολιτικοῖς καὶ πάνυ ἀναγκαίαν ὑπάρχουσαν τὴν τούτων μάθησιν, ἵνα παραδείγμασιν ἔχοιεν πρὸς τὰ συμβαίνοντα χρῆσθαι.

Obſeruandum eſt interim, in illo qui ex libro XI productus fuit loco, θεωρίαν, quam alibi dat philoſophis, politicis tribui: ideo fortaſſe quòd philoſophorum mentionem cum politicorum mentione coniunxiſſent. Tribuit certè politicis & λόγους, in extremo prooemio, τοῖς περὶ τοὺς πολιτικοὺς διατρίβουσι λόγους: quũ alioqui λόγοι potius philoſophorũ eſſe dicãtur, vt quæ antea de illis diſſerui, oſtendunt. Hoc quum interpretibus (ita enim ſuſpicor) ſcrupulum iniiceret, magna non ſolùm libertate ſed etiam audacia in illius vocabuli λόγοι interpretatione vſi ſunt: Gelenius quidem, τοῖς περὶ τοὺς πολιτικοὺς διατρίβουσι λόγους, interpretans, *ciuiles res tractantibus:* Portus autem, *ciuilia negotia tractantibus.* At quis vnquam λόγους Res aut Negotia ſignificare vel ſomniauit? At potuiſſe cõtrà locum hunc ita interpretari vt illi vocabulo minimè nouum vſum darent, in Annotationibus meis docebo. Hoc vnum addam, quoſdam πολιτικοὺς interpretantes illis ipſis verbis vti, Res ciuiles tractantes: ſiue Ciuilia negotia tractantes. Gelenius autem & Rempubl. tractãtes alicubi vertit: quinetiam vocem Græcam alicubi retinet: quod certè quin fiat nihil cauſæ dico. Alicubi autẽ periphraſi vtens Dionyſius τοὺς τὰ κοινὰ πράττοντας illos appellat: quinetiam πολιτεύεσθαι & τὰ κοινὰ πράττειν coniungit. vt ſub finem libri V, ἃ πολλὴν εὐπορίαν παρέξει καλῶν καὶ συμφερόντων παραδειγμάτων νομοθέταις τε καὶ παιδαγωγοῖς (niſi potius δημαγωγοῖς ſcribendum eſt) καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τοῖς πολιτεύεσθαί τε καὶ τὰ κοινὰ πράττειν βουλομένοις. Verùm & hoc ſciendum eſt, interdum etiam vocari πολιτικοὺς qui tractandæ res ciuiles ſiue adminiſtrandæ reipubl. periti ſunt, quamuis id non faciant: atq; ita videri accipiendum ſecundo libro, vbi ſcribit, ὅτι τοῦ καλῶς οἰκεῖσθαι τὰς πόλεις αἰτίας ὑπολαβὼν ἃς θρυλλοῦσι μὲν ἅπαντες οἱ πολιτικοί, κατασκευάζουσι δ᾽ ὀλίγοι. Præſertim verò de illo id dici poteſt qui productus initio huius capitis fuit loco, vbi à Dionyſio dicitur, φιλόσοφος καὶ πολιτικὸς ἀνὴρ ἀποδειχθείς). Vbi redditur, Ciuilibus negotiis aptus. Atque vt ad ſecundum illum reuertar librum, idem fortaſſe & de hoc eius loco dici poteſt, καὶ ὅτι δεῖ τὸν νοῦν ἔχοντα πολιτικόν, ἐάν τε νομοθέτης, ἐάν τε βασιλεὺς ᾖ, πᾶν τε νομοθετεῖν ἃ ποιήσει δικαίους καὶ σώφρονας τοὺς ἰδιωτῶν βίους. Vbi tamen ambiguè loquutum eſſe Dionyſium fateor: & ita vt intelligi poſſit vel περὶ τοῦ πολιτικοῦ τοῦ νοῦν ἔχοντος, vel περὶ τὸν πολιτικὸν νοῦν ἔχοντος. Quam Lapus ambiguitatẽ ſeruans, vertit, *virum ciuilem mentem habentem:*

bentem. at poſt eum Gelenius, interpretationẽ dans non itidem ambiguam, dicit, *eum qui mente ad rempubl. adminiſtrandam idonea ſit praditus.* Cæterùm ne illud quidem ſilentio præteribo, mirum cuipiam videri poſſe quòd, poſtquam dixit, τὸν νοῦν ἔχοντα πολιτικὸν, ſubiungit, ἐάν τε νομοθέτης, ἐάν τε βασιλεὺς ᾖ, tanquam idem & νομοθέτης & βασιλεὺς eſſe non poſſit. Atqui ſi hoc neget Dionyſius, ipſe ſibi non conſtare comperietur: quippe qui Romulum & Numam legiſlatorum officio fungentes deſcribat. Exiſtimo igitur eum ita loquutum eſſe non quòd in eundem, & legiſlatorem & regem eſſe non cadat: ſed eum qui ab eo ad quod electus eſt & quo fungitur offici[o]   [νομο]θέτης vocatur, à rege, cui ſua regia dignitas poteſtatem quoque τοῦ νομοθετεῖν facit, ſeiungere volentem. Alioqui certè νομοθετεῖν ſtatim poſt dicentem cum de vtroque audimus, & paulo antè νομοθεσίαν de Romulo.

De Dionysii Stylo. Capvt xv.

Qvicvnqve ad huius hiſtorici lectionem accedit, perſuaſum iſtud habeat, cum à ſe legi qui hiſtoriã ſtylo minimè vulgari ſcribere & voluerit & potuerit. Quod quum ita ſit, in eius ſtylo inſignia & notabilia non pauca inueniri, adeo mirum non eſt, vt potius mirum futurum fuerit, talis tantiq; ſcriptoris ſtylum talia multa nõ habere: & tam variæ lectionis virũ ἑρμηνείαν ſuam non variaſſe. Quantus enim vir in iis quæ ad eloquutionem ſpectãt, ille foret, quàm multos ſcriptores, quanta cum diligentia & attentione, quantóque cum iudicio legiſſet, cùm alii eius libelli teſtantur, tum vel maximè is commentarius qui περὶ συνθέσεως ὀνομάτων eſt inſcriptus.

Atque vt ab vſu vocum poeticarũ initium ſumam, eum ille ſicut Thucydidi & Xenophonti, ita etiam ſibi neceſſarium eſſe quum videret (qua in re & Liuium illos imitatũ eſſe videmus) non ſolùm iiſdem quibus illi, aut magna ſaltem earum parte, vti ſibi permiſit: ſed magnum etiam aliarum numerum adiicere illis minimè dubitauit. Ac, quoniam poeticus ſermo, neſcio quid magis γαῦρον quàm ſoluta oratio habens, Martem magis decere videtur, eum in quibuſdam bellicis rebus deſcribendis vſurpauit. Frequens enim apud eum eſt ἄλκιμος, præſertimque cum hac adiectione, τὰ πολεμικὰ, vel τὰ πολέμια (de quo tamen poſteriori incertus ſum, etiamſi & apud Thucydidem legatur) nec infrequens ἀλκὴ, vnde illud ἄλκιμος profectum eſt. quem etiam μαχητὴν, vocabulo itidem poetico, appellat. Necnon καρτερὸν apud eum non raro habemus. Sed & πανσυδεὶ vel πανσυδὶ pro Homerico πανσυδίῃ dicit. Nec tantùm ἑκηβόλα ὅπλα ſed etiam ἑκηβόλους μάχας dicere audet. Quinetiam ὁμαιχμία apud illum extat. Quòd ſiquis à bellicis ſeu militaribus vocabulis ad ea quæ pacis potius ſunt, digredi velit, inueniet θαλίας more Homeri dictum, necnon ἀμφιθαλὴς, quo & Plato iam vſus erat. Ei occurret etiã ὁμοφροσύνη pro ὁμόνοια: ſicut διχοστασία pro στάσις. Necnon θέσφατα & θυηπόλος ac θυηπολίαν: deniq; κῆρες & ἄται (licet periculoſus ſit earum occurſus) ei occurrẽt: & quidem alicubi copulatæ. Nec μήκιστος duntaxat apud eum leget, ſed etiam ὑψομήκης. Iam verò & nonnulla quæ tragicorũ non item epicorũ poetarũ ſunt, apud eũ leget, ex quibus ſunt, στρατηλάτης, & ἀκαρδίως, & ἀστυάνακτος, & ἐλευθεροστομία. Quibus nõ malè adiungeretur ὁμαιχμία, cuius paulo ante mentionem feci. Ac, nequis eum hac libertate in nominibus tantùm vti exiſtimet, cõtrà verba itidem partim ποιητικὰ, partim quæ ſaltem ſunt ποιητικώτερα, habere ſciat. Ex quibus ſunt, μιμνήσκεσθαι, μαστεύειν, κυδαίνειν, γεραίρειν.

Atqve vt vt à poeticis vocabulis ad quædam alia, quæ inſignia ſunt, veniam, & aliquot, tanquam γεῦμα, proponam, ea ex compoſitorum numero deligam. Primum autẽ erit ἀναλκοφορεῖν: quo vtitur libro x, pag. editionis paternæ 474, at Germanicæ, 643, ἀλλὰ διακαρτεροῦσιν ἀναλκοφοροῦντες τὰ δεινά. Sic autem dictum eſt hoc ἀναλκοφορεῖν vt ἀναγκοφαγεῖν & ἀναλκοφορεῖν. Secundum tenebit locum εἰδοφορεῖν, quod redditur Repræſentare, ſeu Referre. vtitúrque hoc in duobus libri VII locis, ſibi vicinis. legimus autem in priori, εἰδοφοροῦν τὰς πολεμικὰς καὶ συντόνους κινήσεις: in poſteriori, τὴν Ἑλληνικὴν εἰδοφοροῦντες σκευήν. His ſubiungam φιλοποιεῖσθαι (licet pro φιλοποιούμεθα legi etiã poſſit disiunctè φίλους ποιούμεθα) & πονηροκρατεῖσθαι, quo & Ariſtoteles vſus eſt) & κατασοφίζεσθαι: vbi dicit κατασοφίζεσθαι τὰ δημόσια. Item, ἀντιφιλοτιμεῖσθαι τἀναντία. Illi addo καταμισθοδοτεῖν: adiicio & ἐκδημαγωγεῖν τὸ πλῆθος, & διαστασιάζειν τὴν πόλιν. Nec καταστρατηγεῖν ſolùm, ſed etiam ἀντιστρατηγεῖν, quod multo minus eſt vſitatum. Nec omittendum ὑποκατακλίνεσθαι. Quædam verò ſunt compoſita valde quidem in vulgari ſignificato vſitata, ſed non in eo quod illis dat hic ſcriptor. Tale eſt ἀνατρέπεσθαι τὴν ψυχήν.

A verbis autẽ ad nomina vt tranſeam, inter inſignia & notabilia ſunt hæc tria, νεοπολίτης, ἰσοπολίτης, μικροπολίτης: itẽ αὐτογνώμων & μονογνώμων, & ἰσοκόρυφος (vt ἰσοκόρυφοι πόλεις) & λιποδίαιτος, & δημοκόλαξ, necnon (quod magis in vſu eſt) δημοκόπος: & ἀνδραίθρωπος, & ἀρρωσίας, necnon

ἀντιπόλεμοι, & ἀντιπολέμιοι (ſi hoc quoq; rectè ſcribitur) pro hoſtibus. Quibus addi poſſunt quæ inter poetica (aut ſaltem inter τὰ ποιητικώτερα) recenſui. Occurrunt verò & quædam compoſita quæ ortam ex errore compoſitionem habent: cuiuſmodi eſt πολύεργον, pro πολὺ ἔργον: vt dixi in capite quo multi loci emendantur. Vbi viciſſim quibuſdam compoſitis malè detractam eſſe eam quæ præfixa fuerat particulam oſtendo.

Quinetiam vocabula quædam ſunt quibus minimè alioqui raris raram ſignificationem tribuit: veluti quum διαμαρτεῖν pro Decipi dicit. Sic etiam quum ita loquitur, διαφόρου πολλῶ μικρὰ ἀνεῖναι, & viciſſim, διαφόρου ὀλίγου μεγάλα πελάσθαι.

Loquendi genera nonnulla habet itidem rara: quorum etiam quædam corrumpendi occaſionem hæc ipſa raritas præbuit, vt in meis Emendationibus oſtendo. Præſertim verò aliquot metaphorica loquendi genera ſtylum eius commẽdant: inter quæ ſæpe obuium eſt ταμιεύειν τὴν τύχην, vel τὰς τύχας, aut τὴν εὐτυχίαν.

Ne hoc quidem celabo, ad ſtylum eius quod attinet, quædam eum ad Latini ſermonis conſuetudinem accommodare: de quibus paulo pòſt à me dicetur. Nunc enim ad ea quæ ex Thucydide mutuatur, aut in quibus illum imitatur, tranſitum faciam: quum & ex aliis quidẽ nonnullis quædam, (ac nominatim ex Herodoto) ſed ex Thucydide plura quàm ex alio vllo habere dici poſſit.

De Dionysii imitatione Thucydidis.

Capvt xvi.

Qvo magis mirum eſt Dionyſium Halicarnaſſeum non paucis imitatum eſſe in locis Thucydidem, eo minus hæc imitatio tacenda eſt. Ideo autem valde hoc mirum eſſe aio, quòd de illo alioqui ita loquatur vt plura reprehenſione quàm laude digna habere videri poſſit. Sed eſto tamen, licuiſſe nihilominus Dionyſio nonnulla eorum quæ laudanda iudicabat imitari: quid quòd ex illis ipſis quorũ apud Thucydidem μιμητὴς fuerat, quædam ſunt quorum poſtmodo μιμητὴς eſſe non erubuit? Verùm ſi (vt perſuaſum habeo) vel ſenex vel ſaltem iam ſeneſcens ſcribere hiſtoriam aggreſſus eſt, iuuenis autẽ in Thucydidis ſcripta criticè inquiſiuit, minus mirum eſt eum aliqua iuuenili quodam & ambitioſo reprehendendi ſtudio vituperaſſe, quæ poſtea imitationis honore dignatus ſit. Scimus enim ita comparatam eſſe hominum naturàm vt iidem eadem alio tempore probent, alio improbent: præſertim verò eadem ſenibus, quæ iuuenibus, vel placere vel diſplicere, haud videmus. Quæ tamen huius inconſtantiæ cauſa fuerit, aliis diſquirendum relinquo: & potius ad quoſdam ex iis qui quam dixi imitationem teſtari poterunt locis, iam nunc me confero.

Quum autem Thucydidis imitator fuerit Dionyſius haud in iis ſolùm quæ ſunt τῆς λέξεως, ſed in iis etiam quæ ſunt τῆς διανοίας, ab illis initium ſumam. Duobus igitur modis hunc noſtrum hiſtoricum imitatum eſſe Thucydidem dico in iis quæ ſunt τῆς λέξεως. Prior eſt (qui & frequentiſſimus) quum aliquod verbum, aut loquendi genus, eundem apud illum quem apud Thucydidem, vſum habet. De iis porro ſeu verbis ſeu loquendi generibus loquor quæ non vulgãria ſunt, & vel Thucydidea omnino, aut propemodũ Thucydidea videri queunt. Poſterior imitationis eſt modus, quum non iiſdem planè loquendi generibus vtitur, ſed nonnullis quæ velut ad Thucydideorum formam effinxit. Inter prioris exempla collocari poteſt vocabulum καταβοή: ac primum locum ſuo quodam iure ſibi vindicat, quòd præ quouis alio Thucydideum ſit, & quidem à Dionyſio apud ipſum Thucydidem notatum: ſed ita vt librarii errore apud illum (Dionyſium inquam) καταβολὴ in eius locum irrepſerit: voce valde vſitata ſedem alius occupante (vt ſæpe fit) quæ rara & vulgo inaudita eſt, ſed ſcripturæ alioqui & ſoni magnã ſimilitudinem habet. Vtitur autem illo καταβοῇ Dionyſius non vno in loco. nam legimus libro vii, τήν τε ἀχέρειαν τοῦ δήμου καταβοήν. In eodem libro vtitur hoc nomine in dandi caſu cum verbo χρῆσθαι: ſcribens, καὶ πολλῇ καταβοῇ τῆς βουλῆς ἐχρῶντο. Vbi tamen magis placeret κατὰ τῆς βουλῆς τῶν. Et omiſſionis occaſionem id videri poteſt dediſſe, quòd eadem præpoſitione ſtatim poſt vtatur, in his, κατά τε συστροφὰς καὶ ἑταιρίας. Poteſt tamen & abeſſe illa præpoſitio, & eius vſum dici præſtare ea quæ illi compoſitæ voci ineſt. vt perinde ſit acſi diceretur, καὶ πολλῇ βοῇ κατὰ τῆς βουλῆς ἐχρῶντο. Idem nomen cum eodem verbo inuenies & libro vi, καὶ τότε ἀντιπαρατεῖνον, καὶ πολλῇ καταβοῇ ἐχρῶντο. quinetiam alibi idem vocabulum tibi occurret. Verùm ad alia vt veniam, διαγνώμη quidem nõ itidem dicit, exemplo Thucydidis, ſed διάγνωσις (quod etiam apud hunc extat) ſæpe dicentem audiuimus. Amat & nomen δικαίωσις Dionyſius, ſicut & Thucydides eo gaudet. Inter illa quorũ vſu ille, quemadmodum & hic, delectatur, ponẽdum & ἀλκή, licet magis poeticum ſit: (vnde & πρὸς ἀλκὴν τετράφθαι, apud eundem) poni etiam debet κατ-

bet καρτερόν: quod & ipſum inter illa quæ ſunt ποιητικώτερα, ſedē habere ſcimus. Multis verò & aliis vtitur Dionyſius, quæ ſunt ποιητικώτερα, & quidē pluribus quàm Thucydides: quorū nonnulla cum hoc communia habet. Ex iis eſt ὁμαιχμία: quod non aliud quàm συμμαχία ſonat.

Sed vt ad aliud vocabulorum genus tranſeam, in eorum numero quæ Dionyſius, exemplo Thucydidis, familiaria habet, ponere poſſumus ἀβασάνιστος, & aduerbium ἀβασανίστως, & ἀγχίστροφος, necnon ἀγχώμαλος (pro quo alicubi αἰχμόμαλος malè irrepſit) & ἀγχωμάλως, ponenda videri poſſunt.

Thucydides nomine δυνατὸς cum datiuo χρήμασι libenter vtitur: idem & Dionyſius facit. Necnon, ſicut ei oppoſito ἀδύνατος, præfixa negāte particula, cum infinitiuo λέγειν illum vtentem, ita & hunc loquentem audimus. Nam libro x i ſcribit Dionyſius, ἀνὴρ καὶ τὰ πολεμικὰ δεινὸς, καὶ λέγειν οὐκ ἀδύνατος. Itidémque libro x, cum εἰπεῖν, eo vtitur, εἰπεῖν τε ὡς στρατιώτης, οὐκ ἀδύνατος. Vbi etiam obſeruandus talis particulæ ὡς qualis apud Thucydidem vſus: quum itidem dictum ſit à Thucydide, ἦν δὲ οὐκ ἀδύνατος, ὡς Λακεδαιμόνιος, λέγειν.

Quòd ſi πολέμια pro πολεμικὰ (id eſt, in huius ſignificatione) apud vtrunque non mendosè ſcriptum habemus, ea quoque voce illius exemplo vti dicere poſſumus.

Παραστήσασθαι πόλιν, aut eius incolas, quum dixit, in eo quoque fortaſſe Thucydidem imitari voluit. φυλάττειν, pro Obſeruare, minus vſitata ſignificatione, apud vtrunque non vno in loco legimus: & quidem alicubi cum eodem accuſatiuo: vbi videlicet dicunt, φυλάξαντες νύκτα ἀσέληνον. Nec ſolùm compoſito κατορθοῦν ſed & ſimplici ὀρθοῦν eo quo Thucydides modò vtitur. Fortaſſe autem & verbum τεκμηριοῦν ex iis eſt quibus cum exemplo Thucydidis vti dicere poſſumus.

Ad illa autem quod attinet vocabula quæ vſitatiſſima quidem ſunt, & Dionyſio non magis cum Thucydide, vel paucis aliis, quàm cum quibuſlibet cōmunia, ſed alia (vt ita dicam) quàm vulgò recepta forma efferūtur: eo ſunt è numero quædam quorum plurali loco ſingularis vtitur. Atque inter illa minus vulgare eſt, πλωΐμων γινομένων pro πλωΐμου γινομένου: ſicut à Thucydide dictum fuit πλωϊμώτερα ἐγένετο παρ' ἀλλήλοις, pro πλωϊμώτερον ἐγένετο. Huc pertinet illa innouatio qua τὸ δυνάμενον & τὸ βουλόμενον pro ἡ δύναμις & τὸ βούλημα ponuntur. Sic enim libro x, οὐ γάρ ἐστιν αὐτοῖς ἐν τοῖς ὅπλοις ἡ λαμπρότης, ἀλλ' ἐν τοῖς λόγοις· οὐδὲ κατὰ τῶν ἐχθρῶν τὸ δυνάμενον, ἀλλὰ κατὰ τῶν φίλων. Vtrunque apud eum habemus libro v i i, pag. 437, πολέμιοι μὲν τὸ βουλόμενον ὑμῶν ἡγούμενος, δειλὸν δὲ τὸ μὴ δυνάμενον. At verò libro x, non τὸ βουλόμενον & τὸ δυνάμενον, ſed τὸ βουλευόμενον & τὸ δυνάμενον habemus: pag. 675, μετὰ μεγάλων μισθῶν ἔμαθον ὅτι ἔλαττον ὑμῶν ἐστι τοῦ βουλευομένου τὸ δυνάμενον. Sed videndum tamen ne hîc quoque illa duo à Dionyſio poſita fuerint, ſed librarius locum corruperit: præſertim quum Lapi exemplar id teſtetur. vertit enim ille, *magna mercede didici minorem eſſe voluntate veſtra potentiam.* Ad eam qua de agitur ſermonis innouationem ſeu nouitatem pertinet & ille futuri vnius pro altero vſus: vt ἀλώσονται pro ἁλωθήσονται: & ἐλαττώσεσθαι pro ἐλαττωθήσεσθαι: & πολιορκησόμενοι pro πολιορκηθησόμενοι.

SED IAM ad loquendi genera veniendum eſt: & primum hæc inter illud πρὸς ἀλκὴν τρέπεσθαι (cuius facta paulo ante mentio fuit) eſt ponendum. Nec omittendum, ἐν παντὶ ἀθυμίας εἶναι: pro quo malè apud Dionyſium, ἐν παντὶ δι' ἀθυμίας εἶναι. Præteriri nec illud debet, πεφέστηκε φερομένη, pag. 276 Pariſ. at 374. Germ. quod alius diceret πεφέστηκεν εἰς τὸ φέρεσθαι. ſicut à Thucydide dicitur, πεφέστηκε φαινομένη, quum dicendum eſſet (vſitatam orationis ſequendo formam) πεφέστηκεν εἰς τὸ φαίνεσθαι. Fortaſſe autem & apud Dionyſium φαινομένη, non φερομένη, ſcribendum eſt. Atque vt ab hoc loquendi genere, in quo magnam ἐξαλλαγὴν oratio habet, ad alia veniam in quibus itidem eſſe λόγον ἐξηλλαγμένον dicere poſſumus (nam talium præſertim exempla afferre propoſitum mihi eſt) ſciendum eſt illum interdum verbali nomini iungere, more Thucydideo, id quod verbo vnde verbale illud ortum eſt, iungi ſolet: (quod tamen ad ſtructuram orationis magis quàm ad genera loquendi pertinere videri poteſt) veluti quum dicit, libro v i i, οὐκ ἔχων συμβολὴν ὅ, τι τὸ δηλούμενον ἦν ὑπὸ τοῦ θεοῦ. pro οὐκ ἔχων συμβάλλειν. Tale eſt iſtud libro i i i i, οἱ δὲ, κατὰ λογισμὸν μὴ ῥᾳδίαν εἶναι τὴν καθαίρεσιν τῆς τυραννίδος, ὄκνον ταῖς ἐπιβουλαῖς ἐπιφέροντες. pro eo quod dici ſolet, κατὰ τὸ λογίζεσθαι, vel potius διὰ τὸ λογίζεσθαι, ſiue ἐκ τοῦ λογίζεσθαι. Ac, quoniam τοῦ ἐξηλλαγμένου λόγου exempla iam nonnulla attuli, omittendus inter illa non fuerit hic locus, μάλιστα δ' ὅτι τῆς αὐθαδείας οὐ μετριότης γίνεται πρὸς τὸ ἀντίπαλον ἐπὶ θεραπείας τρεπόμενον, ἀλλὰ βαρύτης. res enim pro perſona ponitur, τῆς αὐθαδείας pro τοῖς αὐθάδεσι. Itidémque τὸ ἀντίπαλον pro τοὺς ἀντιπάλους dixit: ſed hæc tamen ἐξαλλαγὴ minus rara quàm illa eſt. Ac quodam in loco non τὸ ἀντίπαλον tantùm ſed & τὸ διάφορον eo modo dixit, τοὺς ἀντιπάλους & τοὺς διαφόρους volens ſignificare.

Inter phraſes autem quæ aliquid καινὸν aut ſaltem σπάνιον, & Dionyſio tamen cōmune cum Thucydide, habent, locum ſibi vindicare videtur iſta apud illum ſcriptorem, τὸ φοβερὸν μέχρι

λόγου, ita enim & Atticus ille loquitur. Necnon hoc, *μετὰ τοῦ θεραπεύειν καὶ σωτῆς*. Nam & iſtud Thucydideum eſt. Quid quòd illam quoque qualibet alia magis miram phraſin, qua Thucydides aduerbio *μᾶλλον* duas haſce particulas *ἢ οὐ* ſubiungit, non vno in loco carũ è numero quas imitabatur eſſe voluit? Ita enim dixit libro v i, *μᾶλλον ἢ οὐχὶ τοὺς αἰτίους*. Ita dixit & libro x i, *ὅλης ἀλλοτρίας αὐτὰ λάμβανον παιδίον μᾶλλον ἢ οὐ γυναικὸς ἐλαβῆσαν*. Quum autem multis hoc loquẽdi genus negotium exhibuerit apud Thucydidem, exhibuit certè & apud Dionyſium non paucis: qui tamẽ ſi eodẽ & Thucydidem loqui modo ſciuiſſent, aliud de illo iudicium tuliſſent. De illis potiſſimum loquor qui negantem particulam expungendam cenſuerunt. Fuit autem ex eorum numero Gulielmus Xylander, vir alioqui non paruam Græcæ linguæ cognitionem adeptus.

V e n i o ad poſteriorem illum imitationis modum, quo, non iiſdem planè verbis, ſed aliis ita vtitur vt interim Thucydideum loquendi genus effingat. Inſigne huius rei exemplum habemus libro ſecundo pag. 91, vbi dicit *ἐπὶ τὰ χείρω λαμβάνειν τοὺς λόγους*: necnon lib. tertio, pag. 155, vbi dicit *ἐπὶ τὸ βεβουλευμένον ἐλάμβανε τὰ ἀγνοούμενα*. Nam quum vtatur Thucydides aliquot locis verbo *λαμβάνειν*, ei ſubiungens has voces, *ἐπὶ τὸ μεῖζον*, vel *εἰς τὸ μεῖζον* (quod genus loquendi imitatum eſſe Liuium, in quodam meorum Schediaſmatum docui) Dionyſius eundem verbo *λαμβάνειν*, aliis tamen vocabulis ſequentibus, tribuit.

Idem (mea quidem ſententia) & de hoc dicere libri ſecundi loco poſſumus, *καὶ οὐδενὸς τῶν αἰσχρῶν ἀπεχόμενοι παρὰ τὸ νικᾶν*. Quum enim dixiſſet Thucydides, libro 1, de humana itidem natura, ſeu de humano ingenio, loquens, *τῶν ἀπόντων ἀμελέστεροι εἰσὶ παρὰ τὸ νικᾶν*, Dionyſius illa verba *παρὰ τὸ νικᾶν* aliis eundem ſenſum efficientibus accommodauit. Nam qui tanto victoriæ deſiderio tenentur, vt præ illa omnia contemnant, iidem certè dici poſſunt *οὐδενὸς τῶν αἰσχρῶν ἀπέχεσθαι*. tam latè enim patet ille contemptus vt hoc etiam complectatur.

Sic & hoc Thucydideum *παρὰ δύναμιν* ad alia etiam quàm Thucydides accommodat (vt in ſequentibus videbis) præpoſitionem *ὑπὲρ* in *παρὰ* mutans.

A d i m i t a t i o n e s autem quod attinet eorum quæ ſunt *τῆς διανοίας*, quamuis multa eius exempla ſuppetant, duobus tamen contentus ero: quum aliò properandum ſit, & quædam meus Schediaſmatum liber ſit ſuppeditaturus. Quum igitur dixiſſent apud Thucydidem Corinthiorum legati Lacedæmoniis, de Athenienſ. loquentes *οἱ μὲν καὶ παρὰ δύναμιν τολμηταὶ καὶ παρὰ γνώμην κινδυνευταί*, quidam apud Dionyſium, neceſſitatem duarum quæ hîc proponuntur rerum effectricem eſſe docens, ſcribit, *δι' ἣν καὶ παρὰ γνώμην τολμηταὶ γίνονται τινὲς καὶ ὑπὲρ δύναμιν μαχηταί*. Vbi obſerua quomodo, quum Thucydides iunxiſſet vocem *τολμηταὶ* cum illis *παρὰ δύναμιν*, hic dicere maluerit *παρὰ γνώμην τολμηταί*: at cum his *ὑπὲρ δύναμιν*, iungere *μαχηταί*. Qua mutatione conſiderandum eſt plus dici à Dionyſio, quum duo illa Thucydidea *τολμηταὶ* & *κινδυνευταὶ* dici de iiſdem poſſint. Cæterùm eadem illa verba *ὑπὲρ δύναμιν μαχηταὶ*, alii loco adaptauit, ſcribens, *ἀγαθοὶ μαχηταὶ καὶ ὑπὲρ δύναμιν ἐφάνησαν*. Quam porro hîc neceſſitati dat laudem, eandem aliis illi verbis tribuit: veluti vbi ſcribit, *δεινὴ γὰρ ἀνάγκη καὶ ὁ περὶ τῶν ἐσχάτων κίνδυνος ἱκανὸς θάρσος ἐνθεῖναι τισὶ καὶ μὴ προϋπάρχον φύσει*. Eodém que pertinet quod libr. i x ſcribit, *ἵνα τοῖς βλακεύουσι καὶ ἀποδειλιῶσιν ἐκ τοῦ ἀναγκαίου παρῇ τὸ εὔψυχον* (ita enim ſcribẽdum, non *ἔμψυχον*) vocans *τὸ ἀναγκαῖον* quod alibi *ἀνάγκην* appellat.

Alter autem locus exemplum cuiuſdam imitationis proponit, quam præ quauis alia occultam meritò fortaſſe dixero. Quum enim dixiſſet Thucydides, *καὶ ἔδοξεν καλλίστῳ τῶν ἔργων* (hîc autem *πολεμικὸν ἔργον* intellige) *ᾧ μή τις παρῆν*, imitari hoc Thucydideũ volens, dixit, *καὶ τὸ νικᾶν, οὐ παρ' ἄλλον τινὰ ἢ παρ' ἑαυτὸν ἕκαστος ἡγήμενος*. Niſi fortè hoc quoque loquutus modo Atticus ille comperietur.

De Emendatione multorum Dionyſii locorum, vbi in Græci ſermonis conſuetudinem peccatur. Capvt XVII.

Mvltos autem etiam plurimos librorum Dionyſii locos, hiſtoricorum præſertim, fuiſſe à librariis deprauatos, & quoſdam horum, partim veterum exemplarium ope, partim ex coniectura eſſe reſtitutos, omnibus qui eos in manus ſumunt, eſſe notum poteſt. At verò multos etiam ſupereſſe, quos quum non minus iidem librarii deprauarint, tamen eſſe mendoſos non itidem animaduerterũt illi qui cæterorum partem emendarũt, partem emendare conati ſunt: (eorum enim quoſdam longè aliter emendandos videri, Annotationes meæ docent) id quum à nemine, quod quidem ſciam, deprehenſum fuerit, primus notum omnibus, qui hanc admonitionem legere non grauabuntur, ſum facturus.

Duo autem horum quæ priores mè emendatores latuerunt mendorum ſunt genera. Nam alia ipſam ſententiam ſiue ipſum loci ſenſum peruertunt: alia faciunt vt quis Dionyſium in Græco ſermone multa καινοτομεῖν, ſiue νεωτερίζειν, quædam etiam in eius leges peccare, vel (vt hoc quoque Græcè breuius loquar) εἰς αὐτὴν παρανομεῖν, meritò dicturus ſit. Ac de illis quidem, aut magna ſaltem parte illorum quæ ipſam peruertere ſententiam aio, in Annotationibus dictum à me fuit: nunc autem de iſtis, ipſi Græcæ linguæ conſuetudini iniuriam facientibus (quorum multo certè maior eſt numerus) diſſerendum eſt. Sed quid hæc illi Græcæ linguæ conſuetudini facere iniuriam dico? imò verò iniuriam ipſi etiam Dionyſio facere dici queunt: quum is qui in Græco ſermone eſt exercitatus, ac is præſertim qui in eius lectione eſt veluti veteranus, in multis de quibus à me admonebitur locis, adeo nihil Græci ſermonis puritati cõſentaneum ſit agniturus, vt Dionyſiũ, ſi eos ita ſcriptos reliquit, illam ignoraſſe clamaturus ſimul ſit & valde miraturus. Nec verò ignoraſſe tantùm ea quæ ad puritatem pertinẽt ſit dicturus, ſed alicubi ea etiam quæ requirit ἀσόλοικος illius ſermonis vſus. nam alia vt omittam quæ peccantur in illis mendoſis de quibus nunc agitur locis, quale hoc eſt quòd aliquos circa ipſam quoque ſyntaxin νεωτερισμοὺς (qui verè ſunt σολοικισμοί) habent? Ac, quoniam hunc in ſermonem incidi, talium erratorũ exempla primùm proponam. Moneo igitur, mẽdosè ſcriptum eſſe, pag. quidẽ 487, παραινεῖν φίλοις: pag. autem 516, δικάζειν τοὺς ὄχλους: itidémque πλεονεκτεῖν τοὺς πολεμίους, pag. 564. nam φίλους, & τοῖς ὄχλοις, & τῶν πολεμίων, ab eo qui ἀσολοίκως loqui velit, dicendum eſſe contendo. Sic etiam ex quodam libri x loco, vbi ſcriptum eſt, καὶ μεταβολῆς ἄσμενοι ἀντελάβοντο, malè colligitur, genitiuo etiam iungi verbum ἀντιλαμβάνεσθαι. mendoſa enim hæc ſcriptura eſt. Nec tamen ἀντιλάβοιντο reponendũ eſt (vt alicui in mentem venire poſſet) verùm ex ἀντελάβοντο facere ἂν ἐλάβοντο oportet. omnino enim orationis ſtructura particulã ἂν requirit. Meritò autem ſuſpectum fuerit & quod legitur in illis ἐκλογαῖς περὶ τῶν πρεσβειῶν ex hoc ipſo ſcriptore excerptis, (quas habes inter illa quæ præcedunt) pag. 32, φαίνη γὰρ καὶ τούτων ἀκριβῶς ἀκηκοέναι παρ' ἑτέρων. Quamuis enim ἀκούειν φωνῆς, vel βοῆς, & ἀκούειν τῶν λόγων aliquandò dicatur, tamen quum duplex verbo huic conſtructio datur, accuſatiuus quidem rei, genitiuus autem perſonæ, ſiue interiecta præpoſitione, ſiue abſque illa, ei tribui potius ſolet. Sed magis tamen ſuſpectum habuerim πολεμεῖν accuſatiuo iunctum, licet non vno in loco hæc σύνταξις occurrat. Atque idem & de κηδεύειν quod accuſatiuo iunctum eſt, dixerim: quum datiuo iungi ſoleat. Sunt verò & alia itidem verba quæ pro ſua ſyntaxi nouam quampiam habẽt: adeo vt magna dici queat hac in parte (id eſt, aduerſus ſyntacticas leges) eſſe παρανομία. Nec certè & circa præpoſitionum vſum eius exempla tibi deerunt: præſertim præpoſitionis ἐπί. veluti vbi ἐπὶ τοῦ δήμου ἔστω ἡ κρίσις legitur pro eo quod Latini dicunt, Penes populum eſto iudicium. Quis enim Græcus ſcriptor ἐπὶ τῷ δήμῳ hîc non diceret? Et ſunt tamen alia eiuſdem ſyntaxis apud hunc exempla.

Sed qua non & alia in parte παρανομεῖν pleriſque in locis comperietur? Quale enim hoc eſt, ὤζετο dicere, quaſi ὄζειν apud Græcos, ac non potius ὄζειν, in vſu ſit? Verùm emendatu facilis eſt hic error, ex ὤζετο faciendo ὦζέ τι. Idem porro παρανομίας genus videri poteſt in hoc loco, τὴν παρθενίαν ἀπόλωλε. quomodo enim neutrum ἀπόλωλε ſedem actiui ἀπολώλεκε (niſi quis malit ἀπώλεσε) occupare poteſt?

Quid quòd compoſitum verbum ſæpe, vbi eſſe ſimplex debet, interdum & vice verſa, habemus? Quid quòd tot locis vnum aut verbum aut nomen occurrit vbi cæteri altero vterentur? Nonnullis autem in locis ἀλλόκοτος quædam compoſitio è duobus facta nominibus auditur. qualis eſt πολύεργον pro πολὺ ἔργον. Ac viciſſim alicubi cuipiam nomini ea quæ per compoſitionem præfixa erat particula detrahitur, veluti vbi προσήγοροι pro δυσπροσήγοροι legitur.

Sed magis etiam intolerabile videri poteſt quòd nomina quædam aliã quoque terminationem accipiunt, ſimúlque in aliam declinationem tranſeunt. Nam quæ aures Græco ſermoni

aſſuetæ χαλκόπεδον βίον ferre queunt? At hæc tamen ſcriptura, nemine præter me repugnante, in lectorum oculos incurrit, libro VIII, in fine paginæ 549, μάλιστα δὲ τοῦτο πάσχουσιν ὅσοι πολεμιστὴν καὶ χαλκόπεδον αἱρούμενοι βίον. Nam quis χαλκόπεδον potius quàm ἄπεδον, quàm ὄπεδον, quàm πολύπεδον, quàm αἰγόπεδον, pro ἀπεδῆ, pro ὀπεδῆ, pro πολυπεδῆ, pro αἰγοπεδῆ, admittet? In ſimplicibus pariter huius per ridiculum quendam metaplaſmum mutationis exempla habemus: inter quæ fortaſſe meritò στ' αἰὴ ponetur, quum non στ' αἰὴ, στ' αἰῆς, ſed σταίς, σταῖος paſſim legatur: ac ſit illud στ' αἰὴ non σταίνον tantummodo, ac διεδίερεν, ſed etiam (vt opinor) alibi ἀνδίερεν: niſi quod ex errore itidem ſit natum. Ad hunc pertinere locũ dici poteſt & ille circa vſum quorundam verborum νεωτερισμός, quo vnum pro altero ponitur: veluti vbi quod verbo circumflexo αἱρεῖν dici ſolet, verbo barytono αἴρειν (non vno tamen in loco) dicitur. veluti vbi αἴρειν πόλιν pro eo quod Latini dicunt Capere vrbem, legimus.

Verùm in tanta támque multiplici nouitate, quam vocari παράνομον poſſe & dixi & oſtendi, illud eſt παρανομώτατον, quòd & vocabula quædam fictitia, & quidem ridiculè ficta (ſi ita de illis quæ ex errore nata ſunt loqui licet) aliorum ſedem, quæ verè ſunt Græca, occupant. Quid enim aliud ἀριστείους στεφάνους duobus tribúſve in locis eſſe dicemus? Sed hæc tamen quæ cõmentitia appello vocabula, magna ex parte compoſita ſunt. Tale eſt enim nomen αἰχμόμαλος pro αἰχμάλωτος: tale πολύεργον, cuius antea mentionem feci, quum de iis quæ malè per compoſitionem iuncta fuerunt agerem (nam πολύεργον pro πολὺ ἔργον ſcriptum fuit) tale & verbum ἐπιθυσιάζειν, tale & participium ἀξιολογούμενα.

Plura non ſolùm errorum id genus ſed aliorum quoque exempla in meis Annotationibus, quædam & in Schediaſmatis inuenies. Quemadmodum autem illæ meæ Annotationes multas voces ſpurias & ſuppoſititias Dionyſio detrahunt, ita etiam nonnullas quæ γνήσιοι ſunt, illi à librariis detractas, (ex quibus ſunt nomen ναῖος & verbum ἀνομολογεῖν) necnon quædam loquendi genera reddunt.

DE NONNVLLIS loquendi generibus, in quibus Latini ſermonis conſuetudinem Dionyſius imitatur. CAPVT XVIII.

DE STYLO Dionyſii agens, de re quadam illi ſi non peculiari, at certè cum paucis ſcriptoribus communi (à nemine quidem certè apud alium quenquam obſeruata, quod ſciam) lectores monẽdos cenſeo. Quæ autem res ea eſt? ſunt Latinæ phraſes, verbis Græcis repræſentatæ: quas ego Latiniſmos appellari poſſe exiſtimo: nõ minus quàm Helleniſmos Græcas phraſes Latinis repræſentatas verbis appellamus. De hoc inquam commonefaciendos lectores cenſeo, nonnulla inuenturos apud Dionyſium Latina ſub Græcis verbis loquendi genera, quæ vix alibi ſint lecturi: aut certè apud aliquem tantùm eorum qui Romanam itidem hiſtoriam tractauerunt. Quanquam ne horum quidem eſſe vllum putandum eſt apud quem omnia extent: imò certè vix pauca è multis apud quenquam inuentum iri crediderim. Neq; verò iam de locis iis loquor vbi Dionyſius Latini ſermonis conſuetudinem exprimere aut ſaltem imitari neceſſe habuerit: (veluti vbi τοὺς ὑπὸ δόρυ πωλουμένους dicit) ſed de illis vbi res eadẽ, Græcæ linguæ conſuetudinem ſeruando, non minus aptè declarari poterat. Niſi fortè, quum in concione quapiam id facit, aliquam excuſationem meretur, vt qui ad fidelius repræſentandum concionantis ſermonem id fecerit. Hîc enim cuiuſdam conciònis recordor, vbi ἐπὶ κεφαλὴν ὠθεῖσθαι dicit, Latini ſermonis exemplo. Quam imitationem ſiquis non conſideret, multum negotii hoc loquendi genus ei faceſſet. Ea concio eſt Sicinii, (ſiue Sicinnii) libro VII. circa cuius principium dicit, οὐ μὴν ὁμοίους γενέσθαι χρὴ αὐτοῖς, καὶ ἐπὶ κεφαλὴν ὠθεῖσθαι, οὔτε ἄρχοντας πολέμου, οὔτε ἀμυνομένους. Quis enim hîc Dionyſium ad vocem *præcipites* reſpexiſſe non videat, præter eum quidem certè qui huius etymum ignorat? Eſt enim ἐπὶ κεφαλὴν ὠθεῖσθαι, fictum à Dionyſio loquendi genus, ad exprimendum quod Sicinius, Latinè loquens, dixerat *præcipites ferri:* aut certè *præcipitanter agere.* quod aduerbium ſcimus ex verbo *præcipitare* factum eſſe: hoc autem, ex illo nomine. Sed potius *præcipites ferri* dixiſſe Sicinium crediderim: vt Cicero dicit, *præcipitem amentia ferri:* quo ablatiuo & Sicinius vti potuit: fortaſſe autem & vſus eſt, etiamſi apud Dionyſium nullum eius veſtigium appareat. Cæterùm locum illum ita Gelenius reddit, *Sed nos non oportet eorum eſſe ſimiles, nec tam præcipites, neque vel bellum inferre, vel inferentibus repugnare.* Quum potius dicere debuiſſet, *nec præcipites ferri:* in iis etiã quæ proximè ſequuntur (vt de hoc etiam obiter moneam) grauiter peccans: quippe qui ea ſic interpretetur acſi Sicinius nõ ſolùm bellum inferendum, ſed etiam reſiſtendum inferentibus negaret. quum is neutrum neget, ſed neutrum præcipitanter ſeu cum præcipitatione faciendum, ſiue in neutro faciendo præcipites ferri debere dicat. Non enim ſcribit Dionyſius, οὔτε ἄρχειν πολέμου, οὔτε ἀμύνεσθαι (quamuis

Gelenius nõ ſecus vertat quàm ſi ita ſcriberetur) ſed εἴτε ἄρχοντας πολέμου, εἴτε ἀμυνομένους. id eſt, εἴτε ἐν τῷ ἄρχειν πολέμου, εἴτε ἐν τῷ ἀμύνασθαι. Perinde acſi diceret, *Siue eo deueniamus vt bellũ inferendum ſit, ſiue eo vt ſit inferentibus reſiſtendum, ad neutrum præcipites ferri nos oportet.* Id eſt, Neutrum cum præcipitatione faciendum eſt, ſed lentè feſtinandũ, ac prius diu deliberandum. Quomodo enim rationi eſſet conſentaneum (quod illε non vidit interpres) vt neque bellum inferri neque inferentibus reſiſti vellet?

In iis autem quæ proximè ſubiunguntur, his verbis ἀφαιροῦντα τῆς κολάσεως interpretari voluit (opinor) quod Latino ſermone dictũ compericbat, *pœnæ eximunt*, aut *ſupplicio eximunt:* pro quo interpretes, ſeruato quidem ſenſu, ſed neſcio an tam propriè, *ſupplicio eripiunt.* Sed de illo tamen loquendi genere non auſim idem quod de proximè præcedenti dicere. Quinetiam de eo quod pauculis interiectis ſequitur, χάριν τῆς βουλῆς πεποιῆσθαι, qui idem dixerit, non ſatis Græcæ linguæ peritus, aut ſaltem non ſatis eorum quæ illa in vſu habet, memor eſſe videbitur. Nam fateor quidem, Dionyſium duabus hiſce vocibus χάριν τῆς βουλῆς, interpretari Latina hæc, *in gratiam ſenatus:* itidémque alibi, in eodem libro VII, ita dici, πολλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν χάριν, pro his Latinis *in multorum bonorum virorum gratiam:* ſed Græcos appellatione χάριτος eſſe ita vſos conſtat antequam Dionyſius naſceretur. Non nego interim, apud Græcos ſcriptores σὴν χάριν & ἐμὴν χάριν, pro his Latinis, In gratiam tuam & In gratiam meam, non χάριν σῇ & χάριν ἐμῇ, paſſim obuium eſſe: ſed tamen & iſtud, χάριν σῇ (ſicut dicitur εὐνοίᾳ σῇ) legiſſe mihi videor, & quidem apud Platonem. Quod ſi verum non comperiretur, haud poſſet nihilominus Dionyſius ita Latinum ſermonem imitatus dici, vt Græcum vocabulum ad ſignificationem illius nouè accommodet: ſed tantùm dicendus eſſet per datiuum efferre quod cæteri per accuſandi caſum efferant.

Cæterùm, quo plura Latini à Græcis mutuati ſunt, ad loquendi genera præſertim quod attinet, eo certè magis circumſpectè de quibuſdam huiuſmodi locis iudicium ferendum eſt: quum alioqui in illis Latinum ſermonem imitatus videri ſcriptor hic queat, & tamen nihil minus cogitarit, ſed purè Græco genere loquendi, quod iamolim Latini imitati fuerint, vſus ſit. Exempli gratia, quis non videt quàm bene ὕστερον τίθεσθαι ei quod Latini *Poſtponere* dicunt reſpondeat? ſed ſi tamen quis apud quempiam è Græcis hiſtoriæ Romanæ ſcriptoribus, aut aliis quos & alioqui Latini ſermonis cognitionem habuiſſe, & in eo eſſe verſatos cõſtat, (vt Plutarchum, non ex hiſtoricis tantùm eius ſcriptis, ſed aliunde etiam, illius linguæ peritum fuiſſe ſatis notum eſt) illud ὕστερον τίθεσθαι reperiens, ex Latinorum imitatione dictum contenderet, valde falleretur. Dionyſius ſanè locis aliquot illud *poſtponere* interpretans, non tam verbum verbo reddit, ſed ἔλαττον vel ἧττον τίθεσθαι dicit.

Alia nihilominus eius de qua me dicturum promiſi imitationis exempla addam, in quibus ſpero fore vt non fallar: quod ſi tamen contingat, id vel propter illud quod modò dixi, minus videri mirum debebit. Illa quidem certè phraſis quam in exemplum iam adduxi, ἐπὶ κεφαλὴν ἀθροῖσαι, in memoriam mihi reuocat quendam huius ipſius nominis κεφαλὴ vſum apud Dionyſium, qui quum è Latino petitus ſermone videri poſſit, apud Ariſtotelem tamen inuenitur. Nam vt apud Dionyſium, libro IIII, pag. 220, legimus, εἰς δὲ τὴν θυσίαν ταύτην καὶ τὴν σύνοδον ἅπαντας ἐκέλευσε τοὺς ὁμοπάγους κατὰ κεφαλὴν ὡρισμένον νόμισμά τι συνεισφέρειν, ἕτερον τι τοὺς ἄνδρας, ἕτερον δέ τι τὰς γυναῖκας, ἄλλο δέ τι τοὺς ἀνήβους: atq; vt apud eundem libro V, pag. 296, habemus, κατὰ κεφαλὴν ἑκάστης ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, ὑπομάλ. &c. ſic etiam apud Ariſtotelem, ſecundo Polit. libro, ἐν Λακεδαίμονι κατὰ κεφαλὴν ἕκαστος εἰσφέρει τὸ τεταγμένον. Fateor tamen magis à me probari priorem illum huius nominis vſum, (id eſt, qualem in priori exemplo habemus) abſque nomine ἕκαστος, quàm cum huius adiectione: licet ab Ariſtotele quoq; addatur. ſi enim Ariſtoteles dixiſſet, ἐν Λακεδαίμονι ἕκαστος εἰσφέρει τὸ τεταγμένον, abſque illis, κατὰ κεφαλὴν, nónne idem nobis ſignificaſſet? Aut certè ſi κατὰ κεφαλὴν dicere volebat, poterat, abſque nomine ἕκαστος, ita loqui, κατὰ κεφαλὴν εἰσφέρουσι τὸ τεταγμένον.

Dubito an hîc ponendũ hoc genus loquendi, quod lib. X, pag. 643 (necnon alibi, vt opinor) occurrit, εἰς τὸν τοῦ τεθνηκότος τόπον ἕτερον ἀποδεῖξαι, id eſt, in defuncti locũ creare alium. vel deſignare. At minus dubito de hoc, ἐπὶ μήκιστον ἄραντες τοῖς ἐπαίνοις: quum Latini Tollere aliquem laudibus, vel aliquid, dicant. Necnon de hoc, δίκην ἐκπλεῖν, quin dicatur vt à Latinis Cauſam peragere. Alia autem huiuſmodi loquendi genera non huius tantùm ſcriptoris, ſed aliorum etiam quorundam, in meo De ſecretis Græcæ linguæ commentario videnda tibi relinquo.

DE QVIBVSDAM diuersè apud Dionyſium ſcriptis. CAP. XIX.

DE HOC etiam monendus eſt Dionyſii lector, quædam apud eum diuersè ſcripta inueniri, ſed aliquot in locis vtranque ſcripturam poſſe admitti, falsò exiſtimari. Exemplo

ſunt iſta, ἐκθύμως & ἐνθύμως, item ἄψυχον & ἔμψυχον, necnon ἐπάγεσθαι & ὑπάγεσθαι. Nam ἐκθύμως ἀγωνίζεσθαι rectè ſcribi, at malè ἐνθύμως, & illud pro hoc reponi debere dico. Itidémq; ſcriptum quidem eſſe emendatè ἄψυχον in hoc libri VIII loco, ἐπεί τι οὐχ ὁ λόγος αὐτοῦ μόνον ἐπαγωγὸς ὄντι τὸ ἄψυχον: necnon in iſto libri IX, ἀμφότεροι γὰρ ἄψυχοί τε καὶ φιλοπόλεμοι ἦσαν: at mendoſè ἔμψυχον in iſto libri eiuſdem, ἵνα τοῖς βλακεύουσι καὶ ἀποδειλιῶσιν ἐκ τοῦ ἀναγκαίου παρασχῇ τὸ ἔμψυχον. eſſe enim & hîc ſcribendum ἄψυχον. Sic, quum non ſolùm ἐπάγεσθαι, ſed ὑπάγεσθαι etiam eadem in ſignificatione apud eum legatur, videlicet pro Allicere, ſeu Pellicere, ego hunc vſum illi potius quàm huic eſſe dandum aio: etiamſi frequentius hanc quàm illam ſcripturam occurrere fatear. Sic enim libro VII, πολιτείας τε μεταδόσει καὶ ἄλλων φιλανθρώπων ἐλπίσιν ὑπαγόμενοι. Et in alio eiuſdem libri loco, qui aliquot paginarum interuallo hunc ſequitur, ὁρῶντες οἱ δήμαρχοι τῇ τε μετριότητι τῶν λόγων καὶ τῇ φιλανθρωπίᾳ τῶν ὑποσχέσεων ὑπαγόμενον τὸ πλῆθος. Nam illic ἐπαγόμενοι pro ὑπαγόμενοι, atque hîc itidem ἐπαγόμενον pro ὑπαγόμενον (quod in actiua itidem ſignificatione accipi debet, non paſſiua, quum poſt ὁρῶντες ſubaudire αὐτὸν oporteat) ſcribi debere exiſtimo: ac cùm multos multorum ſcriptorum locos, tum nomen verbale ἐπαγωγὸς, apud hunc ipſum frequẽs, (& quidem quod in loco quem paulo ante attuli legitur) meam confirmare ſententiam aio. Ac de hoc quoq; moneo, ὑπαγόμενοι libro itidem primo, pag. 66, mendoſè legi pro ἐπαγόμενοι, & præterea malè à quibuſdam accipi pro Recedentes: quum ſonet, *Allicientes*, vel *Euocantes ad pugnam*, vt Cæſar loquitur. Sunt verò & alia quædam, quæ quũ duobus ſcribantur modis, tanquam duobus dici itidem modis poſſent, alterã tantùm ſcripturã eſſe germanam arbitror: atque id de αὐτοπόλεμοι & αὐτοπολέμιοι dico. nam illud quidem, at non & hoc admittendum reor. Nec tamen eſſe apud eum nego in quibus contrà ſcripturam duplicem minimè improbo: & quidem nõnulla quæ itidem talem literæ ι adiectionem alicubi habent, alicubi contrà ea carent. Ac in eorum numero ὕπαιθρος & ὑπαίθριος pono, necnon ὑπέγκαλος & ὑπεγκάλιος. Sed & ἐπαυσαῖος non minus quàm ἐπαύσιος (quod tamen multo frequentius eſt) admitto.

Hoc addo, eſſe nonnulla quæ quum duobus modis ſcribi, pro diuerſo vſu, queant, coniunctè nimirum & diſiunctè, malè interdum diſiungantur. Exemplo eſt ὅ, τι δή ποτε, lib. III, pag. 138, nam ſcribendum eſſe aio coniunctè ὅ, τιδήποτε. Eundémq; & alibi errorem occurrere moneo: necnon ὁσονδήτινα itidem pro ὅσον δή τινα alicubi libenter ſcripſerim.

ADMONITIO de quadam ellipſi Dionyſio familiari, & tamen illi ſi non peculiari, at certè cum paucis communi. CAP. XX.

RECORDOR me in quendã paginæ CCLXXII locum dixiſſe, vocem ἄλλας addendam videri: niſi potius eam Dionyſius ſuo quodam more ſubaudiendã reliquiſſet. Hoc de more nũc agam, ſi prius locum illum hîc legendum propoſuero. Ita igitur concionãs quidam apud Dionyſium, ἀλλὰ τί τούτοις ἐπιλέγω, τοσαύτας ἔχων αὐτοῦ παρανομίας κατηγορεῖν, &c. Quum enim alia iam commemorarit quibus παρανομιῶν appellatio conuenit, & ſubiungat, τοσαύτας παρανομίας, rationi cõſentaneum mihi viſum eſt vt ἄλλας ſubaudiendũ, aut, tanquã à librario per incuriam omiſſum, adiiciendum eſſe diceremus. Hãc autem ellipſin non iniuria morem Dionyſii vocaſſe, multa eius exempla oſtendunt, & quidẽ tam multa vt quum antea aliquot eius locos mendi ſuſpectos haberem, tandẽ illius conſuetudini imputãdum eſſe cognouerim quod antea librarii incuriæ imputare me poſſe exiſtimabam.. Nam quum libro ſecũdo legerẽ, τάς τε ἀρχὰς ἁπάσας ὅσαις θυσία τε (niſi potius θυσίαι τε ſcribendũ eſt) καὶ ἱερουργία θεῶν ἀνάκειται, mirari mecum tacitus cur non καὶ ἄλλη ἱερουργία ſcriptum eſſet: ſicut apud Latinos cultu deorum ipſam quoq; ſacrificationem comprehendi conſtat. Poſtea verò & in hũc locũ incidi, τὰς ἄκρας καὶ τοὺς ἐρυμνοὺς τόπους, quaſi verò ἄκραι non & ipſæ inter ἐρυμνοὺς τόπους numerarentur: aut, etiamſi vulgus eas inter ἐρυμνοὺς τόπους numeraret, numerãdæ tamen non eſſent. Tandẽ verò toties eum ita loqui animaduerti, vt magnus exemplorum numerus omnem mihi de conſuetudine illa dubitationem exemerit. Niſi fortè aliquis ipſos potius librarios totidẽ peccaſſe locis eſſe credibile exiſtimat: præſertim quum pro eo qui ita ſentiet, aliqui etiam loci faciant, qui nominis illius adiectionem habent. Siue autem hoc, ſiue illud (vt potius mihi perſuadeo) de hac ellipſi iudicandum eſt, aliquam eius mentionem & in Annotationibus feci, & alia eius exempla in quodam meorum Schediaſmatum extant.

HENRICI STEPHANI IN HISTORICOS DIONYSII HALICARNASSEI LIBROS

OPERA II, SIVE LIBER II,

quo eius in illos libros continentur Annotationes: quibus multi loci vel emendantur vel exponuntur, & in pleriſque vtrunque præſtatur: nec paucis interpretationes aliorum corriguntur.

PAG. III. EDITIONIS PARISIENSIS, AT I. GERMANICAE.

Ver. τοῖς εἰωθ. Scribo ἐν τοῖς π. Alioqui enim nimis durè dicerentur λόγοι ἀποδιδόντες τοῖς προοιμίοις, tanquam ipſi hiſtoriæ procemio ratio ab hiſtorico redderetur, quum contrà ipſum procemium id ſit quod rationē reddit.

τοῖς ἐπιγ. Quod hîc συναφανίζεσθαι τοῖς σώμασιν, pag. 6 συναποθνήσκειν τοῖς σώμασι dicit: vbi etiam amplificat hunc fructum eius laudis quam quis à poſteritate conſequitur.

τὴν ἀλ. Gelenium veritatem laude ſua, id eſt, quam Dionyſius illi tribuit, fraudaſſe, & illam in hiſtoriam tranſtuliſſe, oſtendi libro 1.

μένοι, οὔτε τὸ γε. Quamuis tolerari poſſit hæc lectio, crediderim tamē potius τῶν ἐπιγινομένων à Dionyſio ſcriptum fuiſſe, & librarium alteram ex præcedentibus ſumpſiſſe.

μένοις, οὔτε τῆς δυν.. Aut τῆς περὶ λόγους δυνάμεως ſcripſit Dionyſius, aut haſce duas voces περὶ λόγους ex præcedentibus ſubaudiendas reliquit.

PAG. III. EDIT. PARIS. AT II. GERMANICAE.

τὰς συνῳδ. Opiniones veras, & eas quæ ortæ ſunt ἐκ τῶν ἐπιτυχόντων ἀκουσμάτων, inter ſe opponit, pagina 4. Vt autem hîc εἰκῇ & ῥαθύμως iungit cum ἐκ τῶν ἐπιτυχόντων ἀκουσμάτων, ita viciſſim pag. 5. διαπεπονημένως & ἀκριβῶς illis ipſis verbis opponere videmus.

γὰρ ἀξ. Ad hoc αὐτοσχεδίως pertinētia quædam vide in eum paginæ ſextæ locū vbi ſcribit, σχεδιάζειν ὑπολήψονταί με.

πῶν, καὶ Non minus (vel potius magis) placeret παραλλήλας ἐξετάζειν: ſicut & apud Iſocratem παραλλήλους ἐξετάζειν legimus.

ἀξίως Pag. ſequenti quantum ſit hoc μῆκος declarat.

PAG. IIII. PARIS. AT III. GERM.

πέφαμ. Noluit dicere παρειλήφαμεν abſq; adiectione (ſicut eo interdum vtuntur) ſed addidit ἐκ τῆς ἱστορίας. Thucydides autem dixit etiam, λεγόμενα παρελάβομεν.

σις μὲν Scripſerat fortaſſe Dionyſius, ἁπάσης μὲν ἀρχὰς γῆς, ὡς εἰπεῖν: ſicut alibi dicit, πάντες, ὡς εἰπεῖν: & circa finem huius paginæ, ἔθνος δὲ οὐδὲ ἕν, ὡς εἰπεῖν, ἔστιν ὃ περὶ τῆς κοινῆς ἡγεμ. &c. Alioqui certè ob multo maiorem partem excuſari hanc hyperbolen poſſe, dicere forſitan licebit.

του Malim ἔθνος τι. Non placet autem, ὡς εἰπεῖν, vel cum ſecundo interprete Vt breuiter dicam, vel cū tertio Vt ita dicam, vertere: ſed Propemodum dixerim.

PAG. V. PARIS. AT IIII. GERM.

ρων. Non dubito quin ſcribendū ſit ἐπὶ τὰ παλαιὰ τῶν ἱστορουμένων, id eſt, ἐπὶ τὰς παλαιὰς περὶ αὐτῆς ἱστορίας. Sic paulo pòſt loquitur, niſi quòd ſingulari numero vtens, τὴν παλαιὰν ἱστορίαν dicit, pro eo ipſo (vt opinor) quod ἀρχαιολογίαν in proximè præcedentibus dixerat. Retinendo autem πάλαι, ſcribendum eſſet ἱστορούμενα pro τῶν ἱστορουμένων. Sed quem hîc locum iſte accuſatiuus haberet? nō enim eorum quæ olim de ipſa narrata eſſent, ac nō item eo tempore narrarentur, mentionem facit.

σαι ἐπιφ. De his, ἔτι γὰρ ἀγν. &c. dixi quodā prioris libri loco, & quò referenda ſit hæc ætiologia indicaui.

βάρους, Nullo tolerabilis modo eſt hæc lectio ἐχομένης, vt vel aliquātulum in Græca lingua exercitato notum eſſe poteſt. Sed quid reponendum? aptè (meo quidem iudicio) παρεχομένης reponetur. nam quēdam etiam vſum loco huic conuenientem verbum παρέχομαι habet.

ἱστορίας Non καταλιπεῖν βασιλεῦσι βαρβάροις, ſed βασιλεῦσι βαρβάροις ἱστορίας χαριζόμενοι. ideóque interpungendum eſt poſt καταλιπεῖν.

φεις ἐξελ. Subſtituere τῶν πολλῶν pro τῶν πολιτῶν, præterquam quòd rationi conſentaneum eſt, etiam Dionyſius ad hanc emendationē nos velut manu ducit: quum has δόξας, de quibus loquitur, non τοῖς πολίταις, ſed τοῖς

πολλοῖς, antea dederit: quum ſcriberet, καὶ δόξαι τινὰς οὐκ ἀληθεῖς, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐπιτυχόντων ἀκουσμάτων τὴν ἀρχὴν λαβούσας, τοῖς πολλοῖς ἐξενηνόχασιν.

ξαν Scribo ἀπεδείξαντο. Poteſt autem errori (qui tamen & in alio eius loco, aut aliis etiam locis inuenitur) videri occaſionem præbuiſſe præcedens ἐπιδείξειν.

Pag. vi. Paris. At v. Germ.

χθεσι Hoc de iſta naturæ lege dixerat ante illum Thucydides.

συμβάσεις. Locum hunc ſuſpectum habeo, ſicut & cæteros in quibus πολέμια legimus pro eo quod alii πολεμικὰ appellant: quamuis alioqui & apud Thucydidē legi non ignorem.

εἰ δὲ, Dici quidem ſolet in talibus locis, ἀπίστω (vel ἀπίστω δὲ) φθόνος, vel τοῦ λόγου τὸ ἐπίφθονον: ſed quum præcedat εἰ, nõ dubito quin δὲ in γε mutari debeat: vt legatur εἴγε ἀπίστου. hoc ſenſu, Si tamen citra inuidiam dicere hoc poſſum. Quæ emendatio parua mutatione opus habet: alioqui certè libenter legerem, εἰ καὶ μὴ ἀπίστου τοῦ λόγου τὸ ἐπίφθονον. hoc ſenſu, Etiamſi me hoc citra inuidiam minimè dicturum ſcio.

καθ' ἡμᾶς Suſpecta cuipiam eſſe poſſit hæc lectio, ὅτι μὴ κεφαλαιώδεις ἐπιτομαί, πάνυ βραχεῖαι. quomodo enim credibile eſt illum tales epitomas appellatione ἀκριβοῦς ἱστορίας dignatum eſſe? Ego tamen carere mendo hanc ſcripturam puto: ſed interpretes malè has particulas reddidiſſe, quũ perinde interpretari debuiſſent acſi ſcriptum eſſet, ἀλλὰ μόνον κεφαλαιώδεις ἐπιτομαί.

ἐπιβαλ. Scribo, καὶ οὐδὲ αὐταὶ δὴ ἐσπουδασμένως. Sic autem & alibi particulā hanc cum ſequenti vocabulo per errorē coaluiſſe obſeruaui, ita vt ex ſimplici cõpoſitum efficeretur.

Pag. vi. Paris. At vii. Germ.

κενοῖς καὶ μ. Hoc σχεδιάζειν eſſe Comminiſci ſeu Fingere, putarunt omnes interpretes: quum & Lapus reddiderit, Commentitia hæc eſſe ſuſpicabuntur. Sed videri poſſunt repugnare huic interpretationi illa quæ ſequuntur: quum ſciamus, eum qui aliqua fingit, ſeu comminiſcitur, haud poſſe dici eorum cognitionem aliunde habere. Verùm reſponderi poteſt, non eſſe rem nouam, vt eum etiam quem aliquid finxiſſe exiſtimamus, interrogemus vnde notitiam eius habeat: non quòd eum id nobis dicturum ſperemus, ſed vt eo ipſo quòd dicere id non poterit, mendacii cõuincamus. Quoniam tamen & αὐτοσχεδίους ἱστορίας dixit, pag. ſecunda, quod non tam Commentitias quàm Extemporales hiſtorias ſonat, & addidit, οὐδὲ ῥαθύμους, videndum annon potius in hoc quoque verbo, σχεδιάζειν, quod ab eadem origine eſt, ad ῥᾳθυμίαν & ad tumultuariā (qualis eſt τῶν ῥᾳθύμων) ſcriptionem, reſpicere dicendus ſit. Neque tamen libro 1111, pag. 211, vbi itidē eſt verbũ σχεδιάζειν, ſatis placet Gelenii interpretatio, Tumultuario ſtylo ſcribere: quum in hac tumultuaria ſcriptione, ad res ἐκ τῶν ἐπιτυχόντων ἀκουσμάτων (vt ipſe loquitur) ſcriptas, potius quàm ad verba reſpiciatur: vt ſub verbo σχεδιάζειν extēporalem quandā ſcribendi temeritatem (nam & temeritas extemporalis à Fabio dicitur) mente concipiamus. Verùm ad illas αὐτοσχεδίους & ῥαθύμους ἱστορίας quod attinet, nimium certè αὐτοσχεδίως & ῥαθύμως (ne quid grauius dicam) nouiſſimus interpres, quod de illis dicitur, ad ipſos hiſtoricos transfert. Nam iſtud quis (præter illum) ignòrat, αὐτοσχεδίους res tantùm, non item viros aut fœminas, appellari? Niſi fortè, quum ille πλασουργὸς & πηλουργὸς Prometheus homines è luto fingebat, ſiquos extemporale & tumultuarium ac ſubitarium, ideóque inelaboratum quoddam opus præ aliis eſſe iudicabat, αὐτοσχεδίους ἀνθρώπους, id eſt αὐτοσχεδίως πλασθέντας, iocans appellabat. Sed idem interpres vt nouè à rebus ad perſonas illud vocabulũ tranſtulit, ita etiam nouam illi ſignificationem tribuit: inconſideratos interpretans. Hanc enim ſententiam, οὐ γὰρ ἀξιοῦμεν αὐτοσχεδίους οὐδὲ ῥαθύμους εἶναι τοὺς περί τι πόλεων ἐνδόξων καὶ ἀνδρῶν ἐν δυναστείᾳ γεγονότων ἀναγραφομένους ἱστορίας, ita vertit, *Indignum enim cenſemus ſi, qui de claris ciuitatibus & viris ampla potentia præditis hiſtorias cõſcribunt, ſunt inconſiderati aut ſocordes.*

Pag. vii. & viii. Paris. At vii. Germ.

ὁποῖοι εἰ τινὲς πολ. Poſt πολέμους omiſſum à librario fuiſſe μόνους ſuſpicor, aut ἰδίᾳ: quorum illud quidē poſt πολέμους facilè omitti potuit, quòd deſinat in ſyllabam μους: hoc autē facilè ob ſequentē vocem ἀναγράψαντες, quòd initiũ habeat ab his ſyllabis ανα. Sic certè in altera parte, nõ dicit, οὐδ' ὁποῖοι τὰς πολιτείας διηγησάμενοι, ſine adiectione, ſed οἱ τὰς πολιτείας αὐτὰς ἐφ' ἑαυτῶν δηλ. quamuis Lapus vllam ne in hoc quidem poſteriori membro adiectionē agnoſcat. At ego contrà hanc aut huic ſimilem in priori deſiderari (vti dixi) exiſtimo: huic inquam ſimilem, potius quàm hanc: quoniam dixiſſe τοὺς πολέμους αὐτοὺς ἐφ' ἑαυτῶν, & poſtea itidē πολιτείας αὐτὰς ἐφ' ἑαυτῶν, repetito eodē loquendi genere ſubiunxiſſe, minimè eſt veriſimile. Quòd ſi nihil adiectum à Dionyſio fuiſſe quis putet, de quibus, obſecro, hiſtoricis eum loqui dicet? Si enim excipit omnes eos qui bella literis mandarunt, qui ſunt illi quos ſibi ἐν τῷ τῆς πραγματείας σχήματι imitãdos relinquit contrà certè bellorũ ſcriptionem, præcipuum.

omnium

omnium fere veterum hiſtoriarum argumen tum fuiſſe ſcimus.

τι καὶ θεωρ. Hîc quoque cur aliquid deeſſe ſuſpicer, dixi libri præcedentis capite x i i.

χωρ. Malim *ἐνθένδε.*

ὕστερον. Sic & Thucyd. *χρόνῳ ὕστερον* dicere ſolet.

Pag. viii. Paris. Et viii. Germ.

γίνων ὄν. Si ἐπὶ Λατίνου βασιλέως cum *κληθῆναι* iunxiſſe dicendus ſit, fuerit hic locus ex iis qui de ἐπὶ malè à librariis poſito pro ἀπὸ ſuſpecti mihi ſunt. Sed poteſt etiã tẽporis ſignificationem habere, vt intelligatur, Latini regis tempore. Nec aliter Lapus intellexit, qui vertit, Sub Latino, Gelenius autem, A Latino.

γηνής. Non abſimile vero eſt Dionyſium poſt *πλάνητας* hæc adieciſſe, *καὶ γὰρ τὸ παλαιὸν ἐξ λέγουσιν* ΕΡΡΑΡΕ.

Ἀβοριγ. De voce *Ἀελίγων* reponenda pro duabus illis *δὴ λέγων*, vide quæ in quodã meorum Schediaſmatum annotaui, libro ſecũdo.

Pag. ix. Paris. Et Germ.

ὄντων λ. Gelenius hîc, ſicut & aliis pleriſq; locis, non debuit à bono illo viro, Lapo Birago, id eſt, ab eius interpretatione, diſcedere. Omnino enim erat *ὑγιὴς* eius interpretatio, dum *ὑγιὴς* ab eo redderetur Verus. Nam hunc dare vſum voci *ὑγιὴς* Dionyſium, cùm alii pleriq; loci oſtendunt, tum verò hîc oppoſitio manifeſtum facit. Sumptus eſt autem hic vocabuli iſtius vſus ex eo quod veluti prouerbialiter dicitur *οὐδὲν ὑγιὲς*, de eo quod tanquam verum refertur, quum nihil tamen veritatis ei ſubſit. Sed & *ἀληθὲς* cum *ὑγιὲς* alicubi iungit hic ſcriptor, ita quidẽ vt illud præcedat: vbi videlicet aliquid eſſe tale negatur.

Pag. ix. Et x. Paris. At Germ. x.

τ. μετεῖδ. Lapus vertit, Sumpſit eam quam nunc habet appellationem. Quem Gelenius hîc quoq; ſequi debuerat, vt *ὑγιῆ* (ad illud vocabulum vt redeam) interpretationem nobis daret. Hæc enim quam nobis dat, Mutauit nomen quod nũc habet, nihil *ὑγιὲς* habet, quum planè falſa ſit. Veriſimile eſt autẽ Dionyſium ſcripſiſſe *μετέλαβεν*, & ita Lapum legiſſe: quum ſæpe hoc verbo ſic vtatur Dionyſius, & quidem ſequatur paucis interiectis, *πρὶν τὴν μεταλαβόντες ὀνομασίαν ταύτην*. Neq; tamen *μεταλαμβάνειν ὀνομασίαν τινὰ* vel *προσηγορίαν* eſt ſimpliciter Nomen ſumere, vel aſſumere (quorum vtroque Lapus vtitur) ſed Nomine priori depoſito aliud ſumere.

φόμενοι μάρτ. Perinde vertit Gelenius ac ſi legiſſet, aut legendum cenſuiſſet, *Φερεκύδην τὸν Ἀθηναῖον γενεαλόγων οὐδενὸς δεύτερον.* Ita enim ille, Is eſt Pherecydes Athenienſis, nulli ſecundus in texendis genealogiis. Sed ſi voluit Dionyſius dicere, eũ nulli genealogorũ, ne Athenienſium quidẽ (quos cæteris præſtitiſſe eſt veriſimile) ſecundum fuiſſe, ſeruari noſtra lectio poteſt. Animaduertendum eſt porro, à Dionyſio genealogias vrbium etiam dici, & quidem pag. quæ hanc præcedit. nam de Porcio Catone ſcribit, *ὁ τὰς γενεαλογίας τῶν ἐν Ἰταλίᾳ πόλεων ἐπιμελέστατα συναγαγών.* vbi mirum ſi aliud quàm origines hac voce ſignificare noluerit: vt tamen omnes interpretantur.

Pag. xii. Paris. At xiii. Germ.

πατρῴας γῆς μετ. Omnino perſuaſum habeo, ex futuro *ὑποδεξομένην* faciendum eſſe aoriſtum *ὑποδεξαμένην*, atque interpungendum poſt *ἑτέραν*: vt locus hic ita legatur, *ὡς οὐκέτι τῆς πατρῴας γῆς μεταληψόμενοι, εἰ μὴ κτήσαιντο ἑτέραν, τὴν ὑποδεξαμένην αὐτοὺς, εἴτε πρὸς φιλ.* &c. Sed & *εἴτε πολέμῳ κρατηθεῖσαν* lego, expuncta particula *ἂν*: & *πρὸς φιλίαν* non ad *κρατηθεῖσαν* pertinere ſed cum *ὑποδεξαμένην* iungi dico: ideóque malè hũc locum ita reddi, *quam vel gratia vel armis quæſiſſent, eam patriæ loco habebãt.* Sed quomodo quam acquirebant terram *πατρῴαν γῆν* itidem vocare poterant? Hoc ad ſobolem eorum referri puto, atque ad illam reſpici: vt nimirum ſuæ ſaltem ſoboli *πατρῴαν γῆν* relinquerent.

ἐκγόνοις. Suſpicor ſcriptum fuiſſe, *τοῖς κατὰ σφᾶς ἐκγόνοις ἐπιχείρων ὁμόρους*: vel potius (quoniã durè hoc & *πλεοναστικῶς* videtur dici, *τοῖς κατὰ σφᾶς ὁμόρους*) ſcriptum quidẽ fuiſſe *τοῖς κατὰ σφᾶς*, vt habemus, ſed ita vt hæc cum *γῆς* iungerentur. Sic autem pag. 34. *τὰ περὶ χωρία οἱ συνελθόντες Ἡρακλεῖ κατὰ σφᾶς ἔπεσι παρέλαβον.* Vbi tamen malim *τὰ κατὰ σφᾶς.*

Pag. xv. Paris. At xvii. Germ.

Ver. ult. Non ſolùm hîc ſed multis etiam aliis in locis ſuſpicari quis poſſit omiſſam à librario particulam *δὲ*, quæ præcedenti *μὲν* reſpõderet: ſed apud Thucydidem quoque poſt hoc ipſum aduerbium ea plerunque non ponitur.

Pag. xv. Paris. At xviii. Germ.

Τερῶν. Scio participiũ iſtud *ἱερωμένης*, tanquam inſolens, reiici, & *ἱερωμένης* vel *ἱερατευομένης* reponi: è quibus illud quàm hoc ſubſtituere malim, ſi lectio illa reiicienda ſit. Sed quũ *ἱερᾶσθαι* cùm apud alios tum apud hunc ipſum Dionyſium inueniatur, atq; adeo pro *ἱερᾶσθαι* apud Thucydidem initio libri v *ἱερᾶσθαι* in veteri libro legatur, videndum ne itidem *ἱερωμένης*, tanquam in temp. præterito pro *ἱερωμένης* dictum, tolerari poſſit.

περὶ ὧν τ. Non dubium eſt quin ἀκρίβειαν hîc τὴν λεπτολογίαν appellet: hæc enim facit vt multis verbis ſit opus. Ac, quoniam in iis quæ ἀκριβῶς, id eſt μετὰ λεπτολογίας, à nobis ſcribuntur, eſſe longiores neceſſe habemus, ideo ἐπιτομαὶ & ἀκριβεῖς γραφαὶ opponuntur.

Ver. vlt. Pro γυναικῶν, quoddam Euſebii (locum hûc citantis) exemplar habebat ἀγώνων: ſed ego illi minimè aſſentiendum exiſtimo.

PAG. XVI. PARIS. AT XIX. GERM.

φερούσας σωῦ. In codẽ illo Euſebii exemplari non τὰς φερούσας ſed τὰς τικτούσας ſcriptum erat: quam ſcripturã ſequendo magis exactè loquetur Dionyſius, quum poſt ἐξάμβλωσιν τῶν ἐμβρύων non amplius αἱ φέρουσαι eſſent, ſed iam αἱ τικτοῦσαι. In eodem exemplari paulo pòſt ἀνάπηρον, non ἔμπηρον.

αὐτοῖς, ἵνα θ. Fortaſſe ἵνα θεῶν ἢ δαιμόνων δίκαια παραβαίνῃς ſcripſerat Dionyſius. id eſt, quænam deorum vel dæmonum iura. Niſi fortè ὅσια ſcriptum fuiſſe magis credibile eſt: quum ὅσια potius ſint erga deos, vt δίκαια erga homines. ſic tamen vt interdum latius etiam extendi hãc appellationem videamus: vt pag. ſequẽtis principio, τοῖς τε θεοῖς τὰ δίκαια ὑπουργεῖν ἀξιοῦντες. Fortaſſe autem & νόμιμα locum habere poſt illos genitiuos poſſe, aliquis ſuſpicetur. Sed tamen eandem quam hîc, apud Euſebium quoq; lectionem extare videmus, ἵνα θεῶν ἢ δαιμόνων παραβαίνῃς. quo Dionyſius modo ſi loquutus eſt, minus vſitato loquendi genere vſus certè eſt.

χρῆμα παντ. Vel πάντων μάλιστα, vel παντὸς μᾶλλον, magis rationi conſentaneum videtur ſcribere: quamuis & alibi eadem lectio occurrat. Sed & ἥμιον videtur potius dici debere, quũ poſt πάντων μάλιστα poſitiuus gradus vim ſuperlatiui accipiat: & poſt παντὸς μᾶλλον ſuperlatiuus habere locum non poſſit. Apud Euſebium tamen eadem quæ hîc lectio inuenitur.

ἐπαυσας. Rectè Sylburgius hîc ἀπαναστάσης, itidémque paulo poſt, reponit.

ἀπλ. Nemo non videat, ἀπελαυνομένων (ſicut apud Euſebium legitur) ſcribẽdum eſſe: verùm & hoc addo, mutandum eſſe ὥσπερ in ἅσπερ, vel potius οἵασπερ: hoc ſenſu, οὐδενὶ κόσμῳ ἐγίνοντο, ἀλλὰ τοιαύτῃ οἵασπερ εἰκὸς γίνεσθαι τὰς τῷ οἴστρῳ καὶ θεοβλαβείᾳ ἀπελαυνομένων. Pro quo tamẽ mallem ſimplex ἐλαυνομένων: quum aliquis οἴστρῳ ἐλαύνεσθαι ὑπὸ θεῶν dicatur, non οἴστρῳ ἀπελαύνεσθαι. Vnde etiã eſt compoſitum nomen οἰστρηλασία, & verbum οἰστρηλατεῖν. Pag. autem præcedente, circa finem, dixit, δαιμονίοις ὑπὸ χόλοις ἐλαστρηθέντες.

PAG. XVII. PARIS. AT XX. GERM.

θύντων δεδ. Annotatu digna eſt lectio quã habet hîc illud idem Euſebii exemplar, ἣν δὲ πολύτροπος ἔχθρα σωῦ προφάσει δυσσεβείας ἀπελαυνόμενοι ὑπὸ τῶν διαφ. Sed ferri hæc πολύτροπος ἔχθρα (pro illis, πολὺ καὶ τὸ πρὸς ἔχθραν) non poſſunt, niſi ἀπελαυνόμενοι mutetur in ἀπελαυνομένων. Ad illum autem genitiuum δυσσεβείας quod attinet, is certè conuenit cum vocabulo εὐπρεπεῖ, quod altera lectio habet. neq; enim vlla πρόφασις magis eſſe εὐπρεπὴς poterat quàm iſta, τῆς δυσσεβείας. Quid ſi verò & εὐπρεπεῖ retineamus, & illi genitiuum δυσσεβείας addamus?

διατ. Pulchrum loquendi genus huic loco reddens, ſcribo ἀπηλλαχότης, vel potius ἐληλακότης.

PAG. XX. PARIS. AT XXIIII. GERM.

φωνῆς ἀρχ. Malim poſt τῇ πατρῴᾳ γλώσσῃ interpungere, quàm poſt ἀρχαιολογίας. Nam eos potiſſimum qui patria lingua archæologias Romanas ſcriberent, nomine Latino vti par erat. Videri autẽ poſſit πατρίῳ γλώσσῃ fuiſſe potius dicẽdum: ſed itidem pag. 46, & πατρῴοις & πατρίοις θεοῖς pro eodem dicit.

φῶς φ. Loquendi genus Thucydideum, μετὰ τοῦ δραστηρίου καὶ συνετός, pro eo quod dicendum eſſet δραστήριος καὶ συνετός. Sic autem & alibi hæc duo iungit, ſed φρόνιμον ἀντὶ συνετοῦ dicens. Nam libro IIII, pag. 263, legimus, de P. Valerio, δραστήριος ἀνὴρ καὶ φρόνιμος.

PAG. XX. PARIS. AT XXV. GERM.

ἐπιθυσ. Vocabulum iſtud ἐπιθυσιάζουσαι inter illa ponendum cenſeo quæ librariorum error in hiſtoricos Dionyſii libros planè & noua & ἀδόκιμα inuexit: de quorum magno numero dictu à me libro priore fuit. Sed vel Lapi interpretatio facit vt errorem hîc ſubodorari quis poſſit: quum vertat, *ſicut Carmenta eis diuinans aperuit*. Nam qui odoratu valebit, vel hinc voce ἐπιθειάζουσα ſubolfaciet, licet haud rectè illam interpretatus ſit. Sed quid Lapi auxilio ad inueſtigandam veram lectionem nobis opus eſt? ipſe Dionyſius nos ad eam χειραγωγεῖ. nam quum legamus, tanquam de re cuius mẽtionem fecerit, ὡς ἡ Θέμις αὐτοῖς ἐπιθυσιάζουσα ἔφραζεν, admonemur vt ad præcedentia recurramus: at illic inter alia reperimus de eadem dictum, τὴν δὲ γυναῖκα ταύτην ὁμολογοῦσι, δαιμονίῳ πνεύματι κάτοχον γινομένην, τὰ μέλλ. &c. Hoc autem conuenit cum ea Suidæ expoſitione qua ἐπιθειάσας dicitur eſſe θεοφορούμενος. nam θεοφορούμενον nõ aliud eſſe ſcimus quàm quod apud Dionyſium θείῳ πνεύματι κάτοχον legimus.

PAG. XXI. PARIS. AT XXVI. GERM.

τὸ δὲ ἱερ. Mirum eſt Gelenium à Lapi interpretatione & hîc & alibi diſcedere voluiſſe in nomine ἐπινίκια. nam quum Lapus ita vertiſſet, *Victoria templum erigẽtes, ipſi quoque ſacrificia anniuerſaria conſtituerunt*: Gelenius ita, *Victoria*

Victoriæ ſano extructo, rem diuinam ei alternis annis fieri inſtituerunt. Multo enim veriſimilius eſt Anniuerſaria ſonare. Sed cur non potius ἐτησίους quàm διετησίους in illa ſignificatione dicit Dionyſius? Hoc viciſſim cupiam mirum fore ſcio: præſertim quum διετήσιος Per totum annum durans (vt ſit à δι' ἔτους, ita dicto δι' ἡμέρας: vnde ſunt διετίζω & διημερεύω) ſignificare videatur, & quidē apud Thucydidē ἀγῶσι καὶ θυσίαις διετησίοις quidam ita interpretentur. Alter verò locus in quo Gelenius à Lapo itidem diſſentit, eſt hic, pag. 12. circa finem, ὅτι μὴ καιροῖς ἱεροῖς διετησίοις. nam ille vertit, *præterquam annuis quibuſdā temporibus, in quibus ſacra cōſueta faciunt*: at Gelenius, *niſi quum ſtata ſacra poſt biennium recurrentia ſuo ritu faciunt.* Sed & alibi ita accipit.

ᾖεχ. Scribe, καὶ αἱ νῦν ἔτι γινόμεναι.

PAG. XXIII. PARIS. AT XXVIII. GERM.

ϛαι. Si κρίνεσθαι ſcriptum à Dionyſio credimus, pro σύγκρινεσθαι poſitum dicamus neceſſe eſt: ſed σύγκρίνεσθαι ab eo ſcriptum fuiſſe, potius crediderim. Quod autē ad nominatiuum illum attinet, μία γῆ, ferri illum poſſe, nō malè fortaſſe quiſpiam dixerit: nec ſolùm ὡς μίαν γῆν πρὸς ἑτέραν κρίνεσθαι, (aut συγκρίνεσθαι) ſed etiam velὡς μία γῆ πρὸς ἑτέραν κρίνεσθαι, Græcæ linguę cōſuetudinē admittere, vbi ſequitur nominatiuus, quemadmodū hic ſequi videmus.

PAG. XXIII. PARIS. AT XXIX. GERM

Φωμθρ τ. Obſeruatione dignum δαψιλὴς non cum datiuo, vt pag. præcedente, ἄπασι δαψιλὴς ὁπόσους ὧραι φύουσιν: ſed cū infiniti modi verbo, παρέχειν δαψιλής. Horatius certè quum hoc aut aliud ſynonymum nomen ita iunctū verbo infiniti modi imitari vellet, dixit, *Spes donare nouas largus.*

PAG. XXIIII. PARIS. AT XXX. GERM.

πληρωτὴν αἰθρ. Non immeritò ſuſpectus lectori locus hic fuerit, εἴτε Χρόνον αὐτὸν δεῖ καλεῖν, ὡς Ἕλληνες ἀξιοῦσιν, εἴτε Κρόνον, ὡς Ῥωμαῖοι. Nam primùm quidē ad illud Κρόνον quod attinet, cur hîc Χρόνον, tanquam appellationem Græcam, ſcriberet, quum antea Κρόνον ſcripſiſſet, & in ſequentibus itidem ſcribat? Deinde quid commune Romanum Saturnus cum illo Κρόνον habere dicemus? Videndum igitur ne potius in priore quidem loco Κρόνον, in poſteriore autem aliud, quo Latinum Saturnus exprimeret, aut ſaltem imitaretur, ſcripſiſſe dicendus ſit. Verùm talem imitationem, id eſt vocabulum, quo Romanam appellationem imitari voluerit, vix imaginari queo. Quid ſi tamen quod in mentem venit dixero? id certè erit Κόρτον: nō è Græca lingua ſumptum id quidem, ſed ab eo, ad imitandam (vt dixi) vocem Romanam, nouatum.

Φίσιν ſ. Scriptum fuiſſe reor à Dionyſio, θείοις καὶ θνητοῖς γένει. intelligente nimirum illos ex ſuo ingenio metitos eſſe diuinum. *quū cenſerent*, (inquit) vel, *quòd cenſerent, ſicut humano generi, ita etiam diuino, conuenientiſſima eſſe ea loca quæ illi eſſent idonea.* Ac Illi idonea dicentem, Illius naturæ idonea intelligere exiſtimo. At primus interpres, tanquam pro πρόσφορον legens προσφοράν, ſimúlque θείῳ καὶ θνητῷ γένει, vt habemus, ita vertit, *Volentésque oblationem diuinóque & humano generi eſſe locorum omnium aptiſſimam.* Sed & Gelenius, tanquam Dionyſii verbo aliqua offerendi mētio fieret, reddidit, *Et æquum iudicantes, diuino & mortali generi, quæ cuique conuenientiſſima eſſent loca, offerri ac dedicari.* Credibile eſt autem προσφοράν illum cum Lapo legere voluiſſe: quū alioqui non ignoraret quidnam πρόσφορον ſignificet: vt oſtendit eius interpretatio cuiuſdam loci pag. 72.

γιαν, ἐπὶ καθ. Admitti iſtud ἁζομένων non poſſe exiſtimo: pro quo, apud Euſebium, hunc locum citātem, ἁγιαζομένων legimus. Sed non minus veriſimile fuerit ἁγνιζομένων à Dionyſio ſcriptum fuiſſe, aut etiam ἁγιζομένων. nam & ἁγνίζειν & ἁγίζειν apud eum extant: ſicut & καθαγίζειν.

Τῆς αἰθρ. Apud Euſebium quidem pro ἐνθύμιον legitur δέος ἐνθύμιον, Lapus autem legiſſe videtur δέος ἢ ἐνθύμιον. vertit enim, *Ac ne quis eſſet hominibus metus aut ſuſpicio, tanquam patria relinquentibus ſacrificia.* At ego Dionyſium abſque altera illa voce ſcripſiſſe arbitror, ſic ea vtētem vt Thucydides, quum dicit ἐνθύμιον ποιεῖσθαι, pro In religionem vertere. nimirum id ſignificare volens quod vulgo dicimus Facere ſcrupulum cōſcientiæ. Hoc autem paulo poſt vocat τὸ τῆς ὀσίας. Nam dicens, ἵνα δὴ τὸ τῆς ὀσίας ἐξαιρεθῇ, intelligit, ἵνα ἐκεῖνο τὸ ἐνθύμιον ἐξαιρεθῇ. Gelenius tamen illa, ἵνα μηδὲν εἴη τοῖς ἀνθρώποις ἐνθύμιον vertit, *ne quam pœnam timerent.*

τῆς εἰπ. Pro ἤθεσι apud Euſebium ſcriptū eſt πάθεσι: atq; hæc ſcriptura erat etiam in marg. vet. libri, ex quo editio Pariſienſis ſumpta fuit: nec certè minus quàm altera (ne dicam magis) huic conuenire loco videtur.

τὴν ὁσίας. Scribo ἱερεῖα, vt apud Euſeb. legitur. Eſt autem idem error & in alio huius ſcriptoris loco, aut etiam aliis locis.

χώριον τς. Deeſſe puto λόγῳ, quod ante vel poſt δηλώσομεν ſcriptum ab illo fuerit. Lapum certè in ſuo id exemplari habuiſſe veriſimile eſt, ex his eius verbis, *in alio declarabitur libro.* ſed malè *alio* pro *altero*. Sic autem & alibi de libro ſecundo loqui, tanquam plures duobus ſcripti ab eo nō eſſent, docui in meis prolego-

Digitized by Google

menis. Legimus enim alibi & ἐν ὑςέρῳ λόγῳ. Sed ἐν ἑτέρῳ λόγῳ (vt hîc ſcribendum eſſe dico) habemus pagina 24. ἐν ἑτέρῳ δηλωθήσεται λόγῳ. At interpretes, quum illum quem dixi Dionyſii morem ignorarent, nouam his verbis ἐν ἑτέρῳ λόγῳ ſignificationem dederunt: vnus quidem, *aliàs*, alter autẽ, *alio loco* interpretans. Vide annot. in paginam XL.

Pag. XXV. Paris. At XXXI. Germ.

σπήλ. Suidas διαρπώμενος hîc pro ἐξαπατώμενος dictum exiſtimat. Nam poſito participio διαρπώμενος, ſubiungit hunc Dionyſii locum (nõ nominato tamen autore) ὁ δὲ Ἡρακλῆς, τοῖς μὲν ἴχνεσι διαρπώμενος. per parētheſin interiiciens, τουτέστιν ἐξαπατώμενος. Itidẽmque Lapus *deceptus* vertit. Quòd ſi & aliam locum hunc admittere interpretationẽ demus, at non eam tamen quam ei dat Gelenius, admittere, dabimus.

ειον, ἐπικαλύπτ. Lapus videtur poſt σπήλαιον, duo vel potius tria vocabula habuiſſe, quæ hîc non comparent. Vertit enim, *ſpeluncam ipſam euertit, furi*que *ſuperiecit*. Niſi fortè hoc quoque illi verbo ἐπικαλύπτων ἀπέπλει ſubeſſe exiſtimauit. Alioqui certè & ἀνασκάπτειν pro Euertere ſeu Diruere, apud hunc alibi legitur.

τόπου Δ. Fortaſſe ideo ΔΙΟΣ ΕΥΡΕΣΙΟΥ quàm ΕΥΡΕΤΟΥ dicere maluit, quòd alia quædam Iouis epitheta eiuſdem formæ ſint: quorum ẽ numero eſt ΙΚΕΣΙΟΣ.

δὲ ἧττον οἷόμ. Suſpicor, loquendi quodam genere, eleganti quidem ſed minimè vulgari, vſum hîc Dionyſium fuiſſe, ita ſcribentem, οὐδὲν δὲ οἷον οἰόμενος εἶναι διερευνήσασθαι τὴν χώραν. Cuius φράσεως exempla cùm alia ex aliis tum ex Ariſtophane hoc attuli in meo Theſauro, (vbi & de eius ſignificatione à Budæo diſſentire me oſtẽdi) ἀλλ' οὐδὲν οἷον ἐστ' ἀκούειν τῶν ἐπῶν. Eo autẽ minus animaduerſa & intellecta fuit hæc phraſis (alioqui etiam minimè vulgaris) quòd inuerſo quodammodo ordine verborum dixiſſet Dionyſius, οὐδὲν δὲ οἷον οἰόμενος εἶναι διερευνήσασθαι, quum naturalis ordo hic eſſet, οἰόμενος δὲ οὐδὲν εἶναι οἷον διερευνήσασθαι. Quòd igitur hoc loquendi genus non intelligeretur, id occaſionem corrumpendi huius loci præbuit, & ἧττον ex οἷον faciendi: ſed quum is qui ita οἷον in ἧττον mutauerat, ſimul etiam εἶναι in χρῆναι mutauiſſet, remanſit tamen illo inuito veræ lectionis altera pars: ita quidẽ certè vt quum viderem planè alienam ab hoc Dionyſii loco eſſe hanc lectionem, οὐδὲν ἧττον εἶναι (neque enim vel vno mihi teſtimonio cõfirmatum iri crediderim aliquem horum verborum vſum, qui huic loco ſit accõmodatus) illæ ſinceræ lectionis reliquiæ ad alteram eius partem me deduxerunt, minimè fallentibus veſtigiis, ſicut Cacum hîc legimus, vt Herculem abactarum ab ipſo boum veſtigia fallerent, feciſſe. Quum enim locum hunc, ita vt à me emendatur, cum iis quos in Theſauro afferri à me dixi, contuleris, quin ad veram deductus ſim lectionem, minimè dubitabis. Nec verò te mouere hoc debet quòd apud Suidam quoq; ἧττον, non οἷον, legi vides. nam ſic & apud Euſebium quædam Dionyſii cum ea ipſa quam habemus manifeſta alioqui deprauatione, legi vides.

Pag. XXVI. Paris. At XXXIII. Germ.

-γος ἐξ Ἰβηρ. Mirum eſt Lapum quoque vocem ἀναγκαζομένοις agnoſcere: quippe qui vertit, *Neque enim hic locus eſt ſecundum iter hominibus coactis ex Hiſpania in Argos: neque huiuſmodi tranſitus gratia tanto honore dignus eſſet habitus.* ita enim apud eum ſcribendum, non autem *eſt habitus.* A Gelenio quoq; hoc agnoſci participium videmus, ſed ei verbum infiniti modi addente: quum vertat, *Nec enim trita eſt per has terras via iis quos Argos ex Hiſpaniis petere cogit neceſſitas.* eúmq; ſuo more ſequutus eſt Portus. At ego tamen iis aſſentior qui deprauatum eſſe illud ἀναγκαζομένοις exiſtimant, & participii ἀνακομιζομένοις (vnde & ἀνακομιδὴ pro reditu apud hunc ipſum ſcriptorem) vel ἀναζευγνυμένοις, locum occupare puto. Habemus autẽ apud illum & ἀνάζευξιν ποιεῖσθαι, pro eodem.

Pag. XXVIII. Paris. At XXXVI. Germ.

ηγνόηται. Error hîc latet ſub verbo διεφθόνηται, ſimilis ei quem antea patefeci ſub voce διεσπουδασμένως latentem. vt enim illic δὴ ἐσπουδασμένως, ita hîc δὴ ἐφθόνηται reponendum eſt. nam ſicut in illo ita in hoc quoq; loco aptum hæc particula locum habet, legẽdo, τοῖς δὲ δὴ ἐφθόνηται. Scio alioqui, Ioachimum Camerarium, magni nominis, ſicut & magnæ doctrinæ virũ, διεφώνηται ſeu διαπεφώνηται reponendum exiſtimaſſe. Cæterùm illud ἐφθόνηται potius reddiderim *Præ inuidia omiſſus fuit*, ſeu *præteritus* aut *tacitus:* quàm *Inuidiosè narratus*. quoniam vſitatũ eſſe ſcimus φθονεῖν αὐτῷ τοῦδε, de eo quod præ inuidia dare illi recuſo.

ταγηραιά σ. Hanc quoque vocem καταγηραιά inter illas quæ à Græco ſermone ignorantur ponendam cenſeo, atque ideo καὶ τὰ γηραιὰ σώματα repono. Lapus autem neque hæc verba neque alia eorum loco agnoſcit.

Pag. XXXI. Paris. At XL. Germ.

συγ. Confirmat hic locus (ſicut & ille quẽ habes pag. LVI, ὑπὲρ ὧν ἐν ὑςέρῳ λεχθήσεται λόγῳ) meam quandã in paginam XXX emendationem, qua poſt ἐν ἑτέρῳ adiicio λόγῳ. Malè autem ἐν ὑςέρῳ λόγῳ reddi *poſt* vel *poſtea*, in Prole-

Prolegomenois docui. Vide quandam in paginam x x x annotationem.

λῳ. z. Quæ habemus, ab illis verbis, διὰ τὸ συγγενὲς, vſque ad hæc, ταύτης δὴ τῆς συγγενείας ἀναμνησθ, per parẽtheſin poſita ſunt: ſic tamen vt hæc, ταύτης δὴ τῆς συγγ. &c. pendeant ab illis quæ per parẽtheſin narrata ſunt: nec ſatis poſſit oratio cohærere, illis remotis: hoc modo, δεξαμένων δ' αὐτοὺς καὶ τὴν Ζακ. πρὸς φιλίαν, διὰ τὸ συγγενὲς, ταύτης δὴ τῆς συγγ. ἀναμνησθ, καὶ φιλοφρ. &c. nam hæc ταύτης τῆς συγγ. ἀναμνησθ referuntur ad ea quæ in parentheſi ſunt. Sunt autem & alii de quibus idem dicendũ eſt loci.

PAG. XXXIIII. PARIS. AT XLIII. GERM.

ἀκρωτηρ. Admonui alibi, pro καὶ ἐπιτυχεῖ, ſiue καὶ ἐπὶ τύχῃ, in mei codicis margine repoſitum fuiſſe Καιήτῃ, ex coniectura: & addidi, hãc in dubium vocari non poſſe videri, quòd iſtud promontorium à nutrice AEneæ nomẽ hoc accepiſſe ſcribat Dionyſius, ſicut & Virgilius in primis libri ſeptimi verſibus. Poſtea autem eandem & Glareani coniecturam fuiſſe comperi.

συμόντας εἰδ. Scriptum fuiſſe puto, ὡς δὴ οὐ δυνατὸν ὂν ἐν Ιτ. quod dictum ſit pro ὡς δὴ οὐ δυνατοῦ ὄντος. Facilè autẽ vocula ὂν omitti potuit, ob vocabulum præcedens in eandem ſyllabam deſinens: & verò eandem in tali loco & alibi omiſſionem reperi.

PAG. XXXVI. PARIS. AT XLVII. GERM.

καίωσιν. Quum paulo poſt ſequatur δικαιότερον μᾶλλον ἢ ἀπρεπέστερον, & eodem alibi quoque modo loquatur, non video cur dubitandũ ſit & hîc αἴσχιον μᾶλλον ἢ κάλλιον, ſcribere.

ποιοῦμεν. Pro καὶ ἃ commodè legetur καὶ ἅμα, repetendo ἀπὸ τοῦ κοινοῦ illa, ἱκέται γινόμεθα. Verùm & quid pro αὐτὸν reponi debeat, videndum eſt. Lapus certè ἄδικον legiſſe videtur: quippe qui vertat, *vóſq. de nobis nihil iniquum conſulere.* Quòd ſi αὐτὸν scripſiſſe Dionyſium putemus, αυ quidem in αυ tranſiiſſe, literas verò quæ in medio erant intercidiſſe dicemus.

PAG. XXXIX. PARIS. AT LI. GERM.

ἐν τὴν ἐκ Τρ. Deeſſe puto verbum, & ſcriptum fuiſſe φέροντες κληδοῦχοι αὐτήν. vel ἐκλιπεῖν αὐτήν.

θύρας. At Lapus non θύρας ſed ἱερὸν legit: quod ſcribens Dionyſius plures ſibi aſſentientes habebit.

φύσεως ἐθ. Græcæ linguæ conſuetudo poſtulat potius vt dicatur ἐθνείοις ἐκπόδιον.

PAG. XLI. PARIS. AT LIII. GERM.

ἀσπενδὴς. Scribo potius μεθ' ὅσης εἶχε δυνάμεως. Sic pag. 347, μετ' ἐλάττονος ἢ ὅσης τοῦ ἔχειν δυνάμεως. Alteram verò illam lectionem μεθ' ὅσην εἶχε δυνάμιν, vix ferri poſſe crediderim: ac potius ἄγων deeſſe, ſi ὅσην εἶχε δυνάμιν ſcriptum à Dionyſio fuiſſe credendum ſit. Alioqui certè nõ ἀπῆλθον, ſed ἀπήγαγον, aut aliud quodpiam actiuæ ſignificationis verbum ſcripſiſſe non immerito quis ſuſpicetur.

τοῦ τε μ. Suſpectum eſt vocabulum ἱκνουμένοις. Lapus, *Sed hæc quidem poſterius.* Pag. autem 35, legimus, ἀλλὰ τοῦ τε μὲν ἐν ὑστέροις χρόνοις ἐγένετο.

PAG. XLI. PARIS. AT LIIII. GERM.

καὶ θυσ. Legimus quidem & θυσίας ἐξαρχιερείας apud Dionyſiũ: ſed nec ἀρχιερείας tamen, ſuſpectum habere debemus, præſertim quũ & ἀρχιερώμενος, ab eo vnde ortum eſt hoc nomen verbo, pag. 74, legamus.

δυνατόν. Fortaſſe ſcripſit, ὅμως γε πρὸς τὸ αὐτὸ λέγειν. aut certè, ἢ κατὰ τὸ αὐτὸ πάντες, manente in ſequentibus ea quam habemus lectione.

αὖ ἐπιγρ. Omnino ſuſpectum mihi eſt verbum ἐπιγράφειν. quorſum enim hîc ἐπιγράφειν diceret, quũ locus γράφειν requirat? Præterea cur οὐδ' αὖ dixiſſe putemus, quum οὐδὲ dicendum foret? Suſpicor itaque has duas ſyllabas ἐπι initium eſſe verbi ἐπίσταμαι, quum Dionyſius ſcripſiſſet, οὐδ' αὖ ἐπίσταμαι, γράφειν οἴομαι δεῖν. Opponit autẽ illis iſta, ἃ αὐτὸς τε ἰδὼν ἐπίσταμαι, καὶ δι' ὃν οὐδὲν δέον.

PAG. XLVII. PARIS. AT LXII. GERM.

φθόνῳ, καὶ ἐρ. Malim τοῦ μὴ ἐκπεσεῖν. Huiuſmodi enim infinitiuis interdum præfixus inuenitur articulus τοῦ, apud hunc ſcriptorem, quum interdum abſit: ſed ſuſpecti non immeritò fuerint fortaſſe illi à quibus abeſt loci.

PAG. XLVIII. PARIS. AT LXIII. GERM.

ὡς αὐθρ. Vocis ῥᾳδιουργημάτων deleta prima ſyllaba remãſiſſe διουργημάτων manifeſtum eſt. Aptum enim rei de qua agit habet ſignificatum: & verbo quoque ῥᾳδιουργεῖν vtitur, initio paginæ 64.

μαχὴν. Scribo ὑπομένοντες, vt ὑπομένοντος αὖ ſit pro futuro ὑπομενοῦντος. Alioqui certè nullum hîc particula αὖ vſum haberet.

ἐφ' ἡ διάγειν. Scribo ὅσοι φιλόσοφοις.

PAG. XLVIII, & XLIX. PARIS. AT LXIIII. GERM.

φαίνε τὴν ἀξιωλ. Quid ſonare ἀξιολογουμένων, & cuius exemplo Dionyſium eo vſum eſſe dicemus? Eum certè, ſi hoc vſus verbo eſſet, Græcæ id linguæ affinxiſſe propemodum auderem dicere: (etiamſi alioqui ἀξιόλογος ei frequenti eſſe in vſu non ignorem, ſicut & aduer-

Digitized by Google

bium inde factum ἀξιολόγως)ſed contrà librarium aut librarios id Dionyſio, ſicut alia multa, affinxiſſe dico. Verùm hîc ita lectionē nouam ſimul & falſam in hunc locum introduxerunt, vt tamen veterem & veram ea incluſam reliquerint. nam ſi ex ΑΞΙΟΛΟΓΟΥΜΕΝΩΝ ſuſtuleris has literas ΛΟΓΟ, remanebit vera lectio ΑΞΙΟΥΜΕΝΩΝ. Neque enim dubitari poteſt quin legendū ſit, & ſcriptum à Dionyſio fuerit, οὐδὲν ὑγιὲς ἀπέφαινε τῶν ἀξιουμένων, quum & conueniat huic loco iſta huius vocabuli ſignificatio, & præcedat, ἠξίου τε πίστιν ποιήσασθαι ταῦτα τῶν λεγομένων, εἰ τοιοῦτος ὁ τῆς ὠδῖνος ἔσται γόνος, &c. Vt taceam, Lapi interpretationem oſtendere illum ita legiſſe. vertit enim, *Amulius autem nihil inesse ſani poſtulatis dixit.* quum paulo ante illud ἠξίου vertiſſet itidem, *poſtulabat.* Sic autē & paulo poſt eum de quo nunc agitur locum, ἀξιῶν habemus, καὶ μηδὲν εἰς τὴν κόρην αἴτιον οὔσαν τοῦ πάθους παραγνομεῖν ἀξιῶν. Quòd ſi ἀξιολογουμένων receptum vocabulum eſſet, eo certè ἀξίων λόγου vel ἀξίως λόγου λεγομένων ſignificari oporteret: quæ tamen ab hoc loco planè aliena eſſe videmus.

γυναιξὶ βρ. Hîc in interpretatione vocis συγκακουργούντων ſequutus eſt Lapū Gelenius, vertens ita hunc locum, *& deceptis aut etiam corruptis cuſtodibus.* quum συγκακουργεῖν dicantur qui operam ſuam præſtant & adiuuant ad impoſturam quampiam.

ζῶσας κατορ. An ὁ τῶν ἱερέων, vel potius ὁ τῶν ἱεροφαντῶν, reponendum eſt?

αἱ τῶν παλ. Hoc genus loquendi, λόγον δὲ ἔχουσιν ὡς ἀληθεῖς ἑκάτεραι, non videntur intellexiſſe interpretes. Nam quum Lapus ita hunc locum reddidiſſet, *Ac de Ilia quidem diſcrepant ſic ſcripta veterum, rationes habentia vtrinque veriſimiles:* reliqui duo, eum ſequentes, verterunt, vnus quidem, *Atque ita de Ilia veterum commentarij variant, vtraque tamen opinione veriſimili:* alter verò, cum nulla ſenſus, parua autem verborum mutatione, *Ita igitur veterum ſcripta de Ilia variant: vtraque tamen opinio aliquam veriſimilitudinem habet.* At ego Dionyſium nō dicere eas narrationes eſſe veriſimiles, exiſtimo, ſed tantùm vtranq; pro vera haberi. vt ſi quis de quopiam dicat, λόγον ἔχει ὡς δίκαιος, ſignificare volens quod frequentius dicitur, λόγος ἔχει δίκαιον εἶναι αὐτόν, Fertur eſſe vir iuſtus. Scio tamen λόγον ἔχειν interdum alium quoque vſum habere: ſed ità vt λόγον ἔχειν ſit idem quod εὔλογον εἶναι, & potius quod Latini dicunt Rationi conſentaneum eſſe, quàm quod dicunt Veriſimile eſſe.

PAG. XLIX. PARIS. AT LXV. GERM.

μηχαν. Ambiguus eſt hîc error. nā & ἀμήχανος & ἀχανὴς conuenientem hîc locum, & quidem ſenſu eodem, habere poſſunt. Quòd ſi pro ἀχανὴς irrepſerit iſtud ἀμηχανὴς, idem certè hîc quod paulo ante contigerit, vt ſub falſa lectione, vera, demptis tantùm aliquot literis, inueniri poſſit. Sed quid ſi Dionyſium non ἀμήχανος ſolùm ſed alicubi & ἀμηχανὴς legiſſe credamus? nam & alia quædā vocabula vtraq; terminatione & declinatione efferri videmus.

τῆς λόχ. Iungo ἠρέμα cum ἀπῄει, nō cum ἀποσῶσαι τῶν βρεφῶν, ita vt poſt hūc genitiuum interpungendum ſit, In eo autem ſe tanquam χειροήθης, id eſt manſueta, gerebat, quòd nō inde curriculo ſe proripiebat, præſertim magna paſtorum turba circumſtante, ſed lento gradu (ſic enim ἠρέμα interpretari malo) abibat. Verùm iſtis verbis, κατὰ πολλὴν ἀλογίαν τοῦ ποιμενικοῦ ὁμίλου, Gelenius hanc planè nouam dat interpretationem, *ob inſanos paſtorum ſtrepitus:* quum illis nihil aliud quàm turbā paſtorum contemnere ſolitam, velit intelligi. Verbo autem ἀλογεῖν itidem pro Contemnere vtitur ſuprà, pagina videlicet XXX.

PAG. LIII. PARIS. AT LXXX. GERM.

αὐχμῷ δρ. Magis placeret ἐν βουκολίοις. Habes autem hanc vocem libro IX, ποίμνας τε καὶ βουκόλια. Sequitur autem hîc, paucis interiectis, οἱ μὲν παῖδές εἰσιν ἐν τοῖς ὄρεσι βουκολοῦντες, ὥσπερ ἐκείνων βίος.

διωκόντες. Suſpectum eſt ἐπιστρέψας: & videtur certè aliud legiſſe Lapus, qui vertit, *conuerſus.* Ita enim locum hunc reddit, *Cæterùm nuntius, tum beneuolentia periclitantis, tum fortunæ miſeratione conuerſus.* Si igitur ἐπιστρέψας (quod valde vicinum eſt) pro ἐπιτρέψας ſubſtituamus, dicetur de eo qui cōuertitur, id eſt cuius ſententia mutatur ex mala in bonam: eo fere quo dictum eſt modo à LXX interpretibus, μή ποτε ἐπιστρέψωσι, καὶ ἀφεθῇ αὐτοῖς τὰ ἁμαρτήματα.

PAG. LIIII. PAR. AT LXXI. GERM.

παίδων, ἀδ. Huic fratri Fauſtuli, non Φαυστύλῳ, ſed Φαυστίνῳ nomen fuit, in exempl. Lapi.

PAG. LVI. PARIS. AT LXXIII. GERM.

ται ὡς διηρπ. Mirum eſt, Lapum, qui antea, pag. videlicet XXXI, rectè διαρπώμενος vertit *deceptus*, hîc in διηρπασμένος alia interpretatione vti. ita enim ille, *vt qui detractam à ſe coloniam per fraudem cerneret.* Sed in dubium aliquis vocabit fortaſſis an ita & ipſe legerit. qua tamen de re minimè dubito, ſed eum, quod fraudis ſeu impoſturæ genus id eſſet, interpretatione ſua explicare voluiſſe exiſtimo. Gelenius ita, *queritur ſe à fratre diſtractum eſſe.*

Ver. vlt. Non immeritò nouus cuipiam videatur hic participii διωκομένου vſus, ſignificatione actiua, ideóque ſit ſuſpectus: ſed aliud tamen quod huius ſcripturæ veſtigia retineat, ideóque

ideóque parua cum mutatione reponi poſſit, in mentem haud venit. Alioqui certè minimè oblitus ſum horum eadem de re verborum, in fine pag. præcedentis, τοῦ πλείονος ὠρέγοντο. Niſi fortè aliquis hinc coniiciat ſcriptū illic fuiſſe, ἀφανῶς δὴ ὀρεγομένου. Cæterùm illa quæ ſequuntur verba, τὸ δὲ μὴ μεῖον, non ſonant quod apud ambos interpretes poſteriores legitur, *quominus cederet*: ſed cum ἔχειν ex præcedentibus repetito iungere oportet.

PAG. LVII. PARIS. AT LXXV. GERM.

ἢ τὴν ἡμ. Deeſt fortaſſe poſt ἐν εὐπαθείαις participium ἀγομένην. Quid autem vocet εὐπαθείας (quod Gelenius malè Proſperos ſucceſſus interpretatur) oſtendunt cùm alii loci, tum is in quo εὐπαθείας & θαλίας copulat.

Ἑλλάδα π. Videndum annon magis veriſimile ſit Dionyſium κοινωνικωτάτην ſcripſiſſe, cū φιλανθρωποτάτην. Huic verò φιλανθρωπίας generi opponitur ἀκοινωνησία: ſicut iis qui κοινωνικοὶ appellantur, opponi ſolent οἱ ἀκοινώνητοι. vnde & ἀκοινώνητα φρονεῖν apud hunc ipſum ſcriptorem.

χαιότ. Non dubium eſt quin ἀρχαιότερον & ἑλληνικώτερον Dionyſius ſcripſerit: miniméque ferendum talem ſuperlatiui pro comparatiuo vſum, vel potius abuſum, putauerit.

PAG. LVII. & LVIII. PARIS. AT LXXVI. GERM.

γλῶσσα. Maior huic loco deprauatio ſubeſſe videtur, ea quā primo aſpectu præ ſe fert: quum ſcribendo, οἱ οὔτε φωνὰς οὔτε δίαιταν τὴν αὐτὴν ἔχοντας, habituri ſimus repetitionem illorum quæ proximè præcedunt, οὔτε ὁμόγλωσσα, οὔτε ὁμοδίαιτα. Interim verò vt quod datur accipiamus, ex βίᾳ facere βίοις licebit, aſſentiente non ſolùm vet. libro, ſed etiam Lapo.

Ἐλλὰς βαρβ. Veriſimile quidē eſt pro μηδ' ὅτι ſcriptū fuiſſe μηδ' ὅπου: ſed ad εἰσὶν quod attinet, vereor ne ſit vltimum vocabulum alîus membri quod initiū haberet ſtatim poſt μηδ' ὅπου. Fateor certè alioqui Lapum videri poſſe ita legiſſe, μηδ' ὅπου ἐπέχει. Cæterùm quamuis mirum videri queat quod hîc à Dionyſio ſcribitur, magis tamen mirari quis poſſit illud quod de AEtolis apud Liuium dicitur, *Linguam tātùm Græcorum habent, ſicut ſpeciem hominū: ritibus moribúſque efferatioribus quàm vlli barbari, imò quàm rapaciſſimæ beluæ, vtuntur.*

ὅλον μὲν ἐκ τῆς ἑλλ. Non dubito quin aliud quàm ὅλον ſcripſerit Dionyſius. At pro ἀγριωτάτοι videtur Lapus ἀγροικότατοι legiſſe potius quàm ἀγριώτατοι. quippe qui reddat, *barbarorum ruſticiſſimi*.

δὲ φων. Malim ἄκρως βάρβαρον: licet Lapus ſe quoque ἄκρων legiſſe oſtendat.

αὐτῆς συγγ. Fortaſſe ſcripſerat, ὑπ' ἐμοῦ συγγραφησομένων.

PAG. LVIII. PARIS. AT LXXVII. GERM.

αἱ θεοῖς. Hæc verba, καὶ τὸν ἐπιχώριον νόμον, à Lapo cum præcedentibus iunguntur. Nam is vertit, *ſacra ipſa iuuentus quadam diis dicata, ex illius gentis lege. à patribus enim ſolita mitti dicitur.*

ἔρημου καὶ ν. Si poſt πολίζοντας nihil deeſt (vt certè nihil deeſſe puto) dictū erit pro πόλισμά τι κτίζουσι, vel ποιοῦσι. Ac, quamuis τὸ χωρίον iungat cum ὀνομάσαντες, perinde eſt tamen ac ſi dictum eſſet, πολίζοντας χωρίον τι ὃ ὠνόμασαν Παλάντιον.

PAG. LIX. PARIS. AT LXXVIII. GERM.

πρὸς δὲ ἀκρ. Malim πρὸς ἀκρίβειαν εἰπεῖν.

Ver. vlt. Suſpecta mihi eſt ſcriptura huius loci. μεθ' ὧν οὔτε τὸ ἐπιβουλεύειν τοῖς πέλας κωλύεσθαι μὴ οὐ πονηρὸν εἶναι. nec dubito quin attentè conſiderata, aliis quoq; non ſuſpecta ſolùm ſit futura, ſed negotii etiam multum exhibitura. quid ſi igitur Dionyſium ſcripſiſſe, καὶ μὴ εἶναι πονηρὸν εἶναι, dicamus? Sic autem à me ſcribi parua cum mutatione vides, quum particulam καὶ duntaxat adiiciam. Non dubiū eſt porro quin eum quem dicemus prohiberi quominus vicino inſidietur, eadem opera prohiberi quominus in eum ſit improbus, ſeu improbè ſe gerat, rectè dicturi ſimus. Cæterùm poni duas negantes particulas pro vna & alibi videmus.

PAG. LXI. PARIS. AT LXXXI. GERM.

δαιμόνιον αὐτοῖς θεασάσῃ. Malim ἐπιθεάσῃ. Quam emendationem ex pluribus confirmare poſſum locis. Sed ad primū vt veniam, non longè abeundum erit. nam pag. quæ proximè præcedit, legimus eaſdem ferè eadem de re voces, οὐ μέντοι γε λήψεσθαι τὴν τιμὴν πρότερον, ἐὰν μὴ καὶ τὸ δαιμόνιον ἐπιθεάσῃ δι' οἰωνῶν αἰσίων. Vbi τὴν τιμὴν intelligere oportet τὴν βασιλείαν. Ita autem & hîc, μήτε βασιλείας μήτε ἀρχὰς λαμβάνειν, ἐὰν μὴ καὶ τὸ δαιμόνιον αὐτοῖς ἐπιθεάσῃ. ſi quidem digna fide mea coniectura eſt. Ibidémque libro 3, pag. 177, Germ. legimus, τοὺς θεοὺς ἔδει τὴν βασιλείαν αὐτοῦ δι' οἰωνῶν αἰσίων ἐπιθεάσαι. Ac velim lectorem eadem opera obſeruare quàm religioſè hac in parte ſe priſci Romani gererent, & quàm irreligioſè contra (vt ex aliquot eiuſdem ſcriptoris apparet locis) eorum poſteri aut ſaltem poſterorum quidam ſe geſſerint. Cæterùm legitur idem verbum ἐπιθεάζειν & libro v, de deorū itidem approbatione, ὡς κατέλυσαν ἐξουσίας ὅρκοις καὶ ἀραῖς, ἐπιθεασάντων θεῶν. Vbi quidam, *diis ipſis approbantibus*, vel *cum deo-*

rum approbatione: quidam, *deorum monitu.* At Lapus, *diis quoq; per oracula annuentibus.* quaſi idẽ ſonaret quod συγκατατιθεμένων διὰ χρησμῶν. Verùm in illo qui allatus fuit loco, ἐὰν μὴ καὶ τὸ δαιμόνιον ἐπιθειάσῃ δι' οἰωνῶν αἰσίων, nõ potuit eadem interpretatione vti, quum adiiciatur δι' οἰωνῶν αἰσίων.

οἷον εἰκ. Quin ſcribendum ſit τῆς ὁσίας αὐτῆς ἕνεκα, alii nos loci dubitare non ſinunt: verùm ab omnibus miror reddi hoc loquendi genus *religionis cauſa*, vel *religionis gratia*, quũ, non hic tantùm ſed alii quoque oſtendant loci id eſſe quod Latini *dicis cauſa*, vel *dicis ergo* dicebant. Ac, ne de hac quidem interpretatione vlla tibi dubitatio relinquetur, poſtquam multa ad eam pertinẽtia in Theſauro meo legeris. Sed Dionyſius ſuo quodã more (aut certè aliorum quoq; paucorũ) illud αὐτῆς adiicit: quum vulgò ὁσίας ἕνεκα tantùm dicatur.

PAG. LXII. PARIS. AT LXXXIII. GERM.

ἐκεῖνον τὸν χρ. Hunc locum ita vertit Lapus quaſi legiſſet, τῆς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ἢ καὶ τῆς ἔτι διαμενούσης. Hæc enim ſunt eius verba, *ex Athenienſium republ. ea quæ tũc erat, ſeu etiam ex præſenti, exemplo ſumpto.*

θος, Εὐπ. Fortaſſe ſcripſerat, Εὐπατρίδας μόνον ἐκάλουν, aut μόνους. Alioqui certè in μὲν mutandum eſſe illud μᾶλλον, & ipſe aſſentior, aut ante δυνατοὺς ponendum.

PAG. LXIII. PARIS. AT LXXXIIII. GERM.

διετελ. Scribo, ἐπὶ τὰ κρείττω μεταλαβών, vt in Prolegomenois admonui.

τας τοὺς κτλ. Et hunc locum & alios itidem in quibus præpoſitio ἐπὶ vſum præpoſitionis ἀπὸ accipit, ſuſpectos habeo, ſicut & alibi non diſſimulaui.

PAG. LXIIII. PARIS. AT LXXXV. GERM.

ὑπὲρ τοῦ μὴ λειφθ. Malim καὶ ὑπὲρ τοῦ μὴ λειφθ.

λάτταις ἐνοχλ. Gelenius quendam huius loci ſenſum, ab eo planè alienum, commentus eſt, duo etiã membra orationis (vt alibi ſæpe) in vnum coniungens: quum potius Lapi interpretationem ſequi debuiſſet. Nam aliud eſt οὐδεμίαν δωρεὰν προσίεσθαι, aliud, οὐδεμίαν χρηματικὴν δωρεὰν προσίεσθαι. Ac poterant aliquã δωρεὰν προσίεσθαι, & tamen minimè ἐνοχλεῖν: quod non itidem περὶ τῆς χρηματικῆς dici poterat. Hoc ipſo certè verbo de iis quæ exiguntur pecuniis vtentem audimus Fabricium apud Dionyſium. In iis enim quæ præcedunt ex Dionyſio excerptis De legationibus, pag. 33, Fabricium hæc dicẽtem audimus, οὐ γὰρ ἐνοχλεῖ τοῖς ἑκάστου βίοις ἡ πόλις ἡ Ῥωμαίων, ὥσπερ τινὲς ἕτεραι, ἐν αἷς ὁ κοινὸς μὲν πλοῦτος, ὀλίγος ἐστὶν, ὁ δὲ τῶν ἰδιωτῶν, πολύς. id eſt, *Haud enim Romanorum ciuitas fortunis cuiuſque negotium faceſſit.* ſiue *facultatibus.* Ita enim βίοις hîc accipit.

νικέστων ἀπεχόμενοι παρὰ τὸ νικᾶν. Ita loquẽs Thucydidem imitari voluit: apud quem habemus lib. 1, (pag. 15, prioris meæ edit. at poſterioris pag. 30) τῶν ἁπάντων ἀπειρότατοι εἰσὶ παρὰ τὸ νικᾶν. Videri autem poſſit illud, τῶν ἁπάντων ἀπειρότατοι, exponere Dionyſius: aut ſaltem, quomodo de illis hoc verè dici poſſit, oſtẽdere. Sũt enim reuera τῶν ἁπάντων ἀπειρότατοι παρὰ τὸ νικᾶν illi quos videmus tales eſſe vt nullius τῶν ἀνικέστων velint ἀπέχεσθαι παρὰ τὸ νικᾶν.

PAG. LXV. PARIS. AT LXXXVI. GERM.

ἐπικλ. Malim κλήσεως.

πατρ. ἀρχ. Vel πατρῴας ἀρχὰς, vel πατρικὰς, potius ſcripſiſſe Dionyſiũ crediderim. Sic πατρῴαν ἀρχὴν alibi non vno in loco dicit.

PAG. LXVI. PARIS. AT LXXXVII. GERM.

γίζεσθαι. Lapum legiſſe λογίζεσθαι manifeſtum eſt: ſed præterquam quòd actiuè potius dici ſolet λογίζεσθαι, quàm paſſiuè, videri queat ταυτολογεῖν hac adiectione: at ſi λογίζεσθαι legatur, (quo & alibi vtitur) non itidem tautologia fuerit: quoniam hæc quæ adiiciuntur, καὶ τάξιν ἕκαστον τῶν προσηκόντων ἀναλαμβάνειν, multo latius patent quàm illud λογίζεσθαι.

PAG. LXVII. PARIS. AT LXXXIX. GERM.

νομεύτων Αθ. Hanc laudem Athenienſibus alibi, non tãquam ex ipſorum ſed aliorum iudicio, tribuit.

χας. ἀλλὰ καὶ περ. Ambiguè dictum eſſe ἐξ αὐτῶν, in Prolegomenis monuiſſe me exiſtimo.

PAG. LXVII. PARIS, & LXVIII. AT XC. GERM.

γοι, περ. Malim τὴν περὶ τῶν θ.

θρώπ. Non minus placeret legere cũ Euſebio, hîc quidem κάλλιστα, verſu autẽ ſequenti προσανάψας. Niſi fortè προσάψας ſcripſiſſe potius exiſtimãdus eſt. Si tamen προσάπτοντας retineamus, intelligimus προσάπτοντας, ſequendo videlicet profanas illas de diis fabulas.

PAG. LXIX. PARIS. AT XCII. GERM.

λοπφ. Gelen. perinde vertit acſi ſcriptum eſſet, non θεοῖς αὐτὰ προσκείμενα, ſed θεοὺς αὐτοῖς προσκειμένους. Ita enim reddit, *quum deos quoque his obnoxios videat.* Eúmque Portus more ſuo ſequutus eſt. At bonus ille vir, Lapus Biragus, in eum errorem nõ incidit: ſed προσκείμενα *appoſita* reddidit: quum προσκείμενα θεοῖς ea ſint quæ de illis dicuntur, quaſi quæ à fama ſeu rumore illis aſſignẽtur & tribuantur.

λοπφ.

λοσφ. Longè diuerſum apud Euſebium (locum hūc citantem) vocabulum habemus, ἀσκοῦσι videlicet pro ἀποτετμημένοις. Cum illa autē lectione videri poſſit quodammodo conuenire quod legimus pag. 7. τοῖς περὶ τὴν φιλοσοφίαν ἐσπουδακόσι θεωρίαν. Nam quum præſentis quoq; ſignificatio ſub hoc præterito retineatur, hi certè τὸ θεωρητικὸν τῆς φιλοσοφίας μέρος ἀσκεῖν poſſe dici videntur. At noſtram lectionem ſeruantes, in hoc verbo ad eos reſpici dicemus qui (vt ipſe pagina 685 ſcribit) μὴ λόγων ἀλλ᾽ ἔργων ἄσκησιν ἡγοῦνται τὴν φιλοσοφίαν.

ὀχλ. διὰ τὸν νόμον. Videndum quomodo cum hac diſtinctione conuenire poſſint quæ alibi ſcribit, εἰς ἀφεῖσθαι στρατείας ὅτῳ ὁ χρόνος ὁ τῆς ἡλικίας ἀποδέδωκε καὶ ὁ νόμος.

σης φρ. Malim ὑπηρετεῖν.

τὰ προσῆκ. Suſpicor ſcriptum à Dionyſio fuiſſe αἱ ὧδε προσαγορευόμεναι, quum videlicet appellationis illis impoſitæ mentionem feciſſet: quæ quidem mentio à librario prætermiſſa fuerit.

PAG. LXX. PARIS. AT XCIII. GERM.

ζωδν. ἀποκ. Si ἀποσυνεζευγμένας reponamus, multi hanc emendationem loci confirmabunt.

τειαν. Sic & apud Plutarchum ἐπιτάφιον legimus: quum alioqui videri poſſit magis rationi conſentaneum vt ἐπιτάφιον ſcribatur: & quidē id alibi (niſi me memoria fallit) legerim.

PAG. LXX. PAR. AT XCIIII. GERM.

σοφὸς ἐν λ. Ineptam meritò quis adiectionem iſtam dixerit, ἐν λόγοις. quis enim neſcit, nō aliter quàm ἐν λόγοις poſſe aliquem res diuinas exponere? Vt taceā, potius λόγοις quàm ἐν λόγοις, dicendū fuiſſe. Sed nihil minus Dionyſio in mentem venit quàm iſtud adiicere. Quid igitur ab illo ſcriptū fuiſſe ſuſpicabimur? Scriptum fuiſſe σοφὸς ἐν ὀλίγοις, non ſuſpicabitur, ſed planè perſuaſum habebit qui iſtud loquendi genus & alibi apud illum obſeruarit. A me quidē obſeruatū fuit, cùm alibi, tum pag. 176. ἀνὴρ ἐν ὀλίγοις ἄξιος ἐλλογιμώτατος.

κπόνον ἀξ. Pro ἀξιούμενοι (pro quo Lapus δεξόμενοι videtur legiſſe, quod ab hoc loco alienum eſt) ſunt qui ἐξωσάμενοι vel ἐκσβεσάμενοι reponant: ſunt & qui ἐξελούμενοι ſubſtituant: at ego veram lectionem eſſe puto ἐξιασάμενοι, cuius & manere veſtigia videmus.

PAG. LXXII. PAR. AT XCVI. GERM.

ἐμπεσὼν ὁμ. Quum diu miratus eſſem cur adiecta hîc à Dionyſio negans particula eſſet, & γυναικὶ μὴ συνοικεῖν, nō autem γυναικὶ συνοικεῖν, vt rationi conſentaneum erat, ſcripſiſſet: tādem non ab illo ſed à librario adiectionem hanc profectam eſſe comperi, quum eam Lapus in ſuo exēplari non habuerit. vertit enim, *iurare coactus à cenſoribus, liberorum gratia ſe matrimonium colere*. Conuenit autem hoc & cum eo quod apud Gellium legimus, *Iurare à cenſoribus coactus erat, vxorem ſe liberorū quærendorum gratia habiturum*.

PAG. LXXIII. PAR. AT XCVII. GERM.

κατὰ τὴν οἰκ. Sequutus eſt hîc Lapum Gelenius. nam & Lapus vertit, *nihil eo motus, ſiquis hanc permiſſionem crudelem grauioremque ſuſpicetur quàm ex domeſtica miſericordia*. Atqui quam vocari domeſticam miſericordiam dicemus? vel, (vt Gelenii verbis vtar) quem affectum, & cur appellari domeſticum? Id ſanè minimè quærēdum, (nam poſtea & hoc quærere oporteret, an rectè appellatione illa vſus ſit) ſed potius alia vocis Græcæ interpretatio quærenda nobis eſt. Dico igitur, οἰκείαν συμπάθειαν debuiſſe reddi *affectum proprium*, vel *ſuum*. Nihil enim aliud intelligit, quàm legiſlatorem Romanorum nihil penſi habuiſſe an aliquis hanc permiſſionem crudelem iudicaret, illā ex ſuo affectu metiens. Nec verò συμπάθειαν rectè dixerim reddi Affectum ſimpliciter, ſed potius dici debere Affectum ad miſericordiam propenſum, aut etiā Animum ad miſericordiam propenſum. Atque ita, quum Lapus quidem *miſericordiam*, Gelenius autem *affectum* dixerit, nos ex duabus non ſatis aptis interpretationibus vnam aptiſſimam faciemus.

PAG. LXXV. PAR. AT C. GERM.

μυθητ. Scribo, ὡς σὺν ἐφ᾽ ὕβρει.

χθη διὰ θ. Scribēdum, εἰς ὃ τέλος ἐχώρησεν. vel, εἰς ποῖον τέλος ἐχώρησεν. Malè autem interpretatus eſt Gelenius, *& in quem finem factum eſſet*. Ac potius ſequi Lapū debuerat, interpretantem, *& quem ad finem rediſſet*: atq; ita minus quidem Latinè ſed magis fideliter ſenſum exprimentem. Magis autem Latinè diceretur, Quem exitum habuiſſet, vel, Quid ex eo conſequutum eſſet. At verò in aliquem finem fieri quidpiam poteſt, & tamen aliud planè euenire quàm id quod cupiebamus, & quod nobis ceu finem ac ſcopum proponebamus.

PAG. LXXV, & LXXVI. PARIS. AT CI. GERM.

τας καὶ χρ. Non dubiū eſt quin πλείω pro πλείοσι reponi debeat. Sic autem non vno in loco χρήμασι δυνατὸν vel χρήμασι δυνατοὺς dicit. quo & Thucydides modo loquitur.

ἤσαν ἐκ. Miror non admonitos fuiſſe lectores de hoc participio αὐτικαθισταμένων, quū ferri nullo modo poſſit, & participii ἀνθισταμένων ſedem occupare, nemo negaturus ſit. Atq;

Google

ita in mendoſa lectione hîc quoque eam quæ mendo caret inueniemus, vnius ſyllabæ detractione.

PAG. LXXXI. PAR. AT CIX. GERM.

ψιν καὶ τοῦ ῥωμ. Ad implendam quæ hîc eſt lacunam videtur opus eſſe verbo: & quidem εἶχε id eſſe dicerē, niſi ſtatim ſequeretur, ὡς εἶχε τάχους: & durum hoc futurum eſſet, καὶ τοῦ ῥωμύλου (ῥᾶον γὰρ ἤδη ἐκ τοῦ τραύματος εἶχεν) ἐκβοηθήσαντος ὡς εἶχε τάχους. Videndum igitur annon potius ſcribendum ſit, eodem alioqui ſenſu, ῥάων γὰρ ἤδη ἐκ τοῦ τραύματος ἐγεγόνει.

τῶν ἐσχ. Ille quoque bonus vir, Lapus Biragus, ad huius loci emēdationem ſua interpretatione nobis præiit. Emendabitur autem adiiciendo negantem particulam, vt pro ἀπιστῆς legatur οὐκ ἀπιστής.

κα αἰαχ. Idem de præpoſitione κατὰ hîc dico quod antea de illa dixi in illo vocabulo καταγηραιὰ, eam hîc ſedem minimè ad ſe pertinentem inuaſiſſe: ideóque ſcribendum eſſe ὑψηλοῦ pro καθυψηλοῦ.

PAG. LXXXII. P. AT CX. GERM.

πόλεμος εἰς. Lego συνειστήκει, vt alibi ſæpe loquitur.

ξιν, ἐρ. Videtur deſiderari ἦν poſt ἀφανοῦς, vel poſt ἐν Σαβίνοις.

γων. Non immeritò hîc quoque Dionyſium, tanquam Græci ſermonis leges violantem, reprehenderemus, ſi eum ita ſcripſiſſe perſuadere nobis poſſemus. Sed eum vel εἰσηγησαμένη, non ἡγησαμένη, vel τούτου & τοῦ βουλεύματος, cum ἡγησαμένη, ſcripſiſſe, contendo: idémque mecum cōtendent qui in Græco ſermone ſunt exercitati. Malim tamen ἡ δὲ τοῦτο εἰσηγησαμένη τὸ βούλευμα, quàm ἡ δὲ τούτου ἡγησαμένη τοῦ βουλεύματος, tū quòd minor illic quàm hîc futura ſit mutatio, tum quòd illo potius quàm hoc loqui modo eum animaduerterim. Sic certè & pag. 141, in fine, τὸ ἔργον εἰσηγησαμένοις.

PAG. LXXXV. P. AT CXIIII. GERM.

χοῦσαν ἐπ'. Abſurdè hoc de exercitu diceretur, ἐποίησε θεὸς τὴν στρατιὰν ὑπακούουσαν τῆς ἀρχῆς (vt tamen hîc ſcriptum eſt) contrà verò iſtud rationi eſt conſentaneum, θεὸς ὑπακούσας τῆς ἀρχῆς ἐποίησε σῆμά τι, &c. adeo vt minimè dubitādum ſit quin illud ὑπακούουσαν in ὑπακούσας mutare oporteat: etiamſi inter mendoſos locos poſitus hic nondum fuerit.

PAG. LXXXVIII. P. AT CXVIII. GERM.

δίκην αὐτὸς μ. Parua hæc lacuna quæ eſt poſt μόνος, adiectione vnius participii expleri poterit. Nullum autem aptius futurum exiſtimo quàm ἐπιπλέως. quoniam aliquot locis hoc loquendi genere, δίκην ἐπιπλεῖν, vtitur: quod & Latino Cauſam peragere, reſpondet.

PAG. XCIII. P. AT CXXIIII. GERM.

ουντων τὸν ἀφαν. Scimus quidem, iſta verba, ἔτε κατὰ δαίμονος πρόνοιαν, &c. primo aſpectu, cū præcedentibus iungi, vt hæc, ἔτι γὰρ ἀγνοούντων τὸν ἀφανισμὸν αὐτοῦ ῥωμαίων ἔτε κατὰ δαίμονος πρόνοιαν, ἔτε δὲ ἐπιβουλῆς ἀνθρωπίνης ἐγένετο, idem valeant acſi dictum eſſet, ἔτι γὰρ ἀγνοούντων τῶν ῥωμαίων ἔτε κατὰ δαίμ. πρ. ἔτε δὲ ἐπιβ. ἀνθρωπίνης ὁ ἀφανισμὸς αὐτοῦ ἐγένετο: & interpretes ita hæc intellexiſſe: ſed videndum annon potiùs per parentheſin à Dionyſio hęc poni dicendum ſit, ἔτε κατὰ δαίμ. πρόνοιαν, &c. Nam ſi dicamus, Quum enim Romani nondum ſcirent vtro modo è conſpectu hominū ſublatus Romulus fuiſſet, videbitur ita loqui tāquam id poſtea ſciuerint: quum tamen ipſe rem hanc in dubio manere fateatur.

PAG. XCIII. P. AT CXXV. GERM.

των ἰδία τι καὶ δ. Scribendum, οὐκ ἀφ' ἑνὸς εἴδους τῶν τῆς τέχνης θεωρημάτων. Valde autem hîc falluntur interpretes, qui hoc θεωρημάτων perinde intelligunt acſi Dionyſius dixiſſet, ἀπὸ τοῦ θεωρεῖν, videlicet τοὺς ὄρνιθας. (vertunt enim *ab auium ſpectatione*, ſiue *obſeruatione*) quum θεωρήματα alicuius artis ei ſint quæ Cicero poſſe dici præcepta putat. Sic pag. 258, μοῖρα δὲ οὐκ ἐλαχίστη τῶν ἐν μαντικῇ θεωρημάτων, ἑρμηνεία ὀρθή. Quinetiam de arte hiſtorica, in procemio, ταῦτα δὲ νομίζω ἀναγκαῖα καὶ πρῶτα θεωρήματα τοῖς ἱστορικοῖς εἶναι. Nō igitur illuc, verùm ad id quod ipſum vocis Latinæ etymum oſtendit, reſpexiſſe Dionyſius exiſtimandus eſt.

PAG. XCVII. P. AT CXXXI. GERM.

δὲ ὅποιας δ. Mirum lectori non immeritò videbitur, Dionyſiū ita loqui, τί γὰρ δεῖ τὰ πλείω περὶ αὐτῶν γράφειν: nihil enim inueniet cuius ratio hac particula γὰρ reddēda ſit. Sed ego, vel hæc præceſſiſſe, ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἅλις, ſiue, ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἀρκούντως εἴρηται, aut τὰ ἀρκοῦντα εἴρηται: vel alia quæpiam his ſimilia: vel perinde loquutum eſſe acſi hæc præceſſiſſent, dico. ſic tamē vt fatear veriſimilius illud quàm hoc, mihi quidem certè, eſſe. Neque verò interim neſcius ſum, particulam γὰρ nōnunquam interrogationi ſeruire: ſed tamen hîc potius τί δὲ δεῖ &c. dicturum fuiſſe crediderim. Eſt porro Thucydideū illud τὰ πλείω, pro πλείω, non præfixo articulo. Sic 337, in fine, τὰ πλείω γράφειν.

PAG. XCVIII. P. AT CXXXII. GERM.

θυσία τι κ. Non ſolùm θυσία ſcribendum, ſed etiam ἄλλη inter καὶ & θεραπεία interiiciendum

dum exiſtimo: etiamſi alioqui talem vocabuli illius ellipſin & in aliis Dionyſii locis inueniri non ignoro.

Pag. xcix. P. At cxxxiii. Germ.

πιϐασμ. Vel ὑποφη) ſcripſit, vel huic vocabulo προφη) illius ſignificationē hoc loco dedit.

Τῶς ὅρ. Quomodo verum comperietur quod dicit? ſi enim Latini TERMINOS (vt habent interpretes) dicunt pro eo quod Græci ΤΈΡΜΟΝΑΣ, quis non videt maiorem apud Latinos quàm vnius literæ eſſe mutationem? Ego quidem cum hoc dicerem, non ad TERMINI, ſed ad TERMINES (vnde factum poſtea fuerit TERMINI) reſpicere exiſtimo. illud enim TERMINES vnica differre à Græco ΤΈΡΜΟΝΕΣ litera videmus. Ac de nominatiuo quoq; ſingulari hoc verum comperietur, ſi eum, analogia ſeruata, conſtituamus TERMEN, genere itidem maſculino. Grçcū enim eſſe TERMEN, vnica litera excepta, nemo negauerit: quum à Græcis ΤΈΡΜΩΝ dicatur. Addo & hoc, mirari quempiam poſſe, TERMINAS illum in accuſandi caſu dicere, ſeruata Græci ΤΈΡΜΟΝΑΣ terminatione, quum tamen Latini in accuſandi caſu, non minus quàm nominandi, TERMINES (ab illo maſculino TERMEN) dicere debeant. Verùm hoc reſponderi poteſt, Latinos non ſua ſolùm in ES ſed Græca etiā in AS terminatione nonnunquam vti, præſertim in certis quibuſdam nominibus: quorum in numero Dionyſius poni iſtud poſſe exiſtimauerit.

Pag. c. P. At cxxxiiii. Germ.

Ἐ σωφρ. Si hîc dixiſſet Dionyſius σωίςησι, vno compoſito pro altero vſus vel abuſus potius eſſet: quare aut in καθίςησι mutandum dixerim hoc σωίςησι, aut certè in aliud quod eandem quidem præpoſitionē præfixam habet, ſed ex alio verbo factum eſt. Id certè fuerit σωίςαλι. Talis autem & in ſequētibus error occurret.

Pag. ci. P. At cxxxv. Germ.

Διαλλ. Pulchrum loquendi genus poſtliminio in Dionyſii hiſtoriam mea opera redibit. ita enim ſcribendum eſſe & ſcriptum fuiſſe dico, Ἐ ἐπὶ διαιτητῇ Νομᾶ τὰς ἔχθρας διαλύειν ἠξίουν. eodem videlicet modo quo dicitur ἐπὶ δικαςῇ, ſequente hoc ipſo vel ſimili quopiam verbo. Vtitur autem & alibi hoc nomine διαιτητής. At poſt τοῦτον deeſſe οὖν, vel δὴ, vel μὲν δὴ, aut δὲ, nemo non fatebitur.

τι οὐ πλὼ πεὶ λ. Repono λόγους, iungens ἄχρηςον cum παιδείαν, contrà quàm interpretes. Dixi autem de hoc loco quædam & in meis Prolegomenois.

Pag. cii. P. At cxxxvii. Germ.

δόγματα π. Pro δόγματι non dubiū eſt quin aliud reponi vocabulū debeat: ſed quodnam ex multis quæ in mentem veniunt, reponere debeam, de hoc verò multū dubito. Interim tamen magis ad ἐξηρήματι, quàm ad vllum aliud, mens inclinat.

πεάξ. Pro καὶ ἄλλαι ſcribendum eſſe καὶ καλαὶ, clamant vel ipſa huius lectionis veſtigia quæ in illa ſuperſunt.

ἄδειαν ὑπαχ. Poſt παρεσκεύασε deeſſe infinitiui modi verbum ſuſpicor. Aptè autē ſcriberetur, καὶ πολλοὺς παρεσκεύασε τοῦτο ποιεῖν, ἀκίνδ. vel aliquid huiuſmodi.

κινδ. Locus hic multis negotium exhibuit, non animaduertentibus, ἀποθέσθαι ad κωλυόμενοι ferri, atque ab eo pendere. *A quibus quæſtibus* (inquit) *recondendis quum nullo metu deterrerentur.* Non enim huiuſmodi hominibus ſatis eſt prædari, ſed illis videndum etiam an ſint habituri tutam ſuarum prædarum apothecam (libet enim nomine quod ex illo ipſo ἀποθέσθαι factū eſt vti) Tutam autem eos habere potuiſſe oſtendit, quum dixit ἄδειαν ὑπαρχούμενος. Scimus enim, de illis quibus ἄδεια promittitur, aptiſſimè dici (tanquam ad etymum illius vocabuli ἄδεια alludēdo) ὑπὸ δέους οὐ κωλυόμενοι.

Pag. cvii. P. At cxliii. Germ.

οὐ μόνον ἐβούλ. Ne hanc quidem lacunam explere difficile eſt. nam quum appareat debere præcedere eodem pertinentem vocem, ſed qua tamē aliquid quod ſit leuius, ſignificetur, & veriſimile ſit vſum eſſe vocabulo quod eandem cum illo ἐπανάςασιν originem habeat: aut ἀπανάςασιν, aut ἀπόςασιν, omiſſum hîc eſſe, credibile eſt. Verùm ἀπόςασιν agnoſcere Lapi interpretatio videtur. & magis etiā alioqui placet, quòd ſignificationem magis huic conuenientem loco habeat. *qui non tantùm* (inquit) *à vobis deficere ſed inſurgere ipſi in vos quoque cogitarunt.*

Pag. cviii. P. At cxlv. Germ.

δὴ καὶ ἐπιμ. Vel ἐμφιλοχωρήσοντι τοῖς πατε. vel φιλοχωρήσοντι ἐν τοῖς πατε. ſcribendum puto: quamuis & alibi verbū iſtud φιλοχωρεῖν apud hūc ipſum ſcriptorem ita iunctum datiuo inueniri ſciam. nam & ibi eodē ſuſpectam modo ſcripturā habeo, præſertim quum & altera illa quę prępoſitionē adiicit, apud eum alibi extet.

Pag. cx. P. At cxlvii. Germ.

φοτ. Scribendum eſſe τὰ δίκαια τὰ πλοῦτες, multis rationibus euincam in paginam 230; vbi itidem πεάτλειν pro πλέειν eodem cum nomine legitur.

PAG. CXI. P. AT CXLIX. GERM.

λα̃ τοῖς σοῖς λ. Is quidem animaduerſus fuit error qui eſt in verbis proximè ſequẽtibus, ſed non item qui hîc eſt. nã hæc, καὶ ἐν ἴσῳ τὰ πολλὰ τοῖς σοῖς λόγοις ἐλεγχθησόμενα, quid ſibi volũt? Ego, Dionyſium ſcripſiſſe, ἐν ἴσῳ τὰ πολλὰ τοῖς ὀλίγοις ἐλεγχθησόμενα, perſuaſum habeo: & vix quenquam de hac emendatione mihi reclamaturum puto. Quum autem iam duobus in locis λόγοις ſedem ὀλίγων occupare oſtẽderim, mihi & in tertio quodam loco eundem obſeruaſſe errorem videor.

PAG. CXII. P. AT CL. GERM.

λοις μετ. Poſt πολλοῖς aut poſt γένεσιν deeſſe ὁμοίας, vel κοινῆς, nemo (vt opinor) mihi non fatebitur.

PAG. CXIII. P. AT CLII, & CLIII. GERM.

ἄνδρας ἀγ. Sicut pag. 150, de iiſdem dictum fuit, τὰ πολέμια ἀγαθοὺς, ita & hîc ſcriptum fuiſſe credibile eſt: prætertim quum & alibi hũc accuſatiuum πολέμια (niſi fortè πολεμικὰ ſcripſit) nomini ἀγαθοὶ præfigi videamus. Scio tamen alioqui, ſine adiectione etiam ἀγαθοὺς poſſe dici.

χεὸς τὴν χ. Si ἐντρεπόμενοι in ἐντρέπεσθε mutetur, nihil adiiciendum fuerit poſt μίασμα: at ſi retineatur, vel ἀναδύεσθε ex pag. præcedente adiiciendum fuerit: vel parentheſi includenda fuerint hæc tantùm verba, οὐ γὰρ δεῖ κακὴν (vel potius κακοὶ) ψυχὴν ὁμολογοῦντες εἶ). perinde enim erit acſi dictum eſſet, εἰ δ᾽, ὅτι τὸ συγγενὲς ἐντρέπεσθε μίασμα, τοὺς ἔξω γένους ἄξ. Sed Lapi lectio paulo alia fuit, quamuis eundem ſenſum efficiens, vertit enim, *Sin autem vos cognationis inquinamentum veriti (non enim oportet timidi animi indicium apparere) alios potius extra genus veſtrum vocandos cenſeatis: neque nos vllam vobis pugnæ neceſſitatem afferamus.* Sed noſtra lectio haud minus & paulo etiam plus mihi placet quàm iſta.

PAG. CXV. P. AT CLIIII. GERM.

ερικας πε. Eundem hîc eſſe errorem puto quem antea ex quodã loco ſuſtuli, Euſebii autoritate adiutus, vocis ἱερὰ videlicet pro ἱερεῖα poſitæ.

τι εἰς δ. Non immeritò fortaſſe quis miretur cur non potius dictũ ſit, ὥς τε δάκρυα προςπεσεῖν ἅπασι.

PAG. CXV. P. AT CLV. GERM.

λῶ πλ. Sylburgius pro καὶ δρώμενα legendum putat καὶ ὑφορώμενα, ſicut præcedit τὰ μέλλοντά τε καὶ ὑποπτευόμενα. nec certè male conuenit rei de qua agitur illud participium ὑφορώμενα: ſed tamen mihi magis placet vt reſpiciendo ad hæc quæ itidem paruo interuallo præcedunt, ἅμα μὲν πρὸς τὰ δρώμενά τε καὶ ὁρώμενα ὑφ᾽ ἑκατέρων, relinquamus hîc δρώμενα, ſed particulam negantem μὴ ei præfigamus. Ac ne ille quidem (vt opinor) ſibi magis placere hanc meam coniecturam inficiabitur.

κράσεις συμπ. Vtitur hîc verbo λαμβάνειν eo quo Thucydides modo, quum dicit aliquid λαμβάνειν εἰς τὸ μεῖζον. quod genus loquendi Liuius imitatus eſt. Mirè etiam hoc dictum eſt, ἐπὶ τὰ βεβουλευμένα ἐλάμβανε τὰ πρασσόμενα, quum ſignificare velit, Ita geri ſingula opinabatur vt ea geri debere cogitabat. Vel breuius, Suæ cogitationi conſentanea geri opinabatur. Malo enim cogitationem hîc quàm cõſilium dicere: alioqui certè & ipſe redderem, Et ſuo conſilio rem geri interpretabatur.

ναι ἐκ τοῦ φιλ. Sicut συμπαθεῖν, ita etiam συμφιλονεικεῖν ſcriptũ hîc fuiſſe dico. Nec verò alibi eodem verbo nõ vtitur. nam legimus pag. 384 ἄνδρες δ᾽ ἀκέραιοί τι, καὶ τῶν κινδύνων οὐδετέροις συμφιλονεικοῦντες. Malè autem illud πάθους intellexit Gelenius: quum vertat, *paulatim ſe periculorum & caſuum participes facerẽt.* nã in vocabulo πάθους reſpicitur ad illud συμπαθεῖν: & intelligit Dionyſius, eos nõ animaduertiſſe ſe tandẽ haud aliter animo affici quàm illos ipſos qui periclitabantur. Quinetiam ad genitiuum τῶν δρωμένων non minus ἀγωνιᾶν quàm θεατὴν referri exiſtimo.

PAG. CXVI. P. AT CLVI. GERM.

κην τῷ πατρί. De hoc ἔδει, more Herodoti poſito, dictũ à me fuit in Prolegom. cap. XIII. Cæterùm pro illo διευτυχεῖν non minus libẽbẽter legerem δεῖ εὐτυχεῖν: etiamſi διευτυχούντων alibi habeamus, pag. videlicet 198. Ibi enim aptiorẽ habere quàm hîc ſedem videtur, quũ præcedat πάντα: & διευτυχεῖν (ſi tamẽ ita ſcripſit Dionyſius) aliud eſſe non poſſit quàm πάντα vel πάντῃ εὐτυχεῖν.

PAG. CXVII. P. AT CLVII. GERM.

ὕλινος ἔχ. Magis mihi placeret legere, ὕλινος ἔχων ψυχὴν; οὐχὶ θνητὸν; at Lapus, contra ſuum morem, aliquid libertatis hîc ſibi conceſſit: quippe qui verterit, *ferreum animum gerens.*

φιλ. Ante φιλοῦντος ſuſpicor deeſſe μισοῦντα. vel μᾶλλον δέ. Et verò Lapum ſuo in exemplari alterutrum habuiſſe crediderim. vertit enim, *Imò (inquit ille) ciuis amantis patriam.*

PAG. CXIX. P. AT CLX. GERM.

καὶ περὶ τῆς συμ. Quomodo μεταπίπτοντα ad illos accuſatiuos τὴν οἰκείαν δύναμιν referemus? Id ſanè facere nõ poſſumus: ideóq; deeſſe ἄλλην poſt καὶ crediderim: & ſcriptũ fuiſſe, καὶ ἄλλην

καὶ ἄλλων παρὰ τῶν συμμάχων μετεπέμπετο: Neque tamē negauerim tolerari poſſe quam habemus lectionem, ſed referendo verbum μετεπέμπετο ad δύναμιν tantummodo, & illud ἄλλων ſubaudiendo.

ὑπὸ φόβου. Ante vel poſt ὑπερβάλλεσθαι, aut βουλόμενος, aut aliud huiuſmodi participium deſiderari videtur: niſi potius ὥστε ὑπερβάλλεσθαι ſcriptum fuiſſe credendum eſt. Hanc ſanè particulam & alibi à librario in tali loco omiſſam obſeruaui.

PAG. CXXIII. P. AT CLXV. GERM.

φεύγειν δεῖν. Vel poſt ἀποκλειόμενοι aliqua deſunt vel pro δυνάμενοι ſcriptum fuiſſe δύνανται, aut potius δυνήσονται, exiſtimandum eſt. Verùm ne hoc quidem loco iſti planè medetur: quum ſuſpenſa relinquatur oratio poſt ἐνθυμηθέντες οὖν &c. & vel ſequi debeat ἵνα, abſq; particula ἀλλὰ, vel ante ἀλλὰ aliquid præcedere quale nimirum fuerit, μὴ φοβεῖσθε, vel μηδὲν φοβεῖσθε. Pulchrè enim ſeries orationis ſe haberet, ita legendo, ἐνθυμηθέντες οὖν ὅτι ἐν καλῷ τοὺς ἐχθ. ἡμῶν ἔχομεν, οἱ μὲν αὐτ. &c. μὴ φοβεῖσθε, ἀλλ' ἴτε σὺν π. κ.

PAG. CXXXI. P. AT CLXXVI. GERM.

ἰδιώτης ὤν, καὶ γ. Minimè aptum huic loco vocabulum, ὑπογραφόμενον, alius cuiuſdam quod ei conuenientiſſimum eſt, nec multum tamen ſcriptura differt, ſedem occupat. Id autem eſt ὑποτρεφόμενον De qua ſcriptura ne dubitemus facit etiam verbum ὑποτρέφειν (à cuius paſſ. voce hoc particip. eſt) ſimili de re dictum. Legimus enim pag. 275, ἀλλ' ἀκριβῶς μάθητε οἵους σκύλακας ἡμῖν ἡ Ταρκυνίου τυραννὶς ὑποτρέφει. Vtitur que eodem modo hac ipſa voce & alibi. Sed ſicut hîc participium ὑπογραφόμενον ſedē illius ὑποτρεφόμενον occupauit, ita etiam ἐπιτρέφεσθαι alicubi locū inuaſiſſe verbi ὑποτρέφεσθαι videmus, vt pag. 424 οὐ μικρὸν αὐτοῖς δέος ἐπιτρέφεσθαι νομίσας. neque enim dubium eſt quin ὑποτρέφεσθαι ſcribendum ſit. At minus etiā dubitari de hoc poteſt loco, libri x, ἵνα δὲ μᾶλλον μάθῃς ἡλίκον δέρα τῇ πόλει κακὸν ἐπιτρέφων ἐλάνθανες. minus (inquam) dubitari poteſt quin itidem hoc participium ἐπιτρέφων pro ὑποτρέφων irrepſerit. Nulla certè ſuper hac re neque hoc in loco neq; cæteris controuerſia fuerit ei qui in homines Græcæ linguæ peritos incidet. tam enim aptum his locis vſum habere præpoſitionem ὑπὸ quàm contrà alienum ab illis habet ἐπί, ſtatim animaduertet.

PAG. CXXXI. P. AT CLXXVII. GERM.

σὺν τοῖς ἡμαρτ. Lenius quiddam ſonare videtur ἀδίκως quàm vt locum habere hîc poſſit: aut ſaltem, is qui, poſtquā dixit ἄνδρα μιαρὸν καὶ τοσούτοις ἡμαρτημένον φόνοις addit ἀδίκως, aliquid minus graue addere videtur. Hinc fit vt mihi ſuſpectum ſit iſtud vocabulum.

θεραπ. Scribo διὰ ταῦτα.

τῶν τῆς θ. Rationi conſentaneum eſſet ita loqui, ἄλλαι τε νόσοι καὶ λοιμοὶ, καὶ ἄλλαι βλάβαι. Alioqui enim is qui dicit, νόσοι τε καὶ λοιμοὶ, videtur τοὺς λοιμοὺς ſeparare ἀπὸ τῶν νόσων, tanquā hac appellatione minimè poſſint aut debeant comprehendi. Deinde qui poſt νόσοι τε καὶ λοιμοὶ ſubiungit καὶ βλάβαι, nemo nō putet eum νόσους & λοιμοὺς inter βλάβας minimè velle numerare. Neque tamen veriſimile eſt Dionyſium, ἄλλαι τε νόσοι καὶ λοιμοὶ καὶ ἄλλαι βλάβαι ſcripſiſſe: quoniam dura nimium eſſet nominis ἄλλαι tam vicini repetitio. At minus durè locutus eſſet, ſi dixiſſet, λοιμοί τε καὶ ἄλλαι νόσοι καὶ βλάβαι. Verumtamen ego, quum illud adiectiuum aliquot aliis ſimilibus in locis omiſſum obſeruarim, cogor ἐπέχειν.

PAG. CXXXII, & CXXXIII. P. AT CLXXVIII. GERM.

σιν ἐλπ. Ita hoc dictum eſt, πολέμου καὶ κακῶν, vt alia quædam quorum in proximè præcedente annotatione facta mentio fuit: quam vide.

νεῖ τὴν π. Non Thucydides ſolùm ſed alii etiam poſt eum καθ' ὁμολογίαν in huiuſmodi locis dicunt: dubitationem tamen de hoc loco, an librarius errans, an Dionyſius ipſe ita eum ſcripſerit, auget vel ille, pag. 188, τὰς δὲ προσχωρούσας καθ' ὁμολογίας. Idem enim de vtroque iudicandum fuerit.

PAG. CXXXIII. P. AT CLXXIX. GERM.

ὡς τὸ π. Miretur quis quam lectionem ſequutus Lapus verterit, *Romani, ſubſidiales habentes copias*: ſed eum *ſubdiales* ſcripſiſſe exiſtimo, interpretantem δύναμιν ὕπαιθρον ἔχοντες.

PAG. CXXXIIII. P. AT CLXXX. GERM.

ἐμβαλ. Si αὐτοῖς retineatur (quod eſt pro ἑαυτοῖς) mutanda illi ſua ſedes fuerit, vt ponatur poſt articulum τὴν: ſed malim ſeruata eadem ſede, ſcripturam mutare: vt dicat, ἐδῄουν αὐτοῖς (videlicet τοῖς Ῥωμαίοις) τὴν ὅμορον.

ὠφελ. Non dubium eſt quin ſcribendum ſit ἔφερόν τε καὶ ἦγον. Obſeruandum eſt autem, alium hîc vſum habere iſtud loquendi genus, φέρειν καὶ ἄγειν, quàm aliis apud eum locis, & paſſim apud alios quoq; hiſtoricos: ſed tamen & hunc vſum alibi quoq; cum verbis illis dare, vt pag. 172.

PAG. CXXXV. P. AT CLXXXI. GERM.

χάλῃ δέχῃ. Ferri non poſſe vocē δέχῃ manifeſtum eſt: ac pro illa videri poteſt Lapus le-

giſſe χερὶ, quamuis non *magna manu*, ſed *magnis viribus*, vertat. Sic & alibi χερὸς appellatione vti Dionyſium videmus: & quidem (ne longè abeamus) etiam pag. quæ proximè ſequitur, καὶ πολλῇ χερὶ πολεμίων ἐπιστρατευσάντων. vbi tamen verbum verbo reddens Lapus, dicit, *magna manu*. Legimus verò alicubi & ξενικὴν χεῖρα. At μεγάλῃ ὀργῇ non placet, nec μεγάλῃ ὁρμῇ.

PAG. CXXXVIII. P. AT CLXXXVI. GERM.

μετὰ τοῦθ' ἑτ. Librarium in errorem hîc impulit recordatio verbi ἀπῆγεν, à ſe verſu præcedente ſcripti: ac fecit vt hîc quoq; illud poneret, quum ἐξῆγεν ponere deberet. Vt autẽ ἐξάγειν τὴν στρατιὰν, ita etiam τὴν ἔξοδον dicũt ἀναλόγως. At verò de εἰσῆγε lege quæ Sylburgius annotat.

PAG. CXXXIX. P. AT CLXXXVII. GERM.

τοὺς γὰρ ἀπ. Quomodo verum hoc comperietur? Egenum quidem certè hac in ſignificatione, ſed nõ & Egerium legimus, quod ſciam. Neque tamen ex verbo Egere potuiſſe formari nomen proprium Egerius negauerim: præſertim quum à Liuio quoque mentionem fieri huius nominis videam.

PAG. CXL. P. AT CLXXXVIII. GERM.

κόσι μ. Quaſi verò illud, τὸ πειθαρχεῖν τοῖς κεκρατηκόσι, inter ἀνήκεστα (intellige autem ἀνήκεστα κακὰ) ponendum ſit. Fortaſſe igitur, ſicut vocabulum ἄλλας à quodam alio abeſſe loco queſtus ſum, & vox eadem aliis quoque deeſſe (in altero fortaſſe numero, & alio etiam caſu) videtur, ita ἄλλο ſupereſſe iſti, meritò quis queratur.

μὴ πᾶν ὑφ' ἑαυτοῦ π. Si non aliter quàm ceteri loqui voluit Dionyſius, ὑφ' ἑαυτῷ ſcripſit.

PAG. CXLIX. P. AT CC. GERM.

Φερεις δ' ὢν ἐπὶ τὸν Τίβεριν ὀχεύεται. Ferri non poteſt ὀχεύεται, ſed pro eo ſubſtituendum ὀχετεύεται.

μεγάλ. Si μέγιστον dixit, nouè loqui voluit: ſed μέγεθος ſcripſiſſe, potius crediderim. Quinetiã non τάς τε τῶν ὑδάτων ἀγωγὰς, verùm τούς τε τῶν ὑδάτων ἀγωγοὺς, ab eo ſcriptum fuiſſe arbitror: præſertim quum hos aquæductus compoſita etiam voce (quam imitari Latina voluiſſe videtur) ὑδραγωγοὺς vocari notum ſit.

PAG. CLIII. P. AT CCVI. GERM.

Βασιλ. Sic etiam Lapus hæc verba in fine libri præcedentis poſita hîc repetit. Neque tamen Dionyſium vtrobique ea ſcripſiſſe credibile eſt: verùm, ſi in fine præcedentis ſcripſerit, paulo etiam plura verba adiecisse, ita vt eorum vltimum eſſet συνοικούσας: ac liber hic IIII initium hinc haberet, Διάδοχος δὲ τῆς ἡγεμονίας ὁ γαμβρὸς. &c. Itidem porro quædam in fine libri V habemus quæ in principio VI repetuntur: ſed Dionyſiũ illis non alibi quàm in principio VI ſedem dediſſe conſtat, quum in fine libri V, ſuſpenſa oratio relinquatur. Iam verò & initio libri XI quædã repetuntur ex iis quæ in fine X legimus: ſed eiuſmodi vt aptum hîc quoque locum habere videri poſſint.

PAG. CLIIII. P. AT CCVII. GERM.

μοσι λέγ. Malim φίλον.

κατηνεχθ. Vix crediderim ferri hîc poſſe ἐφ' ὕπνῳ pro ἐφ' ὕπνον.

PAG. CLVII. P. AT CCXI. GERM.

συζηγ. Scribo περὶ αὐτῶν. ſimul tamen fateor poſſe etiam, ſine vllo huius loci damno, iſta omitti.

PAG. CLVII, & CLVIII. PARIS. AT CCXII. GERM.

τῇ δὲ π. Vel, ἡ γυνὴ δὲ αὐτῷ ἦν πέντε ἔτεσι νεωτέρα (pro εἶχε δὲ γυναῖκα νεωτέραν) vel ἡ γυνὴ δὲ πέντε ἔτεσιν ἦν αὐτοῦ νεωτέρα.

ἂν μὲν εἶχε ἀνδρ. Magnam ἀτοπίαν (vt eo vtar quo mox vtetur Dionyſius vocabulo) habet hic locus, vt quidẽ eſt ſcriptus. Quid enim magis abſurdum dici poteſt quàm iſtud, ſi virilem ætatem habuiſſent filii, patrem minimè fuiſſe moriturum? Neque tam miror tamen aliquid adeo abſurdum hunc in locum irrepſiſſe, quàm mirandum eſſe dico, à nemine id animaduerſum fuiſſe. Sed quónam tantam ἀτοπίαν modo, quibus armis, quibus machinis ἀποδιοπομπεῖσθαι poterimus? Imò verò non magno molimine ad eam amoliendam eſt opus. Tantùm enim ex οὔτ' ἂν faciendum ὅταν fuerit, deinde poſt θεοβλαβὴς addenda vocula ἦν. Nam vbi hoc factum fuerit, nõ dicet Dionyſius (quod librarii ab illo dici volunt, & quidẽ magno etiam aſſenſu interpretum) *Si filiÿ virili ætate fuiſſent, nõ mortuus fuiſſet pater* (ô magni faciendam ætatem virilem filiorum, quæ mortem à patre arcet) ſed hoc dicturus eſt, *Si virili ætate filiÿ fuiſſent, quum pater moreretur.* Errandi occaſionem præbuit ὅτ' ἂν in duobus locis ſibi vicinis ſequẽs: & hoc quoque fortaſſe, quòd ὅταν cum indicandi modo hîc ponitur, quum potius cum coniunctiuo poni ſoleat. Sed alibi quoque modo huic iungitur: vt libro XI, ὅταν προηγούμην.

PAG. CLVIII. P. AT CCXIII. GER.

ρισον οἱ κ. Parum placet hoc loco iſtud vocabulum τότε. Neque enim ſicut dicit οἱ καθ' ἡμᾶς χρόνοι, vel μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων, ita

etiam,

etiam, οἱ καθ' ἡμᾶς τόποι ſolet dicere. Quòd ſi tamẽ τόποι mutemus in χρόνοι, obiiciet aliquis Dionyſio,illũ non bene argumentari,ſi, quòd tanta vitæ longitudo ſuo tempore nulli contingeret, ideo nec priſco illo ſeculo potuiſſe cuiquam contingere diceret. Quid ſi igitur illud τόποι in τόκοι, minori etiam cum mutatione,vertamus? Verùm idem & hîc obiici poterit: niſi καθ' ἡμᾶς aliter exponamus, vt videlicet ad τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν reſpici dicamus.

ἐπὶ τὴν ἀπολ. Scribe ἀπολεμπομένην, vt alibi loquitur: eadem ſignif. & ἀπολιπὼν dicens.

PAG. CLX. P. AT CCXV. GER.

ζεις, ὥσπερ νυνὶ, κρ. Reponendum eſſe χάριν, antea ſuſpicabar tantùm: at nunc omnino perſuaſum habeo, poſtquam in hunc libri XI locum incidi, in quo itidem λαμβάνοντες cum duobus illis datiuis iungit, χάριτι & ὠνῇ. ſcribit enim,pag.720. λαμβάνοντες ἐκ τῶν πλησίον ἐργαστηρίων, τὰ μὲν, ὠνῇ, τὰ δὲ, χάριτι. Apud Polybium autem μετὰ χάριτος aliud ſonat:dicitúrque ab eodem & μετὰ μεγάλης χάριτος.

PAG. CLX, & CLXI. P. AT CCXVI. GER.

ποιήσων τὴν προαίρ. Imò verò τὴν ἄριστον. Natus eſt autem error ex προηγεῖται, quod paruo interuallo præcedit.Sed & alibi idem error inuenitur.

PAG. CLXIII. P. AT CCXX. GERM.

κατεσκ. Cur Ἑλληνικοῖς ὀνόμασι, de vnico loquẽs vocabulo,ac non potius Ἑλληνικῷ ὀνόματι,dicit? Aut duo certè nomina Græca ipſe Dionyſius poſuerat, aut ſingulari, nõ plurali, vſus erat.Credibile eſt autem, quum ſcripſiſſet Ἑλληνικῇ ὀνομασίᾳ, primùm quidem ex ὀνομασίᾳ,ablato α,factum eſſe ὀνόμασι:deinde autem Ἑλληνικῇ mutatũ in Ἑλληνικοῖς fuiſſe, vt cum ὀνόμασι conueniret.

εἰς ὃ τῶν ἀνθρ. Repone ἐγίνετο pro ἐγένετο: ac memineris,eundẽ & alibi errorẽ occurrere.

PAG. CLX. P. AT CCXXII. GERM.

χαίοις ἐπισημ. Hîc,ſicut aliis pleriſque locis, librarius de ſuo præpoſitionem adiecit. Nulli enim in Græco ſermone exercitato ignotum eſſe poteſt,dici σημαίνειν τὸ παρακλητικὰ τοῦ πολέμου, vel τὸ παρακλητικὸν τοῦ πολέμου pro quo dicitur etiam breuius,σημαίνειν τὸ πολεμικὸν) itidémque σημαίνειν τὸ ἀνακλητικόν: non autem ἐπισημαίνειν.

PAG. CLXVII. P. AT CCXXV. GERM.

νοι, καὶ μετ. Cur non τῆς πολιτείας potius quàm τῆς ἰσοπολιτείας? nam qui erant πολῖται,ſuæ πολιτείας, non autem ſuæ ἰσοπολιτείας,participes facere alios dicendi erant: quamuis alioqui dici poſſent ἰσοπολιτείαν habere (id eſt ius ciuitatis) qui πολιτείας participes facti eſſent. Atq; adeo legimus cùm alibi tum pag.432, πολιτείας μεταδοῦναι,non ἰσοπολιτείας. Sed alios viciſſim afferri poſſe locos ſcio in quibus eodem quo hîc modo loquitur:atq; adeo pag.ſequente legimus itidem μετέχειν τῆς ἰσοπολιτείας. Hinc fit vt illum vtroque loquutum eſſe modo exiſtimem: ſit tamẽ vt minus propriè vnũ quàm alterum dici cenſeam:& vel ἰσοπολιτείαν δοῦναι (vt pag.542 legimus)vel πολιτείας μεταδοῦναι, ab eo qui exactè loqui velit,dicendum eſſe.

PAG. CLXVIII. P. AT CCXXVI. GER.

καὶ ἄγχ. Vel,οὐδ' ἐπὶ τῶν πάνυ μακαρίων, vt ſequatur αὐτοῖς, vel,οὐδ' ἐπὶ τοῦ πάνυ μακαρίου, ſequente αὐτῷ,ſcriptum fuiſſe arbitror.

ἐλευθ. Minime mihi fit veriſimile,Dionyſium hîc diſcrimen quod Græca lingua inter ἐλευθερίους & ἐλευθέρους ponit, tollere auſum fuiſſe:quare ἐλευθέρους ſubſtituo.Tãtum abeſt vt initio huius paginæ ἐλευθερίαν in ἐλευθερίους velim commutare.Potius certè vel ἐλευθερίαν retinens, verbo ἠμύνοντο copulam καὶ præfixerim,vel illud nomen in ἐλευθέροις mutauerim.

PAG. CLXIX. P. AT CCXXVII.GERM.

κτλωδ τοὺς δ. Rectè quidem πρᾶγμα αἰσχύνης ἄξιον dicitur,at verò πρᾶγμα βλάβης κοινῆς ἄξιον,non video quomodo dici queat.Hinc fit vt ἄξιον quidem cum αἰσχύνης iungendum, at verò alteri genitiuo aliud adiectiuũ quærendum exiſtimem: ita ſcribendo hunc locum, οὐδὲ δὴ πρᾶγμα ποιεῖν αἰσχύνης ἄξιον, ἢ βλάβης κοινῆς αἴτιον οὔτε ὁ Τ. Quum autem mihi & antea placeret meus hic στοχασμὸς, magis tamen placere cœpit vbi mihi viſus eſt Lapus ita legiſſe.

μένων, ἀμφ. Vel ὑπάρξαι, vel ὑπάρχειν ſcribendum cenſeo.

PAG. CLXIX. P. AT CCXXVIII. GER.

καὶ προσέβλ. Hîc ἡγεμονικὴν πόλιν eſſe dicit quam initio huius operis ἡγεμόνα vocauit, & quidem addens γῆς καὶ θαλάσσης.Sed paulo aliud tamen ἡγεμονικὴν quàm ἡγεμόνα ſonare puto, & tale inter hæc eſſe diſcrimen quale eſt inter στρατηγὸς & στρατηγικός. Si enim hãc differentiã ſtatuamus, (de qua,ſicut & de quarundam aliarum huiuſmodi vocũ diſcrimine, in meo De criticis libro dixi) ἡγεμονικὴ erit quæ hoc à natura habet vt principatũ obtineat. ſiue,quam natura aptam ad tenẽdum principatum & aliis omnibus imperandum reddidit.

PAG.CLXX. PAR. AT CCXXIX.GERM.

κὰν μν. Malim ὄνομα.

ἐκ εἰς β. Scribo βίον.

Pag. clxxi. P. At ccxxx. Germ.

χυσρτ. Fortaſſe ſcripſit, ἔτι δὲ καὶ ταῦτ' ἰδίᾳ. Vel, ἀλλὰ καὶ ταῦτ' ἰδ. Aut, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τ. Poſſet verò legi & μετὰ ταῦτ' ἰδίᾳ.

δίκαια πρ. Sicut multi ſunt loci qui hoc genus loquẽdi habent, τὰ δίκαια πράττειν, ita certè multa ſunt quæ illud oppugnent. Nam primùm quidem, vno ſaltem in loco non πράττειν ſed τάττειν legimus, libro videlicet VIII, ἢ τὰ δίκαια τάττειν αὐτὸς τοῖς ἥττοσι. Deinde & ἐπιτάττειν δίκαια apud hunc ipſum ſcriptorem habemus, libro VII, dicentem in perſona Lucii vel potius Decii tribuni, καὶ τῷ μηδενὶ τὸ κελευόμενον ποιεῖν τὴν πόλιν, ἀλλ' αὐτὴν ἑτέροις ἐπιτάττειν τὰ δίκαια. Poſtremò, etiã τὰ δίκαια ὁρίζειν de eadẽ dicentem audimus, libro V. Addam autẽ, velut ex abundanti, & Lapi aſſenſum, vel potius exemplaris quo is vſus eſt. Nã hîc, vertens, *iuſtáq; conſtituere, Græci qui eſſent, barbaris*, oſtendit, ſe in exemplari ſuo τάττειν, non πράττειν, legiſſe. Itidémque in illo libri tertii loco, pag. 147, vbi pro verbis hiſce Græcis τὰ δίκαια πράττοντες habemus apud illum, *iuſta ſtatuentes*, ſe τάττοντες, non πράττοντες, agnoſcere, manifeſtum facit. Sed meritò hîc quæretur an τὰ δίκαια rectè *iuſta* vertat in hac phraſi. Ego certè nequaquam ita reddi poſſe exiſtimo: etiamſi non aliter intellexerit in illo priore loco Gelenius, quippe qui illa verba, εἰ δὴ φύσεώς ἐστι νόμος, ἄρχειν τῆς ἀποικίας τὴν μητρόπολιν, οὐκ ἂν φθάνοιεν ἀμφότεροι ἡμῶν Λαουινιᾶται τὰ δίκαια πράττοντες; ita interpretatur, *Quòd ſi ergo naturæ lege metropoli in coloniam debetur imperium, annon hac parte Lauinienſium quàm vtrorumque noſtrum erit cauſa potior?* Quam interpretationẽ quo iure qua iniuria mutuatur ab illo Portus, errans (ſuo more) cum errante. eadem enim verba, inuerſo tantùm eorum ordine, habet. Atqui conſiderandũ erat, Gelenium, cuius interpretationem mutuabatur, perinde locum hũc vertiſſe acſi legeretur, οὐκ ἂν φθάνοιεν μᾶλλον ἀμφοτέρων ἡμῶν Λαουινιᾶται τὰ δίκαια πράττοντες; vt omittam, μᾶλλον τὰ δίκαια πράττειν & Habere potiorem cauſam, eadem nequaquã eſſe. Quum autem Gelenius in eo de quo nũc agitur loco interpretationem illam mutaret, eodem & Portus mutauit modo. Quoniam autẽ in meis Prolegomenois promiſi me hîc dicturum vtro τὰ δίκαια τάττειν vel ἐπιτάττειν vertere modo oporteat, an Iura dare, an Iuſta imperare, quid mihi videatur aperiam. Dico igitur τὰ δίκαια in hoc loquẽdi genere eſſe potius quod grammatici ſubſtantiuum appellãt, quàm quod ab illis adiectiuum vocatur: & ita ſumi vt quum dicitur τὰ δίκαια τοῦ δήμου, pag. 656. Ideóque τὰ δίκαια πράττειν eſſe in illis de quibus agitur locis Iura reddere, vel potius (vt Virgilius loquitur) Iura dare. Ac, quoniam in altero illo genere loquendi cuius mentionem feci tanquam huc pertinentis, in quo videlicet vtitur verbo ὁρίζειν, non tantùm dicit τὰ δίκαια ὁρίζειν ſed τὰ δίκαια καὶ καλὰ ὁρίζειν, idque mihi opponi poteſt: reſpondeo, ita huc pertinere iſtã phraſin, vt tamen non omnino idem ſonet. Quamuis enim τὰ δίκαια τάττειν de eo qui iura dat, inde dici cœperit, quòd is non alia quàm quæ ſunt δίκαια καὶ καλὰ debeat τάττειν, ſiue ἐπιτάττειν, poſtea tamẽ is etiam qui iniquas cõditiones fert, & leges iniquas imponit, perinde acſi non alias quàm æquas conditiones ferret, nec alias leges quàm æquas imponeret, dictus eſt itidem τὰ δίκαια τάττειν: quemadmodum videlicet ius dicere & ius reddere dicitur is quoque qui alioqui in reddendo iure aliquid præter ius ſtatuit de illo cui ius reddit. Atque idem dicẽdum & de alio eiuſdem loco fuerit, vbi de etymo nominis DICTATOR agens, inter cætera ſcribit, ὅτι διὰ τὴν ἐξουσίαν τοῦ κελεύειν καὶ διατάττειν ὅ,τι θέλει τά τε δίκαια καὶ τὰ καλὰ τοῖς ἄλλοις, ὡς ἂν αὐτῷ δοκῇ.

ἀξ, ἐν ᾧ αἱ πρ. Videri poſſet ſcribendum εἰς ὅ, propter participiũ συνερχόμεναι: ſed ἐν ᾧ ferri poteſt, vt iungatur cum verbo ἀξιοῦσιν.

βαρβάρους εἶναι τοὺς οἰκ. Rationi & iis quæ à Dionyſio paſſim eadem de re dicuntur, conſentaneum eſt vt οἰκίσαντας hîc (pro quo & συνοικίσαντας alicubi dicit) non οἰκήσαντας ſcribamus. Ineptum enim & abſurdum, atque adeo apertè falſum eſſet quod Dionyſius diceret, Romam minimè fuiſſe habitatã à barbaris. Ideo rectè Gelenius *Romam non eſſe conditam à barbaris*. Ac ne Lapus quidem aliter quàm οἰκίσαντας legit: quippe qui verterit, *quòd nequaquam barbari fuerint ij qui Romam condidere*. At Portus tamen, qui ſæpe illos errantes ſequitur, hîc quum rectam viam teneant, ab illis diſcedit. vertit enim, *eos qui Romam incoluerunt, minimè barbaros fuiſſe*.

Pag. clxxii. P. At ccxxxi. Ger.

δικεῖν, σέμ. Fortaſſe σέμμασιν ἱκετηρίοις καὶ λιτανείαις ſcripſit. Alicubi certè ἱκετηρίας & σέμματα coniungit, dicens, ἱκετηρίας καὶ σέμματα παρέχεσθαι. Quinetiam ἱκετηρίας & λιτὰς alicubi copulat.

Pag. clxxiii. P. At ccxxxiii. Ger.

σιλ. Hæc verba ἢ τούτων μὲν οὐδ' ἕτερον, nõ debent referri ad proximè præcedentia, (vt eò retulit qui vertit, *An verò neutrum quidem horum tibi deeſt*) ſed ad ἀσθένειαν & ἀμορφίαν.

κρατ. Potius διεπιχείρητος (huiuſmodi præſertim in locis) quàm ἐπιχείρητος dicũt Græci: ideóque & Dionyſium illud potius quàm hoc ſcripſiſſe crediderim.

τοῖς ἐκ. Stare ſcriptura hæc non poteſt, οὕτως ὀλίγον ἐστὶ τὸ ἀπολαίπωρον: ſed quũ, ſeruando ὀλίγον, mutare ἀπολαίπωρον in contrarium

ἐλλαίπω-

ταλαίπωρον oporteat, aut, retinendo ἀταλαίπωρον, illud ὀλίγον mutare, magis libenter hoc quàm illo remedio vterer. Videndum igitur ne potius οὐκ ὀλίγον ſcribendum ſit, aut certè aliud quàm ὀλίγον ſcriptum ab illo fuiſſe ſit dicendum. Lapus alioqui ſe ταλαίπωρον cum ὀλίγον legiſſe, apertè oſtendit: quum reddat, *Adeo paucum eſt ei in hiſtoriis ad inquiſitionem veritatis laborioſi.*

PAG. CLXXXI. P. AT CCXLIIII. GERM.

ἀλλ' οἷα δὴ τύρ. Gelenius pro his, οἷα δὴ τύραννος, habet *tyrannico more*: eiúſque hîc quoque mutuatus interpretationẽ Portus, ita reddidit: ſed reddẽdum potius erat, *vtpote tyrannus*. quum alioqui poſſimus de eo etiam qui tyrannus non ſit, & quem dicere tyrannũ nolimus, ita loqui, eum tyrannico more ita vel ita ſe gerere. Cæterùm χαλεπὸς ὀργὴν eſt qui alibi ἀπαραίτητος ὀργὴν dicitur, id eſt, ἀπαραιτήτῳ ὀργῇ χρώμενος.

PAG. CLXXXVII. P. AT CCLII. GERM.

τῶν ὅπλ. Scribendum puto τῶν λογισμῶν, aut τοῦ λογισμοῦ. Sed illius lectionis magis quàm huius veſtigia hîc habemus.

. PAG. CXC. P. AT CCLVI. GERM.

περὶ μέσ. Quamuis prima fronte videatur ſcribendum περὶ μέσην νύκτα, potius tamen περὶ μέσας νύκτας ſcribi debere, alii multi non huius tantùm ſed aliorum etiam loci oſtẽdunt. Adde quòd in μέσης νυκτὸς huius potius quàm illius ſcripturæ veſtigia ſeruantur.

PAG. CXCIIII. P. AT CCLXII. GER.

ἐξαί ται καὶ π. Si legas διαπεφευγότων, multi hanc lectionem loci confirmabunt, in quibus ita verbo πειρᾶν vtitur. Sic verò & ſynonymo ἐπιφοιτᾶν, initio pag. 319.

PAG. CC. P. AT CCLXX. GERM.

καί ἐμοῦ δ. Scribo ἀναλγήτων.

γυν. Dicerem hîc ἐπίθετον dici à qua nomẽ ei impoſitum eſſet (alludendo ad ea quæ apud poetas epitheta vocantur) niſi pag. 265, legeremus, μωρίαν οὐκ ἔχων ἀληθινὴν, ἀλλ' ἐπίθετον. Sed quid hîc cum ἐσχηματισμένην addere ἐπίθετον neceſſe erat? Nihilo certè magis quàm cum ἑαυτοῦ κατεψευσμένου μωρίαν, pag. 264. Nam ſi ἐπίθετος nihil aliud eſt quàm ψευδὴς (quum opponat ἀληθινὴν & ἐπίθετον) nemo neſcit nos nec κατεψευσμένας nec σχηματισθείσας alia quàm quæ ſunt ψευδῆ. Malè autem Gelenius μωρίαν morioni tribuit, perinde acſi eſſet qui à Græcis μωρὸς dicitur.

PAG. CCI. P. AT CCLXXI, & CCLXXII. GERM.

τὸν, γυν. Deeſt fortaſſe alius genitiuus, τῆς ἀρχῆς: quum ſcripſiſſet Dionyſius, τῆς ἀρχῆς ἣν εἶχεν κοινωνὸν γεγενῆσθαι. Quod tamen addere, ſi quis eſſe nimiũ vxori tribuere dicat, videndum quódnam adiici aliud poſſit. Apud Liuiũ quidem certè, de raptis virginibus loquẽtem, legimus, *Illas tamen in matrimonio, in ſocietate fortunarum omnium ciuitatiſque, & (quo nihil charius humano generi) liberum, fore.*

ὡς ἔχων αὐτὸ περ. Non dubito quin vel hîc vel in fine periodi vocem παρανομίας expungere oporteat: ſed hîc malim. Sed viciſſim addenda hîc videri queat vox ἄλλως: niſi potius eam ſuo quodam more ſubaudiendam reliquiſſe Dionyſius exiſtimandus ſit.

PAG. CCIII. P. AT CCLXXV. GERM.

τα, τὸ ἀσφ. Thucydidis exemplo ita loquitur, καὶ λογισμὸν μὴ ἔχῃ.

PAG. CCIX. P. AT CCLXXXII. GERM.

πλῆθος, διάφ. Hanc ipſam lectionem habuiſſe Lapum ſuſpicor: ſed apud eũ malè *differebant* pro *differebant* ſcriptum eſſe. illũ enim pro διεφέροντο, illud *differebant* poſuiſſe, tanquam verbum verbo (vt aliis quibuſdã in vocabulis non minus durè) reddẽtem. Si tamen verbum verbo reddere hoc eſſe dicendum eſt: quum non paſſiua vox διαφέρεσθαι, ſed actiua διαφέρειν, ſonet Differre.

ἐφ' οἷς μέλ. Intellige, μὴ σκληρὰ, καὶ διὰ τοῦτο ἄπιστα. Sed cur ea quæ tãtummodo ſunt σκληρὰ, illis ἄπιστα ſint? Idem fortaſſe quum miraretur Gelenius, ideo vertit *nimis dura*, perinde acſi ſcriptum eſſet ἄγαν σκληρά. Alicubi certè ὠμὰ & σκληρὰ copulat, & quidẽ ὠμὰ præponens: quum tamẽ poſtponendũ videri poſſit.

καὶ ἄπ. Quid hoc eſt, & quomodo dicitur, τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι; Videndum ne ſcribere oporteat, τοῖς ἄλλοις, μάλιστα δὲ τοῖς Ἕλλησι. Saltem cum Lapo inuertere ordinẽ oporteret. is enim reddidit, *& incredibilia Græcis videar cæteris dicere.* Sed illa coniectura magis mihi (etiamſi mea ſit) placet.

ἑαυτοῦ, μὲν. Lego, μὲν αὐτοῖς ἂν τε ἤκουον.

PAG. CCIX. P. AT CCLXXXIII. GERM.

τανρ. Fortaſſe ſcripſit, καὶ τὸ πιστὸν καὶ ἄπιστον ἐφ' ἑαυτοῖς ποιῶν. Malè autem Gelen. cum ἄλλων ſubaudit ἐθνῶν. Vide annotationem in paginam 73, Pariſinam: eandémque 97, Germ.

τεί. Contendo legendum eſſe ἀνεχόμενος.

PAG. CCXIIII. P. AT CCLXXXIX. GER.

νίου π. Suſpicor, eam emẽdationem quam quis huic adhibere loco voluerit, alterius corrumpendi occaſionem præbuiſſe. Quomodo enim ῥώμην κάλλιστος à Dionyſio dictum eſſe credemus? Dico igitur non abſimile vero eſſe, quum aliquis emendare illud volens, μορφὴν in margine ſcripſiſſet, (quum pag. etiam 295, μορφῇ κάλλιστος & ψυχὴν ἄριστος legatur) hunc accuſatiuum in aliam quàm quæ illi aſſignaretur ſedem irrepſiſſe, videlicet inter ἦθος & φωνὴν: inſerta poſtea & copula καί. Alioqui enim σωματικὴν tam impropriè cum μορφὴν iungi ſcimus, quàm propriè cum φωνὴν iungitur:

quum *συνιέναι* ſit Intelligere,nō(vt reddūt duo interpretes)Cognoſcere. Neque tamen ignoro inueniri vnum idémq; verbum ad duo vel plura nomina res planè diuerſæ naturæ ſignificantia relatum, ita vt cum eorum altero tantùm conueniat: atq; huius rei exemplum nos apud Xenophontem initio libri ſecūdi τ̃ *ἀπομνημονευμάτων*,habere:vbi poſt hæc,*ἀσκεῖν ἐγκράτειαν πρὸς ἐπιθυμίαν βρωτοῦ ϗ ποτοῦ, καὶ λαγνείας καὶ ὕπνου*, ſubiungitur *καὶ ῥίγους καὶ θάλπους καὶ πόνου*. Sed Xenophontem ita ſcripſiſſe, perſuadere mihi nequeo: ſicut nec Dionyſiū ita ſcriptū hūc locū reliquiſſe: ac potius errorē inde crediderim vnde dixi natum eſſe,aut ante *συνιέναι* omiſſum eſſe alterum infinitiuum ſequente copula: quum ſcripſiſſet Dionyſius, *ὀψεσθαι καὶ συνιέναι*, vtrique accuſatiuo conueniens verbum tribuens.

PAG. CCXVI. P. AT CCXCII. GERM.

οἷς μ. Scribendum puto, vocabulis in ſuas ſedes repoſitis, *καὶ διαφέρει τὸ σαφὲς εἰδέναι,παρέχημι σκοπεῖν*.

PAG. CCXXII. P. AT CCC. GERM.

λοις κτ̃ στ. Lego *συστροφάς*.Sic pag.proximè præcedēte ſimplex *στρατηγῆσαι* malè pro compoſito *καταστρατηγῆσαι*.

PAG. CCXXIII. P. AT CCCI. GERM.

λεῖ.καταχθ. Vel *καταχθῆναι αἱ δόξαντες*,vel *καταχθήσεσθαι δόξ*. ſcribendum puto.

PAG. CCXXIX. P. AT CCCX. GERM.

γορήσ. Aptius hîc legemus *ἀξίους* quàm *αἰτίους*:& quidem cum Lapi etiam (id eſt, exemplaris quo vſus eſt) aſſenſu. Sic autem alibi viciſſim vox illa huius locum occupat, velut par pari reddens.

PAG. CCXXX. P. AT CCCXI. GERM.

κείνων μ. Non *πονηρὰς* ſed *πονήρας* ſcripſiſſe puto. Quātum autem ſignificationem mutatus accentus mutet,notum lectori eſſe debet.

PAG. CCXXXII. P. AT CCCXIIII. GERM.

ναῖον ζητ. In prolegomenois de huius loci emendatione dictum fuit.

PAG. CCXXXVI. P. AT CCCXIX. GERM.

αὐτῶ, δυς. Quis ita loquitur vt *ἐπιβούλως διακεῖσθαι* dicat? Ego iſtud aduerbium (licet alioqui apud hunc etiam ipſum alibi extet) alius pulcherrimi & huic loco aptiſſimi occupare locum exiſtimo: videlicet *τοῦ ὑπούλως*. Sic *ὕπουλον ἔχθραν* alibi dicit, necnon *ὕπουλος* cum *φθονερὸς* alicubi iungit.

PAG. CCXXXVI. P. AT CCCXX. GERM.

τοὺς ἐνις. Cur non hîc quoquè deorū mentionem feciſſe, & *θεοὺς καὶ δαίμονας* ſcripſiſſe credamus?

PAG. CCXXXIX. P. AT CCCXXIII. GER.

τας τ. Malim *τοὺς ἐνόχους τῆς αἰτίας*.

πολιτ. Scribo *περὶ πολιτικοῦ φόνου*.

PAG. CCXLIIII. P. AT CCCXXX. GERM.

γεωργ. Hic quoque locus ex multorum eſt numero in quibus malè Gelenius à bono illo viro, Lapo Birago, diſceſſit, dum nimis illum contempſit. Cur enim hæc etiam,*τὴν θάλασσαν πλεόντων*,ad mercatores,cum illo, non retulit, & ſubſtantiuum nomen quod cū *πλεόντων* iungeretur,addere de ſuo maluit?

των εἰς ἀπ. Lego *δεομένης τῆς ἀφορμῆς*.

λων καχ. At hîc ſequuti ſunt quidem Lapum Gelenius & Portus, ſed cū illo in foueam (vt aliis pleriſq; locis) ceciderūt.nam ciuitates *αἱ ἀτυχέστατα πράξασαι*,nō dicuntur *ἁπλῶς* ciuitates fortunatiſſimæ,vel feliciſſimæ:nec *αἱ τ̃ χείρονος μοίρας τυχοῦσαι*, quæ inferioris ſunt conditionis: verùm *αἱ ἀτυχέστατα πράξασαι* ſunt illæ cum quibus feliciſſimè,ſi cū aliis conferātur,actū eſt: eæ in quibus ſeditiones talem exitum habuerunt, vt earum ſors, quamuis aſpera & miſera, ſi tamē cum aliarum quarundam ſorte conferatur,feliciſſima videri poſſit. At verò *αἱ τῆς χείρονος μοίρας τυχοῦσαι*, his opponuntur.

PAG. CCXLV. P. AT CCCXXXII. GERM.

αἱ ὀρ. An aduerb. *κεχαρισμένως* aliúdve huiuſmodi,omiſſum eſt? an aliud participium quàm *ἐζηκότας* ſcriptum fuit?

PAG. CCXLVII. P. AT CCCXXXV. GER.

σαπο:ἐνὶ δοθ. Lego *καταλείπεσθαι*.

κράτ. Fortaſſe ſcripſit, *κράτιστα καὶ μάλιστα συμφερόντως*.Nec tamen diſpliceret,*κράτιστα ϗ συμφορώτατα*.

PAG. CCXLIX. P. AT CCCXXXVII. GERM.

Ver.primi initio, magna iniuria fit iis quos Græci *δεσπότας* appellant, quum pro tyrannis habentur. quid enim aliud eſt *δεσποτικῶς* interpretari tyrannicè, quàm *δεσπότας* pro tyrannis habere?

τὶλ. Quomodo *τὰς βασιλείας ϗ τὸ πολίτευμα* dixiſſe credam? nonne *τὸ κτ̃ τὰς βασιλείας πολίτευμα* vel potius *τὸ τῆς βασιλείας πολίτευμα* ſcripſiſſe magis credibile eſt? Quo autem minus de hac mea emēdatione dubites,te ad initium huius libri remittam, & quidem ad prima eius verba, *Η μὲν δὴ βασιλικὴ Ῥωμαίων πολιτεία διαμείνασα μτ̃ τὸν οἰκισμ.* &c.

νομοθ. Lapi exemplar hîc ſequi debemus: in quo eum legiſſe *δημαγωγοῖς*, non *παιδαγωγοῖς*,eius interpretatio teſtatur.

PAG. CCXLIX. P. AT CCCXXXVIII. GER.

τα καὶ β. Rideret Ariſtophanes (opinor) ſi hunc in locum incideret,& ſuum vocabulum à ioco ad ſerium ſermonem, ridiculo errore, translatum videret: vt in quodam meorum Schediaſmatum docui, de hac voce *ἀπειμερίμνων* agens,atq; eam cuius hæc ſedem occupat reponens.

ὥστε ὀχλ. Sribo, *ὥστε ὄχλον αὐτῷ ϗ φλυαρίαν φαίνεσθαι*. Atq; ita illud *ὀχλοῦν*,quod video multis *ἐνοχλεῖν*,deſinet *δι' ὄχλου εἶ*.Eſſe autem

φαίνεσθαι

φαινῶσαι αὖ pro φανήσεσθαι, quis neſcit?

τῷ μικρῷ καὶ φ. Scribo ἀπὸ τῆ ἀπιοῦσι τῷ δίκ. ἡγεμ. De hoc loco in Prolegomenois dixi.

PAG. CCLI. PAR. AT CCCXL. GERM.

τελ. Hæc verba, ὅταν ἀποῤῥαγῶσιν ἅπασαι, quid ſibi volunt? Haud aſſentior meo Sylburgio, ſubaudiendum è præcedēti membro exiſtimanti αἱ ἐλπίδες, quòd verear ne ſpes nimiū durè dicantur ἀποῤῥήγνυσθαι: ideóq; potius adiecta voce vna locum hunc emendo: quæ adiectio pulchrum quoddam & prouerbiale loquendi genus huic loco reddet: ita vt illum ipſum à quo me diſſentire dixi, meam in vno meorum Schediaſmatum emendationem legentem, contrà mihi aſſenſurum ſperem.

εἰς ἰλάχ. Pro συνίσησι, tibi vel καθίσησι vel συνίστατα ſcribendum fuerit.

PAG. CCLIII. P. AT CCCXLII. GERM.

ἠξίουν οἱ ὑφ' ἑαυτῶν πιτ. Scribendum puto ὑφ' ἑαυτοῖς.

προκατηοχ. Placet mihi quoque τὸ προκατασχόντα τῆ ἐρυμ. ſed addo, ſcribendum etiā eſſe ὅσοι δυνάμεις ἦν ἐκ. & quidem expuncta hypoſtigme quæ eſt poſt ἰσχύσεις. Alioqui certè legendo ὅσοι δυνάμεις ἦν ἰσχύσεις, non habebunt illa infinitiua verba φέρειν & ἄγειν accuſatiuum cū quo iungantur. Sed & προκατεσκευασμένων vix ferri poſſe crediderim, ac libenter προσκατεσκευασμένων in eius locum ſubſtituerim.

PAG. CCLV. P. AT CCCXLV. GERM.

εἰς τὸ ν. Scribo πρόθυμα. nam eleganter dicetur πάντα τὰ παρ' ἑαυτοῖς πρόθυμα, pro πᾶσαν τὴν παρ' ἑαυτοῖς προθυμίαν. At προθυμία ſine adiectione aliqua ſtare poſſe non videtur.

παριον. Scribo πάντων μέγιστα καὶ φανερώτατα.

PAG. CCLVI. P. AT CCCXLVI. GERM.

ἐῶν στρατ. φρ. Non dubito quin ſcripſerit ἀστρατηγησίας.

δεινὰ διδ. Sic & apud Thucydidem reprehenduntur οἱ τὰ μὴ δεινὰ δεδιότες. Quinetiam illa, διδαχῇ, μᾶλλον δὲ ἀναμνήσει, eius exemplo ſunt dicta.

PAG. CCLVII. P. AT CCCXLVII. GERM.

θαυμ. Hic quoque locus ex iis eſt vbi contrarium habemos ei quod dicere vult Dionyſius. Nam quum ſignificare velit, nulla oratione res geſtas illorum poſſe pro dignitate laudari, hîc poſſe fieri dicitur quod poſſe fieri vult negare. Scribo igitur, ὡς οὐδεὶς ὑμνήσει λόγος ἀξίως: idque eo magis audacter facio, quod itidem in prooemio ſcripſerit, ὡς οὔπω κεκόσμηκε λόγος οὐδεὶς ἀξίως. Sed & autoritatem exemplaris quo Lapus vſus eſt, poſſum adiicere: quem interpretem cæteri duo potius hîc quàm pleriſq; aliis locis ſibi ducem conſtituere debebāt.

PAG. CCLIX. P. AT CCCLI. GERM.

ὡς ἐκ μ. Magis placeret τὸ ἐναγώνιον σχῆμα.

ἰδρ. Scripturam veram eſſe puto, ἀποβαίνοντος δὲ τῆ ἱπ.

PAG. CCLX. P. AT CCCLII. GERM.

φανερὸν ὅπου. Magis fortaſſe ἐμπειρίας aliquis hic probet: ſed tamen illam vocem & alius huius libri locus habet.

PAG. CCLXV. P. AT CCCLIX. GERM.

ἔστι δ' ὅτι καὶ χ. Quis vnquam χειρῶν συμμαχίας alibi legit? aut quomodo lingua hoc Græca ferre poteſt? Mendoſam eſſe hanc ſcripturam animaduerterunt quidē qui pro συμμαχίας, aut συῤῥάξεις aut συμμίξεις ſubſtituendum putauerunt: ſed veram tamen lectionem coniectura minimè aſſequuti videntur: ac meæ potius emēdationi (vt ſpero) aſſentientur, parua cum mutatione ſcribenti ἀψιμαχίας, vocabulum rei de qua agitur conuenientiſſimum.

PAG. CCLXVIII. P. AT CCCLXII. GERM.

λαὸς αἰξ. Non dubito quin τῷ ante πρὸς expungi debeat. Sed & verbum huic loco deeſſe conſtat, ſiue ἐξήρχοντο, ſiue ἐξώρμων, ſiue aliud huiuſmodi.

δεν ἐγῶ. Scribendum eſt ἐγένετο: ac ſciendū, in aliquot aliis eundē errorem locis commiſſum eſſe.

PAG. CCLXXVI. P. AT CCCLXXIIII. GER.

πρᾶσ. Nihil aptius pro ἔρον), quàm ἔργων), exiſtimo poſſe reponi: Lapus tamen neq; hoc verbū, neq; aliud eius loco, agnoſcere videtur, ſed παρέχειν μᾶλλον ἢ πρὸς τὰ πράγματα legere.

ποιός. Quomodo & hîc Thucydidem imitatus ſit Dionyſius, docui in quodam Schediaſmate.

PAG. CCLXXXIIII. P. AT CCCLXXXIIII. GERM.

ναι, ἐ ὅτ. Huic etiam loco deeſſe negantem particulam cōfirmat Lapi exemplar. Sæpe autem πλείους γίνεσθαι, vel ἴσῳ, apud hunc ſcriptorem legimus.

PAG. CCLXXXIIII, & CCLXXXV. PAR. AT CCCLXXXV. GERM.

φεσιν δὲ τοῖς βουλ. Quum ἔφεσις ſit prouocatio ab vno iudicio ad alterum, ſatis erat dicere, ἔφεσιν δὲ τοῖς βουλομένοις ἐδίδου ἀπὸ τῆς πατ. ideóque vereor ne irrepſerint iſta, μεταφέρειν τὰς κρίσεις, ex margine, cui adſcripta eſſent ad exponenda illa, ἔφεσιν ἐδίδου. Interim verò miror, duos poſteriores interpretes locū hunc ita vertiſſe, acſi ἔφεσιν ἐδίδου non aliud eſſet quàm συνεχώρει. Prudentius certè (quod cum illorum venia dictum ſit) Lapus, *prouocationémque volentibus dabat, iúſque transferendi iudicia à patriciis ad populum.* Vbi etiam obſerua, copulam ab eo interiici, perinde acſi καὶ μεταφέρειν in ſuo exempl. legerit: quæ certè faceret vt hæc tanquam ἐπεξηγητικῶς addita videri poſſent.

χαρχ. Deeſſe puto verbum ἄγουσι, habens adiunctam copulam καὶ, ante φέρουσι: quum

Google

ſcripſiſſet Dionyſius, δι' ἐκείνου ἄγουσι καὶ φέρουσι πάντα τὰ πράγματα τῆς πόλεως.

Pag. cclxxxviii, & cclxxxix. Par. At cccxci. Germ.

κοινῶς εἶναι, καὶ τὰ δ. Malim τὰ δίκαια.

τῆς πλ. γν. Suſpicor illum ὁμοστιχεῖν ſcripſiſſe: nec me mouet quòd poeticū potius eſt hoc verbum, quum tot poetica apud eum vocabula legantur.

Pag. ccxc. P. At cccxcii. Germ.

ξένων χρ. Lapus, *& vt cæteri vtiles humanáſque ſententias dicerent*, non rectè interpretans χρηστάς. At Gelenius rectè, *vt benignas atque humanas proferrent ſententias.* Sed Portus Lapum potiùs quàm Gelenium ſequens, malè & ipſe, *vtiles ac humanas.* Sic autē & alibi duo illa adiectiua iungit Dionyſius, vt pag 401, φιλάνθρωπον ἢ χρηστόν. Sic χρηστοὺ περὶ ἡμᾶς ἄνδρας, pagina 400. Sed & χρηστοὶ πατέρες ita dicuntur pag. 395.

Pag. ccxcv. P. At cccxcix. Germ.

νίδα. Fortaſſe ſcripſit ὡς τυραννίδα περιβιοῦ.

ἀρχῆς ἠλθ. Ex Thucydide ſcribere poſſumus, ac debemus, ἐν πολλῇ ἀθυμίας ἐγένοντο. is enim hoc loquendi genere non ſemel vtitur.

Pag. ccxcv. P. At cccc. Germ.

ρεῖς, πάντα ὑπ. Crediderim illum ὑπὲρ τῆς τότε σωτηρίας ſcripſiſſe. Nam reliquiſſe ſubaudiendam vocem ἕνεκα haud veriſimile eſt.

Pag. ccxcvii. P. At ccccii. Germ.

ναι φιλοχ. Quomodo φιλοχωρεῖσθαι μένειν dicere potuit? Suſpicor φιλοχωρεῖσθαι, ὥστε μένειν, ab eo ſcriptum fuiſſe.

οὐδὲ ἡμ. Deeſſe aliquod participium Gelenius quoque exiſtimauit, quum verteret, *ne libertas quidē armis parta & laboribus.* quaſi nimirum κτηθεῖσαν, aut aliud huiuſmodi omiſſum eſſet.

Pag. ccxcviii. P. At cccciii. Ger.

πως τὴν δ. Ne hoc quidem quomodo dici potuerit, video ὡς οὐκ ἐξεχεῖτο τοῖς δάκρυσι. Nā potius ipſa δάκρυα dicenda ſunt ἐκχεῖσθαι τινός: atque adeo ipſe pag. 408 ita loquutus eſt, δάκρυά τε ἁπάντων ἐξεχεῖτο. Quid ſi igitur ἐνέχυντο τοῖς δάκρυσι ſcripſiſſe illum ſuſpicemur?

ὡς τὴν σκηλ. Malim πρὸς ταῦτα.

ὅτι τὸν ἅπ. Propemodum mihi perſuadeo Dionyſium non τὸν ἅπαντα χρόνον, ſed τὸν εἰσέπειτα χρόνον, vel (vt etiam ſcribi ſolet) τὸν εἰς ἔπειτα χρόνον ſcripſiſſe.

Pag. ccci. Par. At ccccix. Germ.

ὅπως δ. Scribēdum potius coniunctè ὁπωσδήποτε: atque idē & alibi error eſt corrigēdus.

Pag. cccxiii. P. At ccccxiiii. Ger.

λοι. Vel potius ὑποτρέφειν, vt dixi in paginam 176.

περὶ τὰς παρθ. Quid ſit ἐξανθιζομένους multi quæſiuerunt, & qui ſibi non videntur inueniſſe, quærere pergunt. Sed quærendum priùs erat an Dionyſius ἐξανθιζομένους ſcripſiſſet: & conſiderandum, eum, participium illud (quocunque ſcribi modo debet) cum βοστρυχιζομένους iungere, loquentem de pueris qui puellarum more comam alerent: & hæc omnia eodem (id eſt, itidem ad comam) pertinētia, ſubiungere, ἐξανθιζομένους (aut quodcunque eſt id quod primo loco poſuit participium) & βοστρυχιζομένους, & κεκρυφάλοις τὰς πλοκαμῖδας ἀναδουμένους: poſtea verò de amictu loqui. Hæc ſi diligenter conſideraſſent, fortaſſe idem illis quód mihi in mentem veniſſet, nimirū à Dionyſio ξανθιζομένους ſcriptum fuiſſe. Sed & alia multa in quodā Schediaſmate pro hac lectione affero, quæ de ipſa dubitare multò etiam magis vetabunt.

Pag. cccxix. P. At ccccxxxii. Ger.

τοῦ νόμου. Magis placeret τὸν νόμον: vt intelligeremus, δοκεῖν τὸν νόμον εἶναι τὸ ἐνθύμημα ἐκείνου Fateor alioqui parum ad ſenſum intereſſe.

ὁ δῆμος γν. Semper hîc ſubſtituendum αὐτοσχεδιαζομένων putaui, (quum meminiſſem αὐτοσχεδιάσεως tali de re ab Æſchine dictæ) ſed multo magis poſtquam αὐτοσχεδιάσεις ſimilem vſum habere apud hunc ipſum ſcriptorē comperi, initio paginæ 359. Adde quòd & αὐτοσχεδιαζομένων ita dicit, pag. 597.

ἐλπ. Quum referatur ad nominatiuum πόλεις hoc participium, ὑπαγόμεναι ſcriptum fuiſſe veriſimile eſt, aut certe ἐπαγόμεναι. nā id quoq; vſum huic conuenientem loco habere, oſtendit nomē ἐπαγωγὸς ab eo deductum, quo hîc nō ſemel vtitur. Sic autē & pro ὑπαγόμενον videri poſſit ſcribendum ἐπαγόμενον pag. 442.

Pag. cccxxviii. P. At ccccxliiii. Ger.

Apud Lapum legimus: *nō enim eſſe aliorum aliquorū hoc imperium in miniſtros ſuos, quàm iubentium.* Vbi aliquis vocem *imperium* non immeritò miretur: ſed eum tamen diuerſam à noſtra lectionem minimè ſequutum eſſe, verùm *improperium* ſcripſiſſe exiſtimo.

Pag. cccxxx. P. At ccccxlvii. Ger.

ὅπως. Vel ἑαυτοὺς, vel τὰ ἡμέτερα, vel aliquid huiuſmodi ante ἐπιτρέψαντες deeſſe quis putet: verùm & alibi ſine vlla huiuſmodi adiectione vtitur.

Pag. cccxxxii. P. At ccccxlix. Ger.

λεῖν αὐ. Non ἐνθυμούμενος pro ἐνθυμουμένων ſubſtituendum dixerim, ſed hoc retinendum, præfixa particula ἐκ.

Pag. cccxxxiii. P. At ccccl. Ger.

παρθ. Apud Lapum, tanquā aliā lectionē ſequentem, legitur, *hicque ita inſaniuit, deniq; hoſtis erat vobis hæc ſuadens:* ſed apud eum malè ex *deique* factum fuit illud *deniq.e.* Verumtamen nec ita ſcribēdo, *deiq. hoſtis erat,* aptam nominis θεοβλαβεῖ interpretationē habemus.

Pag.

PAG. CCCXXXIII. P. AT CCCCLI. GER.

ἐνορκων ἐπ. Miretur quis hîc quoque quod apud Lapum legitur, *o beate*, horum loco, ὦ Μάρκιε. ſed cum ὦ μακάριε in ſuo exemplari habuiſſe manifeſtum eſt.

PAG. CCCXXXIIII. P. AT CCCLIII. GER.

ἔμοιγε δ. Vel οἱ παραψηφίζοντες vel οἱ παραθήγοντες ſcriptum fuiſſe puto.

ερου μ. Lego ἢ καὶ κατὰ τοῦ στμν.

PAG. CCCXXXVIII. P. AT CCCCLVIII. GER.

δίκης ἀπ. Quǽnam ſint (aut ſaltem, quǽnam mihi videantur eſſe) hæ πονηραὶ ἐλπίδες, doceo in quodam meorum Schediaſmatum.

θεοὺς ἀδ. Rectius fortaſſe θεῶν ſcribetur.

PAG. CCCXXXIX. P. AT CCCCLIX. GER.

ἀλλὰ πολλ. Scribe ἐπαναταθείσας: & vide quæ alibi de verbo ἐπανατείνεσθαι dixi.

ἐμφυλ. Scriptum fuiſſe ſuſpicor, τοῖς τὸ ἴδιον συμφέρον, καὶ κοινὸν ἡγουμένοις. vel potius, τοῖς τὸ κοινὸν συμφέρον, καὶ ἴδιον ἡγουμένοις. tales videlicet vt nolint ἐν οὐκ εὐτυχοῦσι τοῖς κοινοῖς μόνοι εὐτυχεῖν, ſicut loquitur pag. 161.

PAG. CCCXLI. PAR. AT CCCCLXI. GER.

ὑμᾶς ἐσ. Sumpſit hæc verba ex iſto ſenario,

Ὁ μακρὸς αἰὼν μεταβολὰς πολλὰς φέρει.

δυν. Poſt οἱ δυνατοὶ ſcribo οἱ ἐκ τοῦ συνεδρίου. Sic pag. 459, τοὺς ἐκ τοῦ συνεδρίου πάντας.

PAG. CCCXLV. P. AT CCCCLXVII. GER.

δος ἢ ἐπιθ. Expungo voculam ἢ poſt τυραννίδος. Quam lectionem & Lapus videtur in ſuo exempl. habuiſſe. vertit enim, *nullum inuenientes apparens affectatæ tyrannidis argumentum*. Conuenit autem hæc tyrannidis ἐπίθεσις (quæ pag. ſeq. τυραννίδος κατασκευὴ vocatur) cũ his quæ pag. præcedente legimus, ἀλλ' ἐπειδὴ τυραννίδι αὐτὸν ἐπιχειρεῖν εἰσηγγείλατε. Male igitur hîc quoq; Gelenius à Lapo diſceſſit, ab illa vocula ἢ deceptus, & ita reddẽdum hunc locum arbitratus, *quum nihil in eo inuenirent quod in tyrannum vel inſidiatorem competeret*.

PAG. CCCXLVI. P. AT CCCCLXVIII. GER.

τὸ δημ. Reddiderunt hîc omnes interpretes περιεώρων *negligebãt*: ſed fortaſſe eo vſus eſt quo Thucydides non ſemel vtitur modo, de iis qui circumſpectant quæ fiunt, euentum expectantes.

PAG. CCCL. P. AT CCCCLXXIIII. GER.

λούμενα ὑπ' αὐτοῦ παρ. In Prolegomenois locum hunc ita legendum eſſe dixi, οὐχ ἵνα μοι χαριεστέρα γένηται προσθήκαις θεατρικαῖς ἢ λόγοις ἀληθεστέροις ἡ διήγησις. Hoc autẽ Liuius amœna diuerticula appellat.

διὰ παντ. Scribendũ, εἰ δὲ δέος. vel, εἰ δὲ δὴ δέος.

PAG. CCCLIX. P. AT CCCCLXXXVII. G.

τας τούτου π. Hîc quoque pulchrum vocabulum Dionyſio reddam, & cuius non obuia ſunt exempla. Id erit αἰνομολογήσουσιν. Lego enim, ἅπαντες αἰνομολογήσουσιν εἶναι καλόν: præſertim quum particula ἂν locum hîc non habeat.

θεὸς ἴδει λ. Græcæ linguæ conſuetudo poſtulat vt παραινεῖν φίλοις ſcribatur. Alioqui intelligendum eſſet, παραινεῖν φίλους ὄντας. Sed multa in Græcæ linguæ conſuetudinem & leges peccaſſe librarios apud Dionyſium, cùm aliis in rebus, tum in conſtructione, in Prolegomenois docui.

δὲ τὰ ἔρ. Vel τῷ ἔργῳ vel τοῖς ἔργοις ſcriptum fuiſſe conſtat.

ἐν τοῖς πρ. Sic Thucyd. verbo ἐῤῥῶσθαι ſæpe vtitur.

P. CCCLXVII. P. AT CCCCXCVII. GER.

τὴν τε ἄκρ. Ex duobus vnum faciunt poſteriores interpretes, quũ τὴν τε ἄκραν καὶ τὸ Καπιτώλιον interpretantur *arcem Capitolinam*: at Lapus, à ſua lectione diſcedere haud ſibi permittens, *arcem & Capitolium*. Prudentius certè hic: quum non vnicam fuiſſe ἄκραν, vel hic noſtri ſcriptoris locus oſtẽdat, pag. 319, τὰς ἄκρας καὶ τοὺς ἐρυμνοὺς τόπους τῆς πόλεως καταλαβέσθαι. Sed hîc poſt τὴν τε ἄκραν fortaſſe nomen eius addiderat.

βουλ. Scribendum eſt βουλεύεσθαι.

PAG. CCCLXIX. PAR. AT CCCCC. GERM.

πόλ. Magis hîc mihi placeret καθίστασθαι quàm συνίστασθαι. Imò verò ne ferri quidẽ poſſe iſtud exiſtimo: at verò καθίστασθαι ita dicetur vt κατέστη τὰ πράγματα, pag. 432. Et alibi καταστάντος τοῦ θορύβου. Manente tamẽ illa lectione, tolerabilior Lapi quàm cæterorum eſſet interpretatio.

PAG. CCCLXXII. PAR. AT DIIII. GER.

σθαι τῆς πολ. De his, τὰ δίκαια τάττειν, vide annot. in paginam 230.

PAG. CCCLXXIII. PAR. AT DV. GER.

νάστης λῦ, οὐ γ. Apud Ariſtotelem quoque verbũ hoc συνεξοκρατεῖσθαι legimus, Polit. lib. 4. Cuius locum in quodam Schediaſmate cum duobus Dionyſii confero, & quæ ab vtroque dicuntur, diligenter examino.

PAG. CCCLXXIIII. P. AT DVII. GERM.

των τ. Scribo οὐδὲ ἀντιλογούντων, in futuro tempore, ſicut ſequitur διαμφοροῦντα. Sic alibi, ὧν οὐδεὶς πώποτε ἀναιρήσει χρόνος. Rurſumque alio in loco, φύσεως γὰρ δὴ νόμος ἅπασι κοινὸς, ὃν οὐδεὶς καταλύσει χρόνος.

δικ. Non minus libenter φίλους ποιούμεθα legerem.

PAG. CCCLXXIX. P. AT DXIII. GERM.

κὸς, τὰ ἀνακ. Scriptũ fuiſſe puto ἀνακλαύσας. Nam fateor quidem, vocem illam ἀνακαλουμένας melius ſeruare vocis ἀνακλαιομένας vel ἀνακλαομένας veſtigia, ſed an Dionyſius paſſiua hîc terminatione loco actiuæ vti potuerit, dubitare me dico.

οἷς θεοὶ δ. De ea quæ hîc eſt Sophoclei loci imitatione, quã & Virgilius imitatus eſt, verba facio in vno meorum Schediaſmatum.

Pag. 381. P. At 516. Germ. ἐίωθει. Scribo τοῖς ὄχλοις. Ver. κιος ασμ. Non intellexerunt interpretes hæc verba ὡς δὴ πεισοίατι τῶ δικαίων πρὸς τὴν ἔντευξιν αὐτῆς χρησάμενος. Quod autẽ proximè ſequitur membrũ haud plenum eſt, eſtq; ita fortaſſe ſcribendum, καὶ ἐν καλῷ ποιούμενος ἐν τοῖς ὄχλοις δακρῦσαι τὸ ἀπόκρισιν.

Pag. 389. P. At 527. Germ. ἐόμενος ἀλ. Scripſiſſe puto Dionyſium καὶ τὰ γινησόμενα εἰκάζων γεγενημένοις. Nam ſolemus τοῖς γεγενημένοις, ſiue γεγονόσιν, εἰκάζειν, ſiue τεκμαίρεσθαι τὰ μέλλοντα, non autem τοῖς γενησομένοις. Sic pag. 507, εἴγε δεῖ τεκμαίρεσθαι τοῖς γεγονόσιν ἤδη τὰ μέλλοντα. Ver. ἢ εἶδεν τ. Male ἐγένετο pro ἐγίνετο, ſicut & alibi. Pag. 390. P. At 528. Germ. μετ τ. Miretur hîc aliquis apud Lapum vocem *feritate*: vbi leget apud eum, *feritate clamantes ferociſſimi*: ſed corrupta fuit eius ſcriptura, quũ ille ſcripſiſſet, *feri, iace, clamantes*. Pag. 395. Par. At 535. Ger. θείας ἀπὸ κρ Malim καρτερίας: vt ſæpe nomine καρτερὸς & aduerbio καρτερῶς vtitur. Ver. σμένος ἰοθ. Poſt θριάμβους vel καταγοντας vel κατάγειν ſcriptum fuiſſe arbitror. Pag. 397. P. At 538. Germ. διαλ. Fortaſſe εἰς τὴν κατόπιν ἡμέραν. Ver. χελ πλ. Intelligit τὰ ἔσχατα quę ſumma eſſent. q.d. Talia vt progredi vlterius non poſſent. Pag. 400. Par. At 542. Germ. τοῖς κρ. Malim ὑποκαταλυόμενον, quo ſæpe vtitur. Pag. 401. Par. At 544. Germ. ἔπι τὴν ἠλ. Scribo, ἐπιφανέστατοι δὲ τῶν ἄλλων κατά γε ἀξιώσεις προγόνων. vt poſt húc genitiuum hypoſtigme ponatur, & ſequentia, καὶ κατὰ τὰς ἑταιρείας τι καὶ πλούτους, cum μέγα δυνάμενοι iungantur. Pro hac mea lectione facit omnino hic paginæ 667 locus, γένους τε ἀξιώσει λαμπρότατοι, καὶ ἑταιρείαις μεγάλα δυνάμενοι. Pag. 404. P. At 547. Germ. γνωμ. Hoc & verſus ille prouerbialis ſuadet, Νήπιος ὃς πατέρα κτείνας παῖδας καταλείπει. Ver. τούτων, ἔστι ὁ παρ' Ελλ. Vel ὁ παρ' Ἕλλησι legendũ puto (nã nimis durè ὁ παρ' Ἑλλήνων pro ὁ παρ' Ἕλλησι dici videtur: & fieri poteſt vt ex paulo ante præcedẽte loco, vbi itidẽ legitur παρ' Ἑλλήνων, lectio illa ſumpta ſit) vel abſque præpoſitione παρά. vt intelligamus ὁ ὑπὲρ τούτων νόμος Ἑλλήνων. Pag. 409. P. At 554. G. καὶ δὴ κ. Malim τὸ δὲ τὸ ἐμῆς ἠλ. Cum illo autẽ πολέμων ſubaudiri ἐμφυλίων puto. Pag. 410. P. At 555. G. φόβῳ τ. An ἐν φόβῳ. Ver. θυμ. Vide quæ dixi in Proleg. de ea quæ hîc eſt imitatione Thucydidis. Ver. λαὸν, καὶ οὐκ ἐ. Repono τεθυμμένων. Pag. 418. P. At 566. G. θυμ. Scribo, καὶ ὅσῳ ἀλκιμώτεροι. Pag. 418. P. At 567. G. ἡ τῶν μὲν ἀνδρ. Vel ita ſcriptũ fuiſſe puto, τῶν μὲν ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν μαχομένων: vel ſic, τῶν μὲν ἀνδρείως καὶ γυναικείως μαχομένων. Ver. χλευ. Fortaſſe φιλανθρώπως. Ver. ἐκ τῶ πλ. Malim ὅλως. Pag. 424. P. At 575. G. τε. Hoc de loco vide vnũ è meis Schediaſm. Ver. δου, ἰάσαι. Scribo ἐπαγόμενον. Nã προσάγειν minus propè ad alteram lectionẽ accedit: quod tamen potius quàm προσαγόμενον, actiua ſignif. diceretur. Pag. 431. Par. At 584 G. Ver. primo, Legendũ eſſe ἐπιστροφὴν contendo. Pag. 440. Par. At 596. G. μένος εἰς τ. Quid pro ταμίας reponemus? Ego certè non dubito quin illæ poſteriores ſyllabæ μιας pro βίας irrepſerint: ideóque κωλυτὴς βίας aut tale quid ſcriptũ fuiſſe ſuſpicor. Pag. 441. P. At 597. G. περιθ. Scribo ἀπολώλεκε. Pag. 442. Par. At 559. G. Scribo, καὶ ἐφ' ὃ αὐθ. vel potius, καὶ ἐφ' οἷς: vt intelligamus, καὶ καθαρμοί, ἐφ' οἷς &c. Ver. ποιουμένη π. Malim ἐπιφθονουμένη. Pag. 443. Par. At 600. G. ἐπειδὴ καθ. Malim ἡμέρα. Ver. γὰρ καὶ δ. Fortaſſe ſcripſerat, οἰκειώσασθαι δυναμένῳ λόγῳ πιθανώτατος, aut tale quid: niſi alio ſuperlatiuo (cuiuſmodi eſt δυνατώτατος) vſus erat. Pag. 444 P. At 602. G. καὶ μέλλ. Suſpicor ſcripſiſſe, χρησὶν ἐξ αὐτῆς ἔσεσθαι. Verſu autem ſequenti videntur interpr. malè reddere περιττὸν, *ſupervacaneum eſt*: tanquã neget hic faciendum, quod contrà facere ſuadet: vt doceo in quodam meorũ Schediaſm. Pag. 448. P. At 607. G. μάλ. Veriſimile eſt eum, ὡς δή μοι αἱρούμενος πρὸ αὐτῆς, ſcripſiſſe. Alioqui certe ἀναιρούμενος ſcriptum fuiſſe dicerem. Nam ἀναιρεῖσθαι eſt interdum Demereri, & ſibi amicum reddere (pro quo & ἀναρτᾶσθαι dici oſtendit meus Theſaurus) ao tamen dicatur etiã ἀναιρεῖσθαι πρὸς αὐτὸν, ſeu ἑαυτὸν, videndũ eſt. P. 448. Par. At 608. G. V. δόξ. Lego εἰς χρόνον ὕστερον καὶ διάγειν. Pag. 449. P. At 609. G. χ' καὶ τ. Vide in meis Sched. huius loci emendationem. P. 450. At 610. G. κρεῖτ. Lego ἀντάρχειν. V. ἀπὸ δ. Vel potius δεῖν ἐπιθεῖναι. P. 453. P. At 614. G. ἡμ. Lego ἡμέρα τε ἐγένετο. P. 463. P. At 628. G. λῦ χρ. Scribo, ὅτι χρόαν μεταλαβόντα οἷαν ἰχ. & διαλυόμενα. Item ὤζετο pro ὤζετο. nam quis ὄζεσθαι pro ὄζειν vnquã audiuit? V. πλ. Repono ἱερέα, ſicut & alibi. Pag. 467. Par. At 633. G. μὲν οὖν ἐπ. Ago & de hoc loco in quodã Sched. P. 468. Par. At 634. Ger. παρ. Lego παρεχόμενον, & paulo pòſt καταβαλοῦσι δὲ τὸν ὑπ. P. 472. P. At 640. G. ἄσμ. Scribo ἄσμενοι αὖ ἐλάβοντο. Pag. 473. P. At 641. G. Scribo ῥώμης. P. 475. P. At 645. G. σημ. Scribe πράξειν, & paulo poſt χρήσασθαι. P. 482. Par. At 654. G. v. ἔσον ὕπο τῇ π. Lego πλησιάσαντα. Pag. 485. Par. At 657 G. δέους ἐν ἀ. Scribẽdum videtur, καὶ ὡς Ρωμαίοις, εἰπεῖν οὐκ ἀδεὲς ἀνάτως: vt infrà, εἰπεῖν τε, ὡς στρατιώτης, οὐκ ἀδεῶς ἀναστὰς. quamuis, hoc dicendo, fitri Romanis iniuria videatur. Plura autẽ de hoc loco in meis Sched. vbi & aliorũ, præſertimq; ſequentiũ, hîc omiſſas emendationes (non omnes tamen, ſed quæ maioris momẽti ſunt) inuenies.

FINIS.

Digitized by Google

ISAACI CASAVBONI

ANIMADVERSIONES IN DIONYSII HALICARNASSEI ANTIQVITATVM ROMANARVM LIBROS.

Digitized by Google

ISAACVS CASAVBONVS LECTORI SVO S. D.

NVNQVAM exiſtimaram fore, lector candide, vt in Dionyſium Halicarnaſſeum quicquam ederem. Etſi enim quum ante decem plus minus annos admodum adoleſcentes eum legeremus, eáque editione quæ ſola tunc exſtabat vteremur, quædam videbamur nobis haud penitus λόγου ἀνάξια obſeruaſſe: tamen qui nō ignoraremus, iam tum prouinciā hanc emendandi ac denuo vertendi Dionyſii, ab aliis, qui magnā de ſe ſpem facerēt, fuiſſe ſuſceptam: adeo nihil in eum moliri voluimus, vt verè poſſimus affirmare, nunquam nos ab illo tempore de Dionyſio quicquam cogitaſſe: ac ne in manus quidem ſumpſiſſe vnquam, niſi rariſſimè, & quoties vſus eſſet. Quod nunc ſententiam mutauerimus, caſu id factum, potiùs quàm voluntate noſtra: qui profectò maluiſſemus, quæ hîc annotauimus, maximè ea de quibus nobis cum nouiſſimis interpretibus non conuenit, iis ipſis communicare, & hoc ſcribendi labore ſuperſedere. Non enim tantum ab re noſtra otii nobis eſt, vt in refellendis eiuſmodi ſcriptis, haud ſanè admodum δυσεξελίκτως, vllam tēporis, quod vacuum nobis ſupereſt, partem, melioribus ſtudiis noſtris relictis, libenter collocemus. Verùm, quia experti ſumus non probari ipſis noſtrum id conſilium; viſum eſt faciendum, vt quæ pridem ad oram libri mei (vt fit) annotaueram, relegerem, colligerem, & cum præſtantiſſimi huius autoris ſtudioſis communicarem. Relegi igitur, collegíque: ac, licet arrepto ſemel calamo multo plura quàm initio conſtituetam annotauerim, breuiſſimo tamen tempore deſcripſi. Omnia, lector, in tuam gratiam. Tu, dum maiora à nobis expectas, vtere, fruere, & nos ama. Vale. Nonis Augusti,

CIↃ IↃ LXXXVIII.

ISAACI CASAVBONI ANIMADVERSIONES IN DIONYSII HALICARNASSEI antiquitatum Romanarum libros.

In librum primum, pag. 1.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἁλικαρνασσέως. Hic eſt Dionyſius cuius Strabo meminit libro decimoquarto: quo loco viros claros Halicarnaſſo oriundos commemorans, καὶ καθ' ἡμᾶς, ait, Διονύσιος ὁ συγγραφεύς. Coæui igitur Strabo & Dionyſius.

12. ver. ὥσπερ Ἀναξίλαος καὶ Θεόπομπος. Notum quid Cicero appellet ad Atticum genus ſcribendi Theopompinum. De Anaxilao hiſtoriarum ſcriptore mirum eſt tantum eſſe in veterum monumentis ſilentium. Verùm ille præmium hoc maledicentiæ ſuæ meritò eſt conſecutus.

39. Εἰκῆ καὶ ῥαθύμως αὐτὰς συντιθέντες ἐκ τῶν ἐπιτυχόντων ἀκουσμάτων. Timæum Tauromenitam videtur notare. nam inter omnes veteres hiſtoricos, qui quidem aliquo loco habiti ſunt, Timæus maximè hoc vitio laborauit: quem ideo appellarunt Γραοσυλλεκτρίαν. quod in tam moroſo alienorum ſcriptorum cenſore planè erat intolerabile. Notum eſt enim mordax Epitimæi iſtius ſiue Timæi ingenium.

Pagina 2.

12. Τοῖς γε δὴ μὴ παντάπασιν ἀπείρως ἔχουσι τῆς κοινῆς ἱστορίας. κοινῆς, hoc eſt καθολικῆς, cui opponitur ἡ τῶν κατὰ μέρος σύνταξις. Polybius libro octauo, ταῦτα μὲν οὖν εἰρήσθω πρὸς τοὺς ὑπολαμβάνοντας, διὰ τῆς τῶν κατὰ μέρος συντάξεως, ἐμπειρίας ποιήσασθαι τῆς καθολικῆς καὶ κοινῆς ἱστορίας.

25. καὶ εἰς τοὺς μυθικοὺς ἀναγομένη χρόνους. χρόνων ſiue temporum aliud eſt ἄδηλον, aliud μυθικὸν, aliud ἱστορικόν. ita Græci diuiſerunt, & eos ſecutus Varro.

30. ἀλλ' ἐπὶ τῆς τετάρτης κατελύθη γενεᾶς. Suſpecta mihi olim fuit vox τετάρτης. Multum enim videbatur præcidere de Medici imperii terminis: quod fuiſſe hiſtoriæ aiunt annorum trecentorum & quinquaginta: quæ ſunt multo plures γενεαὶ quàm quatuor. Verùm nemo neſcit quæ ſit veterum ſcriptorum inter ipſos ſuper id genus rebus pugna.

33. χρόνον τε οὐ πολλῷ πλείονα διακοσίων ἐτῶν.) Annos quinquaginta ſupra ducentos ait Strabo, libro decimoquinto extremo.

Pagina 3.

9. δυοῖν δέοντα ἑβδομήκοντα ἔτη. Hoc eſt, annos ſexaginta octo: at Iſocrates in Panathenaïco ſexaginta quinq; tãtùm ait. Σπαρτιᾶται, inquit, ἔτη δέκα μόλις ἐπεστάτησαν αὐτῶν· ἡμεῖς δὲ πέντε καὶ ἑξήκοντα συνεχῶς κατέχομεν τὴν ἀρχήν. Lycurgus verò κατὰ Λεωκράτους ait Athenienſes Græcorum fuiſſe ἡγεμόνας annos nonaginta. Lyſias, ἄρξαι τῆς θαλάττης annos ſeptuaginta.

15. οὔτε ὅλα ἔτη τριάκοντα τὴν ἀρχὴν κατασχόντες. Nimis liberaliter agit hîc Dionyſius. Nam alii longè aliter imperii Lacedæmoniorũ tempora putant: vt Iſocrates, qui fuiſſe illud ait annorum vix decem: & Polybius, qui vix duodecim. Quod autem Diodorus, Plutarchus, aliique tradunt, Lacedæmonios, dum Lycurgi legibus vtuntur, πρωτεῦσαι τῆς Ἑλλάδος annos quingentos, id verò aliud eſt: nam aliud πρωτεύειν, aliud ἄρχειν.

16. ἡ δὲ Ῥωμαίων πόλις ἁπάσης μὲν ἄρχει γῆς, ὅση μὴ ἀνεμβατός ἐστιν, ἀλλ' ὑπ' ἀνθρώπων κατοικεῖται. Eleganter τὴν οἰκουμένην περιφράζει. Nã hoc vult, totam οἰκουμένην Romanis parere. quod, obſecro te, quàm oratoriè dictum! nam falſiſſimum eſt totam οἰκουμένην Romano imperio fuiſſe vnquam ſubiectam, nedum Dionyſii ætate. quo quidem tempore conſtat Romanos vix vltra Euphratem perueniſſe. Mira ergo in hoc Dionyſii dicto ὑπερβολή. Ego verò in hiſtorico, cuius oratio debet eſſe ἀπλουστάτη, hanc νεανικὴν ἀπόφασιν, (ſic enim libet appellare) vix putem ferendam. Eiuſmodi eſt quod ſequitur, imperii Romanorum terminos eſſe ἀνατολὴν καὶ δύσιν. quod aliter verum eſſe nequit, quàm ſi, vt fecêre caſci illi homines, Phaſin ſtatuas ἀνατολῆς πέρας. quod Dionyſii ætate nemo non imperitiſſimus harum rerum feciſſet. Paris ὑπερβολῆς eſt etiã illud paulo poſt, nullam omnino eſſe gẽtem quæ de principatu cum Romanis contendat, aut iis parere recuſet. Quis enim neſcit Parthos tunc temporis, etſi multis cladibus attritos, imperium tamen retinuiſſe, nec Romanis paruiſſe? niſi fortaſſe, quòd pacis obſides Romanis dederunt, & reges ab Auguſto aliquando petierunt, ideo Romanis parere dici potuerunt. Quanto circumſpectius æqualis Dionyſii Strabo. καὶ νῦν, inquit, loquens de Parthis, ἐπάρχουσι τοσαύτης γῆς, καὶ τοσούτων ἐθνῶν, ὥστε ἀντίπαλοι τοῖς Ῥωμαίοις τρόπον τινὰ γεγόνασι κατὰ μέγεθος τῆς ἀρχῆς. Elegãter etiam & verè Dionyſius poeta de Parthis,

ἀλλ' ἤμενος κατ' ἄκρην ἀμφιμαχήτους περ ἰόντας.
Αὐσονίου βασιλῆος ἐπηκτήνατο ἀκουήν.

Vide Strabonem libro ſexto ſub finem.

Pagina 4.

36. Ταύτης δὴ τὰς πεπλανημένας, ὥσπερ ἐ͂ φίλων ὑπολήψεις ἐξελέσθαι τῆς διανοίας τῶν πολιτῶν προαιρούμενος. Multum Dionyſio debēt ipſius ciues Halicarnaſſenſes, ſi quidem eorum cauſa ille tantum opus ſuſcepit. nam quos alios πολίτας intelligat, niſi Halicarnaſsēſes ſuos? Puto vero legendum eſſe τῶν πολλῶν, non τῶν πολιτῶν, ſententia haud paulo venuſtiore, & meliore.

Pagina 5.

19. εἰ δὲ ἀπίστως τοῦ λόγου τὸ ἐπίφθονον. Nulla hic ἀποσιώπησις, quam fruſtra quidam comminiſcuntur. Tantum lege ἔχει pro εἰ δὲ, & cum ſuperioribus hæc connecte. omnia iam ita plana vt nihil ſupra.

33. καὶ Σιληνοῦ. Silenus hic, eſt is quem teſtatur M. Tullius diligentiſſimè res Hannibalis eſſe perſecutum. Laudant Græci ſcriptores & Σειλήνου ἱστορίας, & Sileni Chii μυθικά.

Pagina 6.

8. μὴ τὸν ἥδιστόν τε καὶ ῥᾷστον αἱρεῖσθαι τῶν βίων, ἀλλὰ τὸν ἐπιπονώτατον, καὶ φιλοτιμότατον. Non video quid cauſæ eſſe queat cur, ſine libris præſertim, mutandam cenſeamus vocem φιλοτιμότατον. quam ἀπαξ eſſe retinendam, mecum, ſcio, ſentient omnes qui Græcè ſciunt, & vim eius vocis non incognitam habent.

Pagina 8.

6. Διεστώτες δὲ κατὰ τὰς ἐμβολὰς ὀκτακόσιά που στάδια ἀπ' ἀλλήλων. Ex accurata Strabonis deſcriptione colligitur, interuallum inter oſtia duorum fluuiorum, qui Latium antiquum terminabant, Tiberis & Liris, ſtadiorum IↃCCCLXX. Ea deſcriptio eſt huiuſmodi,

ab Oſtia	
Antium	ſtadia CCLX.
Circæum montem	CCXC,
Tarracinam	C.
Formias	XL.
Minturnas	LXXX.

Pagina 9.

41. ὑπὲρ ἄκρας Ἰαπυγίας ἐκβιβάσας τὸν λεών. Verte, *Super Iapygium acran*, nō vt interpretes, *ſuper Iapygia promontorium*. Nā Acra Iapygia ille locus vocabatur. Quod enim infra ſcriptū eſt, πρὸς ἄκραν Ἰαπυγίας, peccatum eſt librariorum, & legēdum πρὸς ἄκραν Ἰαπυγίαν. Adi, ſiquid addubitas, Plinium, Strabonem, Ptolemæum, & cæteros geographos.

Pagina 10.

2. μεταβαλεῖν τὴν ἔχιδναν προσηγορίαν. Hæc lectio ferri nequit: omninóque legendum μεταλαβεῖν: vt alibi ſæpe apud Dionyſiū. Sic Strabo libro decimoſexto, τὸ δ' ὄνομα τὸ γεφυρώσαντος αὐτὸν Ὀρόντου μεταλαβεῖν, καλούμενος πρότερον Τυφών.

46. Φερεκύδην τῶν Ἀθηναίων γενεαλόγων οὐδενὸς δεύτερον. Legendum eſt, Φερεκύδην τὸν Ἀθηναῖον, γενεαλόγων οὐδενὸς δεύτερον. nec poteſt aliter legi: niſi forṫaſſe γενεαλόγον mallit aliquis quarto caſu. Vox quidem Ἀθηναίων, quam alii interpretes retinent, alii retineri poſſe cenſent, ferri nequit. non enim hoc voluit Dionyſius, Pherecydem inter Athenienſes tātùm qui de genealogiis ſcripſerunt, excellere: ſed, inter omnes, quicunque tandem ſint, qui in eo argumēto olim ſunt verſati. Quos fuiſſe quamplurimos, ex poetarum Græcorum interpretibus apparet: qui quidem omnes Pherecydem in primis laudant: & ſecundum eum, Acuſilaum. Cæterùm de Athenienſi iſto Pherecyde, quem ferè genealogum veteres appellant, vide Laertium & Strabonem. Suidas ait ſcripſiſſe eum Αὐτόχθονας, id eſt, περὶ τῆς Ἀττικῆς ἀρχαιολογίας.

Pagina 11.

15. τὸ γὰρ δὴ Πελασγικὸν καὶ τὸ Κρητικόν. Non debet vox Κρητικὸν cuiquam eſſe ſuſpecta. Nam certum eſt, in multis Italiæ locis ſedes quondam fixiſſe Cretenſes: in ea potiſſimum parte vbi fuere Iapyges, Daunii & Brunduſium. De quibus omnibus conſule Herodotum & geographos.

24. Ἀρκαδικὸν γὰρ τὸ φιλοχωρεῖν ὄρεσι. Specioſa quidē (fateor) lectio, & quæ facilè minus attentum lectorem fallat: non tamen vera, vt quidem arbitror: qui perſuaſum habeo, germanam lectionem eſſe hanc, ἀρχαϊκὸν γάρ. Primùm enim, ſi ſcripſit Dionyſius ἀρκαδικόν, quid, obſecro te, pertinebit hûc quod de Athenienſibus ſubiicitur? Deinde certum eſt antiquiſſimos homines habitatione mōtium fuiſſe delectatos. Strabo id annotat ex Platone, libro decimotertio. Εἰκάζει δὲ Πλάτων, inquit, μετὰ τοὺς κατακλυσμοὺς τρία πολιτείας εἴδη συνίστασθαι· πρῶτον μὲν τὸ ἐπὶ τὰς ἀκρωρείας. Mox, Δεύτερον δὲ τὸ ἐν ταῖς ὑπωρείαις. Deinde, Τρίτον δὲ τὸ ἐν τοῖς πεδίοις. Locus Platonis eſt De legibus lib. III.

Pagina 17.

38. σὺν χρόνῳ κατασκεδασθέντων σχεδίας ἐπὶ τῷ πορθμῷ, καὶ φυλάξαντες κατιόντα τὸν ῥοῦν. Quid appellet ῥοῦν κατιόντα in Siculo freto, nō omnes intelligunt. Id verò explicatur à Strabone libro primo, τὴν μὲν οὖν πλημμυρίδα, inquit, δεῖ ὁμολογεῖν τὴν ἐκ τοῦ Τυρρηνικοῦ πελάγους εἰς τὸ Σικελικὸν καταφερομένην, ὡς ἂν ἐκ μετεωροτέρας ἐπιφανείας· ὃν δὴ καὶ κατιόντα ὀνομάζεσθαι. Thucydides in eadem re κατιόντα ἄνεμον dicere maluit, lib. ſexto. Σικελοὶ δὲ, inquit, ἐξ Ἰταλίας, (ἐνταῦθα γὰρ ᾤκουν) διέβησαν ἐς Σικελίαν, φεύγοντες Ὀπικοὺς ὡς μὲν εἰκὸς καὶ λέγεται.

Pagina 18.

4. Ἀλκυόνης ἱερωμένης ἐν Ἄργει. Legendum ἱερωμένης. vt apud Thucydidem, in ſimili re, libro ſecundo: ἐπὶ Χρυσίδος ἐν Ἄργει τότε πεντήκοντα δυοῖν δέοντα ἔτη ἱερωμένης. Neque in his puerilibus mendis annotandis tempus conſumerem: niſi viderem de induſtria quoſdã malle βαλανηφαγεῖν, quàm inuentis frugibus vti. quod nos planè miramur.

16. ὡς δὲ κατὰ τούτων μόνων εὐξάμενοι. Εὔχεσθαι κατά τινος, eſt, Vouere aliquid. Solebat autem veteres (quod de Romanorum imperatoribus ſæpe legimus apud Liuium) bellum ſuſcepturi, aut prælium inituri, vouere aliquid, ſi hoſtem fudiſſent. Imitatur verò Demoſthenem, qui ſimiliter dixit εὔχεσθαι κατὰ νικητηρίων, quod eſt Vouere donaria victoriæ ergo: ſiue, dicanda ſi hoſtem fudiſſent. Locus Demoſthenis eſt in epiſtola prima, κἂν ἅπαξ ψηφίσησθε, τὸν Δία τὸν Δωδωναῖον, καὶ τοὺς ἄλλους θεοὺς, οἳ πολλὰς καὶ καλὰς καὶ ἀγαθὰς καὶ ἀληθεῖς ὑμῖν μαντείας ἀνῃρήκασιν, ἡγεμόνας ποιησάμενοι, καὶ παρακαλέσαντες, καὶ κατὰ τῶν νικητηρίων ἅπασιν αὐτοῖς εὐξάμενοι. Etiam Dionyſius libro ſexto εὐχὰς ὡς eodem ſenſu vſurpauit, minus eleganter.

Pagina 21.

41. Τῶν μὲν ἐπ' ἐξόδῳ τῆς χώρας, τῶν δ' ἐπὶ μονῇ. Id Herodotus, cuius ſententiam refert, ita dixit, οὕτω δὴ τὸν βασιλῆα αὐτῶν δύο μοίρας διελόντα Λυδῶν πάντων, κληρῶσαι, τὴν μὲν ἐπὶ μονῇ, τὴν δὲ ἐπ' ἐξόδῳ ἐκ τῆς χώρης. Si vulgatã in Dionyſio lectioné retineas cũ τοῦ μὲν & τοῦ δὲ ſubaudiendum erit μέρους, vt apud Herodotum μοίρας. quod ex præcedenti voce μοίρας facilè poteſt ſuppleri: eſtque figura quam vocãt πρὸς τὸ σημαινόμενον. quale eſt illud Xenophontis libro primo Ἀπομνημονευμάτων, Ego, inquit, non ὑπερορῶ τὸ δαιμόνιον, ἀλλ' ἐκεῖνον μεγαλοπρεπέστερον ἡγοῦμαι. quaſi non dixiſſet τὸ δαιμόνιον, ſed τὸν δαίμονα. Sic iterum Dionyſius ipſe hoc libro: vbi poſtquam dixit, περὶ δὲ τῶν χρόνων ἐν οἷς ἐκτίσθη τὸ Λαουίνιον, ſubiicit, εἰ δευτέρῳ ἔτει φέροντες αὐτὴν. quaſi præceſſiſſet vox πόλις. Sic optimi quique ſcriptores, vt omnibus notũ eſt, & norat Priſcianus. Veruntamen quod placet interpretibus, vt legatur τὸν vel τοὺς pro τῶν, non improbo. In ſequentibus verò difficultas longè maior. nemo enim mihi perſuadebit ... non eſſe mendoſa, λαχούσης δὲ τῆς ἅμα Λυδῷ μοίρας, τὴν μὲν ἀμείνω τύχην ἐκχωρῆσαι· τὴν δὲ ἑτέρας ἀπολαχοῦσαν τῶν χρημάτων τὰ μέρη, ὁρμισαμένην δὲ τοῖς ἱεροῖς μέρεσι τῆς Ιτ. &c. Ac miror eruditis hominibus ſuſpicioné de mendo non inceſſiſſe vel ipſam orationis inſolentiam: quæ ſi diligenter attendas, non inoffenſo pede curret, quanquã hoc quidem minimum eſt, quum tota ſententia malè fulta labet: ita (opinor) reſtituenda, λαχούσης δὲ τῆς ἅμα Λυδῷ μοίρας τὴν ἀμείνω τύχην . . . ἐκχωρῆσαι δὲ τὴν ἑτέραν, ἀπολαχοῦσαν τῶν χρημάτων τὰ μέρη. ὁρμισαμένην δέ. Quid hac lectione planius, aut dilucidius? atqui nulla ferè facta eſt à nobis mutatio. In lacuna deeſt vox μεῖναι. Sententia eſt huiuſmodi, *Quum Lydi parti ſors melior obtigiſſet, manſit illa: altera, patria ceſſit, cum ea parte bonorum quam ei ſors in diſtributione aſſignauit.* Quid ſi ita legas? λαχούσης δὲ τῆς ἅμα Λυδῷ μοίρας τὴν τοῦ μένειν τύχην, ἐκχωρῆσαι δὴ τὴν ἑτέραν. Sane quum tanta tames Lydiam tunc temporis vexaret, haud ſcio melió rne fuerit eius cõditio cui manendi ſors contigit, an eius cui abeundi. Omnino autem vulgata lectio vbi τὸ ἐκχωρῆσαι tribuitur parti Lydi, ferri defendíve nulla ratione poteſt.

Pagina 22.

22. ἐπ' ἐκείνων φησὶ τεθῆναι τὰς ὀνομασίας. Dixit ἐπ' ἐκείνων, nõ ἀπ' ἐκείνων, more ſuo, & Herodoti imitatione, eadem de re agentis. cuius hæc ſunt verba, αὐτὶ δὲ Λυδῶν μετονομασθῆναι αὐτοὺς ἐπὶ τοῦ βασιλέως τοῦ παιδὸς, ὅς σφέας ἀνήγαγε. ἐπὶ τούτου τὴν ἐπωνυμίην ποιευμένους, ὀνομασθῆναι Τυρσηνούς. Sic apud Xenophonté Ἑλληνικῶν lib. IIII. ἐκ τῆς ἐπ' Ἀνταλκίδου εἰρήνης καλουμένης. & apud Plutarchũ, καὶ καλεῖσθαι μὲν Ῥώμην ἐπὶ Ῥωμύλου τὴν πόλιν. Sine cauſa ergo ſuſpectã habet quidam τὴν ἐπί. in iſtiuſmodi locis: quã etiam grammatici in explicandis verborum originibus ſic vſurpãt: vt quum, verbi cauſa, magneté σιδηρῖτιν appellari tradunt ἐπὶ τῆς ὄψεως, quia colorem ferri referat.

35 Ἐπὶ Σπινῆτι ποταμῷ ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ τὰς ναῦς καταλιπόντες. Attende quid appellet Ionium ſinum. nam ad ipſum μυχὸν ſinus Adriatici hoc nomen extendit, contra veterum geographorũ autoritatem, qui Adrianum mare ab Ionio diſtinguunt diligenter. Sed, quantum video, hac in parte diſcedũt à geographis hiſtorici. Paſſim enim, ſi attendas, in hiſtoricis obſeruabis, Ionium mare Venetias vſque extendi. Sic accipit Dionyſius ipſe ſupra in eiuſdem rei narratione, οἱ τυχόντες μάλιστα τὸν περὶ τὸν Ἰόνιον οἰκούντων. Et libro ſeptimo ita accipiendum, vbi de Etruſcis loquitur, qui ſinum Ionium accolebãt, priuſquam inde à Gallis pellerétur. Mitto Appianum & alios quos proferre poſſem. Sanè Dionyſius quoque periegetes Adriaticum ſinum cum Ionio eundem eſſe putat. poſtquam enim deſcripſit Adrianum mare, ſubiicit,

Ἥν τε καὶ Ἰονίην περιναιέται ὀνομάζουσι.

Porrò prioris editionis lectioné Ἰωνικῷ κόλπῳ, nemo ita puer eſt quin videat eſſe mendoſam: etſi probare id nuper quibuſdam non potuimus. ſed mutabunt illi ſententiam, ſi quando locum Stephani quem citãt nec intellectum, cœperint intelligere.

40. ἐν τῇ πλάνῃ μετονομασθῆναι Πελαργοὺς, τῶν ὀρνέων τοῖς καλουμένοις πελαργοῖς εἰκασθέντας. Ita eos non ſine venuſtate appellarunt homines Attici. Strabo libro quinto, Καὶ οἱ τὴν Ἀτθίδα συγγράψαντες ἱστοροῦσι περὶ τῶν Πελασγῶν, ὡς καὶ Ἀθήνησι γενομένων τῶν Πελασγῶν, διὰ δὲ τὸ πλανήτας εἶναι, καὶ δίκην ὀρνέων ἐπιφοιτᾶν ἐφ' οὓς ἔτυχε τόπους, πελαργοὺς ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων κληθῆναι. Vide eundem libro nono. At Etymologici magni autor longè aliam iſtius appellationis rationẽ affert. Non enim ab errore aut peregrinatione ſic dictos Pelaſgos Tyrrhenóſve fuiſſe: ſed à lineis tunicis quas ferebant. Verba eius hæc ſunt, Πελαργικὸν, τὸ ὑπὸ Τυῤῥηνῶν (Tyrrhenos cũ Pelaſgis cõfundit, quo de errore mox Dionyſius) κατασκευασθὲν τεῖχος. οὓς καὶ σινδονίτας τινὲς πελαργοὺς ὠνόμασαν, διὰ σινδόνας ἃς ἐφόρουν.

44. τὸ Πελασγικὸν καλούμενον. Putet aliquis legendum eſſe Πελαργικόν. ita enim Athenienſes appellabant, vt ex autore Etymologici magni apparet, cuius verba modò protulimus. Ariſtophanes Ὄρνισι,

Τίς δ' αὖ καθέξει τῆς πόλεως τὸ Πελαργικόν;

Sed & Pelaſgicum appellatum reperies. Vide quæ notauimus ad librum nonum Strabonis.

45. ἐμοὶ μέντοι δοκοῦσιν ἅπαντες ἁμαρτάνειν, οἱ πεισθέντες ἓν καὶ τὸ αὐτὸ ἔθνος εἶναι τὸ Τυῤῥηνικὸν καὶ τὸ Πελασγικόν. Mirum tamen, grammaticos, opinor, omnes qui de Pelargico muro agunt, in eo peccare. Nam pręter autorem Etymologici, en tibi Heſychium Pelaſgos cũ Tyrrhenis confundentẽ. Πελασγικὸν τειχίον, inquit, οὕτω ἐν Ἀθήναις καλούμενον, Τυῤῥηνῶν κτισάντων. Idem Plutarchi & Polyæni noſtri error in lepida narratione cuiuſdam Tyrrhenidum ſtratagematis. Nam Pelaſgi fuêre, non Tyrrheni, qui Imbrum & Lemnum tenuerunt.

Pagina 23.

18. καὶ γὰρ δὴ οὗτοι Κροτωνιᾶται, ὥς φησιν Ἡρόδοτος. Apud Herodotum quidem hodie non Κροτωνιᾶται legitur, ſed Κρηστωνιῆται. Verùm ea vox Glareano meritò diſplicuit: & omnino vel errauit ipſe Herodotus, ſi ita ſcripſit, vel locus eſt corrigendus. Nam illud quidem certum eſt, Crotonem, aut potius Cortonam, Italicam eſſe ab Herodoto intellectam: quam ipſe videtur Κρηστῶνα vocare. Hoc moneo, quia non deſunt qui de Creſtone vrbe Thraciæ hæc interpretentur. quo nihil magis contra Herodoti mentem dici poteſt: quum ille Creſtoniatas iſtos collocet ὑπὲρ Τυρσηνῶν. Enimuero quid aliud eo loco docere vult Herodotus, quàm Pelaſgos propriam linguam habuiſſe, qua à reliquis populis diſtinguerentur? Id ille ex eo ſe ait conijcere, quòd Creſtoniatæ iſti, vicini Tyrrhenis, nõ ſint vicinis ſuis ὁμόγλωσσοι: ſed alii populo Pelaſgico, longè tamen remoto, Placienis nimirum, qui ad Helleſpontum habitāt: qui & ipſi, ſicut Creſtoniatæ, ſuis vicinis non ſint ὁμόγλωσσοι.

Pagina 26.

30. ἃ δὴ λέγεταί τε καὶ τρίγωνα καὶ λυδοὶ καλοῦνται. Fit quidem paſſim apud veteres muſicorum ὀργάνων Lydiorum mentio: ſed λυδοῦ πέρι nihil legere memini. niſi quis velit eo referre carmen hoc veteris poetæ Ionis Chii,

Λυδός τε μάγαδις αὐλὸς ἡγείσθω βοῆς.

de quo tamen carmine lege Athenæum libro XIIII.

Pagina 27.

15. μνήμη τῶν ἐν Ἤλιδι Κρονίου λόφου. Huius ſæpe Pindarus in Olympionicis meminit, & geographi.

46. ὅσα ἐντὸς ἦν τῶν κόλπων τοῦ τε Ναπητίνου καὶ τοῦ Σκυλλητίνου. Vocat Napetinum ſinum, vt docet Strabo, quem geographi vocant Hipponiaten: Ariſtoteles & Lycophron, Lametinum. quare, neſcio: nemo enim veterũ id docet. Hoc tamen ſcio, falli eos vehementer, qui ita hunc ſinum dictum putant ab oppido Nepet: quod hinc procul abeſt, neque quicquam commune cum iſto Napetino ſinu hábet.

Pagina 28.

34. γινόμενοι αὐτόθι, εἴτ' ἐκ γῆς, ὡς ὁ παλαιὸς ἔχει λόγος, εἴτ' ἄλλως πως. Hæc ita ſunt intelligenda, ἀνθρώπων γένος αὐτόθι γινόμενον, εἴτ' ἐκ γῆς, ſupple γινόμενον. Errāt enim qui aliter hæc interpretantur. Vide Diodori bibliothecæ initium.

37. ὡς γὰρ μία γῆ. Nihil puto mutandum.

42. καὶ εἰ δή τινες ἄλλοι χῶροι. Reſcribebam ἄλλαι χῶραι: ſed ita loquitur Dionyſius etiam alibi: vt paulò poſt, ἀφίκετο δ' εἰς Ἰταλίαν οὐ μονόστολος, οὐδ' ἀγέλην βοῶν ἐπαγόμενος. οὔτε γὰρ ὁ χῶρος ἐν τρίβῳ.

30. ἐξ ὧν πολλῆς μὲν εὐποροῦσι καὶ καλῆς ναυπηγησίμου, πολλῆς δὲ τῆς εἰς τὰς ἄλλας ἐργασίας εὐθέτου. In his verbis multa quidem ſunt attributa: ſed ſubiectum, quod velut baſis eſt attributi, nullum. Legendum autem, πολλῆς μὲν εὐποροῦσι καὶ καλῆς .... ναυπ. In lacuna deeſt vox ὕλης. quam vocem ſimili modo omiſſam vel corruptam fuiſſe apud alios ſcriptores non vno loco obſeruauimus. Strabo lib. quinto in encomio Romæ, πρὸς τοῦτ' οὖν, τό, τε τῶν μετάλ-λ[illegible]λῆθος, καὶ ἡ ὕλη καὶ οἱ κατακομίζοντες ποτα-[illegible] παρέχουσι τὴν ὑποχορηγίαν. & iterũ lib. ſexto: quẽ locum iuuabit cum his cõferre.

Pagina 30.

2. τὸν μὲν δαίμονα τοῦτον οἰομένους εἶναι πάσης εὐδαιμονίας δοτῆρα. Tamen notum eſt, apud poetas Saturnum eiúſque ſydus male audire. Horatius,

— te Iouis impio
Tutela Saturno refulgens
Eripuit.

Aſtrologi

Digitized by Google

386

Aſtrologi quoq; Saturnum κακοποιὸν vocant. Et notum etiam eſt, Croniū mare quale ſit, & vnde ſic dictum.

4. εἴτε χρόνον αὐτὸν δεῖ καλεῖν, ὡς Ἕλληνες ἀξιοῦσιν, εἴτε Κρόνον ὡς Ῥωμαῖοι. Ancipitis lectionis admodum hic locus. Puto legi poſſe, εἴτε Κρόνον (vel χρόνον) αὐτὸν δεῖ καλεῖν, ὡς Ἕλληνες ἀξιοῦσιν, εἴτε Κόρον, ὡς Ῥωμαῖοι.

Pagina 31.

26. τοῖς μὲν ἤρεσε διαρτώμενος, οὐδὲν δὲ ἧττον οἰόμενος εἶναι διεξελήσεσθαι τὸν χῶρον. Delectatur Dionyſius voce διαρτᾶσθαι, quæ fere ſignificat animum ſuſpendere, & decipere. Grammatici veteres explicant iſto loco, ἀπατώμενος. Illud autem οὐδὲν ἧττον εἶναι ſignificat quod Gallicè dicimus, *Il n'y a point de mal de faire cela.* Dicunt Græci & οὐ χεῖρον eodem ſenſu. Homer. ὀδ. ψ, αὐτίκα δ' ἐστὶ δαήμεναι οὔ τι χέρειον. & alii paſſim. Simili quoque modo dicunt οὐκ ἄμεινον, quod nos dicimus, *ce n'eſt pas le meilleur.* vt quando ait Ariſtoteles, τὸ λίαν ἑνοῦν ζητεῖν τὴν πόλιν οὐκ ἔστιν ἄμεινον & Dionyſ. lib. v i. οὐκ ἄμεινον τῷ δήμῳ ῥᾳδίως ἐᾶν τὸν ἐπιτεθέντα. & alii paſſim. Liuius Græcos imitatur lib. iii. quū dicit, *Non erit melius, inquit, niſi de quo conſulimus vocem miſiſſe.* quod ita vertere ad verbum potes, οὐκ ἔσται φησὶν ἄμεινον εἰ μὴ περὶ τοῦ προτεθέντος φωνὴν ἀφιέναι. Fruſtra igitur de mendo ſuſpectam habet quidam vocem εἶναι. Fruſtra etiam ſe in eius explicatione torquerit. Suidas, Διαρτώμενος. ὁ δὲ Ἡρακλῆς τοῖς μὲν ἤρεσε διαρτώμενος (τουτέστιν, ἐξαπατώμενος) οὐδὲν δὲ ἧττον οἰόμενος εἶναι διεξελήσεσθαι τὸν χῶρον. καὶ αὖθις, Πολλαχόθεν ἀκροβολισμοῖς χρώμενοι, ἵνα διαρτώμενοι τῇ δοκήσει τῶν κατὰ πρόσωπον ἐπιόντων, μηδεμίαν αἴσθησιν λάβωσι τῶν κατὰ κεφαλῆς. Sed varie hac voce Dionyſius vtitur. Paulò poſt. διηρτημένων τῇ χειρομαχίᾳ τῶν πολεμίων. hoc eſt, occupatis. Iterum eodem libro, καὶ δεινὰ ποιεῖται ὡς διηρτημένος ὑπ' αὐτοῦ. hoc eſt, deceptus.

Pagina 33.

34. ἔπειτα γὰρ ὁ χῶρος ἐν ζεύγει τοῖς εἰς Ἄργος ἐξ Ἰβηρίας ἀναγκαζομένοις. Mihi quoq; inſolens valde videtur vſus verbi ἀναγκαζομένοις, iſto loco. An igitur legi potius debet ἀνασκευαζομένοις, hoc eſt, conferentibus ſe, & quaſi collectis vaſis migrantibus; ἀνασκευάζεσθαι enim ita interdum accipi notum eſt: & ſequitur paulò poſt, πεποίηκε τὸν Αἰνείαν ἀνασκευαζόμενον εἰς τὴν Ἴδην. Sanè apud Strabonem noſtrum libro primo, ſimiliter corruptum locum ex ſcriptis codicibus ita emendauimus. An potius legendum ἀνακομιζομένοις; Dionyſius infra hoc libro, Ἀριστοτέλης δὲ ὁ φιλόσοφος Ἀχαιῶν τινάς ἱστορεῖ τῶν ἀπὸ Τροίας ἀνακομιζομένων, περιπλέοντας Μαλέαν. & paſſim.

Pagina 38.

2. εἰς τὴν Δασκυλῖτιν καλουμένην γῆν, ἔνθα ἐστὶν ἡ Ἀσκανία λίμνη. Aſcanium lacum videtur appellare quem geographus Daſcyletin vocat & Aphnetidem. cum ſcilicet ad quem erat oppidum Daſcylium. Sed de his aliâs accuratius.

6. ἐλθόντων δὲ ὡς αὐτὸν Σκαμανδρίου τε καὶ τῶν ἄλλων ἐκ τοπῶν. Qui non poſſunt lectionem ferre ab eruditiſs. hominibus profectam, multúmque verborū conſumunt vt Σκαμανδρίων melius legi quàm Σκαμανδρίου probent: ii tot verbis nihil aliud conſequuntur, quàm vt otio vehementer abundare, & de aliorum ſcriptis parum æquè iudicare videantur. Cur enim adduci ſe nō patiuntur vt in vera lectione acquieſcant? Quàm leue eſt enim quod obiiciunt, dum ita diſputant, Σκαμανδρίου legi non poſſe, quia Scamander Herculis filius perierit bello Troiano; nec videt duplicem fuiſſe veterū ſuper ea re ſententiam. Quid ergo reſpondebunt doctiſſimo, & antiquæ hiſtoriæ peritiſſimo viro, (Strabonē dico, geographorum principem) qui ex antiquiſſimorum autorum monumentis de Scamandro & Aſcanio idem ferè quod hîc legimus tradidit? Sed nolo pluribus errorem hunc conuincere.

15. καλεῖται δὲ Παλλήνη De Pallene vide quæ ad Srabonis excerpta è lib. v i i. notauimus in commentariis, & apud Herodotum in Polymnia fuiſſe nè. Κρουσαῖοι qui mox ſequuntur ſunt à Croſſæa ſic dicti: quā idem ille Herodotus commemorat, vide locum.

34. Νώτου καθεστώζοντα βύσσινον φᾶρος: Eſt quidem ingenioſa emēdatio huius loci, quam à doctiſſimo quodam viro proferunt quidam interpretes,

Νώτου κατασκεδάζοντα, δύσηνον βάρος.

Cæterum quum manifeſtiſſimū ſit ex Plutarcho, eſſe hæc verba Sophoclis de veſte Anchiſæ intelligenda, manifeſtiſſimum id quoq; eſt, ſuperiori correctioni nullum hîc eſſe locum. Legendum verò cum Plutarcho: cuius verba afferam, quia locū valde illuſtrant. ὡς γὰρ ὁ Σοφοκλῆς τοῖς τρίβωνας διδοὺς καὶ ῥάκια ποιεῖ, τοῦ δὲ Ἀγχίσου τὸ ῥάκος ἱερὸν πονηρὸν ἐξεδίδου,

Μόνου καθεστάζοντα βύσσινον φᾶρος,

ἔπος, &c. Sequens carmen ſic legerem,

Κυκλοῖ δ' ἐν πᾶσι γ' οἰκετῶν παμπληθία.

vel κυκλοῖ δὲ πᾶσι νῦν οἰκ.

Pagina 39.

14. καὶ τῇ Νήσῳ λεγομένῃ, καίπερ οὔσῃ μεσογείῳ. Huius mediterraneæ inſulæ nemo (quod meminerim) è veteribus facit mentionem: alias tamen in eadem Peloponneſo inſulas χερσαίας in Græcorum commētariis reperies. Vide Homeri interpretes ad hoc carmen Iliad. ζ,

Πρὸς Νήσοισιν καὶ Κρήτῃ τὴν δὲ ἀνάσσειν.

41. πόλις Αἴνεια Αἰνεάτου. Apud Herodotum cùm alia nominantur Palleties oppida, tum etiam Ænea, Αἴνεια. Deinde addit Herodotus,

ἡ δὲ τουτέων χώρη Κερασταίη ἔτι καὶ ἐς τόδε καλέεται.

Pagina 40.

40. ἃ καὶ εἰς ἐμὲ νυῶ. Lego λῶ, non νυῶ.

Pagina 41.

10. ἐκ δὲ Βουθρωτοῦ παρὰ γῆν κομισθέντες, ἄχρι λιμένος Ἀγχίσου μὲν τότε ὀνομασθέντος, νῦν δὲ ἀσαφεστέραν ἔχοντος ὀνομασίαν. Quærũt eruditi viri, Glareanus aliiq;, ecquem portũ his verbis deſignet: deinde ſtatuũt, Caſſiopen portũ Buthroto vicinum eſſe intelligendum. Sed velim doceant me quid eos mouerit vt ita putarẽt. Nobis enim aliter videtur: & profectò nunquam ita pronuntiaſſent docti viri, ſi iſta verba attendiſſent, νῦν δὲ ἀσαφεστέραν ἔχοντος ὀνομασίαν. Ex quibus manifeſtiſſimè apparet locũ aliquem deſignari, cuius nomen veſtigia retineat vocis Ἀγχίσης. Nam hoc ait Dionyſius illis verbis, Appuliſſe Anchiſem, poſtquã Buthroto ſoluit, ad portum quẽdam, qui ab ipſo λιμὴν Ἀγχίσου: poſtea autem, aliter quidem paulò ſit appellatus: ita tamen vt recens nomen veteris appellationis veſtigia retineat. Similiter libro quinto ait Latinos Græcam vocem διάσην dixiſſe ὑάσην, παρεγκλίναντας εἰς τὸ ἀσαφές. His cognitis, non poſſumus iam ignorare, niſi planè ἐθελοκωφοῦμεν, quis locus à Dionyſio intelligatur. Is ergo eſt qui à Ptolemæo ὄγχησμος λιμὴν vocatur, poſt Buthrotum & Caſſiopen: Straboni ὀγχισμὸς dictus, vt ex vett. libris nuper nos docuimus. Hæc etſi certiſſima ſunt, poſſumus tamen autoritate Ciceronis ſentẽtiam noſtram munire: cuius locũ vel ideo aſcribemus, quòd doctiſſimos noſtræ ætatis viros mirificè in eo fuiſſe impeditos, nec multum tamen profeciſſe videmus. Sic ille ſcribit ad Atticum, lib. ſeptimo, *Brundiſium venimus vij. Kal. Decembr. vſi tua felicitate nauigandi. Ita bellè nobis flauit ab Epiro leniſſimus Ancheſmites.* Ita habent hunc locũ omnes manuſcripti codices, vt doctiſſimi viri teſtantur. Rectè ſanè: nã Oncheſmum poſtea dictam, priùs Ancheſmum ſiue Anchiſmum nominabãt: nondum videlicet tanta facta nominis deprauatione, quod dictũ eſt ab Anchiſe, vt Dionyſius ait. Quare etiam vẽtum inde ſpirantem Ancheſmiten dixêre: quod nomen mirum nõ eſt etiam tum manſiſſe minus corruptum, quum oppidi nomen corruptiùs pronũtiari cepit, Oncheſmus, pro Ancheſmo. nam id in aliis vocabulis penè infinitis facilè quiuis obſeruare poterit. Habemus igitur, & quem Epiri locum ab Anchiſa dictum fuiſſe intelligat hîc Dionyſius: & hoc amplius, quis ſit Ancheſmites ventus apud M. Tullium: quorum vtrunque videtur etiam eruditiſſimis hominibus fuiſſe vſque adhuc obſcurum, ne dicam incognitum.

18 ἐν Ἀλοντίῳ καθίκησαι τῆς Σικελίας. Ptolemæo eſt Ἀλόντιον.

19. ταύτης ὑπομνήσει τῆς εὐεργεσίας, Ἀκαρνᾶσι Ῥωμαῖοι Λευκάδα, &c. Hiſtoriam tangit & Strabo libro decimo, vbi cauſa alia affertur. nam poſtquam retulit, ſolos Acarnanes non interfuiſſe bello Troiano cum reliquis Græcis, ſubiicit, τούτοις δή, ὡς εἰκός, τοῖς λόγοις ἐπακολουθήσαντες οἱ Ἀκαρνᾶνες, σοφίσασθαι λέγονται Ῥωμαίους, καὶ τὴν αὐτονομίαν παρ' αὐτῶν ἐξανύσασθαι· λέγοντες ὡς οὐ μετάσχοιεν μόνοι τῆς ἐπὶ τοὺς προγόνους τοὺς ἐκείνων στρατείας Id autem eo maximè probabãt argumento Acarnanes, quòd nuſquam Homerus eorum meminiſſet. Vide etiam Iuſtinum libro XXVIII, eadem referentem.

26. πρὸς ἄκραν Ιαπυγίας ὁρμισάμενοι. Legendũ eſſe ἄκραν Ιαπυγίαν iã antè monuimus. Sic Thucydides lib. VI, ἀπαντῆσαι Ἀθηναίοις ἐς Τάραντα καὶ ἄκραν Ιαπυγίαν. Mox legendum ἐλέγετο, non ἐγένετο. Similes mendas è Strabone ſuſtulimus.

27. τῆς δὲ λοιπῆς κατὰ τὸ καλούμενον Ἀθήναιον, ἔνθα καὶ Αἰνείας ἐτύγχανεν ἐπιβὰς Ἰταλίας. De AEnea videtur Virgilius idẽ ſentire: facit enim eum appellere ad portum vbi erat Mineruæ templum, quod Græcis eſt Ἀθήναιον. Satis id liquet ex iſtis,

--portúſque pateſcit
Iam propior, templúmque apparet in arce Mineruæ.

Videntur autem Athenienſes, qui Scylletium ſiue Scyllaceum poſt bellum Troianum in eo tractu obtinuerũt, in multis locis eius oræ ἀθήναια ſiue Mineruæ fana exſtruxiſſe, ſedéſque iuxta poſuiſſe.

Pagina 43.

5. νήσῳ τε Προχύτῃ καὶ ἀκρωτηρίῳ καὶ ἐπιτυχεῖ προσορμισάμενοι, κατὰ ταῦτα ἱδρύονται τὰς ἐπικλήσεις τοῖς τόποις γυναικῶν ἀποθανουσῶν βουλόμενοι μνημεῖα ποιῆσαι τὰ χωρία. Dionyſius duo loca cõmemorat ad quæ appulit AEneæ claſſis: quæ quidem loca ex eo nomina ſint ſortita. Alter locus eſt Prochyta: alterius nomen eſt corruptum: verùm ita vt non difficile ſit, locorum & hiſtoriarum non planè ignaro, veram lectionẽ diuinare. Itaq; pridem eſt quum eruditi interpretes monuerũt, de Caieta omnino hæc eſſe intelligenda, omninóq; deſiderari id nomẽ. Rectè ſanè docti viri: quãquam, vt diximus, res non erat aut obſcura multum aut difficilis. Quis enim adeo puer eſt quin ſciat quæ de Prochyta & Caieta & poetæ & hiſtorici atq; geographi tradunt? Iam verò ipſe Dionyſius vel inuitos eò nos adigit, vt neceſſe ſit fateri Caietę nomẽ hîc deſiderari. ſubiicit enim, duorum horũ locorum alterum à cognata quadam AEneæ nomen inueniſſe, Prochytam videlicet: alterum à nutrice eiuſdem AEneæ: is verò locus eſt Caieta, vt ſciunt etiam

bimuli

bimuli pueri. Quare ſtatuendum omnino eſt Caietæ nomen hîc deſiderari. Sed nondum perpurgatus eſt hic locus: neq; veram lectionem perſpexerunt docti viri, qui ſic putarunt legendum, ἐ ἀκρωτηρίῳ Καιέτῃ προσορμισάμενοι. quid enim fiet illo τυχεῖ; Nos igitur veſtigia veteris lectionis ſeruantes, non dubitamus legẽdum eſſe, καὶ ἀκρωτηρίῳ Καιέτῃ τύχῃ προσορμισάμενοι. Hæc eſt vera lectio: quam etiam ſcripti codices confirmant, in quibus eſt, ἐ ἐπὶ τύχῃ προσορ. optimè ſanè, modò pro καὶ ἐπὶ legas Καιέτῃ. corruptus eſt enim ab iis locus qui pro τῃ legerũt πι. Hæc quum ita ſint, quid (obſecro) quibuſdã interpretibus veniſſe in mentem dicemus, qui falſi quiduis & abſurdi prorſúſque ἀπροσδιονύσου putarunt ſibi eſſe excogitandum, potius quàm vt ab eruditis hominibus excogitatã lectionem, quæ proximè à veritate aberat, amplecterẽtur? Sanè vellem non excidiſſe eis quæcunq; in iſtum locum annotant. Quæ quidem omnia à veritate eſſe alieniſſima, & eiuſmodi vt hîc locũ habere nullũ queant, ipſi, vt ſpero, ſi iſta legerint, agnoſcent: vt non opus ſit pluribus ea refutare.

33. τὴν ἀνακομιδὴν τοῦ Αἰνείου ἀναπλάττουσι. Aut manſiſſe potius AEneam in Troia, & in regnum ſucceſſiſſe. Alij, vt huic obiectioni occurrant, legunt in Homeri carmine πάντεσσι pro Τρώεσσι. idque videtur ſequutus Virgilius, quum poetæ carmen ita eſt interpretatus,

Hîc domus AEneæ cunctis dominabitur oris.

At Homerus in hymno Veneris iterum ſic canit, ſub Veneris perſona AEneam alloquẽtis,

Σοὶ δ' ἔσται φίλος υἱὸς, ὃς ἐν Τρώεσσιν ἀνάξει,
Καὶ παῖδες παίδεσσι διαμπερὲς ἐκγεγάονται.

Pagina 46.

7. καὶ τοσούτοις ἐνιαυτοῖς ὕστερον ὑπὸ Τρώων ἑτέραν κτισθῆναι πόλιν. Quid tergiuerſamur iſto loco? luce meridiana clarius eſt ἑτέραν πόλιν legendũ eſſe, non Τρώων ἑτέρων. Sunt enim hæc oraculi ipſius verba, quæ ſemper ita referuntur: & verò res ipſa non patitur vt legamus ἑτέρων. AEneam enim ἀδημονοῦντα ob vrbem à ſe parũ cõmodo loco conditam, ſolatur vox audita, ſpe ἑτέρας πόλεως ab ipſius poſteris meliori loco condendæ: non ſpe πόλεως ὑφ' ἑτέρων Τρώων condendæ. Iã verò α & ω quàm ſæpe in antiquis libris confundantur, notius eſt quàm vt de eo quiſquam ſit monendus.

31. τῆς μὲν αὐτίκα παραχινδυνεύσεως, ὡς οὐκ ἂν ἐξ ἐφόδου αὐτοὺς ἐπιχειρησόμενος, καθ' ἣν ἔσχε λίαν οἴκοθεν ὁρμώμενος, ἀποτρέπεται. Placet mihi quod quidam coniiciunt, vt legatur, καθ' ἣν ἔσχ' ἐλπίδα οἴκ. Similis, quod ad ſententiam attinet, locus eſt libro tertio, vbi de Romanis & Albanis ſic ſcribit, τῆς μὲν ταχείας ἐπὶ τὸν ἀγῶνα ὁρμῆς, ἣν κατ' ἀρχὰς εἶχον ὡς αὐτῇ ἐφόδῳ τρεψόμενοι τοὺς πολεμίους, ἀπέστησαν.

Pagina 47.

32. καὶ ἅμα ὑμᾶς μηδὲν αὐτὸν βουλεῦσαι περὶ ἡμῶν. Lege καὶ ἅμα ὑμᾶς. & repete ex proximo membro ἱκέται γινόμεθα. id eſt, ἱκετεύομεν ſiue δεόμεθα. Iam nihil vetat aſteriſcum tollere.

Pagina 50.

26 Δήμου Ἐξποταμέως ἄρχοντα. Variè emendant hũc locum interpretes: ſed illa emendatio, δήμου Ἐκποταμέως ἄρχοντα, ferri nõ poteſt. neque enim id patitur ἑλληνισμὸς, cuius hic autor eſt obſeruantiſſimus. Deinde non facilè patior negligi autoritatem Strabonis: qui non temerè monet, à nomine Ποταμὸς, quando ſignificat δῆμον τῆς Ἀττικῆς, fieri ἐθνικὸν Ποτάμιος. Et ne leuis ſit apud quenquam Strabonis fides, ſcire licet idem à veteribus grammaticis eſſe annotatum. Harpocration, Ποταμὸς δῆμος τῆς Λεοντίδος, οὗ ὁ δημότης Ποτάμιος. Obiiciunt, nihil impedire quominus à Ποταμὸς fiat ἐθνικὸν Ποταμεὺς, quum ab Ἁλικαρνασσὸς fiat Ἁλικαρνασσεὺς, & alia id genus. Reſpondemus, hoc ipſum eſſe quod veteres mouit (Straboné maximè, qui talia curare non ſolet) vt notarent quæ ſit forma τοῦ ἐθνικοῦ vſitata à nomine ποταμὸς, quando id ſignificat: ne videlicet minus cautus lector Potamios & Potamenſes confunderet. Similis ratio & Strabonem & Laertium mouit vt notarent, à Solis oppido Ciliciæ Solenſes denominari incolas: nimirũ quia alii ſunt qui Solii vocantur.

Pagina 51.

2. ἐμοὶ μέντοι δοκοῦσιν οἱ δεύτερῳ μετὰ τὴν ἔξοδον τὴν ἐκ Τροίας ἔτει φέροντες αὐτὴν, εἰκότα μᾶλλον λέγειν. Solinus, *Nec omiſſum ſit, AEneam æſtate ab Ilio capto ſecunda, Italiæ littoribus appulſum, vt Hemina tradit.* Longè aliter alii ſentiunt, vt Virgilius & Clemens Alex. quem vide Strom. lib. 1. Porrò ſciendum eſt vocem φέροντες ita paſſim vſurpatam legi in Chronologorum libris, vt hîc à Dionyſ. vſurpatur: vt ſine cauſa ſuſpectus hic locus fuerit. Sic Clemẽs Alexandrinus Stomat. lib. pri. de Homeri ætate loquens, Ἐρατοσθένης δὲ μετὰ τὸ ἑκατοστὸν ἔτος τῆς Ἰλίου ἁλώσεως, τὴν Ὁμήρου ἡλικίαν φέρει. Idẽ, Σωσίβιος δὲ ὁ Λάκων ἐν χρόνων ἀναγραφῇ, κατὰ τὸ ὄγδοον ἔτος τῆς Χαρίλλου τοῦ Πολυδέκτου βασιλείας, Ὅμηρον φέρει. Item, Ἀρίσταρχος δὲ ἐν τοῖς Ἀρχιλοχείοις ὑπομνήμασι κατὰ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν φησὶ φέρεσθαι αὐτόν. Sic Strabo de Cyrene, ἐν χρόνοις φέρεται μνημονευομένοις. Sic infra lib. v, ἐν πολλαῖς εὑρίσκω γραφαῖς ἐπιχωρίαις φερόμενον.

4. Ἥλιον μὲν γὰρ ἤδη τελευτῶντος ἤδη τοῦ θέρους, ἑπτακαίδεκα πρότερον ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς, ὀγδόῃ φθίνοντος μηνὸς Θαργηλιῶνος. Illud primùm iſto loco animaduertendũ, certũ eſſe legi debere ἔαρος, nõ θέρους: nam ita & res ipſa poſtulat, quum Thargelion ſit menſis ἐαρινὸς,

non

non θερινός. Et doctiſſimus vir Theodorus Gaza ex ſcriptis codicibus iſtum Dionyſii locum proferens, nõ aliter legit. Itaque operam hîc quoque ludunt qui poſt longam diſputationem, tandem primam ſui iudicii coniecturã ſequuntur, & θέρους retinent, ſomniántque neſcio quã συνωνυμίαν inter θέρος & ἔαρ. Sed ad rem. Suſpicatur Gaza, quẽ maximi viri ſequũtur, hæc ſumpſiſſe Dionyſium ab Ephoro, propter ea quæ apud Plutarchum in Camillo leguntur. Verùm in Plutarchi codicibus hodie legitur ἑβδόμη, non ὀγδόη. Verba eius ſunt, καὶ Καρχηδόνιοι περὶ Σικελίαν ὑπὸ Τιμολέοντος ἡττῶντο τῇ ἑβδόμῃ φθίνοντος. περὶ ἣν δοκεῖ καὶ τὸ Ἴλιον ἁλῶναι Θαργηλιῶνος, ὡς Ἔφορος καὶ Καλλισθένης καὶ Δαμάστης καὶ Φύλαρχος ἱστορήκασιν. ſed vel ὀγδόῃ ille ſcripſerat: vel etiam vulgata lectio excuſari fortaſſe poteſt, quia dicit περὶ ἥν. Nam de Calliſthene quidem, quem citat, nõ eſt dubium ὀγδόῃ φθίνοντος Thargelionis eum tradidiſſe captum fuiſſe Ilion. Sunt enim hæc verba Calliſthenis, quæ in antiquis commentariis Euripidis reperimus, ex ipſius lib. ſecundo Ἑλληνικῶν, Ἑάλω δὲ ἡ Τροία Θαργηλιῶνος μηνὸς ὡς μέν τινες τῶν ἱστορικῶν, ὀγδόῃ ἱσταμένου· ὡς δὲ ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα, ὀγδόῃ φθίνοντος. διορίζει γὰρ αὐτὸς τὴν ἅλωσιν, φάσκων συμβῆναι τότε τὴν κατάληψιν, ἡνίκα Νὺξ μὲν ἔην μεσάτα, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελάνα. μεσονύκτιος δὲ μόνον τῇ ὀγδόῃ φθίνοντος ἀνατέλλει. Cur autem ſubiiciat Dionyſius hæc verba, ὡς Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι, apparet ex iſto Clementis Alexandrini loco, στρωματ. lib. primo: vbi variorum ſententias proferens de tempore quo captum eſt Ilium, καί τινες, ait, τῶν τὰ Ἀττικὰ συγγραψαμένων, ὀγδόῃ φθίνοντος, βασιλεύοντος τὸ τελευταῖον ἔτος Μενεσθέως, πληθυούσης σελήνης. Cæterùm huius loci explicationẽ petes nõ ab immanibus iſtis cõmentatoribus, qui gloriari tamen audent, ſe nihil quicquam obſcuri prætermiſſe: ſed è libris aureis De emendatione temporum, Ioſephi Scaligeri. Interpretes quare malint vertere *octaua deſinentis* aut *deficientis Thargelionis die*, potius quàm, *xxiij. die Thargelionis*, non video.

Pagina 53.

31. Σαφηνισμοῦ δὲ ἕνεκα διορίζεται παρ' ἑτέραν πόλιν ὁμώνυμον ἐπικλήσει, τοῦ σχήματος ἐπικατηγορήσει. Hic locus non vnam tantum interpretationẽ admittere videtur. Nam quia ἐπίκλησιν interdum ſolent & hi & alii dicere quod Latini cognomen, poteſt vox ἐπικλήσει coniungi cum διορίζεται. ſic erunt illa τοῦ σχήματος ἐπικατηγορήσει addita καθ' ἐπεξήγησιν: vt explicetur qualis ſit illa ἐπίκλησις, quæ ὁμωνυμίας vitandæ cauſa eſt adiecta. Simplicius tamen ita malim hunc locum vertere, *Perſpicuitatis autem cauſâ diſtinguitur ab alia vrbe, quæ eodem nomine appellatur, alterius nominis adiectione, ab ipſius forma petiti.* Eſt autem vox philoſophica ἐπικατηγόρησις, non noua iis qui Ariſtotelem πεπατήκασι. apud quem ἐπικατηγορεῖν leges, licet paulo aliter vſurpatum. Sane qui ἐπὶ κατηγορήσει diſiunctim legi malũt, ii errare mihi videntur.

Pagina 54.

46 λέγεται δὲ κατὰ τὴν ἐπιχώριον γλῶτταν Ὑπελαίαις τὸ χωρίον. Torſit hic locus magnos viros, nõ immeritò. nam mirũ eſt, Dionyſium, hominem Græcum, hiſtoriam Romanam, atque adeo vrbis Romanæ locum deſcribere cuius mentio apud ipſos Romanos nulla omnino ſit. Verùm certum eſt, quod docti homines pridem viderunt, locũ menda non carere. Quod igitur multi iique ſummi viri hactenus quæſiuerunt, id nos tandem, niſi fallit nos noſtrum augurium, inuenimus. Putamus verò legendum Ὑποπαλαιαῖς. error enim ortus ex geminatione eiuſdẽ literæ, quã feſtinans librarius omiſit. quo modo ſexcentos locos in bonis autoribus fuiſſe corruptos, nemo iam non hoſpes in literis ignorat. Notum quid ſit apud Plautum & Suetoniũ Subueteribus. Nã ita locus quidam vrbis Romanæ vocabatur, τῆς ἀγορᾶς, vt videtur, οὐ πόρσω: quod de iſto Dionyſius ait. vnde adducor vt nõ alium deſignari putem, neque aliter legendum. Enimvero cui per deum immortalem, tam patiens animus, vt ferat patienter iſto loco interpretes quoſdã μάψ ἀτὰρ οὐ κατὰ κόσμον verba funditãtes? Placet ergo illis vt legatur pro Ὑπελαίαις τὸ χωρίον, ſic, Σπήλαιον τὸ χωρίον. deinde exultat νεανικῶς eorum oratio, & quaſi re bene geſta triumphum agunt. Quod erat fortaſſe ferendum, niſi magnos viros, & (quod meritò demiretur quiſquis bene de mente fuerit conſtitutus) veteres codices auſi eſſent ridere: quorum patrocinium nihil eſt quod ſuſcipiamus. Tãtum dicemus, quicquid hoc loco annotatum eſt ab iis hominibus, id omne planè eſſe ἀπροσδιόνυσον: ne quid grauius dicam. Velim enim ſibi ita perſuadeant, emendationem illam falſam eſſe, & ferri nõ poſſe. Proferunt illi quidem Stephani locũ: qui imperitis hominibus glaucomam oculis queat offundere. Cęterùm Stephanum illi non magis intelligunt quàm Dionyſium. Verba Stephani ſunt, Σπήλαιον τὸ ἄντρον. οἱ οἰκοῦντες: Σπηλαῖται. εἰσὶν οὖν ἀγάλματα Ἡρακλέους, Ἑρμοῦ καὶ Ἀπόλλωνος Σπηλαῖται καλούμενα. Hæc Stephanus. vnde colligunt hanc ſuam emendationem. Verùm quæro, quis eos docuit reſpicere Stephanum ad iſtum Dionyſii locum? Deinde quàm pulchrè inter ſe conueniunt quæ ſubiicit Dionyſius de imaginibus deorum quæ in iſto loco viſebantur, cum iis quæ refert Stephanus de ſimulachris Herculis,

culis,

culis, Mercurii, & Apollinis, quos ait fuiſſe in ea ſpelũca ſimul cultos, & deos Σπηλαίτας nuncupatos? Profectò illi etſi in omnes partes ſe verſent, nunquam tamen hæc componẽt. Sed quid fruſtra terimus tempus? Stephanus ex Pauſania ea ſumpſit, non ex Dionyſio. Pauſanias enim in Phocicis poſtquam de Corycio antro loquutus eſt, ad cõmemorationẽ aliorum ſimilium antrorum ſibi viſorum digreditur. Ibi cùm alia ab eo narrantur, tũ antrum quoddam cõmemoratur, quod in Aſia minore eſt, in agro Themiſonenſium: in eo antro ait latitaſſe Themiſonẽſes, vaſtãtibus Gallis eorum vrbem: idque, monitos ab Hercule, Mercurio & Apolline: quorũ ideo ſimulachra antè oſtium eius ſpelunca poſita: ibique religioſè culti ipſi dii, à loco Spelatæ appellati. Verba Pauſaniæ ſunt. καὶ ἐπὶ τούτου πρὸ τῆς σπηλαίου, φασὶν, ἀγάλματα οὐ μεγάλα ἑστὶν Ἡρακλέους, καὶ Ἑρμοῦ τε καὶ Ἀπόλλωνος, Σπηλαῖται καλούμενα. En ergo ſingulare & prorſus mirabile horum hominum facinus: qui antrum in Aſia, procul ab Europa, ab Italia autem quàm longiſſimè à natura poſitum, non humeris quidẽ ſuis, ſed leui calamo in Italiam transferunt, & in media Roma collocant. Et miramur adhuc Ægyptiacos obeliſcos Romam fuiſſe tranſportatos?

Pagina 55.

14. παλαιότατος δὲ ὧν ἡμεῖς ἴσμεν ποιητὴς Ἀρκτῖνος. Quartino, vt repoſitum eſt ab eruditis hominibus, Ἀρκτῖνος legendum eſt. Præter Euſebium teſtatur id Clemens Alexandrinus στρωματ. lib. primo. De palladio vide in Lycophronis commentariis ad hoc carmen:

τῆς παλλάδος ζηλώμασι
Τῆς μισονύμφου λαφρίας πυλαίτιδος.

Sed veterum commenta de Iliaco palladio egregiè refellit Strabo & lib. ſexto, & alibi: cui non malè cõuenit cum magno ſcriptore Clemente Alexandrino, quem hac de re conſules, ſi libet.

Pagina 58.

5. Κεφάλων μὲν γὰρ ὁ Γεργίθιος, συγγραφεὺς παλαιὸς πάνυ. Hic eſt Cephalo Gergithius cuius meminit Strabo libro XIII. quẽq; alii veteres paſſim laudant. Feſtus verò (quod ad hunc locum pertinet) ait ſcripſiſſe eum de aduentu Æneæ in Italiam. Eum vide in voce Roma.

14. ὁ δὲ τὰς ἱερείας τὰς ἐν Ἄργει καὶ τὰ καθ' ἑκάστην πραχθέντα συναγαγών. Qui legere mallẽt τὰς ἱεραστίας quàm ἱερείας, ii ſine ratione, ne dicam contra rationẽ, ab exculta lectione & vera recedunt. Laudat Dionyſius his verbis ſcriptorem Annalium Argiuorum. Apud Argiuos autem index anni & titulus, vt Cenſorinus loquitur, erat nomen τῆς ἱερείας ſeu ſacerdotis Iunonis: nõ aliter quàm apud Athenienſes ὁ ἄρχων fuit anni index, & apud Romanos, conſules. Intelligimus igitur, fuiſſe à quodam collectam hiſtoriam Argiuorum, & ſcriptum hoc indice librum, Συναγωγὴ vel Ἀναγραφὴ τῶν ἱερειῶν τῶν ἐν Ἄργει, καὶ τῶν καθ' ἑκάστην πραχθέντων. Sic alios collegiſſe legimus nomina eorum qui fuerunt Athenis archontes, vt Demetrium Phalereum, qui ſcripſerat ἀρχόντων ἀναγραφὴν, librum paſſim veteribus citatum. Et Philochori quoq; Attica hiſtoria (quod ex fragmentis liquet) nihil aliud fuit quàm prætorum Athenienſium catalogus, cum breui commemoratione rerum præcipuarum quæ ſub vnoquoque contigerant. Quæ ratio eſt cur rerum Atticarũ ſcriptores, vt tenues & exangues, ſupra Dionyſius notauerit. Porrò nomen eius autoris qui à Dionyſio hic laudatur, ignoramus: etſi olim in Notis noſtris ad Laertium Heraclidæ Lembo id opus tribuimus, ducti auctoritate ſummi viri Ioſephi Scaligeri: cuius ſententiæ nunc ægrè ſubſcribimus. neq; enim illa Dionyſii verba, τὰ καθ' ἑκάστην πραχθέντα, ita interpretamur, τὰ καθ' ἑκάστην χώραν πραχθέντα, quod ſummus vir facit: ſed ita, τὰ καθ' ἑκάστην ἱέρειαν &c. Vide tamen Feſtum in Roma.

14. Καλλίας δὲ ὁ τὰς Ἀγαθοκλέους πράξεις ἀναγράψας. Mirum eſt, quum Feſtus & Dionyſius eundem auctorem laudent, tamẽ non per omnia inter eos cõuenire. Sic autem Feſtus, *Callias Agathoclis Siculi qui res geſtas conſcripſit, arbitratur è manu Troianorum fugientium Ilio capto, cuidam fuiſſe nomen Latino: eúmque habuiſſe cõiugem Romam, à quo vt Italia ſit potitus, vrbem condiderit, quam Romam appellauiſſe.* Calliam autem hũc ſcriptorem rerum Agathoclis non ſemel laudat Græcus Apollonii interpres.

22. Ἀριστοτέλης δὲ ὁ φιλόσοφος Ἀχαιῶν τινας ἱστορεῖ τῶν ἀπὸ Τροίας. Locum Ariſtotelis refert Plutarchus in Quæſtionibus Rom. Sed quod ait Dionyſius claſſem eam fuiſſe Achiuorũ, haud ſcio an ita Ariſtoteles: Plutarchus aliter ſuadere videtur: quẽ vide amplius ἐν τῷ γυναικῶν ἀρετῶν, & Romulo. At Solinus ex Heraclide de Achiuis idem narrat *Heraclidi placet*, inquit, *Troia capta quoſdã ex Achiuis in ea loca vbi nũc Roma eſt, deueniſſe per Tiberim: deinde ſuadente Rome, nobiliſſima captiuarum, quæ his comes erat, incẽſis nauibus poſuiſſe ſedes, ſtruxiſſe mœnia, & oppidum ab eo Romen vocauiſſe.*

44. Ξεναγόρας δὲ ὁ συγγραφεὺς. Ita eſt legendũ. Xenagoræ veteres non rarò mentionem faciunt: in his Stephanus, & ſcholiaſtæ Ariſtophanis, Apollonii, Lycophronis. Scripſerat περὶ χρόνου: ita enim laudatur à veteribus.

47. Διονύσιος δὲ ὁ Χαλκιδεύς. Huius cùm alii meminere, tũ Græcus interpres Apollonii.

Pagina

Digitized by Google

Pagina 59.

26. Ῥῶμον δὲ Καπύην μὲν ἀπὸ τοῦ προπάππου Κάπυος. De Capua,& vnde ei nomen, conſule geographos & Feſtum. Non prætermittam quæ ex vetuſtiſſimis auctoribus ſuper hoc reperio in Etymologico magno. Καπύη, ait, πόλις Ἰταλίας, ἣν Ῥῶμος καὶ Ῥωμύλος υἱοὶ Αἰνείου ἔκτισαν, ὥς φησι Κεφάλων ὁ Γεργίθιος. οὕτως Ἱέρος. ἄλλοι δὲ ἀπὸ Κάπυος τοῦ Τρωϊκοῦ. Hæc non parum iſtum locum illuſtrant.

42. ἣν δὲ ποτε Ἰταλία ἡ ἀπὸ Τάραντος ἄχρι Ποσειδωνίας παράλιος. Ait, Antiochi Syracuſani tẽpore, Italiæ nomine fuiſſe intellectum illud Italiæ cornu quod claudit iſthmus anguſtus inter Tarantẽ & Pæſtum. Atqui Strabo diſerte docet, Italiam vocari ab Antiocho, in eo libro quem de Italia compoſuit, non id totum cornu, ſed eius tantùm partem: quam duo ſinus Sylleticus & Napetinus, ſiue Hipponiates, cingunt: quámq; terminant, hinc Laus, inde Metapontum. Addit deinde Strabo, Antiochũ Tarentinorum regionem vocare ἐκτὸς Ἰταλίας. quæ Italiæ περιγραφὴ longè alia eſt, quam quæ à Dionyſio cõmemoratur, cum hîc tum initio libri ſecundi. An igitur minus accuratè hæc à Dionyſio ex Antiocho referuntur? An potius verum eſt, Antiochi quidem tempore Italiam fuiſſe appellatam regionẽ quam περιγράφει Dionyſius: ipſum verò Antiochum Italiæ nomẽ anguſtius cepiſſe ex antiquiorum conſuetudine potius quam ſuæ ætatis hominum? Sed hoc vix patitur alter Dionyſii locus, quem vide initio libri ſecundi.

Pagina 60.

7. τὸν δὲ τελευταῖον τῆς Ῥώμης γενόμενον οἰκισμὸν, ἢ κτίσιν, ἢ ὅ,τι δή ποτε χρὴ καλεῖν. Diſtinguit inter οἰκισμὸν & κτίσιν: vt indicet, ſe pro planè comperto non habere, fuiſſét ne Roma à poſteris AEneæ reſtaurata tantùm, & incolis frequẽtata, quod eſt οἰκίζεσθαι: an exſtructa & condita, quod eſt κτίζεσθαι. Ita enim videtur diſtinguere voluiſſe inter illas duas voces. Quanquam non ignoramus κτίζειν ſæpe de colonia aliquò deducta dici. & κτίστας appellari quorum ductu & auſpiciis colonia fuerit deducta. Quod ſequitur de Timæo, οὐκ οἶδ᾽ ὅτῳ κανόνι χρησάμενος, pertinet ad chronologicos canones veterum. Eſt autem κανὼν apud chronologos, idem ferè quod epocha. Nã quod eſt fabro κανὼν ad dirigendum opus, id chronographo ſunt epochæ ad rationem tẽporum dirigendam: planéque ille epochis vtitur vt faber regula, aut logicus medio, in artificio ſyllogiſmi. Ac prorſus eleganter dixit Dionyſius, τοῖς κανόσι τοὺς χρόνους ἀπευθύνειν. Hæc moneo, quia minus rectè (meo iudicio) explicuerunt docti quidam quid eſſet κανὼν apud chronologos. Porrò vt mirè cæcutierunt veteres Græci in tota ratione temporum explicanda, ita mira inter eos diſſenſio. Dionyſius autẽ ſe maxime Eratoſthenem probare & ſequi ait: cuius chronographiam paſſim laudant veteres. Plutarchus verò quodam loco omnes chronologos qui ante ſuam ætatẽ ſcripſerant, ὑπὸ μίαν μύκονον, quod aiunt, συνάγει: ſic ſcribens de chronicis canonibus, οὓς μυρίοι διορθοῦντες ἄχρι σήμερον, εἰς οὐδὲν αὐτοῖς ὁμολογούμενον δύνανται καταστῆσαι τὰς ἀντιλογίας.

23. ἐν ἑτέρῳ δεδήλωταί μοι λόγῳ. Apparet ex iſto loco Dionyſium librum ſcripſiſſe edidiſſeque, de ratione tẽporum: eiúſque operis non ſemel meminit Clemens Alexandrinus. vt Stromat. lib. primo, vbi ita ſcribit, παλαίτερα δὲ τῶν Ἑλληνικῶν, τὰ Ἀργολικὰ, τὰ ἀπὸ Ἰνάχου λέγω, ὡς Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἐν τοῖς χρόνοις διδάσκει.

27. οὐδ᾽ ἐπὶ τοῦ παρὰ τοῖς Ἀρχιερεῦσι κειμένου πίνακος. Vetus mos fuit, tabulas diis conſecrare quæ hiſtoriam aliquam continerent: maximè ſi quis ex aliquo inſigni periculo fuiſſet liberatus, vt de Mario notum eſt ex Plutarcho. Notæ etiam ſunt naufragorum & eorum qui ex morbo conualuerant tabulæ, iis dicatæ numinibus quibus ſalutem ferebant acceptam. Sed & ad cõſeruandam rerum geſtarum memoriam certum eſt ſolitos veteres earum narrationem alicui lapidi inſculpere: cuius moris vel inſignis ille lapis qui eſt Ancyræ in Aſia, (vt lapides triumphales omittam qui in Capitolio Romæ ſunt) teſtis ſit. Videtur ergo Polybius nactus apud Anchiſenſes aliquod eiuſmodi antiquitatis monumentum, vbi notatum erat conditæ Romæ tempus. Ei lapidi plus tribuiſſe Polybium quàm oportuerit, queritur Dionyſius.

35. ἡ Κελτῶν ἔφοδος καθ᾽ ἣν ἡ Ῥωμαίων πόλις ἑάλω. Non temerè vtitur hac epocha ad componenda Romanorum tempora cum temporibus Græcorum. Nam etſi Græci non omnino ignorarint nomen Romanorum ad ea vſque tempora quibus cõtigit illa Romano nomini infauſta Allienſis pugna: tamen conſtat, eo caſu cepiſſe Romã Græcis hominibus maximè innoteſcere. Et refert Plutarchus, ſtatim vrbe capta, obſcuram eius rei famam ad Græcos perueniſſe: ita vt Heraclides Ponticus & Ariſtoteles veterrimi autores eius meminerint. quod & à Theopompo factum fuiſſe annotat Plinius libro tertio. Non potuit igitur Dionyſius antiquiorem epocham adhibere, de qua apud Græcos conſtaret.

Pagina 62.

94. οἱ δὲ πλεῖστοι μυθολογοῦσι τοῦ δαίμονος εἴδωλον, οὗ τὸ χρεῖον ἦν, πολλὰ καὶ ἄλλα περὶ τὴν πάθην δαιμόνια ἔργα, ἡλίου τε ἀφανισμὸν καὶ ζόφον ἐν οὐρανῷ κατασχόντος. Húc locum ſic cenſeo potius

tius eſſe emendandum, πολλὰ δὲ ἄλλα περὶ πάθη δαιμόνια ἔργα .... ἡλίου τε ἀφανισμὸν καὶ ζόφον ἐν οὐρανῷ κατασχόντα. In lacuna deeſſe arbitror hãc vocem, προσουπλέοντες. Sane κατασχόντα eſſe legẽdum, difficilè mihi eripi ſinam: quum ſciam Græcum eſſe loquẽdi genus ζόφος κατέσχεν οὐρανῷ, ſiue οὐρανὸν, quod eſt etiam vſitatius. Similiter infra κατέχον οἱ χειμοί.

Pagina 64.

2. καὶ γὰρ ὁμοῦ τε περὶ τὴν κόρην εἶναι ἴχνεσι. Mihi videtur loquendi hoc genus duriſſimum: nec ſcio an ferenda ſit traiectio iſta, in Dionyſio præſertim. Equidem mallem ſic legi, καὶ γὰρ ὁμοῦ τε τὴν κόρην εἶναι περὶ ἴχνη.

17. ὡς δὲ τὴν γνώμην τοῦ βασιλέως ἔμαθον οἱ σύνεδροι ἀπαραιτήτῳ ὀργῇ χρωμένην. Non improbo vocem χρωμένην: mallem tamen χρωμένου.

Pagina 65.

13 λύκαινα δέ τις ἐπιφανεῖσα, νεοτόκος σπαργῶσα τοὺς μαστοὺς ὑπὸ γάλακτος. Rectè tu Sylburgi, νεοτόκος. Plutarchus eadem de re, in libello De fortuna Romanorum, εἶτα λύκαινα μὲν νεοτόκος σπαργῶσα δὲ πλημμυροῦσα τοὺς μαστοὺς γάλακτι.

18. τέως μὲν ἀμηχανὴς ἦν ὑπὸ θάμβους. Mihi quoque magis probabatur vox ἀχανὴς, qua Dionyſius etiam alibi vtitur.

Pagina 66.

46. ἀλλὰ φεύγουσιν ὑπαγόμενοι. Ὑπάγεσθαι eſt hîc *hoſtem allicere*, non *aliquò ſe recipere*, vt interpretes vertunt, quod minus cõuenit. Malit fortaſſe aliquis ἐπαγόμενοι.

Pagina 68.

27. παρὼν γὰρ ἐτύγχανε· συναγανακτῶν τοῖς πελάταις. Hæc ita malè diſtinguuntur: & mirum eſt etiam doctos viros hîc lapſos: quum cuius obuium ſit tollẽdam eſſe στιγμὴν illam quæ eſt poſt ἐτύγχανε. neq; enim, quod exiſtimant illi, vox συναγανακτῶν referri debet ad Amuliũ, ſed ad Numitorẽ. nã hoc vult Dionyſ. Amulium gratificari voluiſſe Numitori: qui quidem Numitor ad fratrem venerat cùm ruſticis illis qui captum Remum ad regem deduxerant. aderat enim illis Numitor, tanquam patronus ſuis clientibus: cuius eſt συναγανακτεῖν τοῖς πελάταις, id eſt, cauſam clientum defendere, agerèque apud regem, vel magiſtratus. Ex Dionyſii igitur ſentẽtia Numitor apud fratrem, non ſuam ſed clientum cauſam agit, iiſque ipſe συναγανακτεῖ: at apud Plutarchum vice verſa, Amulius ſuam non τῶν χωρικῶν cauſam agit: eique adſunt συναγανακτοῦντες οἱ ἐν Ἄλβῃ, vt ipſe loquitur.

Pagina 70.

38. ἐκλείποντες τὴν ἀγοράν. Vbi iuſſerat eos Romulus tẽpus opportunum expectare. Nam ſupra dictum eſt, iuſſiſſe eos Romulum περὶ τὴν ἀγορὰν ἐπιμένοντας ἑτοίμους εἶναι δρᾶν τὸ κελευόμενον.

Pagina 76.

29. οὐδ᾽ ἀφ᾽ οὗ πρῶτον ὠρέχθησαν τῆς διαπονήσεως. Quò hæc pertineant, ex illo ſuperiori loco perſpicuum eſt, vbi quoſdam eſſe dicebat, qui argumentum quod ſibi ipſe delegiſſet, parum eſſe dignum cenſerent in quo aliquis multum laboraret: quippe Romam quæ nũc ita floreret, ab humilibus & paruis admodum principiis eſſe profectam, nec ante multos annos in hominum notitiam veniſſe: quando videlicet bella geſſit cũ Macedonibus & Carthaginienſibus. Eos autem qui ita ſentirent reprehendit Dionyſius: eò igitur hæc ſunt referenda.

In librum ſecundum, pag. 77.

Ἡ τῶν Ῥωμαίων πόλις ἵδρυται μὲν ἐν τοῖς ἑσπερίοις μέρεσι τῆς Ἰταλίας περὶ ποταμὸν Τίβεριν, ὃς κατὰ μέσην μάλιστα τὴν ἀκτὴν ἐκδίδωσι. Nullus eſt in Dionyſio totu locus aut facilior ad intelligendum, aut de cuius lectione minus ſit dubitandum. Itaque mirari ſatis nequeo quid fuerit cauſæ cur erudito viro Glareano aqua hîc hæſerit: quanquam ille quidem etſi dubitãter, verè tamẽ eſt interpretatus. hęc eſt enim Dionyſii mens, Romã ad Tiberim eſſe ſitam: qui fluuius circa mediũ totius Italiæ littus inferũ (quod littus quia eſt aſperũ, & vbique ferè importuoſum, ἀκτὴν ipſe ſolet appellare) in mare ſe exonerat. hæc inquam eſt Dionyſii mens iſto loco: quam Glareanus etſi per nebulam & ſubobſcurè, vidit tamen. At quidam qui poſt Glareanũ in hunc autorem cõmentati ſunt, quum debuiſſent eius ſententiam amplecti, & planius rem eloqui, aut fateri ſe harum rerum eſſe rudes admodum, & omnino τῆς γεωγραφίας ἀμυήτους: maluerunt tamen aliam viam inſiſtere, ac locum integerrimum, & qui optime habet, deprauare: non enim dicam emendare: etſi experti ſcimus eos ita ſuam iſtam emendationem amare, vt perſuadere ipſis φιλοφρονοῦντες & amicè de errore monentes, antequam iſta ab iis ederentur, non potuerimus, nihil hîc eſſe mutandum. quod equidem (ex animi mei ſententia dico) nollem factum. Verùm quando illis ita placuit, age videamus quàm firma ſit iſta emendatio. Placet igitur illis vt legamus ὃς κατὰ μέσον μάλιστα τὴν ἀκτὴν ἐκδίδωσι, *leuiſſima* aiunt *mutatione*. Agnoſcimus ſanè ὡς πὲν leuiſſimam eſſe mutationem: ſed illam ipſam affirmamus non modò eſſe non neceſſariam, (quod ſatis tamen fuerit ad euertendam iſtam bellam emẽdationem) ſed planè locum corrumpere, ac ſententiam peruertere. Nec quicquam ad rem facit quod illi

allatis autoribus multis probare nituntur, Tiberim videlicet Romã ſecare mediam. quod quid attinuit teſtimoniis probare, rem lippis & tonſoribus notam? Obſecro verò quidnam aliud eſt & ſuo & lectorum otio abuti, ſi hoc non eſt? Et tamen nullum illi aliud proferunt ſuæ emendationis argumentum. Atqui hoc oportuit eos docere potius, quid facturi ſint voce ἐκδίδωσι, & quomodo eã expoſituri: quæ, ſi eorum admittatur emendatio, aliter accipi nequit, quàm vt intelligamus in ipſa Roma eſſe Tiberina oſtia: quæ eſt planè noua & mira geographia. At non itẽ nouum eſt quod ſuprà nos dicebamus, velle Dionyſiũ, Tiberim in mare ingredi circa mediã Italiã, ac medium littus inferũ. Plin. lib. III. cap. V, *Latitudo Italiæ varia eſt: CCCCX miliũ inter duo maria, inferum & ſuperum, amnéſque Varum atq. Arſiam: mediæ atque ferme circa vrbem Romam ab oſtio Aterni amnis in Adriaticum mare influẽtis, ad Tiberina oſtia, CXXXVI.* Vides manifeſtiſſimè dicere Pliniũ Tiberina oſtia eſſe circa mediam Italiã. quò etiã pertinet quod ibidẽ legitur, Tiberim è media ferè longitudine Apennini fluere. Quæ quum ita ſint, monitos velim homines minimè malos, vt priùs ipſi diſcant, quàm alios docere aggrediantur. & quòd ita ſe difficiles bene & amico animo monẽtibus præbẽt, vellem meminiſſent illud Heſiodi, ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων.

16. καὶ τόπων ἵνα ὀνόματα Σικελικὰ λεγόμενα. Illud, ὀνόματα Σικελικὰ λεγόμενα affine eſt illi καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰωάννης. Sed malim Σικελικῶς, aut Σικελιστὶ potius. Iam quod libro primo ſcribitur de Tiburte, μέρος τι τῆς πόλεως ὀνομάζεται Σικελιῶν, ſuſpectum mihi. Σικελίων enim potius legerim, aut Σικελῶν. Nam qui ea forma dici volunt Σικελιῶν qua μαραθῶν aut δαφνῶν, aut περιστερεῶν, & *Siculetum* vertunt, audiendi profectò non ſunt. falluntur enim grauiter ſpecie analogiæ, quæ nulla tamen eſt: vt taceam linguam Siculorum iſtorum fuiſſe barbaram.

33. οἱ πολίζονται πρὸς ἑνὶ τῶν ἑπτὰ λόφων. Fero te iudicem perite lector, ſatiſne ſit hic locus integer: nam mihi quidem nõ videtur. Suſpicor deeſſe vocem vnam, & legendum eſſe, οἱ πόλιν πολίζονται, aut πόλισμά τι, aut neſcio quid eiuſmodi. nam πολίζεσθαι quis paſſiuè ita accepit? ipſæ enim vrbes potius πολίζεσθαι dicuntur. At πόλιν πολίζεσθαι dictum, vt Ῥώμην πολίζεσθαι libro ſuperiore. Sed obſtat fortaſſe illud quod ſequitur, non fuiſſe ab iſtis vllam vrbem conditam: ſed quædam tantùm αὔλια βουφορβῶν καὶ ποιμένων. Et libro primo de iiſdẽ dixit, καὶ κατασκηνάζονται πρὸς αὐτὴν κώμην βραχεῖαν. Exſpectemus igitur codices.

Pagina 78.

6. τελευταίων δὲ τῶν μετὰ Ἰλίου ἅλωσιν ἀφικομένων εἰς Ἰταλίαν Τρώων, ὃς ἦν Αἰνείας. Scribo ὧν ἦν Αἰνείας. aut ita fortaſſe ὧν ἦν .... Αἰν. nempe ἡγεμών.

46. μεθ' ὧν ἔτι τὸ ἐπιβουλεύειν τοῖς πέλας κωλύεται μὴ οὐ πονηρὸν εἶναι, οὔτ' ἐν τῷ ἀκινδύνως βεβηκέναι θαρρεῖν τὸν ἐπιβουλευόμενον. Locus hic eſt paulo obſcurior: nec rectè (vt quidem arbitror) ab interpretibus acceptus. Sentẽtia verò, &, vt Græci loquũtur, ὁ νοῦς, eſt huiuſmodi. Ait præclara ædificia ſeu publica ſeu priuata, non impeditura vicinos ſtruere inſidias, vt eo minus moleſti ſint: (iis videlicet qui præclara illa ædificia inhabitãt) neq; verò poſſe hoc præſtare ædificia præclara, vt vicinorum inſidiis petiti, quaſi in tuto loco poſiti, nihil poſſint timere. Duo igitur ſunt quæ negat ab iis præſtari poſſe: alterum, quòd nõ eripiant vicinis inſidiandi facultatem, qui non ideo minus moleſti erunt: alterum, quòd ſecuritatem nõ præſtent ciuibus, quãdo vicinorum inſidiis petuntur. Vocem πονηρὸν hîc accipe vt in illo Strabonis, lib. quinto, πονηροὶ τοῖς γείτοσι περὶ πολέμων ὄντες. Et in hoc Muſonii apud Stobæum, πονηροὶ ὄντες ἀλλήλοις. Malim verò τὸ πέλας κωλύεται quàm ἐπιβουλεύειν τοῖς πέλας legere.

Pagina 79.

6. ἀλλ' ἕτερα εἶναι τὰ σώζοντα, καὶ ποιοῦντα μεγάλας ἐκ μικρῶν τὰς πόλεις. Quid illud ſit præclarè explicat etiam geographus, de hac ipſa re loquens. Scribit enim ille, videri ſibi antiquiſſimos Romæ conditores ita de ſe ac poſteris ſuis ſtatuiſſe, decere Romanos, οὐκ ἀπὸ τῶν ἐρυμάτων, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν ὅπλων καὶ τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἔχειν τὴν ἀσφάλειαν καὶ τὴν ἄλλην εὐπορίαν· προβλήματα νομίζοντας οὐ τὰ τείχη τοῖς ἀνδράσιν, ἀλλὰ τοὺς ἄνδρας τοῖς τείχεσι.

18. τὸ τῆς πολιτείας σχῆμα ποιεῖν τοῖς φρονίμως αὐτὸ καταστησαμένοις. Bene hæc habent, & ex mente Dionyſii locum ſunt interpretati interpretes priores: at qui mutãdum quicquam cenſent, errant. Planior erit ſentẽtia ſi ita vertas, *Porrò viros bellicoſos, qui iuſtitiã ac reliquas virtutes colant, iis qui ſuam rempublicam ſemel bene conſtituerint, ipſam reipublicæ quam inſtituerunt formam, reddere atque efficere.* Exemplo ſit Spartana reſpublica: quid aliud fuiſſe cauſæ dicemus, cur in ea tot bellicoſi ac fortes viri ſint olim reperti? nempe τὸ τῆς πολιτείας σχῆμα. Nam iis legibus atque inſtitutis compoſita reſpub. illa fuerat à Lycurgo, vt neceſſe fuerit Spartanis, quandiu illis legibus vterentur, res bellicas exercere, & in iis excellere.

44. πρὸς ἣν ἐὰν καταστήσωνται πολιτείαν. Falluntur qui ἐὰν in ἂν putãt eſſe mutandũ, cùm hîc, tum lib. VIII, iſto loco, γῆς τε καὶ λείας, ἣν ἐὰν

ἐκ παντὸς

ἐκ παντὸς κλήσαντες. Nam præter ſacros ſcriptores, quibus hoc ſolenne eſt, etiã alii auctores ita loquuntur, vt notũ eruditis, & alibi probauimus.

Pagina 81.

2. μάλιστα (ζητ.) γὰρ ἀπὸ τῶν βορείων μερῶν ὁ τοῦ ἄξονος πόλος. Malim μάλιστα. δὲ, aut δὴ, vel οὖν. Sane ſi legamus γὰρ, cauendum fuerit ne quaſi αἰτιολογικὴν particulã eam accipiamus. Porrò de dextris ſiniſtriſque fulguribus vide Ciceronem: de partibus mũdi celſioribus & humilioribus, vt omittam Plinium, Iuſtinum, & alios, vide Ariſtotelem, Problematum ſect. XXVI. & Meteorolog. libro ſec.

35. τελευτὴν οἷον εἰκὸν ἦν αὐτοῦ λέγοντες τῆς ὁσίας ταύτης ἕνεκα γενομένην. Prorſus legendum τῆς ὁσίας γ' αὐτῆς ἕνεκα, *religionis tantùm cauſa*. Sic infra eodem, τοῦ χρόνου μνημεῖα, καὶ τῆς ὁσίας αὐτῆς ἕνεκα. & libro quarto, αὐτῆς ἕνεκα τῆς ὁσίας φυλάττεται ἱερόν.

Pagina 83.

12. Εὐπατρίδας μᾶλλον ἐκάλουν. Scribo μὲν αὐτὴν pro μᾶλλον.

Pagina 84.

9. ἐκάλουν δ' Ἀθηναῖοι μὲν θῆτας τοὺς πελάτας, ἐπὶ τῆς λατρείας· Θετταλοὶ δὲ, πενέστας. Neſcio quàm bene θῆτας Athenienſium cum peneſtis Theſſalorum coniungat, eos cum Romanorum clientibus comparans. Nam certiſſimum eſt parum omnino ſimilem fuiſſe cõditionem peneſtarum ac clientũ Romanorum. Athenienſium quidẽ θῆτες & πελάται liberi ſaltẽ fuêre: (etſi infra τοὺς βαναύσους poſiti, vt docet Ariſtot.) nec ita ſeruiebant vt δοῦλοι δεσπόταις: ſed vt egeni & plerunq; ære alieno oppreſſi, operas diuitibus ac creditoribus ſuis locabant, quos χρήστας appellabant, non προστάτας aut δεσπότας. Theſſalorũ verò peneſtarum alia fuit conditio: quos conſtat fuiſſe penè ſeruos, hoc eſt, μεταξὺ δούλων καὶ ἐλευθέρων, vt veteres eos vocant. qui domeſtica quoque miniſteria obibant, Θετταλοικέται ideo etiã dicti. Quę omnia de Romanorum clientibus ne ſuſpicari quidem licet: qui ſuos patronos ſæpe fortunis æquabant, nõ raro ſuperabant. Ait autem Dionyſius θῆτας fuiſſe appellatos ἐπὶ τῆς λατρείας. quaſi eſſẽt ἀπὸ τοῦ θητεύειν ſic dicti, quod eſt mercede ſeruire: non contra. Sed grammatici ἀπὸ τοῦ τητᾶσθαι, quod eſt carere & egere, dictos ſic tradunt. Vide Athenæum libro ſexto.

Pagina 85.

43. ἐποιεῖτο δὲ αὐτὴν τοιάνδε τὴν διαίρεσιν. Ita eſt legendum. Sic paulo poſt, ἐκ δὲ τῆς διαιρέσεως ταύτης.

Pagina 96.

32. ὄνομα δὲ κοινὸν ἅπαντες, ὃ καὶ οἱ νῦν κατέστησαν, ἔχον, Κελέριοι. Scribo οἱ νῦν, hoc eſt, *Nomen cõmune omnes illi* (*quod etiam* retinent *qui hodiéque cõſtituuntur*) *habuêre, Celeres*. Hic ni fallor eſt iſtius lectionis ſenſus. κατίστανται ex vſu linguæ Græcæ pro καθίστανται εἰώθασι. Mirum tamen dicere Dionyſium ſua ætate manſiſſe Celerum appellationem: nam alii auctores aliter docere videntur.

Pagina 88.

26. τὸ γὰρ μεταξὺ χωρίον τοῦ τε Καπιτωλίου καὶ τῆς ἄκρας. Strabo lib. quinto. ἀθροίσας σύγκλυδας ὁ Ῥωμύλος ἤθροιζεν, ἀποδείξας ἄσυλόν τι τέμενος μεταξὺ τῆς ἄκρας καὶ τοῦ Καπιτωλίου.

32. ὅτῳ δὲ ἄρα θεῶν ἢ δαιμόνων, οὐκ ἔχω τὸ σαφὲς εἰπεῖν. Plutarchus ait θεὸν Ἀσυλαῖον ſolitum appellari.

Pagina 92.

40. ὅσα μὲν γὰρ αἱ κανηφόροι λεγόμεναι λειτουργοῦσιν ἐπὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἱερῶν, ταῦτα παρὰ Ῥωμαίοις αἵδε προσαγορευόμεναι. Probarem omnino nouiſſimi interpretis cõiecturam, exiſtimantis deſiderari vocem Ἑστιάδες: ac legerem αἱ Ἑστιάδες προσαγορευόμεναι: niſi moueret me quòd parum videntur reſpondere veſtales Romanorum, Græcorum canephoris, nec multo magis arrephoris. Vide Plutarchum in Numa.

46. ἐπί τε Κουρήτων καὶ μεγάλων θεῶν ὀργιασμοῖς οἱ καλούμενοι πρὸς αὐτῶν κάδωλοι. Voce κάδωλος (ſi ita ſcriptum ſit à Dionyſio) voluit ille intelligi τοὺς προπόλους ſiue miniſtros ac ſacerdotes τῶν μεγάλων θεῶν: quos deos conſtat non alios eſſe quàm quos Cabiros veteres vocabant, Latini Diuos potes. Quare non poſſum aſſentiri iis qui κάβειροι legunt pro κάδωλοι. At δᾳδούχους ait Strabo, & verò cõſtat, fuiſſe Magnæ matris miniſtros: vt ne ſic quidem legi poſſit. Itaque nihil temerè mutandum.

Pagina 94.

37. ἢ ζῆλον ἀλληλοκτόνον ἀξιούμενοι. Legendum arbitror ἐξειλούμενοι.

Pagina 95.

8. ὁ δὲ Ῥωμύλος οὔτε ἀνδρὶ κατὰ γυναικός. Planius iſta Plutarchus, & melius: eum vide.

28. τὸ δὴ κοινωνοὺς τῆς ἱερωτάτης τε καὶ πρώτης τροφῆς γενέσθαι γυναῖκας ἀνδράσι, καὶ ἐπὶ πολλῇ συνελθεῖν τύχῃ. Τὸ δὴ, nimirũ actus ipſe qui hîc deſcribitur: neque probo vt legatur Τῷ δὴ, vt videntur legere quidam interpretes. Malim verò ἐπὶ πάσῃ συνελθεῖν τύχῃ. Nam verum eſt maritum & vxorem συνελθεῖν ἐπὶ πάσῃ τύχῃ, hoc eſt, ad communionem omnium quæ ſiue proſpera ſiue aduerſa cõtingent. Niſi quis malit ἐπὶ πάσῃ τύχῃ interpretari, Ad communionem omnium bonorum. Sic Liuius de raptis virginibus loquens, *Illas tamẽ in matrimonio, in ſocietate fortunarũ omnium ciuitatiſque, &, quo nihil charius humano generi, liberûm, fore.* quod ita mox Dionyſius exprimit, ἐπὶ κοινωνίᾳ πυρὸς καὶ ὕδατος εἰσάγουσι τοὺς γάμους: morem

tangẽs, de quo Plutarchus in Quæſt. Rom. initio, & grammatici Latini.

Pagina 101.

37. ἐς πύλας ἀκλείτους. Ἀκλείτους pro ἀκλείστους dicit, ἀττικῶς, vt notant grammatici de ἄκλαυτος pro ἄκλαυστος, & aliis id genus. Sic infra καταϰεκλειμένην & κατεκλείσθησαν.

47. ἄγων σκῦλά τε ἀπὸ τῶν ἀποϰτανθέντων κατὰ τὴν μάχην. Semper mihi vox ἀποϰτανθέντων diſplicuit: quum vel ἀποσφαγέντων, vel neſcio quid inδιυπαιϰοῦν poſtulet ſententia. ἀπολομένων autem, quod quibuſdam placet, minus videtur quadrare iſti quidem loco.

Pagina 102.

3. καὶ ἵνα τὸ βασιλικὸν ἀξίωμα σώζῃ, τεθρίππῳ παρεμβέβηκεν. Annotaram iampridẽ, falſum mihi hoc videri, vererique me ne decepiſſet Dionyſium hominem Græcum vox Latina ferculum. quam ille videtur exiſtimaſſe ſignificare ἅρμα vel τέθριππον. Mouebat me Liuius, qui hac de re ita ſcribit, *Inde exercitu victore reducto, ipſe cùm factis vir magnificus, tũ factorum oſtentator haud minor, ſpolia ducis hoſtium cæſi ſuſpenſa, fabricato ad id aptè ferculo, gerens, in Capitolium aſcendit.* Dionyſius ergo quum in eo Latino hiſtorico vnde hæc ſumebat, vocem ferculum inueniſſet, interpretatus eſt τεθρίππῳ: perperã, vt omnes ſciunt, quum ferculum ſit potius inſtrumentum, factum in eum vſum vt poſſint commodè oſtẽtari ſpolia, dum pompa ducitur & triumphus agitur. Hæc quum pridẽ ſcripſiſſem, vehemẽter lætatus ſum poſtea; quum caſu in hunc Plutarchi grauis autoris locum incidiſſem, Ῥωμύλον δὲ οὐκ ὀρθῶς φησὶν ἅρματι χρήσασθαι Διονύσιος. Vides, Plutarchum eundẽ errorem in Dionyſio notaſſe, & nobiſcũ ſentire: etſi ille erroris fontem non aperit. Quare non iam dubitamus affirmare, Dionyſiũ ignorãtia linguæ Latinæ grauiter eſſe lapſum: ſicut alibi quoque errat, vbi Puteal interpretatur φρέαρ. quum ſit potius τὸ πῶμα τοῦ φρέατος, vel περιστόμιον, vt in Gloſſario vertitur. Porrò Plutarchus ferculum interpretatur τρόπαιον, idque deſcribit his verbis, de hoc Romuli triũpho agẽs. δρῦν ἔτεμεν, inquit, ὑπερμεγέθη, καὶ διεμόρφωσεν ὥσπερ τρόπαιον, καὶ τῶν ὅπλων τοῦ Ἄκρωνος ἕκαστον ἐν τάξει περιῆψε καὶ κατήρτισε. deinde ſubiicit de Romulo, ὑπολαβὼν δὲ τῷ δεξιῷ τὸ τρόπαιον ὤμῳ προσερειδόμενον ὀρθὸν, ἐβάδιζεν ἐξάρχων ἐπινικίου παιᾶνος. Idem docet L. Tarquinium Priſcum primum curru vectum triumphaſſe: quod & Zonaras in eius vita annotat.

Pagina 103.

46. ἐπὶ Κρουστομερίνους ἐξάγει τὴν στρατιὰν περισκελεστέρους ἅμαινον τῶν προτέρων. Contrà Liuius, *Inde contra Cruſtuminos profectus, bellum inferentes: ibi minus etiam, quòd iam alienis cladibus ceciderant animi, certaminis fuit.*

Pagina 104.

14. καὶ πόλεις ὅλας παρεδίδοσαν ἑαυτάς, ἀπὸ γῆς Μεδυλλίνων ἀρξάμεναι. Ipſe ἑλληνισμὸς videtur poſtulare vt τῆς legatur, non γῆς.

18. ἐδόκει τε αὐτοῖς ἐπανορθώσασθαι τὴν προτέραν ἄγνοιαν. Malũ ἄνοιαν, idque verius puto. Nos verò obſeruauimus, etiam alibi has voces à librariis eſſe confuſas.

39. ἧκε δὲ αὐτοῦ Τυρρηνῶν ἐπικουρίαν ἱππικὴν ἄγων ἐκ Σολωνίου πόλεως. Solonium vrbem Etruriæ ne Plinius quidem agnoſcit. nam quos ille Solinates libro 11. cap. XIIII. nominat, non poſſumus, vt quidem arbitror, abſque manifeſti erroris ſuſpicione huc transferre. Quare lego ἐκ Ποπλωνίου. Nam Poplonium vrbem Etruriæ fuiſſe conſtat, & eam quidem antiquiſſimam. vide Strabonem. Mox Λυκόμων ſcribendum: non Λοκόμων. nam ita ſcribitur hoc Τυρρηνικὸν ὄνομα, vt infra loquitur: vel Λουκόμων.

Pagina 106.

19. ὡς αὐτοῦ στρατηλάτῃ συμπληξόμενοι τοῖς πολεμίοις. Qui putant melius lectum iri ὡς σὺν αὐτῷ, non animaduertere videtur vſitatiſſimũ Græcis ſcriptoribus atticiſmũ, ne Latinis quidem incognitum.

Pagina 107.

8. ἔοικε δὲ τὰ μετὰ ταῦτα γενόμενα τὴν Πίσωνος ἀληθεστέραν ποιεῖν ἀπόκρισιν. Liuius tamẽ & Plutarchus in alia omnia eunt. Plutarchum vide.

39. κωλυταὶ δ' εἰς τέλος ἀναιδέσιν ἐγένοντο. Imitatur Thucydidem. perſpicuè nanque (quod in Thucydide ipſe notat) ὀνοματικῶς σχηματίζει, quod planius per verbum efferri potuerat.

Pagina 108.

8. ῥώμην τε σώματος πολὺς ἀνήρ. Πολὺς, hoc eſt θαυμαστός. vt in illo Euripid. Πολλὴ μὲν ἐν θεοῖσι κοὐκ ἀνώνυμος, initio Hippolyti: vbi vide ſcholiaſtem.

Pagina 109.

25. Ἦν δὲ αὐτοῖς ἐπιτηδὴς ἡ πρὸς τὸν χάρακα ἀναχώρησις ἀπὸ καθυψηλοῦ τε χωρίου καὶ διὰ πολλῆς ὁδοῦ διωκομένοις. Nobis quoque vria eſt deſiderari hoc loco negatio, legendúmque eſſe, οὐκ ἐπιτηδής. Sed & vox καθυψηλοῦ ſemper mihi fuit ſuſpecta. Putabam legendum καθυγροῦ. Reuera enim fuit illis per locum καθυγρὸν & lutulentum fugiendum: quod etiam teſtatur Plutarchus. Non dubito tamen locum ita potius eſſe emendandum: ἡ πρὸς τὸν χάρακα ἀναχώρησις καθ' ὑψηλοῦ τε χωρίου καὶ δ. Eleganter καθ' ὑψηλοῦ χωρίου διώκεσθαι dictum, vt κατὰ κρημνοῦ βάλλειν, & κατὰ πέτρας, aliáque id genus paſſim. Sic libro quinto, de Aniene, καθ' ὑψηλοῦ πολὺς ἐκχεῖται σκοπέλου. Præpoſitio ἀπὸ adiecta eſt ab aliquo ſciolo fulciendæ ſententiæ

quum

quum prius duæ voces in vnam malè cohæſiſſent.

Pagina 110.

6. τῆς αὐθαδείας οὐ μετριότης. Etiam hîc Thucydidem imitatur. Ponit enim πάθος pro perſona.

10. παρεῖλον τὸν χρόνον. Legendum παρεῖλκον. Eſt autem παρέλκειν protrahere tempus. Homerus ὀδ. ψ, ἀλλ᾽ ἄγε μὴ μινύνθα παρέλκετε.

Pagina 112.

41. Ζηνόδοτος δὲ Τροιζήνιος, συγγραφεὺς Ομβρικοῦ ἔθνους, αὐθιγενεῖς ἱστορεῖ. Hic locus eſt mihi ſuſpectus de mendo: nec ſcio quàm rectè dicatur iſte Zenodotus συγγραφεὺς τοῦ Ομβρικοῦ ἔθνους. Plutarchus in hiſtoria raptarum Sabinarum eundem Zenodotum laudat, refellitque. Quod ait de Sabinis ab Vmbris ortis, multi reclamant, qui Sabinos gentem eſſe antiquiſſimam & αὐτόχθονας tradunt. Plutarchus eos ſequitur qui origine Laconas fuiſſe volũt.

Pagina 114.

4. Ρωμύλος μὲν Ορθωσίῳ Διΐ. Statorẽ vertit ὀρθώσιον. Potes magis ad verbũ ὀρθωτῆρα. vt apud Pindarum θεὸς ὀρθωτήρ, qui malè affectũ ſanitati reſtituit. Plutarchus ait, Romulum inclinata acie petiiſſe à Ioue στῆσαι τὸ στράτευμα, καὶ τὰ Ρωμαίων πράγματα πεσόντα μὴ περιιδεῖν, ἀλλ᾽ ὀρθῶσαι. Inde igitur ὀρθώσιος dictus Iupiter, quomodo Diana à Græcis ὀρθωσία eſt appellata, quaſi ὀρθοῦσα τὰς γυναῖκας, καὶ εἰς σωτηρίαν ἐκ τῶν τοκετῶν ἄγουσα. Ipſe tamen Plutarchus ἐπιστάσιον maluit interpretans dicere.

33. Τατίου τελευτήσαντος ἐξ ἐπιβουλῆς, ἣν συνέστησαν ἐπ᾽ αὐτῷ Λαβινιατῶν οἱ κορυφαιότατοι. Ex Liuio & Plutarcho conſtat Tatium non à Lauiniatibus (etſi Lauinii) ſed à Laurẽtibus fuiſſe occiſum. Quare neceſſe eſt vt Lauiniatum nomẽ in hac narratione vitio ſit poſitum, quum vera lectio ſit Λαυρεντίων. Itaq; lege hîc Λαυρεντίων οἱ κορυφαιότατοι. & mox, εἰς τὴν Λαυρεντίων χώραν. vbi rurſus Λαβινιατῶν eſt editum. Lapi codices veram lectionem vtroque loco habuerunt.

Pagina 115.

8. μετὰ τοῦτο ἧκον ἐκ Λαβινίου πρέσβεις ἀφικόμενοι. Etiam hîc Λαβινίου pro Λαυρέντου ſcriptum puto: etſi non aliter Lapi codices.

38. θάπτεται δὲ εἰς Ρώμην κοσμηθεὶς ἐντίμῳ ταφῇ. Εἰς Ρώμην pro ἐν Ρώμῃ etiam pueris notum. Verumtamen ſuſpicabar legẽdum κομισθείς. Deinde auxit ſuſpicionem locus Plutarchi, idẽ narrantis. ὁ δὲ, inquit, τὸ σῶμα τοῦ Τατίου κομίσας, ἐντίμως ἔθαψε. Poſtremò ita fuiſſe in Lapi codicibus animaduerti. Ita ergo corrige.

45. ἐκ τῶν Λαβινιατῶν τοὺς συστάντας. Scribendum cum Lapi codd. Λαυρεντίων.

Pagina 116.

40. καὶ ἀπὸ τῶν λαφύρων τέθριππον χάλκεον ἀνέθηκε τῷ Ηφαίστῳ. Ambiguum an ex præda quadrigas has Romulus ipſe conflandas curarit, an ipſæ pars prædæ fuerint: ſed Plutarchus rem expedit: ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις λαφύροις, καὶ χαλκοῦν ἐκόμισε τέθριππον ἐκ Καμερίας. τοῦτο δὲ ἀνέστησεν ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ηφαίστου, ποιησάμενος ἑαυτὸν ὑπὸ νίκης στεφανούμενον. Liuius hæc omittit cũ tota hiſtoria vtriuſque belli Camarini.

Pagina 117.

26. οὐ σὺν πολλῷ τρέπουσι χρόνῳ. Mihi quoq; πόνῳ vel κόπῳ in mentem venerat pro χρόνῳ. Verùm nihil mutandum cenſeo: nam hanc lectionem ſimiles loci confirmant.

32. οἱ δὲ ἀπειρίᾳ τοῦ νέου οὐ προειδότες. Quid ſi οὐ προειδότες legas? qui non antè didiciſſent.

Pagina 122.

22. εἰς ἑσπέραν δὲ καλεῖν αὐτοὺς ἐπὶ τὸ δεῖπνον. Hoc quid frigidius eſſe queat? egregium verò argumentum. At Plutarchus rem aliter narrat: & quidem ita, vt ex eius narratione quod voluit Numa probare, melius appareat. Dionyſius verò alios autores ſequi maluit.

Pagina 123.

10. ἀπὸ τῆς ἅμα Ρωμύλῳ τὴν ἀποικίαν στειλάντων. Grammatici Græci diſtinguẽdum ita docẽt inter στεῖλαι ἀποικίαν, & στείλασθαι ἀποικίαν, vt ſi eos ſequendũ putemus στειλαμένων hîc potius ſit legendum, & ita in reliquis ſimilibus locis. Vulgatam lectionem vſus autorum confirmat.

31. διανείμας αὐτοῖς ἀφ᾽ ἧς Ρωμύλος ἐκέκτητο χώρας. Imo totum hunc agrum aſſignauit. Vide Plutarchum.

Pagina 129.

15. παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἱεροφαντῶν ἐξερεῦσαι τὸ ὕδωρ. Semper legendũ putauimus ἐξεράσαι. Quis verò non legit apud Græcos oratores illa, ἔξερα τὸ ὕδωρ. Apud Strabonem ἀπερᾶν reperies & καθερᾶν eadem notione. Ariſtoteles quodam loco ἐξεράσαι & προσέρασαι θύραζε pro eodem poſuit.

Pagina 132.

21. παρεγένετο πάλιν, καὶ μέχρι τῆς αἰτήσεως ἀνεδίχετο. Plutarchus docet ſolitos fetiales πολλάκις βαδίζειν ὡς τοὺς ἀδικοῦντας, αὐτοὺς πείθοντας συγγνωμονεῖν. Id Dionyſius his verbis ſignificat: ſed ea ſunt corrupta. Quare placet mihi vehementer quod eruditiſſimo viro Friderico Sylburgio videtur, legẽdum eſſe nimirum μέχρι τρίτης αἰτήσεως.

Pagina 133.

45. τοῦτο μέχρι τῶν καθ᾽ ἡμᾶς χρόνων φυλάττουσι Ρωμαῖοι, ὃ χρόνου μνημεῖα τῆς ὁσίας αὐτῆς ἕνεκα. Non poſſum voces illas τοῦ χρόνου μνημεῖα non eſſe corruptas in animum inducere. Saltem enim τοῦ πάλαι χρόνου, vel ἐκείνου τοῦ χρόνου dicendũ fuiſſe videtur. Cur verò μνημεῖα potius quàm μνημεῖον? Quare, vt dixi,

Digitized by Google

locum de menda ſuſpectum habeo. Ac licet ſine codicibus pronunciare nihil auſim, ſuſpicor tamē ex deprauata voce τερμινάλια ortam eſſe bellam iſtam lectionem. Nam, aut fallor vehemēter, aut hoc voluit Dionyſius, Romanos etiam ſua ætate, ſi nō aliud, ſaltem Terminalia celebrare in honorē Termini, ὁσίης (ait) αὐτῆς ἕνεκα, hoc eſt, *dicis tantùm cauſa.*

In librum tertium, Pag. 136.

30. Ἀγεται γυναῖκα ἐκ τῶν Σαβίνων γένους, Ἑρσιλίου θυγατέρα, τὴν ὑφηγησαμένην. Mirum eſt quibuſdam ita manus prurire, vt non dubitent etiam integerrimos locos tangere & exulcerare: cuiuſmodi iſte eſt. Quare enim hāc lectionem non probāt, quæ habet dubio procul optimè? Herſiliā enim intelligit, quę quondam reliquis captiuis Sabinis autor fuiſſe dicitur conciliandæ inter parentes & maritos pacis: hanc ait Hoſtilio nūpſiſſe. idque & Plutarchus in Romulo non ſemel annotat. Ait verò Dionyſius filiam hanc fuiſſe Erſilij. quod quia à Liuio & Plutarcho eſt omiſſum, ideón' ſuſpectus eſſe cuiquam debet iſte locus?

36. καὶ μεγάλα ἔργα ἀποδειξάμενος, ἐν ταῖς πρὸς Σαβίνους μάχαις ἀποθνήσκει. Legi poteſt diuerſa paululum diſtinctione, καὶ μεγάλα ἔργα ἀποδειξάμενος ἐν ταῖς πρὸς Σαβίνους μάχαις, ἀποθνήσκει καταλιπὼν π. Sic Liuius, *Inde Tullum Hoſtilium, nepotem Hoſtilij, cuius in infima arce clara pugna aduerſus Sabinos fuerat, regem populus iuſſit.* Vtramque lectionem hiſtoria admittit.

Pagina 137.

12. ἀλλὰ τῶν ἀεὶ βασιλέων κλῆρος. Vox ἀεὶ ita hîc accipitur, vt quum dicunt Dio & alij ὁ ἀεὶ ὕπατος. quem vſum illius vocis ad Strabonis lib. primum notauimus.

39. ὧν οὐδὲν κωλυόμενοι ὑπὸ τοῦ δέους ἀποστῆναι. Ita intellige, ὧν, videlicet τῶν ἀκινδύνων κερδῶν, id eſt, qui quũ à nullo genere quæſtus, metu pœnæ aut rapti reſtituendi, abſtinere cogerentur. Lego autem, ὑπὸ δέους τοῦ ἀποστῆναι.

Pagina 147.

33. οὐκ ἂν φθάνοιεν ἀμφοτέροις ἡμῖν Λαουινιᾶται τὰ δίκαια πράττοντες; Non dubiū mihi quin lateat in poſtrema voce mēdum. & ſanè Lapi codices habuêre τάττοντες, vt videtur, nō πράττοντες. Eſtque illius lectio melior, vt alibi docebimus.

Pagina 162.

18. ἀλλ' εἰς ἐλάττω πάντα ὑπέραυχα. Sine cauſa quibuſdam vox ὑπέραυχα de mendo eſt ſuſpecta. quam apud Xenophontem non vno loco notare nos meminimus. vel lege τὸν εἰς αἰγιαλὸν extremum. Dicūt autē Græci etiam πεζογράφοι μεγάλαυχα & ὑπέραυχα, vt μεγαλόφρονα & ὑπέρφρονα. Vtitur ea voce Dionyſius iterum lib. V I I I.

Pagina 164.

15. δυοῖν θάτερον, ἢ μ. Lege δυοῖν ἢ θάτερον. Deinde ibi, ἀναβάλλεται τὸν παρόντα, caue quicquam mutādum cenſeas. Paulo poſt lego, δείματα ὡς κυκλωθησομένους ὑπὸ τῶν πολεμίων καταλαμβάνει.

Pagina 165.

17. ἔνθα οὔτε πρόσω χωρεῖν, οὔτ' ὀπίσω ἀποστρέφειν δυνάμενοι, ποταμοῖς τε καὶ ὄρεσιν ἐκ τῶν πλαγίων ἀποκλειόμενοι. Quid ſi δυνάμενοι legas & ἀποκλειομένοις? Nam δυνάμενοι Dionyſio eſt non vno loco facultas, ἡ δύναμις. Mox παλινπροδοσία (vel παλιμπροδοσία, ſicut παλιμπροδότης apud Appianū) vox eſt elegantior quàm vt Latini ſermonis paupertas eam poſſit voce vnica exprimere. Locum arbitror verti poſſe liberius καὶ περιφραστικῶς iſto ſimiliue modo, *Fidenates illico timor inceſſit, ne ſimulata proditione circumuenirentur, ab Albano duce ſtratagemate decepti.* Paulo poſt verò aliter vertendum, vbi dicitur Tullus exoſam habuiſſe Albani ducis παλινπροδοσίαν, id eſt, perfidiſſimū & in inſtituta proditione patranda inconſtans ingenium. At diſtinctim πάλιν προδοσίας legi poſſe, non omnis Muſarum chorus, non ipſe μουσηγέτης Apollo mihi perſuadeat.

Pagina 173.

9. οἱ δὲ Φιλοστέφανον. Gloſſarium vetus, *Feronia*, Πολυστέφανος. Sic Polyſtephanum olim dictum fuiſſe Præneſte legimus. & Proſerpinā, deam αὐθηφόρον multis locis in Italia & Sicilia fuiſſe cultam cōſtat. Vide Strabonem lib. ſexto, de Vibone Valentia.

34. γίνεται τι αὐτῶν περὶ πόλιν Ἠρητόν, ἀπὸ σταδίων ἑπτὰ καὶ ἑκατὸν τῆς Ῥώμης, ἀγών. Ait Eretum oppidum Sabinorum diſtare Roma ſtadia cētum & ſeptem, quæ ſunt millia paſſ. X I I I. & paulo amplius. Antoninus verò in itinerario ait M. P. X V I I I. quæ ſunt ſtad. C X L I I I I. Nec multū diſſentit Dionyſ. ipſe lib. X I. vbi interuallum inter Eretum & Romam eſſe notat ſtad. C X L. quare hic locus meritò nobis pridem eſſe cœpit ſuſpectus: videtur autē legendum ἀπὸ σταδίων μ' καὶ ρ', hoc eſt τετταράκοντα καὶ ἑκατὸν, vt libro X I.

Pagina 176.

25. ὁ νόμος ὑπογραφόμενος ὀρφανὰ τοῦ Τύλλου. Falluntur dubio procul qui hæc interpretantur de filiis Tulli heredibus in teſtamento à patre ſcriptis. Sed & illis difficilè aſſentior, qui *prolem ſubnatam* interpretantur: minus etiam rationem probare poſſum quam illi afferunt.

An ve-

An verius dicemus vocem ὑπογραφόμενον ita eſſe hîc accipiendam, vt quum dicunt Graeci ὑπογράφειν ἐλπίδας: hoc eſt, ſpem facere alicui & dare. δεικνύναι Suidas interpretatur, vt alibi notauimus. Erit igitur ſenſus, Indignè tuliſſe Marcium, ſe regio ortum genere vitã degere priuatam, maximè propter ſpem haud dubiam Tulli, tranſmittendi ad poſteros ſuos imperii. Sic erit ὑπογραφόμενον γένος, genus Tulli quod regno eſſe ſucceſſurum pater ſibi promittebat. An ab illa potius verbi ὑπογράφειν notione interpretandus eſt hic locus, in qua accipitur, quum dicimus ὑπογράφειν εἰς ἀριθμὸν πατρικίων, aut βουλευτῶν id eſt adſciſcere & cooptare. Vtriuſque ſignificationis exempla Dionyſius ſuggeret, ſed prior interpretatio mihi magis placet. Si quis aliter ſentiat, ſcitum illud Bacchylidis, πλατεῖα κέλευθος. Nos raptim iſta & tumultuariè ſcribimus: libẽter aſſenſuri ſi quis cõmodiorem interpretationem in medium protulerit. Putauimus aliquando ὑποτρεφόμενον eſſe legendum: qua voce non ſemel vtitur: & eodem ſenſu lib. v i i. ἐπιτρέφεσθαι poſuit. Sed Polyænus quoque in ſimillima hiſtoria idem verbum vſurpauit libro octauo in Laodice. Λαοδίκην, inquit, τὸν ἐκ τῆς Βερενίκης ὑποτρεφόμενον ἀναιρεθῆναι διεπράξατο. Sed nihil abſque libris mutari velim.

33. καὶ στρατιώτας ἐπ' αὐτοὺς μεγάλῃ ἀρχῇ. Legendum eſſe χειρὶ, pridem videramus.

Pagina 182.

10. κατὰ τὸ ἔμπονόν τε καὶ φερέπονον, ὧν ἐθάδες ἦσαν. Dictum vt illud Strabonis de quadam regione, πάμφορος, πλὴν ἐλαίου. Vox compoſita reſolui debet. Coniecturis (obſecro) quid hîc opus eſt? quas nemo, ſatis qui ſit ſanus, nõ ſpernet, præ veteribus codicibus, quantumuis blandiantur.

47. ἐμβάλλοντος δ' εἰς αἰγιαλοὺς ἀλιμένους καὶ προσεχεῖς. Falluntur interpretes qui αἰγιαλοὺς προσεχεῖς interpretantur contigua vel vicina littora. Eſt enim noua eius vocis ſignificatio, qua aſperum & importunum littus notatur. Strabo lib. v, ὠνομάσθαι δ' ἔνιοι Κύμην ἀπὸ τῶν κυμάτων φασί. ῥαχιώδης γὰρ καὶ προσεχὴς ὁ πλησίον αἰγιαλός. Idem lib. i i i i, ὅλως γὰρ ἡ παραλία αὕτη πᾶσα, μέχρι τῆς Τυρρηνίας, ἀπὸ Μονοίκου λιμένος, προσεχής τέ ἐστι καὶ ἀλίμενος. Iterum libro v, ἔπειτα προσεχὴς αἰγιαλὸς, ἀλίμενος. Quos omnes Strabonis noſtri locos fuit quum ſuſpectos haberemus: nunc nihil quidem mutandum cẽſemus: ſed aliter eos interpretamur quàm vulgo fiat. Quod pluribus aliâs, ſi Deus voluerit, exponemus.

Pagina 183.

13. ὃ δὲ μάλιστα θαυμάσειεν ἄν τις. Mirum quidem, ſed haud ſcio quàm verum. Vide Strabonem, lib. quinto, & quæ ibi notauimus.

21. ὁ πνέων ἐπὶ τῆς ἑσπέρας ἄνεμος. Vix adduci poſſum vt iſto loco ἐπὶ pro ἀπὸ vſurparit Dionyſ. Eſt enim id, non dicã durum, ſed meo iudicio intolerabile, iſto quidem loco.

31. ὡς δ' ἂν ἡμεῖς εἴποιμεν θύραν. Vox Latina *Oſtia* & qua ingredimur ſignificat, id eſt θύραν: & qua fluuius in mare erumpit, id eſt, ποταμοῦ ἐκβολάς. Videtur autẽ iſtud oppidum à poſteriore ſignificatione potius dictũ quàm à priore, quod Dionyſius ait. Vide Feſtum.

31. οὐ μόνον ἠπειρωτῶν ἀλλὰ καὶ θαλασσίων παρεσκεύασε τὴν Ῥώμην γεύεσθαι. Qui putant legendum eſſe γεύεσθαι, non γεύεσθαι, mutabunt ſententiam vbi locum propius conſiderarint. Locus planus eſt, & ſanus: cur ſe fruſtra fatigant?

Pagina 187.

38. καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν Ηγέριος ἐπωνομάσθη. τοὺς γὰρ ἀπόρους καὶ πτωχοὺς οὕτως ὀνομάζουσι Ῥωμαῖοι. Quod negãt quidam ſe vſquam legiſſe Egerio huic ab egeſtate, ſiue ἀπὸ τοῦ Egere, nomen fuiſſe: inciderunt ſcilicet in Liuii codices in quibus iſta verba deſiderabantur, *Aruns prior quàm pater moritur, vxore grauida relicta: nec diu manet ſuperſtes filio pater: qui quum ignorãs nurum ventrem ferre, immemor in teſtando nepotis deceſſiſſet, puero poſt aui mortem in nullam ſortem bonorum nato, ab inopia Egerio inditum nomen.*

Pagina 190.

1. τῆς δ' ἑξῆς ἡμέρας. Sic legendum: cur enim potius τῇ δ' ἑξῆς ἡμέρᾳ, deficiente librorũ ſcriptorum autoritate?

Pagina 195.

36. καὶ περιβόλαιον πορφυροῦν, ποικίλον, οἷα Λυδῶν τε καὶ Περσῶν ἐφόρουν οἱ βασιλεῖς. Toga olim Pelaſgi vſi, deinde Lydi, poſtea Romani. Tertullianus De pallio, loquens de toga, *Pro quantum circũmeauit, à Pelaſgis ad Lydos, à Lydis ad Romanos, vt ab humeris ſublimioris populi Carthaginienſes complecteretur.*

Pagina 200.

37. περιόντος ὑποσίγους περὶ αὐτὸν ποιήσας καθέδρας. Legendum περιόντος. Notandus autem eſt hic locus diligenter, cui ſimillimus eſt apud Tacitum Annalium lib x i v, ita ſcribentem, *Quippe erant qui Gn. quoque Pompeium incuſatum à ſenioribus ferrent, quòd manſuram theatri ſedem poſuiſſet. Nam antea ſubitariis gradibus, & ſcena in tempus ſtructa ludos edi ſolitos: vel, ſi vetuſtiora repetas, ſtantem populũ ſpectauiſſe.* Notus etiam eſt Auſonii locus in prologo ludi ſeptem ſapientum: vbi habes & de Athenienſibus, qui pariter olim ſpectarunt ἀπὸ τῶν ἰκρίων, vt loquitur hîc Dionyſius. Vide Suidam in ἰκρία.

In librum quartum, Pag. 206.

30. υἱοὺς τε δύο καταλιπὼν νηπίους. Imo υἱωνούς. & ita ſcripſiſſe Dionyſiũ, pridem nos ipſe docuit. Nam quum paulo poſt ſcribat ſe velle iis reſpõdere qui mirari poſſint nõ appellatos eſſe ab ipſo υἱούς, ſed υἱωνούς, non dubitamus reſpicere Dionyſium illa ſcribentem hunc locum. Scripſerat igitur ille hîc υἱωνούς, non υἱούς: & ita emendandum.

Pagina 211.

20. οὐχ υἱούς, ἀλλ' υἱωνούς. Plutarchus in Poblicola dubitat debeátne Tarquinium Superbum Tarquinii Priſci υἱὸν appellare, an υἱωνόν.

32. ἀπὸ ταύτης γὰρ οἱ νόμοι καλοῦσι τῆς ἡλικίας. Notum tamen, apud Romanos, qui annum x x v attigiſſet, potuiſſe ad munera vocari, eámque fuiſſe legitimam honorum adipiſcendorum ætatem.

Pagina 213.

11. οὐ Τανακυλίδα ποιοῦντες μητέρα τῶν παιδίων, ἀλλὰ Γεμανίαν τινά· περὶ ἧς οὐδεμίαν παρειλήφαμεν ἱστορίαν. De Gemania hac nos quoque nihil legiſſe meminimus. Feſtus annotat, Tanaquilem, vt Romam venit, Gaiam Cæciliam fuiſſe appellatam. An igitur id quicquam hũc pertinet? Fortaſſe enim qui ignorarent Tanaquilem nouum nomen Romæ inueniſſe, per errorem inducti ſunt vt Tarquinio duas vxores fuiſſe crederent, Tanaquilẽ, & Gaiam Cæciliam. Id ſi eſt (quod nos nõ affirmamus) locus hic fuerit corrigendus.

Pagina 215.

26. οὔτε χάριτας λαβόντας, οὔτε ὠνῇ κτησαμένους. Lego χάριτι. Sic alibi χάριτι & ὠνῇ cõiuncta reperias. Dionyſius libro vndecimo, λαμβάνοντες ἐκ τῶν πλησίον ἐργαστηρίων, τὰ μὲν ὠνῇ, τὰ δὲ χάριτι.

Pagina 219.

34. ἔπειτα καὶ πάντας ἐκέλευσε τοὺς στενωποὺς ἱερὰς κατασκευασθῆναι καλιάδας ὑπὸ τῶν γειτόνων ἥρωσι προνωπίοις. Ἥρωας vocat quos Latini Lares. Gloſſarium vetus, Ἥρωες, *Lares*. Item alibi, *Lares*, θεοὶ κατοικίδιοι. Itaq; ἥρωες προνώπιοι ſunt *Lares compitales*. Siquidẽ Dionyſius mox προνώπια compita appellat. quæ vocis illius notio mihi quidem valde noua eſt: vt neſciam an ſit legendũ ibi potius, ſublata ἐν vocula, ἱερὰ συντελοῦσι τοῖς προνωπίοις, vel θεοῖς προνωπίοις. Quinetiã, ſi nihil mutemus, voce προνωπίοις putem intelligi ſacraria illa ſiue lararia vbi Larũ compitalium imagines erant (Dionyſius καλιάδας appellat elegãter. cuiuſmodi nidos ſiue καλιάδας hodie alicubi videas in cõpitorum angulis, cum ſanctorũ imaginibus) ſicut intra ædes ἐνώπια appellabãtur vbi imagines aſſeruabantur. Auctor Heſychius. Equidẽ Lares præſtites putarem à Dionyſio intelligi, quos Plutarchus προεστῶτας interpretatur: niſi moueret me quòd præſtites Lares ad priuatorum ſacra pertinebãt, quum videatur Dionyſius Lares προνωπίους ad diſtinctionem Larũ domeſticorum ſiue familiarium ita nũcupare. Porro Laribus ſacra fuiſſe compitalia, ex Varrone & aliis vulgo notum.

Pagina 224.

13. κατὰ τὰς φρατρίας ψηφηφορεῖν. Sic rectè: neque quicquam mutandum. Nam quod ferre quidam nequeunt voces ψηφηφορεῖν, ψηφηφόρος & ψηφηφορία, ſed mutari eas vbicunque occurrunt, iubent: faciunt quod ægroti homines, qui quãuis optimos cibos faſtidiũt. Ii igitur ſi conualeſcent, agnoſcent nihil eſſe cauſæ cur has voces quiſquam repudiet: dum quidem iſtæ, στεφανηφόρος, θαλαμηπόλος, στεφανηπλόκος, θανατηφόρος apud Dionyſium ipſum, atque aliæ de genere hoc ſexcentæ ſtabunt.

17. καὶ ἀγχίστροφον. Vox eſt Thucydidis, vt aliæ multæ quibus delectatur Dionyſius.

Pagina 227.

23. ἐτύγχανον δὴ τοῖς Ῥωμαίοις αἱ τῶν θεραπόντων κτήσεις κατὰ τοὺς δικαιοτάτους γινόμεναι τρόπους. Hæc melius iuriſcõſulti explicant: quos tu conſule, in primis Marciani in Pandectas relatam legem v. tit. De ſtatu hominum. lib. 5.

38. καὶ κράτιστος ἀπαλλαγῆς δεσποτῶν τρόπος οὗτος ἦν. Libertorum ſtatus fuit olim multiplex: optima verò & pleniſſima libertas fuit eorum qui fiebant ciues Romani: deterior eorum qui Latini Iuniani: peſſima dedititiorum. Quod ait, quoſdã fuiſſe ſeruos qui ſuis ſe nummis redimerẽt, id qua ratione verũ ſit, & quomodo interpretandum, diſces ex iuriſconſultis, maximè Vlpiano, lege IIII. tit. primo, lib. Pand. XL.

Pagina 229.

33. ἐκ τῆς Εὐρώπης εἰς τὰ παραθαλάττια μέρη τῆς Καρίας. Dixiſſem Aſiæ. nam etſi pleraq; illius tractus oppida Cares & Leleges ante Ionum aduentum tenuerunt: tamen quis veterum de colonia Ionica loquẽs, ad maritimam partem Cariæ eos appuliſſe dixit?

Pagina 230.

15. ταῦτ' ἐδίδασκεν αὐτούς. Legendum arbitror, Μετὰ ταῦτ' ἐδίδασκεν.

17. καὶ τὰ δίκαια πράττειν Ἕλληνας ὄντας βαρβάροις. In Dionyſio aliquot locis occurrit loquendi hoc genus τὰ δίκαια πράττειν τινί, pro, Imperium habere in aliquẽ: ſed iam antè monui ad librum tertium, veram lectionem eſſe πάττειν, vt Lapi codices euincunt. Quare hîc quoque ſic legendum, ex iiſdem codicibus, & Dionyſio. Sic enim ille libro octauo, καὶ πότερον ὑπὸ τοῖς κακίστοις γενέσθαι τὴν πολιτείαν, ἢ τὰ δίκαια τάττειν αὐτοὺς τοῖς ἥττοσι;

42. γραμμάτων ἔχουσι χαρακτῆρας Ἑλληνικῶν.

εἰς τὸ

εἰς τὸ παλαιὸν ἡ Ἑλλὰς ἐχρᾶτο. Plinius lib. VI, capite LVIII, quod eſt de literis antiquis, *Veteres*, inquit, *Græcas fuiſſe eaſdem penè quæ nunc ſunt Latinæ, indicio erit Delphica tabula antiqui æris, quæ eſt hodie in palatio, dono principum, Mineruæ dicata in bibliotheca, cum inſcriptione tali*, ΝΑΥCΙΚΡΑΤΗC. ΤΙCΑΜΕΝΟΥ. ΑΘΕΝΑΙΟC. ΚΟΡΑΙ. ΚΑΙ. ΑΘΕΝΑΙ. ΑΝΕΘΕΚΕΝ.

45. τοὺς οἰκήσαντας τὴν Ῥώμην. Ita ſemper legimus, non οἰκίσαντας: quia lectio minus recta.

Pagina 231.

31. καὶ τῶν εἰς θεοὺς ἀθετημάτων. Ita legendũ, non ἀσεβημάτων. Quid appellet ἀθετήματα εἰς θεοὺς, ipſe docet, quum ſubiicit οὓς ἐξυντάς τινες ἐγκαταλιπόντας τῶν ὁμολογιῶν, παρέβησαν τὰ συγκείμενα. Eſt enim interdũ ἀθετεῖν, perfidè ſe gerere tum erga homines, tum erga deos. hoc eſt, peierare, & religionem iuriſiurãdi negligere. Quod D. Paulus & Polybius ἀθετεῖν τὴν πίστιν dicere ſolent: & ἀθεσία eidem Polybio eſt perfidia, ac fidei violatio: idẽ ferè quod ἀθέτημα hîc. Quare errant qui locum cenſent corruptum.

Pagina 232.

1. ἐν ναοῖς δύο κατασκευασάμενος Τύχης. Imo multo plures quàm duos. Vide omnino Plut. Quæſt. Roman. LXXIIII. Virilem tamen fortunam nõ à Seruio ſed ab Anco fuiſſe conſecratam idem autor eſt, in libro De fortuna Roman.

Pagina 233.

11. τοῖς μὲν ἀρχαίοις προγόνοις ὑμῶν. Bacchiadis: quorum tyrannis durauit in vrbe Corintho annos ferme ducentos.

12. καὶ ἀφ' Ἡρακλέους γεγονόσι τοῦ εὐδαίμονος. Lege ἀφ' Ἡρ. γεγονόσι, τοῦ εὐδαίμονος ἄρξαι Κορίνθου. Corinthus enim ob diuitias quibus olim abundabat, εὐδαίμων & ἀφνειὸς à poetis vocabatur, vt notãt Thucydides & Ariſtides. Sic in antiquiſſimo oraculo,

Εὐδαίμων ὁ Κόρινθος, ἐγὼ δ' εἴην Τενεάτης.

Sic diſtinctum fuit in Lapi codicibus.

Pagina 234.

15. καὶ λαβὼν τὰ προτέλεια τῶν ἀνοσίων γάμων. Eleganter alludit ad τὰ προτέλεια τῶν γάμων. id eſt, dona quæ præcedunt nuptias. Ea ſolent προτέλεια vocari: ipſe προτόλεια appellat; vel πρωτόλια, vt ſcribitur hæc vox apud Suidã.

35. οὕτως ὀλίγον ἐστὶν ἐν τῇ ἱστορίαις αὐτοῦ τὸ περὶ τὴν ἐξέτασιν ἀληθείας ἀταλαίπωρον. Falſa lectio, & quæ longe aliud ſonat quàm viſum eſt interpretibus: qui ſententiam viderunt, de vera lectione ne ſuſpicati quidem videntur. Legẽdum, τὸ περὶ τὴν ἐξέτασιν ἀληθείας ταλαίπωρον. planè enim inepta eſt altera lectio τὸ ἀταλαίπωρον. Appellat autem τὸ ταλαίπωρον laboris tolerantiam, ac diligentiam in inquirenda veritate. id ſtudiũ ait parum elucere in hiſtoriis Fabii. Sic lib. octauo τὸ ταλαίπωρον τῶν Ῥωμαίων appellat Romanorum animum ad tolerandos quoſuis labores aſſuetum. ὅτι τὸ καρτερικὸν, inquit, καὶ τὸ ταλαίπωρον ἐν τοῖς πόνοις διὰ πολλῶν ἠσκημένον ἐπεκράτει. vbi tamen vulgò edunt τὸ ἀταλαίπωρον. quàm benè nihil attinet dicere: ſatis id ex altero eiuſdem autoris loco liquet. Sic enim ille libro V, ἔπειτα ὑπὸ τοῦ ταλαιπώρου τῶν Ῥωμαίων, ὃ διὰ τὴν πολλὴν ἄσκησιν αὐτοῖς περιῆν, ἐκβιασθέντες οἱ Φιδηναῖοι, &c. qui duo loci ita ſimiles ſunt, vt quicquid de altero ſtatueris, id neceſſariò tibi de altero ſit ſtatuendum. Eandem ſententiam repetit & lib. X, οὔτε τῆς παρὰ τὰ δεινὰ ὑπομονῆς, ἣν πολλοῖς καταστήσαντες πολέμοις εἶχον, οὐδεμία ὄνησις. Quam hîc παρὰ τὰ δεινὰ ὑπομονὴν vocat, lib. VIII, & V, τὸ ταλαίπωρον appellabat. Poſſumus etiam ita legere, οὕτως οὐκ ὀλίγον ἐστὶν, ſeruata voce ἀταλαίπωρον. Moueor Thucydidis loco, quem noſter dubio procul habuit ante oculos quũ iſta ſcriberet. Verba Thucydidis ſunt hæc libro primo, Οὕτως ἀταλαίπωρος τοῖς πολλοῖς ἡ ζήτησις τῆς ἀληθείας, καὶ ἐπὶ τὰ ἑτοῖμα μᾶλλον τρέπονται. Sic ferè Ariſtophanes in Danaidibus, οὕτως αὐτοῖς ἀταλαιπώρως ἡ ποίησις διέκειτο.

Pagina 238.

46. ἐγὼ περί σου ποιήσω. Imo ὑπέρ σου.

Pagina 239.

12. ἢ ἄλλῃ τινὶ συμφορᾷ κεχρημένους ἀδίκως. Nunquã ita fuimus εὐήθεις vt falleret nos vulgata lectio κεχρημένους. Facilè enim iam olim κεχρημένους eſſe legẽdum vidimus. At qui vulgatam defendunt lectionem, eiúſque patrocinium ſuſcipiunt, εἰρωνικῶς, opinor, ac παιγνιωδῶς id ſcribunt, non ſeriò.

Pagina 240.

43. φύσει τ' εὐδιάλλακτον ὄντα .... πόλεμον ἄπιστον θυγατρὶ καὶ γαμβρῷ πολεμεῖν. Suſpicabamur legendum ὀκνοῦντα τε πόλ. ἄσπειστον: ſed vera lectio eſt quam habuere Lapi codices, οὐκ ἀξιοῦντα. Omnino autẽ πόλεμον ἄσπειστον legendum, cũ eruditiſſimo Sylburgio, vt alibi apud Dionyſium: non ἄπιστον, quod ferri nõ poteſt.

Pagina 244.

20. οἱ νυκτὸς περὶ τὴν βασίλειον αὐλιζόμενοι αὐλήν. Voce αὐλὴ nõ ſignificatur regia, vt vertunt etiam docti viri: ſed regiæ pars quæ Latinè veſtibulum dicitur, vt alibi pluribus monuimus.

26. καὶ αὐτῶν τῶν ἀναγκαιοτάτων συμπαρόντων. αὐτῶν, id eſt μόνων.

30. βαρὺς καὶ χαλεπὸς ὀργήν. Accipe ὀργὴν hîc, vt docent veteres grammatici non ſolùm apud poetas, ſed etiam apud Thucydidem ſæpe accipi, pro ingenio ac moribus. Similis locus Thucyd. lib. primo, δυσπρόσοδόν τε αὐτὸν παρεῖχε, καὶ τῇ ὀργῇ οὕτω χαλεπῇ ἐχρῆτο ἐς πάντας ὁμοίως, ὥστε μηδένα δύνασθαι προσιέναι. Alio ſenſu Co-

riolanus

riolanus lib. v i i i. dicitur χαλεπὸς ὀργήν.

Pagina 254.

9. ὁ πρεσβύτατ☉ αὐτῷ τῶν ὑιῶν. Imo ὁ νεώτατ☉ Liuius, *Sextus filius eius, qui minimus ex tribus erat, transfugit ex compoſito Gabios.* Sic Polyænus quoque Stratagem. lib. v i i i. Sed Dionyſius etiam alibi in hac ſententia dicam an errore? conſtanter permanet.

Pagina 256.

27. καὶ περὶ μέσης νυκτὸς αἰσχοῦ γινόμεν☉ τῆς πόλεως. Scribe περὶ μέσας νύκτας, vt alibi ſæpe, & apud alios.

Pagina 259.

10. ἐπὶ γὰρ τοῖς αὐτοῖς θεμελίοις ὁ μετὰ τὴν ἐμπρησιν οἰκοδομηθεὶς κατὰ τοὺς πατέρας ἡμῶν. Taciti verba erunt pro commentario, ita ſcribentis de Capitolio, Hiſtoriarum lib. i i i, *Pulſis regibus, Horatius Puluillus iterum conſul dedicauit, ea magnificentia, quam immenſæ poſtea pop. Rom. opes ornarent potius quàm augerent. Iiſdem rurſus veſtigiis ſitū eſt, poſtquā interiecto C C C C X V. annorum ſpatio, L. Scipione, C. Norbano, Coſſ. flagrauerat. Curam victor Sulla ſuſcepit, neque tamen dedicauit. hoc ſolum felicitati opus negatū. Lutatij Catuli nomen inter tanta Cæſarum opera, vſque ad Vitellium mānſit.* Plutarchus etiam fuſius in Poplicola iſta perſequitur.

19. ὑφ' ἑνὸς αἰετοῦ καὶ μιᾶς στέγης. Αἰετὸς ſiue αἰέτωμα eſt ædificii faſtigiū, ſiue id quod faſtigium ſuſtinet, Corinthiorum inuentū, vt canit Pindarus in Olympionicis, ode x i i i. Latini quoque aquilas vocant. Tacitus de Capitolini templi incendio loquens, *Inde*, inquit, *lapſus ignis in porticus appoſitas ædibus, mox ſuſtinentes faſtigium aquilæ, vetere ligno traxerunt flammā aluerúntq.* Dicit Tacitus numero multitudinis *aquilas*, ſicut Pindarus δίδυμον αἰετόν. In optimo Gloſſario corrupta verba ita emendabis, *Faſtigium*, αἰέτωμα. Vulgò peſſimè, *Faſtidium*, Λέτωμα. In altero Gloſſario ita ſcriptū eſt, Αἰέτωμα, *faſtigium.*

23. ὅπερ οὐ περὶ ὀλίγου κινδυνον ἀλλ' εἰς ἅπαντα τὸν βίον πολλάκις αὐτὴν ἔσωσεν ἐκ μεγάλων κακῶν. Illud εἰς ἅπαντα τὸν βίον dictum pro ἐν ἅπαντι τῷ βίῳ, vel ἐν τῷ μακρῷ τοῦ βίου χρόνῳ, vt paſſim Græci loquuntur. Εἰς & ἐν contunduntur. nemo, arbitror, id ignorat. Ita autem ſuſtuleris omnem huius loci difficultatem, quæ tanta quibuſdā interpretibus videtur, vt non æquè Herculem crediderim ſudaſſe in expurgādis Augiæ ſtabulis, vt illi hîc ſudāt. σχέτλι☉ ſis ac ferreus planè, niſi te eorum valdè miſereat.

Pagina 262.

16. ὧν ὁπότερον αὐτῇ προῃρεῖτο λαβεῖν ἠξίου. Malim, ὧν ὁπότερον, vel ὁποτέραν.

Pagina 263.

27. καὶ τύπῳ τῷ γυναικείῳ. Amat Dionyſius vocibus interdum vti nouis & καινοπρεπέσι. Sic τυπητὸν maluit dicere quàm κομψὸν, qua dictione reliqui vtuntur, & Dionyſius ipſe alibi.

Pagina 272.

13. πόθεν; πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Atticæ venuſtatis eſt vſus iſte vocis πόθεν. Nam ita vſurpant ſæpiſſime Euripides aliique ſcriptores Attici. Veteres grammatici huiuſmodi in locis interpretātur οὐδαμῶς. Sæpe autem ſubiungi ſolet πολλοῦ γε καὶ δεῖ, & ita apud Dionyſium multis locis. Quo magis miror venire cuiquā in mentem potuiſſe, vt hunc locum corrumpendum ſibi putaret.

Pagina 276.

30. ἐλαύνων τοὺς ἵππους ἀπὸ ῥυτῆρ☉. Ἀπὸ ῥυτῆρος, id eſt, ἀφειμένων τῶν χαλινῶν, vt lib. x i. vel effuſiſſimis habenis, vt loquitur Liuius, cui loquendi generi ſimile eſt in re nautica apud eundem Liuium Sublatis dolonibus effuſe fugere. Quod Cicero dixit Paſſis velis, aut Velis remiſque. Sic autē Dionyſius ſæpiſſime loquitur. Diodorus ſemel lib. x i x, ἤλαυνεν ἀπὸ ῥυτῆρ☉. Sic accipiēdum apud Sophoclem in OEdipo Coloneo, ... πάντ' ἀναλγήτῳ λεὼν
ἀνύπποις ἵπποισι τε θυμάτων ἄπο
σπεύδειν ἀπὸ ῥυτῆρ☉.
qui tamen locus mirum eſt quas cruces fixerit veteribus eius poetæ interpretibus.

In librum quintum, Pag. 277.

26. Ἀθήνησι δὲ τὴν ἐνιαύσιον ἀρχὴν ἔχοντ☉ Ισαγόρου. Vitā debet ſcriptis libris iſte locus: multúmque doctis viris debemus nos, quorum diligentia debilis hic & mutilus antè locus, in ſuā integritatem eſt reſtitutus. Apage verò omnes iſtas coniecturas, in perniciem ſententiæ malis auibus natas. Obſecro vir bone τί παρεπλάγχθης φρενῶν ἀγαθῶν;

Pagina 278.

21. ὡς δὲ τινες ἱστοροῦσι, καὶ κορώνας. Κορώνας quid appellet, quæſtio magna. Coronas quidē, id eſt, στεφάνους, non facilè adducar vt putem eſſe intelligendas. Quare enim ita eas hîc appellaſſet? hîc inquam, nuſquā alibi? Equidem κορώνην crediderim eſſe lituū, quod facilè mihi concedet qui & litui formā norit, & quid Græci κορώνην appellēt, non ignorauerit. Sed quid lictori conſulis cum augurum lituo? Nos igitur quid hîc κορώνην appellet, amplius quærendum cenſemus.

Pagina 281.

9. Ταῦτα τῶν ὑπάτων καὶ πολλῶν συναγορευόντων ἀμφοτέροις. Lego, ταῦτα (vel τοιαῦτα) τῶν ὑπάτων εἰπόντων, καὶ πολλῶν συναγ. ἀμφ. Affinitas vocum εἰπόντων & ὑπάτων feciſſe videtur vt altera omitteretur. Mox etiam lego ἐπέστελλον πέμπειν τοὺς ἀπολη;φομένους. Ita quaſi fuerunt legati

proba-

probabilem moræ in vrbe cauſam. Liuius ſic, *Interim quū in ſenatu viciſſet ſentētia quæ cenſebat reddenda bona, eámque ipſam cauſam moræ in vrbe haberent legati, quòd ſpatium ad vehicula comparanda à conſulibus ſumpſiſſent, quibus regum aſportarent res.*

Pagina 282.

27. ἀμφὶ λυχνῶν ἁφὰς διαφανεῖ τὴν ὄψιν προσβαλών. Plutarchus aliter paulu hæc narrat in vita Poplicolæ. Sic etiam Aquilios domi repertos fuiſſe à Valerio Dionyſius ait, negat Plutarchus, nec paucis locis pugnam reperies inter illos duos magnos ſcriptores: quud non eſt huius inſtituti annotare.

Pagina 283.

18. ὁ δ᾽ ὅτε τὰς φωνὰς αὐτῶν οὔτε τὰς οἰμωγὰς αἰτεχόμενος. Proculdubio poſtrema vox eſt à mala manu, aut ſuperiores non bellè habent. Emendatio verò ambigua. Sylburgio meo viſum, τῆς φωνῆς, reſcribere, & τῆς οἰμωγῆς. Sequor non inuitus. Mihi tamen placebat ἀναδεχόμενος vel ἀποδεχόμενος pro αἰτεχόμενος.

Pagina 284.

38. καὶ φυλακὴν τοῖς μεσημβρινοῖς ἐπιστίλας. Omnino ἐπιστήσας ſcribendum: nam in ſcriptis codicibus paſſim confunduntur ει & η, ſæpe etiam λ & ζ. Itaque contrario errore pro στεῖλαι fuiſſe poſitum στῆσαι aliâs obſeruauimus.

Pagina 288.

10. τόν τ᾽ ἐπὶ τοῖς καλάμοις. Scribendum, τὸν καλάμοις, vel τῆς καλάμης.

12. ἀλλ᾽ ὡς ἐξάγεσθαί τε καὶ νύχθ᾽ ὡς ἐπιτήδειον εἰς οἰκίας εἰσενεχθῆναι. Legendum, καὶ οὐκ ἐπιτήδειον, vel καὶ ὡς οὐκ ἐπιτήδει.

17. καὶ ἔτι καὶ τοῦ ποταμοῦ προσλιπαίνοντος αὐτόν. Vult dicere quod Liuius his verbis, *ita in vadis haſitantes frumenti aceruos ſediſſe illitos limo.* προσλιπαίνειν Dionyſio eſt, limo illinere. Legendum autem, καὶ ὑπὸ καὶ τ.

43. πρὶν ἐκείνους διαβῆναι τὸ ποταμοῦ. Durius, haud ſcio an verius, quàm τὸν ποταμόν.

Pagina 290.

25. καὶ ὅσα φάσματα, ἃ ὅτι ἀλλοίας ἴσχοντα μορφάς. Legebam, καὶ ὅσα φάσματα ἅ ἐστιν ὅτι ἀλλ᾽. vel ſine ἅ: nūc puto veram lectionem eſſe, καὶ ὅσα φάσματα ἄλλοτε ἀλλοίας ἴσχ. μορφ.

20. ἐπὶ τοῖς ὑπὸ Θησέως τεθαμμένοις καὶ τοῦτο ἐμύθευσαν. Si ita ſcripſit Dionyſius miror tam obſcurè eum eſſe locutum. Nam quos voluit nos intelligere à Theſeo humatos? multos enim cum cura ἔθαψεν, in primis AEgeum patrem ſuum: itémq; τοὺς ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, vt præter Pauſaniam etiam Demoſthenes indicat.

20. ὀψὲ γάρ ποτε Ἀθηναῖοι προσέθεσαν τὸν ἐπιτάφιον ἔπαινον τῷ νόμῳ. Intelligit legem Athenis quondam latam de laudationibus eorum qui pro ſalute reip. occubuiſſēt. Eius legis meminit Pericles apud Thucydidem, cuius locum imitatur Dionyſius. Οἱ μὲν πολλοὶ (ait Pericles) τῶν ἐνθάδε ἤδη εἰρηκότων ἐπαινοῦσι τὸν προσθέντα τῷ νόμῳ τὸν λόγον τόνδε, ὡς καλὸν ἐπὶ τοῖς ἐκ τῶν πολέμων θαπτομένοις ἀγορεύεσθαι αὐτόν. Eius autem legis autor multis viſus eſſe Solon: quē Laertius teſtatur modis omnibus fauiſſe virorum fortiū, & qui pro patria oppetiiſſent, memoriæ. Itaque de eo ſuperiorem Thucydidis locum interpretatur Græcus ſcholiaſtes. & Plutarchus quoque in Poplicola ſic ſcribit, λέγεται δὲ καὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἐπιταφίων ἐκεῖνος γενέσθαι πρεσβύτερος. εἴγε μὴ καὶ τοῦτο Σόλωνός ἐστιν, ὡς Ἀναξιμένης ὁ ῥήτωρ ἱστόρηκεν. At Diodorus Siculus lib. x I. teſtatur ludos funebres Athenis primùm fuiſſe actos in memoriam corū qui bello Perſico fortiter pugnantes obierant: quo etiam tempore lege cautum ait, vt de laudibus eorum quos reſpublica cēſuiſſet publicè ſepeliendos, orationem oratores quibus id à ciuitate mandaretur, haberent. Quod & orationes funebres quæ exſtāt apud Demoſthenem & Lyſiam, docent.

22. εἴτ᾽ ἀπὸ τῶν ἐπ᾽ Ἀρτεμισίῳ. Hoc eſt quod ex Diodoro retulimus: cuius verba ſunt, ὁ τῶν Ἀθηναίων δῆμος ἐκόσμησε τοὺς τάφους τῶν ἐν τῷ Περσικῷ πολέμῳ τελευτησάντων. & quæ ſequuntur.

Pagina 299.

31. ὁ μὲν δὴ ταῦτ᾽ ἔλεγεν, στρατηγῆσαι τὸν ἄνδρα διανοούμενος. Sic legendum, non καταστρατηγῆσαι. Strabo libro primo, de Homero, ἐφρόντισε πολὺ μέρος τἀληθοῦς, ἐν δ᾽ ἔτι θεῖναι καὶ ψεῦδος· τὸ μὲν ἀποδεχόμενος, τὸ δὲ δημαγωγῶν καὶ στρατηγῶν τὰ πλήθη. Sic Dionyſ. lib. v II, βοᾶν pro καταβοᾶν, quum dicit, καὶ συνδραμόντες εἰς τὴν ἀγορὰν τοὺς δημάρχους ἐβόων. Notum etiam Latinos ſimplicibus interdum vti pro compoſitis.

Pagina 304.

2. ταύτην ἡμεῖς μὲν οὐκέτι κειμένην εὕρομεν. Plinius tamē, qui multo poſt Dionyſium ſcripſit, ita de hac ſtatua loquitur, lib. x x x I I I I, cap. v I, *Equeſtrium tamē origo perquam vetus eſt, cum fœminis etiam honore cōmunicato. Clœlia enim ſtatua eſt equeſtris.* Plutarchus ſimillimè in Poplicola, ἀνάκειται δὲ τὴν ἱερὰν ὁδὸν πορευομένοις εἰς παλάτιον ἀνδριὰς αὐτῆς ἔφιππος.

47. τὸ πλάτος μάλιστα μηκυνόμενον σταδίοις αὐλῶνα. Mallem τὸ πλάτος μ. μ. σταδίοις αὐλῶνα.

Pagina 307.

27. εἰς τὸ ἔξω μέρος ἀνοίγονται. Non tantum apud Romanos, ſed apud veteres Græcos honorificum fuit, fores domus habere quæ in publicam viam aperirentur: quam publicæ viæ ſeruitutē priuatos magno ære ſolitos emere, liquet ex iis quæ de Iphicrate apud Ariſtotelē in OEconomicis leguntur. Nec me mouet Plutarchus aliter ſentiens.

Pagina

Pagina 308.

4. Τίτος Κλαύδιος αὐτομολεῖ πρὸς αὐτούς. Pridem ex Liuio & Plutarcho in Poplicola repoſuimus Ἄππιος pro Τίτος, & Κλαῦσος pro Κλαύδιος.

27. τὴν μεταξὺ Φιδήνης καὶ Πικεντίας. Oportet hoc loco oppida duo intelligere ad fluuiū Anienem ſita, vt diſertè annotat Plutarchus. Liuius ait, trans Anienem. Semper autem vox Πικεντία mihi aliena ab hoc loco viſa: quam tamen quidā defendere conātur auctoritate Stephani, qui dicat Πικεντίαν fuiſſe Τυῤῥηνίας πόλιν. Sed quis nō videt eſſe eā συχνὴν ἐπικουρίαν? In Plinio verò quàm egregiè fallātur nihil attinet dicere. Nō.n. libēter facio vt illorū errores qui paſſim obuii ſunt refellam. Coſule Plutarchū.

Pagina 313.

45. ὃν καλοῦσιν ὠάσην. Sententiam huius loci rectè explicant interpretes: ſed miror fugiſſe etiam eruditos viros. ſcribendum hîc eſſe ὃν καλοῦσιν οὐάσην, vel ὀβάσην. Sanè vulgata lectio multis modis inſulſa eſt & ridicula. Vide lib. v i i i.

Pagina 314.

10. στέφανον δὲ ἐπικείμενος δάφνης. Falſum hoc. myrtus enim, nō laurus, corona ouantis fuit. Plutarchus in Marcello diſertè negat ouātem ſolitum lauro coronari μυῤῥίνης στέφανον ἐπικείμενον: deinde cauſam pluribus explicat: à Plutarcho autē ſtare Latinos ſcriptores, Plinium, Feſtum, & Gellium, pridem eſt ab eruditiſſ. Sigonio indicatum. Quare fallitur Dionyſius.

26. καὶ οὔπω πέτυχε λόγου. Emendat quidam τετύχηκε. Scilicet πέτυχε poeticum eſt, & aliud ſignificat. Vtinam aliunde ſapere quàm ex Lexicis aliquando tentaſſet. Nam falſum eſſe quod ait ſtatim intellexiſſet. reperiſſet enim apud Diodorum Siculum libro decimooctauo hæc: δι' οὓς πέτυχε ταύτης τῆς προσηγορίας. & libro quarto apud eundē, διὰ τὸ τάχος ταύτης πετυχηκέναι τῆς προσηγορίας. & apud ſcriptorem antiquiſſimum Euryphamum Pythagoricum legiſſet, καὶ τᾶς ἐκ τῶν θεῶν ἐπικουρήσιος πέτυχε. Poſtremò obſeruare potuiſſet, Atticæ proprietatis ac venuſtatis magiſtros hanc vocem, etſi aliis vſitatā, improbare. Sic illi, πέτυχε τιμῆς, ἀδόκιμον λέγειν· τὸ δὲ τετύχηκε, δόκιμον.

Pagina 315.

13. ἐν τῇ πόλει σύνεγγυς τῆς ἀγορᾶς ἀπέδειξεν ὑπὸ ἐλαίας. Putauimus aliquando ὑπὸ ἕλους eſſe legendum: ſed nihil mutandum. Intelligit porro Dionyſius locum Romæ qui Velia dicebatur, vbi quondam fuerant Valerii ædes. Plutarchus in Poplicola, Ἐπέφη δὲ καὶ οὗτος τῶν πολιτῶν ψηφισαμένων ἐντὸς ἄστεος, παρὰ τὴν καλουμένην Οὐελίαν. Dionyſius ſuprà Veliam ita deſcripſit, Ἐπειδ' ὅτι τὴν οἰκίαν ἐν ἐπιφθόνῳ τόπῳ κατεσκευάσατο, λόφον ὑπερκείμενον τῆς ἀγορᾶς, ὑψηλὸν ἐπιεικῶς, καὶ περίτομον, ὃν καλοῦσι Ῥωμαῖοι Ἐλίαν, ἐκλεξάμενος.

Pagina 323.

37. μήτις ἑτέρως νεωτερισθῇ πρᾶξις. Ἑτέρως eſt *ſecus*. atque vt *ſecus* apud Latinos interdum accipitur pro κακῶς, ita hîc ἑτέρως. ſic ἄλλο & ἄλλως pro κακὸν & κακῶς.

Pagina 327.

15. ὕποπτα καὶ οὐδὲν ὑγιὲς ἀμφοτέραις ταῖς πρεσβείαις ἀπεκρίναντο. Alludit ad Euripideum illud, Ἑλικτὰ, καὶ οὐδὲν ὑγιές.

Pagina 336.

35. οἱ γὰρ αἰσυμνῆται καλούμενοι παρ' Ἕλλησι τὸ ἀρχαῖον, ὡς ἐν τοῖς περὶ βασιλείας ἱστορεῖ Θεόφραστος, αἱρετοί τινες ἦσαν τύραννοι. Antiquiſſima fuit αἰσυμνητῶν apud Græcos appellatio: traditque ſcholiaſtes Sophoclis ex Ariſtotelis πολιτείᾳ Κυμαίων, ſic fuiſſe quondam Græcè appellatos qui poſtea τύραννοι ſunt dicti. quod planè confirmāt antiquiſſimorū auctorum χρεῖαι. Nam ita Thales ſcribit ad Solonem εἰ δ' ἀχαλήσεις ὅτι καὶ Μιλήσιοι τυραννεόμεθα, ἐχθαίρεις γὰρ πάντας αἰσυμνήτας. & ita quoq; Thraſybulus in celebri epiſtola ad Periandrum Corinthi tyrannum. (cuius tyrannis fuiſſe ex διαδοχῆς & πατροπαραδότος videtur, non αἱρετή) ἢν γ' ἐθέλῃς (inquit) καρτύνασθαι τὴν αἰσυμνητείην. & mox, ὕποπτος ἀνδρὶ αἰσυμνήτῃ καὶ τῶν τις ἑταίρων. Apud Homerum notum eſt ita appellari qui ab aliis βραβευταὶ τῶν ἀγώνων nuncupātur. Mirum verò quantum ſe fatigent grammatici in etymo vocis huius inquirendo. Mitto Homeri interpretes. In Etymologico autem magno ita ſcriptum eſt, Αἰσυμνητὴρ, ὁ βασιλεὺς ὁ τὸ καθῆκον ὑμνῶν καὶ σέβων. ἢ αἰσυμενητὴρ, ὁ ἐν τῷ καθήκοντι μένων. οἱ δὲ, παρὰ τὸ αἰσυμνᾶν, ὅ ἐστι τὸ αἰσίων μνήμην ποιεῖσθαι. ἢ ὁ αἰσιομήτης, ὁ αἴσια βουλευόμενος. ὁ γὰρ τύραννος τοὐναντίον. Sciendum verò, Theophraſtum quem Dionyſius laudat, totū iſtum locum qui hîc refertur, à ſuo præceptore eſſe mutuatum. Ecce enim tibi eadem Ariſtotelis verba Πολιτ. lib. i i i, capite x, quod eſt de quatuor regni formis. Ἕτερον δ' ὅπερ ἦν ἐν τοῖς ἀρχαίοις Ἕλλησιν, οὓς καλοῦσιν αἰσυμνήτας. ἔστι δὲ τοῦθ' ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, αἱρετὴ τυραννὶς, διαφέρουσα δὲ τῆς βαρβαρικῆς, οὐ τῷ μὴ κατὰ νόμον, ἀλλὰ τῷ μὴ πάτριος εἶναι μόνον.

37. ἦρχον δ' αὐτοὺς κατὰ καιροὺς αἱ πόλεις, οὔτε εἰς ἀόριστον χρόνον, οὔτε συνεχῶς, ἀλλὰ πρὸς τοὺς καιρούς. Paulo aliter Ariſtoteles. Ἦρχον δὲ οἱ μὲν διὰ βίου τὴν ἀρχὴν ταύτην, οἱ δὲ μέχρι τινῶν ὡρισμένων χρόνων ἢ πράξεων.

40. ὥσπερ καὶ Μιτυληναῖοί ποτε εἵλοντο Πιττακὸν πρὸς τοὺς φυγάδας τοὺς περὶ Ἀλκαῖον τὸν ποιητήν. Hæc quoque omnia Theophraſtus ex ſuo præceptore habet: ſequitur enim apud Ariſtotelem, οἷον εἵλοντό ποτε Μιτυληναῖοι Πιττακὸν πρὸς τοὺς φυγάδας, ὧν προειστήκεσαν Ἀντιμενίδης καὶ Ἀλκαῖος.

λλχαῖ⟨ος⟩ ὁ ποιητής.vide reliqua.

43. καὶ ἀρχαὶς μὲν γὰρ ἀπ. Nempe heroicis tēporibus, vt ait philoſophus, cuius quarta ſpecies βασιλείας hîc intelligitur. Agnoſcis etiam eius vocem, διατελικῶς βασιλεύεσθαι.

Pagina 337.

5. καὶ μέχρι πολλοῦ διέμειναν ἐπὶ ῥητοῖς τισὶν αἱ βασιλεῖαι διοικούμεναι. Thucydides, πρότερον δὲ ἦσαν ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι πατρικαὶ βασιλεῖαι.

26. Λακεδαιμόνιοι δὲ ἁρμοστὰς καλοῦντες. Notabis quos appellet harmoſtas Lacedæmoniorū. Grāmatici enim aliter tradūt, auctorémq; citāt omni exceptione maiorē, Eratoſthenem, qui ſic appellari tradiderit à Lacedæmoniis magiſtratus quos illi vrbibus ſibi ſubditis præficiebāt: quos ab Athenienſibus epiſcopos fuiſſe appellatos, ex Ariſtophanis Auibus, & grammaticis Græcis diſcimus. Eratoſthenis autem ſententiam mille locis & amplius Græci hiſtorici confirmant. Diodorus Siculus in primis, qui diſertè id notat libro XIII. Notabis hoc quoque, ab iiſdem hiſtoricis appellari hoc nomine etiā eos quos aliæ ciuitates mitterēt cūm imperio in ſocias vel deuictas à ſe vrbes. Xenophon Ἑλληνικῶν lib. ſeptimo. ἔδοξε Θηβαίοις πέμψαι ἁρμοστὰς εἰς τὰς Ἀχαΐδας πόλεις. & alibi, de aliis.

47. νομοθέταις τε καὶ παιδαγωγοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τοῖς πολιτευομένοις τι καὶ τὰ κοινὰ πρ. Cui no mirum videatur pædagogos in legiſlatorū & eorum qui rempubl. adminiſtrant, album à Dionyſio referri? Quid enim commune habent ferulæ, ſceptra pædagogorum, cum inſignibus τῶν ἐν τέλει? Apage ſis iſtam lectionem, adeo ineptam inſulſámque. Lege, νομοθέταις τε καὶ δημαγωγοῖς. Sic lib. XI. in ſimili loco, ex accurata hiſtoriæ cognitione περιγίνεσθαι ait, τὰς πόλεις ἄγειν ἐπὶ τὰ συμφέροντα διὰ τοῦ λόγου.

Pagina 338.

5. ὥστ' ὀχλοῦν ἂν εἶναι καὶ φλυαρίαν φανῆναι. Nimis ſunt ingenioſi qui iſtam lectionem defendunt: quam vellem mihi vel Eunapii aliquo ſimili loco probarēt. Potes legere, ὥστ' ἐνοχλοῦν εἶναι, trāſpoſita in ſuum locum vocula ἐν. Habebis orationē, pro barbara & inſulſa, merè Atticam, id eſt, Atticis familiarem. Cæterùm nihil affirmamus. videtur enim aliter quoq; poſſe corrigi. vt hoc modo, (quod & Sylburgio meo viſum) ὥστ' ὀχληρὸν εἶναι. quod & ductus literarum ſuadere vidētur, & alii Dionyſii loci.

13. περὶ ὧν πολύεργον ἂν εἴη λέγειν. Scribēdum ſanè diſtinctim πολὺ ἔργον.

In librum ſextum. Pag. 341.

32. εἰς πατέρας ἀνέστρεψαν. Dictū vt illud Lucæ Actorū 16. ver. 40. εἰσῆλθον εἰς τὴν Λυδίαν, pro εἰσῆλθον πρὸς τὴν Λυδίαν, vel εἰς οἶκον τῆς Λυδίας. Malim tamen hîc legere, ὡς πατέρας. Atque ita (niſi vehementer fallor) ſcripſerat Dionyſius, qui etiam alibi Atticum illud ὡς pro πρὸς vſurpat. Profectò non aliter Dionyſius ſcripſerat.

Pagina 344.

2. ὄρος τε καλὸς ἐν περιόδῳ κείμενον τῆς περικομιζομένας λαΐνοις ἀγορᾶς οἴκοθεν. Thucydidis imitatio cùm alibi in Dionyſio tū hîc quoque elucet. Eſt enim Thucydideum planè loquendi iſtud genus, quod multi poſtea ſunt imitati. Sic ille lib. primo, de Corcyra loquens, ἅμα δὲ τῆς τε Ἰταλίας καὶ Σικελίας καλῶς ἐφαίνετο αὐτοῖς ἡ νῆσος ἐν παράπλῳ κεῖσθαι. Paulo aliter alibi de eadem, τῆς τε γὰρ Ἰταλίας καὶ Σικελίας καλῶς παράπλου κεῖται, ὥστε μήτε ἐκεῖθεν ναυτικὸν ἐᾶσαι Πελοποννησίοις ἐπελθεῖν, τό τε ἐνθένδε πρὸς τἀκεῖ παραπέμψαι. quo modo dixit alibi idem, καὶ ἅμα τοῦ πρὸς Ἀθηναίους πολέμου καλῶς αὐτοῖς ἐδόκει ἡ πόλις καθίστασθαι. quod etiam imitatur Dionyſ. lib. IX, καὶ τὸ ἀπὸ Ῥώμης ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἰοῦσι κωλύσεως ἐν καλῷ κείμενον. Diodorus Siculus locum Thucydidis de Corcyra planius ita expreſſit lib. XII, προσέκειτο δ' ὁ δῆμος συμμαχεῖν τοῖς Κερκυραίοις, διὰ τὸ τὴν Κέρκυραν εὐφυῶς κεῖσθαι πρὸς τὸν εἰς Σικελίαν πλοῦν. At Xenophon ita, ἔτι δὲ κεῖσθαι τὴν Κέρκυραν ἐν καλῷ μὲν τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου καὶ τῶν πόλεων αἳ ἐπὶ τοῦτον καθήκουσιν, ἐν καλῷ δὲ τοῦ τὴν Λακωνικὴν χώραν βλάπτειν, ἐν καλλίστῳ δὲ τῆς τε ἀντιπέρας ἠπείρου καὶ τοῦ εἰς Πελοπόννησον ἀπὸ Σικελίας παράπλου. Locus eſt Ἑλλην. lib. VI. Dionyſius iterum libro VIII. de Echetra vrbe, αὕτη γὰρ ἐδόκει ἐν καλλίστῳ κεῖσθαι ἐφόδου ταῖς ἄλλαις ἡ πόλις. Reperies & apud auctores alios veteres.

Pagina 349.

1. τοῦ τε καθ' ἀλλήλων καταδοξάσαντες ἐν ἀρχαῖς, τὰ ἐναντία ἑώρων γινόμενα. hoc eſt, *Quum iſtam de ſe opinionem inuicem concepiſſent, contrarium tamen vſuuenire videbant.* Καταδοξάζειν non eſt falſam de aliquo opinionem ſuſcipere; ſed δοξάζειν τι κατά τινός. Fallitur enim quidam vehementer quum κατὰ in hac voce perinde accipit acſi eſſet παρά. Quis eum iſtam analogiam docuit?

13. Λευκώνιος μὲν γὰρ καὶ οἱ περὶ Γύλλον. Adiunge his etiam Liuium, qui tamen de ætate Tarquinii parum apta bello quod ait Dionyſius, haud ignorauit. *In Poſthumium,* inquit, *primâ in acie ſuos adhortantem inſtruentémque, Tarquinius Superbus, quanquam iam ætate & viribus erat grauior, equum infeſtus admiſit,* Nō fugiebat videlicet Liuium, etiam alios multos ſenatores Romanos in ea ætate domi ac foris rem præclarè geſſiſſe: regémq; Maſiniſſam nonaginta annos natum, exſequi ſolitum omnia regis officia & munera. Anteam quoque Scytharum regem ſtrenuè pugnātem in bello aduerſus Philippū Macedonem cecidiſſe, quum

nonagenario eſſet maior. Eadem de Bardyle Illyrici rege & Aſandro Boſpori rege, itémque aliis, narrantur. Atqui huc pertinet quod inter exempla fœlicis ſenectutis & vegetæ Tarquinius hic à Græcis refertur. Lucianus, Ταρκύνιος ὁ τελευταῖος Ῥωμαίων βασιλεὺς, φυγαδευθεὶς καὶ ἐπὶ Κύμης διατρίβων, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη λέγεται ἐῤῥωμένως βιῶσαι. Aliā ergo Dionyſius afferat ſententiæ ſuæ, vt vincat, rationem. Vide verò quæ lib. IIII. initio hac de re cum cura docet.

Pagina 355.

27. τεθαμμένα τὴν τύχην αὐτοῖς συνεβάλλετο. Scribo τεθαμμένα, vt alibi multis locis.

38. δι' ἣν καὶ παρὰ γνώμην τολμηταὶ γίνονταί τινες καὶ ὑπὲρ δύναμιν μαχηταί. Viden' vt ſtudioſe magnum illum virum imitetur! Thucydidem dico: quem velim legat ſtudioſa iuuentus aſſiduè. Credite mihi adoleſcentes φιλομαθεῖς, ſiue eloquentiam quæritis, ſiue ſcientiam ciuilem, ſiue hiſtoriæ cognitionem, non poteſtis in alio auctore operā melius collocare. Sic igitur ſcribit Thucydides libro primo, Athenienſes & Lacedæmonios inter ſe contendens, Αὖθις δὲ οἱ μὲν καὶ παρὰ δύναμιν τολμηταὶ, καὶ παρὰ γνώμην κινδυνευταὶ, καὶ ἐν τοῖς δεινοῖς εὐέλπιδες. Ipſe Dionyſius elegantiā loci Thucydidei in rhetoricis annotat. Liuius verò libro XLV, in oratione legatorum Rhodiorum locum eundem Thucydidis Latinè eſt interpretatus. *Athenienſium populum* (inquit) *fama eſt celerem & ſupra vires audacem eſſe ad conandum: Lacedæmoniū, cunctatorem, & vix in ea quibus fidit ingredientem.*

47. εἴ τινες ἐλευθερίας περιεχόμεναι πόλεις, καὶ ἄρχειν ποτὲ μαθοῦσαι. Περιέχεσθαι ſolet Dionyſius ponere pro ἀντέχεσθαι, & ita hîc. μαθοῦσαι autem pro εἰωθυῖαι non ineleganter. Sic ἐπίστασθαι pro ſolere: AEſchylus, Ἔχειν, πένεσθαι δ' οὐκ ἐπίσταται δόμος.

Pagina 358.

33. χώρας τε αὐτοῖς κεκωλυμένης ἐν τῷ πολυετεῖ πολέμῳ. Non damno penitus κεκωλυμένης: ſed κεκακωμένης mallem.

Pagina 359.

3. ᾧ ἔτι τὸ ἡγεμόνευον εἶχε παρὰ πάντων ὅμοιον. Lege ἐν ᾧ & planam efficies ſententiam, quæ meritò quibuſdā interpretibus obſcurior viſa. Iidem rectè annotant, imitatione Thucydidis τὸ ἡγεμόνευον poſitum pro τὴν ἡγεμονίαν. ſic alibi, τὸ δυνάμενον, pro eo quod erat ἡ δύναμις: & τὸ βουλόμενον, itémque τὸ ἐπικελευόμενον, pro βούλησις & ἐπικέλευσις.

12. οἱ τὸ μὲν αὐτοῦ τότε σύμφορον εἰδότες ὀρθῶς. Appellat τὸ αὐτοῦ τότε σύμφορον, id in quo ſummum reip. bonum tunc tēporis erat poſitum: ſiue id quod ante omnia vtile & imprimis neceſſarium erat. Ex philoſophorum ſchola depromptum loquendi genus, vt facilè quiuis animaduertat. Qui igitur vertunt τὸ αὐτοῦ τότε *multo antè*, ii haud mediocriter falluntur.

Pagina 360.

6. αἱ κατὰ τῶν ἐκλιπόντων περὶ αὐτῶν νόμοι δεδώκασι. Putabam legendum αἱ κατὰ τῶν ἐκλιπόντων οἱ περὶ αὐτῶν νόμοι δεδώκασι. & ita profectò ſcribendum.

Pagina 362.

20. μηδένα τῶν δανειστῶν ἐξεῖναι σῶμα πολιτικὸν πρὸς ἴδιον χρέος ἄγειν. Quarti caſus vſus pro tertio κατὰ τὸ σχῆμα ἐπιμίας eſt nō inuenuſtæ. Sic mox τὰς τούτων οἰκίας μηδένα ἐξεῖναι μήτε κατέχειν, μήτε πωλεῖν. Quibus in locis qui nos iubent reſcribere μηδενὶ, comiter monendi ſunt nobis vt ſententiam mutent. Nos enim idem σχῆμα in magno illo Thucydide (quem iſti auctorem non contemnendum vocant) notaſſe aliquando meminimus. Sic ille lib. ſecundo, καὶ τὸν πάντα ὅμιλον καὶ ἀστῶν καὶ ξένων ξύμφορον εἶναι αὐτῶν ἐπακοῦσαι. Annotat ibi ſcholiaſtes, σχῆμά ἐστιν, ἀντὶ τῷ παντὶ ὁμίλῳ. quanquam non me fugit poſſe verba Thucydidis etiam aliter accipi. Sed occurrunt etiam alibi huius σχήματος exempla: notatúrque id ab Euſtathio ad hoc carmen Ὀδυσ. π,

Οὐκ ἔμελλέν μοι ταῦτα μεταλλῆσαι καὶ ἐρέσθαι
ἄστυ καταβλώσκοντα.

& ab eruditiſſimo ſcholiaſte Apollonii iſto loco lib. primi,

Ὑμῖν μὲν δὴ μοῖρα θεῶν χρειώ τε περῆσαι
Ἐνθάδε κῶας ἄγοντας.

Pagina 364.

16. ὀλίγους τε καταδόξαντες εἶναι. Legi mallem καταδοξάσαντες, vt ſupra.

Pagina 369.

16. τὸ γὰρ τοι χειρὶ τὸ δίκαιον ἤδη παρ' ἀλλήλων λαμβανόμενον. Alludit ad prouerbium Græcum, τίθεσθαι τὸ δίκαιον ἐν τῇ χειρί. cui affine eſt ἔχειν παρ' ἑαυτῷ τὸ δίκαιον. quod aliquando notauimus apud AEſchylum & Dionem.

Pagina 374.

25. καὶ περιέστηκεν ἡ δοκοῦσα ἡμῶν τοῦ κοινοῦ πρόνοια. Imitatur Thucydidem, vt rectè ab Henr. Stephano in Schediaſm. eſt obſeruatū. Tale eſt ferè & Pauſaniæ illud in Bœoticis, ἥ τι πρότερον εὐτυχία δοκοῦσα, ἐς τοιοῦτο περιῆλθεν αὐτῷ τέλος.

43. ἧς γε κωλυούσης, ἢ μή. Locus eſt mutilus.

Pagina 377.

7. ὀργῇ δὲ μᾶλλον ἢ λογισμῷ τὰ συμφέροντα κρίνων. Niſi fallit me memoria, ſunt ipſiſſima Thucydidis verba. Sic mox, καὶ ζητοῦσιν ἀναλύσασθαι τὰς ἁμαρτίας. ſicut apud Thucyd. lib. III. τὴν ἁμαρτίαν καταλῦσαι. vbi etiam malit fortaſſe aliquis ἀναλῦσαι.

Pagina 391.

13. διαιρεθησομένοις δὲ τὰς γνώμας τῶν συνέδρων, τῆς πλείοσι γνώμαις εἴκειν. Illud εἴκειν meritò ſuſpectū Sylburgio meo fuit, & mihi quoque pridem. Exiſtimabam autem, ſi nihil eſſet mutan-

mutandum, Latinã eſſe locutionem τῆς πλείοσι γνώμαις ϛίχειν, hoc eſt, *facere diſceßionẽ* vel *ire in plurium ſententiam*. quod quomodo in ſenatu fieret, omnibus notum. Sed certum eſt mendoſam eſſe vocem ϛίχειν: legendum cenſeo ϛοιχεῖν. Sic Muſonius apud Stobæum, Αἰτοῦσι, ἔφη, τούτοις ϛοιχεῖν καὶ ἕπεσθαι τοῖς λόγοις. Inde συϛοιχεῖν apud eundẽ Muſonium pro Conſentire. Εἴγε μέλλομεν, inquit, συϛοιχεῖν ἀρίϛῳ ὄντι τῷ λόγῳ Σωκράτους. Sumptum à re militari: nam ϛοιχεῖν in acie dicuntur qui in eadem ſerie ſunt poſiti alius poſt alium. Frequens ſacris ſcriptoribus Græcis vox.

27. δεδιότες ὡς οὐ πόῤῥω, hoc eſt, οὐ πόῤῥω.

34. ἄλλως τε καὶ τοῦτο. Dictum ἐκ παραλλήλου, vt ἴσχα ἴσως, πάλιν αὖ, & δεύτερον αὖτις, & *ergo igitur*, aliáque multa. Nam ἄλλως τε & καὶ τοῦτο idẽ ſignificãt. Sic libro ſeptimo, μακρῷ πολλῷ τῶν ἄλλων ἀμείνους. & apud Clemẽtem Alexandrinũ αὐτόθεν οἴκοθεν. Poteſt tamen & aliter accipere, ſi vocẽ τοῦτο referas ad βουλομένους.

Pagina 397.

27. ταύτῃ χρώμενοι διετέλεσαν τῇ πολιτείᾳ. Falſum eſt quod quidam annotat, locum eſſe mutilum: qui velim mihi dicat an etiam illa in Euangelio poſita cenſeat eſſe mutila, οὐ καίουσι λύχνον, καὶ τιθέασιν αὐτὸν ὑπὸ τὸν μόδιον. Quis verò neſcit, Ariſtotelẽ ſæpe, alios Græcos ſcriptores non rarò ſic loqui?

Pagina 399.

39. καὶ ὡς ἐν παντὶ δι' ἀθυμίας ἐγένοντο. Lego, ἐν παντὶ ἀθυμίας ἐγένοντο. vt apud Dionem libro quinquageſimoſexto, ἐν παντὶ κινδύνου γίγνεσθαι. libro quinquageſimooctauo, ἐν παντὶ κακοῦ γεγονέναι. Poſſumus etiã hoc modo legere, ὡς ἐν παντὶ δι' ἀθυμίαν ἐγένοντο. nam ita idem Dio ἐν παντὶ γίγνεσθαι ſine adiectione dixit, libro trigeſimoſexto & trigeſimonono. Xenophon quoque ſic loquutus Ἑλληνικῶν libro quinto. Οἱ δὲ, inquit, ἀμφὶ τὸν Σφοδρίαν οὐχ ὁρῶντες τὸν Ἀρχίδαμον ἰόντα, πρόσθεν δὲ θαμίζοντα, ἐν παντὶ ἦσαν, μὴ καὶ λελοιδορημένος εἴη ὑπ' Ἀγησιλάου. Prior emẽdatio magis mihi probatur: etſi minor in poſteriore mutatio.

Pagina 405.

34. ὅσοι τε δίκαις ἁλόντες, ἴδια παρεδόθησαν. Legendum ἤδη παρεδόθη. vt in ſententia quæ præcedit, καὶ εἴ τινων ἤδη τὰ σώματα, &c.

Pagina 407.

44. τῷ κακίστῳ τῶν μόρων ἀναλωθείη λιμῷ. Thucydides famẽ appellat mortis genus turpiſſimum, lib. III, ἐλοιμώθη γὰρ αὖ πρό γε τούτου, τῷ αἰχίστῳ ὀλέθρῳ λιμῷ τελευτῆσαι. Homerus οἴκτιστον, Odyſſ. μ. Dionyſius lib. VI, τὸν κακοδαιμονέστατον τῶν μόρων. Vegetius quoque lib. III, *Et ferro, ait, ſæuior fames eſt.*

Pagina 408.

48. δεδοικέναι μέντοι τὸν ἅπαντα χρόνον φάσκων. Sic rectè, nec mutato opus. Appellat τὸν ἅπαντα χρόνον quod libro quarto τὸν ἅπαντα βίον: alii auctores τὸν μακρὸν χρόνον. Dionyſius libro ſeptimo, τὸν μακρὸν αἰῶνα dixit. ἐνθυμούμενος (inquit) ὅσας ὁ μακρὸς αἰὼν φέρει μεταβολάς.

43. καὶ ὅσον μέλλει σπέρμα κακῶν βαλεῖν τῇ πολιτείᾳ. Malim καὶ ὅσων. & βαλεῖν pro ἐμβαλεῖν poſitum. Sic dixit Clemens Alexandrinus in Protreptico, quoſdam σπέρμα κακίας καὶ φθορᾶς ἐγκαταφυτεῦσαι τῷ βίῳ, τὰ μυστήρια. Locũ verò Dionyſii Plutarchus in eadem hiſtoria illuſtrabit, apud quẽ queritur Coriolanus, populares iſtos & προδότας τῆς δημοκρατίας σπέρματα πονηρᾶς θρασύτητος καὶ ὕβρεως εἰς ὄχλον ἀφειμένα τρέφειν καθ' αὑτῶν.

Pagina 411.

22. καὶ τὴν ἐξουσίαν ὑπηρετικὴν ἑτέρων ἔχουσιν, ὡς πρότερον. Scriberem ὑπηρετητικὴν potius. Velim autem diligenter expendat acutus lector, iudicẽtque, num ſequẽda potius ſit lectio quæ mihi pridem in mentem venerat, καὶ τὴν ἐξουσίαν οὐχ ὑπηρετ. Nam id videtur dicere voluiſſe Dionyſius, auctam poſtea fuiſſe ædilium poteſtatem: neq; iam vt ab initio, quando primùm creati ſunt ædiles, tribunis ὑπηρετεῖν: ſed maxima obire munia. Atque hoc ſanè verum eſt. Nam poſt aliquot annos creati ſunt ædiles curules: quorum poteſtas fuit maxima, vt ex Cicerone & aliis conſtat. τὸ δὲ, quod ſequitur, interpretor ἀλλὰ, vt alibi. Si vulgatam lectionem retineamus, ἑτέρων interpretabimur non de tribunis, ſed de maioribus magiſtratibus: cẽſoribus imprimis, vt puto. Sanè ædiles inter minores magiſtratus fuêre.

Pagina 413.

15. ἀπὸ τῶν στεγῶν βάλλουσαι τοὺς πολεμίους τοῖς καλυπτῆρσι, hoc eſt τῇ κεράμῳ, imbricibus ſiue tegulis. Gloſſarium vetus, *Imbrex*, καλυπτήρ. & alibi, Καλυπτὴς (ſcribe καλυπτὴρ) *imbrix*: καλυπτηρεάζω, *imbrico*.

In librum ſeptimum. Pag. 417.

32. τύραννοι δὲ ἦσαν κατὰ πόλεις μὲν ἄλλοι, ἐπιφανέστατος δὲ Γέλων ὁ Δεινομένους, νεωστὶ τὴν Ἱπποκράτους τοῦ ἀδελφοῦ τυραννίδα παρειληφώς. Magnus Dionyſii error in his verbis: ſi verba hæc Dionyſii. Ait Gelonem Dinomenis filiũ ſucceſſiſſe Hippocrati fratri. Atqui falſum hoc: nã neq; fratres fuere Hippocrates & Gelon: & Gelæ oppidi nõ Syracuſarũ tyrãnidis fuit ea ſucceſſio. Sanè ſucceſſiſſe Hippocrati Gelonẽ, verum eſſe fatemur: ſed nec fratri ſucceſſit, nec in tyrannide Syracuſarum: quam primus Gelo occupauit, & fratribus ſuis Hieroni ac Thraſybulo tradidit. Hæc ita eſſe, ex Herodoto, Ariſtotele, Diodoro, Iuſtino, Pindariq; Græcis interpretibus, facile cuiuis fuerit colligere. Quare fatendum eſt, Dionyſium noſtrum lapſum hîc non mediocriter: ſed lapſum in lubrico

admodum loco. Nam quem mihi dabis vel ex veteribus hiſtoricis, qui non interdũ iſto modo peccet? adeò obſcura & difficilis res eſt, ſtemma nobilium ſeu Græcarum ſeu Romanarum familiarũ. Tu verò lector optime dabiſue mihi veniam, ſi paululum iſto loco exorbitauerim, & regiam hanc apud Syracuſanos ſtirpem, nondũ (quod ſciam) accuratè à quoquam deſcriptam, paucis tibi explicuero, atq; oculis ſubiecero? Dabis ſanè, vt ſpero: quum nõ parui momẽti ea res ſit ad hiſtoriæ lucem, & quidem Romanæ æquè ac Græcæ. Nã quoties apud Polybium, Liuium, Ciceronem, Herodotum, Pindarum, occurrũt Hierones, Gelones, Dinomenes? quæ ὁμωνυμίαι ne ſtudioſis adoleſcẽtibus fraudi ſint, minus verſatis in veteri hiſtoria, ecce familiæ eius ſtemma cum cura à nobis collectum.

Tellines.

Dinomenes.

Gelo. Hiero. Thraſybulus. Polyzelus.

Dinomenes.

Hierocles.

Hiero.

Demarata vxor Andronodori. Gelo. Obiit viuo patre. vxor Zoili. Heraclea Soſippi vxor.

Hieronymus, qui auo puer, ſucceſſit. Harmonia vxor Themiſtij.

Nunc paucis iſtud ſtemma exponemus. Traxit Gelo ſuum genus ab antiquiſſimo quodã viro, qui ex Telo inſula profugus in Siciliam venit, & in eius oppido Gela ſedes fixit. eũ quidam OEcetorem vocãt: decepti videlicet Herodoti verbis, quæ non intelligunt. Ex huius profugi poſteris fuit Tellines quidam, qui ſibi ac poſteris ſuis ſacerdotium deorum inferorum conciliauit: vt Herodotus explicat. Fuere igitur ἱεροφάνται τῶν χθονίων θεῶν, cùm ipſe, tum qui ex eo deſcẽderunt omnes, vſque ad Gelonem Diomenis filium. Hunc Dinomenem filios quatuor reliquiſſe ſuperſtites, ex Diodoro liquet: & notatũ id à ſcholiaſte Pindari: apud quem exſtat hoc carmen, quo omnes Dinomenis filij nominantur,

Φαμὶ Γέλων', Ἱέρωνα, Πολύζηλον, Θρασύβουλον,
παῖδας Δεινομένεος, τοὺς τρίποδας θέμεναι.

Hippocratem habuiſſe eum filium, quod vult Dionyſius, nemo veterum tradidit: & omnino falſum eſt. Hippocrates enim, cui Gelo ſucceſſit, fuit Gelæ tyrannus, Cleandri frater: quo mortuo quum Gelenſes liberis eius Euclidi & Cleandro parere recuſarent, Gelo tanquàm illorum cauſam defendẽs, bellum aduerſus Gelenſes mouit, eóſque prælio fudit. Victor verò tyrannidẽ Gelæ ipſe occupauit, liberis Hippocratis ademptam. Nũ ita multis poſt annis orta Syracuſis ſeditione, pulſiſque vrbe Gamoris (quorum & Dionyſius meminit) Gelo eadem opera & Gamoris patriam reſtituit, & ſibi Syracuſarum tyrannidem parauit. Contigiſſe id videtur circa principium Olympiadis ſeptuageſimæquartæ. Nam Diodorus auctor eſt, Gelonem, quum annos ſeptem regnaſſet, obiiſſe circa annum tertium Olympiadis ſeptuageſimæquintæ. vt falli neceſſe ſit eos qui potitum Syracuſis tradunt Olympiadis ſeptuageſimæ ſecundæ anno ſecundo. Atque hinc apparet, quãdo legati Romani in Siciliam venẽre (veniſſe autẽ ait Dionyſius anno ſecundo Olympiadis ſeptuageſimæſecundæ) recens tũ potitũ Dionyſiũ non Syracuſis, ſed Gela. Neque aliter Dionyſii verba accipienda. Regnũ porro virtute partum tanta prudẽtia adminiſtrauit Gelo hic, vt inter exempla raræ virtutis ac fœlicitatis, vel cum primis cenſeatur. Eximiè verò nobilitauit eum celeberrima illa victoria aduerſus Carthaginienſes eodẽ die parta, quo ad Thermopylas Leonidas cum immortali ſua laude Perſas occidit. Eo prælio deſiderata fuiſſe ait Dionyſius Carthaginienſium centũquinquaginta millia. Fuit Gelo Syracuſanis vnicè charus: vxorẽ habuit Demaretam, Theronis Acragantinorũ tyrãni filiã: qui & ipſe in vxorẽ duxit filiam Polyzeli, Gelonis fratris. Hominẽ exiuit ſub finẽ anni tertii (vt diximus) Olympiadis ſeptuageſimæquintæ. Ita Diodorus: nõ deſunt tamẽ qui ſub ipſum exitum eiuſdẽ Olympiadis obiiſſe tradant: ita vt ſucceſſum ei ſit initio Olympiadis ſeptuageſimæſextæ. Regnum moriens Hieroni tradidit. is erat fratrũ natu maximus. Hic eſt Hiero quẽ tot locis atq; adeo tot odis laudat Pindarus, ſubſcribẽte etiã Plutarcho. Non ita Diodorus: qui Hieronem φιλάργυρον καὶ βίαιον appellat, & τῆς ἁπλότητος καὶ καλοκαγαθίας τἀδελφοῦ ἀλλοτριώτατον. Addit etiam, nihil æquè animos ſubditorũ, quum ſæpenumero defectionẽ cogitaſſent, in officio

conti

Digitized by Google

continuiſſe, ac fratris optimi memoriam. Sanè fuiſſe cum ciuibus parum gratum, vel ex Xenophontis Hierone ſiue Tyrannico liquet. Poetices tamen ſtudioſus in primis fuit, & erga poetas egregiè liberalis ac munificus, vt ex Pindaro & AEliano intelligitur. Habuit duas vxores: alteram, Anaxilę filiam, Theronis ἀνεψιάν: alteram, Nicoclis Syracuſani: ex qua Dinomenem filium ſuſtulit, cuius etiam meminit Pindarus varijs locis. Fato functus eſt quũ regnaſſet annos vndecim: (ita Diodorus tradit: Ariſtoteles ait decem:) relicto regni hærede Thraſybulo fratre, quanquã & hîc vide Ariſtotelem libro quinto De republica, vbi tyrannidum καταλύσεως varios modos recenſet. Polyzelus verò videtur ante Hieronem vita exceſſiſſe: & aliâs parum Hieroni dilectus, vt eſt apud Diodorum in vndecimo. Thraſybulus hic Hierone longè deterior, ſuis flagitiis regnũ amiſit quod virtute partum fratres eius obtinuerant. Pulſus igitur, Locros conceſſit, vbi quod ſuperat vitæ priuatus egit. Sic libertatem conſecuti ſunt Syracuſani, quam tamẽ haud longum tempus conſeruare potuerunt: orta eſt enim poſt ſexaginta plus minus annos à morte Thraſybuli, Dionyſiorum tyrannis, & poſtea Agathoclis: deliteſcente interea Gelonis familia: quæ vix poſt multa ſecula tandem emerſit: quo tempore Hieron Hieroclis filius virtute ſua maiorum imperium per tot ſecula intermortuum recuperauit. Factum id, teſte Pauſania, anno ſecundo Olympiadis centeſimæ & vigeſimæ. De hoc Iuſtinus lib. x x i i i. *Poſt profectionem à Sicilia Pyrrhi, magiſtratus Hiero creatur: cuius tanta moderatio fuit, vt cõſentiente omnium ciuitatum fauore, dux aduerſus Carthaginienſes primùm, mox rex crearetur. Huius futuræ maieſtatis ipſa infantis educatio quaſi prænuntia fuit: quippe genitus erat patre Hieroclyto* (legi malim *Hierocle*. ita enim Græci ſemper) *nobili viro, cuius origo à Gelo* (legendũ *Gelone*) *antiquo Siciliæ tyrãno manabat: ſed maternum illi genus ſordidũ atque adeo pudibundum fuit.* Atque hic eſt Hiero amicitia populi Romani ac fide erga eum inſignis: de cuius rebus geſtis Polybius, & Liuius, qui Hieronẽ annos vixiſſe x c indicat, Suidas πλείους τῶν ϟ. Hic etiã eſt ad quem idylliũ elegantiſſimum Charitas miſit Theocritus. Lucianus quoque hunc intelligit quum ita ſcribit, Ἱέρων δὲ ὁ Συρακουσίων τύραννος, δύο καὶ ἐνενήκοντα ἔτη γενόμενος, ἐτελεύτα νοσῶν, βασιλεύσας ἑβδομήκοντα ἔτη (Suidas regnaſſe ait annos l i i i, vt puto verius) ὥσπερ Δημήτριός τε ὁ Καλλιστιανὸς (ſcribe Καλλατιανὸς) καὶ ἄλλοι λέγουσι. De vtroque Hierone vide Pauſaniam Ἠλιακῶν lib. i i. Quæ ſequuntur in ſuperiori ſtemmate, omnia ex Liuio deſumta ſunt. Andronodorus Polybio dicitur Ἀνδρανόδωρος, & Ζώιππος, qui Liuio Zoilus.

46. κατὰ τὸν τρίτον ἐνιαυτὸν τῆς ἐννενηκοστῆς καὶ ἕκτης ὀλυμπιάδος. Vide Diodorum lib. x i i, cui per omnia cum Dionyſio conuenit.

Pagina 418.

39. εἴθ' ὅτι θηλυδρίας ἐγένετο παῖς ὤν. Plutarchus eos grauiter reprehendit qui putant Mollem Ariſtodemũ turpem aliquam ob cauſam fuiſſe vocatum. nam à barbaris (inquit) Μαλακὸς eſt appellatus, ὅπερ ἐστὶν αἴτιας: quia adoleſcẽtulus adhuc quum eſſet, virtute & fortitudine celeberrimum nomẽ apud barbaros ſibi pepererat. Vide locum ἐν τῷ Γυναικῶν ἀρετῶν, in Xenocrita.

Pagina 419.

5. καὶ σὺν αὐτοῖς Ὀμβρικοί τε καὶ Δαύνιοι. Vmbros comites ſe adiũxiſſe Etruſcis Cumam petentibus, nõ mirabimur, ſi meminerimus tantam fuiſſe tunc tẽporis æmulationem inter potentiſſimos illos populos, vt quocunque alter expeditionẽ ſuſciperet, eodem alter mox ſequeretur. Docet nos id Strabonis locus egregius lib. v, Ταῦτα γὰρ ἄμφω τὰ ἔθνη, πρὸ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐπὶ πλέον αὐξήσεως, εἶχέ τινα πρὸς ἄλληλα περὶ πρωτείων ἅμιλλαν· καὶ μέσον ἔχοντα τὸν Τίβεριν ποταμὸν ῥαδίως ἐπιδιέβαινον ἀλλήλοις. καὶ εἴ που τινὰς ἐκστρατείας ἐποιοῦντο ἐπ' ἄλλους οἱ ἕτεροι, καὶ τοῖς ἑτέροις ἔρις ἦν μὴ ἀπολείπεσθαι τῆς εἰς τοὺς αὐτοὺς τόπους ἐξόδου. Idem auctor alibi meminit iſtius expeditionis Tyrrhenorũ in Cumanos.

Pagina 420.

3. καίτοι καὶ τοῦ δαιμονίου. Scribe, καί τι καί. nonnihil etiam. ſic lib. x i, παρακελευόμενοι ἀλλήλοις· καί τι καὶ θάρσος ἐκ τοῦ δαιμονίου λαβόντες, αἴροντας τὰ σημεῖα. Hoc mendum multis locis reperimus.

32. εἰκοστῷ δὲ ὕστερον ἔτει τῆς πρὸς βαρβάρους μάχης. Pugna aduerſus barbaros pugnata eſt anno primo Olympiadis ſexageſimæquartæ: Aruns autem infeſto exercitu Ariciam inuaſit anno quarto ab exactis regibus, qui erat annus quartus Olympiadis ſexageſimæoctauæ.

33. ἦλθον ὡς τοὺς Κυμαίους Ἀρικηνῶν πρέσβεις. Imò Romanorum, ſi Plutarcho credimus, Liuio conuenit cum Dionyſio.

Pagina 423.

10. οἷς πᾶσι χρῆται προοιμίοις τυραννίς. Eleganter, & verè. Scitum illud quoque, Πρῶτος κατέλυσε τὸν δῆμον ὁ πρῶτος ἐπιδοὺς καὶ δεκάσας.

Pagina 324.

28. κομᾶν τε γὰρ τοὺς ἄρρενας, ὥσπερ τὰς παρθένους, ἐκέλευσε. Plutarchus, ἱστόρηται γὰρ ὅτι τοὺς μὲν ἄρρενας παῖδας ἤσκει κομᾶν καὶ χρυσοφορεῖν, τὰς δὲ θηλείας ἠνάγκαζε περιτρόχαλα κείρεσθαι, καὶ φορεῖν ἐφηβικὰς χλαμύδας, καὶ τῶν ἀνακώλων χιτωνίσκων.

29. ξανθιζομένους. Athenæus lib. x i i, Καὶ

Κυμαῖοι δὲ οἱ ἐν Ἰταλίᾳ, ὥς φησι Τίμαιος, ὁ ὁ ποιήσας τὰ εἰς αὐτὸν ἀναφερόμενα Κυμαϊκὰ, διετέλεσαν χρυσοφοροῦντες, καὶ ἀνθιναῖς ἐσθῆσι χρώμενοι. Idem Athenæus in deſcribendo luxu Iapygum, notat eos ποικίλας ἀνθινὰς φορεῖν. & de Siritis quoque ita ſcribit, vbi de eorum luxu diſſerit, καὶ γὰρ ἰδίως παρ' αὐτοῖς ἐπιχωριάσαι φορεῖν ἀνθινοὺς χιτῶνας. Videndum tamē num ἐξανθίζεσθαι potius ſit τὸ ἀνθεῖν αὐθεῖν, floribus ac ſertis, corolliſque exornari. quod eſt animi mollis indicium, aut hominis cōuiuantis habitus. Caue ſis confundas αὐθίζεσθαι ſiue ἐξανθίζεσθαι, cum ξανθίζεσθαι.

Pagina 432.

12. ἀντιπαρατεταγμένοι δὲ καὶ δι' ὑποψίας ἔχοντες ἀλλήλους διετέλουν. Etſi non nunc memini alibi legere ita poſitam vocem ἀντιπαρατεταγμένος: tamen non puto cauſam eſſe cur ſuſpecta ea eſſe debeat: nā ἀντιπαρατεταγμένοι διετέλουν ſignificat, animo obſtinato in contraria ſententia pertendebant. Affinis huic vox ἀντιδιατιθέμενοι apud Paulum Apoſtolum. Sanè ἀντιδιατεταγμένοι magis probarem. At ἀντιπαρατεταγμένοι, quod quibuſdam placet, ferri non poſſe mihi videtur.

Pagina 437.

14. οἱ δὲ δημοτικὰς ἔχοντες τὰς προαιρέσεις, τὸν τρόπον καὶ τὸν πλοῦτον οὐ πέρα τοῦ δέοντος ἐκλελυμηκότες. Meritò doctioribus interpretibus ſuſpecta ſunt illa verba τὸν τρόπον. Nos putamus locum ſic legendum, οἱ δὲ δημοτικὰς ἔχοντες τὰς προαιρέσεις καὶ τὸν τρόπον. vt ea verba cum ſuperioribus connectantur. .

Pagina 440.

13. ἀλλὰ πρόφασις τοῦ μὴ ἀδικεῖν. Hoc ita accipio acſi ſcriptū eſſet τοῦ μὴ δοκεῖν ἀδικεῖν. Eſt enim totius huius loci ſententia hæc, Queritur Minucius quòd nō exſpectato exitu conſiliorū ſenatus tātas turbas excitaſſent tribuni. Sic fore ait vt omnis tollatur ciuitatis concordia, tribunorū improbitate, qui patriciis ea obiicerent. id eſt, ea patriciorum conſilia reprehenderent, quorum euentus quia adhuc ignorabatur, ipſu patriciis inſontibus & nihil tale cogitantibus non poterat eſſe innocentiæ argumentum, nec φυλακὴ τοῦ μὴ παθεῖν τι κακόν: ſed è contrario tribunis, qui patricios accuſabant, ſpeciem præbebat iuſtæ cauſæ, & τοῦ μὴ ἀδικεῖν. Vulgus enim ignarum quo tenderent ſenatus conſilia, omnia in deteriorē partem interpretatis, nō ſecus erga patricios erat affectum, acſi iam eueniſſent quæ euentura metuebat. Sic eueniebat quod ait Dionyſius, vt conſiliorum ſenatus ἡ πίστις μέλλουσα καὶ ἐν ἀδήλῳ ἔτι οὖσα, non eſſet ſenatoribus à tribunis accuſatis φυλακὴ τοῦ μὴ παθεῖν τι κακὸν, ſed ipſis potius tribunis πρόφασις τοῦ μὴ ἀδικεῖν, vel τοῦ μὴ ἀδικεῖν δοκεῖν, vt initio diximus: quo modo haud ſcio an ſcriptum ſit à Dionyſio ſicut mox, πρείσσους ἀγαθοῖς εἶναι δοκεῖν. Nam affinitas vocum ἀδικεῖν & δοκεῖν, facilè cauſa eſſe potuit vt altera vox omitteretur: quod ſexcentis in locis obſeruauimus. Pluribus hunc locum explicare libuit: quum videretur interpretes parum eius mentem vidiſſe. Meritò verò miretur aliquis, Dionyſium in eo ipſo Thucydidem interdum imitari, quod in illo acerbè exagitat.

Pagina 446.

44. ἐν μὴ φιλονεικεῖν ἐναντίοις τῷ δήμῳ. Malim ἐναντιουμένους.

Pagina 451.

4. ἀλλ' ἤτοι τὸ δημοτικὸν ἀπολωλέναι πλῆθος ἅπαν, ἢ τὸ τῶν πατρικίων παραλελεῖφθαι γένος. Quid ſi poſterius membrū, quod manifeſtò eſt corruptum, ſic legas, ἢ τὸ τῶν πατρικίων πᾶν ἀπολελεῖφθαι γένος, vel ἐξηλεῖφθαι. Iſta emendatio, ἢ τὸ τῶν πατρ. μηδὲν παραλ. γένος, ferri nequit.

31. βοηθείας τινὸς οἰόμενοι δεῖν οὐκ αὐτοὶ τῆς ὑμετέρας συναγανακτήσεως τυχεῖν. Συναγανακτεῖν eſt cauſam afflicti ſuſcipere, & illatam ei iniuriam animo iniquo ferre, nō ſecus acſi ſibi facta eſſet. Quare falluntur quibus videtur hic locus eſſe mendoſus.

Pagina 453.

39. ὑμᾶς τε αὖ βουλή. Scribe ὑμᾶς δέ. Modò enim, ἐμαυτὸν μέν. Deinde ἐπεὶ δέ.

Pagina 454.

6. ἐνθυμούμενος ἡλίκους ἔχει κινδύνους. Scribebam τοῖς ἐνθυμουμένοις & λογιζομένοις: ſed videntur veteres codices habere οὐκ ἐνθυμούμενος. Ita enim Lapus. Vulgata lectio ferri non poteſt.

30. ἔγνωσαν οἱ πλείους ὑμῶν. Hunc locum parum interpretibus intellectum ita cenſeo legēdum, ἔγνωσαν οἱ πλείους ὑμῶν (οὐ γὰρ δὴ πάντες) παραχρουσθέντες ὑπὸ τῶν συμβούλων, (ὡς μή ποτε ὤφελον) ἀνυρεῖσθαι τοὺς ἐπὶ τῇ πίστει τεθέντας νόμους. hoc eſt, *Statuerunt plerique veſtrum (non enim omnes) prauis conſiliis inducti, (quod vtinam nunquā contigiſſet) delēdas eſſe leges illas quibus fides contractuum ſtabat.* Verùm vt rectè cū ſuperioribus hæc connectātur, adiiciendum eſt aliquod orationis vinculū voci ἔγνωσαν. Et ἀνυρεῖσθαι poſtulat ſenſus, non ἐπανορθῶσαι, niſi aliud grauius mendum ſubeſt. Illa autē verba ὡς μή ποτε ὤφελον, ita omnino accipi debent vt ſumus interpretati. Longè enim falluntur qui locum putant corruptum, & reponunt ὠφέλιμον pro ὤφελον. Eſt enim elegantię Atticæ genus: quod paſſim apud Demoſthenem, Xenophontem, Euripidem, atque Homerum etiam ipſum, reperitur. Solent enim illi in rei triſtis narratione vti hac formula, ad dolorem animi ſummum indicandum, ὡς μή ποτε ὤφελον. Homerus,

—ἢ μάλα λυγρῆς

Πάσαι

Digitized by Google

Πεύσεαι ἀγγελίης (ἣ μὴ ὤφελλε γενέσθαι)
Κεῖται Πάτροκλος.

Demoſthenes in epiſtola de reditu ſuo, ἐμοὶ δὲ ταῦτα νυνὶ πάρεστιν, ὡς μήποτ' ὤφελε, λῦπαι καὶ δάκρυα, καὶ τῆς πατρίδος καὶ ὑμῶν πόθος. & alibi multis locis. Lucianus Δραπέτης, Οὗτοι ἔπεισαν ὀλίγον ἐπιμετρῆσαι τῆς μονῆς· ὡς μή ποτε ὤφελον. Dionyſius ipſe libro ſequenti, καὶ ἦν ἄρα μάντις ἀληθὴς, ὡς μή ποτε ὤφελον, τῶν ἐκβησομένων.

Pagina 455.

19. καὶ τοῖς ἐκβαίνουσι παρὰ τὰς ὑμετέρας συνθήκας. In hac periodo vereor ne plura inſint librariorum peccata. Primùm ἡμετέρας ſcribendum, nō ὑμετέρας. ſequitur enim τὴν ἡμετέραν διάνοιαν. niſi malis eo loco ὑμετέραν reſcribere: quod fuit in Lapi codicibus. Deinde vox συνθήκας non placet: poſtremò videtur hîc facta fuiſſe fortunæ mentio: nam id non obſcurè ſequentia verba indicant. quo enim referes illa? οὐ τὴν τύχην, ὥσπερ ἔφην. Suſpicari licet, ſi non in hæc verba, certè in hanc ſentētiam periodum hanc fuiſſe conceptam, καὶ τοῖς ἐκβαίνουσι παρὰ τὰς ἡμετέρας ἐλπίδας κατὰ τύχην. vel τυχηρῶς.

Pagina 456.

46. εἴτε ἀπατηθεὶς, εἴτ' αἰσχροθείς. Pridem emendaueramus ἀπατηθείς. & id Sylburgius quoq; vidit: at qui vulgatam lectionem defendunt, malè iudicant.

Pagina 458.

οὐκ ἀξιῶ ταῦτα περὶ τῆς βουλῆς ὦ δημόται σκοπεῖν. Lego ἐπαινεῖν, vel ὑποτοπεῖν: & οὐκ ἄξιον malim quàm οὐκ ἀξιῶ.

24. θαυμάσαι ἔχω Δέκιον τῆς εἰρωνείας. Notabis quid appellet εἰρωνείαν. Nam ἀλαζονεία ea fuit potius.

Pagina 459.

1. διὰ πολλῶν πείρας κακῶν τε καὶ ἀγαθῶν ἐληλυθότες πολέμων. Prorſus mendoſa eſt, ſiquid iudico, vox πολέμων. Donec prodeat certior ex libris lectio, legi malim, ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἀπείρας δεδοίκαμεν αὐτῆς. Semper autē ἐπαναστάσεις legimus, nō ἐπαναστάσεις. & τῆς πανταχόθεν ἐπικουρίας περιέχεσθαι, ſine μή. Etiam pueris notum aliter legi non poſſe.

20. ἀλλ' ἢ μέχρι λόγων τὰ φοβερὰ ταῦτα ἐλθεῖν. Minima mutatione ita cenſeo malè cohærentē hunc locum ſuæ integritati eſſe reſtituendum, ἀλλ' εἴη μέχρι λόγων τὰ φοβερὰ ταῦτ' ἐλθεῖν.

37. ἐκ παντὸς οἰομένων τρόπου τῶν δημάρχων τέλος ἐπιθεῖναι νόμιμον τῇ δίκῃ. Deeſt (vt arbitror) vox δεῖν.

Pagina 463.

26. τὰς δὲ μεταξὺ τῶν ἀγορῶν ἑπτὰ ἡμέρας. Putauit Dionyſ. (ſi quidē ita ſcripſit) nūdinas ita dictas à Romanis fuiſſe, vt apud Græcos Olympias appellatur πενταετηρὶς, & febris quædam, tertiana. Sic fuerint ab exactis nundinis ad proximas nundinas ſeptem dies. At octo aiunt Latini ſcriptores, quibus potius habenda fides: vt neceſſe ſit hoc loco eſſe vel τοῦ ξυγγραφέως peccatum: quod equidem nō puto: vel τοῦ γραφέως, qui ζ poſuerit pro η. hoc eſt, ἑπτὰ pro ὀκτώ.

Pagina 469.

34. ὥστε εἰ δύο προσῆλθον αὐτῷ φυλαὶ, διὰ τὴν ἰσοψηφίαν ἀπελύετο ἂν, ὥσπερ ὁ νόμος ἠξίου. Legem intelligit quæ iubebat vt reus, ſi paria eſſent damnantium & abſoluentium ſuffragia, liberaretur. qua de lege vide in primis Ariſtotelis diſputationem in Problem. ſectione XXX, quæſt. XIII. Quod autem ait, potuiſſe Coriolanum ſeruari ſi duæ adhuc tribus fuiſſent quę abſoluerēt: id dextrè & ex mente Dionyſii eſt intelligendū. Is enim exiſtimauit, duabus tantùm plures fuiſſe tribus quæ condemnarent, quàm quæ abſoluerēt. Quod ſi verum fuit, verum etiam illud, ſi duæ tribus adhuc fuiſſent adiectę tribubus Romanis, eáſque Coriolanus tuliſſet, futurum omnino, vt beneficio eius legis quæ erat de æqualitate ſuffragiorum, abſolueretur Coriolanus. Id exiſtimaſſe Dionyſium quod diximus, apparet ex aliis eiuſdem locis, vbi ait, Coriolanum δυσὶ μόνον ἑαλωκέναι ψήφοις. quæ verba non vno loco poſita reperies. Putauit videlicet tribus omnino vndecim fuiſſe quæ cōdemnarent: falſò ſanè & abſurdè. nam duodecim eas fuiſſe πᾶσα ἀνάγκη: ſi quidem verum eſt quod ipſe ait, & certum eſt, tribus Romæ tum fuiſſe vnam & viginti. Quare etiam Plutarchus non δυσὶ, vt Dionyſius, ſed τρισὶ ψήφοις victum Coriolanum ſcribit. Τέλος δ' αὖ ait ταῖς φυλαῖς τῆς ψήφου δοθείσης, αἱ καταψηφισάμεναι τρεῖς ἐγένοντο. Hanc ἀτοπίαν quum rectè quidam animaduertiſſent, rurſus in eo grauiter ſunt lapſi, quòd tolli poſſe difficultatem omnem, ac pulchrè locum reſtitui arbitrati ſunt, ſi ſic legeretur, διὰ τὴν οὐκ ἰσοψηφίαν. de quo loquendi genere dicemus ad librum decimum. Mihi verò videntur illi nihil aliud quàm τὸ κακὸν τῷ κακῷ ἰᾶσθαι dum ſic emendant. Quis enim non videt quantum ſit futurum ſententiæ frigus aut gelu potius, ea lectione admiſſa? vt taceam, aliis Dionyſii locis repugnare hanc emendationem: quod iam docuimus.

Pagina 473.

24. ὥστε μηδὲν ἄρθρον αὐτοῦ κατασείσεως τῆς ἐσχάτης δύνασθαι κινεῖν. Omnino legendum eſt κατατάσεως. quod nos pridem videramus, & ad hūc locum retuleramus iſta Suidæ, Κατάτασις, ἡ ἔκπληξις, ἡ σφοδρότης. Ὁ δὲ τούτους συλλαβὼν αἰκίζεται λύμῃ πάσῃ καὶ κατατάσει. In Suidæ codicibus ſcriptum eſt κατάστασις & καταστάσει. perperam, haud dubiè. Notū eſt quid ſit κατατείνεσθαι

ὑπὸ τῆς ποδάγρας. nempe quod dixit Catullus *ſecari podagra*. Ab ea igitur huius verbi notione eſt καταπασις, pro tormēto & cruciatu. Trāſlatum à conſuetudine Græcorum quæſtionis habendæ: nam καταπείνεσθαι & στρεβλοῦσθαι pro eodem ponuntur. Similis menda in fragmentis Dionyſii, vbi ἀνασείσεις pro ἀνατάσεις perperam editum fuerat.

Pagina 475.

42. Λακεδαιμονίων αὐτὸ καταλυσαμένων. Adi Thucydidem libro primo.

43. ὁ δὲ πρῶτος ποιήσας ἀποδῦναι τὸ σῶμα, καὶ γυμνὸς ὀλυμπιάσι δραμὼν ἐπὶ τῆς πεντεκαιδεκάτης ὀλυμπιάδος, Ἄκανθος ὁ Λακεδαιμόνιος ἦν. Acanthum curſu palmam retuliſſe Olympiæ, Olympiade decimaquinta, etiam Pauſanias annotat. At qui primus ſine ſubligaculo omnino nudus certare viſus eſt, non Acanthus, vt Dionyſio placet, ſed Orſippus fuit: quem refert Pauſanias de induſtria feciſſe, vt ſibi curſum aggredienti decideret τὸ περίζωμα: quum ſciret facilius ita curri. Verba Pauſaniæ ſunt ſub fine Atticorum, de Orſippo loquentis, δοκῶ δέ οἱ καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ τὸ περίζωμα ἑκόντα περιρρυῆναι, γνόντα ὡς ἀνδρὸς περιεζωσμένου δραμεῖν ῥᾷον ἐστιν ἀνὴρ γυμνός. Idem confirmat etiam vetus epigramma à ſcholiaſte Thucydidis relatum,

> Ὀρσίππῳ Μεγαρεῖ μεγαλόφρονι τῇδ᾽ ἀρίδηλον
> Μνῆμα θέσαν φάμᾳ Δελφίδι πειθόμενοι.
> Πρῶτος δ᾽ Ἑλλήνων ἐν Ὀλυμπίᾳ ἐστεφανώθη
> Γυμνός, ζωννυμένων τῶν πρὶν ἐπὶ σταδίῳ.

vnde diſcimus Orſippum hunc Megarenſem fuiſſe. At in Etymologico magno Lacedæmonium eum fuiſſe legimus. Ibidē ſcriptum eſt, quū curreret Olympiæ Orſippus Olympiade trigeſimaſecunda, (non decimaquinta, vt ait Dionyſius) caſu decidiſſe ei τὸ περίζωμα, & impetum ipſius retardaſſe: quę res occaſionem dedit ferendæ legis, vt qui in poſterum currerent nudi eſſent.

Pagina 477.

29. τὴν Ἑλληνικὴν εἰδοφορῶντες σικίννιν. Malim σίκιννιν. Dicitur & σίκιννον, genere neutro, vt Suidas annotat. Auctor Etymologici magni atque Athenæus docent ſaltationē ſatyricam ita appellari: tragicam, ἐμμέλειαν: comicam, κόρδακα. deinde adiicit Etymologici auctor, Εἴρηται σίκιννις παρὰ τὸ σείεσθαι καὶ κινεῖσθαι. ἢ ἀπὸ Σικιννοῦ τοῦ Ἀθηναίων βασιλέως· οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ παιδαγωγοῦ τῶν Θεμιστοκλέους παίδων Σικιννοῦ. Sed vide Lucianū cùm de ſuperioribus tribus ſaltationis generibus, quas ille γνωρισμάτους appellat, tum de aliis multis.

42. ὡς Ἀθήνησι τοῖς πομπευταῖς. Vt in ſacris Cereris qui pompam deducebant Eleuſinem: quod γεφυρίζειν Athenienſes vocāt, Romani carinari: vt ad Strabonis librū IX, pluribus docuimus.

Pagina 479.

38. τρίτος παρέστη στρατηγὸς ἵππος, ῥυτῆρσι συνεχόμενος. Equi funalis, ſiue παρηόρου ac σειραίου vſus hic fuit apud veteres, vt ſi fortè alter τῶν ζυγίων occideretur in prælio, eſſet ad manum qui in eius locum ſubſtitueretur. Similes fuēre imperatorum equi qui συρτοὶ vocabātur, quorum vſus eſt hodiéque. Συρτοὺς autē equos appellabant, qui manu ducebantur quotieſcunque imperator equitaret. qui mos cœpit temporibus Theophili imperatoris, Michaelis Balbi filii: nam is primus τὴν τῶν συρτῶν ἵππων ἀκολούθησιν inſtituit. Auctor Curopalates, nuper à doctiſſimo viro Franciſco Iunio editus. cuius librum nos quoque habemus manuſcriptum, cum aliis eiuſdem generis nōnullis: quos Deo dante publici aliquando iuris faciemus.

45. οὓς οἱ ποιηταὶ μὲν παραβάτας, Ἀθηναῖοι δὲ ἀποβάτας. Quis putet ἀποβάτης & παραβάτης voces eſſe ἰσοδυναμούσας? Lego, Ἀθηναῖοι δὲ ἀναβάτας καλοῦσι. Pollux, Ἐπιβεβήκασι τοῦ ἁρματείου δίφρου ἡνίοχος καὶ παραβάτης, ὃν ὁ Πλάτων ἀναβάτην μικρόν τι ἐκάλεσε. Lege Atticos auctores: intelliges ſic eſſe emendandum. Quid ſi ita legas? οὓς οἱ ποιηταὶ μὲν παραιβάτας, Ἀθηναῖοι δὲ παραβάτας. Non placet.

In librum octauum, pag. 481.

20. ἱκέτης τοῦ ἀνδρὸς γίνεται καθεζομένου ἐπὶ τῆς ἑστίας. Legendū καθεζόμενος: quod & præcedentia probāt, & ſequētia confirmāt: ſi quis non nimis negligenter ea legat. Fuit enim apud veteres ſupplicum mos, vt ad focum aſſiderent. Notus Homeri locus de Vlyſſe in ædibus Alcinoi. Thucydides lib. primo, de Themiſtocle, ὁ δὲ, τῆς γυναικὸς ἱκέτης γενόμενος, διδάσκεται ὑπ᾽ αὐτῆς τὸν παῖδα σφῶν λαβὼν καθέζεσθαι ἐπὶ τὴν ἑστίαν. addit deinde Thucydides, fuiſſe μέγιστον ἱκέτευμα τοῦτο, hoc eſt *maximam vim hoc ſupplicium habuiſſe*. Aſcribam Plutarchi locum de hoc ipſo Coriolano, ex eius vita, Ἐβάδιζεν οὖν ἐπὶ τὴν οἰκίαν τοῦ Τύλλου· καὶ παρεισελθὼν ἄφνω πρὸς τὴν ἑστίαν, ἐκάθιζε σιωπῇ, καὶ τὴν κεφαλὴν ἐγκαλυψάμενος ἡσυχίαν ἦγε. quæ poſteriora verba valde ſunt notāda: nam ſolemne id quoq; erat, vt qui in foco ſupplices ſederent, ſilentio vterētur. Apollonius lib. IIII,

> Τὼ δ᾽ ἄνεω καὶ ἄναυδοι ἐφ᾽ ἑστίῃ ἀΐξαντες
> Ἵζανον, ἥτε δίκη λυγροῖς ἱκέτῃσι τέτυκται.

Pagina 488.

34. καὶ λέγοντα ὅτι λήψονται μὲν τὰ ὅπλα πρότεροι ἐκεῖνοι, ἀποθήσομεν δὲ ἡμεῖς ὕστεροι. Decepit quoſdam interpretes praua γραφή, ἀκολουθήσομεν pro ἀποθήσομεν. Atqui in promptu erat Plutarchi locus, Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τὴν πρεσβείαν ἀκούσαντες, ἠγανάκτησαν, καὶ ἀπεκρίναντο, προτέρους μὲν ἀναλήψεσθαι τὰ ὅπλα τοὺς Οὐολούσκους, ὑστέρους δὲ

ἔρως δὲ καθεστάσεσθαι Ῥωμαίοις.

Pagina 500.

5. ἐπειδὴ ὅτι σοι κατορθώσαντί τε καὶ ἐπιτυχόντι, πάντων ἀνθρώπων ὑπάρξει σοι δυστυχέστατον νομίζεσθαι. Pronomen σοι in eadem ſententia geminauit Attico more. Sic apud Sophoclem, Euripidem & Demoſthenem, plurimis locis. Xenophon in OEconomico, οὐ γὰρ ἂν ἔγωγέ σε δυναίμην, εἰ τοιοῦτος εἴης, ἀπαλλάξασθαί σε ἐκ τῆς ψυχῆς.

Pagina 507.

10. πολλὰς καὶ καλὰς πεισθέντας εὐεργεσίας. Scribe πεισθέντας.

Pagina 508.

7. ὡς οὐκ ἐπιτηδείως εἶναι τὰ πρότερον καὶ αὐθαδῶς ἥξει σφάλματα. Atticorũ eſt ἐπιτήδειον pro ἄξιον vſurpare, quum dicitur de eo qui pœnas meritas luit. Demoſthenes in epiſtolis, Ἐπ' οὐδενὶ γὰρ τῶν πεπραγμένων ἠδικηκότα με εὑρήσετε, οὐδ' ἐπιτήδειον ἄτιμον εἶναι, οὐδ' ἀπολωλέναι. Idẽ, οὐ γὰρ δήπου τοῖς αὐτοῖς γε λόγοις ὑπὸ τῆς αὐτῆς βουλῆς ἀποφανθέντα ἐκεῖνον μὲν ἀφεῖσθαι δίκαιον εἶναι φήσετε, ἐμὲ δὲ ἀπολωλέναι. οὐχ οὕτως ὑμεῖς ἀλογίστως ἔχετε. οὔτε γὰρ ἄξιος, οὔτε ἐπιτήδειος, οὔτε χεῖρον. Et Plutarchus, in lib. Περὶ πολυπραγμοσύνης, refert, Athenarum tyrannos, quò facilius poſſent in optimos quoſque ſæuire, cædis initium duxiſſe ab improbo quodam ſycophanta, quem omnes erant faſſuri quouis ſupplicio dignum: eúmque ab ea re Ἐπιτήδειον fuiſſe appellatum. Sic quoque Dionyſius lib. x i, ait tribunos cõſtituta poſt ſublatos decemuiros repubḷ. quum ab iis vellent pœnas exigere, optimum factu iudicaſſe vltionis initium ducere ab Appio, ὡς ἐπιτηδειοτάτου. & addit rationem, ῥᾷον γὰρ ὤοντο ὑπολαμβάνειν τὰς μετὰ ταῦτα κρίσεις ἔσεσθαι. Liuius eodem planè ſenſu opportunum dicere ſolet: vt lib. primo, de Sexto Tarquinio, *Primores ciuitatis, criminando alios apud populum, alios ſua ipſos inuidia opportunos, interemit.* Sic ferè lib. i i, *Eam ætatem potiſſimum liberari ab hoſte quæ maximè opportuna iniuriæ eſſet.* Accipitur & in bonam partem ἀντὶ τοῦ ἄξιος: vt in hoc loco Dionyſ. lib. v i, ἀνδρὶ παρ' ὁντιναοῦν ἄλλον ἐπιτηδείῳ ταύτης τυχεῖν τῆς τιμῆς.

Pagina 509.

38. ταῦτα ψηφισαμένης τῆς βουλῆς. Qui hanc lectionem corruptam eſſe clamitãt, & de eruditis viris queruntur, qui eam ſunt ſecuti, nó animaduertũt ipſi falli ſe & errare grauiter: quũ nihil hîc omnino ſit mutãdum. Eſt enim longiuſculũ hyperbatũ, qualia ſunt apud Thucydidem & Demoſthenem ipſum multa. Sic ergo locum accipe, Ταῦτα ψηφισαμένης τῆς βουλῆς, καὶ πρεσβευτὰς ἑτέρους ἑλομένης δέκα ἄνδρας ἐκ τῶν ὑπατικῶν (τοὺς ἀξιώσοντας τὸν ἄνδρα μηδὲν ἐκφέρειν ἐπίταγμα βαρὺ. & quæ ſequuntur, vſque ad αὐτοὺς διαλυομένων) οἱ μὲν ἀποδειχθέντες.

Pagina 513.

18. οὓς θεοὶ δοῖεν εἰς ἄνδρας ἐλθοῦσι τύχην μὲν κρείττονα τοῦ πατρός, ἀρετὴν δὲ μὴ χείρονα. Omnino imitatione Sophoclis dictum hoc videtur. Nam ita Aiax apud Sophoclem,

> Ὦ παῖ γένοιο πατρὸς εὐτυχέστερος,
> Τὰ δ' ἄλλ' ὁμοῖος· καὶ γένοι' ἂν οὐ κακός.

Pagina 516.

33. καὶ ἐν καλῷ ποιούμενος τοῖς ὄχλοις τὴν ἀπόκρισιν. Lege ποιησόμενος. Et ἐν καλῷ accipe pro ἐν καλῷ τοῦ ἀκούεσθαι. nam id eſt ſupplendum, vt ſit plena locutio: de qua alibi diximus. Senſus huius loci eſt, Feciſſe Marcium libẽter vt in tribunali ſedens cum matre colloqueretur: quòd exiſtimaret id ipſum ſibi pro argumẽto fore, quo aduerſus matrem vteretur, petentem vt Volſcorum cauſam proderet, à quibus tantis honoribus eſſet affectus. Deinde quòd ita putaret facilius à circumſtante turba ſuos matriſq; ſermones poſſe exaudiri. Παρρησίαν δικαίαν ita eſſe interpretandũ, ex ipſis Marcii verbis quæ deinceps referuntur, licet intelligere. Interpretes quàm rectè totum hunc locum expreſſerint, docti viderint, quorum iudicio hæc permittimus.

Pagina 527.

15. καὶ τὰ γενησόμενα εἰκάζων γενησομένοις. Legebam pridem, καὶ τὰ γενησόμενα εἰκάζων γινομένοις, vel γεγενημένοις. cuius ſententiæ ne nunc quidem me pœnitet. Longè enim acutior eſt horum verborum mens quàm interpretibus videatur. Sanè noſtræ lectioni melius cum illis præcedentibus conuenit, τεκμαιρόμενος ἀληθέσι ψευδῆ. Sic lib. ſeptimo, τὰ μέλλοντα τεκμαίρεσθαι τοῖς γεγονόσι.

Pagina 529.

18. ἄκρατός τε καὶ ἀπερίατρεπτος. Lege ἀπερίτρεπτος: cui contrarium eſt apud Xenophontem εὐπερίτρεπτος τοῖς φίλοις.

Pagina 535.

46. ὃν αὐτοὶ καλοῦσιν οὐάν. Scribe οὐάκην: quo modo legendũ eſſe libro quinto, nó εὐάγην, ſuo loco notauimus. idq; ita eſſe vel hic locus docet. nam pro ου ſcripſerunt ω.

Pagina 537.

22. ἦν τε ἄρα τὸ ἐν τοῖς πολλοῖς εὐτυχεῖν σφαλερὸν ἀνθρώπῳ. Falluntur interpretes qui ἀνθρώπῳ de Caſſio accipiunt: nam de tóto hominum genere intelligendum, vt rectè quidam interpretati ſunt. Sanè vel particula ἄρα, cuius elegans eſt & frequens in huiuſmodi καθόλου ἀποφάνσεσι vſus id euincit. Sic enim hîc accipitur vt paulo ante, ἀλλ' οὐ γὰρ ἐν δυνατῷ ἦν ἄρα πάσας τὰς ἀρετὰς ἐν ἀνθρώπου γενέσθαι φύσει. & alibi paſſim.

Pagina 550.

41. ὅτι τὸ καρτερικὸν καὶ ἀταλαίπωρον. Scribendum

bendum τῶν λαφύρων: vt ad librum IIII. pluribus docuimus.

Pagina 554.

40. ὅτι τὴν δημαρχίαν τινὲς ἐξεληλάκασι τῆς πόλεως αἰτιώμενοι βίᾳ. Fauet Dionyſius hæc ſcribens cauſæ Cæſaris. Quid enim iuſtius quàm iniuriam tribunis pl. factam vlciſci? Itaq; ſcribit ipſe Cæſar, de bello ciuili lib. primo, *Hæc S.C. perſcribuntur a.d. V I I. Id. Ianuarij. Itaque V. primis diebus, quibus haberi ſenatus potuit, qua ex die conſulatum iniit Lentulus, biduo excepto comitiali, & de imperio Cæſaris, & de ampliſſimis viris tribunis pl. grauiſſimè acerbiſſiméque decernitur. Profugiunt ſtatim ex vrbe tribuni pl. ſeſéque ad Cæſarem conferunt.* Sed quàm multeſima pars ea fuerit cauſarum belli ciuilis, ex aliis hiſtoricis liquet.

41. πρὸς τοῦ τότε κατέχοντος κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἡγεμόνος. Scribe, κατέχοντος τὰ κατὰ τὴν Ἰταλ. Pompeium intelligit: ita autē loquitur quòd quenquam nollet offendere.

In librum nonum, Pag. 559.

45. διδάσκων ὅτι τὸ κωλύοντα καὶ ἐμποδὼν γενόμενον τοῖς δ. Magnæ iſto loco tenebræ: quas nō alia ratione (opinor) tolles, quàm ſi poſt ſequentem vocem ἔχοντα ſuppleas quæ ſupina librariorum negligentia fecit, vt hodie deſiderarentur. Sentētia enim huiuſmodi eſſe debet, docuiſſe Appium collegas, nullam aliam eſſe rationem qua infringi poſſint conatus tribunorum pl. qui eſſet ſacroſanctus magiſtratus, quàm ſi tribuno tribunus ſe opponeret. Id cùm ex ſequentibus ſatis liquet, tū ex iſto loco lib. X. οὐ γὰρ τὴν παραιτουμένην ὑπὸ τῆς ἀρχῆς ἐκείνης ἐπισχεῖν ἢ κωλῦσαι τὴν ἄλλων ἦν ἐξουσίαν, ἀλλ' ἑτέρου δημάρχου· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ κράτος. Igitur donec alia certior lectio alicūde prodeat, fingamus, ſi placet, ita ſcripſiſſe Dionyſium, διδάσκων ὅτι τὸν κωλύοντα καὶ ἐμποδὼν γενόμενον τοῖς δόγμασι τῆς βουλῆς, ἱερὸν ὄντα καὶ νόμῳ τὴν ἐξουσίαν ἔχοντα [οὐκ ἄλλος τις ἐπισχεῖν δύναται, ἀλλ' ἢ ἕτερος δήμαρχος· ᾧ μόνῳ ἔξεστι] τἀναντία πράττειν.

Pagina 567.

4. ὅτι τῶν μὲν αἰδομένων καὶ μαχομένων ὀλίγον τὸ ἀπολλύμενον ἐστιν. Putabam olim legendum τῶν μὲν αἰδουμένων, ductus Homeri carmine, quod videtur Dionyſius voluiſſe exprimere, Αἰδομένων δ' ἀνδρῶν πλέονες σόοι ἠὲ πέφανται.

42. θερμὸς τὸ αὖ καὶ μένος. Scribe θάρσος, non θερμός.

43. οἱ μὲν ἵπποι εἰς χαλινοὺς ἐνέβαλον. Scribendum eſt ἵπποις.

Pagina 586.

10. ἀφυὲς ἦν καὶ βαρύ. Heſychius ἀφυὲς interpretatur δυσχερές: quod mirè hoc loco conuenit. Alioqui ἀφυὲς censerē legendum: vel ἀφελές. quam vocem Græci grammatici interpretantur μέγα.

12. ὥστε τὸ σύμπαν ὄφλημα ταλάντων ἑκκαίδεκα εἰς ὀλίγου χαλκοῦ συνέστη. Ait duo aſſiū millia pēdere ſexdecim talenta. Talentū videlicet intelligit quod libras cētum viginti quinq; pondo valebat. Vide Heſychium & alios. Rem nūc expende, & vide num ſexdecim talēta tantundem valeant quantum duo aſſium libralium millia. Ergo ſi duo millia diuidamus per centum viginti quinque, emergent ſexdecim. Viden' vt ſine cauſa torſerint ſe hoc loco tot eruditi viri?

13. καὶ τοῦτο ἐπίφθονον ἐφάνη τοῖς τότε ἀνθρώποις. Tamen hęc nō erat mulcta maxima: quæ fuit trium milliū & viginti aſſium. vide Feſtū.

19. ἐπιβουλαῖς. Nihil certius quàm ſcripſiſſe Dionyſium ἐπιβολαῖς. Sic apud Polyænum τέλους ἐπιβουλαὶ fuit ſcriptum, perperam: vt planè mirabiles interpretes illi videantur qui in ſua verſione putidam iſtam lectionem (vt fere ſolent) de induſtria ſunt ſecuti. Temeritatem equidem in mutanda veteri lectione, vt ſi quis alius, damno: ſed ne eorum quidem ἐποχὴν ferēdam puto, qui quum criticos ſe profiteantur, nihil aliud quàm dubitationes ſuas ſtudioſis proponunt, & ne ſolem quidē meridie lucere, affirmare audēt. Prorſus vt qui eorum ſcripta legerit, incertior ſit futurus quàm antè. Hoc ſcilicet docere eſt.

Pagina 596.

29. αὐτὸς ἑαυτῷ ταμίας γίνεται. Nunquā facilè adducar vt ita ſcripſiſſe Dionyſiū credam. Nam ſi tribunū voluit dicere, cur eum ταμίαν vocat? At quod referunt hoc quidam ad ædiles, qui erāt tribunorum veluti ὑπηρέται, id verò difficultatē huius loci nō tollit: ἀγορανόμους enim eos vocat ſemper Dionyſ. non ταμίας. Quare perſuaſiſſimum habeo vocem ταμίαν eſſe corruptam. An autem ſcripſit, αὐτὸς ἑαυτῷ τιμωρὸς γίνεται; Reclamabunt enim (iam ſcio) grammatici, ſi, quod aliás nobis in mentē venit, dixerimus, literis tranſpoſitis & paucis adiectis legendū ἀμύντης. Dicēt vocem eſſe poeticam, & πεζογράφῳ ἄχρηστον. Nos quidē ἀμύντορ etiam apud πεζογράφους hoc ſenſu reperiri ſcimus. Nō diſpliceret etiam vox πρεσβεύτης: niſi lōgior ea abeſſet à veſtigiis vulgatæ lectionis.

38. καὶ τῆς στρατιᾶς ὅσον ἔτι περιῆν, κατηφὴς καὶ ἄτιμος ἐπαγόμενος. Legendum κατηφὲς καὶ ἄτιμον. Non enim profectò dux Appius κατηφὴς fuit & ἄτιμος, ſed de exercitu quicquid ſupererat.

Pagina 607.

12. ὡς δῆμον αἱρούμενος πρὸς αὐτὸν, ἐμισήθη. Legendum eſt, vt nos pridē emendaueramus, & Romanus codex confirmat, ἀναιρούμενος. Nam verbum ἀναιρεῖσθαι vſurpare Atticos obſeruaui-

ſeruauimus pro Allicere in ſui amorem, & demereri. Xenophon Κυρ. παιδ. lib. ſecundo, Πρὸς τὴν θεὰν, ὦ Σαμβαύλα, ποίῳ ποτὲ σὺ ἔργῳ αὐτὸς ὑπὸ αὐτῶν ἠγάπησαι; Idem lib. primo, Ἐπεὶ δὲ τοὺς πατέρας αὐτῶν ἀεὶ ἑώρα προϊόντα, καὶ ἔνδηλος ἂν ὅτι ἠγάπα ζῆ αὐτῶν τοὺς υἱεῖς. Ita enim emendandus eſt hic Xenophontis locus, vbi vulgò αὐήρτητο legitur. Nihil verò minus aptè dici fingive poſſit, quàm quod nouiſſimus interpres ſomniauit, eſſe legendum αἰωρούμενος. & tamē addit, ſic ſæpe illam vocem accipi. Nos contra, neq; ab vllo vnquā ſcriptore ita acceptam, nec potuiſſe accipi, affirmamus.

Pagina 609.

30. ἀλλ' ἔχει καὶ τῆς πατρίδος τὸ κατὰ τῶν ἐχθρῶν πάθος. Interpretes qui πάθος vertunt *letitiam* non repugnabunt (vt puto) mihi, exiſtimanti corruptum eſſe locum. Lego autem, τὸ κατὰ τῶν ἐχθρῶν τρόπαιον. quā lectionem non eſt quod pluribus confirmatum eamus: ipſa per ſe ſatis ſe probat, & ſequentia eam manifeſtò confirmant. Manauit autem lectionis deprauatio à ſimilitudine ſoni poſterioris ſyllabæ in voce ἐχθρῶν & primæ in voce τρόπαιον. Qui Pādectas Florentinas aliquando verſauit, non ignorat morem veterum librariorum, qui hūc locum corrupit.

Pagina 612.

33. ἐκ θαλάττης τι καὶ διὰ λῃστρείαν ταῖς πολλαῖς ἐπαγόμενοι ὠφελείαις. Figura eſt quam vocant ἓν διὰ δυοῖν. nam ἐκ θαλάττης τε καὶ διὰ λῃστρείαν, ſignificat ἐκ τῆς θαλάττης λῃστεύοντες. Antiates enim prędones maris fuère & piratę. Notatū id ab accuratiſſimo ſcriptore, qui Geographiæ lib. quinto ſic loquitur, Καὶ πρότερον δὲ ναῦς ἐκέκτητο (Antiates intellige) καὶ ἐκοινώνει τῶν λῃστηρίων τοῖς Τυῤῥηνοῖς, καίπερ ἤδη τοῖς Ῥωμαίοις ὑπακούοντες. & Dionyſius quoq; libro ſeptimo Antiates piraticam exercuiſſe indicauit. Errāt ergo qui λῃστήρια terreſtria latrocinia hic interpretantur.

In librum decimum. Pag. 628.

22. προσπετόμεναι πτερὰ τῶν ὅσαι εἰσὶν ἀγέλαι. Planior eſt lectio quā eramus cōmenti, προσπετόμενα πτερωτῶν ὅσα εἰσὶν (vel ἐστὶν) ἀγελαῖα. Notum ex Ariſtotele quænam ſint aues ἀγελαῖαι. Gauiſus ſum vehemēter quum legerem quæ de auibus ἀγελείαις quidā hîc annotarunt: nam eſſę quaſdā aues Mineruæ cognomines nondū didiceram. Tantùm vereor vt in communionem nominis illas aues Minerua admittat.

25. ὥστε χρόαν μεταβάλλοντα οἷαν ἴσχουσι παλαιούμεναι σάρκες. Nouè dixit χρόαν μεταβάλλοντα pro μεταλαμβάνοντα. Sed vereor valde ne difficile ſit peritis ſermonis Græci perſuadere ita ſcripſiſſe Dionyſiū: μεταλαμβάνοντα enim ſermo Græcus poſtulat. niſi malis ſequentia ſic legere, Οἷα πάσχουσι παλαιούμεναι σάρ. Quod ad orationis ἀκολουθίαν attinet, planior ea erit, ſi ſic legas, μέχρι πολλοῦ χρόνου κείμενα .... ὥστε in lacuna ſupplendum διάμενα, ac mox in fine ſententiæ, ὄζειν τι ἀπ' αὐτῶν.

Pagina 634.

35. ὡς δὲ ἦλθον αὐτοί. Scribendum eſt, ὡς δὲ ἐπῆλθον αὐτοί. Non enim literis acceptis, ſed iis lectis ceperunt παίειν τὰ μέτωπα.

Pagina 661.

25. οἱ κελεύουσιν ἢ ποιεῖν ἢ τεθνάναι τοὺς ὑβρίσαντας τὰ τῶν δημάρχων σώματα. Vox ποιεῖν (quod & interpretes vidêre) inepta eſt, & ferri nequit. Reſtituunt φυγεῖν: quā bene, ipſi viderint. In lege certè quæ hîc citatur nulla φυγῆς mentio. Quare non dubitamus grauius hic latêre vulnus, quod ita ſanandū exiſtimamus, οἳ κελεύουσι νηποινεὶ τεθνάναι. quam emendationē noſtram & verba legis confirmant, relata lib. VI, & quæ ſequuntur. Quin ipſa per ſe ita certa eſſe videtur, vt de ea neminem putem dubitaturū, qui cum iudicio ſingulas literas & ſyllabas vulgatæ ſcripturæ cū noſtra lectione diligenter comparārit. Verba legis, καὶ ὁ κτείνας ἵνα τῶν τούτων εἰργασμένων, φόνου καθαρὸς ἔστω.

28. οὔτε φόνον ἄποινον. Reſpicit ad verba præcedentia, νηποινεὶ τεθνάναι.

Pagina 669.

6. ἔπειτα καταφρονήσαντες Ῥωμαίων Ἀντιατῶν τῆς ἐν περιτειχίσει ὡς. Præclarè hunc locum reſtituerunt eruditi viri Romanorum codicum fidem ſecuti. Imitatur autem etiam hîc Thucydidem: qui libro primo dixit ſimiliter τὴν τῶν γεφυρῶν οὐ διάλυσιν. & libro quinto τὴν οὐκ ἀπόδοσιν dixit. & iterum eodem libro, τῆς οὐκ ἐξουσίας. item alibi, διὰ τὴν οὐ περιτείχισιν. quod eſt διὰ τὸ ἀτείχιστον, vt Euſtathius interpretatur: qui Epicurum quoq; dixiſſe annotat τὴν οὐ παραγένεσιν pro τὴν ἀποδημίαν. Sic dixit Euripides in Hippolyto, τὴν οὐκ ἀπόδειξιν. Ariſtophanes, τῇ μὴ ἐμπειρίᾳ. Xiphilinus ex Dione in M. Antonino, ἔνθ' ἂν τοῦτο ἐς τὴν οὐκ εὐδαιμονίαν αὐτοῦ συνηνέχθη. Et apud ipſum Dionē (quod iam ante nos maximus criticorum Scaliger monuit) libro quadrageſimoquinto, διὰ τὴν τῶν σφαγίων οὐ λήψιν. & lib. quadrageſimonono, αἴτιον τῆς οὐ διαλύσεως αὐτῶν. Quid quòd in lingua ſancta hoc loquendi genus aliquando obſeruauimus? vt Eccleſiaſtæ cap. X, cōmate octauo, בלוא לחש quod Græci verterunt ἐν οὐ ψιθυρισμῷ.

In librum vndecimum. Pag. 685.

10. ὅτι συνεχώρησαν Ἀθηναῖοι Λακεδαιμονίοις. Nempe belli Peloponneſiaci anno vltimo: nā his legibus pax conuenit inter Athenienſes & Lacedæmonios. Vide Xenophōtem Ἑλληνικῶν libro

libro ſecũdo, Diodorũ lib. XIII, Plutarchũ in Lyſandro. Inde diſces quomodo ſint accipienda verba illa, ὅτι πρὸς αὐτοὺς ἀγῶνα ἀράμενοι.

29. ὅταν δὲ τὰ παραδείγματα ταῦτα πολλῶν ὁρῶσι. Legendũ, ὅταν τε παρ. vel ὅταν ἐπὶ παραδείγμασι ταῦτα πολλοῖς ὁρ. quam verã eſſe lectionẽ puto.

Pagina 686.

36. ἀφορμὴν κρατίστην ὑπολαβόντες ἐκεῖνοι οἱ πολέμῳ κρατηθέντες. Mendoſa eſt vox ἐκεῖνοι. legendum omnino Αἰκανοὶ, vt ex ſequentibus perſpicuum eſt, & Liuio.

Pagina 688.

4. εἰς τὴν ὑστεραίαν ἐβάλοντο. Scribe εἰς τὴν ὑστέραν ἀνεβάλοντο.

Pagina 689.

28. ὑμεῖς Οὐαλερίου λόγον ἀφείλεσθε, ἢ τῶν ἄλλων τινὸς βουλευτῶν. Lego, ὑμεῖς Οὐαλέριον λόγον ἀφελεῖσθε, ἢ τῶν ἄλλων τινὰ βουλευτῶν;

Pagina 692.

1. ταῖς τε βλάβαις ὠθούμενοι. Mirè corrupta vox. Fortaſſe ἐκλισσόμενοι, vel ἀπολισσόμενοι. vel ἀνακαλυσσόμενοι, vt alibi τὴν ἁμαρτίαν ἀναλῦσαι.

Pagina 693.

35. οὐδὲν εἰπεῖν ἔξω τῶν ὑμετέρων ἐπιχειρῶν, οἰκείως τοῖς παροῦσιν ἔχει πράγμασι. Lego, οὐδεὶς δ᾽ ὡς εἰπεῖν, ἔξω. vel, ὡς δ᾽ εἰπεῖν, ἔξω τῶν ὑμ. ἐ. οὐδεὶς οἰκ. etſi τὸ οὐδὲν non penitus damno.

Pagina 695.

44. καὶ μεγάλας ὑπέθρεψαν ἡμῖν ἀρετῆς ἐλπίδας. Nõ improbo vt legatur ὑπέθρεψαν. Ego tamẽ ex ὑπέστρεψαν, quod prior editio habuit, faciebam ὑπέγραψαν. Nam ὑπογράφειν ἐλπίδας ſolẽt Græci id dicere quod Appius voluit, vt ad Strabonem notauimus. Suidas, ὑπογράφεται, δείκνυται. οἷς πᾶσιν ἡ σύγκλητος ἀγαθὰς ἐλπίδας ὑπογράφουσα, ἔφησε δέκα πρεσβευτὰς ἀποστέλλειν εἰς Ἰταλίαν. Sic paſſim Græci. Malim etiam ὑπ. ἡμῖν τῆς σῆς ἀρετῆς ἐλπ.

Pagina 696.

15. διαλεχθῆναι τῷ συνεδρίῳ πρός σε. Scribe διαλ. ἐν τῷ συν. vel περὶ τοῦ συν. vt mox παρ᾽ ἀνθρώποις. Paulo antè παῖδες ſunt pueri, nõ filii, vt quidam interpretatur. Mox τοῖς κακοῖς ἰᾶσθαι τὰ κακὰ, prouerbium eſt Thucydidi vſurpatum in quinto.

Pagina 698.

7. ὑπερβολὴν γὰρ ἀνοίας τοῦτοις. Lego, τοῦτό γε. Paulo pòſt, illa verba, ὅτι γνώμας εἰσφέρουσι, ſententiam non implent, & tamen duriuſculum videtur ex ſequẽti membro vocem ἀδυνάτοις repetere. Lapus non agnoſcit τὸ ἔχουσι.

30. πῶς γὰρ ἂν ἀληθῶς γένοιτό τι. Puto legendum ἄλλως pro ἀληθῶς.

Pagina 711.

32. εἰ μὴ θᾶττον ὁ πρὸς Αἰκανοὺς ἔστη πόλεμος. Malim συνέστη πόλ.

44. καὶ τὰ δίκαια ὑπέχειν. Videtur deeſſe vox ἕτοιμος, aut affinis alia.

Pagina 712.

12. μητρὸς μὲν ὀρφανὴν οὖσαν ἔτι πάλαι. Legebam ἔκπαλαι, non ἔτι π. etſi non neſcio grammaticis improbari hanc vocem, vt parum Atticam: verùm hoc quoque ſcio, delectari Dionyſium dictionibus multis de quibus ita ipſi ſentiant. Attamen etiam alibi ἔτι πάλαι ſcriptum eſt: & libro IIII, ἔτι καὶ πάλαι. Eſt ad verbum, *iampridem.*

22. ἕτερος μὲν αὖτις ὑπὲρ τηλικούτων ἀγωνιζόμενος, δεινὰ πάσχειν ἔδοξε. Lego ἔλεξε. & facile mihi aſſentietur qui locum diligenter legerit. Sequitur ſtatim, ἡμεῖς δὲ, ἔφη, λόγων οὐδὲν δεόμεθα.

Pagina 716.

11. εἰς οἵας ὕβρεις καὶ προπηλακισμοὺς ἐλθόντος, ἐξ οἵων ἀγαθῶν. Imitatur interdũ tragicos Dionyſius. Tale illud apud Sophoclẽ in Aiace,

Οἵας λατρείας ἀνθ᾽ ὅσου ζήλου τρέφει.

Eſt autem locus aptiſſimus πρὸς τὸ κινεῖν ἔλεον, & ad frangẽdos vel duriſſimorũ animos. Quẽ non prætermiſit Ariſtoteles in Rhetoricis, vbi profert illud Iphicratis ἐξ οἵων εἰς οἷα. Sic Plutarchus in Marcello, ἐννοήσας οἷον ἐξ οἵου σχήματος καὶ μορφὴν ἀμείψει μετ᾽ μικρόν. Syneſius quoq; epiſtola LVII, ἐξ οἵων ἄρα ἐν οἵοις γεγόναμεν.

28. καὶ πᾶς ὁ κατὰ τὴν ἀγορὰν ὄχλος τὴν ὁρμὴν ἐλάμβανε. Lego ἐπελάμβανε. & fortaſſe, τὴν ὀργὴν ἐπελάμβανε, *cohibuit ſe turba grauiter prius cõmota.*

Pagina 718.

10. καὶ οὗτος ἀνάμεστος αἵματος γενόμενος, ὃ προσέφυσεν αὐτὸν ἡ σφαγή. Non placet vox προσέφυσεν. nam quis vnquam ita locutus? Lego προσέκλυσεν, vel προσέφυρεν: & ᾧ, nõ ὅ. Sic infra de eodem Virginio, αἵματι πεφυρμένος ἅπας.

13. διεκπαισάμενος τὰς πύλας. Nihil mutandũ cenſeo: etſi nõ ignoro reperiri vocẽ διεκπεσάμενος, quę quibuſdã placet, vt apud Polyęnũ διεξέπαισαν pro διεξέπεσον, vt ibi notauimus.

Pagina 719.

22. δεινὰ, καὶ πέρα δεινῶν. Et hæc tragica ſunt, Dionyſio familiaria. Affine illud apud Thucydidem, in tertia, καὶ οἷον φιλεῖ ἐν τῷ τοιούτῳ γίγνεσθαι, οὐδὲν ὅ,τι οὐ ξυνέβη καὶ ἔτι περαιτέρω.

Pagina 722.

3. πολλῆς μέντοι μωρίας καὶ σκαιότητος, σαφὲς ἴστι, τὰ νοούμενα ταῦτα ὡς οὐκ ἔσται λέγειν. Lego προνοεῖν (vel τὸ προνοεῖν) μὲν ταῦτα, ὡς δ᾽ οὐκ ἔσται λέγειν. Res eſt, inquit, ſtultitiæ plena, quum periculum præuideas, cauere tamen ſuperuacaneum ducere, & nihil eorum quæ prȩuidentur venturum dicere. Atque hæc ſatis, nunc quidem, & in hãc librorum Dionyſii partem. nam quæ in reliquis eiuſdem ſcriptis ſunt à nobis obſeruata & emendata, aliâs, ſi videbitur, Deo iuuante, edemus.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EM...

LABOR. R[illegible]
M. C[illegible]
[illegible]